PROSPERI
FARINACII
IVRISCONSVLTI
ROMANI
PRAXIS, ET THEORICÆ
CRIMINALIS
Partis Primæ Tomus Secundus.

Carcerum, Carceratorum, Indiciorum, ac Torturæ materiam in duos Titulos distributam continens, quorum vnus ex primo, alter verò ex secundo variarum Quæstionum, & Communium Opinionum Criminalium Libro, secundùm primam impressionem desumpti fuerunt.

OPVS NVNC DENVO REVISVM, EMENDATVM,
& Additionibus eiusdem Authoris illustratum.

CVM SVMMARIIS ET INDICIBVS PRINCIPALIVM
Quæstionum, necnon rerum, verborúmque perneccessariis.

EDITIO VLTIMA.

LVGDVNI,
Sumptibus Iacobi Cardon.

M. DC. XXXIV.

per torturam censeantur purgata indicia plenæ probationis? in hac quæstione resoluitur dubitatio. 227
XLI. Tortura quibus personis inferri possit, & quibus non. 231
XLII. Tortura in qua causa inferri possit, & in qua non. 243
XLIII. Indicium an, & quando, & quale oriatur ex depositione socij criminis contra inculpatum ab eo. 247
XLIV. Indicium an, & quando, & quale oriatur ex depositione socij criminis contra mandantem. 271
XLV. Indicium an, quando, & quale oriatur ex depositione testis dicentis se falsum dixisse de mandato alterius. 274
XLVI. Indicium an, & quando, & quale oriatur ex inculpatione querelantis vulnerati, vel offensi, seu etiam alterius existentis præcipuè in articulo mortis, vel infirmi, quid de exculpatione, & quid de teste, Iudice, aut Notario, asserentibus se præmio corruptos, falsum tulisse testimonium, iniquam dedisse sententiam, aut falsum fabricasse instrumentum, &c. 280
XLVII. Fama, siue bona, siue mala, siue in genere, siue in specie, ac siue in ciuilibus, siue in criminalibus, quid probet, quid operetur, quomodo, & quando præsumatur, atque probetur. 293
XLVIII. Fuga prætensi delinquentis an, & quale contra ipsum faciat indicium, vel probationem. 323
XLIX. Inimicitia an, & quando faciat indicium ad torturam, quot modis contrahatur, atque probetur, & quæ in proposito dicatur inimicitia capitalis. 332
L. Minæ quando faciant contra minantem indicium ad torturam. 343
LI. Indicium an, & quale resultet contra eum, qui delicto non obuiat, cùm obuiare teneatur; & an Sacerdos possit, & quo casu confessione sibi expositа propalare. 348
LII. De diuersis indiciis ad torturam sufficientibus. 359

PROSPERI

PROSPERI FARINACII
IVRISCONSVLTI ROMANI,
VARIARVM QVÆSTIONVM,
ET COMMVNIVM OPINIONVM
CRIMINALIVM.
LIBER SECVNDVS.
De Carceribus, & Carceratis, Titulus IV.

ARGVMENTVM.

Iudex indebitè aliquem carcerans, qua pœna puniatur: quando, & quot modis captura, seu carceratio dicatur indebitè facta.

SVMMARIVM.

Carcer est mala mansio, num.1.
Carcer est locus horribilis, & immundus, num.2.
Carcer est consumptio bonorum, consolatio inimicorum, & experientia amicorum, num.3.
Captura dicitur iniusta ratione iurisdictionis, & incompetentiæ Iudicis, num.4.
Carcerari aliquem procurans per Iudicem incompetentem, amittit causam sub num.4.
Captus à Iudice incompetenti potest remitti ad Iudicem competentem, num.5.
Carcerare non potest, qui non habet merum imperium, numero 6.
Carcerare non possunt Rectores Vniuersitatis, & Consules mercatorum, num.6.
Delegatus non habet potestatem carcerandi, nisi suspectum de fuga, num.7.
Carcerare nemo potest aliquem sua propria authoritate sine Iudicis mandato, & sic carcerando comm it 1priuatum carcerem, num.8.
Carceris priuata pœna est vltimi supplicij, num.9.
Carcerem priuatum exercens dicitur committere crimen læsæ maiestatis. num.9.
Carcerem priuatum exercens tenetur ad damna, & interesse, num.10.
Retinens Clericum in carcere priuato est excommunicatus, n.9. in fine.
Carcerans debitorem propria authoritate, amittit debitum, num.10.
Carcer priuatus dicitur committi etiam quod quis non retineatur in carcere: sed in agro, in via, in domo, in ciuitate, in camera, cum hominum custodia, in vinculis, in compedibus, in latumiis, seu alio quocunque modo detentus ad sui libitum recedere non possit, num.11.
Frangens carcerem, & ex illo fugiens, capitaliter punitur, numero 12.
Frangens, & fugiens de carcere priuato, nullatenus punitur num.13.
Fugiens de carcere iniusto non tenetur, etiam quod custodes occiderit si aliter euadere non poterat, num.14.
Carcer priuatus committitur etiam à birroarijs, qui captos in priuato loco retinent, num.15.
Iudices negligentes punire reos culpabiles in crimine priuati carceris, eadem pœna puniuntur, num.16.
Iudices ex sola negligentia etiam capitaliter puniuntur, numero 17.
Carceris priuati pœna multò magis habet locum in torquente detentum in priuato carcere, num.18.
Iudex indebitè aliquem torquens punitur pœna mortis, numero 19.
Carceri priuato nemo se obligare potest etiam cum iuramento, aut pœna, num.20.
Carcer priuatus non committitur, si infra viginti horas captus Iudici præsentatur, n.21. declara, quando captura est licita, secus si illicita, n.22. item declara, nisi à principio non fuerit animus præsentandi carceratum suo Iudici, n.22. in 2. sublimit.
Plures sunt causæ, in quibus vnicuique priuato etiam sine Iudicis mandato permittitur delinquentes capere, de quibus n.23. dummodo sic capti ante 20. horas Iudici præsententur, alias secus, num.24.
Carcer priuatus sine dolo non committitur; num.25. in nona limit.
Carceris priuati pœna non habet locum in eo, qui redemptum ab hostibus volentem in carcere retinet, donec pretium pro redemptione solutum soluat, num.20. in fine.
Causa iusta excusat à pœna priuati carceris, num.33. in nona limit.
Carcer priuatus non dicitur commissus, quando pater carcerat filium, num.25.
Item nec quando marius carcerat vxorem, num.26.
Item nec quando dominus carcerat seruum, num.27.
Item nec quando monachus carceratur per Abbatem, numero 28.
Item nec quando parentes, seu consanguinei carcerant consanguineum furiosum, n.29.
Carcer priuatus non committitur in eum, qui rogat creditorem suum, vt eum detineat domi carceratum, ne ab alijs creditoribus arrestetur, num.30.
Carcerem priuatum non committit is, qui libidinis causa meretricem clausam detinet, num.31.
Carcer priuatus non committitur, quando locus, in quo quis detinetur,

netur, est fragilis, & ex eo detentus facilè aufugere potest, num. 32.
Carceris priuati pœna non habet locum in eo, qui in carcere retinet bannitum, num. 33.
Bannitus, qui potest impunè occidi, potest etiam impunè vulnerari, verberari, derobari, ac alia quauis iniuria affici, num. 34.
Carceris priuati pœna de facto non imponitur mortis, sed alia mitior, num. 35.
Captura dicitur iniusta, ratione causæ, num. 36.
Captura non pro omni causa decerni debet, n. 37.
Captura non debet concedi, vbi agitur de pœna pecuniaria, nu. 38. sed contrà, num. 39.
Captura dicitur etiam iniusta, ratione personæ, n. 40.
Carcerari regulariter possunt omnes personæ, nisi expressè reperiantur a iure prohibitæ, num. 41.
Mulier pro debito ciuili carcerari non potest, num. 42.
Mulier pro debito fiscali nec etiam carcerari potest, num. 43.
Mulier carcerari nec etiam potest pro causa criminali, num. 44.
Iudex indebitè carcerans mulierem capitaliter punitur, n. 45.
Iudex indebitè carcerans mulierem de iure nouissimo non punitur capitaliter, sed aliàs, vt in num. 46.
Birroarij, & exequutores carcerantes mulierem quomodo puniuntur, num. 47.
Mulier non potest duci personaliter in iudicium, num. 48.
Mulier non potest personaliter duci in iudicium, etiam quòd causa sine illius præsentia expediri non posset, num. 49.
Mulier si voluerit non prohibetur personaliter comparere in iudicio, num. 50.
Mulier pro testimonio ferendo in causa criminali potest cogi ad personaliter comparendum in iudicio, num. 51.
Mulier pro grauissimo crimine non carceratur. sed in monasterio includitur, num. 52.
Mulier de consuetudine in delicto grauissimo indistinctè carceratur, num. 53. Declara, vt in num. 54.
Mulierum carceratio remittitur Iudicis arbitrio, inspecta qualitate delicti, personarum, & indiciorum, in. 54.
Mulier meretrix potest carcerari regulariter, tam pro causa criminali, quàm ciuili, num. 55.
Meretrix maritata non potest carcerari, nec pro causa criminali, nec pro causa ciuili, n. 56. contrà, n. 57. concorda, & declara, vt in num. 58.
Mulieres nunquam possunt carcerari in publico carcere insimul cum viris, num. 59.
Mulier non potest carcerari pro debito descendente ex delicto, num. 60.
Mulier potest carcerari pro malè administrata tutela, n. 61. sed contrà, num. 62. & seq.
Mater non conuenitur in plus, quàm facere possit, etiam quòd renunciauerit omni legum auxilio, num. 63.
Mulier suspecta de fuga, an possit carcerari, num. 64.
Clericus non conuenitur, nisi in quantum facere potest, n. 65.
Clericus non tenetur cedere bonis, sed admittitur ad iuratoriam cautionem de soluendo suis creditoribus, cum ad pinguiorem fortunam deuenerit, num. 66.
Clericus non potest carcerari pro debito ciuili, num. 67.
Clerico debitori sequestrantur fructus beneficij, & illorum reseruata ipsi portione ne egeat, consignantur creditoribus vsque ad integralem satisfactionem, num. 68.
Clericus potest carcerari pro debito ciuili, quando vel iurauerit soluere, vel habet contra se tres sententias conformes, sed an hoc verum sit, num. 70.
Clericus in forma Cameræ obligatus potest capi, carcerari, & detineri, num. 70.
Clericus pro debito capitur. si de fuga suspectus est, n. 71.
Clericus pro debito descendente ex delicto potest carcerari num. 72.
Clericus pro delictis, & in criminalibus carceratur sicut laicus, num. 73. & seq.
Clericus pro delicto non potest carcerari, nisi prius constet de illius corpore, num. 74.
Clerici non ita faciliter sunt carcerandi, sicut laici, num. 73.
Clerici carceratur, etiam quòd de crimine agatur ciuiliter, n. 75.
Clerici non carcerantur in criminalibus, nisi de fuga suspecti sint, quod an verum, num. 76.
Doctor pro debito ciuili carcerari non potest, n. 77.
Amplia etiam in vxore, & filiis ipsius Doctoris, n. 77.
Doctor pro debito ciuili admittitur ad iuratoriam cautionem, numero 79.
Doctor si indebitè carceretur à Iudice, Iudex tenetur, & punitur, vt in num. 80.
Doctor non potest carcerari pro debito, etiam stante statuto, quòd quilibet possit personaliter capi, & carcerari, non obstante quocunque priuilegio, num. 81. & seq.
Priuilegia in corpore iuris clausa nunquam censentur sublata per generalem derogationem priuilegiorum num. 82.
Doctoris priuilegia competunt nedum Doctoribus actu legentibus, sed etiam alijs, num. 83.
Doctor pro debito carcerari non potest, etiam quòd tali priuilegio renunciauerit, num. 84.
Doctores obligati in forma Cameræ carcerantur pro debito ciuili, num. 84.
Doctores hodie de consuetudine carcerantur pro debito, etiam quòd non sint in forma Cameræ obligati, num. 85.
Doctor in criminalibus carceratur. si crimen sit graue, secus si leue, num. 86.
Infirmus, an, & quando possit carcerari, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, num. 87.
Captura dicitur iniusta, ratione loci, vbi quis capitur, n. 88.
Captus in loco, in quo capi non poterat, relaxandus, num. 89.
Confugiens ad Ecclesiam non potest de ea inuitus extrahi, n. 90.
Capi quis non potest in domo propria pro debito ciuili, quod quando verum sit remissiue, num. 91. & seq.
Capi etiam potest quis in domo propria, quando capitur pro delicto, num. 92.
Birroarij possunt frangere ostia, & fenestras pro capiendo malefactorem, secus pro capiendo debitorem, n. 93. & see.
Concesso vno, censetur concessum omne aliud, per quod deuenitur ad illud vnum, num. 94.
Carcer dicitur iniustus, ratione loci, in quo captus detinetur, n. 95.
Carcer non debet esse obscurus, & teter, sed clarus & luminatus, num. 96.
Carcer subterraneus, vel aliàs in quo carceratus intra paucos dies moriatur, est prohibitus à iure, n. 97.
Carceratus non debet detineri regulariter in compedibus, aut ferris, num. 98.
Qualitas custodiæ in totum est remissa Iudicis arbitrio, n. 98.
Carceratus detinetur in compedibus, & ferris, si crimen est graue, & persona sit vilis, & suspecta, num. 100.
Carceratus non tenetur in compedibus, & ferris, nisi sit vel confessus, vel conuictus, vel valde suspectus, n. 101.
Carceratus non tenetur in compedibus, si locus carceris est tutus, & bene munitus, num. 102.
Carceratus quando tenetur in compedibus, & ferris, debet taliter teneri, vt desit cruciatio, & dolor, n. 103.
Carcer aliquando datur ad pœnam commissi delicti, & quando datur pro pœna, potest esse obscurus, & teter, etiam quòd in illo infra paucos dies carceratus moriatur, num. 104.
Captura dicitur indebita ratione temporis, n. 105.
Carcerari nemo debet in die feriato pro debito ciuili, n. 106.
Debitor suspectus de fuga potest etiam capi in die feriato, numero 107.
Debitor non potest arrestari in die feriato, etiam quòd sit suspectus de fuga, num. 108.
Carcerari, etiam in die feriato potest quis pro delicto graui, num. 109. secus pro leui, n. 110. vbi declaratur.
Captura dicitur iniusta, ratione ordinis non seruati, n. 111.
Capi nemo potest legitimis non præcedentibus indiciis, n. 112.
Capi nemo potest, nisi prius examinentur testes super indiciis ab accusatore subministratis, n. 113.
Captura non conceditur, legitimis indiciis non præcedentibus, etiam in crimine læsæ maiestatis, num. 114.
Iudex in criminalibus potest quandocunque incipere à captura etiam sine indicijs, n. 115. sed contrarium est verius, & communius, num. 116.
Opinio æquior semper est tenenda, num. 116.
Ad capturam sufficiunt indicia leuia, & talia quæ ad inquirendum requiruntur, num. 117.
Captura conceditur ex sola præcedenti suspicione, num. 118.
Capi nemo potest nisi præcedente diffamatione, num. 119.
Ad capturam sufficit sola querela de generali consuetudine, n. 120. sed

120. *sed contrà, num.*122. *Declara, vt in num.*121. *& num.*128.

*Captura conceditur ex qualibet informatione, num.*123. *quod intellige, quando delictum est graue, secus si leue, quia tunc non sufficit aliqualis informatio, sed requiruntur alia indicia, num.*124.

*Quando reus est suspectus de fugâ, tunc captura cõceditur etiam sine indiciis, aut informationibus præcedentibus, num.*125.

*Captura, materia est Iudici arbitraria, num.*128. *Declara, quod arbitrarium debet esse liberum, sed regulatum, vt in n.*127. *& 133.*

*In leuibus delictis captura indistinctè non conceditur, nisi præcedat probabilis suspicio contra capiendum, num.*127. *versic.* Aduertas, *&c.*

*Captura conceditur ex dicto vulnerati existentis in periculo mortis, num.*129.

*Captura nunquam conceditur ex informatione extraiudiciali, num.*130. *Nisi tribus concurrentibus, scilicet enormitate delicti, suspicione fugæ, & quòd statim post capturam indicia rediganturin actis, num.*131.

*Captura nunquam debet concedi ex relatione exploratorum, num.*132.

*Iudex, qui indebitè facit aliquem carcerare, tenetur in syndicatu, & punitur, num.*134.

*Captura continet in se iniuriam personalem, & præiudicium irretractabile, num.*135. *intellige si sit à priuata persona, secus si à Magistratu, num.*138.

*Iudex, qui aliquem non iure carcerat, tenetur actione iniuriarum, num.*136. *sed contrà, quòd teneatur actione ex maleficio ad pœnam arbitrariam, num.*137. *& seqq.*

*Iniuriarum pœna est arbitraria, num.*139.

*Iniurians tenetur iniuriato ad æstimationem iniuriæ, num.*140.

*Iudex indebitè aliquem carcerans tenetur etiam carcerato ad damna, & interesse, num.*141.

*Iniuriarum actio continet in se damna, & interesse, num.*143.

*Iudex per calumniam faciens aliquem carcerari, tenetur ad similitudinem supplicy, num.*144. *Declara, vt in num.*145.

*Captus de facto est etiam relaxandus sine impensa, num.*146.

*Iudex non relaxans relaxandum punitur, vt in num.*147.

*Iudex relaxans non relaxandum punitur, & tenetur, vt in num.*148.

*Debitor pauper in carceribus est alendus à creditore, alias relaxatur, num.*149.

*Captus non potest dicere de nullitate capturæ, si fuit relaxatus cum cautione de se repræsentando, num.*150.

*Debitor malè captus bene detinetur, si post capturam superuenit debiti probatio, num.*151.

*Captus indebitè non potest arrestari, tam ciuiliter, quàm criminaliter, num.*152. *sed contrà, num.*153.

*Captus pro vno debito potest arrestari pro alio debito, num.*154.

*Captus pro vno delicto potest arrestari pro alio delicto, dicto num.*154.

*Sed captus pro delicto non potest arrestari pro debito, num.*155.

*Arrestari non potest debitor pro alio debito, nisi præcedẽte mandato contra ipsum relaxato seruatis seruandis, num.*156.

QVÆSTIO XXVII.

1 CARCEREM esse † malam mansionẽ torturæ speciem, mortiq; æquiparari, si perpetuus sit, & qui illum experti sunt optimè norũt, bene probat text. *in l. item apud Labeonẽ, §. quæstionis. ff. de iniu. & l. omnes,* ibi, *immensorum cruciatuum, C. de pœnis, & in capit. nulli dubium, 3. quæst.* 1. & per iura prædicta id etiam in omniũ ore quotidie versati facile videre est apud Bald. *in l. si Clericus, in* 2. *col. Primò quæritur, post nu. sextum. C. de Episc. aud. & in l.* 1. *C. qui ad lib. perue. nõ poss.* Marsi. *in cons.* 29. *n.* 34. *& cons.* 125. *n.* 17. *vers. Immò carcer dicitur, & in pract. §. Attingam, num.* 28. *& num.* 30. *& in tract. bannit. verbo, carcerati, num.* 29. Franc. Cason. *in tract. de tormen. capit.* 12. *num.* 8. *fol. mihi* 417. *inter tracta. crim. diuers. & iterum in quæstionibus, capit.* 9. *titulo de captu. & carcera. num.* 8. *versic. Ratio, quia carcer est, fol.* 426. Catald. *in tract. de syndic. num.* 103. Conrad. *in pract. titul. de carcerat. num.* 3. *pagin. mihi* 273. *in fin.* Bossi. *in titul. de carcer. num.* 1. Roland. *consil.* 41. *num.* 15. *vol.* 4. Iodoc. *in pract. crim. titul. de carcer. num.* 2. Bonacos. *in comm. opin. crim. part.* 1. *vers. Carcer est mala mansio,* vbi post Emanuel. Soarez *in suo libello recept. senten. versic. Carcer, num.* 13. testatur de communi* Doctorum opinione * Mascard. *in tract. de probat. lib.* 1. *conclus.* 267. *num.* 6.

Est † nẽpe carcer (*vt inquit Bald. in suo tract. de carcerib. capitul.* 1. *num.* 2. *vers. Nam carcer est*) locus horribilis, tum propter priuationem conuersationis hominum, tum etiam propter immunditiam, quæ in carceribus reperitur: facit tex. *in l. si quis in ea culpa,* ibi, *custodiæ squallore, C. de custo. reo.* Et propterea per carcerationem corpus affligi dixit Ang. *in cons.* 213. prout illum refert additio ad Ang. de Malef. *in verb. qui Iudex dictum Caium, &c. num.* 4. *litera L.* &, vt etiam à pluribus carceratis in Vrbe sæpius audiui, & experientia, quæ est optima rerum magistra, quotidie nos docet, carcer est sepultura viuorum, consumptio bonorum, consolatio inimicorum, & experientia amicorum. 2

Abstineat se igitur Iudex ab indebita captura, nec indebitè pauperes homines in carceribus detinẽdo, & vltorem habeat Deum, & à iure impositas subeat pœnas. Quæ quales sint, & quando locum habeant, vt iuxta seriẽ propositæ quæstionis dignoscamus, dignoscendum inprimis est, quot modis, & quando captura seu carceratio dicatur indebitè facta. Et rursus, vt præmissorum facilior & ordinata cognitio habeatur, distinguenda est præsens quæstio in duas inspectiones, in quarum prima dicentiam, an, & quando, & quot modis dicatur quis indebitè carceratus: in secunda, quibus pœnis, & quando plectatur Iudex, qui indebitè aliquem carcerari mandat. Et circa primam inspectionem; sicut pluribus modis carceratio dicitur indebita & illicita, ita etiam procedendo per plures & particulares conclusiones

PRIMA sit conclusio in proposita prima inspectione, † quòd captura seu carceratio dicitur nulla & indebita, ratione iurisdictionis, & sic captura seu carceratio decreta ab incompetenti Iudice pariter nulla & inualida reputatur, vt per Bald. *in cons.* 285. *col.* 1. *vol.* 1. *& cons.* 318. *col.* 4. *& in ca. causam matrimonij. circa fin. de off. deleg.* vbi amplius, quòd faciens carcerare aliquem per Iudicem incompetentem, debet perdere causam, secundum Parid. de Put. *in tract. de syndic. in verb. captura, c.* 5. *n.* 6. *fol. mihi* 128. *a tergo,* Socin. *cons.* 99. *col.* 2. *vol.* 3. * Dec. *cons.* 75. *col. fin.* Anan. *cõs.* 55. *col.* 2. & ibi Bologn. *in addit.* Doct. ac præcipuè Cur. iun. Purpurat. Parpa. & Iac. de S. Georgio *in l. Magistratib. & in l. cui iurisd. ff. de iurisd. omn. iud.* Cur. *in tract. de sequest. q.* 27. Ias. *in §.* 2. *n.* 95. *Insti. de actio. & in l.* 2. *col.* 6. *in fin. vers. Nota tamen diligenter. ff. de iurisd. omn. iud.* Ripa. *respon.* 13. *col.* 2. *in prin. n.* 28. Roch. de Curt. *in cap. At si clerici, in* 3. *notab. extra de iud.* Neuiza. *cons.* 52. *num.* 26. Boër. *decis.* 215. *n.* 25. *in prin.* Rolan. *in cons.* 65. *n.* 6. *vers. † Sed præ missis non obstantibus, vol.* 3. de cõmuni* Doctorum opinione * testatur Bonacos. *in* 1. *part. suarum com. opin. vers. captura ad hoc, in fi. pag. mihi* 19. *col.* 2. *& vide quæ dixi infra, q.* 30. *n.* 135. 3

LIMITA Hanc conclusionem primam sic generaliter propositam, † vt pariter, nec generaliter locũ habeat, quando Iudex incompetens aliquem caperet, non vt is causam illam cognoscceret, sed vt captum ad competentem Iudicem remittat: tali enim casu, non potest in captura allegari Iudicis incompetẽtia, vt per Bart. *in l. Magistratibus, in* 1. *q.* quem ibi communiter* omnes alij Doct. sequuntur. *ff. de iurisd. om. iu.* vbi dixit, quòd municipales Magistratus, qui non habent potestatem cognoscendi causas maiores, & in quibus corporis ac sanguinis pœna de iure imponitur, possunt delinquentes etiam maiori-, & corporali pœna dignos incarcerare, & ad maiorẽ remittere Iudicem, per text. *in §. Audient. in Aut. de defens. ciuit. collat.* 3. Qui textus quamuis loquatur in defensoribus generaliter, tamen intelligi debet in omnibus Iudicibus, vt per Bart. *in dd. Magistratibus,* & ibidem Purpurat. *num.* 8. *&* 9. vbi ampliat, etiam quòd non adsit periculum fugæ, *ff. de iurisd. om. iud.* ac per eundem Bart. *in l. si quis in seruitute, ff. de fur.* & facit text. *in l. fin.* ibi, *eos autem, qui dolo fecisse incendium conuincuntur, ad Fabium Chilonem præfectum Vrbis, amicum nostrum remittere, & c. ff. de offi. præfec. vigil.* sequitur Boër. *d. decis.* 315. *num.* 34. *ad medium, vers. & sic dominus de Castellario,* facit quòd in simili de Iudice laico carcerari mandante clericum ad effectum illum remittendi ad Iudicem ecclesiasticum suprà diximus *in tit. de inquisitione,* 4 5

q.8.n.116.& seqq. & secundùm hanc declarationem passim in Vrbe seruatur in Iudice Curiæ de Sabellis, ac Turris nouæ, qui capiens reos de capitali crimine inquisitos, quorum cognitio ad illum non spectat, dictos captos non relaxat tanquam indebitè carceratos, sed [ad illustriss. Domin. Auditorem Cameræ ac] ad reuerendissimum Dominum Vrbis Gubernatorem, tanquam ad iudices competentes remittit, & si aliter faceret & relaxaret, reprehensionem & forsan etiam punitionem incurreret.

¶ SECVNDA sit conclusio in hac eadē prima inspectione, & ex præcedenti prima conclusione illatiuè ortum
6 habens, † quòd captura dicitur iniusta & indebita, vbicunq; fuerit facta de mandato Iudicis non habentis merum imperium, & non existentis in maiori Magistratu, vtputà sunt Rectores alicuius Vniuersitatis, consules mercatorum, & alij similes, qui non habēt nisi simplicem iurisdictionem, secundùm Paul. de Castr. *in l. cùm proponas, C. de bon. auth. iud. possid.* sequitur Marsi. *in pract. crim. §. attingam, n. 77. & in tract. de banni. in verbo, capit, num. 51.* vbi allegat text. *in l. 2. ff. de orig. iur. & Doc. in l. imperium, ff. de iurisd. om. iud.* Boër. *decis. 215. sub n. 34.* vbi inter alios concordantes allegat Purpura. *in dicta l. imperium, n. 226.* & maximè dicit facere textum *in l. secunda, §. finali, secundum vltimam lecturam gloss. ff. de iud.* Conrad. *in pract. de captura, n. 1. ver. nec dubiū erit, pag. 266.* vbi declarat Decian. *in tract. crim. tom. 2. lib. 7. c. 10. n. 23.*

¶ TERTIA sit cōclusio, & quę pariter infertur ex præce-
7 denti secūda conclusione, † quòd cùm delegatus nō habeat merum imperiū, idcirco captura, seu carceratio de eius mandato facta, dicitur nulla defectu iurisdictionis, glos. *in l. cōsentaneum, &* ibi Bald. *in l. 3. col. versic. quaro, nūquid delegatus, C. quom. & quādo Iudex, & §. si verò etiā in Auth. de exhib. reis, colla. 5. & in auth. rei qui iurat.* vbi Bal. *col. 5. ver. itē not.* & Bar. *in 1. notab. C. de bon. auth. Iudic. possiden.* Notāt Doctores *in l. plerique. ff. de in ius voc.* idē Bal. *in auth. omnino, col. 3. ver. circa personā Iudicis, C. ne vxor pro marito,* Alex. *in l. iubere, col. 2. ff. de iurisdict. omn. iud.* Purpurat. *in l. cui iurisdict. nu. 6. ff. eodem.* Marsil. *in pract. in §. attingam, in fin. n. 78. & in tract. de banni. in verbo, capit, n. 51.* Boër. *decis. 215. n. 34.* Cōra. *in pact. de tit. de captura, n. 1. vers. Hinc est, quòd captura, pag. mihi 266. col.*
* 1. de cōmuni* testantur Ias. *in l. cui iurisdict. n. 13.* & ibi eriā Curt. iun. *n. 18. ff. de iurisdict. om. Iudic.* Diaz *reg. 179. incip. delegatus inferiorus,* Villalob. *in cōm. opin. litera D, n. 27.* vbi limitat, nisi timeatur de fuga, Bonacos. *in com. opin. par. 1. pag. mihi 18. a tergo, ver. 2. incip. non potest facere quilibet delegatus, &c.*

8 ¶ QVARTA sit conclusio, † quòd captura multò magis dicitur iniusta, si est facta ab aliqua priuata persona, nullam prorsus habente iurisdictionem, nec ordinariam, nec delegatam: is enim dicitur priuatum carcerem cōmittere, & priuati carceris pœna plectēdus est, cùm certi iuris sit, nemini licere etiam publico Officiali debitorem, seu delinquentem capere sine Iudicis authoritate, *l. neminem, C. de exhib. reis,* cuius text. verba sunt hæc: *Neminem in iudicio exhibendum esse præcipimus nisi de cuius exhibitione Iudex pronunciauerit.* & ibi hoc notāt glo. Odofr. Petr. Cyn. Iacob. Bar. Alb. Bal. Angel. Sal. &
* cōmuniter* Doctores teste Anto. Gom. *de delict. cap. 9. tit. de captura reorū, n. 3.* quē refert, & sequitur Bonac. *in suis cōm. opin. part. 2. pag. 8. a tergo, vers. capere nemo debet delinquētem.* Iod. *in pract. crim. tit. de citatione reali, id est, captura, n. 1.* Frāc. Cason. *in tract. de indic. & tort. ad fin. in tit. de captur. & carc. cap. 9. n. 3.* Ghirlan. *de relaxat. carcerat. q. 1. nu. 16.* Conrad. *in pract. ti. de carcer. n. 4. ver. priuatus vero carcer, mihi 274. col. 2.* cōcordant tradita per Diuum Thomam *2. 2. q. 65. art. 3.* Sūma Syluestrina *in verbo, carcer, quæst. 1.* Summa Tab. *in verbo, carcer, §. 1.* quos referendo sequitur Placent. *in praxi iudiciaria inquisitorum, in vers. incarcerare, pag. mihi 37.* vbi istorum authoritate motus dixit, quòd carcerare alium quis non potest simpliciter, nisi sit minister iustitiæ, & secundùm ordinem iustitiæ: etsi enim cuilibet liceat alium ad horam detinere, nec malum aliquod faciat simpliciter: tamen detinere, & ligare non licet, sed tantùm hoc potest, qui vniuersaliter habet disponere de actib. & vita alterius, & faciūt, quæ infrà scripsi *in q. 32. n. 31. & seqq.* vbi declaraui, an & quando exequutores possint aliquem capere sine Iudicis mādato, *& ibidem num. 74. & seq.* vbi pariter declaraui, an, & quando priuatæ personæ possint capere malefactorem.

Priuati † autē carceris pœnam, capitis essē, ac vltimi sup- 9
plicij, immò & huius criminis reum tanquam læsæ maiestatis reum à iure reputari, per text. *in l. 1. C. de priuat. carcerib.* & ibi præcipuè Bald. & cōmuniter* omnes, dubitandū non *
est, & in specie tradidēre etiām Guliel. Bont. *in tract. casuum, in quibus pœna mortis specificè est imposita. num. 3. inter tract. crim. diuers. pag. mihi* 444. Conrad. *in pract. tit. de carcer. n. 4. vers. huic dicamus, fol. 274. & in tit. de læsæ maiest. reis, n. 5. ver.* 54. *Collige, &c. pag. mihi* 351. *& in tit. de carcerem priuatum exercen. n. 1. fol.* 353. Plot. *cons. cri. diuers. 73. n. 9. tom. 2. in folio.* Fab. à Montel. *in sua prax. arbitr. part. 4. in §. iurium censura exercentes priuatum carcerem, fol. mihi* 280. *n.* 869. Cyrill. *in summa crim. rubr. 12. tit. de custo. reor. part. 1. §. 1. n. 1. vers. Sed hæc custodia,* vbi quòd cùm personarū custodia ad solū Principem spectet, *l. succurritur. ff. ex quib. cau. maio. d. l. vnic. C. de priu. carcerib.* Idcirco, qui ex propria eorum authoritate carcerem exercent, vt latrones, prædones, plagiarij, tyranni, & cæteri id genus nefandissimi homines, priuatū carcerē vsurpare dicuntur, & tanquam eiusdem Principis maiestatis violatores, vltimo supplicio puniuntur, Gig. *de crim. læsæ maiest. tit. qualiter, & à quibus crimen læsæ maiest. cōmit. quæst. 35. n. 1. & seq.* vbi hoc ideo per hoc crimen quē incidere dicit in crimen læsæ maiestatis, quia ex tali actu lædituir publica maiestas: carcer enim est meri imperij, vt suprà dixi, *n. 6. & 7.* & cùm propterea, qui priuatū carcerē exercent, merū imperium sibi vsurpare dicātur, vt per Bald. *in d. l. vnic. vers. in textu,* ibi, *custodiam. C. de priua. car.* vsurpatæ autem iurisdictionis crimen, læsæ maiestatis crimē dicitur, *l. 3. ff. ad l. Iul. maiest. l. qui nomine, ff. de fals.* plenè idem Gig. *de crim. læsæ maiest. vbi sup. quæst. 22.* per totam, idcirco & committens priuatum carcerem, etiam crimen læsæ maiestatis committi non sine ratione dici potest, vt per eundem Gig. *vbi suprà,* qui in id etiam allegat Parid. de Put. *de re milit. lib. 9. §. An similes, n. 8.* & Ioan. de Ana. *in cap. 1. col. 2. vers. vltim. quia hic, &c. de Clerico percusso.* sequitur Placentin. *in prax. Iud. inquisitorum, vers. carcerem, & ver. sequenti, incip. incarcerare, pag. mihi* 37. Nec multū in proposito laborandū est, inuestigādo rationes, & authoritates, cùm verba text. *in d. l. prima, C. de priua. car. in fin.* satis clara sint, dum dicit. *Nam illud perspicuum est eos, qui hoc criminis genus cōmiserunt, etiam pro veterum legū, & constitutionū tenore, tanquā ipsius maiest. vltimo subiugados esse supplicio.*

De iure autem canonico retinens clericum non ligatum, sed intra parietes inclusum, pœnam, excommunicationis incurrit, *cap. nuper, §. nos igitur,* & ibi glo. *1. de senten. excom.* immò includens clericum inuitum in aliquo loco, licèt corpus non tangat, incidit tamen in pœnam, *si quis suadente diabolo, c. 17. quæst. 4.* sicut si manus violētas in eum iniecisset, secundum Bart. Bald. Paul. de Cast. Ias. & Felin. in locis relatis per Decian. *in tract. crim. tom. 2. lib. 7. capit. 10. num. 22.*

Tenetur insuper † qui priuatum carcerem exercet, ad 10
omnia damna, & interesse passa per eum, qui in carcere detentus est, *per c. pœnale.* cum ibi notatis *14. quæst. 5.* necnon si detentus erat debitor carcerantis, amittit debitum, *per §. quia verò in Auth. nulli iudi.* & vtrumque tradit Fab. à Monteleone *in sua praxi arb. d. part. 4. fol. 280. n. 869.* & pro primo dicto faciunt, quæ infrà *in hac eadem quæstione in 2. inspectione,* dicentur de Iudice indebitè aliquem carcerante, quòd tenetur ad omnia damna, & interesse: ergo multò magis ad illa tenebitur is, qui sine vlla iurisdictione aliquem carcerat, & pro secundo dicto facit etiam text. *in l. si quis in tantam,* cum ibi notatis, *C. vnde vi.*

¶ Verùm quia præfata quarta conclusio non semper vera est, nec semper capiens aliquem propria authoritate priuati carceris pœna punitur, sed in multis casibus excusatur: idcirco vt materiam hanc priuati carceris sparsim per Doctores tractatam hoc in loco summatim positam, & completam habeas, procedendo more solito per ampliationes, & limitationes.

¶ AMPLIA I. Propositam quartam cōclusionem, † vt 11
carcerem priuatum quis committere dicatur, nedum quando quis retinet aliquem in carceribus inclusis, verùm etiam si retinet extra carceres in compedibus, vinculis, latumiis, seu alio modo etiam in camera, siue ciuitate cum custodia hominum, ne retētus recedat, ac generaliter quocunque modo quis inclusus, seu nō inclusus cum vinculis, vel sine vinculis

reti

retinetur, vt tamen recedere non possit, semper dicitur sub carcere priuato incluſus,& illius pœna habet locum,vt docet Sali.*in d.l.vnica,colum.fi.n.7.ver. Sed quæri,& ibi in addit.C. de priuat.carcer.*& ante eum Bald.*in l.ſi confidis,*& ibi gl.per illum text.*C.ad l.Iul.de vi publ.*ſequitur Plot.*conſ.crim.diuer. 75.n.9.tomo 2.in fo.* Fab.à Monteleone *in ſua praxi arbitr.d. par.4.n.869.* vbi ampliùs quòd carcer priuatus dicitur commiſſus, etiam quòd quis fideiuſſoribus,nedum carceribus ſe obtulerit. Nec diſſentit Ang.de Maleſi. *in verbo, quod fama publica præcedente,&c.n.89 in prin.verſ.quartus eſt carc.* vbi poſt Ang.de Peruſ.*in d.l.vnica,C.de priuat. carc.* dixit quòd carcer priuatus cõmittitur in eum,qui retinetur in via taliter, quòd recedere nõ poteſt,ſequitur Bertazzo.*conſ.crim.426.in fi.principij,vol.2.*& facit Bonif.de Vitalin. *in tit.de carc.priu. n.1.* vbi quòd ſemper imponitur pœna capitalis ei,qui aliquẽ tenet in carcere priuato,ſiue in domo,ſiue ſiue,vt poſt Ang. Sal.Bal.& Plot.quos allegant,ſcripſerunt Bertazz.*conſ.crim. 426.n.1.in fi.volum.2.* & Claud filius *ibi in add.littera A,ver. neque excuſabitur.* Dec.*in tract.crim.tomo 2.lib.7.cap...num.* 18.*&* 19.vbi bene comprobat hanc ampliationem tam quoad retinentem in vinculis, quàm quoad retinentem in cuſtodia,etiam quòd detentus non exiſtat intra parietes incluſus.

12 ¶ AMPLIA II. Quòd †licèt aliàs frangens carceres & ex illis fugiens,capitaliter puniatur,ad text. *in leg.1.in prin.ff. de effract.& expilat.* tradunt Doct.*in l.reos.ff.de cuſto.reorum,& in l.milites agrium §.eum,ff.de re milit.* cũ aliis per Plot. *in l.ſi quando,n.883.* Vnde *vt* Boſſ.*in tit.de effractor.n.1.& ſeq.*&

13 latiùs dicã *infrà,hoc eodem tit.in q.30.* † Si tamen quis frangendo carcerem priuatũ aufugerit nulla pœna punitur, quia ex iniuſto carcere aufugit,vt per gl.& Doct. *in l.ſi curruut, ff.ex quib.cauſ.maior.* Boër.*dec.215.n.13.in fi.* Pau.Ghirlan. *in tract.de relax.carcerat.ſub rub.de fuga carcerati,n.15.v.ſexto limita.& n.16.ver.& ideo ſi Tyrannus.* Viu.*in comm.opin.verbo fugiens à carcere publico,n.4.verſ.coarctatur ſecundo,& n.5.*

* *verſ.Ideo ſi Tyrannus,* vbi teſtatur de communi *opinione, ex Boër.*de deciſ.215.n.13.* Addo & Maſcar.*in ſuo tract.de probat.lib.2.concl.820.n.18.* Clar.*in pract.§.fi.q.21.v. tertio autem modo:* ibi,*item intelligenda eſt hæc concluſio.&c.* vbi pariter de commun.Decian.*in tract.crim tom.2.cap.10.n.24.& cap.* 10.*n.*14. vbi quòd nec iſto caſu punitur eximens detentum

14 in priuato carcere.& facit viua ratio,†quia ſi ex carcere publico,quando iniuſtus eſt,licet alicui etiam cuſtodes occidendo aufugere,ſi aliter euadere nõ poteſt,vt poſt antiquiores,quos allegant,tradunt Dom Meno.*de arbit.q.caſu 301.n.14.& 15. lib.2.cent.2.* Ioſeph. Maſcar.*de probat.concl.266.n.26.& ſeq. tom.1.*& pariter dicam latiùs *infra eod.tit.* in materia fugientis ex carceribus,& illos frangentis,*in d.30.quæſt.* multò magis id debet licitum reputari ei,qui in carcere priuato detentus eſt,qui non ſolùm iniuſtus,& illicitus iure iudicatur, ſed etiam punibilis *per d.l.vnic.C.de priuat.carcer.*

15 ¶ AMPLIA III. Eandem quartam concluſionẽ procedere,vt priuatus carcer commiſſus dicatur non ſolùm, quando aliqua priuata perſona aliquem detinet, ſed etiam quando birroarij, vel alij publici officiales deſtinati ad maleficos capiendos,illos captos in eorum propria domo, ſeu alio loco, non autem in publico carcere retinerent. Niſi enim ſtatim præfati birroarij,& officiales dictos captos ad ſuperiorem puniendos duxerint,& ad publicum carcerem conduxerint,priuatum carcerem committere dicũtur, & priuati carceris pœna digni ſunt,ſicuti per tex. *in l.1. de cohort.* & per *l.defenſores,de defenſor.ciuit.& per l.4. de cuſtodia reor.* expreſsè tradidit Paris de Put.*in trac.de ſyndic.in verbo, captura,capit.8. n.1.fol.mihi* 130.*à tergo in 1.col.* vbi tamen declarando hanc materiam dicit,quòd poſſunt præfati publici officiales ex cauſa dictos captos aliis cuſtodiendos tradere,vt in *auth. mauri, & auia,§.fi.& in l.capite quinto,de adul.* donec tamen capturam Iudicibus denuncient.

16 ¶ AMPLIA IIII. In tantum †priuatum carcerem eſſe illicitum,& iurib.odioſum,vt ſi in aliqua ciuitate exerceatur priuatus carcer,& gubernator illius ciuitatis hoc ſciat & toleret, incidit etiam & ipſe in crimen prædictũ,& illius pœna plecti poteſt,vt dicit tex.*in d.l.vnica,C.priuat.carc.* cuius tex.verba ſunt hæc: *Non poſt hanc ſaluberrimam conſtitutionem,& vir ſpectabilis pro tempore Prefectus Auguſtalis,& quicunque prouinciæ moderator maieſtatis crimen proculdubio incurſurus eſt, qui cognito huiuſmodi ſcelere, læſam non vindicauerit maieſtatem,* & quæ ſequuntur;tradunt ibi gloſ.Bar.Bal.Sal.& communiter*omnes,Gig.*de crim.læſæ maieſt.lib.1.tit.qualiter, &* * *à quibus crimen læſæ maieſt.cõmitt.q.35.n.2.* Conrad.*in pract. tit.de carcerem priuatum committentibus,n.1.ver.Hocque ampliatur,pag.mihi 553.col.1.* Nec mirum, † quia, vt alibi ex 17 profeſſo tractauimus,Iudices ex ſola negligentia tenentur ac puniuntur aliquando extra ordinem, & aliquando etiam capitaliter,vt per Boſſ.*in titulo de offic.corrup.n.24.& ſeqq.*& latiùs per Menoch.*de arb.quæſt.lib.2 caſu 341.per totum,cent.4.*

¶ AMPLIA V. Vt multò magis †pœna criminis læſæ ma- 18 ieſtatis,ac mortis eſſet afficiendus is, qui carcerem priuatum exercet, ſi vltra detentionem in carcere deuenerit etiam ad torquendum dictum detentũ:cum.n.magis ſit torquere,quã detinere,vt per gl.*in l.1.in verbo.nec putari,in fi.C.de cuſtod. reorũ*, ideo ſi pro ſola detentione quis incurrit crimen læſæ maieſtatis,multò magis is incurrere debet,ſi vltra detentionẽ 1[illegible] interuenerit etiam tortura,ſecundùm Bart.*in d.l.vnica,in ver. in text.* ibi,*violatores,C.de priuat.carc.* quem refert & ſequitur Gig.*in tract.de crim.læſæ maieſt.lib.1.tit. qualiter, & a quibus crimen læſæ maieſt.commit.q.35.in fine,numero* 18. † & cùm 19 etiam mortis pœna à iure indicta ſit Iudicibus, qui indebitè aliquem torquent,ſecundùm vnam eorum opinionem,quam magis communem * dixerunt Marſil.*in pract.§. expedita,n.* * 87.Io.Bapt.Villalob.*in comm.opin.littera I,numero 99.* Cõrad. *in pract.titulo de ſen.diffinitiua criminali,num.6.prope finem, poſt verſiculũ debet eũ Iudex de ſententia,&c.pag.mihi* 314. *col.1.in fine,* Roland.*conſ.12.n.7.& ſeqq.vol.3.* & de qua Deo dante alibi latiùs diſſeremus. Multò magis eadẽ pœna indicta eſſe debet ei,qui ſine vlla prorſus iuriſdictione detentum maximè in priuato carcere torquet, quicquid in contrarium ſenſerit Bald.*in d.l.vnica,* relatus per Claud Bertazz. *in add. ad conſilium patris crim.416.in littera B,vol.2.* dicens ſecundùm eum,capientem bannitum,incarcerantem,& torquentẽ tanquam iuris exequutorem,non delinquere; falſa enim eſt hæc Baldi propoſitio,cùm talia facere, vt ſuprà dixi,meri imperij ſit. Et licèt in iure,aliquo caſu ſit permiſſa retentio ſeu captura, prout ſine dubio permiſſa eſt captura & retentio banniti,qui hoſtis publicus dicitur, captus tamen ſemper ad Iudicem remittendus eſt,*l.interdum,§.qui furem,ff.de iuri.l. finali,C.de maleſic.& mathema.l. capite quinto, ff.ad l.Iul.de adulter.*& ſi aliter diceremus,eſſet,vt idem Claud.bene conſiderat, ad priuatorum vindictam multa ſtatim erigere ſubſellia,ſed ad hæc,quæ hîc de bannito dicuntur,vide quæ dixi *infra,numero 53.in 7.limitatione.*

¶ AMPLIA VI. Eandem quartam concluſionẽ,† vt nec 20 carceri priuato quis ſe obligare poſſit, & ſi obligauerit, talis obligatio eſt nulla & inualida, etiam quòd fuerit iurata:tum quia carcer priuatus de iure prohibitus eſt, & contra bonos mores,*d.l.1.C.de priuat.carcer.* pacta autẽ contra bonos mores minimè ſeruanda ſunt:tum etiam, quia carcer eſt ſpecies ſeruitutis,*l.3.ff.de lib.homine exhib.* cui quidem ſeruituti, cùm nemo ſit dominus membrorum ſuorũ,*l.liber homo,la prima, ff.ad l.Aquil.* idcirco per pactum quis ſubiicere ſe non poteſt, *.lnec ſi volens,& l.liberos,C.de lib. cau.* & quia etiam detinere aliquem in carcere,eſt ſpecies iuriſdictionis,vt ſuprà dixi,*n.6.* pacto autem priuatorum iuriſdictio cõferri nõ poſſit,*l.priuatorum,C.de iuriſ.om.iud.* ideo conuentionem,qua quis ſe priuato carceri obligat,minimè valere,etiam quòd iurata ſit tradiderunt in ſpecie Bald.*in c.ex reſcripto,col.2.v. quæro vtrum teneat,& ver.quæro nunquid debitor,extra de iureiuran.* Bald. Angel.Imol.& Alex.*in l.alia,§.eleganter.ff. ſoluto matrimon.* idem Bald.Pau.de Caſtr.& Imola *in l.Titio centum,ff.de condit.& demonſtrat.* Bald.& Salic.*in l.ob eas,C.de actio.& obligat.* Rom.*in l.ſi deceſſerit,qui ſatisd.cogan.* Bald.*conſ.247.proponitur,quòd Ioannes lib.2.* vbi loquitur de quodam,qui in carceribus priuatis detentus iurauerat redire, & concudit, quòd non tenetur redire,nec poteſt vocari periurus propter inualiditatem pacti. Sequitur Natta *conſ.451.num.32.& 33.l.2.* vbi quòd nec etiam valet talis pactio cum actione pœnæ, adhuc enim in caſu contrauentionis nec pœna exigi poteſt, quia maior poteſtas requiritur in adiectione pœnæ,quàm in diſpoſitione principali *l.2.§.his datur.ff.de iud.* Et qui nõ poteſt diſponere ſimpliciter,nec etiam poteſt diſponere pœnaliter, Bald.*in l.omnes populi, colum.6.verſ. ſed quid ſi ſtatutum*

inualidum,ff.de iust.& iure.& licèt contra hanc ampliationem tenuerit Innoc.*in dicto capit.ex rescripto,in glos.in verbo,obsides extra de iureiuran.* Bart.*in d.leg.alia,§.eleganter,columna 2.ff.soluto matrim.& in d.l.Titio,§.Titio centum,ff.de condit.& demonstratio.in tractatu de carcer. col.6.* non tamen recedas ab ea,quæ non solùm, vt præfertur bonis rationibus fundata est,sed etiam communis, * sicuti etiam consuluit Soc. *in consil.99.num.11.volum.4.*& testatur Conrad. *in pract.tit.de carceratione,post num.4.pag.mihi 274.col.1.*nec dissentit Decian. *in tract. crim.tom.2.cap.10.n.15.lib.7.* vbi etiam refert contrarium tenentes,& illorum rationibus respondet, *& n.12.*vbi declarat hanc ampliationem non procedere in eo qui retinet in carcere redemptum ab hostibus,donec soluat pretium pro sua redemptione per retinentem solutum Sic enim redemptus voluit,& se obligauit,secundùm Ang. & Marsil. in locis per eum relatis.

21 ¶ LIMITA I. Propositam quartam conclusionem, † vt procedat, quando quis detinetur in carceribus vltra viginti horas: vsque enim ad horas viginti licitum est vnicuique debitorem,seu delinquentem retinere, seu vltra:textus videtur clarus, qui hanc probat limitationem *in l.cap.5.* & ibi hoc * notant Bart. & communiter*omnes,*ff.ad legem Iul.de alter.* cuius textus verba sunt hæc:*Capite quinto legis Iuliæ ita cauetur,vt viro adulterium in vxore sua deprehensum,quem aut nolit,aut liceat occidere,retinere horas diurnas,nocturnásque continuas non plus,quàm viginti,testandæ eius rei causa, sine fraude sua.iure liceat.*& per istum textum hoc idem tradiderunt * idem Bart.& cõmuniter*omnes *in d.l.vnica, C.de priuat.carcer.& in l.1. C. de exhiben. reis*, Innoc. Abb. & Fel. *in c.vt famæ, de sent.excomm.* Paris de Put.*in tract.syndic.verbo,captura,c.8.n.2.&* 4.Fran. Cason.*de indic.& tort.ad finem operis,in tit.de captura,& carcer.c.9.n.4.*Iodo.*in pract.crim.reali,id est,captura, c.15.n.5.*Boët.*decis.215.n.13.ad finem,*Gig. *in tract.de crim. læsæ maiest.lib.1. tit.qualiter,& à quibus crimen læsæ Maiest.commit.q.35.n.1.*Conrad.*in practica,tit. de carcerat.post n.4.pagina migi 274. col.1.*licèt,vt refert Iodoc. *vbi supra,num.6.* alij infra sex horas debere retentum Iudici assignari,si id fieri potuit,autumauerint:prior tamen opinio, quæ horas viginti concessit, non solùm verior est, vt patet ex contextu *d.l. capite quinto, ff.ad l.Iul.de adulter.*sed etiam * communis,*vt testatur Ant. Gomez.*var.resol.tom.3.c.9.tit. de captura reor. n.3.ad finem, vers. Item adde*, & ita etiam omnes Doctores concludere post Cauen. quem allega. *super 56.tit.magnæ Curiæ,n.2.*testatur Clar.*in pract.§.fin.q.68. vers.priuatum carcerem exercens*, Bertazzo. *cons.crim.426. num.5.vol.2.*

¶ Et nos Romani habemus Vrbis statutum *in 2.lib.c.59.* quo cauetur,quòd quicunque ceperit,aut capere fecerit aliquem,& eum propria libertate priuauerit animo carcerandi, vel in eum priuatum carcerem committendi, si per aliquod temporis breue spatium retinuerit, pœnam ducatorũ ducentorum:si verò per duas,vel plures horas,non tamen vltra vigintiquatuor, pœnam ducatorũ quingentorum incurrat:dicta verò pecuniaria pœna in nobilibus duplicetur,in magnatib.& eorum bastardis quadruplicetur:quas pœnas si singuli prædicti in his casibus non soluerint infra decem dies à die latæ sententiæ,capite puniantur ad morte.Hactenus statutũ. Ex quo apparet,quòd si vltra vigintiquatuor horas quis fuerit detentus,succedit pœna iuris cõmunis,de qua *sup.in reg.n.9.*

22 ¶ SVBLIMITA Hanc primam limitationem,† vt procedat,quando captura in se iusta est:vtputà,quia fiat in quibusdam casibus à iure permissis, de quibus dicam in sequenti limitatione, & in quibus cuilibet priuato licitum est propria authoritate capere, etiam sine vlla Iudicis authoritate; tunc enim licitum est ei sic iustè capienti captum etiam in priuato carcere retinere vsq; ad horas viginti iuxta terminos *d.l.c.5. ff.ad l.Iul.de adult.* quæ loquitur in adultero reperto in flagranti cum vxore,quem non solùm retinere, sed etiam occidere licebat,& sic in casu permisso,& in captura iusta. At secus, si captura sit iniusta à principio, & in casu à iure non permisso,quia tunc etiam quòd captus detineatur in priuato carcere minori spatio viginti horarum,adhuc etiam succedit pœna priuati carceris,sicuti post Cauens. vbi suprà,per om- * nes Doctores *concludi testatur Clar.*d.q.ver.priuatum carcerem exercens,*immò quando,vt præfertur, captura est illicita, statim quòd quis capitur, committitur priuatus carcer, teste Poss post Bart.& Dec. quos allegat.*in tit.de carcere,n.26.* & faciunt scripta per Claud. Berta.*in add.ad cons.patris crim.429.litera A,vers.quandoque carcer,& litera E,versic. Rationem eo loci,vol 2.*vbi dixit, quòd quando quis aliquem carcerat custodiæ gratia pro criminis inuestigatione, iuxta terminos *l.1.ff.de exhib.reis,& l.fi.C.de custod.reor.* quo casu carceratio est prorsus à iure improbata,tunc si captum Iudici non denunciauerit, læsæ maiestatis reus efficitur, etiam quòd modico tempore illum retinuerit: perficitur enim tale crimen momento,vt nefandissimorum hominum arrogantia reprimatur,vt dixit Imperator *in d.l.vnica.* & vide ad comprobationem huius sublimitationis bene loquentem Dec. *in tract.crim.tom.2.lib.7.cap.10.num.2.per totum.*

¶ SBVLIMITA II. Eandem primam limitationem procedere,quando retinens aliquem in carcere habebat animũ non illum retinendi,sed Iudici præsentandi: tunc enim huius criminis pœna non tenetur,nisi illum retinuerit vltra 20. horas:secus autem quando à principio carcerauit,non animo prædicto præsentandi carceratum Iudici,quia tunc per momentaneam retentionem, talis pœna subintrat, secundùm Decian. *in tract.crim. tom.2.lib.7.cap.10. num.2.præsertim, in fine.*

¶ LIMITA II. Eandem quartam conclusionem, † quia 23 plures sunt casus in iure,in quibus vnicuique,sine vlla Iudicis authoritate & mandato,licitum est delinquentes capere, velut in monetarum falsariis seu violatoribus, *l.1.C.de falsa moneta.*In latronibus & viarum grassatoribus,*d.l.capitalium, §.famosos.ff.de pœn.*In incendiariis,*d.l.capitalium,§.incendiary,& in l.qui ædes,in princ.ff.de incend.& in l.qui vltimo ff.de pœn.*in violẽtis fœminarum raptoribus, *l.raptores,C.de Epis. & cler.l.vnica,C.de rapt.virg.* In militibus stipendiariis, qui furtim duces effugiunt,*l.3.ff.de re milit.l.1.C.de desert.& oculi.lib.12.*In arborum & vinearum stolidis incensoribus,*l.2. ff.arb.fur.cæs.*In fure acclamante,populo fugiente,*l.si quis in seruitute,ad fin.l.interdum,§.qui fures,ff.de furt.* In veneficis & incantatoribus, *l.fi.C.de malef.& mathem.* Et demum in reo in flagranti crimine reperto, vt suprà dixi *d.q.21. n.140.* quos omnes casus sic vt suprà positos optimè dinumerat Iod. *in pract.crim.d.tit.de citatione reali,id est,captura,c.15.n.2.&* ante Iod.eosdem ferè casus & delicta enumerat gl ordin. & magistralis *in l.fi.C.de exhib.reis,*& ibi communiter* Doctores,vt testatur Ant.Gomez. *d.tit.de capt.reor.c.9 n.3. in fin. ver.item adde.* Dec.*d.c.10.n.3.* vbi de capiente adulterum in adulterio deprehensum,item de capiente adulterantem monetam Principis: item de capiente suũ debitorem fugitiuum. *

¶ SVBLIMITA Hanc secundam limitationem † vt pro- 24 cedat secundùm terminos præcedentis limitationis,videlicet dummodo priuata persona,seu alius officialis,qui delinquentes in prænarratis casibus capit illum sic captum nò retineat in priuato carcere vltra viginti horas. At si vltra dictas horas viginti retinuerit, incurrit crimen & pœnam priuati carceris, etiam quòd simus in captura à principio licita, & à iure permissa. Sic in specie declarant Paris de Put.*de syndica.verbo,captura,cap.8.num.2.&* 4.Franc.Cason.*in tractat.de indi.& tortura,ad finem operis, in tit.de captura, & carcer. cap.9. num.4.* Iodo. *in pract.crim.de capt.cap.15.n.5.tit.de citatione reali,id est,captura.* Anton. Gomez.*var.resolut.tom.3.tit.de capt.reor.cap.9.eod.n.3.in fine vers.item adde*, dicens sic probari in textu,*in d.l.cap.5.ff.de adult.*vbi glossa, Bart.& communiter * Doctores. Et certè textus ille hanc sublimitationẽ * apertè probat, quia loquitur in adultero deprehenso domi cum vxore, quem non solùm à iure licitum est capere, sed etiam occidere, & tamen si vir non occidere deliberauerit, sed capere & retinere in domo, in qua ipsum inuenit, talis retentio non permittitur, nisi vsque ad viginti horas. Nec à præmissis dissentit Boër.*dec.275.n.4.ver.quidam alij sunt.*vbi magistraliter loquendo dicit, quòd quidam sunt, qui à iure multam habent potestatem capiendi, nec retinendi; & isti quidem etiam quòd non retineant per viginti horas,dicuntur carcerem priuatum commisisse,vt etiam suprà dixi,*num.22.* quidam verò sunt, qui habent potestatem capiendi, sed non retinendi, vt in casibus in limitatione prænarratis, *in præcedenti num.23.* Et isto casu, si vltra viginti horas captus detineatur absque eo quòd Iudici præsentetur, incurritur

pœna

pœna priuati carceris, dicta l.capite quinto. Est enim isto casu captura ab initio licita, sed retentio vltra viginti horas illicita, & per Bartol. & Ang. *in dicta l.cap.quinto*, Ioan.de Plat. *in l.prima, ante finem, vers. Et nota quod tenens aliquem, l.... C. de cohor.prin.lib.12.* Sal. *in l.fi. in fin. C.de exhib.reus*, cùm aliis ibi per Boër. allegatis.

25 ¶ LIMITA III. Vt† pœna priuati carceris non habeat locũ in illis, qui detinent aliquẽ in carceribus correctionis causa; vt putà in patre detinente filium in priuato carcere, sicut per text. *in l.3.§.1.& 2.ff.de liber.hom.exiben.* tradũt Cy. Alb. & Salic. *in d.l.vnica, C. de priua.car.* & per text. *in l.1.& 2.de patr.potest.& in l.2.ff.de his qui sũt sui, vel alieni iur.* & tradit pariter Paris de Put. *in tract.de syndic.verbo, captura, c.8.n.3.* Cõrad. *in pract.tit.de carceratione, n.4.vers. Planè limitare potes, fol.274.col.1.* Gig. *de crim.læsæ maiesta.lib.1.tit.qualiter, & à quib.crim.læsæ maiest.cõmitta.q.35.n.7.* Fab. à Mõteleone *in sua praxi arbitra par.4. Iuriũ censura exercentẽ priuatum carcerẽ.fol.280.n.869.* Marsi. *in tracta.de bann. in verb. carcerati, n.60.* Placẽt. *in sua praxi iud. inquisitoris sub vers. carcerũ, in fine.fol.mihi 37.* latè prosequitur Boer. *dec.275.n.1. & per totã, in discursu, parte secũda, vbi n.3.* quòd pater relegans filiũ in certo loco, nõ dicitur incidere in tit.de priuatis carcerib. alleg. Butr. *in l.ex facto, in fine, ff.de hæred.inst.* Ant.de Butr. *in c.cum contingat, de foro cõp.* & idẽ Feli. *in fi.* dicentẽ filium posse à patre aliquando recludi in camera, vt dicitur fieri à Florentinis, quia aliud est detrudere in carcerem, & aliud tenere sub custodia, vt per gl. *in fi.C.de decurio.l.12.* & de ipso patre videtur etiam *text. in l.3.* ibi, *obligaturus, &c. C.de patr.potest.* & ibi per illũ text. dicit Bald. patrẽ carcerare posse filiũ non per viã iurisdictionis, sed correctionis Et ad hæc vide declaratẽ *Claud. Bertazzo. in addi. ad cons. patris crim.426.vers. Primò itaque, &c. & ver. Præterea licèt quis sit pater*, Decian. *d.c.10.n.5.*

26 ¶ Et idem in marito, † qui causa correctionis & castigationis potest vxorem in vinculis ponere, & sic in carcere priuato detinere, *vt in c.placuit.24.q.2.& in c.quemadmodum, in fine*, & ibi glo. vltima, *extra de iureiur.* Paris de Put. *vbi suprà, d.verb.captura, c.8.n.3.* Feli. *in ca. cùm contingat, ad finem, in verb. quam correctionem, extra de foro comp.* Gig. *de crim.læsæ maiestat.lib.1.d.q.35.n.8.* vbi ampliat hoc procedere no solũ de iure canonico, sed etiam de iure ciuili, quicquid in contrariũ dubitauerit Alb. *in d.l.1.C.de priua.carce.* Ad quæ vide etiam Decian. *d.c.10.q.6.* ex Ioa.de Plat. & Boer. in locis per eum relatis.

27 ¶ Et idem etiam in domino, † quem pariter ad correctionem posse seruum suum in priuato carcere detinere, dixit gl. *in d.l.vnica.* & ibidem Bald. Cy & Alb. *C.de priua.carc.* Bart. *in l.cap.5.ff.vt adulte.* Quinimò dominum posse etiam seruũ suum confirmare in certo loco, probat text. *in l.ex facto, §. proinde si seruus, ff.de hæred.instit. iuncta l.2.ff. de libero homine exhib.* per quæ iura sic in specie hanc probat limitationẽ, Gig. *de crim.læsæ maiesta.d.q.35.nu.5.* & tradunt Paris de Put. *de syndic* Fab. à Monteleone, & Placentin. *in locis nuper allegatis suprà n.25.* Marsi. *cons.136.* Bertra. *cons.182. volu.1.* latè etiam prosequitur & comprobat Boer. *d.decis.275.* per totam, in discursu, *vbi n.4. ad finẽ*, ampliando hanc conclusionem dicit, illã procedere etiam quòd dominus teneat seruum suum carceratum vltra viginti horas. Illud enim quod suprà dictũ est, *n.24.* etiã in casibus à iure permissis non posse quem in carceribus detineri vltra viginti horas, procedit in iis, qui licèt habeant potestatem capiendi, non tamen habent potestatem retinendi At secus in iis, qui à iure habent potestatem non solùm capiendi, sed etiam retinendi, prout dominus seruum, parer filium, & alij, de quibus in proposita tertia limitatione: Iis, inquam, etiam vltra viginti horas quòd liceat carceratum in priuato carcere detinere sine incursu pœnæ priuati carce-
* ris, dixit esse glo. *in d.l.vnica, C.de priuat.carce.* ab omnibus* approbatam, Boer. *dicta decisio.275.n.4. vers. quid de vxore, &c.* vbi respondet contrariis Decian. *d.c.10.n.4.*

28 ¶ Et quòd eadem ratione Abbas ad correctionem, † qui possit monachum suum in carcere detinere probat Barto. *in l.1.* per illum text. & ibi etiam Sali. *C.vbi quis de cur.* Boer. *d.decis.275. Dominus an possit, n.2. vers. Et idẽ dicendũ est in Abbate, & n.3. ver. Et idẽ de Abbate part.2.& decisio.304.n.3. vers. Et similiter Abbati monachum, eadem part.2.* sequitur Gig. *de crim.læsæ maiestat.d.q.35.n.13. lib.* Decian. *d.c.10.n.6.*

29 ¶ Et† demum in parentibus, & consanguineis, quibus permissum est ligare, & incarcerare furiosum, quòd non per hoc dicatur commissus priuatus carcer, probat tex. *in l.cognitit, §. furiosi.* & ibi Bald. *in 1.& 2.not ab ff.de offic.præsid.* Boer. *d.decis.275.n.3.* Gig. *d.q.35.n.14.* Decian. *d.c.10.n.50.*

30 ¶ LIMITA III. Dictam quartam conclusionem non procedere in creditore, qui authoritate Iudicis debitorem suum cepit, & cùm eum ad carceres vellet ducere, rogatus fuit ab ipso debitore, vt ipsum custodiret in domo sua, donec ei solueret, ne ad carceres ductus ibidem ab aliis creditoribus arrestaretur; tali enim casu cùm volenti non fiat iniuria, neque dolus *l. cùm donationis, C.de transactio.* Idcirco nec priuatum carcerẽ committi, nec illius pœnã contra sic detinentem locũ habere dixit Alb. *in d.l.vnica*, [*n.2.vers. quæro de quæstione*] *C.de priua.carce.* per tex. *in l.3.§.si quis volẽtem, ff.de libero homine exhiben.* Et ita in ciuitate Bergomi, dũ de facto casus contingeret, decisum & obtentum fuisse testatur, prout Alb. pariter refert, & sequitur Gig. *de crim.læsæ maiesta.lib.1.ti.qualiter. & à quib.crim.læsæ maiesta.committa. quæst.35.n.10.* [licèt enim non valet obligatio, quam debitor facit de carcere priuato.] secundũ Bal. *in l.Titio centum, §. Titio centum, l.2.ff. de condi. & demonstr.* quẽ in proposito refert & sequitur Brũ. *de cessio.bono in 21.q.principali, n.14.* satis tamen est, quòd excusat creditorẽ à dolo, & pœna, vt per Alber. in loco citato. Nec dissentit Decian. *d.c.10.n.8. iuncto n.12.* vbi facit conclusionem, quòd licèt carceris priuati pœna teneatur etiã is, qui furem in carcere retinet, donec rẽ furatam restituat (reprobato Marsil. cõtrarium tenente *in consil.135.n.14.& 15.*) eam tamen limitat non procedere, quando fur sic dominum rogasset, vt ipsum loco pignoris in carcere retineret, absque eo quòd criminaliter accusaret, donec rem furatam ipsi restitueret. Tunc enim talis fur per retentionem in carcere nõ solùm non afficitur iniuria, sed maximo beneficio, vt ibi per eũ. Ideo non multi sunt dies, quòd de præsenti anno 1586. quidã Antonius Brambilla rogatus à quodam suo debitore, nomine Francisco Terentio de Netunno, qui in manibus birroariorũ erat, & ad instantiam dicti creditoris de mandato Iudicis ad carceres Capitolij ducebatur, vt ipsum non ad carceres duci permitteret, sed domi suæ custoditũ retineret, donec ei solueret, vel de soluendo fideiussorem præstaret, ne ad dictos carceres ductus ab aliis creditoribus arrestaretur, prout idem Anton. vt rem gratam faceret suo debitori, & vt facilius suũ creditum consequi posset, eundem debitorem per duos dies in quadam camera clausum & cum custodia retinuit, re detecta, & ad aures Curiæ perueuta, fuit idem Antonius creditor carceratus sub prętextu quòd carcerem priuatum in suũ debitorem exercuisset, sed cũ examinatus liberè veritatẽ, vt suprà, fassus esset, fuit sine pœna relaxatus per reuerendissimum D. Vrbis Gubernatorem sub cautione de se repræsentando.

31 ¶ LIMITA V. In† retinente domi seu alibi clausam meretricem libidinis causa; is, inquam, non dicitur committere crimẽ priuati carceris, vt per Bart. *in l.verũ, in fi.n... ff.de furt.* quẽ sequuti sunt Ang. de Malef. *in vers. qui Iudex dictũ Caicum, n.10.* Neuiz. *in sylua nupt.lib.4.nu.46. sub quarta limitatione, vers. facit, quia includens meretricem, &c.* vbi alios adducit concordantes, Bossi. *in tit.de plurib.violen.n.62.* Fol. *in prac.cri. verbo, Item quod commisit crim.læsæ maiestatis.n.109. ad finem*, Ioan. Villemat. *in repet.l. Diuus, n.octuagesimonono, ff.de sicar.* Conrad. *in practica, titulo de carce.priua exerc. in fine, n.2. pagina mihi 353. colum.2* Bertazzo. *cons.cri.426.n.2. in fine, lib.2.* Gig. *de cri.læsæ maiest.lib.1.ti.qualiter & a quib.crimen læsæ maiest.com.q.35.n.11.& 12.* vbi declarando hanc limitationem, post Bart. *in d.l.verùm* dicit, quòd si quis etiam libidinis causa detineat inuitam priuato carcere mulierem liberam, quę tamen sit meretrix, vltra viginti horas dicitur committere priuatum carcerem, & crimen læsæ maiestatis. Sed quòd immò si mulier retenta non sit meretrix, committatur carcer priuatus, etiam quòd non fuerit retenta per 20. horas, voluit Decian. *in tract.cri.to.2.lib.7.c.10.n.11.* Vide tamẽ ad materiam huius limitationis distinctionem Bar. *in d.l.verũ, &* Hier. & Aug. *in addit. ad Ang. de Malef.* vbi tandẽ concludit quòd vera decisio huius limitationis colligi potest per eundẽ Bart. & Ang. *in l. Diuus*, cum sua materia, *ff.ad l.Corn.de sicar.*

32 ¶ LIMITA VI. Vt† eadẽ quarta cõclusio procedat, quãdo carcer, in quo quis detinetur, est tutus & talis, quòd ex eo

derentus non potest aufugere: secus si esset fragilis, facilis ad rumpendum, & ex eo aufugere sine difficultate poterat: tunc enim non habet locum pœna priuati carceris, vt singulariter dixit Ang. *in l. si quis in graui, §. subuenitur, ff. ad Syll.* Marsc. *cons.* 135. *n.* 19. Fab. à Montel. *in sua praxi arb. part.* 4. *iurium censura contra exercentes priuatum carcerem, num.* 876. *fol. mihi* 281. addo & Bertazzo. *cons. crim.* 426. *num.* 5. *vol.* 2. vbi ampliùs dixit, quòd nec pœna priuati carceris habet locũ, quando captus non taliter clausus detinebatur, quin potuisset aufugere, vel exire, si voluisset, etiam quòd cum difficultate, ex Carrer. *in pract. in* 3. *tract. de homicid. & assassin.* §. *circa quartum, n.* 37. Dec. *d. cap.* 10. *n.* 13. vbi contra ampliationem Bertazz. aduertit Ang. in loco præcitato, loqui non simpliciter quando carceratus de facili potest aufugere, sed quãdo multùm de facili potest aufugere, ergo secus quando cum difficultate, vt ibi per eum, & hoc credo verius.

35 ¶ LIMITA VII. In † retinente in priuatis carceribus bannitum, qui vigore alicuius constitutionis impunè occidi possit. Si enim impunè potest occidi, ergo à fortiori potest etiam in priuato carcere detineri, & propterea priuatum carcerem isto casu minimè committi tradiderunt Bald. & Sal. *in d. l. vnic. C. de priua. carcer.* Alex. *in l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adul.* Gig. *de crim. læsæ maiestat. lib.* 1. *titulo qualiter, & à quibus crimen læsæ maiestat. commit. quæstio.* 35. *num.* 9. Marsil. *de bannit. in verbo, carcerati, num.* 62. Blanc. *in pract. crim. in fine operis, caut.* 9. vbi pro cautela ponit, quòd ad hoc, vt quis excusetur à pœna priuati carceris, dicat quòd credebat eum esse bannitum, & quòd isto casu statur iuramento dicentis sic credidisse illum bannitum, ad gl. *in d. l. prima, in vers. non occidendi animo, C. de sicar.* & ita dicit Ioan. de Arnon. *caut.* 29. quem sequuti sunt Bertazzo. *cons.* 429. *num.* 1. *in fin. vol.* 2. &
34 Bursat. *consil.* 134. *num.* 11. *vol.* 2. faciunt † tradita per Felin. *in capit. quæ in Ecclesiarum, nu.* 14. *extra de constit.* & per Boss. *in tit. banniti quid admittant, n.* 9. cõcludentes quod quãdo bannitus potest impunè occidi, potest etiam impunè verberari, vulnerari, bona ei auferri, ac generaliter omnis alia iniuria inferri, & propterea bannitũ isto casu nõ solùm in carcere priuato detineri, sed etiã impunè torqueri posse, post Bald. quem allegat, tradit etiã Mascard. *de probat. concl.* 162. *n.* 3. *lib.* 1. Sed ego Baldi doctrinam minimè veram puto, per ea quæ suprà dixi, *n.* 18. *& seqq.* in 5. ampliatione, & in specie animaduertit Claud. Bertazzo. *ad consilium patris crim.* 426. *in add. lit. B, vol.* 2. & faciunt scripta per Decian. *in tract. crim. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 10, *n.* 7. vbi hanc septimam limitationẽ omnino falsam credit, quando bannitus carceratur in territorio illius Principis, à quo fuit bannitus, rationibus ibi per eum adductis.

35 LIMITA VIII. Dictam quartam conclusionẽ, † quia quicquid sit de iure, de facto tamen pro priuato carcere non imponitur pœna mortis, sed alia mitior, prout in facti cõtingentia seruatum fuisse per Parlamentum Burdegalense, quod condemnauit in pœnam pecuniariam quendam dominum, qui famulum suum diu in priuato carcere retinuerat, testatur Papo. *lib.* 3. *tit.* 1. *Arresto primo*, prout illum refert Char. *in pract. d. quæst.* 68. *vers. priuatum carcerem exercens, in fin.* vbi propterea etiã ipse dicit se credere quòd in practica reus priuati carceris non afficeretur vltimo supplicio, sed mitiùs puniretur, & Clarum refert pariter & sequitur, Bonac. *in com. op. lib.* 1. *vers. carcerem priuatum exercens. pag.* 20. *col.* 4. *in fin.* vbi quòd iure ordinario exercens priuatum carcerem, nõ capite, sed extra ordinẽ punitur. Nec dissentire videtur Iod. *in pract. crim. capitul.* 15. *tit. de cita. reali, id est, captura, num.* 9. vbi dixit quòd apprehendentes aliquem sine Iudicis authoritate, si infra viginti horas captũ publico carceri non tradiderint, pœna priuati carceris, aut alia arbitraria coërcentur, & sic alternatiuè loquendo etiam imponi posse pœnam arbitrariam sentit, adde & Claud. Bertazzo. *in addit. ad consil. crim. Barth patris,* 426. *in vlt. addit. in fine, litera C. vol.* 2. vbi dixit rigorem *d. l. vnic.* esse hodie apud nos maximè temperandum: tum quia illa lex eo tempore emanauit in Ægyptiacam gentem satis admodum in hanc audaciam procliuem, tum etiam quia hodie in practica priuati carceris rei vltimo supplicio non afficiuntur, teste Claro in loco nuper citato. Et faciunt scripta per eundem Claud. *in loco citato, litera A, vers. Secundo carcer.* Et apertè etiam, quod plus est, de iure loquendo, hanc limitationem sequitur Fab. à Monteleone *in sua prax. arbitr. parte* 4. *Iuris censura contra exercentes priuatum carcerem, num.* 878. *fol. mihi* 281. vbi ex Chassaneo, quem allegat, *super consuetud. Burgun. cap.* 54. *ante num.* 117. cõcludit, quòd cùm leges dicant contra sic exercentes priuatum carcerem procedendum esse ad pœnam capitalem sine alia expressione vltimi supplicij, mitior ideo pœna erit statuenda, videlicet mortis ciuilis: sed certè Chassaneus & Fab. à Monteleo. qui illum refert, ostendunt se non vidisse *text. in d. l. vnica, C. de priua. carcer.* vbi huius criminis rei non solùm vltimo supplicio puniuntur, sed etiam tanquam maiestatis violatores habentur. Dicas ergo cum Claro *vbi supra*, quòd hunc iuris rigorem communis * obseruantia temperauit, ex qua ego * etiam (vt verum fatear) nunquam vidi ad mortem condemnatum eum, qui solum priuatum carcerem exercuit: si aliud non fecit, quàm retinere carceratum ne discedat. Et ab hac obseruantia, quæ maximam in se continet æquitatem, non recedas in iudicando.

¶ LIMITA IX. In retinẽte carceratum in priuatis ædibus 36 non ex causa iurisdictionis vsurpandæ, sed sine dolo motus, putà ex aliqua alia causa, vt in casu, in quo cõsuluit Bertazz. *in d. consil.* 426. *vol.* 2. vbi ponit exemplum in eo, qui habens capitales inimicitias, quendam forensem cepit, & in priuatis carceribus posuit, timens eum esse exploratorẽ inimicorum: cũ enim motus ad id fuerit ex iusta causa, non potest dici priuatũ carcerem cõmisisse, qui sine dolo non cõmittitur, Rol. *cons.* 12. *num.* 9. *vol.* 3. & isto casu creditur iuramẽto ipsius capientis, quòd scilicet carcerauerit ex ea causa. Si enim, vt ipse inquit, pœna priuati carceris non habet locum in carcerante ex causa iniusta & prohibita, vt de incarcerante mulierem ex causa libidinis suprà dictum est, *num.* 31. multò minùs eadem pœna locum habere debet in carcerãte ex aliqua iusta & colorata causa, dũmodò tamen non vltra 20. horas, vt ibidẽ per Bertazzolum, & per Claud. filium *in add. litera A, vers. tertiò quandoque carcer*, Dec. *in suis tract. crim. to.* 2. *lib.* 7. *c.* 10. *n.* 17. vbi quod pœna priuati carceris nunquam habet locum, nisi adsit dolus & animus illum cõmittendi, de quo quidem animo & dolo an adsit, vel non adsit, stabitur arbitrio Iudicis, vbi casus esset dubius, secus vbi res esset clara, vt ibi per eum.

¶ QVINTA sit conclusio, † quòd captura seu carceratio 37 dicitur iniusta & indebita ex defectu causæ. Si enim carcerationis causa nõ præcedat, neminem carcerari posse nemo est qui dubitet, vt suprà latè deduxi *in tit. de inquisit.* in materia corporis delicti *quæst.* 2. *& seq.* vbi in specie comprobaui Iudicem ad capturam deuenire non posse, nisi constet priùs de corpore delicti: quod in proposito consideratur pro causa, & quòd in captura in primis & ante omnia inspicienda sit causa, post Bald. quem allegat *in cons.* 40. *incip. in ista captura, & cons.* 40. *& seq. vol.* 1. tradit Boër. *decis.* 215. *num.* 34.

¶ AMPLIA I. Et generaliter hanc cõclusionem, † vt non 38 pro omni causa Iudex debeat in criminalibus præcipuè ad capturam deuenire, vt per Marsil. qui remissiuè concordantes alleg. *in pract. crim. §. Attingam. nu.* 61. † sed in specie, quòd 39 captura non possit concedi, nisi delictum sit tale, pro quo de iure inferatur pœna corporalis: aliàs quòd Iudex teneatur in syndicatu, expressè dixit Clar. *in pract. in qu.* 28. *in fine principij, & iterum in vers. Scias autem. prope finem.* & Clar. *vbi suprà* referendo sequitur Bonacoss. *in comm. opin. part. prima, vers. captura ad hoc vt committatur, pag. mihi* 19. *col.* 1.

¶ Sed parcat mihi in hoc Clarus †, cõtrarium multò verius 40 est. & in practica cõmuniter * recipitur: passim enim captura in criminalibus à Iudicibus decernitur non solùm quãdo agitur de pœna corporali, sed etiã quando solùm venit imponẽda pœna pecuniaria: & in terminis post Brunum, quẽ allegat, *in tract. de indic. & tortu. in* 2. *part. quæst.* 9. *num.* 6. distinguendo tradidit Conrad. *in pract. sub tit. de captura, num.* 3. *vers. in hac re, pag. mihi* 266. *col.* 2. vbi dixit, quòd quando sumus in casu, in quo pœna corporis afflictiua imponitur, tunc captura conceditur præcedentibus aliquibus indiciis, licet non sufficientibus ad inquisitionem. Si verò agitur de imponẽdo pœnam pecuniariam, & tunc captura conceditur præcedentibus indiciis leuibus saltem. & quæ sufficiãt ad inquisitionem. De qua materia dicam latiùs infrà, *in hac eadem quæst. in vltima concluf.* satis est quòd etiam in casu, in quo agitur de pœna pecuniaria, captura à Iudicibus decernitur, prout etiam est de mente Bossij, *in tit. de carcerato fideiuss. relax. n.* 2. vbi cõcludit

quòd,

quòd l,etſi non veniat imponenda pœna corporalis tamen licitè quis poſſit capi, quamuis poſtea ſit fideiuſſoribus committendus,ad text.*in capit.at ſi clericus, de ſenten.excommun. in ſext.& in l.*1.Bartol.& omnes,*Cod.de cuſto.reo.& exhib.re.* Et certè dum Doctores omnes cõmuniter* concludunt,de-
* tentum fore fideiuſſoribus relaxãdum, quando agitur ſolùm de pœna pecuniaria, neceſſariò etiam præſupponunt eo caſu,licèt à Iudice,fuiſſe decretam capturam.

SEXTA ſit concluſio in hac eadem prima inſpectione
41 propoſitæ quæſtionis, † quòd captura ſeu carceratio dicitur indebita & iniuſta ratione perſonæ, quæ capitur, ſicuti poſt gl.*in l.ſed & ſi is,de in ius vocan.*ſcriptũ reliquit Paris de Put. *in tract.ſyndica.verbo,captura,c.*5.*n.*6.Sed in hac concluſione,vt bene ſcias quæ perſonæ poſſint carcerari, & quæ non,
42 conſtituo regulam affirmatiuam, † quòd ſcilicet omnes perſonæ & capi & carcerari poſſunt, præterquam illæ,quæ à iure prohibitæ ſunt ne capiantur,ac carcerentur.

43 LIMITA I. Hanc regulã huius ſextæ cõcluſionis,† vt non procedat in muliere, quam propterea ſi honeſtæ conditionis ſit pro debito præſertim pecuniario minimè carcerari poſſe,probat text.*in l.*1.*& in auth.ibi propoſita, C.de off.diu. Iud.& in auth.hodie nouo iure, C.de cuſt.reor.& in* §.*neceſſarium,in Auth.vt nulli Iud.collat.*9.gl.*in l.conſentaneũ,in verſ. ad cogẽdum*,vbi Bart.& Doct.*Cod.quom.& quan.Iud.*item gl. *in l.ad egregias,in glo.*1. vbi etiam Iaſ.*n.*9.*ff.de iureiur.* Bald. *in tract.de carcer.cap.*1.*num.*3.Bart.item & Docto.*in l.nemo carcerem,C.de exactor.tribut.lib.*10. Ioan.Baptiſta de ſancto Seuerino *in tract.de debito. ſuſpect.& fugit.quæſt.*5. *num.*22. Iaſ.*in l.cùm dubitatur,n.*93.*C.de iure emphyt.& in l.plerique, n.*34.*ff.de in ius vocan.& in l.ſi ego,n.*4.*ff.ſi cert.petat.* Dec.*in l.fœminæ,num.*72.*ff.de reg.iur.*Marſ.*ſing.*243.Boët *deciſ.*349. *num.*11.Franc.& alij *in cap.mulieres.de iud.lib.*6.Barb.*in capilator.n.*1.*extra de pignor.* Bonif.de Vitalin.*in tit.de carcer. priua.num.*3.*verſ.ſed pro debito pecuniario.* Marſil.*in tract.de bannit.in verbo,carcerati,num.*4. vbi alios adducit cõcordantes,quos etiam antea adducit *in pract.crim.*§.*attingam,n.*63. Duen.*reg.*312.*in princ.* Couatr.*variar.reſol.lib.*2.*cap.*1.*n.*3. *verſic.fœminæ tamen pudicam vitam agentes*, Petr. à Placha *in Epit.delict.lib.*1.*cap.*34.*num.*11.vbi teſtatur,hanc concluſionem & ſententiam eſſe receptam communi * conſenſu
* legalis & canonicæ Philoſophiæ Doctorum,Menoch *de arb. quæſt.lib.*1.*q.*88.*n.*10. Ioan. Mar.Monticel.*in ſua pract.crim. reg.*12.*num.*39.*verſ. Item quæro,an mulieres.*

44 AMPLIA I Hanc limitationem,† vt nõ ſolùm pro delicto pecuniario alicuius priuatæ perſonæ, ſed etiam pro debito publico & fiſcali mulier carcerari non poſſit. Sic enim probat text.*in d.l.prima,& in authent.ſed hodie*, ibi,*pro fiſcalibus vel priuatis debitis,C.de off.diuer.iud.& in authent.hodie nouo iur.*ibi,*pro pecuniaria fiſcali,ſeu priuata cauſa, C.de cuſt. re.& in* §.*neceſſarium*, ibi,*ſi quidẽ pro fiſcalib.debitis aut priuatis pulſetur, in Auth.vt nulli iud.* & expreſsè tradiderunt Bart.& Io.de Plat.*in l.nemo carcerem, C.de exact.trib.lib.*10. Io.Bapt.de S.Seuerino *in tract.de debitor.ſuſpect.& fugit.d. q.*5.*n.*22.Affl.*in c.vnic.verſ.condemnatorum,n.*62.*tit.quæ ſint regal.in vſib.feud.* Nicol.Boër.*in repet.d.l.conſentaneũ,n.*139. *C.quom.& quan.iud.*Gram.*dec.*33.*n.*9.Duen.*d.regula* 312.*in 2.ampliatio.* Petr.à Placha *in Epit.delict.c.*34.*n.*11.*prope fin.* Menoc.*de arb.quæſt.dicta,quæſt.*88.*num.*10.*lib.*1.

45 AMPLIA II. Eandẽ limitationem,† vt non ſolùm pro cauſa ciuili,ſed nec etiam pro cauſa criminali (ſi crimẽ quod prætẽditur leue ſit,& non atrox) poſſit mulier carcerari, ſed præſtito fideiuſſore de iudicio ſiſti,ſi fideiuſſorem habeat,ſin minùs cũ iuratoria cautione extra carceres auditur: ſic enim probat text.*in d.*§.*neceſſarium,verſ.ſi verò crimen,in Auth.vt nulli iud.& in aut.hodie nouo iure,verſ.ſi verò tale ſit crimen, C.de cuſtod.reor.*Soc.*d.reg.*259.*ſub quarta fill.ver.ſecus,quãdo pro ſuo crimine conueniretur,&c.*Paul.Ghirl.*in tract.de relaxat.carcerat.tit.de fideiuſſor.reor.n.*2.*verſ. mulier autem honeſta,&c.*Marſil.*in pract.de bannit.in ver.carcerati,n.*8.Ang. de malef.*in verbo,pro quibus & quolibet eorum,n* 10. *verſ.& aduertas,& in verbo,qui Iudex dictum Caium,&c.num.*4.*verſ. fallit hoc in muliere.* Iod.*in pract.crimin.cap.*19.*tit.de relaxat. carcerat.n.*10.Foller.*in pract.crim.in prima part.ſecundæ partis,in verbo,notatos capiat de perſona,n.*18.Gram.*deciſ.*33.*n.*9. Io.Mar.Monticel. *d.reg.crim.*12.*n.*29. Menoc.*de arbit.quæſt. lib.*1.*quæſt.*88.*num.*19.Clar.*in pract.*§.*fin.num.*28.*verſ.quæro igitur*,vbi poſt Boër.*in repet.l.conſentaneum, n.*144. *C.quom. & quan.Iudex teſtatur* de communi* opinione. Vide ad de- *
clarationem *infra in quæſt.num.*43.*& ſeq.*

AMPLIA III. Quia Iudex,qui mulierem honeſtã con- 46
tra iuris diſpoſitionem carcerari iubet, capitaliter punitur,ad tex.expreſſum in l.1.in fine,C.de off.diuerſ.Iud.cuius textus verba ſunt hæc: Quòd ſi quis in publicum matremfamilias poſthac crediderit pertrahendam inter maximos reos, citra vllam indulgentiam capitali pœna plectetur; & per iſtum textum hoc expreſſe adnotarunt Bald.*in l.conſentaneum, col. fin.C.quom.& quan.Iud.* Lud.Roman.*in repet.l.*1. *C.de hæredibus inſtituen.* Gram.*deciſ.*33.*num.*9. Duen.*regul.*312.*in* 3. *ampliat.* Foller.*in pract.crimin.in prima part.ſecundæ partis principalis,in verbo,notatos capiat de perſona, ſub numero* 18. Pet.à Placha.*in epitom.delict.lib.*1.*cap.*34.*num.*12.*verſi.principaliter deducitur,&c.pag.mihi* 603.Clar.*in pract.q.*68.*verſ. extrahens.*

LIMITANDO Hanc ampliationem aduertas †,quòd 47
licèt pœna capitis, de qua *in d.l.*1. *C.de off.diu.Iud.* intelligi debeat de pœna vltimi ſupplicij,per illa verba in textu poſita,ibi,*inter maximos reos,&c.* ita pœnam illam inter caſus,in quibus iure mors infligitur conſtituat, in ſpecie Clarus *in d. q.*68.*verſ.extrahens*:hodie tamẽ de iure nouiſſimo Authenticorum non poteſt imponi talis capitalis pœna, ſed Iudices, qui mulieres carcerare præſumpſerint,ſi maiores erũt,viginti librarum;ſi verò minores,decem librarum auri pœnæ ſubiacebũt *vt in d.*§.*neceſſarium, in ver.eum verò,in Auth.Vt nulli Iud.*quæ auth.fuit repetita poſt *d.l.*1.*Cod.de offi. diuer.Iud.in aut.ſed hodie nouo iure,in verſic. ſi verò contra factum fuerit*, &c.Iterum poſt *l.quoniam,C.de cuſtod.reor.in auth.hodie nouo iure,in verſ.fin.in ver.Iudices autem*,&c. quibus iuribus non ſolùm puniuntur Iudices, ſed etiam birroarij & exequutores Iudicibus obedientes in carceratione mulierum honeſtarum: hos enim cingulo ſpoliari, corporalibúſque pœnis ſubiici,& in exilium damnari,iura prædicta diſponunt.

AMPLIA IIII. Hanc primam limitationem huius ſextæ 48
concluſionis,vt mulier non ſolùm non poſſit pro pecuniario debito ſiue priuato,ſiue publico, carcerari,ſed nec etiam cogi ad perſonaliter comparẽdum in iudicio, quia audietur per procuratorẽ,*vt in d.*§.*neceſſarium,in Aut.vt nulli Iud.in prin.* ibi,*Sed ſi quidem pro fiſcalibus debitis aut priuatis pulſetur ſecundùm legem,mulier,aut per virum ſuum, aut per ſe,aut per quam voluerit perſonam legitimè reſpondeat, & tranſigat rem.* Quod & idẽ repetitum eſt *in Auth.Sed hodie nouo iure,C.de offic.diuer.Iud.*ibi. *Sed ad Iudicem veniet per ſe,vel per procuratorem ſuum: vel mittat vnum,vel alterũ,quatenus negotium legitimè exequantur. Item & in Auth.hodie nouo iure,poſt leg. quoniam,Cod.de cuſtod.reor.in illis verbis.Sed ſi pro fiſcali aut priuato debito pulſetur, per virum ſuum, aut quem alium legitimè reſpõdeat.* & per iſta iura hoc in ſpecie adnotarũt Socin. *d.regul.*259.*in princ.*Duen.*regul.*312.*in prima ampliatione.*

AMPLIA rurſus præcedentem ampliationem,† vt lo- 49
cum habeat, etiam quando iudicium ſine mulieris præſentia tractari,aut expediri non poſſet: adhuc enim nec tunc mulier ipſa poteſt ad iudicium perſonaliter venire, & non veniens deprehendi; ſed Iudex vel ad eam accedere debet,vel nuncium mittere, *ex c.mulieres,de Iud.in ſexto*, & poſt Bart. *in d.*§.*neceſſarium,in Auth.Vt nulli Iudi.* tradit Boër.*in l.conſentaneum, num.*137.*C.quom.& quan.iud.* reiecta Angeli & ſequacium contraria opinione,prout illum refert & ſequitur Menoc.*de arbitr.q.lib.*1.*d.q* 80.*n.*11.

LIMITA I. Hanc quartam ampliationem † non pro- 50
cedere,quando mulier citata & vocata ad perſonaliter comparendum in iudicio,eſſet contenta perſonaliter comparere: licèt enim ad id cogi non poſſit, volens tamen non impeditur,vt probat text.*in d.*§.*neceſſarium, in Aut.vt nulli Iud.*ibi, *aut per virum ſuum, aut per ſe, aut per quam voluerit perſonam legitimè reſpondeat.* Non enim prohibet ille textus,mulierem vocatam per ſe ipſam reſpondere facit etiam text.*in d. c.mulieres,de Iud.in ſexto*,ibi,*illaſus*,&c. prout illum ad id, & in propoſito ponderauit Socin.*d.reg.*259.*in antepen.fal.* vbi reſpondet Cyno & Petro, qui contrarium aſſerere videntur *in l.nec honores,C.de Epiſ.& cler.*

LIMITA II. Eandẽ quartam ampliationem † non proce- 51

dere, vbi citaretur mulier ad comparendum personaliter pro ferendo testimonio in causa criminali; licèt enim vbi pro crimine suo conuenitur, non possit duci aut carcerari, vt suprà dictum est; potest tamen cogi & duci, si recusat in iudicium venire ad effectum subiiciendi se examini in aliqua causa criminali, secundùm glos. quæ singularis est, *in c. 1. de testib. cog.* Et ratio est differentiæ aperta, quia isto secundo casu non fit præiudicium honori ipsius mulieris, aut viri, sicut in primo, quando suo proprio crimine mulier conuenitur, & ita per hanc rationem tradit expressè Socin. *d. reg. 259. in tertia fall.*

SVBLIMITA I. Dictam primâ limitationem in hac sexta huius quæstionis propositâ cõclusione sic vt suprà, *n. 44* ampliatam, † vt nõ procedat, quãdo crimen est grauissimũ: quia 52
tunc licèt nec etiam in publicũ carcerem vnà cum viris honesta mulier detrudi debeat, includitur tamen vel in monasterio, vel aliis honestis mulieribus traditur custodienda, vt bene probat text. *in d. §. necessarium, in Auth. Vt nulli Iudic. prope finem, in vers. Si verò grauissimum inueniatur crimen, in quo accusatur,* in monasterium, aut in asceterium mittatur, aut mulieribus tradatur, per quas potest publicè & liberè custodiri, donec causa eius manifestetur. Ex hac Authentica sumpta est alia Auth. *hodie nouo iure, post l. quoniã, C. de custod. reor. in vers. Sed si crimen grauissimum sit, de quo accusatur, in monasterium, vel asceterium mittatur, vel mulieribus tradatur, per quas custodiatur.* Et per ista iura hoc idẽ expressè adnotarunt Bonif. de Vital. *in tit. de carce. priua. num. 3. vers. Sed hodie iure nouo,* Ioan. Maria Mont. *in sua pract. crim. reg. 12. num. 30.* Conrad. *in pract. tit. de captura, n. 9. in fin. vers. intelige tamen. pag. 269. col 9.* Paul. Ghirl. *in tract. de relax. carcer. rubr. de fideiuss. reorum, n. 3. vers. si autem crimen esset de atrocibus,* Menoch. *de arb. lib. 1. q. 88. n. 20. & 21.* Iodoc. *in pract. crim. tit. de carcerariis siue commentarien. sib. c. 17. n. 15. & ibi rum in tit. de relax. carcer. c. 19. num. 11.* Cyrill. *in summ. crim. in tit. de custod. reorum, pract. 1. §. 2. nu. 4. in fin. vers. fin autem de grauissimo crimine. pagina mihi 56. col. 2. in fin.*

LIMITANDO Hanc primam sublimitationẽ aduerte, quòd quicquid sit de iure, hodie de facto & consuetudine contrarium seruatur; quia quando crimen est grauissimum, mulieres etiam honestæ non in monasterio, sed in publico carcere, separato tamen à cõuersatione virorum includũtur, prout de hac consuetudine testatur Imola *in cap. 2. num. 16. de pignor.* quem refert Marian. *in tract. de citat. art. 5. quæst. 17. vers. 16. fallit,* Grammat. *decis. 33. n. 12.* Blanch. *in pract. crim. fol. 427.* Boër. *decis. 349. num. 5. in fin.* quos omnes in proposito refert Clarus in pract. crimin. *§. fin, q. 28. vers. quæro igitur,* & Duen. *d. reg. 312. sub 3. ampliat.*

SVBLIMITANDO rursus præcedẽtem limitationẽ itetum aduerte † quòd prædicta cõsuetudo carcerãdi mulieres 53
in crimine grauissimo non passim & indistinctè seruatur, nec seruanda est: sed ita demum si sic Iudici videbitur ex qualitate personarũ delicti & indiciorum in causa existentiũ, prout videtur de mente Clari *in præallegato vers. quæro igitur,* vbi relatis præcitatis Doctoribus testantibus, vt suprà de præfata cõsuetudine carcerandi mulieres, subdit postea, quòd bonum est tamen, vt Iudex in hoc casu sit valde circumspectus: quia si mulier sit nobilis, vel honestæ conditionis, non debet illam cum dedecore ad se conducifacere, neque statim in carcerem conijcere, sed poterit ei dare pro carcere domum alicuius nobilis & honestæ matronæ sub idonea fideiussione, & si adhuc delictum sit atrox, detrudenda est modò in carcerem, modò in monasterium, & modò in prætorio, in aliquo cubiculo sub honesta custodia, & sub fideiussione arbitrio Iudicis, inspecta qualitate delicti, & personarum, & ita apud eum in Ducatu Mediolani seruari testatur; & sic vides quòd Clarus in loco proposito † id totum Iudicis arbitrio & prudẽtiæ 54
remittit, & Clarum vbi suprà referendo sequitur Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. q. 88. d. num. 21.* nec dissentit Gram. in loco per Clarum citato, videlicet *in decis. 33. n. 12.* vbi apud eum in Regno diuersimodè seruatum esse testatur, quia in homicidiis & aliis atrocibus delictis, honestæ & nobiles mulieres aliquando in carceres Castri noui; aliquando in monasteriũ, & aliquando in domo alicuius honestæ mulieris custoditæ fuerunt. Et ego etiam (vt quid in Vrbe temporibus meis seruatum viderim referam) memini aliàs dum puer essem, tempore Põtificatus Iulij III. quod patrocinante Marcello meo genitore, Gregoria & Tarquinia de Vellis, nobiles Romanę, inquisitæ de propinato veneno Ioãni Baptistæ Cinquino dictæ Tarquiniæ viro, non in carceribus publicis, sed in monasterio Montis Citorij derentæ & seclusæ fuerunt, cum pœnato præcepto de neminem extra dictum monasterium alloquendo, ibidémque sæpius per Iudices examinatæ, & tãdem innocentes repertæ, absolutæ fuerunt. Et è contrà de anno 1568. tempore Põtificatus Pij V. Catharina relicta quondam Stephani de Marganis, nobilis mulier, & filia q. Fabij de Giulettis, pro assassinio cõmisso in personam Flaminiæ de Marganis, sororis dicti Stephani, fuit priùs domi examinata, & ibidẽ retenta per aliquos dies sub idonea fideiussione de non discedendo ab ea: sed tandem grauioribus super delicto indiciis superuenientibus, fuit ad carceres Turris nouæ cõducta, vbi delictum fassa, fuit miserrimè & publicè capite obtruncata vnà cum Iacobo Margano eius filio, qui in dicto assassinio in personam dictæ Flaminiæ eius amitæ particeps fuerat. Et sic concludo, in delictis atrocissimis carcerationem mulierum esse Iudici arbitrariam.

SVBLIMITA II. Eandem primam principalẽ limitationem huius sextæ cõclusionis † non procedere in muliere 55
meretrice, vel inhonestè, ac luxuriosè viuente: quæ & in iudicium ad personaliter comparẽdum vocari, ac etiam pro quacunque causa tam criminali, quàm etiam ciuili carcerari poterit, vt per Bald. *in l. consentaneum, in vlt. col. C. quom. & quan. Iud.* Arch. *in c. definimus, 18. quæst. 2.* Alex. *in addi. ad Bart. in authen matri & auiæ, C. quan. mulier off. tut. fungi possit,* Bart. *in d. §. necessarium, Auth. Vt nulli Iud.* Ant. *in l. quoniam, C. de custod. reorum,* Roma. *in l. alia, §. eleganter. ff. solut. mat.* Ioan. de Plac. *in l. 2. col. 6. ante fin. C. de exact. tribut. lib. 10.* Duen. *d. regula 312. in prima limitatione,* Ioan. Maria Monticel. *in pract. crimin. d. reg. 12. num. 31.* Socin. *in reg. 259. in 2. limitatione.* Conrad. *in pract. tit. de captura, n. 9. fol. mihi 269. col. 1.* Paul. Ghirl. *in tract. de relax. carcer. tit. de fideiuss. reorum, n. 3.* Marsi. *in tract. de bannit. in verbo, carcerati, n. 7. & in pract. crim. §. attingam, n. 66.* Iodoc. *in pract. crim. tit. de relax. carcera. c. 19. num. 12.* Menoc. *de arb. q. lib. 1. q. 88. n. 13.* Petr. à Plac. *in epit. delict. lib. 1. c. 34. num. 13. post medium sub vers. rursus obiter menti occurrit* Clar. *in pract. crim. §. fin. d. q. 28. eod. vers. quæro igitur,* & licèt, vt refert Duen. *in d. reg. 12. sub eadem 1. limit.* contra hanc declarationem senserit Lud. Gomez *in capitulo mul eres. n. 18. de iud. in 6.* dicẽs mulierem etiam inhonestã & meretricem non probasse carcerari, sicut honestam, ídq; probare conetur per text. *in §. necessarium, in Auth. Vt nulli Iud.* vnde sumpta est Auth. *Sed nouo iure, Cod. de off. diuer. Iud. & Auth. hodie nouo iure, C. de cust. reor. in quib. iurib. semper dicitur.* Nulla mulier, quæ dictio, *nulla,* tãquam vniuersalis negatiua nihil excludit, *l. impossibilium. ff. de reg. iur.* de hac tamen singulari opinione Gomesij non est curandũ tum quia cõtra communem, * tum quia minùs rationabilis est. Nam, vt post * præallegatos bene cõsiderat Menoc. *q. 88. n. 13.* cessat in meretrice causa illa reuerentiæ & honoris, propter quam in mulieribus tributum est à iure priuilegiũ, vt non possint carcerari, ideo cessare debet etiam & ipsum priuilegium vt (inquit glo. *in d. l. consentaneum, in verbo, ad cogendũ, C. quom. & quan. iud.*) illa verba, *Nulla mulier,* debent intelligi de matrefamilias, quæ propriè dicitur illa quæ honestè viuit, non autem quæ inhonestè luxuriatur, gl. *in l. mancipiis, in princ. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* Item de illa, quæ est notæ authoritatis, *l. 3. §. si iustum ff. de lib. exhib.* non autem de meretrice, quæ nullius potest dici authoritatis, vt post Bald. quem alleg. *in d. l. consentaneum, & not.* Soc. *d. reg. 259. in secunda fall.*

LIMITA I. Hanc secundam sublimitationẽ † non proce- 56
dere in meretrice maritata, quã propterea minimè carcerari posse tradiderunt Ioan. And. *in addi. ad Spe. in rub. de iniur. in prima additione,* Bald. *in tract. de carcerib. cap. 1. n. 3.* Rom. *in l. si verò, §. de viro. in secunda fall. ff. solut. matr.* Alex. *in l. plerique* & ibidem Ias. *n. 35. ff. de in ius vocan.* Barb. *in c. lator, n. 1. de pign.* Boër. *decis. 249. n. 11. & in l. consentaneũ, n. 238. in fin. C. quom. & quã. Iudex.* Ias. *in l. ad egregias, n. 9. de iureiur.* Marsi. *in tract. de bannit. in verb. carcer. n. 6. & in pract. crim. §. attingam, num. 67. & in sing. 248. incip. cõditio,* Soc. *d. reg. 259. in 3. fallent.* Dec. *in l. 1. n. 73. ff. de reg. iur.* Io. Maria Mõtic. *in pract. cri. reg. 12. sub n. 31* & de cõmuni * testatur Pet. à Plac. *in epit.* *

delict.

delict.lib.1.cap.34.n.13.prope finem.fol.mihi 606. & pro hac limitatione adducitur in argumento text.*in l.si vxor.§.1.* ibi, *quoniã nec matrimonium qualecunque,spem matrimonij violare permittitur,ff.ad l.Iul.de adulter.* Item & tex.*in l.quæ adulterium,in fine,C.eod.tit.de adult.* vbi lex prohibens accusationem illiciti coitus cum meretrice, non extenditur ad meretricem cõiugatam,quæ adhuc accusari poterit per maritum.

57 Contrarium, † quòd imò etiam meretrix maritata possit carcerari,nec in hoc habeat aliquod priuilegium,aperte scripserunt Alexand.*cons.99.num.9 lib.6.* Ioan.Bapt. de Sancto Seuer.*in tract.de debitor.suspec.& fugit.q.5.num.23.* Soc.sibi contrarius *in d.l.plerique,n.41.ff.de in ius vocan.* Dec.*in capit. pastoralis,n.28.extra de iud.* vbi propterea dicit,quòd nõ debet mulier habere aliquod priuilegium ex matrimonio quod violauit,& respondet textui *in d.l.si vxor,§.1.de adult.* quòd scilicet loquatur,vbi agitur de interesse mariti, quia tali casu etiam in meretrice consideratur matrimonium, vt ibi,secus vbi tractatur de præiudicio mulieris,vt hic. Qui enim in legem committit,legis auxilio dignus non est,*l.auxilium ff.de minor.cap.quia frustra,de reg.iur.in 6.* Item reatus omnẽ honorem excludit,*lit.C.vbi Senator. vel ch.riss.* & magis delinquit meretrix nupta, quàm meretrix soluta : ideo magis punienda,*cap.non afferamus,24.quæst.1.* & ante istos hoc idem etiã sensit Bald. (licèt corruptè pro prima contraria opinione allegetur)*in tract.de carcer.c.1.num.3.* dum dixit meretricem posse incarcerari, dummodo non ponatur in eodem carcere cum marito.Ergo etiam mulierem maritatam posse carcerari præsupponit;& hanc opinionem ratione probabiliorem esse aperte etiam dixit Petrus à Placha, qui primam contrariam dixit, vt suprà communem, *in epit.delict. d.cap.34. numero 34.in fi.*

58 Pro concordia distingue sic:† aut maritus est ignorans & non particeps meretricij, ac inhonestæ vitæ,quã tenet vxor, & tunc dicas procedere primam opinionem communem, quòd scilicet non possit meretrix maritata carcerari:quia tũc ob mariti reuerẽtiam idem est iudicandum de ea,ac de honesta & matrefamilias : & secundùm istos terminos sunt intelligendi,vt loquantur Doctores suprà allegati pro eadẽ cõmuni opinione.Si verò maritus est socius & particeps turpitudinis & meretriciæ vitæ suæ vxoris;tunc cessat etiã respectu personæ viri causa illa reuerentiæ & honestatis, propter quam mulieribus conceditur à iure priuilegium, ne possint carcerari : cùm leno suæ turpitudinis conscius vir honestus dici non possit:imò vt infamis puniendus sit,*c.sitis abstinens, 27.quæst.2.* idcirco meretricem nuptam,quæ de consensu viri meretricatur,posse omnino carcerari multò verius est,& secundùm istos terminos è cõuerso intelligendi sunt Doctores allegati pro affirmatiua vltima opinione : & ita in specie hac distinctione posse has contrarias opiniones cõcordari, facilè dignoscitur ex traditis per Soc.*in d.l.plerique,n.41.ff.de in ius vocan.* Io. Bapt de S. Seuerino *in tract. de debitor. suspect. & fug.d.quæst.5.sub n.3.* Gomez.*in cap.mulieres,n.21.& 24. de iud.in 6.* Marsil.*sing.279.& in l.vnica,n.21.C.de rap.virg.* Duẽ. *d.reg.312.in prima limitatione,vers.est tamen verũ,in fine,* vbi præcipuè ponit exemplum,quando mulier meretrix contrahit matrimonium cum aliquo homine vili & infami,qui statim habito testimonio matrimonij recedit ab vxore:quo casu cùm matrimonium videatur factum in fraudẽ legis,ideo nihil suffragari debet in priuilegiis matrimonio concessis. Sequitur etiã hanc distinctionẽ Pet.à Plac.*in epit.delict.lib.1.d.c.34.n.24.&* pluribus comprobat Menoc. *de arbitr.q. lib.1. d.q.88.num.14.& seqq.& num.22.& seqq.*

59 LIMITA II. Prædictam secundã sublimitationem, † vt licèt mulier meretrix possit,vt suprà,etiam pro debito ciuili & pecuniario carcerari, non tamẽ debet in publicum carcerem vnà cum viris,sed in locum à virorum carcere separatũ cõiici. Sic enim probat mihi *text.in l. quoniam,C. de custod.reor.* cuius textus verba sunt hæc:*Quoniam vnum carceris conclaue permixtos secum criminosos includit:hac lege sancimus,vt etiam si qualitas pœnæ permixtione iungenda est,sexũ tamen dispares diuersa claustrorum habere tutamina iubeantur.* Item & hoc hodie idem probat tex.*in §.necessarium,in fi.in Auth.Vt nulli iud.in illis verbis : Nullam etiam mulierem pro pecunia fiscali, siue priuata causa,aut pro criminali quolibet modo,aut in carcerẽ mitti concedimus,aut à viris custodiri,vt non per huiusmodi occasiones inuẽiantur circa castitatem iniuriata.* Et per illa iura illud etiam expressè adnotarunt Bonifac.de Vital.*in tit.de carcer.priuat.n.3.vers.nota tamen,* Foller.*in pract. crim.verbo, vel carcerentur,n.9.* alleg.glos.*in cap. quamuis. de pœn.in 6.* & Afflict.*in const.Baiuli locorum,in 4.notab.vers.quinta opinio est,* plenè cõprobat Menoch.*dict.q.88.n.22. & omnibus seqq.* expressè dicens secundùm istos terminos posse etiam procedere eorum opinionem, quos suprà retuli,*n.98.* pegantium meretricem coniugatam posse carcerari, vt scilicet non possit carcerari in publico carcere simul cum viris, secus si carcere à virorum claustro separato.Et hoc quia lex sub publica custodia omnem prohibet committendi turpitudinem occasionem,*dict.§.necessarium,in Auth.Vt nulli Iud.* subdens postea in hoc non esse constituendam differentiam, an mulier in monasterium coniiciatur,an verò in separatum carcerem, dummodo non insimul cum viris sub aliqua honesta custodia : & ita hodie in Vrbe seruatur, in cuius publicis carceribus adsunt separati carceres, & separatæ custodiæ fœminarum à carceribus & custodiis virorum,& bene, per prædallegata.

SVBLIMITA III. Eandẽ primam principalem limitationem huius sextæ conclusionis,vt non procedat,quando mulier tenetur pro aliquo debito descendente ex delicto, quia tũc post condemnationem non soluens,quòd possit carcerari,nihil est quod impediat,vt bene tradit Foll.*in prac. crim.in verbo,notatos capiat de persona,n.19.* vbi idem adducit Bal.*in l.neque,§.quis in ius vocatus.ff.de in ius voc.* & tex.*in l.si quis id.quod,* ff.de iurisd.om.iud.ibi,*Sed & vtrumque sexum prætor complexus est.* Et apertè hanc eandem sublimitationem tradit etiam Pet.à Plach.*in epit.delict.lib.1.c.34.num.12.* vbi plures alios adducit concordantes.Et ita saltem consuetudine plures testantes pariter refert Duen.*d.reg.312.in 4.ampliat.* à quib. licèt ipse Duennas in puncto iuris circumscriptã consuetudine(de qua tamen nos suprà loquuti fuimus,*n.53.*)apertè dissentiat, dicens mulierem nec etiã pro debito ex delicto descendente posse carcerari,allegétque textũ expressum,prout asserit,*in d.auth.hodie nouo iure,C.de cust.reor.* vide tamẽ Foll. in loco prædallegato,*d.n.19.* vbi optimè etiam in puncto iuris hanc declarationẽ defendendo respondet *d.Auth.sed nouo iure,* quod scilicet loquatur in debito fiscali,non ex delicto, sed ex publicis,putà functionibus & vectigalib.descendente: nos autem loquimur in pœna,quæ ex delicto debetur.Item *d.Auth.* loquitur ante condemnationem,nos autẽ loquimur post condemnationẽ:quo casu succedit conclusio generalis, quòd scilicet omnes illi, qui in principio causæ & ante condemnationem admittuntur ad faciendas defensiones extra carceres,post cõdemnationem carcerantur,nec sunt amplius priuilegiati,quia nihil aliud remanet faciendum, nisi exequi condemnationem,vt per Bal.quem allegat *in d.l.neque,§.qui in ius vocatur, ff.de in ius vocan.*

60

SVBLIMITA IIII. Dictam primam limitationem † non procedere in muliere,vt putà matre filiorũ tutrice, quæ malè tutelam administrauerit, & ob id in aliquo teneatur:ac sic à Iudice condemnata ob malè administratã tutelam, poterit, si non soluat id,in quo est condemnata, carcerari, non aliter ac si esset masculus tutor.Et hoc,quia in assumptione tutelæ renunciat omni legum auxilio;quo casu dicitur etiam renunciasse priuilegio sibi competenti *ex d.§.necessarium, in Auth. Vt nulli Iud.cum aliis suprà allegatis.* Ita expressè per hãc rationem scripsit Bartol.*in Auth. matri,& auiæ,n.13. C, quan. mulier offi.tuto.fun.poss.& in l.si quis sub conditione,n.17.ff. de test.* quem sequuti sunt Sal.*in d.Auth.matri,& auiæ,num.14.* Rom. Alex. & Ias.*n.34.in l.plerique.ff.de in ius vocan.* Idem Rom.*in l.si verò,§.de viro,& in l.alia,§.eleganter,n.11.ff.soluto matr.* Dec.*in l.fœmina,n.74.ff. de reg.iur.* Alex. *addit.ad Bart.in l.nemo carcerẽ,n.4.C.de exact.tribut.lib.19.* Matthes. *sing.109.* Bald.*in tract.de carcer.cap.1.n.3.vers.Vnum tamen dico.* Soc.*regula 259.in vltima fall.& reg.129.in 2.fall.in fine, & cons.180.n.2.volum.2.* Marian.Soc.*in tract.de citatio,artic. 5.n.39.vers.16.fallit,* Boër.*decis.349.n.11.& repet.d.consentaneum,n.141.C.quomo.& quan.Iudex,* Ias.*in l.ad egregius.n.9. ff.de iureiur.& in l.si ego,la seconda,n.4.ff.si cert.petat.* Marsil. *sing.249.* Marc. Mant.*in l.1.C.de off.diuer.iud.* Iul.Bald.*nouel. in tract.de dote,in 7.parte,priuil.5.* nec dissentit idẽ Soc.*in d. l.plerique,n.40.ff.de in ius voc.* vbi licèt dubitet de proposita

declara

declaratione ex eo quòd sit in ignominiam sexus, & pudicitiæ muliebris: tamen sibi illum maximè placere asserit, quia valde respicit fauorem pupillorum.

62 Contrariũ, † quod imò docet etiam pro delicto ob malè administratã tutelã descendente, quod nõ possit honesta mulier, & præsertim mater tutrix, carcerari, verius multò esse crediderunt, Præpos. *in c. ex parte M. col. fi. n. 11. de app.* Io. à Monte Sperel. *in d. l. plerique ff. de in ius voc.* Barb. *in c. 2. n. 4. pign.* Lud. Gomez. *in c. mulieres, num. 22. de Iud. in 6.* And. Pomar. *in add. ad Bar. in d. authen. Matri, & auiæ, sub d. n. 15.* Io. Bapt. de S. Seuer. *in tract. de debito. fugit. & fugit. q. 5. n. 26.* Marsil. *in prac. §. attingam, n. 65. & in tract. de bannit. verbo carcerati. num. 6.* Duen. *de reg. 312. vers. dico tamen*, Pet. à Plac. *in epit. delict. lib. 1. d. c. 34. n. 12. per totum*, Couar. *var. resol. lib. 2. c. 1. n. 3.* Menoc. *de arb. quæst. lib. 9. quæst. 88. n. 12.* facit tex. *in d. cap. 2. §. fi. v. etiam si ad hoc voluntas accederet earundem*, &c. *de Iud. in 6. iuncta l. 2. §. si autem dignitas, C. de iur. calum. & l. 1. C. de off. diuer. Iud.* vbi præcipuè ponderatur generaliter honestas sexus: ideo succedit regula, quòd vbicunque aliquod priuilegium est introductum propter honestatem personæ aut sexus, non potest per renunciationem tolli, *l. alia, §. eleganter. ff. sol. mat.* & no. Bal. *in l. 1. C. qui bon. ced. poss.* cum aliis citatis per præallegatos Doctores, qui bene hanc contrariam

63 & veriorem opinionem defendunt, † præsertim in matre tutrice, quæ etiam quòd renunciauerit omni legum auxilio in fauorem mulierum introducto, non per hoc tamen censetur renunciasse priuilegio, quod matri competit; ne conueniatur in plus quàm facere possit; quia illud sibi competit, non quia mulier, sed quia parens. *l. sunt qui, in fi. ff. de reg. iur.* & tradit

* idem Bart. communiter * receptus *in d. l. si quis sub conditione, n. 20. ff. de testam.* vnde aut ipsa mater habet bona, & ipsa capienda sunt pro debita pecunia, etiam ex causa non bene administratæ tutelæ, antequam ad carceres ducatur: si verò bonis careat, & tunc ex priuilegio tuta est, ne possit conueniri in plus quàm facere possit: ergo eodemmodo defenditur, ne ad carceres ducatur: sicuti mihi argumentatione in milite vsus est Bald. *in d. l. 1. col. fi. C. qui bon. ced. poss.* adducens text. *in l. miles, ff. de re iud.* & Alex. *in l. centurio, n. 25. ff. de vulg. & pupill. substit.* & ab istorum opinione tanquam iudicio meo, & æquiori, ac honestiori, atque etiam in melioribus rationibus fundata, minimè in iudicando ac consulendo recedendum esse consulo & iudico.

64 SVBLIMITA V. Eandem primã limitationẽ † non procedere, quando lex, vel statutum disponeret, quòd debitor fugitiuus possit capi & carcerari: nã tunc sub isto statuto comprehẽditur etiam mulier fugitiua, nisi specialiter sit excepta, & sic etiam ipsa poterit isto casu carcerari ex idẽtitate rationis, sicuti expressè tradiderunt Bart. *in l. 1. n. 24. ff. de pecul. & in l. iur. n. 2. ff. de leg.* Bald. *in l. nec passi, C. de iuris, & fac. ignor. & in l. quicunque, n. 10. C. de serv. fugit.* quos refert & sequitur Duen. *d. reg. 312. in vltim. limit.* & Pet. à Placha *in epit. delict. lib. 1. cap. 34. n. 34. vers. illud ex præmissis deducitur.* De cuius tamen sublimitationis veritate ego valde dubito: quia falsum est in proposito casu, eandem esse rationem in carceratione mulieris suspectæ de fuga, ac masculi debitoris suspecti: quia licet vtroque casu vrgeat suspicio fugæ: nõ tamen vrget honestas sexus, in qua ius se fundans posuit mulieres non posse carcerari, *d. l. 1. C. de offi. diuer. Iud.* & ideo verius credere, nec posse mulieres honestas vti de fuga suspectas carcerari, nisi expressè ita sit cautum in statuto ac constitutione desuper emissa. Nunquam enim masculinum comprehendit fœminin̄um, quando adest diuersa ratio inter masculum & fœminã, vt plenè per Gabr. qui multos congerit *in tit. l. de verb. sign. concl. 6. n. 49. & seq. lib. 6.* & si quando clarè liquet de debito, mulierque per iudicialem sententiam est cõdemnata ad soluendum debitum, non potest pro dicto debito carcerari, vt plenè dixi suprà: cur debeat carcerari quando non constat de debito per Iudicis sententiam? certè nullam video rationem, quæ id mihi suadeat: ideo nunquam in iudicando hanc seruarem sublimitationem.

LIMITA II. Et principaliter regulã in hac sexta conclusione propositam *sup. n. 41.* in qua dixi omnes personas posse capi & carcerari, præterquam illas, quæ à iure specialiter pro-

65 hibitæ sunt ne capiantur, † non procedere in clericis, qui cùm à iure habeant priuilegium ne conueniantur in plus quàm facere possunt, ad glos. Bart. & alios *in l. miles*, vbi præsertim Ias. *colum. 3.* & Ripa *n. 7. ff. de re iudic. & glos. in cap. studeat. 50. dist.* Capella Tholos. *decis. 246.* vbi Aufr. *in addit.* Felin. *in cap. cum ex officij, col. 1. extra de præscr.* Hier. Gig. *de pension. quæst. 35.* & reprobata Castrensis, & Matthesilani cõtraria opinione, hanc communem * testatur Couarr. *var. re-* * *sol. lib. 2. cap. primo n. 9. post prin.* † si propterea contra eosdem 66 clericos pro debito ciuili agatur, quòd soluere minimè valeant, non capiuntur, nec in carcerem mittuntur, sed absque eo quòd bonis cedant, iuratoria solùm cautio ab illis exigitur de ære alieno soluendo, cùm ad pinguiorem fortunam deuenerint, *capit. Odoardus & ibi.* Abb. Imola, & Anchar. *extra de solutio.* quorum intellectum (reprobato intellectu glos. Host. Ioan. And. & Henrici, volentium clericum debitorem inopia, & egestate laborantem teneri ad cessionem bonorum) magis communem * testatus est idem Couar. *in loco præcitato, d. n. 9.* * *post prin.* sequitur Menoch. *de arbitr. quæst. casu 183. n. 29. lib. 2.* Nec dissentit Anton. Gomez. *variar. resolut. tomo 2. capitulo 13. titulo de fideiussor. n. 18. in fine, vers. vnum tamen est.* vbi quòd clericus fideiussor tenetur, si habet vnde soluat ex patrimonio suo, vel ex redditibus sui beneficij, in quantum facere potest, deducto ne egeat: sed eo non existente soluendo, non potest carcerari, *cap. 2. ext. de fideiussor.* ibi, *Alioquin de redditibus eorum præscripta debita faciatis exsolui*, &c. *capit. Odoardus, extra de solut.* & vtrobique cõmuniter Doctores.

† Sic itaque generaliter clericos pro ciuili debito minimè 67 posse carcerari, scripserunt post alios, quos allegant, Marsil. *in tract. de bannit. in verbo, carcerari, n. 11. & in practica, §. attingam, n. 70.* Matthes. *notab. 66. incip. Nota quòd clerici*, Felin. *in cap. officij, n. 15. extra de præscript.* Gomez. *Institut. de actio. in prin. n. 65.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 88. n. 8.* † Sed quando clericus pro ciuili debito conuenitur, pra- 68 ctica est quòd ipsi sequestrantur fructus beneficij, qui creditoribus postea assignantur vsque ad integralem satisfactionem, reseruata eidem clerico pro alimentis congrua portione, ne egens in opprobrium ordinis ecclesiastici mendicare cogatur, argumento textus *in cap. peruenit, extra de fideiussor.* tradit Aufrer. *in addit. ad Capel. Tholos. d. decis. 245.* quem sequuti sunt Couar. *vbi supra, num. 9. ante ver. Sed & quoad decisionem* & Menoc. *d. casu 183. num. 30. lib. 1.*

SVBLIMITA I. Hanc † secundã limitationẽ, & quæ præ- 69 sertim ex beneficio. *Odoardus, extra de solut.* clericis conceduntur, vt intelligantur ac procedãt in clericis, qui vel sacris ordinibus insigniti sunt, vel altari aut Ecclesiæ proprio ministerio inseruiunt: secus in his, qui tantùm minoribus ordinibus decorati sunt: hi enim quantũ ad hoc priuilegium, pares censentur laicis, & secularibus, vt per Couarr. *var. resolut. lib. 2. d. cap. 1. eodem n. 9. post prin. & iterum in vers. Sed & quoad decisionem*, vbi quòd non aliter admittenda est dispositio *d. c. Odoardus*, ob multitudinem eorum, qui tamen sine aliquo delectu, vt vitiis & criminibus liberiùs vacent, primis, & minoribus ordinibus solent, maxima profectò Prælatorum incuria insigniri, sequitur Menoch. *d. casu 183. in fi. n. 30. lib. 2. de arbitr. quæst.*

SVBLIMITA II. Hanc † eandẽ secundã limitationem nõ 70 procedere, vel quãdo clericus trib. sentẽtiis cõformib. ad soluendum condemnatus est, vel quando in contractu iurauit soluere: vtroque enim casu potest præcisè cogi ad soluendũ, & non soluens carceratur, non obstante beneficio *d. cap. Odoardus*, vt per Lud. Gom. *in compend. vtriusque signaturæ, colum. fin.* vbi propterea infert, quòd si quis consentiat constitutioni pensionis iuramento præstito, & præmissa obligatione in forma Cameræ, non poterit vti beneficio & priuilegio prædicto: & licèt Couarr. *var. resolut. libro 2 capitulo 1. numero 9. vers. quoties verò* à Gomesij opinione discedens dixerit, eum qui vel soluere iurauerit, vel tribus sententiis damnatus fuerit, posse aduersùs executionem opponere & obijcere se inopem clericum esse, nec ob id posse excommunicari, aut in vinculis detineri præstita iuratoria cautione de soluendo, cùm ad pinguiorem fortunam deuenerit, iuxta dispositionem *d. c. Odoardus*, cùm nulla possit iusta ratio assignari, ex qua vel tres sententiæ, vel iuramẽtum hoc priuilegiũ clericis ob statum ecclesiasticum cõcessum omninò tollant: vbi tamẽ iuramentum clerici adest & cameralis obligatio, nullo pacto recedas ob opinione Gomesij: quia cùm vltra amplissi-

mas

mas clausulas,quæ in tali obligatione apponuntur,adsit particulariter clausula illa, in qua obligans astringit se vt possit capi,carcerari,& detineri (quod pactum inter debitorem & creditorem quod de iure valeat,& quando late in proposito tradit Massa *de camera,obliga.in 3.particula, quæst.4.6.& 7.*) idcirco clericos in forma cameræ obligatos posse & capi , & carcerari verissimum est,& quotidie in practica seruatur.

71 SVBLIMITA III. Vt † eadem secũda limitatio non procedat,quando clericus est suspectus de fuga : tunc enim etiam (quod plus est) ab ipso creditore cum propriis bonis capi poterit,& tradi suo competenti Iudici detinẽdus donec æs alienum soluat ex illis bonis,quæ occultare conatus fuit, secundùm Bapt.de S.Seuer.*in trac.de debit.suspe.& fug.q.6.quinta quæstionis principalis*,quem refert & sequitur Couarr.*var.resolu.lib.2.cap.1.num 9.versic.caterùm cum aduersus clericum, & c.in fine versicu.* ibi ; *Verum si clericus sit suspectus de fuga, &c. vide* quæ dixi *in tit.de inquisitione.q.8.n.* 119.

72 SVBLIMITA IIII. Quando † Clericus conuenitur pro debito descendente ex delicto, nam tunc & capi, & carcerari poterit,secundùm Marsil.qui concordantes allegat,*in practica crimin.§.attingam,num.70.versic.hanc tamen conclusionem intelligo esse veram*,&c.*& in tractat.de bannit.in verbo, carcerati sub nu.12.* & isto casu non poterit frui beneficio *d.capit. Odoardus,de solution.* Sed si non habebit in bonis,luet in corpore , iuxta ea quæ suprà dixi *in anteceden.quæst.26.numero* 11. *&* 12.

73 SVBLIMITA V. Vt † prædicta secunda limitatio procedat,prout loquitur in ciuilibus,& quando clericus conuenitur pro debito ciuili,secus quãdo inquiritur pro delicto,& in criminalibus , licèt enim contra clericum de delicto suspectum sit magis temperatè,& cum maiori deliberatione procedendum ad capturam,quàm contra laicum,vt per Diaz *in pract.crim.canon.verbo,eos citari personaliter, cap.* 13.*in prin.* sequitur Foll.*in pract.crim.canon.verbo,& in carceribus mancipatis,num.*5. † Et propterea non posse clericum carcerari,
74 nisi priùs Iudici constet de delicto,dixerit Io. Andr. *in capit. Si clericos,in verbo,commissos,de sent.excom.in 6.* vbi amplius admonet Prælatos,ne sic statim,nisi constito priùs de delicto, clericos capiant:quia si id fecerint,incidunt secundùm eum, * in pœnam excommunicationis, & est communis * vt per Cor.*in cons.25.litera C.lib.4.* quem refert & sequitur Clar.*in pract.§.fin.quæst.28.sub.ver. quæro nunquid :* vbi tamen constiterit de delicto,ac legitima præcesserint indicia, clericum de delicto suspectum posse & carcerari,& detineri à suo ec- * clesiastico Iudice, nulla videtur difficultas:& hodie sic communiter * seruari testatur Clar. *d. quæst.28. eodem ver. quæro nunquid in princ.* & ante Clarum latè id comprobat, & defendit Folle. *in prac.crim.canon,dicto verbo,& carcerib.mancipatis.num.*1. *& seqq.*

75 AMPLIA Hanc † quintam sublimationem,vt procedat etiam quòd de crimine agatur ciuiliter : nam & tunc clericos posse capi,& in carceribus detineri,per tex.*in c.dilectus*,& ibi Abb.Philip.Franc.& Dec.*in 1.notab.* tradit Diaz *in prac.cri. canon.verbo.cap.c.*114.*in prin.* sequitur Fol.*in prac.cri.canon, d.verbo,& carceribus mancipatis,c.*12.*n.*2.*& seqq.* vbi ex Dec. *in d.c.dilectus* , allegat etiam tex. *in c.2.ext.de pœn.& in c.si clericos,de sen.excom.in 6* & Abb. *in c.*1.*extra depos.* vbi loquitur quando causa ciuilis habet crimen annexum.

76 LIMITA Præcedentem † quintã sublimitationem, vt procedat,dummodo clericus sit de fuga suspectus:tunc enim potest pro delicto carcerari,aliter secus,prout colligitur ex text. * *in c.vt famæ.de sen.excom.* & est cõmunis * intelligentia,vt per Cor.*in d.cons.*325.*litera C.*& faciunt quæ dixi *suprà in tit.de inquisition. q.*8.*n.*17. vbi probaui, quòd licèt clericus possit à Iudice laico capi , & carcerari ad effectum illum remittendi * ad suum ecclesiasticum Iudicem , secundùm communem * de qua per Felin. *in capitulo cùm non ab homine, n.*3.& ibidẽ Alc.*n.*22. *extra de iud.* hoc tamen intelligitur, vt procedat, si de fuga suspectus sit:aliter secus vt post Dec.*in d.cap. cùm non ab homine,sub n.*12.*paulo post princ.* declarat Menoch.*de arbitr.quæst.lib.2.casu* 180.*n.*2. & quando de crimine agitur ciuiliter,vt in præcedẽti ampliatione diximus,quòd tunc sine dubio non possit clericus carcerari, nisi de fuga suspectus sit, post Abb.*in dict.cap.*1.*extra depos.* tenet expressè Foll.in *prac. crimin.canon.dict.cap.*14.*n.*4.vbi ampliùs, quòd quando clericus isto casu præstat cautionem de standoiuri,&c. non carceratur,sed eo existente extra careeres deuenitur ad expeditionem causæ criminalis ciuiliter intentatæ,vel ciuilis habentis crimen annexum, prout ipse loquitur:sed vbi causa criminalis non esset ciuiliter intentata,& ageretur de crimine non leui , non credo reciperetur in practica hæc limitatio ; quia, prout etiam testatur Clar. *in d.q.*28.*vers. quæro nunquid , in fi.* propter malitiam Clericorum , quæ multùm excreuit hodiernis temporibus, hæc declaratio malè de consuetudine obseruatur.

LIMITA III. Et principaliter eandem regulam in eadem sexta conclusione huius primæ inspectionis propositam † non 77 procedere in Doctore,quem pro debito ciuili minimè carcerari posse probat tex.*in l.medicos.* & ibi glo.*in verbo.exhiberi C.de professor.& med.lib.*10. & per illum tex.expressè idem tradiderunt,Bar.*in l.si libertus ff.de in ius voc.* Alexan. Ias. & Ripa *in l.miles ff.de re.iud.* idẽ Ripa *in l.centurio, nu.*16.*ff.de* 78
vulg,& pupil. idem etiã Bartol.*in tract.de carcere,q.*2. Ias.*in l. generaliter,in fin.ff.de in ius vocan.* Marsil. *in l.e. Item,n.*5.*ff. de quæst.& in pract.§.attingam,p.*68.*& in tract.de bannit.in ver.carcerati,n.*9.Matthæ.*sing.*60.*incip. Nota quod legum Doctores.* Tiraquel.*de nobilita.c.*20.*nu.*136. Duen. *reg.*190.*in 5. amplia.* Conrad.*in pract.tit.de captura,n.*16.*versic. Item adde, vt Docto.fol.mihi* 270.*colum.*2. Menoch.*de arbit.quæst. lib.*2. *q.*887. & nouissimè D.Iac. Benius Eugub.*in tract. de priuil. iurisconsulti,par.*2.*priuileg.*49.*nu.*1. *& seq.* † Ex quibus aliqui 78
hoc priuilegium à iure Doctoribus tributum etiam ad Doctorum filios & vxores extendendum crediderunt,per tex. *in l. medicos*,ibi, *vna cum vxoribus & filijs* , *&c.C.de professor. & med.lib.*10.Petr. Lasnaud.*in trac.de Doct.in* 1.*p.*§.3.† vbi propterea isto casu , quòd si Doctor aliam cautionem præstare 79
non poterit, standum est eius iuratoriæ cautioni ob præsumptam eius fidem;& † iudices contrauenientes teneri in syndicatu,scripserunt Bal.*in l.*1.*C. qui bon.ced.poss.* Paris de Put. *in* 80
*tract.de syndic.ver. Doctor,c.*1.*n.*1.Boer.*in repet.l.consentaneũ, n.*164.*C.quom.& quan,Iud.* Bald.*in tract.de cauc.c.*1.*n.*4. vbi quòd capite puniuntur per gl. *in d.l.medicos*, quæ æquiparat in proposito Doctores mulieribus honestis , quas Iudex carcerari mandauerit, patiter pœna capitis puniuntur ; vt *suprà* dixi,*num.*45.*&* 46.vbi vide.

AMPLIA I. Hanc † tertiam limitationem,vt procedat et- 81
iam si statuto caueretur,quòd quilibet pro ciuili debito personaliter capi possit , non obstante quocunque priuilegio: nam non per hoc poterit personaliter capi Doctor,† quia per talem clausulã *non obstante quocunque priuilegio* , non censetur derogatum priuilegiis in corpore iuris clausis, ad glo.*in l.* 82
2.§.*legatis,in verbo,non compelluntur, & in l.hæres absens , in prin.in verbo excusantur,de Iud.* Bartol.*in extrauag.ad repri. in verbo,non obstantib.sub n.*12.Boer.*in repet.dict.l. consentaneum,n.*146.*C.quom.& quãdo Iud.* Ripa *in c.cùm sit Romana, n.*54.*de rescrip.& in propriis terminis*,Matthæ.*d.sing.*59.*Nota quòd legũ Doct.* Bru.*de cessio,bon.q.*10.*in quarta principali q.* D.Iac.Ben.*de priuileg.Iurisp.par.*2.*d.priuileg.*49.*n.*4.

AMPLIANDO II. Eandem tertiam limitationem ad- 83
uertas , quòd licèt priuilegia Doctoribus concessa , de quib. *in dict.leg.medicos, C.de professo.& medicis, lib.*10. competere solùm Doctoribus actu legentibus, non autem aliis, dixerint Bartol.*in d.l.medicos*, Ang.Ioan.de Platea *in rub. C. eod.titu.* Castr. 1.*constit.Cod.columna* 2.Aret.*in §. Item Romæ, numero* 1.*in fine,ff.de excusat.tutor.* Parpal.*in leg. placet,columna* 9.*C. de sacros. Eccles.* contrarium tamen magis receptum * esse, * quòd scilicet eadem priuilegia competant etiam Doctoribus actu non legentibus , vt putà aduocatis, seu alio modo, in legali scientia se exercentibus, testatus est nouissimè idem Diuus Iacob.Ben.*in tract.de priuil.Iurisconsul.par.*3.*priuileg.* 96. *numero* 5. & ante eum apertè hoc tradiderunt Ripa *in l. centurio , num.*17.*ff.de vulg. & pupill. & in l.*1.*num.*133.*ff. solut.matr.* & ibi etiam Alc.*colum. penul.* affirmans recentiores omnes hanc opinionem tenere;vsúque seruari,ac ita fuisse decisum in consi.Delph.testatur Guido Papæ, *quæst.*88.*& quæst.*388.Franc.Marc.*decis.*638.*num.*4.Cagnol.*in proœm.ff. in §.vos verò,n.*255.vbi quòd ita communiter*tenent,Marc. * Mant.*libro 2.obser.cap.*17. Tiraquel.*de nobilitate,cap.*29.*nu.* 15.Maria Soc.*in tract.de citat.ar.*6.*n.*35.Menoc.*de arb.quæst. casu* 227.*nu.*6.*& casu* 379.*n.*5.*lib.*2.Iac. Æmilia:*con.*14.*n.*9.

& cons.

& conf.17.n.17. Rol.*conf.66.n.37.lib.1.* Oct. Vulp.*resp.141. n.8.& sequen.* quos & alios plures refert & sequitur idem D. Iaco.Ben.*dict.priuileg.96.n.5.* vbi vltra præallegatas authoritates,& iure & rationibus aduersus Bartol. & sequaces hanc defendit ampliationem,& in specie in materia carcerationis, hoc idem dixerunt Aret. *cons.95.* & Iac. Æmilian. *dict.cons. 17.n.13.* quos pariter refert & sequitur idem D. Iac. Ben. *vbi supra,par.2.priuileg.49.sub num.2.ver.nec vlla differentia statuenda.*

84 AMPLIA III. Vt † nec huic priuilegio Doctor renunciare possit:cùm enim inductum sit fauore publico,& vt doctoratus dignitas præseruetur:idcirco renunciatio illi facta etiam cum iuramento non valet,*l.si vnus,§.si paciscar, & §.sequen. ff.de pact.c.si diligenti,*cum ibi notat.*de foro compet* Bart.*in l. si quis pro eo, ff.de fideiussor.* & in propriis terminis notat Iac. Æmil.*dict.cons.17.num.20.* refert & sequitur D.Iac.Ben.*dict.*

85 *priuileg.49.nu.4.ver.neque Doctor.*†quæ tamen ampliatio de facto non seruatur in Vrbe in Doctoribus obligatis in forma Cameræ:in qua cùm vltra alias generales renũciationes obligans expresè consentiat se posse pro solutione debiti cogi, compelli,constringi,moneri, excommunicari, aggrauari, reaggrauari,ad brachium seculare deponi,arrestari,capi, incarcerari & detineri, vt per Massam *in sua formula obligationis Camer.in fine operis,fol.mihi 166.*ideo nihil esse quod eorũ carcerationem impediat,sicut si non essent Doctores,quotidie seruari videmus:immò & , quod plus est , malæ nostræ tempestatis malo. Quo autem iure , statuto,seu ratione id introductum sit,prorsus ignoro:etiam quòd Doctores non sint in forma Cameræ obligati, aç etiam quòd non renunciauerint eorum priuilegio prædicto ; adhuc tamen eos non existentes soluendo & bonis deficientib.in quib.possit fieri exequutio realis pariter,& capi, & carcerari passim in Vrbe seruatur:necnon solùm in captura, carceratione ac detentione, verùm etiam in relaxatione aliquam habent prærogatiuam, seu præeminentiam plusquam idiotæ.

86 SVBLIMATA dictam tertiam limitationem†non procedere in criminalibus, & vbi Doctor de delicto suspectus est: qui si crimen sit leue , licèt eo casu non carceretur , sed eius causa audiatur extra carceres,præstita per ipsum fideiussione, vel iuratoria cautione;vbi tamen delictum est grauissimum: tũc & capitur & carceratur, iuxta ea quæ in simili dicta sunt de muliere,*sup.num.52.& seq.*secundùm gl.*in d.l.medicos,in ver.exhiberi,C.d: professor.& medic.lib.10.* quam glossam videntur sequi Doctores,vt dicit Franc.Marc.*dec.81.n.1.* refert & sequitur Clar.*in pract.§.fin.de quæst.28.verb. Item quæro,* vbi propterea testatur se vid isse in facti contingentia plures Doctores carceratos ex diuersis criminibus,prout etiam apud nos & pariter carcerari quotidie videmus, non tamen pro omni crimine,nec nisi sint valdè indiciati. Certum enim est, quòd contra eos semper procedi debet cum maiori temperamento & consideratione,quàm contra alios.

87 LIMITA IIII. Principaliter†regulam huius sextæ conclusionis non procedere in infirmo graui infirmitate:quem propterea etiam quòd de crimine agatur , non posse carcerari consuluit Grammat.*in consilio 55.num.9.& sequent.*vbi ponit exemplum,quando curia mittit ad capiendum aliquem vulneratum, qui non potest carcerari sine periculo vitæ respectu vulneris:dicítque quòd isto casu Iudex debet assecurari per fideiussoriam cautionem , & si fideiussores non habeat, debet adhibere custodias sumptibus ipsius vulnerati , donec reconualescat,*argumento leg.4.Cod.fin.regun.& leg.pœnæ,Cod. de statu liber.* & in specie tradit Paris de Put. *de syndica. in verbo, carcer , capit.4.num.3.in fin.vers. Si autem ipsa custodia,&c.* quòd si idem Iudex fuerit negligens isto casu in recipiendo dictos fideiussores , & si fideiussores non habuerit in adhibendo custodes,vt suprà,non potest excusari & tenebitur in syndicatu,vt per Bal. *in authen.generaliter,in fi.C.de Epis.& cler.* Et secundùm hanc limitationem sæpius ego et ã vidi practicatum fuisse hîc in Vrbe,& extra.Imò quando causa est ciuilis, & exequutores inuenerunt debitorem in lecto grauiter infirmantem,facto verbo cum Iudice, qui relaxauit mandatum,illumd imiserunt:solétque etiam isto casu Iudices ciuiles stante graui infirmitate concedere eidem debitori inhibitionem ad tempus , in quo possit tutè domi suæ morari,& reconualescere. Hæc enim fiunt, quia sunt multũ consona Christianæ pietati.

SEPTIMA sit conclusio in hac eadem prima inspectione,†quòd captura dicitur iniusta & indebita ratione loci, in quo quis capitur,vt per Parid.de Put.*de syndic.in verbo,captura,capitulo 5.incip.captus illicitè,n.6.versicu. & non solum capite impugnatur ratione loci fol.mihi 138.a tergo,*†& ideò captus in loco, in quo de iure capi non poterat , relaxari debet secundùm Bar.*in l.si quis sit fugitiuus,§.apud Labeonem ff.de ædil.edic.& in l.præsenti,in princip.C.de his, qui ad Eccles.confug.& in l.1.§.1.de acquir.rer.dom.& in l.si cui,§.fi.colum. 1.versic.2.quæro ff.de accus.*Bal.*in l.sicui,§.Aristo.ff.si seruit. vendi.& in l.requirendi,in 2.col.C.de seru.fug.* Marsi.*in tract. de bannit.in verbo,capti,n.6.*

INFERTVRI. Ex hac septima conclusione , † quòd ex quo confugiens ad Ecclesiam, de ea inuitus extrahi non debet *l.præsenti,in prin.*ibi. *Nullos penitus cuiuscunque conditionis de sacrosanctis Ecclesiis orthodoxæ fidei expelli , aut trahi, vel protrahi confugras,C.de his,qui ad Eccles.confug.c.sicut antiquitus,17.q.4.c.de raptoribus,6.q.1.c.inter alia,de immu. Eccles.*Idcirco in eadem Ecclesia captus tanquam malè captus eidem Ecclesiæ restitui debet,*c.sæpe,de resti.spoliat.*Bar.*in d.l. præsent,in fine principij. C.de his,qui ad Eccles.confu.* Marsil. post Lapum, Oldradũ, & Abbatem,quos allegat *in tract. de bannit.in ver.capti,n.7.* & dicã latiùs hac de *re infra.in seq.q.28.*

INFERTVR II.Ex hac eadem septima cõclusione,†quòd cùm domus sua vnicuique tutissimum debeat esse refugium: ideo in eadem domo neminem posse capi,vt ad carceres ducatur,bene probat text.*in l. plerique, ff.de in ius vocan.* cuius tex.verba sunt hæc.*Plerique putauerunt , nullum de domo sua in ius vocari licere, quoniam domus tutissimum cuique refugiũ, atque receptaculũ sit,cúmque,qui inde in ius vocaret,vim inferre videri.* Idẽ etiam probat tex.*in l.hemo de domo sua inuitus extrahi debet,ff.de regu.iur.* & vtrobique cõmuniter*omnes. * Quod procedit etiam quòd domus non sit propria inhabitantis, sed conducta,Ferrat.*cau.22.*Boer.*dec.230.num.4.* vbi idem etiam si quis habitaret non in domo,sed in cabana, aut cassina.Maria.*in tract.de citat.in 6.art.in 5.ampliatione.*vbi & idem de capto in horto contiguo domui:ac etiam idem si * ostium esset apertum,ibi testatur de communi,*quãuis Ang. *in leg.plerique,*cõtrarium teneat. & aliis pluribus modis hæc eadem illatio ampliatur, de quibus post alios , quos allegat, remitto Lectorem ad Ant. Gabr. *concl.10.per totam.lib.7.de crim.*vbi latissimè ponit materiam,quam hîc referre non placuit, cùm apud nos de facto non seruetur præsens illatio , qnia quotidie pro quocunque debito quis capi potest in domo sua:& ita practicatur,vt omnes sciunt.

LIMITATVR Pariter † præsens illatio plurib.modis , de quibus eundẽ Lectorem remitto ad Gabr. in loco præcitato, *in d.10.concl.*& inter alias limitationes,ea potissimùm de iure admittitur,vt non procedat in criminalibus,& quãdo quis capitur pro delicto : nam tunc etiam in domo propria capi poterit ad gl.*in dicta l.nemo, ff.de reg. iur.& in l.Sed & si,* vbi etiam Bal.*ff.de in ius voca.*Bar.*in cons.169.& in l.ex omnibus, C.de decu io.lib.10.& l.cùm ex eodem.ff.ad l.Iul.pecula.* Ang. Alex.& Ias.*d.l.plerique.ff.de in ius vocan.*Maria *in tract.de citat.in 17.art.in 5.ampliatione,colum.3.* Ferra.*caut.23.* Cõrad. *in prac.in ti.de captura,n.7.* Iodoc.*in pract.crim.c.15.de citat. real.n.24.* Gabriel.*d.10.cõclus.n.36.in 13.limit.& n.38.in 14. limitat.*vbi etiã idem, quando quis capitur pro debito fiscali.

AMPLIA Hanc limitationem,† quòd in criminalibus nõ solũ quis capi potest in propriã domo,sed etiam possunt exequutores , vt domi clausum capiant , frangere ostia & fenestras,vt per Parid de Put.*in tra.de syndicatu,in verbo,captura, c.5.incip.captus illicitè,n.2.& 3.* sequitur Foll.*in prac.crim. in verbo,Notatos capiat de persona,n.4.* & tradit optimè Iodoc.*in pra.d.c.15.ti.de citat.reali,n.17.* vbi ampliùs,quòd iidem exequutores possunt ad effectum capiendi domi existentẽ frãgere & ostia & fenestras, etiam quòd à Iudice, qui captura iussit,non habuerint ad id specialem licentiam: † vbi enim bitroariis generaliter capiendi authoritas conceditur , & committitur,intelligitur etiam illis permissum & concessum omne id quod necessarium est, vt ad captura deueniri possit, ad text.cũ gloss.*in l.quamuis,C.de fideicomm.& in illud,* vbi Bar. Castr.& Doctor.*ff.de acq.hæred.c.ex parte,*cũ ibi notat.*extra de spõsal.&c.prudentiã §.sexta,extra de offi.de leg.* & ita vt præ-

fati

fati Doct.dicunt,passim apud nos in pract.seruatur, quando birroarij vadunt pro capiendo aliquem malefactorem pro indiciis in criminalibus:secus in ciuilibus, quando vadunt pro capiendo debitorem,quia tunc non possunt nec realem, nec personalem exequutionem facere per vim ingrediendo domum debitoris.nisi adsit expressa Iudicis licentia,quòd porta aperiatur per vim, quam licentiam Iudex concedere non solet, nisi debitore priùs citato ad tenendum portam apertam, aliàs mandari aperiri per vim, & ita vidi sæpius seruatum etiam in debitore obligato cum iuramento, & in forma Cameræ.

95 OCTAVA sit conclusio,†quòd carceratio dicitur iniusta & indebita, ratione loci vbi captus carceratur. Debet enim captus carcerari in loco,in quo vltra custodiam,pœnam non patiatur,quia carcer nõ ad pœnam,sed ad custodiã est inuẽtus,*l.aut damnum,§.solent*,ibi,*Carcer enim ad continendos homines,non ad puniendos haberi debet.ff.de pœnis*, Ias.*in l.si vitium,num.1.ff.de re iud.*Dec.*cons.73.col.fi.*Par.de Put.*in tr.de syndic.verb.carceratus,c.5.incip.licet dicatur,n.1.*Ang.de Malef.*in verbo,quòd fama publ.præced.&c.vers.tene tamen menti, n.80.*& ibi Hier.*in addit.* Paris.*cons.2.num.148.lib.4.* Iodoc. *in pract.crim.tit.de carceribus.c.16.n.3.* vbi alios adducit concordantes,Fol.*in pract.crim.verbo,vel carceratur,n.1.fol.mihi 156.col.1.*Paul.Ghirl.*in trac.de relaxat. carcer. in rub.de sentent.& pœnarum exequut.n.5.*Boss.*in tit.de carcer.n.2.*vbi etiã de materia,Conrad.*in pract.tit.de carcer.n.1.fol.mihi 273.col.2.*Menoch.*de arbit.quæst.casu 305.n.2,lib.2.* Cyril.*in summa crim.tit.de custod.reor.in 1.par.§.1.n.vers.carcer enim,fol.mihi 55.à tergo,col.2.*& ita communiter* Doctores tenere *in d.l.aut damnum,§.solent*,testatur Ant.Gom. *var.resol.tomo 3.c.9.tit.de captura reor.n.6.vers.quia carcer,fol.mihi 351.à tergo, col.1.*Bonac.*in comm.opin.crim.par.1.ver.carcer non est inuentus ad pœnam,tit.11.col.1.*

96 AMPLIA I. Et illatiuè hanc octauam conclusionem,†vt propterea capi nõ debeant poni in carcere obscuro & tetro, sed claro & luminato, saltem lumine & luce vsurpata, & si forsan noctis tempore carceratos ad tutiorẽ custodiã in obscuro carcere claudi contigerit, orta iam die inde deduci & ad luminatum carcerem reduci debent,tex.est *in l.1.C.decust.reor.*ibi,*Nec vero sedis intimæ tenebras pati debebit inclusus:sed vsurpata luce vegetari,ac subleuari,& vt nox geminauerit custodiam,in vestibulis carcerum, & salubribus locis recipi:ac reuertente iterum die ad primum Solis ortum,illico ad publicum lumen reduci,ne pœnis carceris perimatur,quod innocen-*
97 *tibus miserum,noxiis nõ satis seuerum esse dignoscitur.*† & per istum textum subterraneos carceres,ac caueas,in quibus pauperes carcerati & humiditate & frigore coniecti infirmitates attingunt,ac vitæ periculum subeunt, multò magis prohibitos esse scripserunt Card.*in clem.1.quæst.7.de pœn. & remiss.* vbi quòd Prælati,qui in tetro carcere clericum,seu alium delinquentem claudunt, efficiuntur irregulares,& reputantur homicidæ, Cor.*cons.325.num.4.lib.4.*vbi expressè subterraneum carcerem damnat, Bonif.de Vital.*in tit.de carcer.priuat.num.2.ver.Nec debet includi.* Vbi pariter damnat carcerem sine lumine, Mars.*in tract.de bannit. in verbo,carcerati, num.45.*vbi post Card.& Anch. *in dict.clem.1.q.7.de pœnit. & remiss.* affirmat prohibitum esse à iure carcerem durissimum, in quo verisimiliter infra paucos dies quis sit moriturus,& idem etiam tradit Foll.*in pract.crimin.in 1.part.2.par. principalis,ver.vel carcerentur,num.2.* vbi quòd propterea in regno emanauit pragmatica qua cautum est,ne ampliùs quisquam carceratus in foueis & carceribus subterraneis, & per eam grauis pœna imposita est Baronibus,& Officialibus cõtrafacientibus,& iterum idem Foll.*ibid.num.8* vbi propterea quòd carcer custodiæ non debet esse subterraneus,sed debet habere liberum lumen,Iodoc.*in pract.crim. capitulo 7. titulo de carcerariis seu commentarien sibus num.9.* vbi quòd carcerarij seu commentarienses non debent deducere carceratos ad loca ad quæ cœlestis aër pertingere nequit: minúsque tã procul ab hominum copia eosdem carceratos protrudere, vt ipsorum voces,& clamores à nemine exaudiri valeant, Boss. *in titul.de carcer.n.3.*vbi carcerem inquit debere esse talem, vt eo non obstante carceratus viuat, & quòd propterea consuetudo ferrearum cauearum reprobatur à iure;maximéque inuehitur cõtra illos Iudices,qui nihil minùs curant,quàm vt in carceribus existentes dimittantur,vt vel fœtidi intra carceres vitam finiant,dum iidem iudices aliorum voluntari obsequuntur, vel fessi componant, dum illi ad propriam vtilitatem respiciant,Ant.Gomez.*var.resol.tomo 3.c.9.tit. de captura reorum,sub n.6.*Menoch.*de arb.quæst.lib.2. d.casu 305.n.2.& seqq.*vbi generaliter, quòd Constantinus Imperator humanissimus *in d.l.1.C.de custod.reo.* carceres tales esse debere constituit, vt præter fidam custodiam nihil habeant. Et licèt Foll.qui suprà,*in sua praxi crim.canon.c.12.verbo, Et in carceribus mancipatis,n.12.*testetur,quòd ipse alias,dum esset Vice-Marchio Terræ Vallis Aymonis,construxit foueam quãdam humi depressam per duodecim pedes, reclamantibus omnibus ciuilibus dictæ Terræ tanquam solitis liberè viuere, & non sub iugo iustitiæ: non per hoc,nec in theorica,nec in practica recedas à firmata ampliatione,quæ,vt vides,non solùm communi* calculo Doctorum & Canonistarum & Legistarum recepta est, verùm etiam Christianæ religioni, & humanitati multùm conueniens:propterea quãtum benefecerit ipse Foll.in constitutione dictæ foueæ, tu ipse ex præallegatis iudices. *

AMPLIA II & pariter illatiuè,eandem octauam conclusionem, † vt cùm carcer debeat esse ad custodiam, & non 98
ad pœnam,vt præfertur:ideo carceratus non debet in carceribus detineri regulariter in compedibus, vinculis,seu manicis ferreis: sed solùm intra custodiam & claustra liber & absolutus, secundùm Bald. *in l.2. C. de exhib.reis*, vbi dixi, quòd ligare carceratum nõ pertinet ad simplicem custodiam, sed ad pœnam;& quòd propterea si potest carceratus optimè custodiri sine ligamine, non debet ligari,& Baldum sequuti sunt Paris de Put.*in tract.de syndic.verbo.carcer & carcerarius,c.3.incip. An si plures carcerati,n.16.* Bonif. de Vital. *in tit.de carc.priuat.sub n.2.vers.sed interim non debet*,vbi quòd Iudex debet citò captum vel punire,vel absoluere, iuxta id quòd fuerit culpabilis,seu innocens repertus:sed interim non debet reus catenis,vel aliis ferramentis iniuriari, sed sine catenis & ferramentis diligenter custodiri, ne aufugiat, Boër. *decis.216.num.3.ad medium,ver.& ideo dicit Bald.*vbi quòd custos imponens carcerato manicas ferreas, vel illum aliter ligatum tenens, excedit formam custodiæ, quia talia ligamenta sunt genus tormenti, nec ad simplicem custodiam pertinent, Foll. *in pract. crimin. 1. part. 2. parris, verbo.vel carcerentur, num.8.* vbi quòd carcer non debet esse cum catenis, vel ferreis manicis, sed taliter vt carceratis pœnam non afferat, & allegat Corn.*in cons.325.num.4.in 4.lib.* Nec dissentit Clar. *in pract.§.fin.quæst.46. in princ.* vbi quòd debent rei in carcere custodiri, non autem in vinculis, & ita apud eum in Mediolani prouincia seruari testatur, prout pariter & ante eum in curia Parisiensi seruari refert testantem Igneum *in l. necessarios,§. non alias,numer.46.ff.ad Syllan.* & Clar.*vbi sup.*referendo sequitur Bonac.*in comm.opin. par.1.sub vers.carcerandus an sit reus,pagin: mihi 19.a tergo, col.2.in fin.*

LIMITA Hanc secundam ampliationem non procedere, vbi contrarium facere Iudici visum fuerit ex qualitate delicti,vel personæ carceratæ. † Cùm enim qualitas custodiæ sit 99
à iure Iudicis arbitrio constituta,vt per Bald.*in d.l.fi.C.de exhib.reis*,Boër.*in præallegata dec.216.n.3.ante med.*Ias.*cons.27. in fi. lib.3.*Ant. Gom.*var.resol.to.3.c.9.tit. de captura reo.sub n.6.ante medium*,Cyril.*in summa crim.tit.de custod.reor.part. 1.§.1.n.3.vers.quamuis in Iudicis manu sit, &c.* Foll.*in pract. crim.1.par.2.par.principalis,verbo, Notatos capiat de persona, n.27.vers.Item carcer durus vel largus*:& rursus *in v.vel carcerẽtur,sub n.8* Menoc.*de arbit.quæst.lib.2.casu 505.n.1.& n.6.*†Idcirco si delictũ est atrox,& persona sit vilis,ac suspecta 100
ne fugiat, tunc vltra iniuriam licitè poterit Iudex, si ita sibi videbitur,carceratum detinere in compedib.& vinculis,dicit tex.*d...1.de custod.reo.*ibi, *Si criminis qualitas etiam catenarũ acerbitatem postulauerit.*& per istum tex. idem tradiderũt de catenis,seu manicis ferreis iuxta suspicionẽ quam habẽt,Bonif. de Vital. *in tit.de carcer.priuat.n.14.* vbi simpliciter dixit quòd carcerato pro crimine debent apponi ferramẽta,vt meliùs custodiatur,Boër.*d.dec.216.n.3.ante medium.v.& si crim. qualitas,&c.*vbi allegat gl.*in clem.1.in §.1. de hæred.* quæ gl. refert illud Psal.*Ad alligandos reges eorũ in cõpedibus,& nobiles eorũ in manicis ferreis.* Foll.*in prac.cr.d.verb.vel carcerẽtur, num.4.*

*n.*4. vbi generaliter dicit, quòd in carceratione rei debet haberi respectus ad causam & qualitatẽ personæ,quia pro graui delicto debet inquisitus cautiùs detineri, quàm pro leui. Et iterum idem Foller.*in pract.crim.canon.verbo,& in carceribus mancipatis,cap.* 12.*n.*10. vbi quòd quando tractatur de delicto,pro quo vel pœna mortis aut similis imponi deberet, carcer debet esse acerrimus, Boss. *in tit.de carcer. fideiussor. commit.n.*1. *in fi.* Iod.*in pract.crim. tit.de carcer.c.* 16.*n.*2. vbi expressè dixit, quòd carcerati pro leui maleficio leuiter etiã absque vllius catenæ,compedis,aut alterius ferramenti adhibitione seruantur:grauiter verò criminosi & compedibus & ferramentis adstricti custodiuntur, donec de delicto cognoscatur.Et idem repetit *in tit.de carcer.seu commentar.c.*17.*n.*6. Cyril.*in summa crim.d.tit.de custo.reo.*§.1.*sub n.*3. vbi quòd in hoc oneratur conscientia Iudicis,an reum ponat in simplici custodia:an verò in vinculis,latumiis,compedibus,& manicis ferreis,Anton.Gomez.*d.tit.de captura reo.c.*9.*n.*6.*vers. Item adde quòd carcer, & vincula debent adhiberi secundùm qualitatem delicti,& personæ*,allegat text.*in l.fi.*ibi,*Habita tamen dignitatis æstimatione,&c. C.de accusat.* Menoch. *d.casu* 301.*n.*6.*& seqq.*nec post Anton.Gomez.quẽ allegat,dissentit Clar.*in pract.d.q.*46.*in pr.*ibi,*qualitas personæ,&c.*& Clarũ refert,& sequitur Bonacossa *in comm.opin.d. v. carcerandus,an sit reus pagina* 19.*in fine* 1.*part.* Vide *infrà,q.*31.*n.*36.

101 SVBLIMITA I. Hanc limitationem, vt sola atrocitas & grauitas delicti non debeat operari,vt reus coniiciatur in cõpedibus,cippis,seu aliis ferramentis,nisi sit vel confessus,vel conuictus,vel damnatus, vel saltem de delicto valde suspectus,aut indiciatus. His enim casibus atrocitas delicti suadet captum cautiùs, & in vinculis detinendum, vt bene probat ad literã text.*in l.si confessus,ff.de custod.& exhib.re.*& in reo vel confesso,vel conuicto, vel respectiuè damnato expressè loquuntur Paris de Put.*de syndic.verbo carcer.c.*30.*incip. An si plures,n.*5.*in fine,vers.Nam is qui in pract.crim. tit.de fideiussione in criminalib.c.*20.*n.*10.*vers. quando autem est confessus*,Cyril.*in summa crim.d.tit.de custod.reo.*§.1.*n.*3.*ver. Item in vincula,&c.*Foll.*in pract.crim.canon.cap.* 12.*d.n.*10.*& seq.* Boss.*in tit.de carcerato fideiussor.commit.n.*1.*in fine,ver.quinimò vult.Bart.*&c.at vbi reus non est,nec confessus,nec conuictus: tunc etiam quòd delictum, pro quo quis detinetur, graue sit,non videtur iure permissum detinere reum in vinculis,compedibus,seu manicis ferreis,vt bene probat textus, inde sumpto argumento à contrario sensu *in d. l.si confessus, ff.de custod.reor.*& meliùs probat text. *in l.nullus in carcerem priusquam conuincatur,omnino vinciatur*,& ibi declarat gloss. 1.*in verbo,nullus,C.de exhib.& transmitt.reis.*Declarat etiam Menoch.*d.casu* 305.*n.*7.vbi expressè dixit,quòd etiam quòd delictum sit atrox, sed de eo reus adhuc non sit conuictus: tunc in carcere custodietur etiam sine vinculis,nisi Iudex habeat illum suspectum,vel carcer esset parum tutus.Vnde secus si non sit conuictus,vel valdè suspectus,& carcer sit tutus,quia tunc inhumanum videtur,propter solam imputationem grauis criminis,imputatum tenere in cippis, compedibus, ac aliis similibus ferramentis.

102 SVBLIMITA II. Vt etiam quòd reus sit vel confessus, vel conuictus de graui & capitali crimine,non per hoc tamẽ est custodiẽdus cum cõpedibus seu ferramentis, quando locus carceris est tutus,& talis quòd nullus sit timor,quòd inde possit aufugere,secundùm Fol.qui post alios,quos allegat, ita bene sentire visus est *in pract.crim.d.verbo, vel carcerantur,n.*8.vbi dixit,quòd si Iudex viderit locũ carceris communis esse bene munitum,forte,& custoditum,vt inde de facili carcerati nequeant euadere,non debet permittere,quòd habeãt ligamina,compedes ferreos,vel ligneos aut catenarum, & manicarum ferrearum acerbitatẽ.Et ita etiã in Vrbe apud nos vt plurimùm seruatur in carceribus, præsertim Turris nonæ:ex quibus cùm non nisi maxima difficultate carcerati possint aufugere & euadere, emittuntur & ad supplicium ducuntur confessi,conuicti, & damnati absque eo,quòd eo tẽpore habeant talia ferramenta.Bene verum est, quòd quandoque etiam in eisdem carceribus tam publicis,quàm secretis detinentur homines cum compedib. ferreis,sed rarò quidem,& solùm in casu, in quo de eorum fuga valde timetur, non obstante quòd carceres sint fortes & tuti:ideo id totum prudentis humanique Iudicis arbitrio relinquitur.

SVBLIMITA III.Vt†etiam in casu,in quo carcerati sunt 103
detinendi in vinculis,compedib.& ferramentis,nõ tamẽ debent huiusmodi ferramenta talia esse, vt carcerato dolorem seu cruciatum afferant:sic enim probat optimè tex.*in d.l.prima,C.de custodia reorum,illis verbis,Interea verò reos exhibitos non per ferreas manicas & inhærentes ossibus mitti oportet, sed prolixiores catenas, si criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem postulauerit,vt & cruciatio desit,& permaneat sub fida custodia.* Et per istum textum hoc idem expressè voluerunt Boër.*d.dec.*216.*post n.*3.*vers.tamen textus in d.l.prima*, Foller.*in d.prac.crim.d.verbo. vel carcerantur, sub n.*3.*&* 8. *fol.mihi* 156.Iod.*in pract.crim.c.*17.*tit.de carcerariis,num.*6. Cyril.*in summa crim.d.tit.de custod.reor.*§.1.*n.*3.*vers.ita tamen.*Ant.Gom.*var.resol.tomo* 3.*d.c.*9.*de captura reor.numero* 6.*sub vers.Item adde quòd carcer,& vincula.*

LIMITA modò propositam octauam cõclusionẽ,de qua *suprà,n.*95.†quòd licèt regulariter carcer nõ ad pœnam, sed 104
ad custodiam dari debeat, & propterea reprobatus sit à iure carcer obscurus, terreus,& subterraneus, vt pariter dixi *supra,n.*96 istud tamen procedit & locum habet,quando carcer datur non pro pœna commissi delicti, sed donec dignoscatur,an reus deliquerit,nẽne.At secus,quãdo cognito delicto, Iudex pro illius pœna damnat delinquentẽ ad carceres,vel in perpetuum,vel ad tempus:tunc enim nõ solùm id permissum est saltẽ de consuetudine, de qua dixi *supra,quæs.* 19.*n.*13.*in tit.de delict.& pœn.*verùm etiam talis consuetudo apud nos viget,etiam quòd carcer,ad quẽ quis damnatur,sit talis vt ibidem detentus intra paucos dies moriatur, cùm,vt quotidie in Vrbe videmus,relegentur delinquentes ad arcem Hostiæ,vbi pauci reperiuntur, qui propter illius aëris intemperiem modico tempore vitam non finiant.Bene verum est, quòd talis pœna relegationis ad arcem Hostiæ, vel ad illius carceres,nõ solet apud nos dari,nisi iis qui de iure pœna mortis naturalis plectendi essent,quia mitiùs secum agẽtes Principes,& de eorum mandato Iudices,commutant pœnã mortis in pœnam illius relegationis,ex eo quòd idem per diuersa,licèt non sic ignominiosè.

NONA sit cõclusio, † quòd captura dicitur iniusta & in- 105
debita ratione temporis,vt per Parid.de Put.*in tract. de syndic.verbo,captura.c.*5.*incip.capius illicitè,n.*6.*vers.& nõ solùm captura impugnatur,fol.mihi* 138.*a tergo*,†& propterea capi, 106
ac carcerari neminẽ posse pro debito ciuili in dieb.feriatis in honorem Dei apertè probat tex.*in l.finali*,& ibi communiter *Doctores,*C.*de feriis*,cuius textus verba sunt hæc,*Dies festos * maiestati altissimæ dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari,nec vllis exactionum vexationibus prophanari. Dominicũ itaq; diem ita semper honorabilem decernimus honorandum, vt à cunctis exequutionibus excusetur,&c.* Et per istum textum, vltra Paridem in loco citato, hoc idẽ expressè firmauit Bald. *in tract.de carcer.cap.primo,n.*6.*& n.*9.vbi loquitur etiam de feriis inductis ad vtilitatem hominũ,vtputà messium,& vindemiarum, dicitque prædictam conclusionem quo ad ferias inductas in honorem Dei procedere, non obstante qualibet renunciatione,siue statuto in contrarium:licèt secus sit in feriis inductis ad fauorem hominum,vtputà messium, & vindemiarum.Nam in iis valet renunciatio,& statutum in contrarium,vt ibi per eum;& secundùm hanc conclusionẽ optimè decreuit sanctæ memorię Pius Papa V. exequutiones nec reales,nec personales pro ciuili debito posse in Vrbe fieri in diebus feriatis, & quos Ecclesia iubet seruari in honorẽ Dei, Virginis,& Sanctorum,& sic renouauit dispositionem *d.l.fi. C.de feriis*,quæ iam in desuetudinem abierat.

LIMITA I.Hanc nonam conclusionem†nõ procedere in 107
debitore suspecto de fuga,qui etiam in die feriato potest carcerari secũdùm gl.*in d.l.fi.in verbo,fideiussionis, C.de fer.*ibi, *Nisi timeatur de recessu,&c.*Ang *in d.l.fi.*Bal.*in l.*1.*C.qui bon. dece.poss.& in l.fi.C.de exhib.reis*,Ang.*in l.*2.*vers.conclude*,& ibi Alexand.*n.*8.*ff.de feriis*, Socin.*cons.*99.*circa primum,n.*4. *& cons.*100.*in dubitationibus,col.*1.*& cons.*101.*pariter col.*1. *vers.non habet,vol.*4. Alexand.*cons.*158.*circa primum,vol.*2. Bal.*in trac.de carcer.cap.*1.*n.*7.*vers.Item secus esse, & numero* 9.*vers.& timor fugæ.*Idem Bal.*in cap.fi.extra eodem tit.de fer.* Bart.*in l.ait Prætor.*§.*si debitorem,ff. si quid in fraudem cred. & d.l.fin.C.de fer.* Aretin.& Ias.*n.*77.*Instit.de actio.in pr.* Alber.*in l.feriati.ff.de fer.*vbi quòd ita communiter*obseruatur *

Ioan.

Ioan.Bapt.Caccialup.*in tract.de debit.suspect. & fug.quæst.*8. Couar.*var.resol.l.2.c.*20.*n.*14.

108 SVBLIMITA Hanc † primam limitationem, secundùm Marsil. *in tract. de bannit. in verbo, cap. num.*31.*&* 32.*& in pract.*§.*attingam, num.*35.vbi etiam post Bal.quem allegat,*in Auth.ei, qui, n.*13.*in* 4.*col.vers.quæro, pone: dictat statutum, C. de bon. author.iud. possiden.* & Alex.*in præallegato cons.*158. *col.fin.vers.tamen non potest*, dixit, quòd licèt debitor suspectus de fuga possit in die feriato capi & carcerari,*vt supr.*non tamen potest etiam tanquam suspectus de fuga idem debitor aliàs captus arrestari, seu sequestrari in die feriato.& Baldum *vbi supra*, refert & sequitur Iacob.Nouel.*reg.*15.*in* 1.*fall.*Br. *de cessione bonorum, in* 11.*quæst.partæ q.principalis, n.*18.*& seq.* vbi etiam allegat Ias.*in l.si fideiussor,* §.*si satisdatum, col.penul. in pr.ff.qui satisd.cog.*& Fel.*in capitulo significauerunt, col....in pr.num.*3.*vers.limita etiam ista, extra de iudic.*

109 LIMITA II. Vt † eadem nona cõclusio procedat, prout loquitur, videlicet, quando quis in die feriato capitur pro debito ciuili: vnde secus si caperetur pro delicto præsertim graui & enormi: nam & etiam in die feriato in honorem Dei capi potest, argumento tex.*in l.*3.cum ibi notat.*C.de Epis.aud.*Bal. *in d.tract. de carc.cap.*1.*num.*9.*vers.& prædicta locum habent in ciuilibus, &c.* Marsi.*in tract.de bann.in dict.verbo, capti, n.*29. vbi allegat Bald.*in l.fin.C.de exhiben.reis,* & Alex.*in l.prima,* §.*nuntiatio, in* 7.*col.ff.de oper.noui nunciat.*quos pariter refert & sequitur Foller.*in pract.crim.in verbo, notatos, capiat de persona, n.*5.Conrad.*in pract.in tit.de captura, num.*8.vbi allegat etiam Bald.*in l.prouinciarum, C.de feriis.*dicitque id introductum ad publicam vtilitatem, quia scilicet publicè interest delicta puniri.

110 SVBLIMITA Hanc limitationem, † vt pariter procedat, cum loquitur in criminibus grauibus & enormibus, sed secus in leuibus. Nam, vt inquit Bal.*in d.tract.de carc.in loco præallegato, n.*9.multa conceduntur propter criminis enormitatem, quæ alias non concederentur.& si (vt dicit text.*in d.l.*3.*C.de Episcop.audien.*) carcerati pro leui delicto adueniente tẽpore Paschali relaxãtur, necessariò etiã sequitur, quòd nec suspecti de eodem leui delicto debeant carcerari in die feriato. Ita per hanc rationem expressè declarat Additionator ad Bal.*in dict. num.*9.vbi tamen dicit, quòd si esset periculum ne reus aufugeret, tunc potest capi in die feriato, etiam quòd delictum, pro quo capitur, esset leue:& dicit verũ, quia si, vt suprà dixi, debitor suspectus de fuga potest carcerari, etiam in die feriato, multò magis potest carcerari delinquens suspectus de fuga, cùm publica vtilitas sit semper præferenda priuatæ.

111 DECIMA Sit conclusio, † quòd captura seu carceratio dicitur iniusta & indebita ratione ordinis nõ seruati, vt per Frã. Cason.*in tract.de torment.in fin.tractatus, cap.*9.*tit.captura, & carcere, num.*23.Boër.post Bal. quem allegat,*decis.*215.*n.*34. Marsil.post Anan. Gemin. Ang.& Aret.quos pariter allegat *in tract.de banni.in verbo, carcerati, n.*24.dixi etiam *infrà, quæ.* 30.*num* 130.*& q.*32.*num.*97.*& seqq.* [& sequitur Brunor. à Sole, post hæc scripta habitus, in suis quæstionibus, *q.*30.*n.* 39]

112 Ordo autem † tunc non dicitur seruatus per Iudicẽ, quando mandat aliquem capi de facto, ex abrupto, ex sua propria ceruice, nullis præcedentibus indiciis, vel præcedentibus, sed nõ legitimis. Quòd enim captura non possit per Iudicem decerni, nisi legitimis præcedẽtibus indiciis, apertè tradidit Marsil. *in pract.*§.*constante, n.*1. vbi allegat Doctores *in clemen.*1.*de homic.*& tex.*in l.*1.*in prin.*vbi & hoc etiam notat idem Marsil. *ff.de quæst.& in l.penult.* vbi etiam gl. *C.eod.* & Marsilium vbi suprà, refert & sequitur Conrad.*in pract.tit.de captura, n.* 2.vbi allegat etiam Ang.de Mal. *in verbo, quòd fama, publica, num.*4. Roland.*cons.*17.*num.*2. *volum.*3. Nouel.*in pract.crimin.*§.1.*incip. superioribus annis, n.*23.*fol. mihi* 25.vbi plures * alios adducit concordantes, & testatur de communi * opinione, de qua etiam per Bonacos.*in commun.opin.par prima, vers.c.arceratio & retentio, pag.mihi.*21.*à tergo, col.*1.vide *infrà q.*30.*n.*137.

113 Et propterea, † quòd hodie de communi * cõsuetudine to- * tius Italiæ, non soleãt Iudices deuenire ad capturã, nisi priùs examinentur testes submini strantes indicia contra reum capiendum, testatur pariter Ang. de Castro, *inter consilia crim. diuer.consilio* 94.*n.*2.*lib.primo*, sicut illum refert Clar.*in pr.* §.*fin.quæst* 28.*vers.scias autem, ante medium,* vbi etiam allegat Blanch.*in pract.fol.*25.*n.*68.*in fine*, testantem, quòd ita etiam hodie seruatur. Et licèt Blanchus non loquatur in captura, sed in inquisitione: quòd tamen nec ad capturam possit iudex deuenire, nisi priùs examinatis testibus super indiciis ab accusatore submini stratis, communiter * fieri testatur Marsil.*in d.*§. *constante, n.*11.*vers.redeundo modò ad propositum*, vbi optimè ponitur practica examinandi dictos testes & recipiendi talia indicia [& ita etiam de veriori magis communi, * & obseruata opinione testatur Marc.Anton.Eugen.Perusin.post hæc scripta habitus, *in suo cons.*64.*num.*14.*& sequentibus.*] *

Et quod plus est, † etiam in criminibus atrocissimis, vt putà 114 in crimine læsæ maiestatis, quòd nec aliquis de iure capi possit, nisi legitima præcedant indicia, post gl. & Bald.*in l.si quis alicui, C.ad l.Iul.maiest.* in specie tradidit idem Mar.*in pract.d.* §.*constante, n.*2.Conrad.*in d.tit.de captura, n.*2.*vers.hanc conclusionem ampliat*, Marsil.*fol.mihi* 266.*col.*1.Roland.*d.cons.*17. *n.*3.*vol.*3.Ioan Mar.Monticel.*in sua pract.crim.reg.*12.*n.*26.

Contrarium, † quòd imò in criminibus quandocunque Iu- 115 dex possit incipere à captura, etiam nullis præcedentibus indiciis, scripserũt Bal.*in l.& si certus, ff. ad Syllan.& in l.*2.*C.de his, qui latro.* prout illum refert Boss. *in tit.de captura, n.*2.*in fi.* Idem Bal.*in l.consentaneum, n.*11.*ver.sed in crminalib.C.quom. & quan.Iudex.* vbi allegat tex.*in capitulo, si clericus de sent.excommun.in* 6.Angel.*in l.apud Labeonem,* §.*quæstionis, ff.de iniur.& in* §.*sciẽtes, n.*8.*v.sed an potestas, in Aut.Vt iud.sine quoquo suffrag.*Bart.*in l.sacrilegij,* §. *Labeo, n.*2.& vbi Alexan.*in addit.in verbo, capi, ff.ad l.Iul.pecul.* idem Bar.*in d.l. consentaneũ, n.*12.*v.sequitur tertia pars, ibi, dicit glossa regulariter ordinariũ potest capere personã quãdo vult.* [Paul. de Castro, *in cons.* 328.*n.*1.*li.*2.vbi testatur de generali cõsuetudine.] Nec dissẽtire videtur Mar.*in suo sing.*93.*incip. Iudex licèt sine indiciis, & in pr.d.*§.*cõstante, n.*5.*v.fauor.tamen, &c.* refert Conrad.*in d. tit.de captura, n.*3.*v.Declarat verò & limitat.&c.& v.Attenta hac limitat.* &c. vnde hinc sæpe se vidisse seruatum testatur, quòd aliquando Iudices deueniunt ad capturam, & postea recipiunt indicia super crimine, Cyril. *in summa crim.in* 3.*part. tit.de pœn.iud.malè indican.*§.2.*n.*7.*v.sciendum est.* Et ita communiter * à Scribentibus tradi (licèt hanc communem traditionem ipse non sequatur) testatur Foll.*in prac.crim.in rubr. Notatos capit de persona, n.*1.*ver.& primò sci.us* [Et hanc cõtrariam opinionem etiam sequuti sunt relati per Brun. à Sole, quem post hæc scripta habui, q.30.*num.*1.*& seqq.*]

Sed retenta prima opinione, † quæ non solùm communis, 116 * * sed etiam æquior est, & propterea magis seruãda, vt per Neuiz.*in Sylua nupt.lib.*5.*in quarta limitatione, n.*68.Grat.*cons.*2. *n.*68.*vol.*1.Iacobum Port.Imol.præceptorem meum *cons.*42. iuri & æquitati consonum, *n.*3.Thob.Non.alterũ meum præceptorem, *in l.*1.*in* 3.*limit.ff.si cer.pet at.* Ceph.*cons.*93.*n.*6.*li.*1. *& cons.*166.*n.*17.*&* 18.*lib.*2.cum aliis per Ant.Mar.Corat.*in suo trac.de com.op.lib.*2.*tit.*9. *casu* 19.*n.*100. qualia modò debeant esse indicia, sine quibus præcedentibus Iudex ad capturam denenire non potest, hoc opus, hic labor est, quia varij varia dixerunt.

PRIMA enim fuit Scribentiũ opinio, † qui asseruerunt, ad 117 capturã sufficere leuia indicia, de qua per Boss.*in tit.de captura, n.*1.*&* 2.vbi dixit, ex leui causa Iudicem posse aliquem detinere. Si enim ad inquirendum, prout ipse asserit, & pluribus comprobat, leue sufficit indicium, ergo magis leue sufficit ad capturam. Consequentia est patens, quia ad inquirendum grauiora requiruntur indicia, quam ad capiendum, vt vbi per eũ, Blanc.*in prac.crim.*§.*iis sic præmissis, n.*29.*fol.mihi* 126.vbi dixit, quòd licèt ex dispositionibus propinquorũ, familiarum, & aliorum suspectorum etiam examinatorum absque iuramẽto non oriatur nisi leue indicium, potest tamen ex eorundem dicto deueniri ad capturã, quia ad capturã quodlibet leue indicium, & quælibet leuis præsumptio sufficit, Io.Mar. Mõticel. *in pr.crim reg.*12.*n.*3.vbi quòd antequam ad capturam deueniatur, requiritur vt subsint aliqua indicia, licèt leuia: nam sufficiunt talia, quæ ad in quirẽdum requiruntur, ibíque alios adducit concordãtes, & testatur de communi * opinione, de qua * etiã Bonac. *in comm.op. par.*2.*p.*8.*à tergò col.*2.*incip.captura, vt valeat, in fi.* [& quãdo agitur de delicto nõ atroci, sed leui, tunc præsertim leuia sufficere indicia antequam ad capturam deueniatur, dicit idem Brun.à Sole, *d.q.*30.*n.*10.*in fi.*]

118 SECVNDA Fuit eorum opinio, †qui dixerunt solã suspicionem sufficere ad capturam, de qua per Patid. de Put. *in tr. de Syndic. verbo captura, capitulo 2. n. 5. post princip.* vbi dixit, quòd non debet quis capi pro crimine, antequã aliquid constet de delicto, vel saltem sit suspicio, allegat Bald. *in l. quod euitandi, in fi. C. de cond. ob turp. cauſ.* & Ioan. And. *in cap. ſi clericus, de ſent. excomm.* hoc quidem etiam tradidit idem Bal. *in l. ſi quis curiali, n. 1. verſ. Nota hic argumentum, C. de Epiſc. & cler.* prout illum refert Lauren. Kirchou. *in ſuis commun. opin. cent. 4. concl. 30. incip. captiua & incarceratio*, vbi quòd Iudex etiã ante inchoatum processum, laborante aliqua suspicione cõtra aliquem de delicto, potest incipere à captura personæ, & allegat etiam Alex. *in conſ. 240. n. 3. verſ. 4. quando obiicitur crimen, &c. volum.* quem pariter refert Conrad. *in pract. tit. de captura numero 3.* vbi & ipse allegat Aret. *in l. ſi quis poſt, col. 2. de teſtam.* & Maran. in Spe. *in ſexta par. verſ. citatio, n. 60.* Nec dissentit Roland. *conſ. 17. num. 7. vol. 1.* vbi pariter dixit, quòd ad hoc vt Iudex possit aliquem capere, opus est vt contra illum talem, de cuius captura tractatur, aliqua laboret suspicio, allegátque etiam Dec. *in conſ. 189. in vltimis verbis.* addo Gramm. *conſilio 55. n. 1.* Ioan. Maria Monticel. *in ſua pract. crim. reg. 12. numero 4.* Bonacos. *in commun opin. par. 2. fol. 8. à tergo, col. 1. verſ. 2. in c. captura vt valeat*, ibi *quia captura fieri non poteſt, &c.*

119 TERTIA succeſſit opinio, †quòd nõ possit captura à Iudice decerni, nisi præcedente diffamatione: diffamatione autem præcedente Iudex capiendo excusatur. Quam opinionẽ præcipuè videtur tenuisse Ang. de malefic. *in verbo, quòd fama publica, n. 4. v. aduertendum autem eſt*, vbi dixit, quòd ante capturam oportet quòd diffamatio seu indicia præcedant: sine indiciis autem, & sine suspicionibus præcedentibus, & diffamatione in criminali non potest ad aliquem actum Iudex procedere vel capturæ, vel arrestationis personæ, vel tormentorum, vel inquisitionis formationem, per not. *in c. qualiter & quando, & in c. Inquiſitionis, extra de accuſ. & in l. ſi vacantia C. de bon. vacan.*

Sed certè Angelus non præcisè inquirit diffamationem præcedere debere ante capturam: sed alternatiuè vel indicia, vel suspicionẽ, vel diffamationem. Et sic diffamatio ad capturam concedendã, non autem quòd sine diffamatione captura non possit concedi, si alia adsint indicia, vel suspiciones, prout ante Ang. *vbi ſuprà*, ita videtur sensisse Paris de Put. *in tra. de Syndic. verbo captura, cap. 2. incip. quia plerunque Officiales. ſub n. 5.* vbi præmissa conclusione, quòd nõ debet quis capi pro crimine, nisi præcedat aliqua suspicio, vt dixi in præcedẽti opinione, subdit postea, excusatur tamen Iudex, si reũ capi faciat præcedente fama publica, *per l. miles. §. mulier. de adul.* ergo ad capiendum reum, vel suspiciones debent præcedere, vel diffamatio: & sic alternatiuè loquentem Angelum *vbi ſupra* referunt *in propoſito Capic. deciſ. 30. in cauſa nobilis Gaſparis, n. 1.* Boss. *in tit. de captura, n. 3. ad finem.* Ioan. Maria Mont. *in prac. crim. de reg. 12. n. 5. in 4. limitatione.* Conrad. *in prac. tit. de captura, n. 2. fol. mihi 266.*

120 QVARTA est opinio, †quòd ex solo, quod contra aliquẽ porrigitur querela, & accusatio criminis, pro quo præsertim pœna sanguinis ingeratur, potest reus capi & detineri, etiam quòd nulla contra eum adsint indicia: & ita se habet generalis consuetudo, sicut testatur Paul. de Cast. *in conſ. 328. n. 1. lib. 2.* & refert, sed non sequitur Clar. *in prac. q. 28. ſub verſic. ſcias autem*; & faciunt pro hac opinione Doctores suprà allegati, *n. 115.* Nam si potest secundùm eos, ad capturam deueniri sine vllis prorsus indiciis præcedentibus, ergo multò magis poterit præcedente querela.

121 Et hæc opinio multò magis procedat, † quando agitur de capiendo hominem nõ multæ conditionis & dignitatis: querelansque obligat se de reficiẽdo damna, expensas, & interesse, si incontinenti post capturam nõ subministrat indicia. Isto enim casu, & concurrente etiam suspicione fugæ, de qua latiùs dicam *infrà, n. 123. in ſeptima opinione*, Boss non damnat posse Iudicem ex sola querela procedere ad capturam: & ita vidi interdum seruari, licèt de iure secus sit, vt ibi per eum.

122 At † cessante vtilitate personæ, & non facta tali obligatione per querelantem, Clar. *in loco præallegato*, ibi, *Mihi nõ placet prima opinio. &c.* maxime damnat hanc opinionẽ Paul. de Cast. Nam, vt ipse dicit, secundùm dictam opinionem, si por-

recta accusatione, & querela, statim absque alia informatione Iudex deberet capi facere reum accusatum, esset in facultate cuiuscunque vilis personæ carcerari facere quemlibet probũ, & insignem virum. Neque verum est, ita se habere generalem consuetudinem, prout testatur Paul. de Cast. quia, vt suprà dictum est, *n. 13.* hodie antequam deueniatur ad capturam, de communi * consuetudine semper examinãtur testes, * & aliter faciendo Iudex tenetur in Syndicatu, vt ibidem per Clar. ergo non sufficit sola accusatio: & ita etiam ante Clarum fuit de mente Foll. *in pract. in verſic. Studeat ſe ornare, n. 58.* vbi monet Iudices, vt non sint faciles ad capturam eorum, qui per accusatores deferuntur: sed conentur summatim inuestigare, an vera sint ea quæ delata fuerunt, & an factum ita se habeat, prout in accusatione & querela dictum est, & an crimen sit commissum ab accusato, vel saltem sit suspicio: solent enim vt plurimum offensores recurrere ad Iudicem, maximè quando sunt potentes, & querelare offensos, eósque in carceribus detrudi, & sic eludunt curam. Vnde Iudices illis aures præstando non absque ignominia erunt postea in ore vulgi.

QVINTA sequitur opinio aliorum, † qui dixerunt, quòd 123
licèt ad capturam debeant præcedere legitima indicia, debet tamen præcedere qualisqualis informatio, secundùm eũdem Bald. *in ſuo repert. in verbo, Iudex, 2. col. in ver. Iudex in criminalibus, &c.* vbi allegat gl. *in l. ſed & ſi is, in verbo, Nemo extrahi*, ibi. *ſecus in criminali, &c. ff. de in ius vocan.* Sali. *in l. nullus, n. 4. verſ. Nota quimò, C. de exhib. reis.* refert hos & sequitur Mars. *in prac. §. conſtame, num. 5. & in ſing. 93. incip. Iudex licèt ſine indiciis*; vbi allegat text. *in cap. ſi clericus, d. ſent. excommun. in 6.* Ioan. Mar. Monticel. *in ſua prac. crim. de reg. 12. n. 7.* Conrad. *in prac. tit. de captura, n. 3. ver. Sic ſecundùm eum, &c. fol. mihi 266. col. 1.* Franc. Cason. *in tract. de quæſtionibus, tit. de captura, & carcere, capit. 9. n. 1.* Brun. *de indic. & tort. 2. par. quæſt. 9. n. 4. in fin.* Foller. *in pract. crimin. verbo, Studeat ſe ornare, n. 58. verſic. & ita intelligitur, fol. mihi 10. colum. 2.* vbi propterea declarat, ita intelligendos esse Doctores suprà allegatos, *num. 115.* qui dicunt à captura inchoari posse indiciis non præcedentib. vt scilicet non requirantur indicia: requiratur tantùm aliqua summaria informatio. Et idem repetit *in verſ. Notatos capiat de perſona, num. 1. in fin. fol. 33. colum.* vbi admonet ita seruandum, *& num. 17. verſic. Nec eſt procedendum, fol. 36. col. 2.* Roland. *conſ. 17. num. 6. volum. 3.* Nouel. *in pract. crim. in princ. 8. ſuperioribus annis, num. 23. in fin. & ſeq. fol. mihi 25.* vbi tamen videtur declarare hanc opinionem procedere in reo fugitiuo, vagabundo, & suspecto, de quo dicam *infrà in ſeptima opinione.* Boss. *in tit. de captura, n. 4.* vbi propterea infert, quòd captus non præcedente aliqua informatione, debet statim dimitti sine expensa, ex Bald. Ias. Aretino, & aliis ibi per eum allegatis, de communi * testantur idem * Boss. *in d. tit. de captura, n. 3. verſ. Requiritur tamen qualisqualis informatio, & qualequale indicium, &c.* dicitque quòd sine indicio magno, vel paruo, non potest ad capturam deueniri, nisi præcedat aliqualis informatio circa delinquentem, ibique adducit plures concordantes, Bonac. *in comm. opin. par. 1. pag. 19. col. 1. ver. 3. in c. captura ad hoc, vt committatur*, in discursu, & iterum *par. 2. pag. 8. à tergo. col. 1. ver. 2. incip. captura, vt valeat*, vbi allegat Mandos. *in apoſt. ad Reperi. inquiſitorum, in verbo, captura, litera A, pag. 95.* Lauren Kirc. *in com. opin. to. 2. cent. 4. concl. 30.* vbi latè hãc comprobat opinionem, & testatur eam esse non solum communem, sed etiam magis communem, Blanch. *in l. fi. n. 6. & 8. verſ. cum minor probatio. ff. de. q.* Clar. *in pract. q. 28. ſub ver. Scias autem.* ibi, *& ideo dic, quòd Iudex, &c.* vbi non solum hanc dicit communem, * sed etiam * veriorem, & à bonis, & cautis Iudicib. obseruãdam, *& iterum prope fin. d. verſ.* ibi, *poterit ergo*, vbi etiam quòd ita practicant Iudices deputati ad maleficia, secundùm Sali. *in d. l. nullus, n. 4. C. de exhib. reis, & l. ea quidem, n. 77. C. de accuſ.* prout illum refert Carauita. *in viti magnæ Cur. 24. poſt num. 10.* [& hanc quintam opinionem etiam communem dixit Brun. à Sole *d. quæſt. 39. n. 1. & ſeq.* vbi concordantes adducit.]

SEXTA Subintrat opinio præcedentis opinionis declaratiua, †quòd quando delictum est graue, & tale, quòd ex eo ve- 124
niat imponenda pœna corporis afflictiua, tunc vtique vera sit præcedens opinio, quòd scilicet ad capturam sufficiat qualequale indicium, & qualisqualis informatio: at si delictum

sit leue

sit leue,vel rale,quòd ex eo non possit imponi nisi pœna pecuniaria; & tunc verius est, ad capturam non posse procedi, nisi præcedentibus indiciis, saltem talibus,quæ ad inquirendum sufficiunt: sic enim distinguendo declarat Brun.*in tractatu de indic. & tort. par.2.quæstio.9.numer.sexto*, sequitur Ioan.Mar.Monticel.*in pract.crimin.dict.reg.12.num.7.vers. in hac re,fol.mihi 266.col.2.*& ita etiam in pœna corporis afflictiua præcedentem opinionem exemplificat Ang. de Malefic.*in verbo,Iudex commisit,quòd Caius,num.4.* refert Clarus *in practica crim.d.quæstio.28. vers.scias autem prope finem* [Addo pro hac 6. opinione relatos per Brunor. à Sole, *d.q. 30.num.10.*

125 SVBLIMITA sequitur opinio Doctorum dicentium, † quòd licèt aliàs forsan indicia,vel informationes requirantur antequam per Iudicem deueniatur ad capturam,tamen quãdo reus capiendus, est suspectus de fuga, & multò magis si fit in fuga,poterit de Iudicis mandato capi,etiam non præcedentibus indiciis,aut informationibus,si de fuga,vel fugæ suspicione Iudici summariè constiterit, & hoc propter periculum in mora,argum.text.cum ibi not.*in l.aiu Prætor,§.si debitorem,ff.de iis quæ in fraud.cred.* Marsil.*in pract.§.constante,n. 5.vers.Scias etiam,& seqq.* vbi pluribus similibus hanc comprobat opinionem,sequitur Ioan.Mar.Monticel.*in pract.crimin.reg.12.numer.8.& 9.* Conrad.*in pract.titul.de captura,n. 4.in 2.limita.fol. mihi 267.col.1.* vbi etiam ad id allegat Iac. de Beluiso *in practica iud.in rubr.de inquisit. & inform,n.52.* Brun.*de indic.2.par.quæst.9 n.5.ad fin.vers.sed aliqui Moderni,& n.6.vers.Aut non præcedunt aliqua indicia,*&c.Blanch. *in l.fin.n.8.ff.de quæst.* Fran.Cason.*de torment. in fin.tractatus de quæstionibus,cap.9.rubr.de captura, & carcer.n.1.v.potest etiam incipi à captura*, &c. Paris de Put. *in tract. de syndic. verbo,captura,n.12.& 13.fol.mihi 136.à tergo,col.2.* Gramm. *cons.53.num.6.* vbi allegat etiam Ang.*in Authen.de defens.ciuit.in §.audiant*, Bonacos.*in commun. opin.vers.1.pagina 19. colamna 2.vers.ad hoc,vt committatur.*ibi, *& quando delictum est graue,& reus est suspectus de fuga,antequam in scriptis redacta sint indicia,potest Iudex capi facere imputatum.* Nouel. *in practica,§.1.incipien.superioribus annis,num.23.in fine, & sequent.* vbi tamen vltra suspicionem fugæ videtur etiam requirere qualemqualem informationem,iuxta superiùs tradita,numero 123.Sed Doctores præallegati loquuntur simpliciter,etiam indiciis, aut informatione aliqua non præcedentibus,& nouissimè hoc idem scripsit Seraphinus de Seraphinis *in suo tractatu de priuileg. iuramen. priuileg.133. numero nonagesimo quarto,vers. Non obstat quintum,* vbi amplius, & generaliter dicit ex Paul.de Castro,*in l.si longius,§.filiusfamilias,numero 3.de iudic.* quòd propter fugæ suspicionem permittitur id quod aliàs de iure non permitteretur.

126 OCTAVA & vltima restat opinio,† quòd ad capturam, an, & quando, & quibus indiciis,aut informationibus præcedentibus deueniri possit, Iudicis arbitrio constitutum sit, qui Iudex iuxta delicti personarum qualitatem id omne iudicabit, text. videtur capitalis expressus,*in l.1.ff.de custod.& exhibit.reor.* vbi Vlpianus sic loquitur: *De custodia reorum proconsul æstimare solet,vtrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda,vel fideiussorib.committenda,vel etiam sibi. Hoc autem vel pro criminis,quod obiicitur,qualitate,vel propter honorem aut propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ,vel pro dignitate eius,qui accusatur facere solet.* Et per istum textum,relatis in proposito pluribus ac diuersis Doctorũ opinionibus,sic se firmat Lauren.Kircou.*in commun.opin. centuria 4.conclusio.30. ante finem.vers.cæterum hic basis,&c. & v.quæ quidem regula.*&c.sequitur Clar.*in pract.§. Ad finẽ versiculi*, vbi pariter prædictis variis opinionibus relatis concludit,quòd hæc materia informationũ,& capturæ,est quasi arbitraria Iudici,qui propterea poterit inspecta qualitate personæ, & delicti discernere capturam contra reum, habita informatione, quæ sibi sufficiens videbitur: aliter enim procedendum est contra nobilem, & contra diuitem, qui non præsumitur velle aufugere,quàm contra pauperem,& vilem personam:& ideo fortiora indicia debent haberi ad carcerãdum personam nobilem, & insignem, quàm pauperem. Præterea aliter procedendum est in delictis occultis, quàm in publicis: & sic minora indicia sufficient ad decernendum capturam in crimine occulto, quàm in publico, quæ omnia & alia multa huiusmodi discretus Iudex considerabit, cùm in his non possit dari certa regula, & Clarum sicut suprà bene loquentem refert Bonacol.*in commun. opinio.parte prima, pagina 16.vers.captura ad hoc,vt committatur,&c.in discursu* F.Vmbert.Locat.*in practica iudiciaria inquisitorum,in verbo, captus,vers.In criminalibus tamen relinquitur arbitrio Iudicis, &c.* vbi alios allegat concordantes,& ante istos hoc idem videtur fuisse de mente Parid.de Put.*in tractatu* de syndic.*verbo,captura,capitulo primo incipiente, An Iudex,num.12.* vbi dixit,quòd propter criminis enormitatem,& grauitatem pœnæ, vel propter conditionem personæ,poterit Iudex incipere à captura.Nec videtur dissentire Blanch.*in practica criminali,§.pro cognitione itaque huius partis,&c.pagina mihi 126.* vbi facta conclusione,quòd leuia indicia sufficiunt ad capturam, declarat postea hoc non procedere, quando capiendus esset vir grauis in ciuitate bonæ conditionis, & famæ, quia tunc non proceditur ex quolibet indicio contra eum ad capturam,nisi aliæ concurrerent præsumptiones.Et sic vides secundam hanc opinionem, Iudicem maximè respicere debere qualitatem personæ,& delicti.

Et si hæc vltima opinio magis placet tibi Iudici, † non 127
credas per hoc arbitrium tibi à lege, ac à Doctoribus esse ita liberum tributum, vt non debeas secundùm easdem leges, ac secundùm eorundem Doctorum considerationes de quibus suprà, capturas decernere: vt enim scias veram resolutionem propositæ difficultatis, ac quomodo intelligi debeant Doctores sic vt suprà allegati, varia sentientes,aduertas primò,quòd si delictum erit leue,& tale,quod ex eo non veniat imponenda pœna corporalis, non potest tunc vllo pacto, etiam quòd vrgeat suspicio fugæ, contra imputatum deueniri ad illius capturam,nisi præcedentibus indiciis,& illis quidem in scriptis redactis,ex quibus apud te saltem oriatur probabilis suspicio contra querelatum seu denunciatum, per ea quæ suprà allegata sunt *numero 124. in sexta opinione*, & ita quotidie seruatum vidi apud bonos & timoratos Iudices in Vrbe, qui leuibus præsertim delictis nunquam concedunt mandata de capiendo contra personas cuiusuis conditionis, nisi examinatis testibus, ex quibus ipsi veniant in probabilem suspicionem, quòd deliquerint, &c.

Aduertas secundò, † quòd ex sola querela partis in quo- 128
cunque crimine,siue graui,siue leui,nunquam debet capturam decernere contra querelatum, etiam quòd sit vilis conditionis,per ea quæ suprà dicta sunt *numero 122.*& licèt non me lateat, Iudices in Vrbe quandoque contrarium seruasse,non me etiam latet, quòd & grauiter reprehensi fuerunt de hac eorum obseruantia;& cauti Iudices nunquam solent mandata de capiendo concedere, nisi vltra querelam habeant etiam aliquam aliam suspicionem, seu præsumptionem in actis.Bene verum est,quòd quandoque etiam carcerantes rei ex sola querela & accusatione,quãdo accusans seu querelans probat summariè querelatum esse suspectum de fuga,præstétque cautionem, seu si diues se obligauerit de reficiendo expensas, damna & interesse in casu non verificatæ querelæ: & istud non est conueniens,iuxta pariter tradita *suprà,num.121.* At non præstita tali cautione seu obligatione, reóque non existente suspecto de fuga, capturas concedere ex sola partis querela,& periculosum est, & contra omnem iuris æquitatem.

Aduertas tertiò,†quòd si cum querela partis concurrit in- 129
firmitas querelantis, quia putà vulneratus stat in lecto cum periculo mortis, tunc si à Notario maleficiorum visitatus dicit se vulneratum ab vno seu pluribus, sine dubio talis querela contra nominatos sufficit ad capturam, & ita communiter, * & quotidie est apud nos seruatum: cùm statim * aliquo vulnerato, chirurgus, seu barbitonsor,qui illum prima vice curauit, denunciat curiæ curam adhibitam,& si referat vulnus, seu vulnera periculosa, mittitur Notarius maleficiorum ad visitandum vulneratum, & diligenter examinatur super vulnerantibus, & si aliquos nominet, à quibus dicat se vulneratum, Iudex statim relaxat contra nominatos mandata:si verò asserat se vulneratum ab incognitis,diligenter etiam interrogetur quos credat esse eos incognitos vulnerantes;& an de alicuius mandato vulnerauerint,quem credat mandantem, quæ causa fuerit inimicitiæ, & alia similia.

Ex quibus si Iudex deueniat in probabilem suspicionem contra aliquem, illum statim capi mandat, & ista prac. non sine iuridica ratione fundata est, quia licèt sola querela eius qui sponte ad curiam veniens aliquem accusat, non sufficiat ad capturam, vt suprà dixi *n.* 122. & 128. verè tamen hic sic in lecto examinatus, non dicitur sponte querelare, quia ipse non venit ad curiã, sed curia mittit Notarium ad ipsum. Præterea non potest isto casu dici querela, quia cum ea concurrit infirmitas, quæ maximè præsumit, querelantem veritatem dicere, cùm infirmitas sit quædam tortura spiritualis: & nemo in lecto iacens, cum periculo vitæ præsumatur immemor salutis æternæ, & velle contra aliquem falsa deponere, ad tradita per Aym. *in cons. 6. n.* 51. & Brun. *cons. crim. diuersor.* 115. *n.* 19. *& seqq.* vbi *tomo secundo*, Roland. *cons.* 37. *n* 2. *& seqq. volum.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 244. *n.* 1. *& 2. lib.* 1. & alibi sæpissimè Doctores.

130 ADVERTAS quartò, † in quocunque delicto, siue graui, siue enormi, & contra quascunque personas, siue nobiles, siue etiam viles & pauperes, captura non debet decerni ex sola informatione extraiudiciali in scriptis non redacta, sed semper indicia capturam præcedentia debẽt in scriptis redi-
* gi, secundùm communem * theoricam & practicam, de qua *supra, num.* 113. & hoc est certum & absolutum, quòd licèt, vt ex præmissis apparet, sit inter Doctores controuersia: qualia debeant esse indicia ad capturam sufficientia, & varia di-
* xerint: omnes tamen communitet * semper præsupponunt, indicia seu præsumptiones seu suspiciones aut leues, aut graues ad capturam præcedentia debere esse in actis & apud
131 acta: † bene verum est quòd quandoque etiam ex sola informatione extraiudiciali, vidi sæpiùs concessa mandata de capiendo tribus concurrentibus. Primò, quòd delictum sit graue & enorme. Secundò, quòd imputatus sit suspectus de fuga, & sic sit periculum, quòd fugiat eo interim quòd recipiũtur in actis informationes. Tertiò, quòd Iudex sit securus, quòd post capturam factam venient testes ad se examinandum: hoc enim casu non erit inconueniens dicere, quòd bene potuerit Iudex capi facere reum suspectum de fuga extraiudiciali informatione, prout bene aduertit Clar. *in pract. d. quæst.* 28. *verf. Scias autem, in fine*, ex Sal. *in l.* 2. *C. de custod. reor.* dicente, quòd ex informatione habita à Iudice à plurib. personis non in figura iudicij, poterit idem Iudex deuenire ad capturam; & ita hodie seruari testatur Cauensis *super ritu magnæ Curiæ* 41. *num.* 10. quod tamen, vt suprà dixi, intelligas concurrentibus tribus prædictis requisitis, & non aliàs, licèt Clar. in loco præallegato duo tantùm requisita considerauit, videlicet suspicionem fugæ, & enormitatem delicti
132 & † ex his sequitur, quòd malè faciunt Iudices illi, qui vt lucrifaciant, habent penes se magnam exploratorum copiam, & ex simplici vnius eorum relatione capere faciunt reos: hæc enim practica damnabilis est, nec in iudiciis per Principes toleranda.

133 His quatuor monitionibus firmis stantibus poterit † Iudex suo arbitratu capturas decernere iuxta opinionem suprà relatam, *n.* 126. Mihi enim placet, quòd capturæ materia sit Iudici arbitraria: arbitrium autem suum Iudex temperabit, iuxta prædicta, & in reliquis considerabit etiam delicti & personarum qualitates, quia in occultis, & grauibus, ac cõtra viles, pauperes, ac malæ famæ, facilius semper leuioribus præcedẽtibus indiciis, & informationibus, poterit ad capturam deuenire, quàm in leuibus, & publicis delictis, ac contra nobilem diuitem, seu bonæ vitæ, & famæ, & si ita tu Iudex facias, nunquam errabis in officio, erisque ab omnibus amatus.

134 CIRCA secundam inspectionem propositæ quæstionis, † quando scilicet & quomodo puniatur Iudex, qui indebitè aliquem carcerari mandat. Dic, regulariter in syndicatu teneri, & puniendum esse, vt post Cyn. Bald. & alios, quos allegat, tradidit Paris de Put. *in tract. de syndica. verbo, captura, c.* 1. *incip. an Iudex, num.* 14. *& cap.* 2. *incip. quia plerumque, num.* 3. *& numer.* 4. *in fin.* Iodoc. *in pract. crimin. titul. de citatio. reali, id est, captura, numero* 9. vbi quòd Iudices sic indebitè reos carcerantes subiacent punitioni non mediocri, etiamsi huius infœliciss imi æui nonnulli, vt ipse asserit, arrogantes Officiarij parum hanc timentes pœnam, contra omnem rationem & æquitatem non erubescant quotidie pauperes carcerare, & sumptibus vexare, intrepidè sustinentes ipsis quasi omnia tam iure, quàm iniuria dicere & facere concessa esse, Clar. *in pract. quæst.* 28. *sub verfic. Scias autem*, vbi in specie quòd si Iudex sine indiciis aliquem carcerari faciat, teneatur in syndicatu, & hoc omnes * admit-
* tunt.

Sed † qua pœna puniendi sint, communiter * receptum est, 135
quòd eorum pœna sit pœna iniuriarum: cùm enim per ca- *
ptura dicatur capto à Iudice inferri ignominia cum graui, ac irretractabili præiudicio, vt per Bald. *in l. per diuersas, Cod. mand. in* 10. *quæst. & in l. si Clericus, colum.* 2. *C. de Episcop. & cler. & in l. vnica, C. de in integrum restit.* Ias. *in l.* 4. *§. si quis condemnatus, num.* 22. *& seq.* & ibi etiam Paul. de Cast. *colum.* 2. *versic. Item prædicta vera, &c. ff. de re iudic.* Neuiz. *cons.* 52. *num.* 8. Iodoc. *in practic. crim. c.* 15. *tit. de citatione reali, id est, captura, numer.* 8. Roland. *cons.* 17. *num.* 1. *volum.* 3. *& cons.* 18. *num.* 5. *& cons.* 65. *numer.* 16. *eodem volum.* 3. vbi alios adducit concordantes, *& cons.* 40. *num.* 10. *volum.* 4. Sylu. de Arcer. *cons. crimin. diuer.* 71. *numero* 10. Cyril. *in summa crimin. tit. de custod. reorum par. prima, num.* 2. *verf. Scire tamen debet Iudex folio* 56. *colum.* 1. & latiùs *in tit. de pœna iud. malè iudican. par.* 3. *§.* 2. *num.* 1. *& seq. versic. Captura nunquã fol.* 174. *& §.* 3. *num.* 2. *de indic. ad l. fin. ff. de quæst. n.* 99. vbi ampliùs, quòd carcerans aliquem iustè, largo modo dicitur facere iniuriam.

Idcirco isto casu † eundem Iudicem iniuriarum actione 136
teneri ad literam probare videtur text. *in l. nec Magistratibus, ff. de iniur. Nec Magistratibus (inquit Vlpianus) licet aliquid iniuriosè facere. Si quid igitur per iniuriam fecerit Magistratus, iniuriarum potest conueniri*, & per istum texum hoc idem scripserunt Paris de Put. *in tract. de syndic. verbo. captura, capitulo secundo, incip. quia plerumque Officiales, numer.* 4. vbi alia adducit iura, Marsil. in pract. §. constante, numer. 4. vbi allegat alios, Ioan. Maria Monticel. *in sua pract. crimin. reg.* 12. *numer.* 10. vbi ampliùs, quòd isto casu æstimabitur iniuria iuramento carcerati dicentis se voluisse tantùm perdidisse, quàm illam carcerationis iniuriam pati, accedente tamen Iudicis taxatione, ex glos. & Bald. *in l. Iniuriarum æstimatio, ff. de iniur.* cum aliis ibi per eum allegatis. Cyril. *in summa crimina. titulo de pœna iud. malè iudican. parte.* 3. *§.* 3. *numer.* 1. *verf. Index igitur, fol. mihi.* 175. *à tergo, col.* 2. Conrad. *in pract. titulo de captura, num.* 3. *pagina* 226. Sylu. de Arcer. *in consilio criminal. diuers.* 71. *num.* 11. *tomo* 2. Feder Schenk. *in suo Viridario conclusio. iuridicarum, concl.* 88. vbi testatur ita aliàs fuisse iudicatum in Camera Imperiali, refert & sequitur Lauren. Kircou. *in suis commun. opinion. cent.* 4. *conclus.* 20. *ante finem. verf. quare si Iudex*, Roland. *consilio* 18. *num.* 6. *volum.* 3. *& conclusio.* 40. Iaffred. *decis.* 386. Bonac. *in commun. opin. par. secunda, pagina* 9. *colum.* 2. *versic.* 2. *incip. carcerarè faciens aliquem iniustè.* vbi tamen dicit quòd in hoc potest dici id quod Azo respondit aliàs Imperatori: *ita lege cauetur, sed in practica non habetur.* Decian. *in tract. crim. tomo* 2. *lib.* 7. *capit.* 10. *num.* 25.

Contra hanc † communem fortiter vrget alius textus *in* 137
l. iniuriarum. §. is, qui iure, & in §. quæ iure. ff. de iniur. item & text. *in l. quod Reipublicæ, ff. eodem*, quibus iuribus apertè dicitur quòd is, *qui iure publico vtitur, non videtur iniuriæ faciendæ causa hoc facere. Iuris enim exequutio non habet iniuriam. Et quæ iure potestatis à Magistratu fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent: quia quod Reipublicæ venerandæ causa secundùm bonos mores fit, etiamsi ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non ea mente Magistratus faciat, vt iniuriam sed vindictam maiestatis publicæ respiciat, actione iniuriarum non tenetur.* Hæc sunt expressa verba iurium suprà allegatorum. Quibus apertè probari videtur, Iudicem indebitè aliquem carcerantem non teneri actione iniuriarum, sed alia actione ex maleficio, vel quasi, prout videtur fuisse de mente Parid. de Put. *in tract. de syndic, in verbo, captura, cap.* 2. *incip. quia plerumque Officiales, n.* 5. *verf. pone. quòd impetitur Officialis*, vbi loquitur multum magistraliter, & post Bart. quem allegat *in dict. l. iniuriar. §. is, qui iure, & §. quæ iure*, dixit ampliùs, quòd nõ præsumitur in dubio Iudicẽ exequi contra partem animo iniuriãdi, nisi constet quòd

ad eius

ad eius iniuriam fecerit,& sine iusta & legitima causa,& non pro exequutione iustitiæ, & propterea secundùm eum, non poterit hoc casu pars in syndicatu agere actione iniuriarum ad pœnam sibi applicandam,sed debebit agere ex quasi maleficio,& punietur Iudex syndicatorum arbitrio.

Nec obstat text.ex aduerso allegatus *in d.l.nec Magistratibus,ff.de iniur.*quia,vt bene considerat Paris de Put.in loco prælegato & illius text.verba clarè sonant,loquitur,quãdo apertè apparet,quòd Magistratus aliquid fecerit animo iniuriandi,vel vti priuatus,vel sub fiducia Magistratus,& ibidem exemplificat Paris,quando Iudex mãdasset apparitori, Vade, capias, & extrahas illum de domo sua per capillos, & his similia;tunc enim tenetur actione iniuriarum,quia clarè apparet,quòd animo iniuriandi sic mandauit. At secus si simpliciter mandauerit, aliquem carcerari, tanquam Iudex,pro aliquo prætenso delicto:quia tunc licèt ille fuerit indebitè carceratus,quia tamẽ non præcessit animus iniuriandi,ideo non actione iniuriarũ, sed ex quasi maleficio tenebitur, vt suprà, & faciunt tradita per Cyril. *in Sum.crim. tit. de pœna Iudic. male iudicant.partic.*3.§.1.*num.*2.vbi per prælegata,& iura per ipsum ad id deducta, facit conclusionem, quòd aliud est Iudicem consultò iniuriam facere, aliud contra ius, & iustitiam per eum aliquid fieri, non tamen animo iniuriam inferendi. Priore quidem casu iniuriarum tenetur,posteriore verò non iniuriarum,sed in factum actione obligatur.

Et licèt idem Cyril. *vbi suprà,num.*8. hanc difficultatem sentiẽs, & defendendo communem dixerit, prælegata iura in contrarium procedere generaliter in aliis iniustitiis factis à Iudice, non autem quando iniustè procedit ad capturam, quæ de sui natura continet in se iniuriam, vt probatum est suprà per authoritates allegatas,*num.*135. & est text.*in l.fallaciter, in princ.* ibi,*id est.si vel carceres sustinuerit,&c. C.de abolit.& in l.si verò.*§.1. vbi glos.*in verbo,qualibet :* vbi alias adducit concordantes leges,*ff.qui satisd.cog.* non per hoc tamen in puncto iuris crederem recedendum à dicta opinione cõtra communem,quæ (ni fallor,& vt præfertur) verior est,
138 & melioribus rationibus, ac iuribus fundata : † quod enim captura de se,aut sui natura ignominiã afferat,intelligendum est si à priuata persona fiat,secus si à Iudice vel Magistratu,& ita in priuatis personis loquitur textus *in d.l.si vero,* à Iudice etiam iniusta decreta captura nunquam in se continet iniuriam,nisi expressè, quòd animo iniuriandi decreta fuerit, appareat, vt sup.probaui. Nec etiam sequitur,captura continet in se iniuriam,ergo Iudex,quia illam decreuit,tenetur actione iniuriarum,quia talis actio nõ datur,nisi iniuria facta fuerit animo iniuriandi,*si non conuitij. C.de iniur.l.*1.§.1. *& l.*3. §.*pen.& fin.cum l.seq.ff.eod.*qui quidem iniuriandi animus in Iudice nõ præsumitur,& propterea isto casu Iudicem ex maleficio teneri non actione iniuriarum, sed alia pœna arbitraria syndicatorum arbitrio, secundùm opinionem Paridis suprà relatam,multò veriùs crediderim, & maximè deseruiunt tradita *supra,in tit.de accusat.quæst.*16.*num.*25.*& seq.* vbi latè probaui, Iudicem indebitè contra aliquem inquirentem pariter & pœna arbitraria puniendum esse, ergo & idem in Iudice indebitè carcerante.

139 Et vtcunque sit, † etiam pœna iniuriarum est arbitraria,
* secundùm communem * Doctorum opinionem, de qua per Anton.Gomez.*var.resol.tom.*3.*tit.de iniur.num.*7.Pet.à Placha *in epit.delicto.cap.*6.*num.*30.Clar.*in pract.*§.*iniuria,versi. Sed quæro,* Men.*de arbitr. quæst.casu* 263. *num.*3. *cent.lib.*2.
140 † Sed quia etiam iniuriarũ actione,vltra pœnam prædictam, venit æstimatio iniuriæ,*ad l.iniuriarum æstimatio,cum ibi notat.per Doctores.ff.de iniur.* Rota *decis.*4. *alias* 483. *incip. ad æstimationẽ.de iniur.& damno,* cum aliis per Plot.*in l.si quando,num.*722.*C.unde vi,* secundùm antiquam impressionem. Boer.*consil.*4. Ant.Gomez.*vbi suprà,num.*7. ideo si Iudex ob indebitam capturam (nisi animo iniuriandi facta sit) iniuriarum actione non tenetur,secundùm veriorem opinionẽ,non tenebitur etiam ad æstimationem alicuius iniuriæ, ad quam tamen teneretur,si contra eum daretur actio iniuriarum, sed solùm tenebitur pœna arbitraria vt suprà.
141 REGVLA igitur sit in hac secunda inspectione,†quòd Iudex aliquem indebitè carcerari faciens,tenetur in syndicatu, punirturque syndicatorum arbitrio pro facti, & personarum qualitate.

AMPLIA I. Hanc regulam, † quia vltra pœnam ordi- 142
nariam tenetur isto casu Iudex indebitè carcerato etiam ad damna,& interesse,secũdùm glos.*in l.*2.§ *simili modo,in verbo,retentus,ff.si quis cautionibus*, quam glos.cõmuniter * ap- *
probatã dixit Bonacos.*in com.opin.part.*2.*pag.*9.*col.*2.*vers.*1. *incip.carcerari faciens aliquem iniustè.* Alios adducit concordantes Asinius *in pract.*§.32.*in* 36.*ampliatione,* sequitur Paris de Put.*in tract.de syndic.in ver.carcer,& carceratus,cap.*2. *incip.An Potestas,num.*7. *vers.Magistratus quem iniustè detinens,* Conrad.in pract.*tit.de captura, num.*3.*folio mihi* 299. Marsil.*in pract.*§.*constante,num.*4.Cyril.*in summa crimin.tit. de pœna Iudic.malè iudican.partic.*3.§.2.*num.*1.*vers.Exemplo enim graue est,&c.&* §.3.*num.*1.*in fin.ver.Ad interesse etiam.* Faciunt suprà tradita *in tit.de inquisit.q.*1.*num.*44.vbi posui, quòd Iudex contra aliquẽ indebitè inquirens tenetur inquisitio ad damna,& interesse,& hæc ampliatio sine dubio procedit præsupposita communi opinione, de qua *supra,n.*137. quòd scilicet Iudex,qui indebitè aliquem carcerari facit, teneatur actione iniuriarum : † Nam & in iniuriarum actione 143
venire etiam damna, & interesse probat text. *in l.item apud Labeonem,*§.*si quis seruo liberato, ff.de iniur.* cum aliis, de quib.per Gomez.*var.resol.l.*3.*tit de iniur.num.*9.

AMPLIA II. Quòd † Iudex,qui indebitè innocẽtem 144
carcerat,tenetur pœna calumniatoris, & sic punitur ad similitudinem supplicij,quo puniendus erat captus,si fuisset culpabilis,secũdùm Bald.*in l.*2.per illum text.*C.de his,qui latro.* quem sequuti sunt Paris de Put.*in tract.de synd.verbo,captura,cap.*2.*incip.quia plerumque Officiales,n.*3. Marsil.*in pract.* §.*constante,num.*3. Conrad.*in pract.tit.de captura,num.*2.*in fine,pag.mihi* 266. Roland.*cons.*17.*num.*4.*volum.*3.Cyrill.*in summa crim.tit.de pœna Iudic.malè iudican.partic.*3.§.2.*n.*1. *& num.*7.*vers. Sed tamen.*

Sed cùm hodie pœna calumniatoris, non sit pœna talionis,nec similitudinis supplicij, quia tales pœnæ recesserũt ab 145
aula,vt suprà dixi *in tit.de accus.quæst.*16.*num.*3. & earum loco successerit pœna arbitraria *vt in dict.quæst.*16.*num.*3. idcirco etiam hoc casu Iudicem,qui carcerauit innocentem, non teneri ad similitudinem supplicij, sed arbitrariè puniendum esse,vt etiam suprà dixi,*num.*137.*& seqq.* multò verius crediderim, per ea præsertim, quæ in simili *in prælegata quæst.*16.*num.*15.*& seq.*dicta sunt de Iudice per calumniam inquirente,quòd pariter arbitraria pœna plectendus est : ergo & idem in Iudice per calumniam carcerante.

AMPLIA III. Hanc eandem regulam secundæ inspectionis †,quòd ex quo non ritè,& de facto captus debet sta- 146
tim, & sine dilatione etiam parua, & etiam sine alia impensa pariter de facto relaxari, sicut per text.*in d.l.fin.*§.*nullo, ff.de libero homine exhib.*& post Bald.*in l.si pacto,quo pœnam, C.de pact.*tradidit Paris de Put.*in tract.de syndic.in verbo, captura, cap.*3.*incip. An si Potestas nulliter & de facto captos,&c. n.*1. *& seq.* vbi aliis argumentis hanc comprobat ampliationem, *& cap.*5.*incip.captus illicitè,n.*1.*& in verbo,carcer,cap.*2.*incip. An Potestas,n.*8.Bart.*in l.si quis vxori,*§.*si fugitiuũ, ff.de furt.* Franc.Cason.*post tract.de tormen.cap.*9.*tit.de captura,& carcere,n.*2. Ang.de Malefic.*in verbo, quòd fama publica,n.*9. *& ibi in addit.litera A,& in alia addit.per August.n.*92. Marsil. *in pract.*§.*constante,n.*13. vbi allegat text.*in l.*2. *C.de exhib. reis,in fin.*& plures alios adducit concordantes. Iterum idem Marsil. *in tract.de bannit.in verbo,capti,n.*4. Iodoc.*in pract. crim.tit.de carcer.siue commentarien.c.*16.*n.*12.*& tit.de relax. carcer.c.*14.*n.*4.Foller.*in pract.crim.verb.vel carcerẽtur, n.*14. Cyril.*in summ.crim.part.*3.*tit.de pœna Iud.malè iudican.*§.2. *n.*5.*ver.Præterea captus per iniurium.*Rolan.*cons.*65.*n.*31.*& seq.vol.*3.*& cons.*40.*n.*12.*vol.*4. Gabriel.qui alios adducit,*in tit.de restit.spol.concl.*1.*n.*19.in quarta ampliatione principali.

Idcirco † non solùm puniẽdus est,vt suprà Iudex,qui mã- 147
dat carcerari non carcerandum,sed etiam qui detinet,& non relaxat non detinendum & relaxandum,vt per Marsil.*in prax. crim.*§.*attingam,n.*17. vbi allegat Ang.de Malef.*in verb. pro quibus & quolibet eorum, n.*9.*vers.& nota quòd.* Bonacos.*in comm.opin.part.*2.*pag.*9.*col.*2.*vers.*1.*incip.carcerari faciẽs,* vbi quod tenetur ad damna & interesse,per glos.quã dicit communiter* approbatam *in d.l.*2.§.*simili modo,in verb.retentus, ff.si quis caut.*& sic vides,quòd Iudex punitur nõ solùm propter indebitam carcerationem,sed etiã propter indebitam de-

tentionem : vnde dato casu quòd captura fuerit iusta, putà præcedentibus indiciis decreta, si tamen post capturam appareat de innocentia rei, vel alia de causa, de iure captus etiam iustè venit relaxandus; tunc si Iudex illum non relaxat, tenetur ad damna, & interesse, ac arbitrariè puniēdus est per præallegata, sicut punitur per indebitam carcerationem, &c.

148 AMPLIA IIII. Vt † sicut punitur Iudex non relaxās relaxandum, ita & è contrà punitur si relaxat eum qui de iure relaxandus non erat, secūdùm Ang. de Malef. *in verb. quòd fama publica, præced. num. 90.* vbi quòd isto casu tenetur Iudex fisco vel creditori ad interesse, & quòd ita in Vrbe sæpè practicauit dum esset locum tenens Senatorum, refert & sequitur Conrad. *in pract. tit. de carcer. n. 22. fol. mihi 277. col. 2.* vbi etiam allegat Bart. *in l. si quis vxori, §. si fugitiuum, ff. de furt.* Nec dissentit Iod. *in pract. crim. tit. de relax. carcer. cap. 19. num. 3. fol. mihi 43.* Fol. *in pract. crim. in 1. part. 2 partis principalis, verbo, vel carcerentur, num. 15. in fin. vers. sed bene aduertat Iudex fol. mihi 157.*

149 LIMITA Hanc quartā ampliationem † non procedere in Iudice relaxāte debitorem pauperē: licèt enim regulariter debitor nō sit relaxandus, nisi soluto debito, vel creditore cōcordato, si tamē debitor ipse pauper sit, ita quòd non habeat vnde se alat: creditor autē citatus, & requisitus ad ei præstandum alimenta, recuset & præstare, poterit Iudex eundē debitorem relaxare etiam sine fideiussore, si fideiussorem non habeat: nec isto casu tenebitur creditori ad aliquod interesse, vt per glo. *in l. si. in verb. agnoscere, C. de erog. milit. ann. lib. 12.* tradunt Bart. & Alex. *in l. sanctum, ff. de rerum diuisio.* Angel. *in l. minimè, C. de appella.* Aret. & Ioan. Faber *in §. fin. Instit. de actio.* Aug. ad Ang. de Malef. *in verbo, & quòd fama publica, post n. 9.* Boër. *decis. 363. n. 2.* vbi post Odofredum, quem allegat, hoc dicit bene seruari, & rursus *in decis. 325. n. 1. in fin.* vbi pariter testatur, quòd sic pluries fuit in Curia cōclusum, creditorem tenentem carceratū debitorem, teneri ei alimenta præstare, iuxta determinationem glos. & Doct. *in d. l. fin. C. de erog. milit. anno.* Bald. *in tract. de carceribus, cap. 2. de carcerato, n. 8. in fin.* Franc. Cason. *post tract. de tormen. cap. 9. tit. de captura, & carcer. n. 16.* Marsil. *in pract. §. attingam, n. 74. & in tract. de bannit. in verbo, carcerari, num. 39.* & licet Afflict. *in decis. 71. fuit dubitatum, &c.* videatur facere dubium super *d. glo. & in d. l. fin. C. de erog. milit. anno.* quòd scilicet dicat solū debitorem pauperem esse alendum à creditore, sed nō quòd si talia alimenta non præstentur, debeat à Iudice relaxari, & propterea post multa ibi per eum deducta testetur de voto omnium fuisse decisum, quòd si pro alimentis nō possit fieri exequutio in bonis creditoris, liberetur carceratus, sed cum beneficio cessionis bonorum, non per hoc tamen crederem esse recedendum à proposita ampliatione, quòd scilicet creditore recusante alere debitorem carceratum pauperē, possit Iudex ipsum relaxare etiam absque eo, quòd bonis cedat, prout expressè Bart. Alex. & Boër. in locis præallegatis tradiderunt, quibus etiam addo Ias. *in l. si victum, n. 2. & 3. ff. de re iu.* Ripa, *in l. in obligatione, n. 32. ff. de pign.* Conrad. *in pract. tit. de carceratione, n. 25. fol. mihi 277.* Si enim creditores tenentur hoc facere: quid prodesset carcerato, si illis recusantibus non relaxaretur? Est ergo cessionis beneficium diuersum à beneficio paupertatis, ob non præstationem alimentorum: quia etiā quòd creditor velit debitori subministrare alimenta, potest si vult debitor cedere bonis, & hoc non habet difficultatem: si verò idem creditor recuset talia alimenta præstare, liberatur debitor etiam quòd bonis non cedat. Et ita apud nos quotidie seruatur statibus præsertim decretis factis super visitatione carcerum per sanctiss. memoriæ Pium Papam V. qui sic per eosdem visitatores super relaxatione carceratorum seruari expressè mandat, & iubet.

150 LIMITA I. Propositā regulam eiusdem secundę inspectionis, de qua *suprà, n. 141.* † vt non procedat, quando carceratus fuisset per Iudicē relaxatus cum cautione, putà de se repræsentando, quia cùm per talē cautionem censeatur tacitè approbasse capturam nullam, nec possit ampliùs dicere de illius nullitate: idcirco nec etiā Iudex potest ab eo cōueniri, vt per Rodinel. *in tract. de syndic. n. 288. in fin.* Marsil. *in tract. de bannit. in verbo, capti, n. 9.* vbi ampliùs, post Bald. & Alex. quos allegat, dicit, quòd si captus iniustè & indebitè tacet, & non appellat, valet sentētia & exequutio contra eum, Ferrat. *caut. 14.* vbi propterea dat pro cautela Iudici ad euitandum pœnam indebitæ per ipsum factæ capturæ in syndicatu, vt antequam carceratum relaxet, faciat per ipsum præstari fideiussorem de præsentādo toties, quoties fuerit requisitus, quia per talem præstationem fideiussionis videtur approbare capturam, & confiteri se legitime captum. Et hoc idem tradiderunt etiam Amad. *in tract. de syndica. in fin. num. 258. vers. Postremò dicendum est*, vbi allegat Bart. *in sua disputatione, quæ incipit, Lapus quidam fuit captus, &c.* Ioan. Bapt. de S. Seuer. *in tract. de debit. suspect. & fugit. in penult. quæst.* Ioan. Maria. Monticel. qui hos refert, & sequitur, *in sua pract. crim. reg. 12. num. 11. vers. Sed ad euitandum talem pœnam, & regul. 10. num. 21. & seq.* Socin. *consil. 113. num. 3. & 4. vol. 3.* Conrad. *in pract. tit. de captura, num. 17. ad fin. vers. Amplia etiam, vt iniustè captus*, vbi post Socin. *in loco citato*, loquitur in debitore capto, qui vt relaxetur, præstat fideiussores de stando iudicatum soluendo. Francis. Hercul. *in tract. de caut. de non offend. cap. 50. num. 66.*

Vide tamen in proposito Ioan Bapt. de sancto Seuer. *dict. quæst. pen. n. 4.* vbi dicit semper sibi fuisse visam duram istam conclusionem, quòd scilicet per præstationem fideiussionis censeatur approbata nullitas capturæ, & ibi reddit rationem: item vide Paris. *cons. 48. n. 1. & seq. lib. 1.* vbi quòd per præstationem fideiussionis coram Iudice incompetenti de parendo mandatis non dicitur prorogata iurisdictio, cùm semper in dicta fideiussione intelligatur conditio, si Iudex competens fuerit; refert & sequitur Decian. *in suis tract. crim. lib. 4. c. 23. num. 19.* & post eum Baiard. ad Clar. *q. 42. num. 4.*

LIMITA II. Eandem regulam eiusdem secundæ inspectionis, † vt pariter nō procedat in debitore indebitè ca- 151
pto: vt putà, quia tempore capturæ non constabat de debito: quia si post capturam superueniat debiti probatio, sicque captura esset de nouo facienda, Iudex potest licitè eum detinere, nec per iniustam capturam in aliquo tenetur, quia isto casu malè captus bene detinetur, & sic Iudex excusatur per superuenientem iustificationem capturæ, vt per Parid. de Put. *in tract. de syn. d. verbo, captura, c. 3. in cap. An si Potestas, n. 2. in fin.* vbi post Castren. quem allegat, *in cons. 39. incip. In causa capturæ, in fin.* in antiqua impressione, pulchrè dicit, quòd licèt Iudex non debeat sine causa in alterius personam præcipere id, quod in propria sua persona facturus non esset, argumento tex. *in l. frater à fratre, in fine princ. ff. de cond. indeb.* attamē si per eundem Iudicem captura debitoris non fuit ritè cōcessa, si post capturam superueniat eiusdem debitoris confessio, vel aliter cōstet de debito, non est ipse captus, licèt indebitè, relaxādus, sed sustinendus, argumēto tex. *in l. fin. §. fin.* vbi Bart. idem Castr. Ias. & alij hoc expressè notāt, *ff. quod me. cau.* & argumento text. *in cap. cum Ecclesia, de causa possess. & propriet.* & c. cum super, eod. tit. & c. *ad decimas, de restit. spoliat.* quæ iura inducendo reassumit Marsi qui Castrensem sequitur, *in tracta. de bannit. in verbo, capti, n. 20.* Dec. *cons. 449. n. 19.* Aym. *cons. 46. n. 7.* Bald. *cons. 90. volum. 5.* vbi præsertim loquitur in debitore fisci, prout etiam loquitur Franc Lucan. de Parma. *in tract. de priuileg. fisci, part. 1. priuileg. 58.* Menoc. qui & hanc sequitur limitationem *in tract. de adipiscen. possess. in 5. remed. num. 67.* Conrad. *in pract. tit. de exeq. sent. n. 9.* vbi ampliat etiam, quòd captura sit nulla defectu citationis: dicitque quòd licèt contrarium senserit Ripa *in l. naturaliter. §. nihil commune, n. 56. ff. de acquir. possess.* Io. Baptist. Caccial. *in tract. de debit. suspec. & fugit. in 14. quæst.* hanc tangēs quæstionem, indecisam illam reliquerit, sitque resolutio eiusdem quæstionis in magna cōtrouersia apud Doctores: non est tamen recedēdum à supra firmata limitatione, quæ non solùm magis communis * est, vt per Gozad. Curt. iun. & alios quos * allegat, sed etiam in practica seruatur, prout certè etiam & apud nos quotidie passim practicatur, quicquid in cōtrarium post Parisium, quem allegat, *in consil. 101. nu. 7. volum. 3.* sensisse videatur contra hanc limitationem, Anton. Gabr. *titulo de restit. spol. conclus. 1. num. 20.* [& post hæc scripta, prout etiam idem & contrarium sensit Rota in vna Rom. Dohanæ Salis, sub die 6. Iunij 1581. coram Cantuccio, *lib. 2. diuers. decis. nouissimarum, decis. 151. in princip. iuncto num. 1. & n. 4.* vbi aliàs refert concordantes.]

SVBLIMITA Hāc limitationem, † vt procedat, prout 152
loquitur, scilicet quādo indebitè captus detinetur pro eodem debitō,

debito,seu causa pro qua fuit captus:tunc enim superueniente iustificatione capturæ,ac probatione debiti & causæ principalis,malè captus bene detinetur : secus si malè captus pro vno debito,vel delicto,arrestaretur pro alio debito, vel delicto:quia tunc cùm prima captura non iustificetur,sed semper sit nulla,potest ideo pro aliquo alio debito,seu delicto detineri ac arrestari,vt post Paris. quẽ allegat *in cons.*101.*incip.citatio,col.2.v.postquam etiam, vsque ad finem consilij,vol.*3. bene tradit Brun. *in tract.de cessio.bon. in* 19.*q.*4.*q.principalis,num.* 24.vbi adfert duplicem huius declarationis rationem.Primò, quia id,quod est in se inutile,alteri vigorem dare non potest, *l.cùm vnus,ff.de bon.autho.iud.possid.*Secundò,quia arrestatio habet vim adhæsionis.Qui autem adhæret,semper adhærere debet in eo statu,in quo inuenit id, cui adhæret,Rota *decisio.* 225.*Adhærentes in nouis,tit.de appell.*Oldrad.*cons.*292.*contra articulos*,Bald.*in Auth.hodie,col.fi.n.*9. *C.de appell.& cons.*90. *quæritur,an captus,in pr.vol.*5.cum aliis per Felin.*in c.veniens, il secondo,col.*2.*in fine,vers.*2.*conclusio,extra de testib.*sed prima captura,cui adhæret arrestatio,est nulla & inualida:ergo non potest dare aliquam validitatem arrestationi,per prælegata. Quod & idem etiam voluit Boss. *in tit.de captura,n.*91. *&n.* 92.vbi dixit,quòd ex captura indebita inter alios effectus resultat ille,quòd indebitè captus non poterit detineri pro alio delicto,allegat Alex.*in l.turpia,col.*2.*ff.de leg.*1.Bart.& Doct. *in l.sed eximendi,*§.1.*ff.ne quis eum,qui* , nec dissentit Iacob. Nouel. *in reg.*15.*incip.incarceratus debitor , sub* 1.*fall.* vbi ex Bald.*in l.ei,qui,n.*13.*C.de bon.author.iud.possid.& in l.legata. ff.de leg.*1.facit regulam generalem,quòd si captura principalis debitoris non valet,minùs etiam valet recommendatio,seu arrestatio [Et pro hac eadẽ sublimitatione rursus addo Bart. *in suis quæst.q.*6.*Lapus fuit captus,in pr.& circa med.vers. Si verò talis*,Bald.*in l.legata inutiliter,in not ab.in fine*,& ibi etiam Alex.*n.*4.*ff.de leg.*1.Anchar.*cons.*292.*num.*2.*circa med.versic. Quintò pro hoc*,Pau.de Cast.*in d.l.sed eximendi,*§.*Item si quis, n.*2.*ff.ne quis eum,qui,&c.* Alex. *cons.*241.*n.*7.*lib.*6. Cœpol. *cons.*19.*per totum*,Ripa *in l.naturaliter,*§.*nihil commune,n.*56. *ff.de acq.poss.*Nicol.*in concord.glos.*52.*in* 3.*fall.*Paris.*cons.*101. *n.*7.*lib.*3. Dolar. *cons.*65.*n.*31.*lib.*3. quos omnes referendo sequitur Cantutius,*dicta decis.*151.*num.*3.]

153 Sed certè,quicquid dicant præfati Doctores, apud nos in contrarium de facto seruatur:quia quando captus pro aliquo debito,seu delicto arrestatur ad instantiã fisci,pro aliquo alio delicto nunquam audiui admitti per Iudicem , qui arrestauit hanc exceptionem, quòd scilicet prima captura est nulla, & indebita:& si Procuratores, vel Aduocati vellent esse pertinaces in illam sustinẽdo,essent ab eodem Iudice reputati cauillosi,& calumniosi,prout etiam & eodem in debitore indebitè capto, qui si arrestaretur ad instantiam aliorum creditorum,nunquam pariter ipsum vidi relaxatum,nisi dictis creditoribus, qui arrestarunt, satisfactis vel concordatis ; sempérque Iudices apud nos in occurrenti casu habent in ore illud axioma : *Male captus,bene detinetur*, & secundùm istam practicam tenuit etiam de iure Marsi.*in tracta.de bannit.in verbo , capti, num.*5. vbi allegat plures concordantes:ex quibus tamen plures sunt suprà pro parte contraria allegati.

154 LIMITANDO,seu potiùs declarando hanc arrestationis materiam,quã nuper tangere cœpi,aduertas†, quòd licèt regulariter captus pro vno debito,possit arrestari pro alio debito,vel delicto ; sicut etiam & captus pro vno delicto,poterit arrestari pro alio delicto,vt post antiquiores,quos allegãt,tradiderunt Ang.*de malefi.in verbo, quòd fama publica,num.*63. Franc.Cason.*post tract.de tormen.c.*9.*tit.de captura,& carcera.n.*18.Nouel.*reg.*18.*in pr.*vbi quòd Doctores ita intrepidè tenent,*& in prima ampliatione*,Conrad.*in pract.tit.de carceratione,n.*6.*fol.mihi* 274.*col.*2.Brun.*de cess. bonor.in* 11.*quæst. quartæ quæstionis principalis,n.*21.23.*&* 27. Claud.Batthand. *in sua practica crim.reg.*156.*n.*1.*&n.*3. Marsil. *in pract.*§.*attingam,n.*32.*& in tract.de bannit.in verbo,capti,n.*19. Iod.*in pract.crim.cap.*21.*tit.de captiuorum aggrauatione , n.*1.*&* seq. Foller.*in pract.crim.verbo, vel carcerentur,num.*26. vbi ponit etiam,quomodo procedatur,quando arrestum pro delicto est concessum non à Iudice capiente , sed ab alio. Bonacos. *in comm. opin.par.*2.*vers. captus pro vno delicto,pagin.*8.*a tergo, col.*1.*in fine*,vbi post Marsil.*vbi suprà,in d.tract.de banni.verbo,capti,n.*19. testatur de communi*opinione.

155 Captus†tamen pro delicto non potest arrestari pro debito,vt per Nouell.*d.reg.*15.*in* 2.*fallent.* latè comprobat Brun. *vbi supra,de cessione bono.in d.*11.*quæst.quartæ quæstionis principalis,num.*33.*&* 35.*& seqq.* & latiùs Ioseph. Lud. *in decis. Perus.*70.*par.*2.*vbi n.*9. testatur hanc esse veram conclusionem,tam de iure, quàm etiam de consuetudine in toto statu ecclesiastico , & licet Boss.*in tit.de captura,n.*91. contrarium asserat, non per hoc tamen recedas à prædicta declaratione, quæ,vt præfertur,& verior,& receptior est.

156 Sicut & pariter†nec captus pro debito,potest pro alio debito arrestari , nisi arrestans habeat super declaratione sui crediti sententiam Iudicis,& mandatum relaxatum,vt bene declarat idem Brun.*de cess.bon.in d.*11.*q.quartæ quæst. principalis,n.*32.vbi expressè dixit,quòd creditor non habens contra suum debitorem Iudicis sententiam prædictam , non potest facere recommendare carceribus dictum suum debitorem, nisi ipsum priùs citare faciat,& pro eo quod sibi debetur,habeat à Iudice licentiam siue mandatum ; vnde pro debitore carcerato,& timente pro aliis debitis arrestari,cautela erit secundùm Brun.in loco citato , quod captus debitum offerat, pro quo captus fuit, & illud consignet : antequam de ipsum capiendo ad instantiam aliorum creditorum licentia detur, *iuxta l.acceptam,&* ibi Bald.Ang.Salic.& Castr.*de vsur.*quia isto casu,cùm sit de carcere relaxandus , recommendari non poterit, *l.si reus paratus,ff. de procurat.* & memini aliàs anno 1571.de mense Aprilis,quòd reuerendissimi Domini carcerum Vrbis visitatores in visitatione carcerum curiæ de Sabellis fecerunt decretum generale (quod & hodie etiam est in viridi obseruantia)quòd ab eo in posterum nullus pro debito ciuili posset arrestari,nisi præcedente mandato relaxato contra debitorem,seruatis seruandis.

ARGVMENTVM.

Carcerari , an & quando possit , qui ad Ecclesiam confugit, & ex ea vi extrahi.

SVMMARIVM.

*Immunitas Ecclesiæ an reputetur fauorabilis, ante n.*1.
Immunitatis priuilegio an renunciari possit,ibidem.
Confugiens ad Ecclesiam non potest inuitus ab ea extrahi , numero 1.
*Extrahens inuitum ab Ecclesia punitur pœna mortis & criminis læsæ maiestatis,n.*2. *Sed quid si non sit sequutus effectus, num.*3.*&* 4.
*Cogitatio sola ad actum extraneum non producta,nullatenus punitur, n.*3.
*Ius canonicum seruatur,& non ciuile,in immunitatibus Ecclesiarum, num.*6.
*Clerici confugientes ad Ecclesiam non possunt extrahi à Iudice ecclesiastico, n.*7.
*Clerici non gaudent immunitate Ecclesiæ,sed ab ea extrahi possunt,si committant delicta digna degradatione & traditione curiæ seculari, n.*8.
*Alimenta non sunt deneganda, nec impedienda eis,qui ad Ecclesiam confugiunt,n.*9.
Confugiens ad Ecclesiam debet teneri in bona custodia,donec cognitum fuerit,an gaudeat immunitate Ecclesiæ,nécne,numero 10.
Confugiens ad sacram Eucharistiam capi non potest , numero 11.
Item nec confugiens ad circuitum Ecclesiæ,videlicet per 40.*passus circumcirca Ecclesiam matricem , & per* 30.*circa alias Ecclesias:sed an hoc seruetur de consuetudine,n.*12.*&* seq.
*Doctori testanti de consuetudine non creditur,nisi de locis,in quibus versatus est,secus in aliis, n.*13.
*Confugiens ad cœmeterium,claustrum, scalas seu ostium Ecclesiæ,tutus est,nec extrahi potest, n.*14.
*Confugiens ad Ecclesiam,capi in ea non potest, etiam pro graui delicto,n.*15.*secus pro grauissimo, n.*16.
*Raptores virginum & adulteri confugientes ad Ecclesiam possunt ab ea extrahi de iure ciuili,num.*17.*sed quid de iure canonico, num.*18.*&* seqq.

Vim mulieri inferens gaudet immunitate Ecclesiæ, numero 20.

Sacrilegi non gaudent immunitate templorum, num.21.& 27. & 28.

Homicida ad Ecclesiam confugiens non potest ab ea extrahi,n. 22.Fallit in homicidio deliberato,n.23. Item fallit in homicidico per insidias,& proditorio,num.24.

Vulnerans proditorio animo occidendi non gaudet immunitate templorum,num.25.

Violans immunitatem Ecclesiæ committit sacrilegium,num.2.in fine.

Assassinus confugiens ad Ecclesiam potest ab ea inuitus extrahi,n.26. Amplia etiam effectu non sequuto,item amplia, in fautoribus,& receptatoribus, num.27.

Occidens seu vulnerans clericum non gaudet immunitate templorum, num.28.

Clericum percutiens sacrilegium committit,n.29.

Clericum excommunicatum percutiens incidit in pœnas canonis, si quis suadente diabolo, 17.q.4.n.40.

Debitor ex causa ciuili gaudet immunitate Ecclesiæ,n.30.etiam quod debitum sit publicum, n.31.

Debitor suspectus de fuga non potest capi in Ecclesia, numero 32.

Mercatores falliti possunt capi in Ecclesia,n.33.

Ecclesia etiam non consecrata gaudet sua immunitate, numero 34.

Ecclesia interdicta gaudet immunitate, n.35.

Hospitalia gaudent immunitate Ecclesiarum,n.36.

Hospitalia consecrata cum authoritate Episcopi habent omnia priuilegia Ecclesiæ,n.37.

Confugiens ad palatium Episcopi,vel ad domos Canonicorum, capi non potest in eo,num.38.

Excommunicatus confugiens ad Ecclesiam non potest in ea capi,num.39.

Immunitas Ecclesiæ etiam datur illi qui insequutus à birroariis, & fugiens,in Ecclesiam se recepit,num.41.

Carceratus ex carcere fracto fugiens,& in Ecclesiã se recipiens, non potest in ea capi,n.42.sed declara,vt n.46.

Et idem etiam in exeunte ex carceribus de licentia custodis cum iuramento de redeundo,n.43.

Eximens se de manibus familiæ, & ad Ecclesiam confugiens, non potest in ea capi,numero 44.& ibi etiam, quid si captus non se eximat, sed birroarij eum captum dicant per Ecclesiam,vel cœmeterium,an tunc sit in ea tutus, vide ibid.n.44. in fine.

Condemnatus ad mortem si ad Sacerdotem portantem sacratissimam Eucharistiam confugiat,non potest ab eo euelli,& liberandus est,n.45.

Banniti capitaliter non possunt extrahi ab Ecclesia, declara,vt in num.47.

Carcerari nemo potest in domo Cardinalium,quod an verum sit, & de materia,n.48.

Confugientes ad statuas Principis, an possint capi & carcerari, num.49.

Publicus latro,& nocturnus agrorum depopulator non gaudent immunitate ecclesiastica,n.50.

Fures an possint capi in Ecclesiis,n.51.

Delinquens in Ecclesia non gaudet illius immunitate,num.52. etiam quòd non interueniat homicidium, aut membri mutilatio,n.53.

Delinquens in Ecclesia,etiam non ex proposito,nec sub spe & fiducia immunitatis,potest in ea capi, num.54.

Cessante vna ex duabus rationibus alicuius dispositionis, non cessat ipsa dispositio,num.55.

Delinquens prope Ecclesiam,vel sub fiducia immunitatis,potest capi in ipsa Ecclesia,num.56.

Furantes in Ecclesia capiuntur in Ecclesia,n.57.sed quid si furentur non in Ecclesia, sed furta in Ecclesiam asportent,n. 58.

Delinquens in vna Ecclesia potest capi etiam in alia,in qua non delinquit,num.59.

Delinquens in Ecclesia, an possit in ea capi pro aliis delictis extra Ecclesiam commissis,num.60.

Emittens sagittam seu sclopum ex loco profano in Ecclesiam, potest in Ecclesia capi,num.61.

Delinquens in Ecclesia,à quo Iudice puniendus,num.62.

Delinquens in Ecclesia,non perdit illius immunitatem,quando delictum est leue,num.63.

Armatus in Ecclesia potest ibi capi,n.64.sed contra,n.66.

Armorum vsus prohibitus est de iure communi,n.65.

Blasphemans non gaudet immunitate templorum, n.67.

Iudæi,hæretici,apostatæ, aliique infideles non gaudent immunitate Ecclesiæ, num.78.

Captus à curia si per Ecclesiam transeundo ducitur ad carceres, vel ad furcas,non gaudet immunitate Ecclesiæ,n.69.

Ecclesia destructa non gaudent sua immunitate,n.70.

Oratoria non gaudent immunitate Ecclesiarum,n.71.

Rei criminis lasæ maiestatis non gaudent immunitate ecclesiastica,num.72.

De consuetudine etiam in Ecclesia potest fieri captura reorum, numero 73.

Sed hæc consuetudo contra Ecclesiasticam immunitatem fuit sublata per Concilium Tridentinum,& per Bullam Gregorij XIV.

Iudex secularis in casu à iure permisso potest etiam sine Episcopi licentia extrahere reum ex Ecclesia,n.75.licet aliqui contrà,num.76.

Reus ab Ecclesia extractus per Iudicem secularem potest corporali pœna puniri,num.77.

An reus gaudeat,vel non gaudeat immunitate Ecclesiæ,quis iudicare debeat? an ecclesiasticus,an verò secularis Iudex,num. 75.vers. Hæc autem cognitio.

Bulla Gregorij XIV.super immunitate Ecclesiarum,num.74.in fine.

Iudex an teneatur seruare fidem confugienti ad Ecclesiam, si illum extraxit sub fidem impunitatis,n.78.

QVÆSTIO XXVIII.

CAPTVRAM indebitam esse ratione loci,vbi quis capitur dixi *supra,in anteceden.quæst.numer.88. & seq.* Hinc inferendo quæritur particulariter de confugiente ad Ecclesiam, an & quando carcerari possit,& ex illa vi extrahi? Pro cuius resolutione vltra infrascripta remitto lectorem ad Decian.qui post hæc impressa peruenit, ad manus meas *in suis tr.crim.par.2.lib.6.cap.25.& pluribus seqq.& præsertim d.casu 25.sub n.14.* vbi disputat an hoc immunitatis Ecclesię priuilegium sit fauorabile,& extendendum,an verò odiosum,& strictè interpretandum,*& cap.28.n.6.in fine*, quòd non extendendum,sed strictè interpretandum est; *& cap.26.num.12.* vbi an huic immunitatis priuilegio per confugientem renúciari possit inuitis Ecclesiæ rectoribus; *& cap.27.num.4.* vbi quicquid sit in aliis extrahentibus, in Papa secus est,is enim poterit ex causa sibi bene visa licentiam concedere extrahendi ab Ecclesia quoscunque ad eam confugientes,etiam in casibus non exceptis; *cap.29.num.21.* vbi an testis falsus & periurus gaudeat immunitate prædicta; *& ibidem,n.24.* vbi quid in incendiariis; *& num.25.* vbi quid in crimine peculatus; *& n.26.* vbi quid de obligatis ad ratiocinia.

REGVLA constituẽda est negatiua† quòd scilicet ab Ec- 1
clesia inuitus nemo extrahi debet,& extractus de facto,de facto etiam eidem Ecclesiæ restituendus est,*l.præsenti,C.de his, qui ad Eccles.confug.cap.inter alia,cap.pen.& fi.de immun.Eccles.cap.Id constituimus,&c.sicut antiquitus, 17.quæst.4.cap. de raptorib.36.quæst.1.* Ang.*de malefi.in verbo,quòd fama publica præcedente,n.59.*& ibi *in addit.litera B,* Rom.*cons.227. spectabilis Domine,in princ.& n.2.* Boër.*decis.109.n.3.* Marsil.*in pract. de banniti.in verbo,capti,numer.7.* Iodoc.*in pract. crimin.tit.de citatione reali,id est,captura,c.15.num.19.* Ioan. Marsi.Monticell.*in tract.crimin.reg.12.num.12.* Nic.Moron. *in tract.de fide treug.& pace,q.103.num.1.& seq.* Duen.*reg. 228.in princ.* Pet. & Placha *in epit.delict.c.34. lib.1.num.15.* vbi alios adducit concordantes.Maria.Socin.*in tract.de citatione,in 17.articul.principali,* vbi latè de materia,prout illum refert Boss.*in tit.de captura,n.21.* Nicol.Moron.*in tract.de fide,treug.& pace,q.103.n.4.* & hæc est communis*conclusio * Legistarum,& Canonistarum,prout testatur Maran.Gomez. & Remigius in locis relatis per Clar.*in pract.crim.q.10.vers.* quem pariter refert & sequitur Bonacos.*in commun.opin.par. 1.vers.*

1.*verſ.Eccleſia habet immunitatem,fol.56.* &,vt dicit,pluribus comprobat Couuarr. *var. reſolut. lib.2.cap. 20.n.2.*licet hæc immunitas Eccleſiæ nõ poſſit dici ſtatuta iure naturali, diuino,vel Euangelico,bene tamen iustè, sanctè,& legitime ad Christianæ religionis vtilitatem , sanctorum virorum authoritate,humano,& positiuo iure fuit introducta,vt in sactis iteris,*Num.c.21.Moſes æneum ſerpentem exaltauit, ad quem confugientes ſalui erant,& Num.item c.35.Iuſſit Deus quaſdam ciuitates conſtitui in præſidia homicidiorum fugitiuorum.* Item legitur *cap.20.Ioſue,& Deuteronom.cap.19.atque Exodi 21. Altare ipſum Dei hoc priuilegio inſtituitur,vt ad id confugientes extrahi aut diuelli ad punitionem inuiti non poſſent. Et 3. Reg. cap.1.2. & 3.* quibus veteris Testamenti authoritatibus hæc templorum,& Eccleſiarum immunitas comprobatur , oſtenditúrque iuſtiſſimè lege humana ſtatutam eſſe, prout etiam non deſunt, & ad propoſitæ regulæ comprobationem Diui Auguſt. aliorúmque ſanctorum virorum teſtimonia,quorum Grat.meminit *in c.minor,c.reum.c. conſtituit, Deſinit.17.q.4.*vbi & plura ad id citãtur Concilia,& demùm allegari etiam poteſt *Concil.Trid.in 25.ſeſſ.c.29.*vbi generaliter immunitatem & libertatem eccleſiaſticam iuxta ſacrorum canonum,aliorúmque Conciliorum decreta, & Apoſtolicas ſanctiones,inuiolabiliter ſeruari iubet & mandat, [Addo & poſt hæc ſcripta habitum Men. *de præſumpt. lib.5.præſumpt. 10.n.1.*] Dec.*in ſuis tr.par.2.lib.6.c.25.rubr.de extrahen.ab Eccl.n.1.& ſeq.*vbi pluribus hanc comprobat regulam,& bene declarat, An immunitas hæc eccleſiaſtica iure diuino introducta ſit,& quomodo,*& n.3. & 4.*vbi etiam in idem plures Gentilium,Ethnicorum,& infidelium leges & conſuetudines adducit:*& n.7.poſt medium,verſ.Neque prædictis obſtabunt,*vbi reſpondet nonnullis rationibus, & argumentis,quæ in contrarium adduci poſſent,*& c.27.n.1.*vbi ampliando dicit,quòd confugientem ad Eccleſiam,extrahere nemo poteſt, etiam quòd ſit Imperator,vel Rex,& quòd propterea Bonifacius Rex excommunicatus,non fuit priùs abſolutus, quàm facta reſtitutione illius,quem ab Eccleſia extraxerat.

2 AMPLIA I. Propoſitam regulam,†quòd immò extrahẽs vi confugientem ad Eccleſiam punitur nõ ſolùm pœna mortis,*l.præſenti,*quæ eſt lex finalis illius tituli,*in princ.*ibi,*capitali,& vltimi ſupplicij animaduerſione plectendus,C.de his,qui ad Eccleſ.confug.* verùm etiam & reus criminis læſæ maieſt. reputatur,*l.fin.*ibi,*ſciat ſe maieſtatis crimine eſſe retinendum,C. eod.*& per iſta iura hoc idem ſcripſere Odofred. Abb.& Boër. in locis citatis per Gig.*in tr.de crim.læſæ maieſt.lib.1.tit.qualiter,& a quibus crim.læſæ maieſt.committatur.quæſt.10.num.1.* Iod.*in pract.crim.cap.106.n.1.& ſeq.*Io. Mar. Monticell.poſt Milleum *in pract.crim.reg.12.n.12.verſ.Vnde ſi quis contrafecerit,*Clar.*in pract.q.68.verſ.Extrahens aliquem.*Menoc. *de arbitr.q.lib.2.caſu 360.n.68.verſ. Decimusquintus caſus eſt.* Extrahens enim confugientem ad Eccleſiam , diuinam offẽdit maieſtatem, quia Eccleſia domus Dei eſt,*vt in Euangelio Ioannis,cap.2.*ibi,*Nolite facere domum Patris mei,domum negotiationis.* Sed offendere diuinam Maieſtatem,multò grauius eſt,quàm offendere temporalem,*l.quicquam,verſic.cum ſanè, & l.ſi quis in hoc genus,C.de Epiſc. & cler.* Ergò ſicut offendens temporalem Maieſtatem læſæ maieſtatis criminis reus eſt,*l.quiſquis,C.ad l.Iul.maieſt.*multò magis,& à fortiori erit eiuſdem criminis reus offendens diuinam,præterquam etiam quòd & alio reſpectu poteſt is, qui vi confugientem ad Eccleſiam extrahit,dici ac reputari reus criminis læſæ maieſtatis, quia tam ex diſpoſitione legum , quàm canonum, nemo ex Eccleſia extrahi poteſt , niſi de licentia ſummi Pontificis,& vt bene aduertit Gigas *in loco præcitato,n.4.*concedere talem licentiam ſpectat ad ſolum Pontificem, & eſt de illi reſeruatis, vnde qui ſine Pontificis licentia extrahit confugientẽ ad Eccleſiam , vſurpat iuriſdictionem Pontificis ; ergo ex capite vſurpatæ iuriſdictionis incidit in crimen læſæ maieſt. ad tradita generaliter per eundem Gigant. *vbi ſupra, q. 21.* & has duas rationes in propoſita ampliatione conſiderat ipſe Gigas, *d.q.10.n.1.*& in materia addo Foll.*in pract.crim.can.c. 17. in §.Vt ſi eſt ſacrilegium,n.8.* vbi ampliùs quòd violans immunitatem Eccleſiæ, committit ſacrilegium, & præmiſſis adde Decian.vbi ſup.*d.lib.6.c.28.num.1.& ſeqq.*vbi ampliùs quòd eſt excommunicatus:*vt in c.diffiniuit,& c.frater.17.q.4.& in c.inter alia,de immun. Eccl. & n.5.& 6.* vbi quòd extrahentes ab Eccleſia ſunt excuſati in duob.caſib. 1. Quando adeſt conſuetudo ſic extrahendi in aliquo caſu. 2. Quando ſunt ſcribentium opin. contrariæ, quia Doctorum authoritas excuſat à pœna,vt ibi per eum.

AMPLIA Rurſus hãc ampliationem, †vt licèt regulariter 3
effectus,qui in puris terminis cogitationis cõſiſtit, ad nullóſque extrinſecos actus productus eſt,nullatenus in foro exteriori puniatur,*ad l.cogitationis,ff.de pœn.& in c.cogitationis,de pœnit.diſtin.1.* cũ aliis congeſtis per Menoc.*de arbitr.qq.lib.2. d.caſu 306.n.5.& n.26.& ſeq.*vbi amplia hoc procedere etiã in crimine læſæ maieſtatis: † ſpeciale tamen eſt in cogitante 4
extrahere aliquem inuitum ab Eccleſia,quia hæc ſola cogitatio punitur pœna mortis;vt videntur innuere verba poſita *in d.l.præſenti,C,de his,qui ad Eccl.confug.*ibi,*aut nuda ſaltẽ cogitatione:*nec diſſentire videtur Decian. *vbi ſupra,cap. 27.n.* 5.Sed certè ſicuti poſt gloſſam,Bar.& Sal.*in d.l.præſenti,*adnotauit & Menoc. *d.caſu 306.n.68.*verius eſt,vt illius textus pœna locum habeat , requiri etiam cogitationem illam eſſe productam ad aliquem tractatum , prout etiam videtur eſſe de mente Imperatoris *in d.l.præſenti,*ibi,*aut nuda ſaltem cogitatione, atque tractatu* , & ſic vltra cogitationem copulatiuè requirit tractatum,alioquin nimis durum eſſet,quòd ſola ipſa cogitatio,quæ in crimine læſæ maieſtatis, nec in aliis atrociſſimis delictis punitur, vt prædixi,puniretur iſto caſu.

LIMITA Hanc primam principalem ampliationem , † vt 5
procedat de iure ciuili , ſecus de iure canonico , ſecundùm quod huius immunitatis Eccleſiarum violatores puniuntur à iure pœna triginta librarum argenti , vt habetur *in capitulo, quiſquis,17.q.4.*& bene declarat Iod.*in pr. crim.rubr.de violat.temp.c.106.n.4.* vbi exponendo pœnam impoſitam à iure canonico violatoribus templorum , dicit eſſe damnandos ad reſtitutionem perſonæ auulſæ cum omnibus dãnis & intereſſe , necnon etiam in aliquam aliam pœnam arbitrariam, iuxta qualitates & circumſtantias rerũ, per ea,quæ notantur *in c.non minùs,& in c.aduerſus.extra de immun.Eccl.* poſſunt etiam huiuſmodi violatores pecuniaria pœna puniri , nempe mulcta nongentorum ſolidorũ,*c.ſi quis contumax,17.q.4.*itẽ vt publici latrones habẽdi ſunt,& excommunicãdi, donec reſipiſcentes damnum omne reſarciant, & ablata per pœnitentiam reſtituant,*d.c.ſicut antiquitus,eadem cauſ.* & ante Iodocũ hæc eadẽ expoſuit etiam Io.Berb.*in ſuo violatorio iuris,rubr. de violat.immunit.n.1.*vbi ampliùs,quòd etiam de iure canonico extrahentes cõfugientes ad Eccleſiá puniuntur tãquam rei læſæ maieſtatis,ſi in tali violenta extractione clericis iniuriã intulerint,*per c.ſi quis.§.qui autẽ,17.q.4.& per c.cùm deuotiſſima,12.q.2.*& licèt poſt gloſſam *in c. cum multæ, in verbo, connubio,15.q.ſi.*& Caſtr.*cõſ.458.circa ſi.lib.2.*Clar.*in d.q.30. in pr.v. Violatores autẽ huius immunitatis* dixerit, quòd hæc pœna pecuniaria iure canonico impoſita hodie non exigitur, quia eã exigendi ius Eccleſia de cõſuetudine perdidit,videtur tamẽ hæc pœna renouata per ſacrũ Concilium Tridentinum *in loco ſupra citato,25.ſeſſ.c. 20.* vbi nõ ſolùm confirmantur, ſed etiã quatenus opus ſit renouãtur omnes ſacri canones cõtra violatores libertatis & immunitatis eccleſiaſticæ editos: monentúrque Imperatores, Reges,Reſpublicæ & Principes omnes,ne ab vllis Baronibus,Domicellis,Rectoribus, aliiſve Dominis temporalib. ſeu Magiſtratib. ipſorúmque miniſtris vllo pacto lædi patiantur , ſed ſeuerè in eos , qui Eccleſiæ libertatẽ,immunitatem , ac iuriſdictionem impediant animaduertãt[prout etiã huiuſmodi canonum & cõciliorum cenſuræ, ac pœnæ poſt huius libri primã impreſſionẽ fuerunt confirmatæ per Fel.Record. Gregorium XIV.in Bulla,ſuper immunitate Eccleſiarum , ſub datum Romæ in monte Quirinali,Anno 1591.Nono Kalen.Iunij illius Põtificatus primo]

AMPLIANDO Præcedentẽ limitationẽ aduerte,†quòd 6
tam in propoſito caſu pœnæ , ſcilicet impoſitæ violatoribus immunitatis eccleſiaſticæ,quàm in omni alio caſu,& generaliter , vbi inter ius ciuile & ius canonicum adeſt aliqua differẽtia,attenditur ius ipſum canonicum,& non ciuile. Pertinet enim hoc ad honorẽ & reuerentiam exhibẽdam in locis ſacris quorũ cura ad Pontifices & Prælatos eccleſiaſticos ſpecialiter ſpectat : ideo eorũ leges hac in re ſecularib. & Imperialib. etiam apud ſeculares Iudices, ac etiam in terris eccleſiæ nõ ſubiectis præferendas eſſe voluerunt *in c.inter alia,*vbi præſertim Abb.*n.24.& in c.ſicut antiquitus,17.q.3.* Oldr.*conſ.*

154. Imol. *in Clem. 1. in fi.* & ibi Card. *de pœnit. & remiss.* Fulg. *in l. fideli, C. de his, qui ad Eccles. confug.* Io. Faber *in § sed hoc tempore, Instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris*, Alex. *cons.* 143. *col. 2. & lib. 7.* Cass. *in consuet. Burgun. rub. 1. §. 5. vers. Archid. n. 111.* & licet contrariũ senserint Sal. *in Auth. ei qui, C. de adulter. in fi.* Angel. *de malef. in verbo, Quod fama publica præced. n. 59. vers. Quartò quæro, & ibi in addit. litera B*, Practica Ferrarien. in forma inquisit. *n. 32. additio ad d. cons. Alex.* 134. quos refert, sed non sequitur Couar. *var. resol. lib. 2. c. 20. sub n. 3.* Et pro hac contraria opinione faciunt relata per Alc. *de præsumpt. reg. 3. præsump. 33. n. 5. & seq.* Non tamẽ per hoc recedas à proposita ampliatione, quæ, teste eodem Didaco *in loco citato*, & communis* est, & omnino tenenda, quicquid in contrarium præallegati Doctores dixerint. Et pro hac eadem ampliatione addo Decianũ *in suis tract. crim. par. 2. lib. 6. & c. 25. rubr. de extrahen. ab Eccl. n. 7.* vbi relatis & reprobatis contrariis dicit insuspensè ita seruasse, & seruari vidisse in pluribus ciuitatibus in quibus fuit assessor (licèt bene verũ esse dicat, quòd si super interpretatione iuris canonici aliquod oriatur dubiũ: tunc illud resolui debeat, vt cõcordet cũ iure ciuili) quod & idẽ repetiit, *d. lib. 6. c. 28. n. 16. v. Nã in concernẽtibus.*

7 AMPLIA II. Et principaliter propositæ quæstionis regulam, † vt non tantùm laici, sed nec etiam clerici ad Ecclesiam confugientes possint ab ea inuiti extrahi, etiam per Iudices Ecclesiasticos, sicuti post Innocen. Cardin. & alios quos allegat, optimè defendit Roman. *cons. 227. Spectabilis Domine, & cons. 234. Aduertendũ.* Quæ dico triplici motus ratione. Primò, quia canones non distinguunt laicum à clerico: ergo nec nos distinguere debemus, *l. de pretio, ff. de Publ.* Secundò, quia maior ratio videtur in clerico quàm in laico, ne extrahatur, cùm Ecclesia sit propria domus clericorum: in domo autem propria neminem capi permissum est, *l. plerique, ff. de in ius vocan. l. nemo, ff. de reg. iur.* Tertiò, quia hoc priuilegium immunitatis Ecclesiæ, videtur concessum non personis, sed loco ipsius Ecclesiæ: ergo comprehendit omnes personas, quæ ad dictam Ecclesiam confugiunt, argumento eorum, quæ traduntur per Bart. & Bald. in locis per Romanum allegatis, *d. cons. 234.* & ibi Mandos. *in addit.* vbi Romani opinionem sequitur. Et has rationes refert etiã Diaz *in sua prac. crim. canõ. c. 115.* vbi in idem maximè facere dicit capitulum octauum Ilerdensis concilij disponẽtis, *quòd nullus clericorum seruũ, aut discipulum suum ad Ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præsumat. Quòd si fecerit, donec dignè pœniteat, a loco, cui honorem non dedit segregetur.* Patet igitur, quòd si dominus, vel magister tenetur Ecclesiam reuereri, & pro dominica, aut magistrali disciplina non licet illi aliquem de Ecclesia extrahere, multò minùs licebit Iudici ecclesiastico incarcerare & punire clericos. Hanc eandem Romani opinionem sequutus est Io. de Vischis *in tract. de immun. Eccl. in loco per Diaz. vbi suprà citato:* vbi post multa concludit, quòd Iudex ecclasiasticus non potest ab Ecclesia extrahere clericum subditum, nec illi corporalem pœnam imponere, quoad forum contentiosum; nec potest etiam causa disciplinæ arcere illum, nec pœna corporis afflictiua contentiosè punire, licèt aliud sit in foro pœnitentiali, quando delictum est publicum, dum tamen non extrahat ab Ecclesia. Nec dissentit Additionator ad Ang. *de malef. in verbo, Quòd fama publica, n. 59. in add. litera A*, Io. Mar. Monticel. *in sua pract. crim. reg. 2. n. 18.* & licèt cõtra hanc ampliationem apertè tenuerit Abb. *in c. inter alia, n. 13. de imm. Eccl.* & hanc Panormit. opinionem consuetudine receptam testetur Diaz *d. c. 115. ad fi.* quẽ etiam refert Couar. *var. resol. lib. 2. cap. 20. n. 16.* & Clar. *in pract. §. fi. q. 30. vers. Vlteriùs quæro, nunquid.* Non tamen per hoc recedas à proposita ampliatione, quæ, vt testantur Diaz, Didac. & Clarius in locis præcitatis, & verior, & communior* videtur: licèt non negem, prout Abbas tandem concludit, in hoc multũ esse attẽdendam consuetudinem: sed vbi talis consuetudo non adest, serua ius commune. Et pro hac 2. ampliatione, addo Dec. *vbi sup. cap. 26. n. 1.* vbi pluribus eam comprobat, & respondet rationib. in contrarium adductis per Abb. *in loco præcitato*, vide tamen eundem Decian. *ibid. cap. 27. n. 3.* vbi quòd Episcopus poterit facere extrahere clericum ab Ecclesia, vt corporaliter puniatur, sed vel disciplinæ causa vel vt in monasterium detrudatur, vel ad damni satisfactionem.

LIMITA Hanc secundam limitationem, secundùm Couarr. *variar. resolut. lib. 2. d. c. 20. n. 16.* † vt non procedat, quãdo clericus commisisset aliquod delictum, ob quod esset dignus degradatione, & post degradationem traditione Curiæ seculari: tũc enim, quia sumus in atrocissimis, nõ videtur idẽ clericus dignus priuilegio huius immunitatis Ecclesiæ, sic inquam in hanc declarationẽ inclinare videtur Didac. in loco præallegato, licèt maturiùs cogitandũ oportere asserat, & ante Didacum ita etiam post Abb. & alios, quos allegat, apertè tradidit Gig. *in tract. de crim. læsæ maiest. a. lib. 1. tit. qualiter, & à quibus crim. læsæ maiest. commit. quæst. 10. n. 15. & seq.* dicẽs, quòd licèt tex. *in c. 1. de homic.* habeat plures intellectus, de quibus infrà dicã *in 1. limitatione nouæ principalis limitationis.* Quando tamen homicidiũ est tale, & taliter qualificatum, vt pro eo clericus veniat degradandus & tradendus curiæ seculari, tunc sine dubio non est tutus in Ecclesia, sed ab ea inuitus extrahi potest, secundùm opinionem Abbatis, & aliorum, de quibus etiam per eund. Didacum, *vbi suprà*, post *n. 7. vers. Respondet tamen Panormitanus*, & quidẽ hanc declarationem ego etiam sequor. Nam licèt clericus debeat gaudere priuilegio immunitatis Ecclesiæ, ne ab ea inuitus extrahi possit sicut laicus: non tamen eo gaudet plusquàm laicus cõmittens delictum, quod si perpetratum sit à clerico, & mereatur traditionem curię seculari, non gaudet dicto priuilegio, vt infrà in specie videbimus in limitationibus huius regulæ de laico cõmittente homicidiũ proditoriè & per insidias: ergo nec etiam gaudere debet clericus, & licèt Diaz *in pract. crim. canon. d. c. 115. ad fi.* crediderit isto casu eo minùs ecclesiasticum Iudicẽ posse clericũ ex Ecclesia extrahere, & si extraxerit, non debere illum curiæ seculari tradere, sed ad Ecclesiam reducere, vbi tandiu illius immunitate gaudeat, quandiu ibidem moratus fuerit, sicut & in aliis facinorosis laicis contingit, non tamen video qua ratione subsistat hæc opinio Diaz. Nam si, vt præmisi, clericus in delictis commissis, in quibus est dignus degradatione, & traditione curiæ seculari, non gaudet priuilegio immunitatis Ecclesiæ, vtique ab ea extrahi poterit, non solùm à Iudice ecclesiastico, sed etiam à seculari.

AMPLIA III. Vt † confugientes ad Ecclesiam nec etiam 9
possint obsideri, aut impediri ne eis alimenta, victus, ac vestitus, aliáq; necessaria deferãtur: hoc enim esset per indirectum ecclesiasticam immunitatem violare, *d. l. præsent.* ibi, *Vt ei aliquid aut victualiũ rerum, vel vestis denegetur, aut requies, C. de his, qui ad Eccl. confug.* Abb. *in c. inter alia, n. 13. de imm. Eccl.* Guido Pap. *q. 121.* Io. Ign. *in l. 1. in pr. ff. ad Syllan.* & est cõmunis, * vt per Couarr. *var. resol. lib. 2. cap. 20. n. 17. vers. 31. eadẽ ratione, &c.* Ant. Gomez. *variar. resolut. tomo 3. c. 10. tit. quãdo reus gaud. imm. Eccles. n. 1. v. Adde quòd non potest*, Bossi. *tit. de captura, n. 24.* vbi etiam quòd isto casu ad Ecclesiam confugiens debet pasci ab ipsa Ecclesia. Decian. *in suis tract. crim. part. 2. lib. 6. c. 27. n. 6.* Vbi etiam quòd confugiens ad Ecclesiam non potest detineri in vinculis & cõpedib. ne aufugiat, sed in hoc vltimo vide Clar. *in pract. q. 30. vers. Quæro modo*, † 10
vbi quid isto casu bene solent rei, qui ad Ecclesiã confugiunt, poni in cõpedibus, vel cum bona custodia, donec cognitum fuerit, an gaudere debeãt Ecclesiæ immunitate, nécne. Et ita de consuetudine attestantẽ refert Guido Papæ *d. q. 121. circa fi.* & Remig. *in tract. de immun. Eccl. fol. 238. quæs. 6.* & vidè in proposito bullam Gregorij XIV. *in vers. Quodque delinquẽtes laicis, &c.* & quæ tradit Dec. *lib. 6. c. 28. n. 2. in fi. v. at insurgit.*

AMPLIA IIII. Etiam † in confugiente ad Clericum por- 11
tantem per viam sacratissimum Corpus Domini nostri Iesu Christi, quia etiam gaudet immunitate Ecclesiæ, licèt iure expressum non inueniatur; & ratio est, quia immunitas templis concessa est à canonibus propter honorẽ & reuerẽtiam, quæ locis sacris diuinóque cultui dicatis debetur: ideo multò fortiùs idem priuilegium sacratissimo Dei maximi Corpori datum esse existimandũ est, per regulã, *quòd propter quod vnumquodque tale est, & illud multò magis tale est*: sic enim per hanc rationẽ existimarunt Hostien. *in summa de immunit. Eccl. col. 7. n. 12.* Archid. *in cap. quæsitum, 13. quæst. 2.* Abb. *in cap. sanè*, & ibi etiam Hostien. & alij Doctores *de celebrat. Missar.* Rom. *sing. 35.* Catel. Cotta *in suis memor. in verbo, Rationis idẽtitas.* Alber. *in cap. 1. de hæretic. in 6. quæst. 13. n. 18.* Ioan. Faber *in §. fina. Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* Imol. *in Clemen. 1. de pœnit. & remissio. distinct. 2. num. 10.* Restaur. Catal. quem etiam aliquando legentem Perusij audiui, *in tract. de Imperatore, q.*

*tore,quæst.96.n.3.fol.64.in 5.volum tract.secundum antiquam impressionem.*Ial.*in l.1.C.ne lic.potem.ad fin.* Lauden.*in tract. de Card.quæst.6.*Soci.*in l.plerique,q.22.ff.de in ius vocan.*Maria.Socin.*in tract.de citat.art.17.ad fin.* Quibus in locis præfati Doctores hanc ampliationem declarãt procedere, dummodo sic confugiens ad sacratissimam Eucharistiam sit extra carceres, & in libertate, secus si in carcere existens ad illam cõfugeret,quando ad eum,vel infirmum,vel alias adducitur. & licet contra hanc ampliationem apertè senserit gl. *in d.c. quæsitum,13.q.2.*quã sequuti sunt Cæpol.& nonnulli alij relati per Pet.à Placha *in epit.delict.lib.1.cap.34.n.16.vers.Nec desunt Doctores,* non tamen per hoc recedas à præcedẽti firmata conclusione,quæ non solum communis, * sed & etiam magis cõmunis est, vt videre est apud Corset.*in suis singularibus, in verbo, Cardinalis.singul.69.* Arno.Soliloq.80.*incip, Dictat capitulũ,*Gomez.*in §.pœnales.post n.50.Instit.de actio.* Cagnol.*in l.vinum,n.54.ff.si cert.pet.* Couart.*var.resol.lib.2. cap.20.n.6.* Anton.Gomez.*var.resol.tom.3.c.10.tit.quando reus gaud.imm.Eccl.n.1.ver.Quod extende,vt procedat.*Petr.à Placha in loco nuper citato,*d.num.16.* Clar.*in pract.§.fin.d. q.30.vers.vlt.quæro;*& pro qua facit,quia nihil in Ecclesia est, quod Sacramento sanctissimæ Eucharistiæ maius sit,*cle.1.de reliq.& vener.Sanct.cap.nihil,de consecr.dist.1.* & suffragatur fides mulieris sanguinis fluxum patientis,& dicentis, *Si tetigero fimbrias vestimenti eius,salua ero.* Ait Christus, *Confide, filia,fides tua te saluam fecit,vt in Euang.Matthæi,cap.9.*

12 AMPLIA V. Etiã † in confugiente ad circuitũ Ecclesiæ: videlicet per quadraginta passus circumcirca Ecclesiam matricem, *c.sicut antiquitus,17.q.4.* & per passus triginta circa alias Ecclesias non matrices, *cap.diffiniuit,& c.quisquis, ead. causa,& q.*& per ista iura hanc sequuti sunt ampliationẽ Oldrad.*cons.55.consueuit dubitari,* Bart.*in Auth.de mand.Princip.§.Sed neque,prope finẽ,* Abbas,Henri. & Doctores *in cap. Ecclesiæ,extra de immun.Eccl.* Summa Syluestrina *in verbo, immun.3.in princ.*Rom.*cons.227.n.1.in fin.*& ibi per Mãdos. *in addit.litera A.* Ial.*in l.plerique,ver. Duodecimo extende,ff. de in ius vocan.* Marc.Mant.*cons.60.quia carcere,n.8.*Ang.*de malef.in verbo.In scalis S.Petrony,n.3.vers.Et nota quòd priuilegiũ,*Io Mar.Montic.*in sua pract.crim.reg.12.n.16.*Cõrad. *in pract.tit.de captura,sub n.6.pag.6.col.1.in fin. & col.seq. in princ.* Nicol.Moro.*in tract.de fide,treug.& pace,q.103.n.6.* Et licèt cõtratiũ de cõsuetudine seruari videatur testari Igne. *in l.1.in prin.n.58.ff.ad Syllan.*quem referũt Couarr.*variar. resol.lib.2.c.20.n.5.vers.Hæ tamen moribus receptum non est,* Remig *in tract.de immun.Eccl.fol.52.n.6.*Fab.à Monteleone *in sua pract.arbitr.fol.486.n.21.*Bost.*in tit.de capt.n.30.in fi.* vbi propterea quòd ita secũdùm hanc consuetudinẽ Senatus suo tempore iudicauit contra quendam Frãciscum de Nigris qui capite ob id punietur,Clar.*in pract.d.q.30.vers.Hinc est,* * vbi quòd talis consuetudo,cùm sit cõmunis,* est vbique seruanda,nisi appareat de contraria cõsuetudine. Vulp.*resp.130. n.4.lib.1.* Aliqui autẽ hanc consuetudinem declarãdo distinxerunt inter Ecclesias positas in castello, aut in villis, aut ciuitatibus muro vallatis, vt per relatos per Bost.& Couarru. *in locis præcitatis,*& per Decian.*vbi supra,d.c.25.n.9.*vbi & ipse hanc distinctionem sequi videtur,& etiam declarat quãta sit passuum longitudo,& ex quo loco cõnumerari debeant:ego tamẽ à proposita ampliatione nunquam recedendũ arbitrarer,nisi in loco,in quo casus cõtingit,appareat realiter de hac contraria cõsuetudine aliter,quam ex dicto præfatorum Do-
13 ctorum. † Quibus sic de cõsuetudine testantibus,nõ vlteriùs est credendũ,quàm de locis,vbi iidem Doctores versati sunt: secus si in aliis locis hæc contingat dubitatio,ad trad.per Gabriel. *in tit.de probat.concl.4.n.3. vers.Concorda istas,* Anton. Mar.Corat.*in tract.de cõmu.opin.lib.1.tit.7.n.6.*Franc.Hereu. *in tract.de nego.t.n.302.vers.Quintò restringerẽ,* Rol.*cons.94. n.22.vol.4.*Hippol.Riminal.*cons.245.n.41.& seqq.lib.3.*

14 AMPLIA VI.Etiam † in cõfugiente ad ostium Ecclesiæ, ad scalas,ad cœmeterium,seu ad claustrum:ab his enim locis propter reuerentiam ipsius Ecclesiæ, nec etiam inuitus euelli potest,non aliter ac si ad ipsam Ecclesiam confugisset, prout hæc omnia bene probantur per Ang.*de malef.in verbo,Quòd fama publica præced.post n.59.& in verbo,In scalis S.Petron. n.3.*quib.in locis allegat text.*in l.præsenti.§.sanè.C.de his,qui ad Eccl.confu.& in Auth.de mand.Princip. §.neque autẽ,* vbi glos.& Docto.Igne.*in l.1.n.57.ff.ad Syl.*vbi in specie, quòd nec ad Ecclesiam confugiens,& illius ianuam clausam inueniens,si manu portas apprehenderit, poterit inde à Iudice seculari extrahi absque violatione immunitatis Ecclesiasticæ,& ita sæpissimè apud eum seruatum & iudicatũ fuisse testatur, sicuti illum refert & sequitur Couarr. *variar.resol.lib.2.c.20. n.18.*Conrad.*in pract.titu.de captura,n.6.fol.mihi 268.col.1.* vbi alios adducit concordantes, Ioan.Mar.Monticell.*in sua pract.crim.reg.12.num.15.* vbi allegat text. *in c.constituimus, 17.quæst.quarta.*Marsi.*in tract.de bann.verbo,capti,n.34.*vbi & ipse alios,Iodoc.*in pract.crim.tit.de citatio.reali, id est,captura,n.19.*Folle.*in pract.crim.in verb.Notatos capiat de persona,n.6.*plenè Rom.*cons.227.in discursu.per totum.* Nicol. Moron.*in tract.de fide,treuga,& pace,quæst.103.n.6.* & facit viua ratio, quia si, vt suprà dixi, in præced.ampliatione, immunitas Ecclesiæ extenditur etiã per triginta,ac quadraginta passus respectiuè circũcirca ipsum corpus Ecclesiæ,tantò magis debet extẽdi ad scalas, claustrũ,& cœmeteriũ ipsi Ecclesiæ cohærẽtia,quicquid in contrariũ de scalis cõsuluerit Vulpell.*Resp.130.vol.1.* Sed in casu suo is poterat inuitus extrahi ex dictis scalis,quia deliquerat sub spe immunitatis Ecclesiasticæ, vt in principio cõsilij, & nihilominus in occurrẽti casu nõ credere recedendũ à proposita ampliatione,quæ,vt vides, cõmunis * est,& magis fauorabilis immunitati Ecclesiæ. [Et * de cœmeterio loquitur etiam expressè Bulla Gregorij XIV. de qua suprà mentionẽ feci.] Ad cõprobationem præmissorũ addo Decianũ post hæc impressa habitum *in suis tract.crim. part.2.lib.6.cap.28.n.28.& 25.n.10.* vbi bene cõprobat immunitatem Ecclesiæ esse etiam extẽdendam ad illius cœmeterium,*& dicto cap.25.n.9.post medium,*ex Alex.quæ allegat ampliat etiã quòd cœmeteriũ distaret ab Ecclesia vltra quadraginta passus, *& ibid.n.11.* vbi tamen quòd talis immunitas non extẽditur vltra cœmeterium, etiam per duos passus, *& n.12.* vbi de confugiente ad atrium Ecclesiæ, *& n.13.* vbi de confugiente ad septa Ecclesiæ, & ibi declarat quæ dicantur septa,*& n.17.* vbi prædicta ampliat in eo,qui manu tangit portam Ecclesiæ, non valens intrare, ex quo est clausa:& idem in eo qui stat in atrio,vel porta ipsius Ecclesiæ,*& n.21.* vbi de eo qui in Ecclesia vel cœmeterio., non habet totum corpus, vel totam manum, vel pedem, si inde vi extrahitur per aliam manum, vel alium pedem, vel etiam per pallium, quod adhuc debet ipsi Ecclesiæ restitui.

AMPLIA VII. Etiã in enormibus delictis, † in quibus 15
ad Ecclesiã confugientes gaudent immunitate Ecclesiæ,text. est *in d.cap.inter alia,*ibi, *Quantumcunque grauia maleficia,*& ibidẽ Abb.*n.24.extr.de immun.Eccl.*Couar.*var.resolut.lib.2. cap.20.n.1.prope finẽ,*vbi loquitur in vtrinque scelerato,&c. & sic in quocunque scelere,& crimine etiam graui:& iterũ, *n.6.in fin.vers.Septimò deducitur his, &c.* vbi testatur de frequẽtissima * opinione Gig.*de crim.læsæ maiestat.lib.1.tit.qua-* *liter,& à quib.crim.læsæ maiesta.committ.quæst.10.n.3.& n.9.* vbi adducit iura,Conrad. *in pract.tit.de captura,nu.6.in fin. fol.mihi 268.col.2.* vbi post Alex.quem allegat,*in consil.145. n.4.6.11.vol.7.*testatur non solùm de cõmuni, sed etiam seruata opinione,Ioan.Mar.Mõticel.*reg.crim.12.n.17.* Additio ad Ang.*de malef.in verbo,Quòd fama publica præced.n.59.in litera B,*Roman.*cons.227.n.3.*& ibi per Mandos.*in addit.litera C.*vbi & alij adducũtur,à quibus licèt discedere videantur plures Doctores relati *in addit. ad Ang.de malef. in loco nuper citato,*& per Cõrad.*vbi suprà,dict.n.6.* sublimitat tamẽ Iacob.de Rauenn.& Petr.de Bellaper. *in l.2.C.de his,qui ad Eccl.cõfug.*prout illos refert,sed nõ sequitur Couar.*in d.vers. Septimò deducitur,*&c. Marsi.*in l.vnic.C.de rapt.virg.n.100.* vbi generaliter dixit,quòd cõmittens enorme crimen non est securus in aliquo loco, sed potest vbique capi & puniri, & iterum idem Marsi.*in tract.de bannit.in verbo,capti,num.33.* Iodoc.*in pract.crim.tit.de citatione reali, id est,captura,n.20.* & 22.Foller.*in pract.crim.in verb.Notatos capiat de persona, n.6.*vbi allegat Cy.Bart.& Doct.*in d.l.2.C.de his,qui ad Eccl. confug.*Franc,Cason.*post tract.de torm.c.9.titu.de captura,& carcere,n.6.*Boër.post Ang.*de malef.*quẽ allegat,*d.decis.109. sub n.1.*Nicol.Morõ.*in trac.de fide,treug.& pace,q.103.n.10.* & pro horũ opinione videatur text.*in §.neque autẽ,in Auth. de manda.Princ.collat.3.*Non per hoc tamẽ recedas à firmata ampliatione,quæ,vt vides,& verior & cõmunior * est, de iu- *

re ca

re canonico,cui,vt suprà dixi,num.6.omnino standū est potiùs,quàm iuri ciuili in immunitatibus Ecclesiarum,& pro ea adde etiá Decian.*d.lib.6.cap.28.n.1.*quamuis contrariū,quòd scil.in enormibus & grauioribus criminibus locum non habeat ecclesiastica immunitas, voluerint Iac.de Aret.& Petr. de Bellap.in locis relatis per Decian. *d.cap.28.n.20.in fin.*

16 LIMITA Hanc ampliationē non procedere, † quando delictū est atrocissimū, & tale, vt propter illud clericus esset degradandus,& tradendus curiæ seculari:nam tunc nō gaudet immunitate templorum,etiam de iure canonico,vt infrà dicā in limitationibus huius Quæstionis, de homicidio proditorio per insidias,vel per assassiniū, & in specie sic declarat Couar.*d.c.20.n.16.ver.Quæ in re ipse considerandū esse censeo.*

17 AMPLIA VIII.Etiam in raptoribus virginum: † licèt enim de iure ciuili raptores,adulteri,& alij,de quibus *in d.§. neque autem,in Auth.de mand.Princ.collat.*3.& per glo.*in l.1. in verbo,abducere,C.de his,qui ad Eccl.confug.* non gaudeant immunitate templorum,sicut etiam & per ista iura hoc idem tradiderūt Cyn.Bart.& Doct.*in d.l.*2.Ang.*de malefi.in d.ver. Quòd fama publica præced.n.*59 Boër.*dec.*109.*n.*1.Ioan.Mar. Mōticel.post Milleum,quē allegat *reg.*12.*n.*24.*&* 25. Iod.*in pract.crim.tit.de citatione reali,id est,captura,cap.*15.*n.*20. *& cap.*106.*rub.de violat.templorum,n.*12.vbi quòd quicquid in contrariū disponant iura ecclesiastica,illa de facto nō seruātur per Iudices seculares,Nicol.Moron.*in tract.de fide,treug. & pace.q.*103.*n.*16. vbi alios adducit Conr.*in pract.tit.de captura,n.9.vers.Sublimita tamen,* vbi refert Sal.*in l.2. & in l. præsenti, C.de his qui ad Eccles.confug.* & Papien. *in pract.in forma inquisitio.in verbo,Hæc est quædam inquisitio,&c.n.*40. testātes ita seruari in Italia,licèt contrariū seruetur apud Gal-

18 los, † imò etiā de iure canonico virginum raptores tutos nō esse in Ecclesia veriùs crediderit, post Marsi.quē allegat,*in l. vnic.n.*109.*C.de rap.virg.* Couar.*var.resolu.lib.*2.*d.c.*20.*post n.*8.*vers.A quibus ipse libētissimè dissentio,*&c. motus præsertim,quia tale crimen grauissimū est,& valdè scandalosum in

19 Republica, † multò tamen verius & cōmunius * est de iure

* canonico,& raptores,& adulteros ad Ecclesiam confugiētes tutos esse,& inde inuitos euelli non posse,sicuti bene probat text.*in cap.de raptorib.*16.*q.*1.& per illum text.ita tradiderūt Ant.Gomez *var.resol.tit.quādo reus gaud.imm.Eccl.sub n.*11. Henric.Boic.*in c.Ecclesiæ.de imm.Eccl.* vbi testatur de com-

* muni* opinione,de qua etiā testātur Remig.*in tract.de imm. Eccl.fol.*197.*fall.*28.idem Couar.*vbi supra.n.*8. (licèt ipse,vt

* præfertur,hāc cōmunem* nō sequatur) Clar.*in pract.§.fin.*

20 *d.q.*30. Sed quæro,nūquid ante finē. † vbi ampliùs testatur in facti cōtingentia,se vidisse restitutū Ecclesiæ quendā con-

21 demnatū pro violentia illata mulieri, 17. Maij 1567. † licèt seçus è contrà seruatum indistinctè viderit in sacrilegiis (de quo dixi *in Franc.*57.) prout etiā est text.*in c.frater,* 17.*q.*4. & tradit Boër.*dec.*110.*n.*3.hæc autē iura Cæsarea violētia raptores,adulteros,& alios,de quibus *in d.§. neque autem,* non esse tutos in Ecclesia,& in ea etiā inuitos capi posse per Iudi-

* ces,correcta esse de iure canon.apertè cōmuniter* teneri testatur etiam Sūma Angelica *in §.immunitas,n.*17.*in fin.* Syluestrina,*in c...§.immunitas,*3.*in* 1.*q.n.*2.Io.Barb.*in suo viatorio iuris,rubr.*33.*de violat.immunit.n.*2.*vers. iura autem ciuilia.*Alex.*cons.*145.*n.*4.*in fin. & n.*11.*lib.*7. quē etiam refert Conrad.*vbi supra,d.n.*6.*in fin.* Ioan.Fab. *in §.Sed hoc tēpore, post numerū 2.Instit.de his,qui sunt sui,vel alien.iur.*vbi quòd hæc dispositio iuris canonici cōsuetudine approbata est,Bosi. *in tit.de captura,post num.*21.vbi quòd ita seruatur à Iudicib. Deum timētibus.Bonacos.*in comm.opin.part.*1.*vers.Ecclesia habet immunitatem,ad fin.* vbi post Clarū *vbi supra,* dicit ita

* se habere cōmunem * opinionē à cōsuetudine approbatam, & in adulteris:cùm antiqua adulterij pœna sit consuetudine sublata,quòd tuti sint in Ecclesia; videtur admittere Decian. *d.lib.*6.*c.*28.*n.*22.& hæc vltima opinio tanquam magis fauorabilis Ecclesiæ,tenēda est iudicio meo,in iudicando & consulēdo,nisi simus in loco,in quo contrarium de cōsuetudine seruetur. Nec me mouet ratio per Didacū in contrariū considerata,scilicet atrocitatis delicti, & scādali in Republica; nā non pro omni atroci delicto quis perdit priuilegiū immunitatis templorū:immò confugiens ad Ecclesiam tutus est pro quocunq; graui crimine,excepto publico latrone & nocturno populatore,*vt in d.cap.inter alia,extra de immun.Eccl.&* dixi *suprà,n.*15.Sed quando delictum est taliter atrox,vt pro eo clericus possit curiæ seculari tradi, tunc crederem cessare priuilegium templorum prædictū,vt pariter dixi *suprà,n.*16. sed pro raptu licèt atrox sit delictum, clericus absque incorrigibilitate nō traditur curiæ seculari, vt latiùs suo loco suprà est ostensum,*in tit.de inquisit.sub quæst.*8.ergo nec etiam poterit pro tali crimine inuitus ab Ecclesia extrahi.Vide tamen in proposito eundem Decian.*d.lib.6.eod.cap.*28.*num.*20. vbi relatis hinc inde contrariis tenet etiam de iure canonico raptores non esse tutos in Ecclesia,quando raptus est commissus præcedentibus insidiis & malis artibus. Quod quidem aliud non est dicere, nisi comprobare opinionem Marsilij & Didac. in locis præcitatis, quia semper raptus cum istis insidiis & malis artibus committi solet. Idèo ex præallegatis, magis communiter à * Doctoribus receptis dubito de opi- *
nione & distinctione Deciani.

AMPLIA IX. Etiam † in homicidis ad Ecclesiam con- 22
fugientibus : quia licèt de iure ciuili ab ea extrahi possint,vt est casus *in §.neque autē homicidis,in Authen.de manda.Princip.*notat.gloss.*in l.2.in verbo,abducere,C.de his, qui ad Eccl. confug.* & tradunt omnes Doctores suprà allegati, *n.*17. qui generaliter loquuntur non solùm in raptoribus, & adulteris, sed etiam in homicidis,& aliis casibus enumeratis *in d.§.neq; autem.*Quia tamen dictū ius ciuile est correctum per ius canonicum, vt in specie tradunt omnes Doctores pariter suprà allegati,*num.*21. & magis in terminis tradit Couar. *var.resol. lib.*2.*d.cap.*20.*n.*7.*vers.Nona ab eisdem conclusionibus,&c.ad fin.versic.* Ius autem canonicum licèt excipiat multos casus, in quibus delinquens non gaudet immunitate Ecclesiæ,non tamē reperitur,quòd excipiat homicidas,vt videre est *in cap. inter alia,& in cap.fin.extra de immun.Eccl.* ac in aliis canonibus de immunitate ecclesiastica tractātibus. idcirco arguēdo à casibus exceptuatis firmant regulam in contrariū,etiam homicidas ad Ecclesiam cōfugientes tutos esse,& inde inuitos extrahi non posse,facilè concludi potest prout post glossam,*in d.cap.inter alia,* tenuerunt plures relati per Boër.*decis.* 109.*n.*3.*versic.Et sic vult homicidam,& n* 4.Petr.à Placha *in epit.delict.lib.*1.*cap.*34.*num.*15.vbi alios adducit concordantes. Couarr.*vbi suprà,dict.num.*7.*in fin.* vbi testatur de communi opinione, Clar.*in pract.§.fin.quæst.*30.*versic. Sciaś tamen*, vbi quòd ita ab omnibus indifferenter obseruatur, siue homicidium sit casu, & culpa commissum, siue etiam dolo, nulla tamen animi deliberatione ex interuallo præcedente, quicquid in contrarium distinguendo inter homicidium casuale,& voluntarium, tradiderit Boër.*dicta decis.*109.*num.*5. 6.*&* 7. Quibus addo Decian.post huius libri secundam impressionem habitum, *in suis tract.crim.part.*2.*lib.*6.*cap.*28. *num.*16. vbi aliis relatis, hanc nonam ampliationem à contrariis defendit, & eam dicit communem, & sæpius ab ipso, dum fuit assessor,seruatam.

AMPLIA I. Hāc nonam † ampliationē non procedere 23
in homicidio deliberatè, & ex proposito cōmissio : talis enim homicida,nec etiā de iure canonico tutus est in Ecclesia, sed ab ea inuitus extrahi potest, per ea quæ latè deduxit Boër.*in dicta decis.*109.*num.*5.*& seqq.*vbi etiam id probat authoritate veteris Testamenti,& vltra Boër. hoc idem tradidêre Anchara. Speculat.Alex.Guido Papæ, Alciat.& alij, in locis relatis per Couarr.*var.resolut.lib.*2.*d.cap.*20.*num.*7.*in princip. & in vers.In his profectò casibus,* quorum opinionem ibi communem * dixit (licèt hanc cōmunem non sequatur) Plot.*consil.* *
*crim.diuers.*133.*num.*19.*volum.*1. quem refert & sequitur Ioseph.Ludou.*in suis decisio.Lucen.decis.*16.*num.*33.*& seqq. lib.*1. Papien.*in forma inquis.in verbo,hæc est quædam inquisitio,num.*31.*in fin.* vbi quòd ita bene & prudenter seruatur in Italia,quæ residet in Monarchia, & in qua apparet omnis virtus scientiarum & licèt Conrad. *in pract.titul.de captura, num.*6.*in fin.fol.mihi* 268.*colum.*2. ex Alexand. *in cons.*145. *num.*4.6.11.*lib.*7.dixerit,secundùm communes* opiniones, *
seruari quòd talis homicida non possit ab Ecclesia extrahi, & hanc opinionem etiam seruari dicat Blanch. *in sua pract. crim.fol.*4.*num.*26. quam post Abb.quem allegat,veriorem etiam dixerit Couarr.*vbi suprà,in d.vers. In his profectò,&c. in fine,*& in quam inclinasse videtur etiam Gigas *in tract. de crim.læsæ maiest.rubr. Qualiter & à quibus crim. læsæ maiest. cōmit.quæst.*16.*n.*19.*in fin.vers.Nec assentio,&c.& n.*21.*vers.*

& idem

& idem dicas. & Doctores contrarium asserentes communi-
* ter* reprobari testetur Marian.*in cap.1.num.3.de homic. & in tract.de citation. artic.17.quæst.sexta,col.1.*& post eum Bosi. *in tit.de captura,n.21.ad fi.*non per hoc tamen recedendum crediderim in iudicando à proposita limitatione,quæ non solùm magis communis est, sed etiá magis seruata in practica, vt plures id testantes,quos & ipse sequitur,allegat Clarus *in pract.dicta q.30.ver.Punctus est*,vbi etiam refert plures casus, in quibus Senatus Mediolani hanc approbauit declarationẽ. [Et pto ea addo Menoc. quem post hæc scripta habui,*in tr. de præsumpt.lib.5.præsumptio.10.n.16.* vbi dixit, quòd occidens aliquem ex proposito,& animo pensato, & deinde statim ad Ecclesiam confugiens,huc ideo potest ab illa extrahi, quia præsumitur occidisse spe,ac animo recipiẽdi se in Ecclesiam.] Addo pro hac eadem prima limitatione,Decian.pariter post hæc scripta habitum, *in suis tract.crim.lib.9.c.28.n.15. per totum*,vbi latissimè,& pluribus rationibus illam comprobat,eámque dicit veriorem,æquiorem,magis communem,& communi consuetudinẽ receptam & seruatam.

24 LIMITA II. Hanc eandem nonam ampliationem, † & multò magis nõ procedere in homicidio per insidias,vel aliàs proditorie commisso. Talis nempe proditor homicida,nõ est dignus immunitate Ecclesiæ, sed ad illam confugiens potest inuitus ab ea extrahi.Sic enim probat text.*in c.1.de homic.*vbi registratum est id,quod habetur *in Exod.* 21. *Quod qui percusserit hominẽ, volens occidere,morte moriatur:qui autem non est insidiatus,sed Deus illum tradidit in manus eius,constituam tibi locum,in quo fugere debeas: & si quis per industriam occiderit proximum suum & insidias.ab altari auelles eum,vt moriatur.*Ecce ergo quòd ex sacris literis,& ex præfato canone sit aperta differentia inter homicidium non industriosè & per insidias commissum,& inter insidiosum & industriosum homicidium.Primo enim casu constituitur locus,quo homicida fugere possit. Secundo autem casu ab altari auellitur,vt moriatur:& ita illum textum generaliter in quolibet homicidio non solùm per insidias & industriam commisso, sed generaliter in omni proditorio homicidio fore extendendum, post gl.*in d.cap.in verbo,Per insidias*,tradiderunt Anch.Aná. & Fel.*in d.c.1.* Aret.*in c.cùm non ab homine, col.10. extra de iud.*Guido Papæ *dec.121.* Alex. *cons.145.n.5.lib.7.* Spec. *in tract.de concilio,2.par.tit.45.* idem Anch.*in d.c.inter alia, de immun. Eccles.*Alc.*de præsumpt.reg.3. præsumpt.33. & lib.7. Parerg.cap.6*,Chassan.*in consuet. Burg. rubr.1.§.5.vers. Archidiaconus,&c.n.113.* Couarr.*var.resol.lib.2.d.c.20.n.7.* vbi
* quòd hæc interpretatio est communis, * & à consuetudine Christiani orbis admodũ recepta,Io.Mar.Mõtic.*in sua pract. crim.reg.12.n.25.vers.limita octauò.*latè etiam authoritate sacrarũ literarum ex veteri Testamento comprobat Boër.*d.dec. 109.n.5.& seq.*vbi post Io. Gallum, quem allegat,ita seruari testatur in Parlamento Parisiensi,& ita etiam apud eum iudicatum in curia Burdeg.Io. Berb.*in suo Viatorio iuris, rubr.3. de violator.immun.vers. Septimus,quando quis,fol.11.*Gig.*de crim.læsæ maiest.lib.1.tit. qualiter & à quibus crimẽ læsæ maiest. comm.q.10.n.17.* vbi relatis contrariis innumeris præcedentib. sic tandem concludit sibi magis placere opinionẽ Anch. & Ananiæ,de quibus *suprà*,Ant.Gom.*var.resol.c.10.tit.quãdo reus gaud.immun.Eccl.num.2.vers.5.limita*,vbi quòd cùm
* hæc opinio sit communis,* & maximam cõtineat in se æquitatem,non est ab ea iudicando recedendum, licèt contraria in puncto iuris sit verior, Pet à Placha *in epit. delict. lib.1.c.21.n.6.& seq.*vbi recantat tradita per Couarr.*in loco nuper citato* Iod *in pract.crim.c.106.tit.de viola.templor.n.7.& n.20.* vbi quòd in hoc omnes Canonistæ simul consentiunt, Clar. *in pract.crim.d.q.30.vers.Scias tamen,& v. Hoc autem multò magis*,post Igneum.Remig. & Milleum, quos allegat, dixit
* hanc opinionem non solùm vt suprà communiorem * esse, sed etiam magis in vsu & in practica receptã.Et licèt per aliquos alios Doctores plures dentur intellectus ad tex.*in d.c.1. de hom.* ex quibus recedãt ab hac limitatione & declaratione,& contra eam expressè saltem respectu laici tenuerit Ab. *in dict.cap.1.& in dict.capite cùm non ab homine, & in c.at si clerici,in prin.n.39. extra de iud.*quem Abb.secuti sunt aliqui alij Doctores relati per Boër.*in dict.dec.109.n.3.*per Gig.*dict. quæst.10.n.9.& plurib.sequentib.* & dicti varij intellectus recitantur per Couarr. *vbi suprà,d.n.7.vers. Verùm opinio contraria,& vers.tandem his prænotatis,*& per Ant. Gomez.*d.n. 2.in eadem 5.limitation.vers.Sed aduertendum,&c.*vbi quòd hæc contraria opinio in puncto iuris est verior, licèt alia sit communis,& per Petr.à Placha *d.cap.21.num.6.vers. verum enimvero contraria sententia,&c.fol.mihi 329.in fin.* Non per hoc tamen recedas à suprà firmata prima opinione & limitatione,quæ,vt vides,& æquior est,& communior,* & magis *
seruata:& argumentis ac rationibus contrariis bene respondetur per Couarruuiam & Placham in locis præcitatis: si enim(vt prædixi in præcedenti limitatione) simplex homicida præcedente occidendi deliberato consilio,non est tutus in Ecclesia, & ab ea etiá inuitus extrahi potest;tantò magis poterit extrahi occidens per insidias,& proditoriè, cùm plus sit proditoriè hominem occidere,quam ex proposito & deliberatè,prout in istis terminis considerat Gig.*dict.quæst.10.num. 19.*& dixi *suprà in titulo de delict.& pœnis, quæst.18.n.73.& segg.* vbi etiam quando & quot modis homicidium dicatur proditoriè commissum. Et hodie hæc limitatio procedit sine difficultate vigore Bullæ Gregorij XIV. super immunitate Ecclesiarum, quæ expressè hunc casum excipit, vt patet ibi, *Aut.qui proditoriè proximũ suum occiderint,&c.* Sed generaliter quòd occidens per insidias,& per industriam, siue clericus,siue laicus sit,non gaudeat immunitate Ecclesiæ,pluribus comprobat:respondet contrariis,dicitque communem,& veram sententiam Dec.*d.lib.6,c.28.n.12.13.& 14.& n.19.* vbi idem de occidente aliquem veneno,nam & is proditor dicitur,vt ibi per eum.

AMPLIA Præcedentem secundam limitationem,† vt pro- 25
cedat non solùm in occidente proditoriè, sed etiam in occidere volente,& sic in vulnerante animo occidẽdi,licèt mors sequuta non fuerit:nam & is immunitate Ecclesiæ non gaudet,secundùm Ioan.Igneum,*in l.1.§.si dominus,n.7.ff.ad Syllan.*vbi *n.*20.ita aliàs testatur iudicatum fuisse, sequitur Couar.*var.resol.lib.2.cap.20.post.n.7.vers. Quæ quidem interpretatio,*& licèt ibidem Couar.testetur,hanc ampliationem non placuisse Boer.*in d.dec.*109 & Rebuffo *tomo Regiarum const. de immun. artic.1.quæst.1.* ac etiam ab ea discedere videatur Decian.*d.l.6.c.28.n.17.*aduerte tamen quòd imò Boër. *in d. dec.109.sub.n.7.in lib.meo*, testatur hanc eandem ampliationem fuisse apud eum in senatu Burdeg.seruatam in quodam, qui in Ecclesia vulnerauerat Sacerdotem & seruientem regium; dicitque illi sic vulneranti,etiam quòd mors sequuta non fuerit,fuisse amputatam manum,prout etiam & hoc idẽ pariter testatur fuisse antea seruatum in quodam Gulielmo presbytero,qui in Ecclesia non occiderat, sed solùm irruerat contra seruientem,& in hac eadẽ sententia videtur se firmare Petr.à Placha *d.c.21.sub vers.ru sus*,vbi & in idem allegat Rebuffum in loco *vbi suprà*,in contrarium per Didacum allegatum. Nec obstat huic ampliationi consideratio eiusdem Plachæ in loco citato,sumpta ex tex.*in d.c.1.de homic. in illis verbis,Si quis per industriam occiderit proximũ suum,&c.*ponderando præcipuè verbum *occiderit*: quod verbum minimè de vulnerante intelligi potest,cùm ea,quæ de occiso loquũtur,actum exigant perfectũ, *l.1.§. hæc verba.ff. quod quisque iur.l.1.ff.de extraord.crim.*Bal.*in l.damni infecti,§.Sabinus,ff. de damno infecto*;cum aliis ibi per eum allegatis.Nam pro responsione erit quoque aduertendum,quòd imo textus ille *in d.cap.primo* expressè loquitur non solùm in occidente,sed etiam in vulnerante animo occidendi,vt patet ibi, *Qui percussserit hominem volens occidere,moriatur, &c.* Et deinde distinguendo subsequitur. *Qui autem non est insidiatus,sed Deus illum tradidit in manus eius,constituam tibi locum,in quo fugere debeas. Et si quis per industriam occiderit proximum suum,& insidias,ab altari auelles eum, vt moriatur.* Et sic primò in eo textu fit regula generalis, quòd pœna mortis est non solùm in eo qui occidit,sed etiam in eo qui volens occidere percussit. Sed si id factum fuerit sine insidiis, constituetur locus,ad quem delinquens confugere debeat,secus si cũ insidiis,adeò quòd qualitas illa volentis occidere,licèt non occiderit,censetur repetita etiam in subsequentibus.

LIMITA II. Dictam nonam principalem ampliationem 26
† multò magis non procedere in homicidio facto per assassinium:nã assassinus proditor est,& plus est,occidere hominem per assassiniũ, quàm ex proposito & deliberatè:taléque crimen grauissimũ esse dicam,Deo optimo maximo concedente,*infrà*

te, *infrà in 3.libr.harum quæstionum criminaliũ, tit. de hom.* & propterea assassinũ minime gaudere immunitate templorũ, ad Ecclesiámque confugientem posse inuitum ab ea extrahi: * & cõmuniter* seruatur, ac etiã probat text. *in cap.1.de hom.in 6.* Spe. *in trac.de concilio, secunda par.capit.45.* Remig. Gon. *in trac.de immun. Eccl.in 15.fal.n.8.fol.143.* Dec. *d.lib.6.c.28.n.* 18. vbi etiã qui in proposito dicantur assassini (de quo tamen vltimo suo loco dicã *in tit.de homic.*) Marc.Mant. *obser. libro 5.obser.41.* quos omnes referendo sequitur Pet.à Plac. *in epit. delict.c.19.n.24. & seq.fol. mihi* 305. & 306. vbi testatur de * crebriori,* & magis recepta sententia apud omnes hac de re scribentes, *in d.cap.1.de hom. in 6.* eámque post præallegatos

27 Doctores ampliat duobus modis.† Primò, etiã quòd effectus non fuerit sequutus. Secundò, etiã in fautoribus & receptatoribus assassinorũ. & Placham ibi suprà, pariter refert & sequitur Clar. *in prac.§.assassinũ, vers.itẽ licèt assassiniũ.* Et pro hac limitatione facit optima ratio: quia quando sumus in atrocissimis delictis, pro quibus clericus degradatur & traditur curiæ seculari, immunitas templorũ non habet locũ, vt suprà dixi *in hac eadem q.n.8.* Sed pro assassinio clericus degradatur & traditur curiæ seculari, vt pariter dixi *suprà in primo tit.de inquisitione.q.8.n.81. & seq.* ergo pro assassinio non gaudet tali immunitate, [prout & casum assassinij excipit Bulla Gregorij XIV. de qua suprà, in illis verbis, *Aut assassini, &c.*]

28 LIMITA IV. In† homicidio cõmisso in clericum: nam is ad Ecclesiã confugiens potest inuitus ab ea extrahi secũdùm Ancharanũ *in c.ea quæ, col.29. in fine, vers.Quæro, & col.30. in prin. in vers.Quidam miser sacerdos, de reg.iur.in 6.* sicut illum refert & sequitur Gigas *in trac.de crim.læsæ maiest.lib.1.rubr. qualiter & a quibus crim.læsæ maiest.cõmit.q.10.n.16. ad mediũ.* Berb. *in suo viatorio iuris, rubr.33.de violator. immunit.v. Secundus in interficiente clericum.d.decis.109. sub n.7.* vbi &, quod plus est, etiã apud eũ seruatũ fuisse testatur in vulnerãte sacerdotẽ, Iodoc. *in pract.cr.c.106. rub.de violatione templorum, n.14. mihi* 297. Dec. *in suis tract.crim. lib.6.cap.28.n.11. par.2.* & ratio huius limitationis est in prõptu: quia qui sacrilegiũ committit, non gaudet immunitate Ecclesiæ, vt suprà

29 dixi in hac eadem *q.n.21.* † Sed sic est, quòd percutiens clericũ, aut quãlibet aliam ecclesiasticam personam sacrilegium cõmittit, *cap.si quis deinceps, 17.quæst.4.* notat Foller. *in pract. crim.can.capitulo 17. in verbo, Vt si est sacrilegium, n.10. ergo.*

30 AMPLIA X. Principalem regulam huius Quæstionis,† vt multò magis procedat in debitore ex causa ciuili: captus enim in Ecclesia pro ciuili debito, est malè captus, & debet relaxari, secũdùm Marsi. *in l.vnica.n.111. C.de rapt.virg.* vbi testatur ita seruari de cõsuetudine, nec dissentit Boss. *in tit.de captura,* * *n.26.* vbi quòd ita tenent cõmuniter* Doct. *in l.plerique, ff.de in ius voc.* etiã in casu in quo secundùm statuta, vel aliter ipse debitor possit capi secundùm Marianũ ibi per eũ allegatum, qui reprobato Oldrado *in d.cons.52.* aliter isto casu tenente, dixit opinionem Oldradi multùm rigidam, & in practica nõ seruari. Et quidem hæc ampliatio nullam habet in iure difficultatem, propter generalitatem textus *in d.l. præsenti, C.de his, qui ad Eccl.confug. & in c.si quis contumax, & in c.miror, 17.q.4.* Si enim, vt suprà dixi, *num.15.* omnis delinquens pro quocunque crimine etiam graui tutus est in Ecclesia, nec in ea capi potest: multò minùs capi poterit, & in ea tutus erit debitor ex causa ciuili: esset enim ridiculũ dicere, quòd delinquens in Ecclesia capi non posset, debitor autem sic. Verùm ad hanc ampliationem vide omnino tract. per Decian. *in suis tract.crim.lib.6.cap.28.num.24. per totum.*

31 AMPLIA I. Hanc ampliationem†, etiam quòd debitũ sit publicum, sicut legitur in sacris litteris, *in Machab.1.cap.10.* Capella Tholos. *dec.422.* Summa Syluestrina *in verbo, immunitas, 3.§.3.* Couarr. *var.resol.lib.2.d.c.20. num.14. sub vers.c. Sed profecto. &c.* vbi post Cynum, & Abbatẽ, quos allegat, dixit quòd licèt contrariũ iure Cæsareo sancitũ sit *in §.publicorum, in Auth.de mand. Princip.* tamen textus tanquam iuri pontificio contrarius, reciplendus non est: nec dissentit Boss. *d.tit.de captura, n.26.* Ad quæ vide Dec. *dict. libro sexto, eodem capitulo 28.n.26. & 27.* vbi quòd de obligato ad ratiocinia, & exactoribus tributorum.

32 AMPLIA II. Hanc eandem decimam principalẽ ampliationem, † vt procedat etiam in debitore suspecto de fuga: is enim ad Ecclesiã cõfugiens non potest inuitus ab ea extrahi, vt per Abb. *in d.c.inter alia, n.22. extra de immun. Eccl.* Ripa *in cap.1.n.88. de iud.* Lud. Gomez. *in §.superest, n.66. Instit.de act.* Dec. *in l.vinum, in 2.not. ff.si cert.pet.* Remig. Gong. *in tr. de immun. Eccl.fol.27.n.4.5. & 6.* vbi hanc ampliationem dixit communem* & seruatam, prout pariter eam communem * dixerunt, & aliis Doctorum auctoritatibus comprobarunt, Couarr. *var.resol.l.2.c.20.num.14. vers. Sed profecto debitorem fugitiuum,* & Duen. *cons.175. in 3. limit.* & licèt contrarium tenuerit Ias. per quatuor fundamenta *in d. l. vinum ff.si cert. pet. & in d.l.plerique, n.26. ff.de in ius vocan. & in leg.1.§.sed excipiuntur, numero 8. ff.de fer.* Eius tamen opinio communi- * ter* per Doctores reprobatur, & eius fundamentis bene respondetur per Dec. *in d.l.vinum, n.8.* & per Purpurat. *n.10. ff. si cert.pet.* per Lud. Gomez. Remig & Didacum in locis præcitatis, nec ab hac dissentit Decian. *d.l.5.cap.28.n.34. vers.limitant tamen.*

LIMITA Hanc decimam ampliationẽ† non procedere in 33 mercatoribus fraudulenter fallitis, qui (vt bene ponit Couar. *var.resol.lib.2.c.20. numero 14. vers.nec Iasonis argumentatio, in fine*) maximo reipublicæ dispendio, ex pecuniis & rebus alienis, dum negociationem quæstuariam exercent, vsuris & fœnoribus strenuè dantes, lautè & opiparè viuentes, decocti tandem versuram faciunt & ad Ecclesiam confugientes, creditores omnes miserè fallunt. Hoc nempe grauissimum crimen est, taléque tanquam publici latrones à diuersis constitutionibus grauissima & capitali pœna plectuntur, & in statu ecclesiastico habemus Bullam sanctissimæ memoriæ Pij V. de qua latiùs dixi suprà, *in tit.de delictis & pœnis, q.29.* hos itaque immunitate ecclesiastica minimè gaudere rectè quidem, iudicio meo, scripsit Boër. *decis.215.n.7.* Decian. *d.capit. 28.n.34. in fine.*

AMPLIA XI. Eandem principalem regulam† vt procedat 34 etiam in confugientem ad Ecclesiam nõ consecratam, in qua diuina officia non celebrantur, tex. *in c.Eccl.* vbi Host. Io. An. Card. & Henr. *extra de immunit. Eccl.* Summa Syluestrina *in verbo, immunitas, 1.q.1.* & ita frequentiori* interpretum sen- * tentia obtentum est, teste Didaco *var. resol.lib.2. capit.20.n.* 4. licèt glos. *in d.c. Eccl.* requirat etiam diuinorum officiorum celebrationem, & Didacum *vbi suprà* refert & sequitur Clar. *in pract.§.fi.vers.Quæro si contracta,* vbi ex Remigio & Bonifacio, quos allegat, dicit etiam ita seruari de consuetudine: quæ consuetudo, vt optimè adnotauit Did. post Gulielm. Ab. & Mayner. quos allegat in loco præallegato, plurimùm hac in re attendenda est: dicítque ecõtra in aliquot vrbibus Prælatos immunitatem istam tantùm admittere in Ecclesiis, quæ sanctissimam Eucharistiam continuè ad publicam venerationem & adorationem habent: secus in aliis. Sed circumscripta consuetudine, non recedas à proposita ampliatione, quam referendo Clarum *vbi supra.* sequitur etiam Bonacos. *in commun.opin.crim.parte prima, sub ver. Eccl.habet immunitatem, fol. mihi* 56. *col.2.* dummodo tamen ipsa Ecclesia sit constructa authoritate Episcopi, & non aliàs, sicuti declarãt præallegati Doctores. Addo & post hæc impressa Decianum *vbi supra, dicto cap.25.n.8. & cap.24.n.24.* vbi licèt videatur tenere quòd Ecclesia non consecrata minimè gaudeat immunitate Ecclesiæ, nisi in ea celebrentur diuina officia, dicit tamẽ esse aduertendum ex Couar. Remig. & Clar. in locis præcitatis communem esse opinionem, quòd Ecclesia non consecrata simpliciter gaudeat immunitate Ecclesiæ.

AMPLIA XII. Etiam† in Ecclesia interdicta, ad quam de- 35 linquens confugiẽs tutus est, nec ex ea potest inuitus extrahi, vt per Hostien. *in summa, in tit.de immun. Eccl.§.in quantum col.2.v.Sed nunquid hoc priuilegium,* vbi arguit pro, & contra, & tandem residet in proposita ampliatione, ea potissimùm ratione motus, quia immunitas Ecclesiæ, ob Dei honorem & illius causa præstatur, ideo propter hominum culpam cessare non debet: & Hostiensem, *vbi supra,* refert & sequitur Marsi. *in l.vnica.n.116. & seqq.C.de rap.virg.* sequitur etiã Io. Mar. Monticel. *in sua pract.crim.reg.12.n.14.* & est communis,* vt * post Summã Angelicam, *in verbo, immunitas, q.27.* testatur Clarus *d.q.30. vers.Idémque etiam dicẽdum est,* & post Clarũ, Bonacos. *in commun.opin.crim.par.2.vers.Ecclesia interdicta, fol.24.à tergo, col.prima.* Verùm ad hæc vide Dec. *vbi sup* *dict.cap.25.c.20.* vbi licèt referat Clar. in præcitato loco dicentem communem esse opinionem, quòd Ecclesia interdi-

cta

cta gaudeat immunitate;hoc tamé ipse prob. procedere quo ad peregrinos,quorũ ab ea Ecclesia non fuit interdicta,secus verò, quoad illos de populo, propter quorum delictum vel contumaciam interdicta est:ij.n.ad Ecclesiam interdictã cõfugientes possunt extrahi,vt per eum ibi,vbi etiam contrariis respondet: sed Decian. declaratio est, ni fallor,contra communem prædictam,quæ generaliter intelligitur,& quo ad illos qui sunt de populo illo,quorum culpa Ecclesia interdicta est.ideo non recedas à communi.

36 AMPLIA XIII. Etiam † in hospitalibus,ad quæ confugientes rei,tuti sunt,nec inde extrahi possunt,nõ aliter ac si ad Ecclesiam confugissent,sicuti dixerunt Archid.*in c.diffinimus*,17. *quæst.*4.Bald.*in l.Si quis ad declinandam.§.in omnibus.numero* 21.*vers.vnde confugiens,C.de Epis.& cler.*Ang.*de malefic.in verbo,Quod fama publica præcedente,numero* 59.*versiculo, Et quod dixi*,& ibi *in addit.litera A* Marsil.*in tractatu de bannit. in verbo,capti,numero* 32. Francisc. Cason.*post tractat.de tormen.capite* 6 *rubric.de captura & carcere,numero* 6. vbi allegat etiam Bald.*in leg.si quis ad Ecclesiam, Cod. de Episcop. & cler.*Alex.*cons.*9.*numero* 2.Ias.*in l.plerique,numero* 16.*ff.de in ius vocan.*Conrad.*in pract.tit.de captura,post numerũ quintum*,Gulielmus Mayner.*in lege nemo de domo,numero* 21. *ff. de regul.iur.* Couarr. *variar. resolut.libro* 2.*capite* 20.*numero* 4.*in fine,versic. Tertiò constat.*Decian.qui alios refert *d.c.*25. *num.*18.

37 Omnia † enim priuilegia à iure Ecclesiis concessa,hospitalibus competunt,& trãslata sunt,*per l.omnia,C.de sacrosanct.Eccl.* vt latè prosequitur Fel.*in c.de quarta.n.*3.*de præsc.* Curt.iun. *cons.*20.*Sæpe animo reuolui,vol.*1. Lud. Bologn.*cons.*33. Cor. *meum,& cons.*38.Fran.Balb.*in tract.de præscr. in prima parte quintæ partis principalis,in tertia,& quarta columna, & ibi in apostillis.*Dec.*cons.*45.*in pr.& cons.*448.*n.*4.Ias.*in* 214.*lib.*2.Paris.*cons.*50.*n.*36.*lib.*2.*& cons.*36.*n.*15.*lib.*4. Menoc.*de recup. poss.remed.*15.*n.*23. Benin.*dec.Bonon.*13.*n.*3. Quibus in locis quo ad priuilegia,Ecclesias & hospitalia æquiparari per text. * *in d.l.omnia*,communiter*admittunt,dummodo tamen dicta hospitalia sint auctoritate Episcopi fabricata, aliàs secus. Quod quomodo probetur,& quando præsumatur, vide *Benuten.d.dec.*13.*num.*4.

38 AMPLIA XIV. Etiam † in confugiente ad palatium Episcopi,in quo loco capi nõ potest, sicut nec capi potest in Ecclesia,per textum *in cap.id constituimus*,17.*q.*4. & fuit opinio * Host.quem sequuntur communiter*Doctores,vt dixit Barb. *in cons.*33.*n.*7.*lib.*4. † Et hoc modo si Episcopi palatium sit annexum Ecclesiæ intra quadraginta passus, sed etiam si sit separatè constructũ etiã vltra dictos quadraginta passus secundùm gl.*in d.c.id constituimus,in gl.* 1.quã probatũt Inn.& Host.*in c.inter alia,extra de immunit.Eccles.*Abb.*in c.Eccl.n.* * 9.& ibidem Hen.*col.fi.eodem tit.* & est communiter*recepta, teste Didaco *var.resol. lib.*2.*c.*20.*n.*5.*v.*5.*infertur*,& Remig. *in tract.de immunitate Eccl.in* 15.*ampliatione,fol.*70. vbi subdit etiam cõmunem*opinionem esse,quòd dictum palatium gaudeat immunitate Ecclesiæ,etiam quòd in eo nulla capella constructa sit:& licèt Oldrad.*in d.cons.*55 quem refert Conrad.*in pract.tit.de captura sub n.*6.*prope finem* hanc ampliationem solùm procedere crediderit, quãdo palatium Episcopi est constructum prope Ecclesiam per quadraginta passus, aliter secus,& Oldradi opmionem in praxi forensi, frequenti * omnium consensu* receptam testetur Didacus in loco præallegato,quem etiam refert Clar.*in pract.q.*30.*v.Scias etiam*, tu tamen nõ recedas à proposita communi ampliatione, nisi in loco,in quo versaris, constet tibi de cõtraria cõsuetudine: quia Didaco sic vt suprà testanti non est credendum, nisi de consuetudine Hispaniarum, vbi ipse versatus est,secus alibi, & de aliorum locorum consuetudine,vt sæpius probaui. Verùm post hæc impressa peruenit ad me Decian. *in suis tract. crim.parte secunda, lib.*6.*c.*25.*n.*14. vbi relatis & reprobatis contrariis rationibus testatur non solùm magis practicatam, sed etiam in puncto iuris veriorem esse opinionem,quòd scilicet palatium Episcopi non gaudeat immunitate Ecclesiæ,nisi vel illi cohæreat, vt sit intra passus 40. vel saltem habeat oratorium,sed an hoc idem immunitatis priuilegium trahatur etiam ad domos Canonicorum, sicut trahitur ad palatium Episcopi,vide & considera per Decian.*n.*15.*cum seq.*

39 AMPLIA XV. Etiam † in excommunicatis ad Ecclesiã cõfugientibus, datur enim immunitas Ecclesiæ nõ ratione delinquentium,& ad eam confugientium,sed propter amorem & reuerentiam,quæ Deo præstari debet. Ex delicto itaque & excommunicatione confugientis ad eam nõ priuatur Ecclesia sua immunitate, quia,vt dixi,talis honor datur Deo, qui non deliquit nec peccauit:sic inquam hac ratione moti hanc ampliationem posuerunt Host.Gul.Imo.& Hen.in locis allegatis per Didac.*vbi supra*,quos & ipse sequitur,*d.c.*20.*n.*11. & est communis,*sicuti testatur Boër.*dec.*110.*n.*7. vbi alios * adducit.quem pariter referendo sequitur Remig.*in tract. de immun.Eccl.in* 19.*fall.n.*1. Et licèt contrarium dixerit Fel.*in c.* 2.*col.*2.*de exc.*& Summa Confessorũ,*tit.de immun.Eccl.q.*5. & Rom.forsan in puncto iuris hæc ampliatio nõ transeat sine difficultate:tamen propter honorẽ Dei in practica nullo pacto recedendum esse ab ea,dixit Clarus*d. q.* 30.*vers.Quæro etiam* † per ea,quæ in simili dicũtur de percutiente clericũ excommunicatum,qui incidit in pœnas *canonis,si quis suadente diabolo*,17.*quæst.*4.non aliter ac si percussisset non excommunicatum;secundùm aliam communem,*de qua per Abb.Villalob. & Duen.in locis allegatis per eundem Clarum *in q.*77. *vers.Sed nunquid clericus excommunicatus.*Quibus addo Decian.*vbi supra,d.parte secunda, eodem libro sexto,c.*26.*n.*3.vbi relatis & reprobatis contrariis hanc 15. ampliationem testatur veriorem & communiorem. 40

AMPLIA XVI. Vt † regulà huius quæstionis procedat etiã quando birroarij & exequutores insequũtur aliquem reum, qui per loca profana aliquantulum aufugiẽs,recipit se tandẽ in Ecclesiam. Nam tũc nec etiam inuitus ab ea extrahi poterit, licèt fugere cœperit in loco, in quo captura erat licita, Bald. Rom. Alex.& Ias.*in l.plerique.ff.de in ius vocan.* Hen. Boic.*in c.fi.extra de immun.Eccl.* Chassan.*in consuet.Burgũd. rub.*1.§.5.*vers. Archidiaconus,n.*116. Ioan.Lup.*in rub.de donat.*§.38.*n.*4.Ioan.Ign.*in l.*1.*in princ.col.*2.*&* 3.*ff. ad Syllan.* Couar.*var.resolut.lib.*2.*c.*20.*n.*12. Marc. Mant.*cons.*60.*circa fmẽ,n.*17.Gig.*de crim.læsæ maiest.lib.*1.*rubr.qualiter & a quibus crim.læsæ maiest.committa.quæst.*20.*n.*33.Bossi.*in tit.de captura,n.*22.vbi dicit,quòd ita vidit seruari,& reddit rationem, quia scilicet in delictis attenditur finis,& non principiũ,quãdo sic magis fauetur defensioni rei, secundùm Bart.*in l.quod ait lex.§.quod ait lex.ff.de adulter.* Et ista ampliatio & verior & communior*est,ac etiam,vt præfertur, in praxi recepta:sicuti etiam post Remig.*in tract. de immun. Eccl.in* 30.*fall.fol.* 203.testatur Clar.*in pract.§.fi.d.q.*30.*v.pone.familia,* & licèt contrarium tradiderint Cy. *in auth.si quis ei, Cod.de adulter.* Alex.*cons.*24.*n.*26.*lib.*2.Hippol.latè *in l.vnica,n.*111.*& seqq. C.de rapt.virg.& in tract. de bannit.in verbo.capti,n.*58.*& in prac.sua crim.§.vlterius,n.*5. Quibus in locis id etiam allegat Nell.*in tract.de bann.in* 2.*par.*2.*temp.q.*29.*statuto cauetur*,sequitur Io.Mar. Monticel.*in pract.crim.reg.*12.*n.*20. non per hoc tamen recedas in iudicãdo à proposita ampliatione, quia & communior, * & verior est,vt præfertur,& optimè eam à * contrariis defendũt Bossius & Didacus in locis prẽallegatis,& Decian.*d.lib.*6.*c.*28.*n.*31. amplius quam ita semper vidit obseruari,& obseruauit. 41

AMPLIA XVII. Etiam † in carcerato ex carcere fracto aufugiente,& ad Ecclesiam confugiente:nam & is,ab ea inuitus extrahi non poterit,sicuti pluribus hinc inde adductis,tãdem cõcludit Boërius, dicens insuper ita apud eum in Burdegalẽsi Senatu iudicatum fuisse,*d.dec.*100.*n.*8. *&* 9. cuius contrarium licèt in Gallia frequenter seruari testetur Chass.*in consuet.Bur.rub.*1.§....*ver. D. Archidiac.n.*116.hæc tamen praxis iuridica nõ est,quia & ipse Chassaneus etiam sequitur de iure hanc ampliationem & eadẽ praxis in specie improbatur à Didaco *var.resol.li.*2.*dict.c.*20.*n.*13.*v.* 18. *Ex his constat,&c.* & ita etiam testatur Clar.*in d.q.*30.*post vers.pone,familia &c.* seruatum fuisse apud eum 28.Decembris,1557.dum carcerati,qui Papiæ detinebantur, effracto carcere aufugissent & in Ecclesiam se recepissent: cùm iussu Illustrissimi Ducis ab ipsa Ecclesia,in quam confugerant,extracti fuissent,Senatus iussit ipsos tanquam malè extractos Ecclesiæ restitui,nec dissentit Decian. *d.lib.*6.*c.*28.*n.*28. 42

AMPLIA I. Hanc ampliationẽ † etiam procedere in carcerato non fugiente ex carceribus,sed exeunte de licẽtia custodis cum iuramẽto de redeundo:is enim si nolens ad carceres redire,ad Ecclesiã cõfugerit,cutus est,nec ibi capi poterit, nõ 43

obstante

obstante iurata promissione prædicta, secundùm Alb.*in l.fideli,C.de his,qui ad Eccle.confug.*Hen.Boi.*in c.Ecclesiæ,in fi.de immunitat,Eccl.*Præpos.*in c.ius gentium,n.*10.*dist.*1.Aufr.*in add.ad Capell.Tholos.dec.*422.Qui omnes,teste Didaco *in d.c.* 20.*n.*13.*eodẽ ver.Decimooctauo,*&c.hanc ampliationem indistinctè admittũt,quando carcer erat iniustus:at si erat iustus, tũc non eam admittunt,qũado nõ agitur de pœna corporali: secus si periculum sit, ne ille corporaliter puniatur, quia tũc non potest inuitus ab Ecclesia extrahi. Ad quæ vide etiam idem tenẽtem Decian.*d.lib.6.cap.*28.*n.*21.*vers.Sed maior potest esse dubitatio, iuncto n.*33.

44 AMPLIA II Eandem decimamseptimam†ampliationem multò magis procedere in eo,qui non est adhuc ad carceres adductus,sed existens in manibus familiæ se ab ea exemit,& fugiens in Ecclesiam se recepit:nam & is non potest in dicta Ecclesia capi,& ad carceres duci:sic inquam post alios, quos adducit, hanc in specie ponit conclusionem Didac.*var.resol. l.2.d.c.*20.*n.*13.*ver.*Decimoseptimò perpẽsis, &c.nec dissentit Boss.qui cõtrariis rationibus respõdet,*in d.ti.de captura,n.* 23.alios refert & sequitur Decian. *d.lib.6. cap.*28.*n.*32.*& n.* 29.vbi testatur de cõmuni, & loquitur etiam in eo, qui eximit se,dum condemnatus ad mortem ducitur ad supplicium, licet secus credat quãdo non se eximat,sed birroarij eum ducant per Ecclesiam, vel cœmeterium,vt *ibid.n.*30.

45 Imò secundùm Clar. *in pract.*§.*fin.q.*98.*vers.Sed pone,*†si cõdemnatus ad mortem,dum ad supplicium ducitur,amplexetur Sacerdotem portantem sacratissimã Eucharistiam,non potest ab eo vi extrahi,nõ aliter ac si ad Ecclesiam confugisset,secundùm communem * Doctorum opinionem, de qua per Gom. *in* §.*pœnales, post n.*50.*Inst.de act.*& per Viuium *in com.op.in ver.condemnatus ad mortem,*quicquid in cõtrarium dixerit gl.*in c.quæsitum,in gl.vnica,*13.*q.*2.

46 LIMITA,seu declara hanc decimamseptimã † ampliationem,vt non procedat in eo, qui est carceratus pro aliquo delicto,pro quo Ecclesia non habet immunitatem; vt putà pro homicidio deliberato, proditorio,per assassinium,seu alio simili,de quo dixi suprà,& infrà dicã in limitationibus regulæ: nam si is ex carcere fracto aufugiat,& ad Ecclesiam cõfugiat, absurdum est dicere quòd gaudeat illius immunitate,quia sequeretur ꝙ esset melioris conditionis eo, qui absque fractura carceris in Ecclesiam se recipit,& nõ est tutus.Non est enim admittẽdum,quòd frangens carceres,& sic magis delinquẽs, sit melioris conditionis,& magis priuilegiatus eo, qui nõ frãgit carceres,& minùs delinquit,& hæc limitatio,seu declaratio licèt à Doctoribus,quos viderim,non reperiatur tacta,est tamen in se verissima,& rationabilis.

47 AMPLIA XVIII.Regulam†propositã procedere etiam in capitaliter bannitis, quos in Ecclesia minimè capi posse, & illius immunitate gaudere, dixit Clar.*in pract.*§.*fin.quæst.*30.*vers.Scias autem,*vbi propterea testatur 11.Ianuarij 1555.Senatum Mediolani iussisse restitui Ecclesię quendam Ioannem Testam,capitaliter cõdemnatum, qui ab ea extractus fuerat, & credo, quòd hęc ampliatio sit vera,& sustineri possit,quando delictum,pro quo confugiens ad Ecclesiam capitaliter bãnitur,non est tale,vt in eo Ecclesia nõ gaudeat aliqua immunitate: At si confugiens esset condemnatus pro delicto, pro quo immunitas non habet locum, prout est homicidium deliberatum proditoriũ,& per assassinium, de quibus suprà dixi, seu aliud simile, prout infrà in limitationibus principalis propositæ regulæ latiùs mox dicã:& tunc erit ridiculũ dicere, quòd capitaliter cõdemnati gaudeant Ecclesiæ immunitate, quia essent melioris conditionis,quàm non cõdemnati,quod non est dicẽdum,prout in quibusdam cõdemnatis & bannitis pro homicidio doloso & per insidias, refert Ioseph.Ludo. decis.*Luc.*16.*n.*31.*& seqq.prima par.*Quod tempore sanctissimæ memoriæ Pij Papæ V.dũ ipse esset Auditor in Marchia Anconitana,fecerint se fortes in quadam Ecclesia,ne à curia caperentur, & idem sanctissimus Põtifex iussit Domino Gubernatori,vt transmitteret curiam ad dictam Ecclesiã pro capiendis dictis bannitis,& quatenus eos capere nõ posset eos comburi faceret in eadem Ecclesia:& sic vt dixi,est intelligẽda & declaranda præsens ampliatio.Et firma stãte declaratione prædicta, quæ sine dubio verissima est, vide omnino in materia huius ampliationis Decian. *vbi supra dicto capit.* 26.*num,*8.*libro sexto, parte secunda,*vbi in primis reprobato, Mantua.*in consilio* 211.*incip.Andreas Ratus,*pluribus probat capitaliter bãnitum confugientem ad Ecclesiam,non esse in ea tutum.Deinde hanc conclusionẽ declarat duobus modis: primò,vt procedat quando agitur de puniendo illum pro eo delicto,pro quo bannitus est: secus si pro alio,quia tunc est tutus. Secundò,vt eadem conclusio procedat quãdo bannitus ex proposito vellet stare & habitare in Ecclesia, & eius circuitu,vt legi fraudem faciat,& ne à curia capiatur:secus si illa transiens insequutus à satellitibus ad Ecclesiã confugiat, quia tunc est etiam tutus, vt ibi per eum qui hoc vltimũ declarat, etiam procedere in bannito, in pœnam corporalem, secus in bannito, in pœnam pecuniariam, quem minimè in Ecclesiam sic cõfugientem tutum esse credit rationibus ibidem adductis, quas non stringere existimo:si enim tutus est bannitus corporaliter, ergo multò magis bannitus in pœnam pecuniariam.

AMPLIA XIX.Quòd † sicut delinquentes non possunt 48
extrahi ab Ecclesia, neque à palatio Episcopi, vt suprà dictũ est: ita etiam neque extrahi possunt à domibus Cardinalium sanctæ Romanæ Ecclesiæ,& ita hodie de cõmuni* consuetudine obseruari testatur Monfred.*in tract.de Cardin.capit.* 8.*in* 18.*priuilegio.*prout illum refert & sequitur Clar.*in pract.* §.*fin. dicta quæstio.*30.*vers. Item adde*, quem etiam refert & sequitur Decian.*vbi supra,dicto capit.*25.*n.*15.*in fin.*Sed certe apud nos in Vrbe, in qua amplissimi isti Ecclesiæ Cardinales residẽt, diuersimodè seruatum fuit: tẽpore enim retroacto in domibus Illustrissimorum & Reuerendissimorũ Dominorum Cardinalium,& in earũ circuitu, ac etiã in domibus Excellentissimorũ,& Illustrissimorum Oratorũ Imperatoris, & Regum:immò & in domibus cuiuscunque Magnatis,& Illustrissimi Viri, & in earundẽ domorum circuitu tuti erant non solùm debitores ex causa ciuili,sed etiã delinquentes in quocunque graui crimine,& quod plus est,etiã capitaliter banniti pro assassinio,ac aliis atrocissimis delictis, qui,vt creditur, ignorantibus dictis Principibus in earum domos, & franchigias, prout eas nuncupabãt, se ipsos,vt à curia tuti essent, conferebant: birroarij enim & exequutores propter reuerentiã, quam ipsis Principibus gerebant,non audebãt in earũ domibus, & circuitu aliquam exequutionẽ facere realem,aut personalem,ciuilem,aut criminalem sine licentia.Et quando summus Pontifex volebat aliquos criminosos in dictis domibus,vel earum circuitu capi facere,opus erat vt Reuerendissimus Dominus Gubernator, vel aliquis saltem ex suis criminalibus Locumtenentibus assisteret personaliter capturæ faciendę.Hinc sanctissimę memoriæ Gregorius XIII. Põtifex vtique,licèt aliàs indulgentissimus,hæc atyla, & frãchigias vulgò nuncupatas sub grauissimis pœnis sua constitutione sustulit. Hodie autem sedente Sixto V.Pontifice Optimo Maximo,iustissimo & prudentissimo,nullus est locus, nec in Vrbe,nec extra,in quo delinquentes se tutos credant, vnde effectum est,quòd banniti omnes,facinorosi,sicarij,latrones, assassini & viarum grassatores, quorum magna copia elapsis retrò temporibus in iis partibus circumuenerat, funditus extirpati sunt.

AMPLIA XX.Vt† etiã confugientes ad statuas Principis 49
sint securi,nec inde euelli possint,vt videtur text.*in l.vnica,C. de his,qui ad statuas confug.*& est communis*opinio,vt attestatur Remig.*in tract.de immunitat.Eccles.*23.*ampliatione,fol.* 97.sed Restaurus de Imperatore,*quæst.*96.dicit hoc priuilegiũ de cõsuetudine non fuisse admissum,nec receptũ,& Clarus *in practica dicta quæst.*30.*vers. fin.* dicit, vix illud posse in practica obtineri, prout apud nos hanc statuarum immunitatẽ seruari nunquam me vidisse testari possum.Plura antiquorum exempla ad fauorem confugientium ad has Principum statuas refert Decian.*vbi suprà dicto capit.*2.*num.*5.*lib.*6. Verùm cùm plerique hac statuarum immunitate abuterentur,hoc ideo eam fuisse sublatam dicit, & bene iuribus probat Decian.in loco præcitato.

LIMITA I. Propositã regulã in hac Quæstione,† vt non 50
procedat in publico latrone,nec in agrorum nocturno depopulatore:tales enim facinorosi homines minimè gaudent tẽplorũ immunitate,inuitique possũt ab illis extrahi,sicut probat tex.*in cap.inter alia.ibi,& hoc verum est,nisi publicus latro fuerit, extra de immunit. Eccles.& in cap.sicut antiquitus.decima septima,quæst.*4. & vtrobique hoc expressè post glossam

notant

* notant communiter * Doctores omnes, & vltra eos Angel. de Malesi. *in verbo, quòd fama publica præcedente, n.59. in fin. vers. idem quando esset latro publicus, &c.* Roma. *cons.227.n.2.* Boër. *decis.109.n.3.* Ioan.Berber. *in suo viatorio iuris, rubr.33. de violator. immunita. num.2. versic. Quintus in publico latrone, &c.* Couarr. *var. resol. lib.2. cap.20.n.13. in fin. versi. decimonono oportet, &c.* Contrad. *in pract. tit. de captura, num.6. ad finem, fol. mihi 268. col.2.* Gig. *de crim. læsæ maiestat. lib.1. rub. Qualiter, & à quibus crim. læsæ maiestat. committat. q.10. num.5. & 6.* Ioan.Marsil.Monticel. *regul. crim.1. num.22.* & est * communis, * sicut testatur Anton.Gomez. *var. resol. tom.3. cap.10. rub. Quando reus gaudet immunit. Eccles. n.2. in princ. & vers. secundus casus est.* vbi etiam in proposito, quòd publicus latro dicitur ille qui in itinere publico, vel mari commisit furtum, argumento text. *in l. capitalium, §. famosos, & grassatores ff. de pœn.* Iodo. *in pract. crim. cap.106. rub. de viola. templor. n.6. & 9.* vbi propterea infert ad illos latrones milites & portatores, qui in tabernaculis & fornicibus iuxta loca periculosa, & ad spoliandum accommodata portant, quique conspectis mercatoribus, aut aliis viatoribus, illinc euolant, & bonos quosuis ibi trucidant, aut spoliant: hos ecclesiastica * immunitate gaudere minimè dicendū est, & in hoc omnes * Canonistæ conueniunt, sicut idem Iodocus *ibid.* testatur, *num.20* sequitur Clar. *in pract. §. fin. q.30. vers. quæro nunquid, in princ.* & Clarum pariter refert & sequitur Bonacos. *in com. opin. crim. part.1. verbo, Ecclesia habet immunitatem, vers. limita prædictam immunitatem, fol. mihi 56. col.2.* Nicol.Moro. *in tract. de fide, treug. & pace, q.103. n.10.* [sed in proposito vide omnino Ludo.Peguer. *decis. crim.40. per totam.* vbi post longam disputationem concludit, quòd qui semel etiam in via publica grassatus est, non potest nuncupari publicus latro, & per cōsequens gaudet immunitate Ecclesiæ, & sic requiritur, quòd sæpius grassatus sit ad hoc, vt habeat locum dispositio *cap. sicut antiquitus, 17. q.4.* vbi latiùs ibi per eum, quem post hæc semel impressa, præ manibus habui, prout etiam ad hæc eadem post huius libri secūdam impressionem addo Decian. *d. lib.6. cap.28. n.2.* per totum, vbi latissimè explicat, quis dicatur publicus latro, *& n.3.* vbi de nocturno agrorum depopulatore, & vide etiam Bullam Gregorij XIV. de qua suprà sæpius mentionem feci, vbi immunitatis huiusmodi priuilegio minimè gaudere, statuit eos, *qui fuerint publici latrones, viarúmq; grassatores, qui itinera frequentiata, vel publicas strata obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum,* hæc sunt verba Bullæ.]

51 ¶ AMPLIA Hanc limitationem etiam in furibus: † licèt enim de iure simplices fures, ij scilicet qui non vnicum furtum commisêre, gaudeant immunitate templorum, prout bene probat Ant.Gomez. *vbi supra, d.c.2. post num.2.* vbi as- * serit ita cōmuniter * teneri, Innoc. & Doctores *in d.cap. inter alia, de immunita. Eccles.* & de iure loquendo, hoc etiam admittunt Couar. *variar. resol. lib.2. cap.20. n.3. vers.19. oportet, &c. in fin.* & Clar. *in pract. § fin. d. quæst.30. vers. quæro, an fures,* vbi quòd in hoc nulla est difficultas, [nec dissentit Lud. Peguer. *d. decis. crim.40. n.8.*] de consuetudine tamen cōtrarium seruatur, prout testatur idē Couar. *var. resol. in loco præcitato,* vbi quòd hæc cōsuetudo est introducta de consensu & laïcorum & clericorum: & propterea passim etiam simplices fures à secularibus iudicibus etiā inuiti ab Ecclesiis abducūtur, & vbi magna est copia furum, prout in Gallia testatur Igneus, *in l.1. §. si sibi manus. ff. ad Sylla. n.127.* bonū est hanc seruare consuetudinem, prout dicit Clarus *in d. vers. quæro, an fures,* & ante Clarū Additionator ad Ang. de Malesi. *in verb. quòd fama publica, num.59. litera B. in fin.* testatur quòd die 17. Nouembr. 1481. quidam Petrus Peronus de Insula fuit Veronæ captus in Ecclesia sanctæ Mariæ, & pro furtis suspēsus cum consensu Potestatis illius Ciuitatis. Et nihilominus, quando fures plura commisêrunt furta, tunc secundùm Ant. Gomez. *vbi supra,* etiam de iure cōmuni possunt extrahi ab Ecclesia, quia per talem consuetudinem efficiuntur famosi, arg. text. *in d.l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. & in auth. Sed* * *nouo iure,* iuncta gl. & communi * opinione, *C. de seru. fugit.* Verùm post hæc impressa venit ad manus Decian. *dict. lib.6. cap.28.* vbi pluribus comprobat, & etiam testatur de cōmuni cōsuetudine, quòd simplices fures sunt tuti in Ecclesia, etiam quòd in eam deferant furta: & quòd consuetudo contraria in Hispania, de qua testatur Couarr. in loco præcitato, tanquam nimiùm rigorosa, & impia, seruanda non est.

¶ LIMITA II. Dictā regulam, † vt non procedat in eo, 52
qui in ipsa Ecclesia deliquit: is enim non gaudet immunitate, & ab ea potest inuitus extrahi, vt probat text. *in §. quia verò ita comperiuntur, in Auth. vt lic. matri, & auiæ, & in capit. fin.* & ibi Panormitan. & alij, *de immunit. Eccles. & in capitul. ad Episcopos, decimaseptima quæst.4.* & per ista iura hoc idem expresè firmarunt Cyn. *in l. præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug.* Oldra. *cons.154. Quidam deliquit, post principium,* Salicet. *in Auth. si quis ei, C. de adulter.* Angel. de Malesi. *in verb. Quòd fama publica præcedente, n.59. prope fin. vers. & prædicta procedunt.* Marsil. *in l. vnic. n.111. vers. si deliquit in Ecclesia, C. de raptor. virg.* Ioan.Berbe. *in suo Viatorio iuris, rubr.33. de violator. immunit. n.2. vers. Sextus in committente homicidium.* Peguer. *decis.109. n.3.* Ioan.Maria Monticell. *in sua pract. crim. regul. 12. num.21.* Iodoc. *in pract. crim. capitul.15. rubr. de citat. reali, id est, captura, num.22.* Anton.Gomez. *variarum resolutio. tom.3. cap.10. rubr. quando reus gaud. immunit. Eccles. num.2. versic. tertius casus est,* Couarr. *variar. resol. lib.2. dict. cap.20. num.15. vers.21. ex canonum constitutionibus, &c.* Nicol.Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, quæst.103. num.10.* Clar. *in pract. §. fin. quæst.20. vers. item quæro, nunquid.* vbi quòd hæc limitatio procedit in quocūque delicto commisso in Ecclesia, † etiamsi non interueniat homicidium, aut membri mu- 53
tilatio, secundùm communem * opinionem, de qua testatur * Remigius *in tract. de immunit. Eccles. in tertia fallen. num.5.* & Clarum referendo simpliciter sequitur Bonacos. *in comm. opin. part.1. verbo, Ecclesia habet immunitatem, ad fin. versic.* limita, nisi in ipsa Ecclesia delinquat, &c. Ratio autem huius limitationis duplex est.

Prima, quia indignum est, Ecclesiam auxilium exhibere ei, qui intra Ecclesiam delinquendo illi iniuriam intulit, *cap. quia frustra, de vsur. l. auxilium, §. in delictis ff. de minor.*

Secūda est ratio, quia delinquens in Ecclesia, ea fiducia & spe deliquisse videtur, vt ab ipsa Ecclesia in suo facinore defendatur, quo casu satis grauem illi iniuriam fecisse dicēdum est, cùm ab ea assumere voluerit causam & occasionē delinquendi, & licèt Roma. *in cons. 234. num.2.* ausus fuerit contra hanc limitationē apertè tenere, motus authoritate glos. quam dicit ordinariā & singularem, & non habere cōtradicentem, *in cap. frater, 17. quæst.4.* non per hoc tamē recedās à proposita, & sicut suprà firmata limitatione, quæ non solùm cōmunis * est, sicut testantur Didacus Clarus, Bonacos. in locis præ- *
citatis: verùm etiā & verior, sicut ab impugnatione Romani bene defenditur per Mandos. *in addit. ad illud cons. 234. vers. Sed tu aduerte.* & per Didacum *vbi suprà* [& addo Menoc. *de præsumpt.* quē post hæc scripta habui *lib.5. præsumpt. 10. n.9.* & Deciā. *lib.6. c.28. n.5.* vbi latissimè reprobato Roma. & eius rationibus, hanc defendit limitationem, vide tamen Bullam Gregorij XIV. de qua suprà, qua videtur requiri, vt sequatur mors aut mutilatio membri in Ecclesia, ad hoc vt illius immunitas non prosit confugienti ad eam, dum dicit per hæc verba: *Quive homicidia & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis earúmve cœmeteriis cōmittere non verentur.*] cōsidera.

¶ AMPLIA I. Hanc limitationem, † vt procedat etiam in 54
eo, qui deliquit in Ecclesia, nō sub spe immunitatis, & sic non ex proposito, & appensatè, sed in subitanea rixa: licèt enim Hostiensis, cuius opinionem communem * testatur Remig. * *in dicto tract. de immunit. Eccles. in tertia fallen. num.5.* dixerit non priuari priuilegio immunitatis Ecclesiæ eum, qui nō sub spe immunitatis ex proposito, vel veteri odio, sed casu fortuito [in ea deliquit, & cum Hostiensi, & communi Doctorum opinione videtur pertrāsire Menoc. *de præsumpt. d. præsumpt. 10. n.10. & seq.*] hæc tamen opinio apertè falsa conuincitur: quia licèt in proposito casu cessaret ratio secunda, qua moti * sunt Pontifices ad denegandum immunitatem Ecclesiæ delinquētibus in ea, de qua secūda ratione dixi *suprà, post n.53.* non tamē cessat alia prima ratio, *l. auxilium §. in delictis, ff. de pœnis,* quòd scilicet non debet ab Ecclesia auxilium expectare is, qui Ecclesiæ iniuriam infert, & in eam delinquit: vnde subintrat illa iuris conclusio, quòd licèt cessante † causa, & 55
ratione legis, cessaret & ipsius legis dispositio, *l. adigere, §. quamuis ff. de iure patro.* non tamen cessat eadem dispositio, quando lex est fundata in duabus rationibus, quarum vna tan-

tùm deficit, altera non, ſicut poſt alios tradit Ceph. *conſil.* 81. *num.* 7. *& ſeq.* 14. *& ſeq. lib.* 1. ita per hanc rationem propoſitam ampliationem & veriſſimam, & ſeruandam dixit Couar. *var. reſolut. lib.* 2. *d. c.* 20. *num.* 15. *verſ.* 22. *deducitur, &c.* vbi allegat Panor. *in c. fin. col.* 2. *de immun. Eccleſ.* & Capel. Tholoſ. *in d. deciſ.* 422. Nec diſſentit Clar. *in pract. §. fin. d. q.* 30. *verſ. Item quæro, in fin.* vbi teſtatur quòd indiſtinctè vidit ſeruari, quòd qui in Eccleſia delinquit, reputatur indignus, vt eius immunitate ſe defendat, etiam quòd non ſub ſpe immunitatis deliquerit. Et ita etiam ſenſiſſe videtur Decian. *lib.* 6. *c.* 28. *n.* 5. *circa medium, verſ. Verum quia.*

56 ¶ AMPLIA II. Eandem † limitationẽ procedere non ſolùm in delinquente in ipſa Eccleſia, ſed etiã in delinquente prope Eccleſiam; vnde ſtatim perpetrato delicto ad Eccleſiam confugiat; is enim non eſt tutus in ea, ſed poterit ibi capi, quia delinquẽdo prope Eccleſiam videtur deliquiſſe ſub ſpe & fiducia illius immunitatis, quo caſu ceſſat immunitas, & illius priuilegium, vt per Ancha. *in c. fin. extra de immunit. Eccleſ.* Henr. Boic. *in cap. Eccleſiæ, col.* 3. *eod. tit.* Alciat. *in tract. de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 33. *num.* 22. *& ſeqq.* vbi latè hãc comprobat ampliationem, dicitque ex Guid. Papæ, *deciſ.* 21. & pract. Papien. *in libello inquiſitionis, in* 8. *col.* eam approbatam conſuetudine plurimorum locorum, & totius Italiæ, [Io. Viſch. *in tract. de immunit. Eccleſ. num.* 27.] Iod. *in pract. crim. cap.* 107. *de violat. templor. n.* 8. Ioan. Maria Mont. *reg.* 12. *num.* 25. *verſic. Limita nono,* Gig. *de crim. læſæ maieſt. lib.* 1. *rub. qualiter, & a quibus crimen læſæ maieſtat. comm. quæſt.* 10. *n.* 7. *& 9.* Didac. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 15. *verſ.* 26. *attenta ratione, &c.* Vulpel. *reſponſ. crim.* 130. *n.* 7. *& ſeqq. lib.* 1. & hæc ampliatio, ſecundùm Alciatum, & alios *vbi ſupra*, eſt fundata optima ratione, ne ſcilicet domus Dei fiat ſpelunca latronum, & ne immunitas, quæ ad bonum finem introducta fuit ob reuerentiam Eccleſiarum, tribuat malum & delinquendi incẽtiuum, contra text. *in cap. eſt iniuſta,* 24. *q.* 4. non eſt enim dignus venia, abſolutione, ſeu indulgentia ille, qui ſub ſpe veniæ, indulgentiæ, vel abſolutionis peccat, *capit. quando, il primo, de conſecrat. diſtinct.* 4. *cap. illud, de cleric. excom. miniſtr. lib.* 1. *§. hæc autem actio, ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer.* & faciunt pulchra verba Lactantij Firmiani in loco citato per Didacum *vbi ſupra*, ſic de eleemoſyna dicentis: *Nec tamen quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes, abolentur enim, ſi Deo largiare, quia peccaueras, nam ſi fiducia largiendi pecces, non abolentur.* [addo pro hac eadem ſecũda ampliatione Menoch. *de præſumpt. d. præſumpt.* 10. *num.* 15. *iuncto num.* 4. *& 5. num.* 12. *lib.* 5.] & ſecũdùm hanc ampliationem, quæ, ni fallor, communiter recepta dici poteſt, poſt hæc ſecundo loco impreſſa de anno 1597. in vna Panormitana immunitatis Eccleſiæ ſanct. D. Noſter Clemens VIII. reſoluit, ſic ſibi referentibus ampliſſimis Cardinalibus Platta, & Burgheſio; quamuis contra eam inſurgat Decian. *d. lib.* 6. *cap.* 28. *n.* 5. *ante fin. verſ. Ex quo infero,* poſt Bellam. quem allegat *in conſ.* 13. *incip. D. Ioannes*, illam ſolùm admittens in caſu, quando quis ſtudioſè, & malis artibus induxit ſuum inimicum prope Eccleſiam, & ibi illum occidit.

57 ¶ AMPLIA III. Dictam † ſecundam principalem limitationem multò magis procedere in furibus: nam præterquam quòd fures etiã extra Eccleſiam delinquẽtes ſaltem de com-
* muni* cõſuetudine poſſunt in ea capi, vt ſuprà probaui, *n.* 51. ſi tamen in ipſa Eccleſia aliquid furati ſunt, tunc perdũt immunitatis priuilegium, etiam circumſcripta omni conſuetudine, quia committendo ſacrilegium non gaudent immunitatis priuilegio, quãdo agitur de puniendo illud ſacrilegium, vt pariter ſuprà probaui *num.* 21. & bene declarat Decian. videndus in materia, *d. cap.* 26. *num.* 7. *lib.* 6. *part.* 2. & in ſpecie
* propoſitæ ampliationis ita communiter * teneri teſtatur Angel. de Caſtr. *inter conſilia Pauli de Caſtro patris ſui, in conſil.* 458. *num.* 1. *lib.* 2. & ita aliàs fuiſſe obſeruatum teſtatur Milleus *in pract. fol.* 31. *n.* 21. ſicut hos referendo ſequitur Clar.
58 *in pract. crim. §. fin. d. q.* 30. *poſt verſicul. Item quæro, nunquid* † ſecus tamen eſt in fure, qui extra Eccleſiam furatus eſt, & in Eccleſiam furatas res aſportauit. Nam is ratione cõtrectationis, licèt ablata res poſſit etiam in Eccleſia ab eo auferri, non tamen poterit ibidẽ capi, & extrahi, defendit Didacus *d. cap.* 20. *n.* 15. *ad fin. verſ.* 29. *examinanda eſt, &c.* & faciunt quæ dixi *ſuprà in primo titul. de inquiſit. q.* 7. *n.* 7. Ideo autem dixi de iure loquendo, quia de conſuetudine fures non gaudent immunitate Eccleſiarum, etiam circumſcripta rei furatæ contrectatione, vt ſuprà *dixi, num.* 51.

¶ AMPLIA V. Vt † delinquẽs in Eccleſia poſſit capi non 59
ſolùm in illa Eccleſia, in qua deliquit, ſed etiam in alia: cùm enim vna ſit per totũ orbem vniuerſalis Eccleſia, qui facit iniuriam vni particulari Eccleſiæ, omnes offendiſſe videtur, & propterea illius immunitate gaudere nõ debet, ſicuti poſt antiquos probat Hen. Boich. *in cap. Eccleſ. col.* 3. *extra de immun. Eccleſ.* prout illũ referendo ſequitur Didac. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 15. *verſ.* 13. *delictum committens*, & eſt communis,
* vt per Remig. *in tract. de immunit. Eccleſ. in* 11. *fallen. nu.* 2. * ſicuti illum pariter refert, & ſequitur Clar. *d. q.* 30. *verſic. Sed quid ſi aliquis,* & Clarũ refert etiã Bonacoſ. *in cõm. opin. cri.* 1. *part. fol.* 56. *col.* 2. *verbo, Eccleſia habet immunitatem, in fine.* & licèt Sũma Sylueſtr. *in verbo, immunitas,* §. 3. *q.* 2. *verſ. Tertium eſt,* dicat quòd ab aliquo contrariũ ſeruatur: tu tamẽ non recedas à propoſita ampliatione niſi in loco, vbi de hoc contigerit dubitare. & de cõtraria conſuetudine tibi conſtiterit, prout & Mediol. hãc eandem ampliationẽ & cõſuetudinẽ approbatã eſſe teſtatur Clar. in loco præallegato, & Dec. *d. lib.* 6. *c.* 28. *n.* 8. *& n.* 19. vbi alia ad materiam huius ampliationis.

¶ AMPLIA VI. Quòd ille, † qui ſemel deliquit in Eccle- 60
ſia, ſi ante vel poſt aliud cõmiſerit delictum extra Eccleſiam, nõ eſt tutus in Eccleſia, ſed in ea capi poteſt, etiã pro delictis commiſſis extra Eccleſiam: ob iniuriam enim ſemel illatã Eccleſiæ, dignus eſt generali priuatione illius immunitatis, prout in facti contingentia deciſum fuit in Capella Tholoſana, *deciſ.* 422. *item fuit quæſitũ an ſi aliquis, &c.* Chaſſan. *in cõſue. Burgun. rubr.* 1. §. 5. *verſ. Archidiaconus, n.* 12 Clar. *in pract. §. fi. q.* 30. *verſ. Sed quid. ſi aliquis in fin.* & licèt Couar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 15. *verſ.* 24. *fortius aſſeritur,* &c. in contrariam profectus ſententiam, allegauerit pro ſua opinione Boër. *deciſ.* 110. *col. fin.* non video tamen Boërium abſolutè dicentem id, quod per Didacũ allegatur, niſi in caſu, in quo ſic ad Eccleſiam confugiens eſſet pro delicto aliàs in Eccleſia commiſſo punitus: tunc enim pro aliis delictis gaudet illius immunitate, ſecus ſi pro delicto in Eccleſia commiſſo, non fuiſſet punitus, vt ibi per eum, cuius diſtinctio mihi ſatis æqua, & rationabilis videtur, & vide ad materiam, & declarationem huius ampliationis *Decian. d. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 9. *part.* 2.

AMPLIA VII Eandem ſecundam principalem limitationem, † etiam procedere in eo qui extra Eccleſiam, & ex loco 61
prophano, ſagitta, iaculo, aut ſcloppo exiſtentem in Eccleſia percuſſerit. Negari enim nõ poteſt, quin crimẽ iſtud fuerit in Eccleſia cõmiſſum, licèt enim principiũ habuerit extra Eccleſiam, & à loco nõ ſacro, in Eccleſia tamen exequutionem, & perfectionem habuit: ideo in Eccleſia dicitur cõmiſſum delictum, & non extra, & ſic tanquam iniuria ſit facta ipſi Eccleſię, delinquẽs hoc modo priuatur illius immunitate, nõ aliter ac ſi in Eccleſia à principio deliquiſſet, ad tradita per Bald. in *l. ſi quis non dicam rapere, col.* 3. *C. de Epiſc. & cler.* Caſtr. *in l. ſi vt proponitur, ff. de fideiuſſor.* Bald. *in l. Multum intereſt, col. pen. verſ. Sed hic quæro, C. ſi quis alteri, vel ſibi,* Hippol. *in l. vnica, n.* 250. *& ſeqq. C. de rapt. virg.* quos in propoſito refert, & ſequitur Couarr. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 15. *verſ.* 27. *Ex his oportet,* &c. vide quæ ſuprà dixi *in tit. de inquiſit.* 7. *n.* 46. Et è cõtrà quòd nec etiam ſit tutus in Eccleſia is, qui exiſtens in Eccleſia occiderit exiſtentem extra, etiam ponit Decian. *lib.* 6. *d. cap.* 28. *num.* 6. *& 7.* vbi etiam quid de eo, qui extra Eccleſiam exiſtens mandat quem in Eccleſia occidi, & econtrà?

¶ AMPLIA VIII. Quòd iſto caſu, † quãdo ſcilicet quis in 62
Eccleſia delinquit, nõ ſolùm ab ipſa Eccleſia inuitus extrahi poteſt per ſeculare Iudicem, ſed etiã ſi laicus ſit, poteſt ab eodem ſeculari Iudice puniri, licèt in loco ſacro deliquerit ſecũdùm Panorm. *in c. fin. extr. de immun. Eccleſ. & in c. inter alia, n.* 29. *eod. tit.* vbi bene declarat materiam, *& in cap. cum ſit generale, n.* 27. *de foro compe.* Bart. *in l. ſi cui, §. fin. n.* 3. *ff. de accuſ.* Ang. de Mal. *in verbo, In ſcalis S. Petrony, n.* 1. & ibi *in addit.* Sal. *in Auth. Item nulla cõmunitas, col.* 1. *n.* 4. *C. de Epiſc. & cler.* Bald. *in l. ſi quis in hoc genus, col.* 2. *n.* 2. *C. eod.* latè cõſuluit Bert. *conſ.* 9. *& 10. lib.* 7. Anton. Gomez. *var. reſol. tom.* 3. *c.* 10. *rubr. quando reus gaud. immu. Eccl. n.* 2. *ver. Et adde quòd hoc caſu,* vbi quòd ita tenẽt cõmuniter * *in d. c. inter alia,* de qua cõmu- *
ni teſtantur etiã Didac. *d. c.* 20. *n.* 18. *verſ.* 35. *non eſt prætermittendum,*

*tendum,&c.*Rolād.*cons.*24.*n.*5.*&* 6.*lib.*2.Clar.*in pract.§.fin. q.*38.*vers.Vidi etiam quandoque dubitari.* Nec dissentit Dec. qui & alios refert *d.c.*26.*n.*8.*vers. Et ideo videmus*,quicquid in cõtrariũ dixerit Cyn.*in l.præsenti,vers.*2.*quæro,C.de his,qui*
* *ad Eccl.confug.*cuius opinio cõmuniter*per præallegatos reprobatur:bene verũ est,quòd ratione sacrilegij potest etiã Iudex ecclesiasticus procedere,si vult,cõtra istũ qui in Ecclesia deliquit,secundũ Panormitanum,& Didacũ,in locis præcitatis,& faciunt supra tradita *in tit.de inquisit.q.*8.*n.*132.*&* 153.

¶ SVBLIMITA eãdem secundã limitationẽ principalem
63 propositæ regulæ † vt non procedat,quãdo delictum est leue:isto enim casu etiam in Ecclesia delinquẽtem tutum esse, nec inde inuitum extrahi posse,scripserunt Hostien.Abb.*n.*9. & Doct.*in cap.fin.C.de immun.Eccles.* idẽ Abb.*in d.cap.inter alia,n.*23.Hentic.Boich.*in cap.Eccles.col.*3.*extra eod.tit.* Aufrer.*in addit.ad Capell.Tholos.d.decis.*422. Sũma Sylvestrina, *in verb.immunit.*§.2.Ang.Castr.*in cons.*459.*col.*1.*vol.*2.cõsiliorum Pauli de Castro sui patris,vbi asserit hanc opinionem
* cõmunem* esse,sequitur Couar.*variar.resol.lib.*2.*c.*20.*n.*15. *vers.*25.*ita hæc sunt intelligenda.*Nec dissentit Mandos.*in addit.ad Roman.d.cons.*234.*in fin.* vbi asserit opinionẽ Romani eo loci volentis delinquẽtem in Ecclesia gaudere priuilegio immunitatis, sicut gaudet delinquens extra Ecclesiam posse saluari in delictis leuibus:delicta autẽ leuia,quæ sint,& quæ grauia,dixi latissimè *supra in tit.de delict.& pœnis, quæst.*18. *n.*61.*& omnib.seqq.*vbi est locus suus,hîc non repeto.

¶ LIMITA III. Et principaliter huius quæstionis regulã,
64 † vt non procedat in eo,qui armatus ad Ecclesiam cõfugiat: is nẽpe Ecclesiæ immunitate non gaudet,& inuitus ab ea sic armatus extrahi potest.*l.si seruus,C.de his,qui ad Eccles.cõfug.* qui textus sicut post Rebuffum,quẽ allegat,adnotauit Petr.à Placha *in epit.delict.lib.*1,*c.*8.*in fin.n.*28.licèt loquatur in seruo:idem tamen erit in libero homine;& est ratio,secundùm Couar.qui ante Placham hanc ponit limitationem,*var.resol.*
65 *lib.*2.*c.*20.*n.*18.*vers.*36. His proximè accedit, † quia scilicet armorum vsus etiam de iure cõmuni prohibitus est tam laicis,quàm clericis:& tam intra Ecclesiã,quàm extra, *l.*1.*C.vt armorum vsus inscio Principe interdictus sit,lib.*11.*c.clerici arma,de vita,& honest.cler.*latè Corne.*cons.*20.*lib.*3.Soc.*reg.*30. Cotta *in suis memorab.verbo, Armorum,&c.* Tiraq.*de nobilit. c.*20.*n.*66.ideo dum quis armatus intrat Ecclesiam,dicitur in Ecclesia committere delictum,& sic subintrat præcedens secunda huius regulæ limitatio, de qua *supra,n.*52. à qua nec etiam dissentire videtur Decian.*vbi supra,d.cap.*26.*n.*9.*&* 10.
66 *lib.*6.*part.*2.† quę quidem limitatio iudicio meo,parum facit ad propositum: quia,vt supra modò dixi,*n.abhinc* 3.illa non procedit in delictis leuibus,prout certè est delatio armorum: & propterea hãc tertiam declarationem minimè veram credo,nisi in casu,in quo quis deferret talia arma,quorum delatio vigore aliquarum particularium constitutionum meretur pœnam capitalẽ, prout in Vrbe & statu ecclesiastico habemus Bullas Pontificias super delatione archibusettorũ:isto enim casu,quia armorum delatio non dicitur leue delictum, sed graue ratione pœnæ,iuxta superiùs tradita *in tit.de delict. & pœnis, quæst.*18.*n.*85. crederẽ bene armatum posse in Ecclesia capi tanquam in eo delinquẽtem:secus in eo,qui propter armorum delationem non potest sic grauiter puniri:nec in contrarium facit text.*in d.l.si seruus*,ponderatus à Placha: quia,vt iam ipse fatetur,& ex eius lectura clarè apparet,loquitur in seruo, & non ex eo quòd armatus ad Ecclesiam cõfugerit,sed quia dominum offenderit,quærens se eximere ex seruitute ad Ecclesiam confugit, vt bene adnotauit glos. vltima *in verbo,conflandæ*: quæ ratio non militat in alio homine libero,ideo non inferendum. Et propterea contra Rebuff.in loco præcitato sentire videtur Decian. *vbi supra, d. cap.*28.*n.*5.*ad fin.vers.Et ex istis etiam puto,part.*2.

67 ¶ LIMITA IV. In † blasphemante,quẽ minimè gaudere Ecclesiarum immunitate suadet apertè ratio posita *in d.cap. fin.extra de immunit.Eccles.* quia scilicet frustra legis implorat auxilium,qui in ipsam legem deliquit, *cap.quia frustra.de vsur.l.auxilium,in fin.ff.de minor.* qui enim delictum in Ecclesia,vel contra Dei sponsam cõmiserit,gaudere non debet ecclesiastica immunitate, *d.cap.fin.de immun.Eccles.cap.* conquesti,*de senten.excõm.& cap.cũ pro causa,eod.tit.* ergo à fortiori gaudere non debet eadẽ immunitate is, qui deliquit in Deum,sponsum & caput Ecclesiæ, & immunitas hæc tẽplorũ, vt aliàs suprà dixi,non est cõcessa Deo propter Ecclesias, sed Ecclesiis propter Deum:locus enim nõ sanctificat hominem,sed homo locũ 40.*dist.* Ideo sicut illã perdit is,qui Ecclesiæ locũ offendens in Ecclesia delinquit,multò magis debet perdere si in Deum delinquẽdo per blasphemiam ipsum immediatè offendit. *Authent.multò magis, C.de sacros.Eccles. & propter quod vnumquodque tale est, & illud magis est tale.* Quis enim dubitat,quin iniuria facta Deo sit facta Ecclesię, & ecõtrà?Sic inquam per has,& alias fundatissimas rationes hãc defendit limitationem Boër.*decis.*110.*n.*1.*&* seqq. sequitur Fab.à Monteleon.*in sua prax.arbitr.fol.mihi* 256.*n.*270. *part.*4. & eam verissimam credo, prout etiam veram credit Dec.*vbi supra,c.*26.*n.*6. vbi eam declarat procedere quando ageretur de puniẽdo confugientem ad Ecclesiã pro blasphemia: secus si ageretur de puniendo pro alio delicto non excepto, quia tunc licèt confugiens ad Ecclesiam aliàs fuerit pro blasphemia condemnatus,& punitus, est tamen pro alio delicto tutus in dicta Ecclesia,vt ibi per Decian.

¶ LIMITA V. In † Iudæis,hæreticis,apostatis,aliisque 68
infidelibus, quos indignos Ecclesiarum immunitate dixerũt, per text.*in l.*1. & ibi glos. *C.de his,qui ad Eccles.confug.& in §.publicorum*,vbi pariter gl.*in Auth.de mand.Princip.* Abb.*in cap.inter alia,num.*6.*de immun.Eccles.* Oldrad.*cons.*54.Boër. *decis.*110.*num.*4.*& sequentibus*, & alij plerique, quos refert & sequitur Couarr.*var.resolut.lib.*2.*cap.*24.*num.*11. & vltra relatos per Didacum, qui ex Marsilio *in l.ex Senatusconsulto, num.*10.*ff.de sicar.*testatus est hanc limitationem cõmunem.
* Hoc idem tradiderũt Gig.*in tract..de crim.læsæ maiest.lib.*3.* *rubr.de pluribus,& diuers.quæstionibus, quæst.*3.*in fin.nu.*18. Conrad *in pract.titul.de captura,num.*6.*ad fin.fol.mihi* 28. *col.*2. Iodoc.*in pract.crimin.cap.*106.*rubr.de violat.templor. num.*3.*& seq.* Remig.Gon.*in tract.de immun.Eccles.in* 18. *fallent.*vbi pariter ex Marsilio *vbi supra*,testatur de communi opinione,cuius cõtrarium licèt post gl.*in d.cap.inter alia*, tenuerint nonnulli relati per Didacum, *d.num.*11.*versic.*13. quorum opinio quamuis frequẽtiori* forsan Doctorum cal-* culo recepta videatur,teste eodem Didaco: non per hoc tamen recedas à proposita limitatione,quæ non solùm re vera magis communis* est, prout testatur Clar. *in pract.§.fin.d.* * *q.*30.*vers.Præterea quæro*: verùm etiam & verior. Non enim debemus ergà Iudæos perfidissimos Christiani nominis hostes vti aliqua humanitate, vt dicit Clar.*in loco præallegato:* nec iuri cõsonum est,vt is ab Ecclesia defendatur,cuius gremio,tutelæ,& fidei se ipsum committere recusat. Ad materiam huius limitationis vide omnino Decian. *vbi supra, cap.* 26.*nu.*2. vbi quo ad infideles,relatis hinc inde contrariis testatur veriorem & cõmuniorem esse opinionem, quòd confugiẽdo ad Ecclesiam non gaudeant illius immunitate. Quo verò ad hæreticos,& apostatas à fide: vide eundem Decian. *ibidem num.*4.*iuncto num.*6.*in fin.& num.*13.vbi videtur cõcludere, quòd si hæreticus, & apostata fuit iam punitus pro hæresi,& apostasia,confugiãtque ad Ecclesiam,non ad effugiendum pœnam hæresis, vel apostasiæ, sed alterius delicti, putà adulterij,& similium tunc videtur tutus in ea: secus si ad Ecclesiam confugiat pro hæresi, vel apostasia,vel etiam si de hoc dubitatur, quia tunc non est tutus. Quo autem ad apostatas à religione, dic eos tutos in Eccles.dummodò non sit Ecclesia illius religionis,à qua apostatauit,vt ibi per Dec. *d.cap.*6.*num.*3.

¶ LIMITA VI. Vt † regula proposita procedat,quãdo 69
quis in sua libertate existens ad Ecclesiam confugit ne capiatur: secus si captus per Ecclesiam ducatur ad carceres, vel ad furcam:tunc enim non potest dicere,Nolo exire ex Ecclesia: sed inuitus, si hoc dicat, vel faciat, extrahitur, quia tali casu immunitate Ecclesiarum non gaudet, vt per Archid.*in cap. sicut antiquitus*,17.*q.*4.quem sequuti sunt Oldrad.*consil.*54. *an fugiens*, Ioan.Lup.*in rep.rubr.de donat.inter vir.& vxor.* §.38.*num.*4.Ign.*in l.*1.*in princ.col.*3.*ff.ad Syllan.*Couarr.*var. resolut.lib.*2.*cap.*20.*num.*13. Boër.*decis.*110.*num.*8.*& decis.* 178.*num.*13. Gig.*de crim.læsæ maiest.lib.*1.*rub.qualiter, & à quibus crim.læsæ maiest.committat.quæst.*10.*n.*3.*&* seq. vbi dixit hanc opinionem veriorem, & pro ea facere textum *in d. cap.inter alia,de imm.Eccles.& in c.diffiniuit.*17.*q.*4.quæ iura loquuntur in confugiente in Ecclesiam; ergo secus in vi

ducto per familiam, Marsil. *in pract. §. Vlteriùs, num. 4 & in l. vnic. n. 115. C. de rapt. virg.* vbi reddit rationē, quia attenditur principium, quando est licitum, Boss. *in tit. de captura, n. 22. in fin. vers. Si tamen duceretur.* vbi sequitur Oldrad. *in præallegato consil. 54.* Io. Mar. Monticel. *reg. crim. 12. n. 19.* Ant. Gomez. *variar. resolut. tom. 3. c. 10. rubr. quando reus gaudeat im. Eccles. num. 2. vers. 4. limita & intellige.* vbi post præfatos adducit pro hac limitatione textum *in l. si quis post hanc, in vers. data similiter, C. de ædif. priuat.* ex quo textu, gl. & cōmuniter* Doctores omnes notant, quòd illud non potest tolli, vel extrahi de aliquo certo loco, potest tamen aliunde portari, licèt transeat per illum locum prohibitum. Vnde in simili post Andr. de Isern. quem allegant *in rubr. quæ sint regalia, col. fin. in vsibus feud.* dixerūt in proposito Gigas *vbi supra, num. 51.* & Boër. *d. decis. 178. n. 12.* Si quis veniret de vltra mare cum equis, & armis, & transiret per regnum Siciliæ, ex quo equi, & arma non possunt extrahi sine Regis licentia, quòd poterit eos conducere ad locum sui domicilij extra Regnum, sine aliqua Regis licentia, & licèt Clar. *in pract. §. fin. q. 36. vers. scias autem in fin.* dixerit quòd imò condemnatus si dum ad supplicium ducitur, transeat per Ecclesiam, vel cœmeterium, gaudere debeat immunitate dictæ Ecclesiæ, nec inde violenter extrahi possit: & hanc opinionem dixerit communem* ex Remigio *de immunit. Eccles. in 30. fallēt.* & aliàs seruatam, ex Chass. quem refert Boër. *d. decis. 110. post n. 8.* & Clar. *vbi sup.* simpliciter referendo sequutus etiam fuerit Bonacoss. *in comm. opin. part. 1. vers. immunitas Eccles. pag. 85. a tergo, col. 2.* & hanc eandem opinionem aliàs seruatam fuisse testetur in Ciuitate Venetiarum, Gig. *d. q. num. 33.* non per hoc tamen crederem recedendum à proposita limitatione, quæ non solùm verior est, vt testatur idem Gigas in loco præallegato, * sed etiam magis à Doctoribus recepta, * vt ex præallegatis clarè patet, & Boërius per Clarum allegatus *in dicta quæst. 110. post numerum octauum*, refert Chassaneum non pro sua opinione, sed pro contraria, prout bene legi in libro meo: ideo pace Clari, clarissimi viri, sic teneas.

70 ¶ LIMITA VII. In Ecclesia destructa, † quæ si destructa fuerit cum authoritate superioris vel sine spe reædificationis: tunc vtique non gaudet immunitatis priuilegio: secus si fuerit destructa sine superioris authoritate, vel subesset * spes refectionis, & est cōmunis * opinio, sicuti post Remig. *in tract. de immun. Eccles. in 20. ampliat.* testatur Clar. *in pract. §. fin. d. q. 30. versic. maius est dubium*, & Clarum refert Bonacoss. *in comm. opin. crim. part. 1. verbo, Ecclesia habet immunitatem, vers. Idem in Ecclesia destructa, fol. mihi 56. col. 2.* Nec dissentit Decian. *vbi supra, d. c. 25. num. 22.*

71 LIMITA VIII. In oratoriis priuatis, † quæ non gaudent immunitate Ecclesiarum, etiam si in eis diuina celebrentur * officia, & hæc est communis * opinio, vt attestatur Abb. *in cap. fin. n. 4. de consib.* sunt enim huiusmodi oratoria loca priuata, quæ ad voluntatem domini domus hodie possunt esse oratorium, & eras camera: meritò non debent Ecclesiarum priuilegio gaudere, prout in proposito considerat Clar. *in pract. §. fin. d. q. 30. vers. Sed quid dicendum in oratoriis*, & Clarum refert & sequitur Bonacos. *in commun. opin. crim. part. 1. fol. 56. col. 2. verbo, Ecclesia habet immunitatem, ad fin.* Vide tamen in hoc Decian. *vbi supra, d. cap. 25. n. 19.* vbi videtur concludere, quòd si Abb. & Clar. in locis præcitatis dicant communem esse, quòd indistinctè oratoria priuatorum non gaudeant immunitate Ecclesiæ, ipse tamen hoc putat non procederé, quando talia oratoria sunt constructa Episcopi authoritate, prout præsumitur quando habent altare lapideum stabile & consecratum, in quo Missa celebratur, vel quando esset illis constituta dos, vel haberent campanam publicam, quæ omnia bene Doctorum authoritatibus comprobat.

72 ¶ LIMITA IX. In crimine læsæ maiestatis † pro quo reum posse ex Ecclesia inuitum extrahi, pluribus comprobat Gigas *in tract. de crim. læsæ maiest. lib. 3. q. 3. per totā, sub rubr. de pluribus & diuersis quæstionib.* Est enim hoc tamē exceptum, *vt in cap. si quis cum militibus, 6. quæst. 1.* ideo non comprehēditur sub generali regula, & dispositione text. *d. cap. inter alia, de immu. Eccles.* & si publicus latro, nocturnus agrorū depopulator, homicidæ ex proposito proditorie, & per assassinium excipiuntur à regula huius ecclesiasticæ immunitatis, absurdum esset, quòd sub ea remanerēt rei criminis læsæ maiestatis: quod quidem crimen multò grauius est prænarratis delictis, cum ratione personæ quæ offenditur: tum etiam ratione pœnę impositæ. Et licèt Boss. *in tit. de captura, n. 32.* dixerit de iure contrarium verius esse, & quòd ita apud eum fuit decisum in Senatu, ex eo quòd casus excepti *in d. cap. inter alia*, non sint extendendi ad alios casus similes, aut maiores: hæc tamen decisio, prout in practica minimè reciperetur, testibus eodem Bossio, *n. 32. in fin.* & Clar. *in d. q. 20. vers. quæro nunquid, in fin.* ita nec iuri consona est, sicut rationi prædictæ per Boss. consideratæ, & aliis contrariis optimè respondet Gig. *in loco præallegato*, vbi *n. 17.* testatur ita vidisse seruari tempore suo, & post Gigan. bene etiam cōprobat Decian. *d. lib. 6. c. 28. nu. 23.* vbi & quòd ita in practica seruatur, prout etiam apud antiquos Romanos seruatum legitur in Crass. Bruto, qui deprehensus in crimine, quod in bello Latino certa sibi cōuenta mercede Vrbis portas inimicis aperire promiserit, cum ne caperetur ad Palladis auxiliare templum confugit, Cassius illius pater occlusus dicti templi foribus necatum filium fame insepultum abiecit, [& habemus pro hac limitatione expressam Bullam Gregorij XIV. in illis, *Vel hæresis aut læsæ maiestatis in personam ipsiusmet principis, rei, &c.*]

LIMITA X. Vt quicquid sit de iure, † de facto, & de con- 73
suetudine videtur introductum, vt etiam in Ecclesia delinquētes rei capi possint per ea quæ dixit Clar. *in pract. §. fin. d. q. 30. vers. Scias autem*, vbi testatur, quòd hodie immunitas hæc ecclesiastica propter ingentem numerum Ecclesiarū, & frequētiam delinquentium, valde restricta est à cōsuetudine: aliàs enim de facili quilibet malefactor euaderet manus iustitiæ, cū nulla ferè sit via in ciuitatibus in qua non sit vna, & quandoq; etiā plures Ecclesiæ, ita vt prinsquā delinquens caperetur, facillimè posset se in aliquam earū recipere, maximè nemine insequente: quod tamen esset contra mētem eorum, qui in Ecclesiis immunitatem tribuerunt, non quidē vt essent asyla delinquentiū, & speluncæ latronum, sed vt præstaretur refugium miseris, qui humana fragilitate, aut casu in aliquod crimen incurrissent. Hæc Clarus, & post Clarum in idem adduco Nicol. Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, q. 103. ad fin. n. 10.* vbi post Paulum de Castro, quem allegat, dixit pariter, quòd huiusmodi immunitatis priuilegium in desuetudinem abiit, & ante istos fuit de mente Berberij *in suo Viatorio iuris, rub. 33. de violator. immun. n. 3. in fin.* vbi quòd hæc immunitas est parum in vsu. & Foll. *in pract. crim. in verbo Notatos capiat de persona, n 6. in fin.* dicit quòd Iudices superiores hodie non seruant hoc priuilegium, quia indistinctè capiunt maleficos in Ecclesia, licèt secus in inferioribus Iudicibus, vt ibi per eum. & Papiēsis in loco per Bossium allegato, *d. tit. de captura, n. 31.* dicit pariter, quòd in Italia hoc immunitatis priuilegium non obseruatur. † Sed quicquid præfati 74
Doctores dicant, habemus sacrosanctum Cōcilium Tridentinum *sess. 25. cap. 5.* quo reuocatur obseruantia immunitatis ecclesiasticæ, secūdùm formam canonum, & aliorum Cōciliorum: ideo consuetudo præfata cōtra talem immunitatem, quatenus esset introducta, illa est prorsus sublata per dispositionē dicti Concilij. Bene verum est, quòd in Vrbe nunquam confugientes ad Ecclesias, tutos vidi, nisi in leuibus delictis, & pro debito ciuili. [sed post huius libri primam impressionem superuenit Bulla Gregor. XIV. fe. mem. super immunitate Ecclesiarū, sub datum Romæ in Monte Quirinali, anno Domini 1591. Nono Kalen. Iunij, anno illius Pontificatus primo, qua quidem Bulla, immunitatis ecclesiasticæ priuilegium in hoc cōfirmatur, præterquam in casibus ibi expressis, cum decreto irritanti, aliisque amplissimis clausulis, per quas sine dubio cuicunque consuetudini derogatum extitit.]

AMPLIA I. Prædictas omnes limitationes, † vt in omni 75
casu in quo reus non gaudet immunitate Ecclesiæ, possit Iudex laïcus illum ex Ecclesia extrahi facere, etiam sine licētia Episcopi, aut alterius ecclesiastici superioris: sic enim ita plures se vidisse seruari testatur Gulielm. de Bened. *in 1. part. repet. cap. Raynu. num. 152.* & de facto ita pariter seruari testatur Boër. *decis. 109. n. 2.* & in Curia Delphinatus ita etiam practicari dixit Guido Papæ, *dec. 121. in fin.* & ita demum moribus, & praxi Christiani orbis receptum esse dicit Couarr. *variar. resolut. lib. 2. c. 20. n. 18. vers. 34. infertur ex prædictis*, & est cō- *
munis, * vt post Remig. quem allegat, dixit Clar. *in pract. §. fin. q. 30. versic. quæro nunquid*, vbi subdit, quòd ita quotidie

videmus

demus Iudices seculares extrahere delinquentes ab Ecclesiis, non expectata licentia Episcopi: quia cùm Prælati,& Iudices ecclesiastici reddãt se valde difficiles, eo interim quòd requiritur,& expectatur licentia, sæpe clerici faciunt delinquentes
76 † aufugere. † Et licèt contra hanc ampliationem, post Cynum apertè senserit Salic. *in Auth. si quis ei, n. 6.* per illum text. *C. de adult.* quem sequuti sunt Ang. de Malesi. *in verbo, quòd fama publica præcedente, post n. 59. & in verbo, in scalis S. Petronij, n. 2.* & ibi August. *in addit. ad Foll. in pract. crim. in verbo, Notatos capiat de persona, n. 6. ver. imò etiam si sumus, &c.* Iod. *in pract. crim. c. 15. rubr. de citat. reali, id est captura, n. 22.* Boss. *in tit. de captur. n. 24. & 25.* vbi & alios adducit cõcordantes, Mars. *de bannit. in verbo, capti, nu. 33.* Anton. Gomez. *variar. resol. lib. 3. c. 10. rubr. quando reus gaud. immun. Eccles. n. 2. ad fin. vers. vnum tamen est,* Io. Tierrus *in tract. de fuga, col. 2. n. 9.* Nicol. Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, q. 103. n. 4.* Non per hoc tamẽ recedas à proposita ampliatione, quę non solũ, vt præfertur,& in practica recepta est, sed etiam verior, quia vt annotauit Didacus in loco præallegato, text. *in d. Auth. si quis ei,* in quo Doctores isti contrarium faciunt suum fundamentũ, non loquitur in casibus, in quibus reus potest extrahi ab Ecclesia; bene verũ est, vt pariter annotauit Clar. *in d. vers. quæro nunquid, in fin.* quòd in hoc Iudices sæculares debent se modestè gerere & prouidere, vt sine tumultu & offensa personarum ecclesiasticarum fiat captura & extractio: & si quando cõtigerit quòd de iure nõ debuissent illi extrahi, eos statim Ecclesiæ restituant. [verùm post huius libri primã impressionẽ superuenit Bulla Gregorij XIV. de qua suprà sæpiùs mentionem feci,& qua expressè cauetur, quòd imò seculares non possint sine Episcopi licẽtia aliquem ex Ecclesia extrahere etiam in casu aliàs permisso, nisi quãdo Episcopus talem licentiam dare recusauerit, imò etiam & tũc eos sic extractos, non nisi ad carceres ecclesiasticos cõducere debeant, donec per ipsum Episcopum aut ab eo deputatum fuerit cognitũ super criminibus per extractos commissis, an sint talia, vt gaudeant vel non gaudeant immunitate ecclesiastica.]

Hæc autẽ cognitio, an extractus ab Ecclesia per exequutores sæculares sit ipsi Ecclesiæ restituendus nẽcne, ad quem Iudicem spectet, ad ecclesiasticum Iudicem, an verò ad secularem, optimè ponit Vulpell. *respon. 130. num. 6.* vbi ex generali consuetudine totius Italiæ, quam testatur, distinguendo cõcludit, quòd si extractus est laïcus,& causa propter quam fuit extractus nõ est spiritualis & ecclesiastica, talis cognitio spectet ad Iudicem secularem: secus si causa esset ecclesiastica vel extractus clericus, quod non aliter est dicere ac indistinctè affirmare talem cognitionem spectare ad Iudicem secularem: quia quãdo causa est ecclesiastica, vel captus sit clericus, tunc Iudex secularis non habet talem cognitionem & iurisdictionem in reum, etiam quòd non sit captus in Ecclesia, vt suo loco dictum est. Crederem in hoc dubio verificari regulã, quòd *melior sit conditio possidentis:* quia si reus sit iam ex Ecclesia extractus,& in manibus Curiæ secularis, an is sit Ecclesiæ restituendus,& sic an sit bene extractus, nẽcne; Iudex ipse secularis iudicabit, prout respondit Vulpell. Si verò reus nõ sit adhuc ab Ecclesia extractus,& oritur dubium, an possit de iure extrahi,& tunc ecclesiasticus Iudex hoc determinabit. Et ita sæpius seruatũ vidi & habui in facto,& vtroq; casu semper præsuppono terminos habiles, remota immunitate causam spectare ad Iudicem secularem; alioquin si causa esset ecclesiastica, vel reus esset clericus, vel super his oritur quæstio, tunc talis decisio ad quem Iudicem spectet, remitto Lectorẽ ad ea quæ latiùs scripsi *suprà in tit. de inquisit. n. 33. & seq.* [sed istæ omnes cessant difficultates ex Bulla prædicta Gregorij XIV. de qua mox dixi.]

AMPLIA II. generaliter prædictas easdẽ præcedentes
77 omnes limitationes, † vt licèt aliqui Doctores relati, præsertim per Boër. *in d. decis. 109. n. 8.* dixerint reum extractum per Iudicẽ secularem ab Ecclesia, vel eidem Iudici sponte ab ecclesiastico superiore traditum, non posse pœna capitali, immò nec etiam corporali, seu sanguinis, sed tãtummodo pecunia-
* ria puniri,& ita communiter * Doctores tenere dixerũt, post Oldrad. *in cons. 154. in fin.* Abb. *in d. cap. inter alia, n. 8. ext. de immunit. Eccl.* Ang. *in §. immunitas, n. 6.* vbi testatur de magis communi, & dicit Boss. *in tit. de captura, sub n. 24.* quòd propterea quando delictum est graue,& de iure pœnam corpo-

ralẽ requirens, magis conuenit vt Iudex secularis eũ dimittat, & contra eum ablentẽ procedat ad condemnationem in cõdignam delicti pœnam potiùs quàm hoc modo leuiter & pecuniariter punire, & quòd ita aliàs in Senatu Mediolani factum fuit: cõtrarium tamen, quòd scilicet illi, qui post delictũ aufugiunt ad Ecclesiam, si spõte traditi fuerint à Prælatis Curiæ seculari, vel aliter extracti fuerint per vim, corporali & cõdigna delicti pœna puniantur, stylo Frãciæ seruari testatur Boër. *d. decis. 109. in fin.* & post Remigium, quẽ allegat,& in Hispania & Mediolani apud eum pariter seruari cõtra Bossij testimoniũ, vbi suprà testatur Clar. *in pract. §. fi. d. q. 30. in fin. principij.* ibi, *Sed certè apud nos hoc non seruatur, &c.* Vbi ampliùs, quòd si tales in Ecclesia rei existẽtes non fuerint Iudici seculari traditi, solet idem secularis Iudex eos inquiri & citari facere; & si nõ comparent, eos cõdemnare in pœnam mortis, seu aliam corporalem, iuxta delictorum qualitatem: & iterum idem Clarus hoc expressè tenet *in ead. q. 30. vers. successiuè.*

AMPLIA III. Et in omnibus casibus, in quibus confugiẽs 78
ad Ecclesiã extrahi potest, iisdem etiam casibus non sit illi seruanda fides data à Iudice super impunitate delicti, vt ipsum extraheret, licèt secus sit, quando iure non potuisset ille confugiens ab Ecclesia extrahi, prout dixi *infr. in 2. part. in tit. de reo confess. & conuict. q. 81. num. 282.* vbi vide.

ARGVMENTVM.

Carcerari, seu offendi, an & quando possit ille, qui à Principe, vel à Iudice saluum conductũ obtinuit.

SVMMARIVM.

Saluus cõductus omnib. seruandus est, n. 1. & seqq. sed cõtrà, n. 4.
Saluus conductus perpetuus etiam seruari debet, num. 2.
Assecuratus sub saluo conductu, nec directè, nec indirectè molestari debet, num. 3.
Saluus conductus in pluribus non fuit seruatus, num. 4.
Fidem fallere turpe est, num. 5.
Et turpius est quem decipere sub fide publica, d. num. 5.
Et qui de literis Principis confidit, decipi non debet, num. 5.
Saluus conductus etiam hosti concessus, seruandus est, num. 6.
Fides etiam hosti seruanda est, num. 7. siue detur à publica persona, siue etiam à priuata, num. 8.
Saluus conductus seruandus non est bannitis, sub num. 4. sed contrà, sub num. 5.
Saluus conductus seruandus non est reo criminis læsæ maiestatis, sub num. 4. sed contra, sub num. 5.
Hæreticis an sit seruandus saluus conductus, num. 9.
Dubitans de validitate salui conductus, crimen sacrilegij incurrit, num. 9. in fin.
Saluus conductus concedi potest etiam in casu, in quo gratia fieri non potest, num. 10.
Captus indebitè non dicitur relaxatus, si post relaxationem iterum capiatur, num. 11.
Offendẽs habentem saluum conductum, incurrit crimẽ læsæ maiestatis, n. 12. declara, vt n. 13. & seqq. vsque ad num. 20.
Offendens habẽtem saluum conductum non punitur pœna mortis, nisi morte sequuta: morte autem non sequuta punitur Iudicis arbitrio, n. 13. sed contrà, n. 14. declara, vt n. 15. & seqq.
Saluamguardiam infringens, quomodo puniatur, nu. 15. & seqq. vbi declaratur materia.
Rumpens cautionem de non offendendo punitur Iudicis arbitrio, num. 14. & num. 16.
Saluus cõductus etiã debitori cõcessus, seruãdus est, n. 20. & seq.
Iudex potest concedere debitoribus securitatem ad tempus, & ex causa, aliter secus, num. 21.
Saluus conductus debitori concessus non extenditur ad debita iurata, num. 22.
Item nec extenditur ad debitum ex causa delicti, num. 23.
Item nec ad debita fiscalia, num. 24.
Saluus conductus concessus debitori, non extenditur ad eius fideiussorem, num. 25. declara, vt num. 26.
Debitor habẽs saluum conductum seu dilationẽ tenetur satisfacere, n. 27. creditore petẽte, aliàs secus, n. 28. & ista satisfactio debet esse cũ fideiussore, n. 29. nisi ob paupertatẽ debitor fideiussorem non inueniat, quia tunc sufficit iuratoria cautio, n. 30.

Saluus conductus debitori concessus, non facta mentione de alio saluo conductu, seu dilatione habita, non valet, num. 31.
Saluus conductus debitori concessus lite pendente, cum creditore est surreptitius, & non seruatur, num. 32.
In Vrbe etiam saluus conductus subreptitius debitoribus concessus seruatur, licèt bene ad Principem recurratur pro eorum reuocatione, num. 33.
Saluus conductus debitori concessus non trahitur ad debita priuilegiata, num. 34.
Item nec ad debitum ex causa locationis & conductionis, n. 35.
Item nec ad debitum ecclesiasticum, num. 36.
Item nec ad debitum pupillare, sed contra, num. 37.
Item nec ad debita facta de recenti & in fraudem, num. 38.
Saluus conductus fauorabilior & latè interpretandus est, num. 39. & seq.
Maximè si sit concessus liber & plenus saluus conductus, n. 40.
Saluus conductus recipit interpretationem à petitione, n. 41.
Item à coniecturata mente concedentis, num. 42.
Item à declaratione concedentis, num. 43.
Item a declaratione eius cui conceditur, num. 44.
Item à potestate concedentis, num. 45.
Quando verba salui conductus sunt clara, tunc non recipitur aliqua interpretatio contra lecturam verborum, num. 46.
Saluus conductus pro se & sociis, comprehendit etiam Iudæos, num. 47.
Iudæorum enim societas nisi intrinseca sit, non est interdicta, num. 48.
Non tamen comprehendit hæreticum hostem, seu alium infidelem, num. 49.
Saluus conductus pro se & sociis, est seruandus, etiam quòd illi socij vadant sine principali, num. 50.
Saluus conductus vni concessus extenditur etiam ad eius familiam, num. 51.
Item extenditur ad vxorem, num. 52.
Saluus conductus extenditur etiá ad delicta occulta, & pro quibus quis condemnatus non fuit, num. 57. vers. Et quando.
Saluus cõductus datus pro eundo, cẽsetur etiã datus pro redeundo, n. 53. nisi ex subiecta materia aliud suadeatur, n. 54.
Saluus conductus concessus pro eundo, prodest etiam quãdo quis domi permanet se itineri accingendo, num. 55.
Saluus conductus non est seruandus ei, qui dolo illud impetrauit, num. 56.
Saluus conductus trahitur etiam ad delicta non expressa si minora sint expressis, num. 57.
Saluus conductus non trahitur ad delicta vel ad debita futura, num. 58.
Saluus conductus non est seruandus ei qui post saluum conductum noua committit delicta, num. 59. & 60. declara, nisi ex causa, & prouocatus delinquat, num. 61.
Saluus conductus non prodest ei qui concedentem offendit, vel offensionis causam dat, num. 60.
Saluus conductus non obseruatur superueniente noua causa, num. 62. & seq. Declara, vt num. 64.
Saluus conductus potest reuocari ex causa publicæ vtilitatis, num. 63. Declara, vt num. 64.
Saluus conductus non obseruatur ei qui promissa non adimpleuit, num. 65.
Saluus conductus pro se & sociis obtentus, non extenditur ad socios casu se associantes in itinere cum assecurato, num. 66.
Saluus conductus eundi & redeundi, non intelligitur datus nisi pro vna vice, n. 67. amplia etiam quòd in eo sit apposita dictio, semper, *num. 68. sed contra, n. 70. & 71. vbi respondetur contrarijs. limita si sit dictum,* toties quoties, *quia tunc intelligitur de pluribus vicibus, n. 69. limita in saluo conductu concesso ad certum tempus, vel ad certum negotium, quia intelligitur de pluribus vicibus durante dicto tempore, vel negotio num. 72.*
Dictio semper, *pluribus modis accipitur, de quibus, num. 70.*
Saluus cõductus ad beneplacitũ cõcessus expirat morte cõcedentis, vel eius iurisdictione finita, n. 73. fallit, nisi in eo sit dictũ, quòd duret donec fuerit reuocatũ, quia tũc requiritur expressa reuocatio nec expirat morte, aut iurisdictione finita, n. 74.
Saluus conductus expirat cessante causa propter quam fuit concessus, n. 75. & seq. intellige vt expiret non ipso iure, sed opus sit reuocatione, num. 77.
Saluus conductus debitori concessus ob paupertatem cessat cessante paupertate, num. 76.
Saluus cõductus conditionalis, conditione purificata cessat, n. 78.
Iudex regulariter non potest dare saluum conductum, num. 79. & 80.
Princeps enim solus dat saluum conductum, & non alius, n. 80.
Iudex potest dare saluum conductum bannito, quando citatus vult comparere ad se defendendum, num. 81. sed contra, n. 83. & 84. vbi quòd de consuetudine Iudices nec isto casu concedunt saluos conductus sed vbi talis consuetudo non viget, verior est opinio, quòd isto casu Iudices possunt concedere saluos conductus, d. n. 84. imò tenentur illud concedere, aliter vocatus non tenetur comparere, n. 85. & seq.
Iudex ex causa cognita potest concedere saluum cõductum bannitis, & quæ sit iusta causa illud concedendi, num. 82.
Inquisitus pro pluribus delictis potest pro vno comparere, & pro aliis petere saluum conductum, num. 86.
Iudex non cogitur dare saluum conductum bannito, quando vult comparere ad se defendendum pro delicto, pro quo potest mittere procuratorem, n. 87.
Iudex potest dare saluum conductum bannito à se vel à suo antecessore, secus si à superiore, num. 88.
Iudex non potest dare saluum conductum bannito ex causa criminis læsæ maiestatis, n. 89.
Iudex potest concedere saluos conductus ad tempus secus in perpetuum, num. 90. & vsque quoad tempus, num. 93.
Vicegerens Principis seu locum tenens potest concedere saluum conductum ad tempus, secus in perpetuum, num. 91.
Iudex non debet concedere saluum cõductum bannito vel inquisito, quando illum de facili potest capere & carcerare, n. 94.
Saluus cõductus etiã quòd dari non debuerit, datus tamẽ seruari debet, n. 95. & 96. licèt aliqui contrarium dixerint, d. n. 96.
Saluus conductus non est seruandus, si est datus contra statuti prohibitionem, num. 97.
Saluus conductus datus à non habente iurisdictionem illum concedendi seruandus non est, n. 98. & seqq.
Saluus conductus datus ab Aduocato fisci seruandus non est, num. 99. & seq.
Fides data hosti a priuato seruanda non est, num. 100. sed contra, num. 101.
Inferiores à Principe non possunt concedere saluos conductus, n. 102. sed contrarium est verius, n. 104. & n. 108. & seqq. licèt aliqui distinxerint, vt n. 107.
Senatus quilibet, quilibet populus, & quælibet ciuitas, quæ habet potestatem ardua explicandi, habet etiam facultatem concedendi saluos conductus, n. 103.
Etiam inferiores à Principe concedunt saluos conductus, si in inuestitura habent iura Imperij, n. 104.
Duces, Marchiones & Comites, qui habent merum & mixtum imperium, omnimodam iurisdictionem & perpetuam administrationem, habent etiam potestatem concedendi saluos conductus, n. 105. & n. 109.
Ciuitates, & alij inferiores qui habent potestatẽ condẽdi statuta, habent etiam facultatem concedendi saluos cõductus, n. 106.
Nelli in tractat. de bannit. distinctio super concessione salui conductus, num. 108.
Feudatarij & Barones, an possint concedere saluos conductus, num. 110.
Inferior à Principe potest concedere saluos conductus ad tempus, secus in perpetuum, n. 92.
Materia salui conductus latè tractatur per Magolottum in suo tractatu de securitate, & saluo conductu, n. 111.
In statu ecclesiastico salui conductus non valent, nisi concessi à summo Pontifice, num. 97.

QVÆSTIO XXIX.

REGVLA sit in proposita Quæstione, †quòd saluus cõductus omnino seruandus est, & nemo sub saluo cõductu, seu securitate à Principe cõcessa carcerari, molestari, aut quomodolibet offendi debet. Cyn. *in l. præsenti, C. de his qui ad Eccl. cõfug.* Ang. de Malef. *in verbo quod fama publ. præced. & c. n. 60. vers. Cynus verò,* &c. Nell. *in trac. de bãnit. in 2. par. 2. tẽpor. q. 11. vers. Et circa primũ,* vbi plura adducit iura, in quib. de tali securitate tractatur, *& vers. Cynus verò, post Petrũ.* vbi 1

indi

indistinctè eandem securitatem seruari debere concludit Paris.*in cons.*68.*n.*178.*lib.*4. Paul.de Castr.*cons.*423.*in 5.dubio, col.pen.n.9.vers.venio ad quintum,lib.*4.Iac.Nouel.*regul.*182.*incip. saluus conductus,in princ.* vbi & alios adducit concordantes Cagnol. *in l.ea est natura cauillationis,n.*19.*ff.de reg. iur.* Nicol.Moron. *in tract.de fide,treug.& pace,q.*105.*n.*10. quòd quando saluus conductus reperitur concessus sub epistola Principis, habere debet vim legis, *per l.*1.*ff.de constit. Princip.* Franc.Hercul.*in tract.de caut.de non offenden.tit.de saluo conduc.cap.*37.*n.*10.*& n.*11. vbi post alios,quos allegat,
2 regulam ampliat † non solùm in saluo conductu concesso ad
* tempus,sed etiam perpetuo,& testatur de magis communi * opinione,inter modernos cõsuluit nouissimè D.Bertazz.Ferrar.*in cons.*359.*n.*1.*& seqq.vol.*2.vbi præsertim *num.*3. pari-
3 ter hanc regulam ampliãdo dicit, † quòd qui à Principe habet saluum conductum,nec directè, nec indirectè molestari potest,vt per Gozad.*cons.*27.*nu.*22. & Greg.Magol.*in tract. de saluo conduc.decis.*18.*fol.*30.*pag.*....Et ad idem Burs.*in cons.* 345.*num.*25.*vol.*4.*& cons.*177.*num.*27.*& num.*39.*& seqq.* vbi hanc regulam exornans inter alia dicit, quòd dubitans de validitate salui conductus, crimen sacrilegij incurrit, *per l.*2.*C.de crim.sacrileg.*cum aliis ibi per eum allegatis.

4 Et † licèt in hac tam vera,communi, æquissima, ac etiam seruata opinione non desint Doctores,qui crediderint securitates, & saluos conductus huiusmodi pro grauioribus & atrocioribus præsertim delictis concessos minimè seruandos esse,eo quia licitum sit delinquentes, & facinorosos dolis,& cauillationibus fallere, vt videre est apud relatos per Pari.de Put.*in tract.de syndic.in verb.saluus conductus, cap.*1.*n.*2. & per Ang.de Malef.*in d.verb.quòd fama publica præced.n.*60. *in princ.*& per Nell.*in tract.de bãnit.in* 2.*part.*2.*temp.d.q.*15. *ante med.*ibi,*Nisi sit data homicidis*,&c.& per Franc.Herculan.*d.c.* 37.*n.*10.*vers.accedat,quòd nõ desunt,&c.*Iacob.Nouell.*d.reg.*182.*in 7.fall.* vbi post alios,quos allegat,apertè limitando propositã regulam dicit, quòd fidantia dari nõ debet bannitis cõdemnatis,& in libris descriptis,& si data fuerit, non est incõueniens illam nõ seruare,prout etiã & idem tenuerunt relati per Quintil Mandos.*in sua pract.commiss.in tract.de signatura gratiæ,rubr.de saluo conductu, verb. Voluerunt aliqui,&c.in princ.*& per Menoc.*in cons.*100.*n.*187. asserentes non esse fidem seruandam bannitis pro crimine læsę maiest.seu pro alio delicto. Franc.Marc.*q.*68.*part.*2.vbi pariter expressè & generaliter tenet,saluum conductũ minimè seruandum esse,eo quia licitum sit maleficos dolis,& cauillationibus fraudare: & apud Hispanos de consuetudine huiusmodi saluos cõductus minimè seruari,post alios,quos allegat,testatur Boër.*decis.*179.*n.*8. [& post hæc impressa præmissis etiã addi potest Marc.Anton.Eugen. *in cons.*67.*n.*11. *& cons.*68.*n.*30. volens saluos conductus minimè seruandos homicidis,ac aliis atrociorum criminum reis,] & ob id sæpius delinquentes sub fidantiis, & saluo conductu assecuratos, & captos, & decapitatos fuisse, antiqua & noua plura afferri possent exempla,de quibus aliqua recẽsentur per Horat.Lutium Callien.*inter cons.criminal.diuers.Ziletti* 167.*n.*5.*vol.*1. *fol.*& per Menoch.*d.cons.*100.*n.*191.*& seqq.lib.*1.

5 Nõ † per hoc tamen & in consulẽdo,& in iudicãdo recedas à proposita regula, & conclusione; quæ vt præfertur,&
* nulli dubium, nõ solùm est magis communis, * prout etiam testatur D.Menoch. *d.cons.*100.*n.*198.*& 218.lib.*1. vbi alios adducit concordantes,& in specie loquitur in saluo cõductu concesso bannitis, ac reis læsæ maiestatis, ibique respondet contrariis; sed etiam est magis æqua,& magis seruata,prout testatur & bene cõtrariis exemplis respondendo defendit idẽ Menoch.*d.cons.*100.*n.*123.*& seqq.* & Mandos.*in d.vers.voluerunt aliqui,&c.post mediũ*, & tẽporibus nostris,vt verũ fatear,monstrosum est videre,quòd quis sub saluo cõductu,& securitate capiatur: fundatúrq; prædicta cõmunis opinio,& obseruantia optima quadam & naturali æquitate ac ratione, quia scilicet turpe est fidẽ fallere,*l.*1.*ff.de constit.pecu.c.*1.*ex-*
* *ira de dolo.l.conuent.* & ibi cõmuniter * omnes,*ff.de pact.*cũ aliis adductis per Plo. *d.in lit.iura.*§.39 *nu.*1.*& seq.* & multò peius etiã est,sub publica fide quẽ deceptũ remanere, *l.*1.*C. dẽ his,qui ven.æt.impetr.* Dec.& Cag.*in d.l.ea est natura,ff. de reg.iur.* est enim fides fundamẽtum iustitiæ:ideo vbi fides non seruatur,ibi iustitia deficit,vt per Nicol.Moron.qui plura similia in idem congerit,*d.tract.de fide,treug.& pace,q.*16. 17.*&* 102.& qui de literis Principis cõfidit, decipi nõ debet, Dec.*cons.*51.*num.*2.quia nihil magis Principi conuenit quàm recta fides:*epistol.inter claras, C.de summ.Trin.& fide Cathol.* Mars.*cons.*166.Boss.*in tit.de Princip.n.*9.& Principis verbum debet esse firmissimum,Innoc.*in cap.ad Apostolicæ de sentẽt. & re iud.in* 6.Chassan.*cons.*64.*n.*24.debétq; Princeps vnum calamum,& vnam linguam habere,& cùm scriptum sit,*Quæ processerunt de labiis meis,non faciam irrita*,ideo securitas ab eo concessa debet esse immobilis,sicut lapis angularis & polus in cœlo,vt bene hæc omnia & alia similia in terminis cõsiderat D.Bertaz.*d.cons.*359.*n.*14.*&* 15.*vol.*2.ex Boss.*in tit. de Princip.n.*9.19.*& seq.*Burs.*d.cõs.*177.*n.*39.*& seqq.lib.*2. Dec.*cons.*18.*n.*108.110.*& seqq.lib.*1. [& latius per Lud.Peguer.quẽ post hæc scripta habui,& quem omnino hãc propositionem exornantem,vide *in dec.crim.*39.*n.*2.*& seqq.*]

AMPLIA I.Hanc regulam, † vt procedat etiam in saluo 6
conductu, & securitate concessa hosti,cui & illam seruãdam esse per Principẽ in specie post Guid.Papæ,quem allegat,*in q.*418.*n.*24.tradidit Bertazz.*in prælleg.cons.*359.*n.*11.*lib.*2. Burs.*d.cons.*177.*n.*27.*lib.*2.& ante illos Menoc.*de arbitr.q. casu* 336.*n.*26.vbi reddẽdo huius ampliationis rationem dicit,non referri, quòd hosti fuerit concessa securitas, quia securitate ipsi cõcessa,amplius hostis non est: † & dato etiam 7
quòd hostis esset,adhuc & illi seruanda est fides,*cap.noli existimare,& ibi glos.*23.*q.*1. *cap.innocens,*22.*q.*4. *cap.Dominus noster*,& ibi etiam glo.23.*q.*2.Mars.*d.cons.*32.*nu.*28. Summa Ang.*in verbo,fide,in princ.* Dec.*in d.l.ea est natura,& ibi in addit.*ac ibi etiam Cagn.*post n.*17.*& seqq.ff.de reg.iur.* Petr. à Placha *in epit.delict.cap.*32.*nu.*6. vbi propositam rationem aliis Doctorũ authoritatibus, & antiquorum exemplis comprobat, prout etiam pariter sequitur, & comprobat Decian. *in suis tract.crim.lib.*7.*capit.*16.*num.*3.

Et licèt,† quãdo hosti fides à priuato præstatur,tũc & eo 8
casu minimè ab eodem priuato seruãdam esse dixerit Bart.*in l.conuent.ff.de pact.& in l.*1.§.*non fait per illum textum. ff.eo.* ex quo textu non videtur damnatũ, quòd quis possit vti solertia,& machinatione contra hostem,iuxta illud Virgilij,

Dolus an virtus, quis in hoste requirat? & Bart.*vbi supra*,sequuti fuerint alij relati per Petr. à Placha *in epit.delict. c.*37. *n.*6.*&* 11.*&* per Menoch.*d.cons.*100.*n.*187.*&* 218.non per hoc tamen recedas à proposita ratione,quæ generaliter procedit,siue hosti fides data sit à publica persona, prout in terminis quæstionis nostræ,sive etiam à priuata:quicquid enim in contrariũ senserint Bart.& sequaces, vt suprà allegati,opinio cõtra eum & verior & cõmunis * est,prout illum sic de- *
fendendo testatur Cagnol. *in d.l.ea est natura,n.*19.*& seq.ff. de reg.iur.* dicens inter alia, quòd licitum est contra hostem vti dolo,solertia,& machinatione,modò tamen ei non frangatur fides data,iuxta superiùs allegata.Nec dissentit Menoc. *d.cons.*100.*n.*221.*& seq.*vbi eandem conclusionem comprobat authoritatibus Diuorum Thomæ,& Augustini.

Sed † an saluus cõductus datus hostibus fidei, infidelibus 9
scilicet,& hæreticis,sit seruandus nécne,vide post alios,quos allegant,Petr.à Placha *in epit.delict.in prælleg.cap.*37.*in fin. n.*11.*per tot.*& Menoc.*d.cons.*100.*n.*188.*& seqq.n.*194.218. 219.*& seq.*225.*& seqq.*vbi optimè declaret materiam.

AMPLIA II.Eandem regulam,† vt saluus cõductus ser- 10
uandus sit, etiamsi sit datus in vno ex casibus, in quibus, vel de iure communi, vel vigore particularium constitutionum, aut statutorum gratia fieri,& dari nõ potest:adhuc enim non est prohibitum eo in casu saluum conductum concedere, & cõcessus est seruãdus,vt bene adnotauit Cæpol.*caut.*61. vbi ex hoc infert,quòd cùm Venetiis extet constitutio prohibẽs fieri posse gratiam rebellibus, poterunt illi decem viri de consilio,non obstante dicta cõstitutione, eidem rebelli concedere saluum cõductum per centum annos,& sic per indirectum facere gratiam prohibitam à suis legibus, per textum *in l.cùm hæredes*, §.1. *ff.de statuliber.* & ibi not.D.Bened.de Plumbino,prout illum refert Cæpol.in loco prælegato,asserens aliàs se vidisse obseruare in ea Venetiarum ciuitate;& est pulchra ampliatio, sed iudicio meo non multùm in iure sustẽtabilis,cùm per eam fiat aperta fraus cõstitutioni: sed in occurrenti casu nõ per hoc recedas à proposita ampliatione; quia, vt infrà dicam, saluus conductus seruandus est, etiam

quòd de iure concedi non debuisset. [& addo ad comprobationem propositæ ampliationis, latè cõprobantem Ludou. Peguer.*d.decis.crim.39. per totam*, vbi bene disputat materiam,& respondet contrariis.]

11 AMPLIA III. Vt† captus sub saluo conductu non solùm relaxari debeat, ac in pristinam libertatem reduci, sed etiam taliter relaxari,ac liberari, vt capi iterũ non possit,aliter non diceretur liberatus,nec relaxatus, secundùm Bart.*in l.primâ, §.omnia,ff.de acquir.rer.domin.* prout illum allegat Marsil.*in tract.de bannit. in verbo,capti,num.7. versic. nec poterit capi*, vbi infert ad captum in Ecclesia,qui debuit relaxari tanquam non bene captus, quòd relaxatus non poterit iterum capi:& idem tradiderunt idem Bart.*in l.1.* per illum textum, *versic. venio ad vers.Venientes.&c.C.de nauicular.lib.11.* Archidiac. *in cap.maior.17.q.4.* Felin.*in cap.ego N.col.fin.versic.item infert,de iureiuran.* Sequitur Gig.*in tract.de crim.læsæ maiestat. lib.1.tit.qualiter,& a quibus crimen læsæ maiest.committ.q.10. num.27.* Et est ratio,quia qui tenetur aliquẽ relaxare,seu ad pristinam libertatem restituere, non dicitur obligationi satisfeciss̃e, nisi illum nedum relaxet, sed etiam faciat conducere extra suum territorium, & ad locum vbi possit securè stare, vt per Abb. & alios *in cap.accedens,in 3.notab. & in gloss.1. extra de procurat.* Cagno. *in l.libertas, num.3. ff.de reg.iur.* Fran.Herc.*in tract.de caut.de non offend.cap.37.rubr.de saluo conductu,num.23.* Brunus *de cessione bonorum,in 11.q.quartæ p.principalis,rubr.Miles an cedat bonis,num.39.in fi.* vbi generaliter loquitur in omni indebitè capto, & ante istos Paris de Put.*in suo tracta.de syndic.in verbo.captura,cap.4. num.3.* vbi quòd indebitè captus debet taliter relaxari,vt difficilis sit eius persequutio,secundùm Bart.*in l.naturaliter, in princ.ff. de acquir.rerum domin.& in l.qui neque,ff.de verb.signific.* & magis in terminis in capto sub securitate,seu saluo cõductu, tradit idem Paris de Puteo,*in verbo,saluus conductus, capit.1. post num.1.* faciunt quæ dixi *infra, in quæstio.35. in 2.ampl. num.5.*

12 AMPLIA IIII. Vt † offendẽs eum,qui à Principe habet saluum conductum; incurrat in crimen læsæ maiestatis, prout videtur text.*in l.1.in princ.* ibi,*vel aduersùs securitatem eius committitur*, & ibi glo.*in verbo securitatem*, & Bart.*n.6.* & ibi Ang.*n.2.ff.ad leg.Iul.maiest.* Bart.*in l.3.§.transfugas,in fin.ff.ad l.Corn.de sicar.* Angel.*in l.vtimur.ff.de sepulc.violato*, Martin.de Laude *in tract.de crim.læsæ maiest.q.6.* Luc.de Pẽna *in l.1.vers.& nota quòd is,C.de nauic.lib.10.* Felin.*in cap. Ego N.col.fin.vers.item infert,in fin.num.12.extr.de iureiur.* Matth.de Affl.*in cap.1.§. Et bona committentium.n.58.tit.quæ sint regalia,in vsib.feudor.* Gregor.Magolot.*in tract.de saluo conduc.part.4.in fin.n.15.vers.Postremo sciendum est*, Martin. de Laud.*in tract.de crim.læsæ maiest.q.6.* Gig.*in tract.de crim. læsæ maiest.lib.1.tit.qualiter,& à quib.crim.læsæ maiest.commit. q.18.n.1.& seq.& q.33.in prin.* Boër.*decis.179.nu.2.* Paul.de Castr.*in cons.423. quia scio,in quinto dubio,nu.9.vers.contrarium dico,& vers.Itẽ dictus Dominus Gubernator,lib.1.* & vbi, quod plus est, loquitur in Iudice,seu Gubernatore violatore salui cõductus à Principe concessi, & illum,qui saluum conductũ habebat,molestante,Menoc.*de arbitr.quæst.casu 336. num.1.lib.2.* Petrin.Bel.*in tract.de re milit.part.9.tit.de saluis conduct.n.10.* Nicol.Moron.*in tract.de fide,treug.& pace,cap. 105.n.4* Franc.Hercu.*de caut.de non offenden.cap.37.rubr.de saluo conduc.n.19.* Iacob.Nouell.*reg.48.Iudex saluum conductum,in 2.ampliat.* Bursat.*cons.216.num.3.lib.2.* Bertazz.*cons. crim.359.num.13.lib.2.* Decian.*cons.18.n.128.lib.1.& in suis tract.crim.lib.7.c.16.nu.1.* Et licèt Budæus *in annot.poster.ad Pandec.ad d.l.1.ff.ad l.Iul.maiest.* contra intellectum glossæ, Bartoli,& sequacium dixerit securitatem,de qua in eo textu, non intelligi de securitate per saluum conductũ seu promissionẽ de non offendendo,sed de securitate,hoc est,tranquillitate,& quiete publica,ita quòd sensus sit, quia aduersùs securitatẽ, hoc est,quietem & tranquillitatem populi Romani venerit,læsæ maiestatis crimen incurrat, & ob id frangẽtem securitatẽ, seu saluum conductum à Principe cõcessum,non pœna criminis læsæ maiest. sed alia mitiori puniri dixerunt pleriq; per nos relati *infr.n.15.* & licèt hæc Budæi interpretatio admodũ consona & rationabilis videtur,prout etiã visa est D.Bursat.*in d.cons.216.n.24.* non per hoc tamen recedas à proposita ampliatione & intellectu glossæ, & aliorum qui communis * est,& verus,declaratus tamen,vt mox dicam. *

LIMITANDO Hanc quartam ampliationem,seu potiùs illam declarando, aduerte, † quòd licèt offendens habẽtem 13
saluum conductum, videatur puniendus pœna mortis indistinctè, quia talis est pœna criminis læsæ maiestatis ad text. expressum *in l.3.in princip.ff.ad l.Iul.maiest.* non tamẽ mortis pœna sic offendenti habentem saluum cõductum erit indistinctè infligenda, nisi morte sequuta ex ipsa offensione: morte autem non sequuta, pœna erit extraordinaria Iudicis arbitrio,iuxta facti & personarum qualitatem imponenda,vt per Bart. & Alb. *in l.illicitas, §.ne potentiores, ff.de offic.Præsid.* quos in proposito referunt & sequuntur Boër. *decis.n.4.* latè Gig.*de crim.læsæ maiest.lib.1.tit.qualiter, & a quib.crim. læsæ maiest.commit.q.33.ferè per totam*, Guid.Papæ *decis.174. 418.num.1.& sequentibus*,vbi quòd ita seruatur de stylo curiæ Parlamenti Delphinatis. Guliel.de Cuneo *in tract.de securita.num.32.versic. Sed quæro, qualiter frangentes securitatem puniantur.* Et istam esse magis receptam * Doctorũ sen- *
tentiam testatur Menoch.*d.casu 336.num.1.*

SVBLIMITANDO,seu etiam potiùs declarando præcedentem limitationem aduertendũ puto,† quòd Bart.& Alb. 14
in dicto §.ne potentiores, vt etiam Gulielm.de Cuneo,& Boër. in locis suprà allegatis,quorũ authoritatibus Gig.& Menoc. præcitati nixi sunt eandem comprobare, & non loquuntur prout ipsi putant,in terminis nostræ quæstionis, videlicet in offendente eos, qui habent saluum conductum seu securitatem à Principe: sed in offendente eos,quibus ipsimet offendentes præstiterunt cautionem,quam nos hodie vulgo nuncupamus de non offendendo,& sic in terminis valde diuersis loquuntur,non in assecuratis per Principem,prout loquitur text.*in d.l.1.ff.ad leg.Iul.maiest.* & bene post alios,quos allegat, considerauit Bursa.*d.cons.216.n.23.lib.2.* sed in assecuratis per priuatum,quo casu illos offendens non est mirum si mortis pœna non puniatur,nisi sequuta morte,quia nec eo casu committit aliquod crimen læsæ maiestatis,ex quo Principis persona in nihilo est offensa, vt bene & expressè materiam declarando tradiderunt Bart. *in §.ne potentiores,nu.9* & Alb.pariter,*num.9.* & Boër.*d.decis.179.num.4.* At longè secus videtur esse, vbi qui offendit eum, qui à Principe habet saluum conductum seu securitatem, ne offendatur, prout sunt termini quæstionis nostræ:tunc enim Principis persona videtur offensa, ideo crimen læsæ maiestatis incursum, & per consequens indistinctè siue sequatur,siue nõ sequatur mors, ex offensione videtur imponenda pœna mortis & confiscationis bonorum,quæ talis est in eo crimine, *d.l.3.ff.ad l.Iul. maiest.* alioquin nullum esset speciale ratione dicti criminis læsæ maiestatis in offendente eum, qui habet saluum conductum, vt mortis pœna puniatur, si ex offensione sequuta fuerit mors,aliàs secus.

Non inficior tamen, † quòd etiam in propriis terminis 15
quæstionis nostræ,videlicet in offendentibus eos qui à Principe habent saluum cõductum,securitatem,seu saluamguardiã Doctores vario modo loquuti sunt: aliqui enim dixerũt hunc offendentem offenso puniendum eius arbitrio dari debere,argumento text.*in l.fin.ff.de leg 2.* alij verò huic offendendi pœnam esse duplicandam dixerunt, arg.text. *in l.aut damnum,§.2.ff.de pœn.* Prædicta bene aduertit Magolot. *in tract.de saluo condu.part.4.in fi.n.16.* & ante eum Guliel. de Cun.*in tract.de securitate,n.32.* ibi,*& tertio loco tenet,pœnam hanc esse quandoque corporalem nempe deportationis,quandoq; etiam pecuniariã Iudicis arbitrio*,& Guid Pap.*in d.decis.418. nu.1.* loquens in frangentibus saluamguardiam à curia Delphinali extraordinariè & Iudicis arbitrio puniẽdos esse, cùm certa pœna à iure determinata nõ sit,audacter affirmat. Cagnolus autẽ *in proœm.fforum,nu.57.in fin.* sequutus Guidonẽ Papæ *vbi supra*,dixit hanc pœnam arbitrariam quandoq; ex facti qualitate posse vsque ad mortem inclusiuè extendi, ad vulgatã gl.*in §.in summ.vers.si extraordinaria,Instit.de iniur.* & Cagnolũ refert pariter,& sequitur Dom.Meno.*de arbitr. quæst.casu 338.n.13.* Additionator verò *ad d.decis.Guid.Papæ 418.liter.A.in verbo,infringit*,distinguit,quòd si saluaguardia est cõcessa à Principe,seu eius magno Cõsilio vel Locumtenente,& tunc indistinctè offendẽs eum, qui à Principe hanc habet saluamguardiam,incidit in crimen læsæ maiestatis; at si offensus hãc habeat saluamguardiã ab alio,quàm à Princi-

pe,seu

pe seu eius Cõsilio,& Locumtenẽte,& tunc offensioni illius personam morte sequuta, mortis pœna punietur, nõ sequuta morte, pecuniaria pœna mulctabitur:si verò offensio sit non in personam, sed in bonis pœna erit arbitraria, & hãc distinctionem multùm sibi placere asserit Neuiz.*conf.*83.*n.*11.

16 Quid dicendum?Ex præmissis sic pro veritate puto distinguendum, † quòd aut offensus habebat securitatem à priuato,hoc est, ab offendente,aut à Principe. Primo casu,offendens non incurrit crimen læsæ maiestatis, & per consequens nec pœnam mortis,nisi in casu sequutæ mortis:morte autem non sequuta,Iudicis arbitrio plectetur, vt per Bar. Alber. Guliel. de Cun.& Boërium allegatos *supra nu.*13. & secundùm istos terminos limitatio proposita *in d.n.*13. est magis com-
* muniter* recepta,prout testatur Menoc *de arbr.q.d.casu* 336. *n.*1 nec dissentit Magolot.*de sal.cond.d.par.*4.*in fi.n.*16.*vers. Sed in latius.*

17 Secundo autem casu,†quando offendens habebat saluamguardiam,securitatem, seu saluum conductum,non à priuato,sed à Principe, vel ab alio inferiore à Principe, & tunc si illam habebat ab inferiore,vel ab alio quàm à Principe ipso, vel eius Consilio,aut Locumtenente, pœna illum sic offendentis non erit mortis, nisi sequuta morte ex offensione, at morte non sequuta, erit vel pecuniaria, vel aliàs arbitraria, iuxta offensæ qualitatem,vt per Guido Papæ *d. decis.*418.*& ibi in addit.*& per Neuizan.*d.conf.*83.*n.*81.

18 At† si offensus habebat saluum conductum ab ipso Principe,vel eius Consilio,aut Locumtenente,& tunc iterum distinguo, quod si offensio facta est non ex odio Principis, ac in contemptum illius authoritatis, sed ex aliquo particulari odio,vel inimicitia,& tunc pœna erit arbitraria,vt suprà,quia isto casu offendens non dicitur incurrere crimen læsæ maiestatis, cùm assecuratum offendat, non vt Principi iniuriam inferat,& illius honorem lædat,sed vt de suo inimico ex particulari odio vindictam sumat,per ea quæ in fortiorib.terminis, & in simili de occidente Officialem, seu Consiliarium Principis traduntur pet Pet.à Placha *in epit. delicto.cap.*22.*n.*22.Roland.*cõs.*1.*n.*32.*& seqq.vol.*3.*& cons.*15.*n.*11.*& seqq. vol.*4 Gig.*de crim.læsæ maiest.li.*1.*ti.qualiter,& à quibus crim. læsæ maiest.commit.quæst.*26.*n.*3.*& quæst.*14.*n.*4.*& seqq.*& in propriis terminis offendentis eum, qui à Principe habet saluum conductum,videtur de mente Bossij *in tit.de crim. læsæ maiest.n.*10. consuluit Decian.*inter consil.crim.diuers. tom.*1. *in fol.cons.*102. *n.*17. sequitur,& alios refert Decian. *in suis tract.crim.lib.*7.*c.*16.*n.*2.*ver.Intellige vera.*

19 Si verò † sequuta est offensio in dedecus & Principis offensionem,eóque animo,vt Principi iniuria afferatur:& tunc nulla habita distinctione mortis sequutæ, vel non sequutæ, crederem mortis pœnam posse infligi,quia isto casu incurritur per offendentem crimen læsæ maiestatis, cuius pœna mortis est,*d.l.*3.*ff.ad l. Iul.maiest* & secundùm istos terminos procedit text.*in d.l.*1.*ff.eo.*cum aliis allegatis *supra,n.*12. & bene declarat Neuizan. *d.conf.*83.*n.*11. & melius Boss.*in tit. de crim.læsæ maiest.d.n.*10. vbi in primis dubitat, an text.*in d. l.*1.*ff.ad.l.Iul. maiestat.* loquatur in securitatibus, quæ hodie quotidie dantur subditis, ac etiam amicis, ne possint molestari ex causa criminali,vel ciuili: an verò solùm in securitatibus, quæ per Principem dantur hostibus:deinde subdit per hæc verba,*Crederem tamen quocunque casu, quo quis in dedecus, & offensionem Principis offenderet habentes securitatem, quòd incideret in tale crimen,hoc est,læsæ maiestatis.*

20 AMPLIA V.Propositam regulã.† vt procedat in securitate,& saluo conductu nedum cõcesso alicui delinquenti, sed etiam in concesso debitori ex causa ciuili,eo enim casu fidem seruandam esse, nec debitorem sub securitate sibi concessa capi posse probat tex.*in §. sed neque, in Authen. de mand. Princip.*qui textus licèt loquatur in securitate concessa à parte parti,prout animaduertit Barto.*in l.is,qui reus.nu.*12.*ff. de pub.iud.* Idẽ tamen iuris est in saluo cõductu concesso eidem parti per ipsum Iudicem,perpensa identitate rationis, quæ in vtroque casu pariter militat; nam sicut in facultate partis est ius suũ remittere,ita & in facultate Iudicis est pro bono publico eandem securitatem concedere,sicuti declarat Menoc. *de arbit.quæst.lib.*1.*q.*71.*nu.*6.& licèt in causis ciuilibus fiduciam minimè dandam esse,ex quo oritur ex ea damnũ,& iniuria creditoris,probari videatur ex argumento sumpto à tex. *in c.cùm dilecta,de confirm.vtili,& in l.*2 §.*meritò,& §. si quid, ff.ne quid in loco pub.* prout hæc iura in eo loco dubitationis adduxitParis de Put.*in tract.dæ sy ndica.in verbo.Saluus cõductus,c.*1.*n.*1.*ver. Dic,quòd potest* & c.† Quando tamen Iudex 21
hanc securitatẽ concessit ex aliqua causa sibi bene visa,& ad breue tẽpus,videlicet non pluspuam ad 30.dies,prout loquitur *tex.in dicto §.sed neque in Auth.de mandа.Princip.* cessat omnis iniuria,ac omne damnũ creditoris, & propterea Iudicem posse hanc securitatẽ debitori concedere, & concessam esse seruandã,tradidit Paris de Put.*dicto n.*1.*& n.*2.*ver. Quæ nota* &c.vbi ex hoc infert,Officialem nõ teneri in syndicatu, si affidauerit debitorem alterius, qui sub tali fidantia pro aliquibus diebus venit ad ciuitatem,& creditori non satisfecit: potuit enim,inquit ipse,hoc facere;ideo non tenetur. Addo prædictis Iacob.Nouell.*regu.*182.*saluus conductus a solo Principe, in* 1.*& 2. ampliatione*, vbi plures adducit concordantes pro hac ampliatione : inferens & ipse ad Consiliarios Vrbis Venet. & ad Supraconsules, qui, authoritate sibi à Senatu concessa,concedunt & ipsi omnibus fallitis, etiam Hebræis, seu aliis personis indigentibus, fidantias & saluos conductus pro particulari eorum commodo & beneficio, qui quidem saluus conductus ab omnibus etiam isto casu seruari debẽt, & inuiolabiliter manuteneri propter fidem publicam,secundùm Alexand.Dec. Marsil. & alios,quos allegat.

LIMITA I.Hanc quintam ampliationem non procedere 22
in debito iurato.†Si enim Princeps sæcularis,vel Iudex concesserit alicui debitori securitatem, aut saluum conductum, ne possit molestari pro suis debitis infra aliquod tempus,talis saluus conductus non reddit ipsum debitorem securum aduersus creditores habentes obligationes iuratas, secundùm Alexand.*in cons.*205.*Visis hic,circa finem,*6.*vers.c. Dico insuper,quod saluus conductus lib.*2. *& cons.*38.*Visa petitione,col.* 2.*vers.Sed illis nõ obstantibus,lib.*3.Ias.*in l.*2.*posti principium,n.* 2.*vers. & isto casu,C.de precib.Imper.offer.& in l.fina.col.fin. ver. Facit quod dixi,C.si cont.ius vel vtil.pub.& cons.*173.*col. penult.ver.Similiter saluus cõductus,lib.*4.Boer.*in tract.de iurã.in* 2.*q.Principali.*Marsi.*sing.*115.Boer.*decis.*196,*n.*5. Ferrat.*caut.*55.Afflict.*decis.*5. *Dominus Rex, & ibi in ad.per tota & decis.*111. *Fuit dubitatũ,n.*14.*ver.Et ideo saluus conductus,* Felin.*c.cõstitutus,n.*3.*ver.Similiter*, Alexand.*extra de rescrip.* Curt.iun.*cons.*67.*n.*3.Dec.*in l.*1.*in prima lectu.n.*17.*ad finẽ, ver.Bene verum est,ff.si certũ pet.* Hos refert, & sequitur,& plures alios adducit concordãtes Stephan.Lamberten.*in suo tract.de cõtract.eorũ,& c.gl.fin.n.*17.Stracca *de mercat.in* 7.*& vlt.par.ti.de decoct.n.*26.Frãc Herc.*in tract.de caut.de non offed.c.*37.*rubr.de saluo cõd.n.*10.Iac. Nouel.*reg.*182.*incip. Sal. conduct.a solo Principe, in dec.fallen.* vbi alios adducit.Gabri. *n tract.de iurei urando,conclusio.*5.*n.*21.Pet. Bel.*in tra. de re milita.ti.de saluo cõd.n.*63.Roland.*cons.*31.*n.*10.*& seqq.li.*2. vbi amplius, *n.*12.*& sequentib.* quod Princeps secularis nec etiam potest saluos conductus concedere aduersus contractus iuratos vbique,& rationibus & Doctorum auctoritatibus id pulcherimè comprobat, prout etiam in proposito, & idem scripsit Menoch.*de arbitr.iud. quæst.libro* 2.*casu* 203. *n.* 14.*& sequenti,& casu* 337.*nu.*20.*& sequentib.* Bursat.*consilio* 345.*nu.*30. *lib.*4.

Et licèt Boer.*d.decisio.*296.relatus per Gabr. *in tit.de iureiurand.d.cõclu.*5.*vers.Hoc tamen non seruari*, dicat hanc limitationẽ hodie de cõsuetudine nõ seruari,ex quo si esset vera, omnes salui conductus essent inutiles,cùm omnes creditores habeant sua credita roborata iuramento : non per hoc tamen ab ea recedas, tũ quia communis est,prout testatur Quintil. Mandos.*in sua pract. cõmiss.in tract.de signatura gratiæ,rubr. de saluo cond.vers. verùm quia obligationes,in fine :* tum etiam quia falsum est,quòd creditores hodie habeant omnes obligationes iuratas, vt ibi per Mandos. & dato etiam quòd iuramentũ hodie soleret apponi per omnes debitores,prout dixit Roman.*cons.*404.*ad finem, nu.*10.*vers.*2. puto tamen ex quo concedens saluum conductum de eo non fecit mentionem, & censetur noluisse comprehendi,quia si voluisset,hoc dixisset, *l.vnica. §. fin. autem, Cod. de caduc. tollen.*& cùm de iuramento debuisset fieri specialis mentio, & non sit facta, censetur neglectum, & ideo in saluo conductu non continetur, *argumen l. item apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de iniur.* & eo magis, quia quicquid secus in saluo conductu

delinquentibus concessio, vt dixi *infrà, nu.*39.*& seqq* .saluus cõductus debitoribus concessus tanquam concessus videtur in præiudiciũ creditorũ.Item quia contra ius commune,cum Princeps concedendo dilationem ad soluendum dicatur di-
1 minuere debitum,*l.circa legem,& l.in quantitate §.in idem,ff. ad l. Falcid.* Itẽ quia dicitur venire cõtra cõtractũ ipsarũ partiũ,quod facere non debet;immò nec iam potest,vt pulchrè per Nat.*cons.*591.*col.*2.debet strictè intelligi, vt minùs quàm sit possibile, sit præiudiciale:ideo cùm talis saluus conductus contineat vnum contra ius commune,quod est differre solutionem debiti contra partium conuentionem , non debet in se aliud continere incõuenies,vt scilicet in generali sermone comprehendatur iuramentum : quia priuilegium continens plura specialia,non valet,Curt.iun. *cons.*1.*colum.penult.n.*37. & quando dispositio potest operari plura contra ius commune,satis est,quòd vnum tantùm operetur,in statuto respondit
* Grat.*respon.vlt.num.*6.*lib.*2. & est communis , * vt per Cur. iun. *cons.*105. *col.*1. sic námque hanc limitationem bene defendit Seraphin.*in suo tract.de priuileg.iuram. nouissimè edito, priuileg.*22.*n.*59.*& seqq.*

23 LIMITA II.Eandem ampliationem † pariter non procedere quo ad debita ex causa delicti, ad quæ securitates debitoribus concessas minimè extendi dixerunt Guliel. & Cyn. *in l.sed si ex parte,*§.*quamquam ff.quod cum eo.& in l.si rerũ, ff.de rerũ diuisio.*Roman.*sing.*170.*& secundum aliam impressionẽ*189.*quid si Titus,*Alexan.*in l.*1.*n.*43.*&* 44.vbi etiã Ripa,*n.*97.*ff.si cert.pet.* ea potissimùm inter alias ratione ducti, quòd licèt Principis concessiones,& beneficia sunt largè interpretanda,*l.fi.de constitutio. Princip.* istud tamẽ est verum, quatenus concernit ius concedentis , & de illius solo agitur præiudicio:secus quando ageretur de præiudicio alterius,prout in casu nostro agitur de præiudicio creditorum:tunc enim dictæ Principum concessiones sunt strictè interpretandæ, non autem latè,*cap.ex tuarum,de aut.& vsu palli,l.*1.§.*meritò,& §.si quis à Principe,ff.ne quid in loco publico,cum similib.*

Sed hanc rationem impugnat Decius, qui contrariæ est opinionis *in d.l.*1.*n.*27.*vers.Ex his infert Romanus,& vers. Sed tamen prædictis non obstantibus,ff.si cert. pet.* prout etiam cõtrarium ante ipsum Decium sensit Romanus *in d.l.*1.*n.*17. qui tamẽ in lib.meo non dicit,sed bene id affirmat Hier.Cuchalõ.*in addit.ad Roman.d.n.*18.*in ver. Ex delicto,litera A, eod.ti.si certũ pet.*quia scilicet etiã in priuilegiis,& concessionibus de sui natura strictè interpretandis , sumitur adhuc ea interpretatio,quam proprietas verborum patitur,etiam quòd lata sit,vt per Ang.*in d.l.fin.col.fin.vers.Tertio quæritur,ff.de constitutio.Princip.* cum aliis ibi per eum allegatis, sed sic est, quòd creditor ex delicto est propriè creditor , vt latè ibi per Decium,qui contrariis respondet:ergo saluus conductus generaliter concessus aduersus creditores comprehendit etiam creditorem ex delicto , attenta dicta proprietate verborum, & propterea vltra præfatos contra hanc ampliationem etiam apertè sensit Iacob Nouel.*reg.*48. *Iudex saluum conductum, in* 4.*ampliatione,*licèt pro sua opinione corruptè alleget Alexand.& Ripam *in d.l.*1.*ff.si cert.pet.*qui prout præmisi, stant pro limitatione.

Verùm rationibus Decij satis plenè satisfacit Ripa *in d.l.* 1.*d.n.*27.*ff.si cert.pet.*dicens inter alia,quòd isto casu saltẽ negari non potest, quòd si opinio Decij, & aliorum esset vera, Princeps diceretur fecisse gratiam delinquenti, vnde gratia redditur surreptitia ex eo,quòd de delicto non sit facta mentio,*c.postulasti, in verbo,non ita de leui,ext.de resc.*quis enim dubitat, quòd si Princeps sciuisset supplicantem esse debitorem alterius ex causa delicti, putà furti ,securitatem vel non concessisset,vel nõ ita de facili? igitur stante surreptione gratia non suffragatur : & quicquid forsan disputando replicari posset,opinio Guliel.de Cuneo Cyni,& sequacium commu-
* nis* est quam etiã sequuti sunt Gramma. *in addit. ad Afflict. d.decis.*5.*cons.*400.quidam Iacob.abOleo,*col.*1.*ver. Et prima ratio,& col.*2.*vers.sexta ratio,li.*1. Paul.de Castro *in cõs.*422. *Quia scio,col.pen.ver.Contrarium dico.li.*1. Petrin. Bel.*in tra. de re milita.tit.de saluis condu.n.*59. quos referendo sequitur Men. *de arbit.quæst.casu* 203.*n.*16.*& casu* 337.*pariter n.*16. *& lib.*2.Frãc Hercul.*de cant.de nõ offend.c.*37.*rubr.de saluo cõduc.n* 20.*in fi.*Nicol.Morõ.*de fide,treug.& pace,q.*106.*n.*3.[Et facit quòd post hæc impressa voluit Marc.Ant.Eug *in cõs.*67. *n.*14.*& cons.*68.*n.*32.quòd saluus conductus simpliciter datus intelligitur de causis ciuilibus tantùm, non autem de criminalibus,ex glo.Bart.& ibi per eum allegatis.]

Imò† eandem securitatem minimè extendi ad debita fis- 24
calia,etiam quòd à delicto originem non habeant,quod plus est,sensserunt Bald.*d.cons.*400.*col.*2.*versi.Tertia ratio,* Bel.*de re milit.d. tit.de saluo condu.n.*60.Franc.Luc.de Parma *in tra. de priuileg.fisci,casu* 22.Gram.*in additio.ad. Afflict. d.decisio.* 5.vbi adhuc allegat Martin.de Laude.*in tracta.de priuileg. & resc.versi.*14. Menoch. *d. casu* 203. *num.*16. *& eodem casu* 337.*n.*17.Nico.Moron.*de fide,treug.& pace,d.quæstione* 106. *nu.*5.& ante istos fuit de mente Par.de Put. *in tracta.de syndic.verbo,Saluus conductus, c.*1.*nu.*1.vbi dixit huiusmodi securitates non esse concedendas debentibus soluere tributa Principis.

LIMITA IIII. Dictam quintam principalem ampliatio- 25
nem, † vt non procedat quoad fideiussorem:securitas enim concessa per Principem,per Iudicem,siue etiam per creditorem debitori,minimè extenditur ad eius fideiussorem,secundùm Dyn.*in cons.*11.*Quæstio talis est.quod Regius,&c.* quem sequutus est Menoch.*de arbitr.quæst.lib.*3.*casu* 337.*in fin.nu.* 21.*versic.declaratur octauò*;alios adducit concordantes Vrsil. *in addi.ad Afflict. decis.*5.*n.*3.& in simili de consensu,seu dilatione,vel remissione partis debiti facta à maiori parte creditorum,licèt præiudicet minori parti eorundem creditorum quoad ipsum principalem debitorem,non tamen præiudicet quoad fideiussores,quia adhuc poterunt,& cõueniti à creditoribus non cõsentientibus,text.est *in l.si præcedẽte,*§.*Lucius, ff.mandati*, per quem textum hoc ipsum etiã apertè scripserunt Alexand.& Ias.*in l.& suum heredem,*§.*hodie,ff.de pact.* Cęn.Bald.Salic.Ias.& communiter* omnes *in l.quoties, C. de* *
*prec.Impe.offer.*Matthes.*sing.*105.*Nota casum,*Cremen.*sing.* 21.*vnus tex.*Stracca *de mercatura,in tract. de decoct.par. sexta,n.*14.*&seq.*Simoncel.*de decre.in præfatione,n.*13.*vers.L.limita secundo,*sequitur idem Menoch.*vbi sup. casu* 203.*n.*26. vbi propterea dixit, quòd qui huiusmodi saluos conductus impetrant,si eis suos fideiussores adiuuari volunt,debent eorum nomina exprimere,& pro eorum persona etiam petere, alioquin non continebuntur : quamquam eorum obligatio, vt principalis sui accessoria eius naturam sequatur.

Et licèt contrarium latè defendat Marsil.*in rubr.de fideiuss.* 26
in 37.*quæst.n.*332.*& plurib.seqq.*& Marsil. in proposito referat,& etiã sequatur Bertazzo.*in cons. crim.*359.*in fin.n.*14. *col.*2.ea præsertim ductus ratione , quia si aliter diceremus, esset per indirectũ grauare principalem debitorem, qui posset reconueniri, & molestari à fideiussore conuento à creditore; non per hoc tamen recedas à proposita limitatione, quæ, vt vides,communis* est,declarata tamen hoc modo,vt scilicet, *
procedat respectu tertij, non consentientis securitati , vel illam non concedentis : secus respectu illiusmet, qui securitatem,putà per vnum annum, cõcesserit:tunc enim etiã quòd de fideiussore nihil dixerit , non poterit idem creditor consentiens fideiussorem sui debitoris molestare infra hunc annum:quia si hoc posset,esset(vt inquit Bertazzolus)per indirectum frangere, & non seruare securitatem, & isto casu dicitur agi de præiudicio ipsius concedentis securitatẽ tantùm: secus si tertij præiudicio,prout bene declarat text.*in dict. l.si præcedente,*§.*Lucius.ff.mandati.* Vbi expressè dicitur,quòd si maior pars creditorum faciat dilationem , vel aliter remittat partem debiti suo debitori , non poterit nec etiam molestare debitoris fideiussorem,etiam quòd de illo nihil dixerit, prout etiam hoc adnotauit Stracca *vbi suprà,dicto nu.*15.*in fine per illum textum,in dicto* §. *Lucius.* At quòd per hanc securitatẽ fiat præiudicium ipsis creditoribus non consentientib. quo ad fideiussores debitoris , sicut bene fit præiudicium quoad ipsum principalẽ debitorẽ,tex.*in d.*§.*Lucius,* contrarium decidit.Ideo dici potest, quòd securitas cõcessa debitori ab vno creditore,vel etiam ab eorum maiori parte,comprehendit etiam fideiussorem respectu ipsorum creditorum concedentium securitatem : secus respectu tertij , & sic creditoris non consentientis , & propterea quando securitas , seu saluus conductus erit concessus non à creditoribus, sed à Iudice, vel à Principe , non prodest talis saluus conductus fideiussoribus , nisi de illis facta sit expressa mentio : est enim hæc concessio, seu priuilegium personale , ideo ad aliam

personam

personam non extenditur, *l. exceptiones, quæ personæ, ff. de exceptio. l. prima C. de fideiuss. tut. cum similibus.*

27 LIMITA IIII. Eandem quintam ampliationem, † vt licèt debitor habens saluum conductum à Principe non possit à suis creditoribus molestari, tenetur tamen satisdare de soluendo debitum finita dilatione in saluo conductu expressa: cassus est *in l. vniuersa*, vbi præcipuè Ias. & communiter * omnes, *C. de precib. Imper. offeren.* cuius quidē textus verba clara sunt hæc: *Vniuersa rescripta, quæ in debitorum causis super præstandis dilationibus promulgantur, non aliter valeant, nisi fideiussio idonea super solutione debiti præbeatur.* Et ita per illum textū hanc limitationem firmat Catald. de Boncōpag. *in suo tra. de syndica. quæst. 156. n. 99. versi. Adde quod habens saluum conductū, &c.* vbi propterea post Bald. quem allegat, *in dicta l. vniuersa*, admonet debitorē, vt in suo saluo conductu, & dilatione faciat apponere, quòd dicta dilatione, seu saluo conductu durante, satisdatio peti nō possit: tunc enim à tali onere immunis erit, aliàs secus: quia nisi in rescripto moratorio ponatur clausula, *non obstante tali lege, hoc est, d. l. vniuersa*, nūquam per dilationem concessam satisdatio censetur remissa, vt ibi per eum, plus dicentem, quòd quinimò ea non obstante potest conueniri, capi, & carcerari: iniquum enim esset, si non satisdaret, cùm pendente tempore salui conductus possit debitor aufugere, & sic creditorem suo credito fraudare, ac illum deludere, contra textum cum ibi notatis per Bart. *in l. si debitori ff. de iudi.* Quibus addo Quintil Mandos. *in sua pra. commissionum, in tract. de Signatura gratiæ, rub. de saluo conduc. vers. præfixmori validitate, &c.*

28 SVBLIMITA I. Hanc quartam limitationem † procedere, dummodo talis satisdatio petatur à creditore, alias secus, vt per gl. *in dicta l. vniuersa, in verbo, præbeatur*, ibi, *Si aduersarius postulet, &c.* Nec dissentit Catald. *vbi sup. dict. q. 156. eodē n. 99. ad finem.* ibi *Si ab eo fuerit satisdatio petita*, &c. Pluribus hāc sublimitationē comprobat Ias. *in dicta l. vniuersa, n. 2. & seqq.* Vnde inferri potest, quòd talis saluus cōductus seruari semper debet, donec fuerit reuocatus à Principe, vel à Iudice, qui illum cōcessit ob non præstitā satisdationē; & talis reuocatio fieri non potest, nisi ipso creditore instante, & petente: & sic debitore citato, & vocato ad præstandam satisdationem prædictā, aliàs secus: tenetur enim Iudex seruare dispositionem *dict. l. vniuersa*, quia omnes leges sunt ab eo seruandæ: sed Princeps potest illi derogare, si vult: licèt derogasse non censeatur, nisi expresserit, vt per Baldum, & Catald. *vbi supra.*

29 SVBLIMITA II. Eandem quartam limitationem, † quòd licèt ista satisdatio debeat esse cum fideiussoribus, prout expresse de fideiussore loquitur textus *in d. l. vniuersa* ibi, *nisi fideiussio idonea, &c. C. de precibus Imperat. offeren.* & expresse etiá notat Ias. *in dicta l. vniuersa, in secundo not. ab. n. 5.* & ante Ias. hoc idem in specie animaduertit Catald. *dicto tractat. de syndic. q. 156. n. 93. versic. Animaduertendū, &c.* vbi & ad idē allegat Cyn. Bart. & Bald *in dicta l. vniuersa*, & Bartol. *in dicta l. si debitori ff. de iudic.* & Cyn. *in l. secunda, C. de hæredi. vel actio. vend.* dicitque, quòd ita aliàs de facto consuluit in Ciuitate Firmana, in quæstione salui conductus concessi cuidam
30 Aloysio de Florentia per Dominum Camerarium Papæ: † nihilominus si saluus conductus concedatur debitori ob paupertatē, ob quam etiam idem debitor non reperiat fideiussores: tunc eriá sine fideiussorib stabitur eius iuratorię cautioni, prout est pulchra doctrina, & in terminis tradita per Bald. *nouel. in tract. de dote, parte octaua priuileg. 12. versic. Et sic facit argumentum, &c.* quam etiam sequitur Dom. Ioseph. Ludou. *in decisio. Perus. 63. n. 9. 2. parte.* vbi post Bald. *nouell. Vbi sup.* dixit insuper isto casu talem iuratoriam cautionem debere esse cum generali hypotheca bonorum, & etiam cum adiectione pœnæ, secundùm quod habetur *in l. Prætoriæ, ff. de Prætor. stipulat.* & ibi per Bartol. & per Angel. *in l. secunda, §. si dubitetur ff. de iudic. & not. in l. filio, ff. vt lega. nom. cauea.*

LIMITA V. Quintam propositam ampliationem † non procedere in saluo conductu surreptitiè concesso debitori, vt putà quando in eo idem debitor non expressit, quòd aliàs habuit alium saluum cōductum, seu dilationem; tunc enim huiusmodi saluum conductum minimè seruandum esse in specie dixit Rebuff. *in commentariis ad Regias constitutiones. tom. 2. sub. rubr. de literis dilatorijs, annalibus, quinquennalibus, &c. articul. primo, glos. 1. n. 30.* sicut illum refert, & sequitur Menoch. *de arb. tr. quæstio. lib. 2. casu 294. nu. 28. & 29.* † vbi amplius dicit ex Bald. *in l. fi. C. vt liue penden.* & ex Bruno *in cons. 46. in fi.* & ex Roland. *in cons. 31. n. 17. vol. 2.* quòd quando lis est iam cū debitore per creditorem inchoata, is qui saluū conductum hunc impetrat; narrare debet litis pendentiam, aliàs tanquam per surreptionem obtentus pariter seruandus, & attendendus non est, *cap. ceterum, de rescrip. cap. si quando, eod. iur. l. si vendicari. C. de pœn.* Iacob. Port. Imo. *cons. 96. n. 3. & seq.* & faciunt, quæ in simili *supra* dixi *in tract. de inquisitione, quæst. 6. n. 49.* gratia homicidæ concessa, in qua non fuit expressum aliud homicidium commissum per eum, qui grātiam obtinuit.

SVBLIMITA Hanc quintam limitationem, † quòd quicquid sit de iure, nunquam vidi in Vrbe ex hoc capite surreptionis violatum aliquem saluum conductum per Principem debitori concessum, sed bene fuisse recursum ad eundē Principem qui postmodum illum reuocauit, si ex allegata surreptione ita facere sibi visum fuerit; & ratio potest esse, quia in Vrbe, vbi adest Princeps, non datur de surreptione rescriptio coram Iudicibus, sed recurritur ad ipsum Principem, & ad eius signaturam pro reformatione, seu reuocatione.

LIMITA VI. Eandem ampliationem † non procedere in debitis priuilegiatis, ad quæ minimè extendi saluum conductum, seu dilationem à Principe concessam, pluribus comprobat, & exemplificat Menoch. *de arbit. quæst. d. casu 293. n. 17. & seqq.* † vbi in primis hanc limitationem exemplificat in debito ex causa locationis & conductionis ex Rebuffo *in lo. cō. nuper relato, d. gl. 1. n. 21. & 37.* vbi declarat, † Item exēplificat in debito ecclesiastico, cùm non possint Principes seculares hos saluos conductus aduersus Ecclesiam concedere, ex Rebuffo *in loco præallegato, n. 32. & 33.* † Vbi etiam idem de debito pupillari. Sed quoad pupillare debitū, quòd immò saluus conductus, seu dilatio à Principe cōcessa etiam extendatur, aduersus Rebuffum in loco citato defendit idem Menoch. *nu. 23. & 24.* † Vbi pariter, quòd nec idem saluus conductus extenditur ad debita de recenti contracta paulò ante illius cōcessionem, quoniam censetur factus in fraudem creditorum ab ipso debitore sciente se non soluendo, & de proximo decoctorum, & ibid. *n. 25.* alia similia ponit in materia.

AMPLIA VI. Eandem propositam principalem regulam, † vt non solùm saluus conductus seruandus sit, sed vt seruetur, & vires suas habeat, latè & fauorabiliter est interpretandus: dicitur enim potiùs beneficium, quam priuilegium, vt bene declarat Menoch. *de arbit. quæst. lib. 2. casu 336. nu. 14. & 25.* beneficia autē Principis latissimè sunt interpretanda, Ias. *in l. beneficiū, n. 31. ff. de const. Princ.* Socin. iun. *cons. 37. n. 17. li. 1.* Gram. *cons. 6. n. 2.* Et dato etiá, quòd saluus conductus æquiparetur potius priuilegio, quàm beneficio: adhuc tamen & priuilegia sunt largè & fauorabiliter interpretanda, quando ius tertij non lædunt, nec de alicuius agunt præiudicio: sunt enim & eo casu, quo ad ius cōcedentis contra cōcedentē, latè interpretanda in fauorē eius, cui conceduntur. Ita post Oldradū, quem allegat, *in cons. 268. Quæstio est, col. 2. ver. Præterea.* & c. concludit Dec. *in l. in omnibus causis, n. 15. in fi. ff. de reg. iur.* Rota *in tit. de præben. decis. 4. alias 97. n. 1. in nouis, & in tit. de offic. lega. decis. 3. alias 119. n. 2.* pariter in nouis. & in terminis salui cōductus, seu securitatis concessæ, idē Dec. *cons. 11. n. 2. in fi. ver. & quod talis cōcessio, & n. 3. ver. ex quibus datur intelligi*, vbi post Bald. *in cons. 456.* proponitur, quòd quidā Nicodemus *li. 3.* pulchrè concludit, quòd quādo concessio data à Principe neminem lædit, non strictè, sed largè, & ad bonum sensum in fauorem eius, cui cōcessio facta reperitur, interpretanda est; tum quia omnes Principis contractus sunt bonæ fidei, tum etiam quia spectat ad Principis honorem securitatem seruare, & idē tradit Brun. *inter cons. feudalia, cons. 12. col. mihi penult. ante fin.* Ang. *cons. 363. Magnifice Domine*, Ripa *responso 26. in princip. lib. 2.* Bosi. *in titu. de remed. ex sola clemē. Princip. n. 69.* vbi propterea bene dixit securitatem per Principē datam esse seruandā, etiam quòd eius verba possint vario modo interpretari. Bertaz. *cons. 359. n. 2. & seqq.* vbi præsertim loquitur, quādo saluus cōductus haberet aliqua verba generalia, vel vniuersalia, vel etiam prægnantia: vt putā, si sit cōcessus liber & plen saluus cōductus, † quia dictio, *liber*, idē importat quod sine alicuius cōtradictione, gl. & Doct. *in c. 1. de censib.*

de censib. in fexto. Dec. *dicto conf.* 51. *n.* 2. cum aliis ibi per eum adductis. Et licèt, teste Menoch. *dicto casu* 336. *n.* 16. Petrin. Bel. in loco per eum citato, motiuãdo dubitauerit, materiam hãc salui conductus, & securitatis esse odiosam, & propterea strictam recipere interpretationem, & in dubio contra interpretantẽ *argumento l. veteribus, ff. de pœt.* prout etiam de hoc dubitat quidam Iudex, amicus meus, in quadam licentia gerendi omne genus armorum prohibitorum, concessa quondã Bernardino Cotto pro se, & duobus suis amicis ab Excellentissimo & Illustrissimo Dom. Duce Sore de anno 1584. volẽs propterea idem Iudex dictam licentiã, seu securitatem in puncto, de quo tunc dubitabatur, fore strictè interpretandam & non cõprehendere archibusetta breuioris mensuræ, licèt sub generalitate armorũ prohibitorum prima facie cõprehendi viderentur: talis tamen dubitatio prorsus ratione caret, & non per hoc recedas à firmata ampliatione, quam etiam sequitur Menoch. *ibidem, nu.* 23. *& seqq.* &, vt præfertur, verior, & communis* est, quicquid etiam contra eam notissimè dixerit Bursat. *cons.* 345. *n.* 17. *& seq. lib.* 4.

LIMITA Hanc sextam ampliationem, vt non ita semper saluus conductus, seu securitas sit latè interpretanda, quin etiam recipiat aliquas iuris, & approbatas interpretationes, siue ex illis amplietur, siue etiam restringatur dicta securitas.

41 † Tales enim concessiones in primis declarantur, & interpretationem recipiunt ab illarum petitione, vt per Bart. *in l. prima, n.* 5. *versi. quãdoque illa securitas fuit, & c. ff. ad. l. Iul. maiest.* prout illum refert, & ad hoc propositum adducit Menoch. *in cons.* 244. *nu.* 2. *& seqq. lib.* 2. & latiùs hanc probat conclusionem Bursat. *concluf.* 345. *n.* 3. *& 4. lib.* 4. vbi propterea infert, quòd si petitio salui conductus sit terminata, concessio verò indeterminata: id quod simpliciter conceditur, restringitur ad petita, & narrata, & ideo si simpliciter & indeterminatè sine tempore concedatur saluus conductus ei, qui illum petiit per decem dies, talis concessio licèt indeterminata non intelligitur, nisi per decennium, iuxta formam petitionis, ex Abb. Ioan. de Selua, & Alexandro de Neuo, in locis ibi per eum allegatis.

42 Item † & interpretationem recipit, secundùm cõiecturatam voluntatem concedentis, vt per Dec. *dicto cons.* 51. *colum.* 1. *vers. Literæ dicti salui conductus, n.* 1. *in fin.* Magolot *in tract. de sal. conductu, 4 par. col.* 5. *versic. & in simili dicit*, &c. Mens autem, & voluntas concedentis saluum conductum ea fuisse sẽper præsumitur, quæ in animo boni, & prudentis viri fuisset, vt post Bald. *in cons.* 414. *concessus fuit saluus conductus, in prin. li.* 5. tradidit Petrin Bell. *in tract. de re milita. par.* 9. *tit. de salu. conduc. n.* 17. Quos omnes refert pariter, & sequitur Menoc. *d. cõs.* 244. *n.* 10. li. 3. & Burs. *d. cõs.* 345. *n.* 20. *& post n.* 44.

43 Et † quando aliunde non apparet de mente concedentis, statur declarationi eiusdem concedentis, vt post Bald. quem allegat *in cons.* 457. *Reuerende Pater, li.* 1. tradidit Petrin. Bel. *dicto tracta. de re milit. tit. de saluis conduc. n.* 20. Dec. *d. cons.* 51. *ad fidẽ, versic. Et quando aliqua dubitatio esset, li.* 1. Magolott. *de securit. & sal. condu.* 4 *parte, col.* 7. *versic. Sed cautius*, & hos refert etiam, & sequitur Meno. *d. cons.* 244. *n.* 17. *lib.* 3. Bursat. qui & alios adducit, *in d. cons.* 345. *n.* 22. *lib.* 4.

44 Et contrà † statur declarationi illius, cui cõcessus est saluus conductus, etiam in illius præiudicium, cùm vnusquisque per hanc declarationem possit fauori suo renunciare, vulgata *l. penult. C. de pact.* & in terminis salui conductus hoc apertè consuluit Menoch. *dicto cons.* 244. *nu.* 18. *& seqq. lib.* 3. vbi respondet iis, quæ in contrarium considerauit *in tractat. de arbitr. quæst. casu* 336. *n.* 28. *& seqq.* & in eodem casu cum Menoch. consuluit etiam Hippol. Rim. *cons.* 490. *n.* 13. *vol.* 5.

45 Et demum † hos saluos conductus, seu securitates recipere interpretationem à potestate concedentis, dubitandum non est per regulam, quòd nemo præsumitur voluisse facere, quod de iure facere non potest, *l. cum non facilè, ff. si cui plus quam per l. Falc. l. Nepos Proculo, ff. de verb. signifi.* Aym. *consil.* 241. *nu.* 20. *versic. Itaque cum dixit*, &c. & in terminis Menoch. *d. cons.* 244. *nu.* 11.

46 SVBLIMITA Præcedentem limitationem, † vt procedat prout loquitur in casu dubio, in quo non apparet ex verbis ipsius securitatis, & salui conductus de mente concedentis: tunc enim recurrendum est ad eius coniecturaram mentem omnibus modis suprà deductis, & aliis à iure approbatis: secus vbi verba essent clara, quia in claris non est opus coniecturis, *vulgata l. continuus. §. cum ita, ff. de verbor. obligat. in terminis*, Dec. *dicto cons.* 51. *n.* 2. *& n.* 3. *prædicta tamen*, Menoch. *d. cons.* 244. *n.* 26. *vol.* 3. & hoc non habet difficultatem.

AMPLIA VII. Et principaliter † propositam regulam, 47
(& hæc ampliatio, sicut & aliæ sequentes veniunt illatiuè ex præcedenti sexta ampliatione) vt saluus conductus concessus pro se, & sociis, seruari debeat, etiã quoad socios Iudæos, secũdùm Ang. *in l. vtimur, n.* 6. *versic. Item ait tẽde quòd si quis & c. ff. de sepulchro violato*, vbi testatur ita de facto Perulij pronunciatum fuisse, *& in l.* 1. *n.* 3. *ver. In Iudæo respõde, ff. ad l. Iul. maiest.* Barba. *cons.* 63. *incip. licet in medium, li.* 4. Dec. *cons.* 51. *n.* 3. Corset. *singu. incip. an societas, in verbo, Societas, il primo.* Felin. *in c. ego N, n.* 8. *col. fin. versi. Item refert, de iureiuran.* Alexand. *cons.* 90. *num.* 10. *volum.* 6. *& cons.* 75. *colum.* 2. *vol.* 5. Boer. *decis.* 179. *n.* 6. Gig. *de crim. læsæ maiest. lib.* 1. *tit. qualiter, & à quibus crim. læsæ maiestat. committa. q.* 33. *nu.* 11. *& seqq.* Marsil. *singu.* 540. *incip. Hodie* Tiraq. *de iure primog. quæst.* 66. *n.* 14. Hercul. *in tract. de caut. de non offenden. c.* 37. *tit. de salu. conduc. n.* 6. Petrin. Bel. *in tracta. de re mil. eadem rubr. de salu. conduc. n.* 22. Menoc. *de arbit. quæst. lib.* 2. *casu* 336. *n.* 4. Rolan. *cons.* 35. *n.* 33. *& seq. li.* 2. Hippol. Riminal. *cons.* 275. *nu.* 26. *& 27. vol.* 3. Nec reperio, quòd hæc ampliatio habeat contradictorem, & propterea communis* est: licèt Bar. *in d. l.* 1. *ff. ad l.* * *Iul. maiest.* eam firmare noluerit, & licèt rursus contra eam aliquos alleget Quintil. Mandos. *in sua pract. commiss. in tract. de signatura gratiæ, rubr. de salu. conduc. vers. Saluus conductus sæpe conceditur*, &c. qui tamen non loquuntur in Iudæis, sed in hæreticis, & aliis infidelibus, de quibus mox dicam: & ratio huius ampliationis ea potissimùm communiter ab omnibus præcitatis Doctoribus adducitur, † quia scilicet à canonibus licèt sit prohibita nimia familiaritas, & stricta conuersatio cum Iudæis, *vt in c. sæpe, 27. q.* 1. *c. nullus, de Iudæ.* non est tamen interdicta societas, & participatio simplex, *l. quicunque, C. de Iudæis*, cum aliis in proposito deductis per Corset. Gig. & Rolan. in locis præcitatis.

LIMITA Hanc septimam ampliationem, † vt procedat, 49
prout loquitur, quoad Iudæum, secus quoad hæreticum, seu alium infidelem; ad quem minimè extendi saluũ conductum concessum pro se, & sociis dixit Ang. *in d. l. vtimur, n.* 6. *ff. de sepulchro violato.* ibi *secus si esset reprobata, vt hostiũ, vel hæreticorum, & c.* Horum enim societas est prorsus improbata, ideo ad eos tanquam ad socios saluus conductus non extenditur, Boer. *decisio.* 179. *nu.* 7. Dec. *d. consil.* 51. *nu.* 3. Petrin. Bel. *vbi suprà, n.* 22. Hercul. *de caut. d. cap.* 37. *nu.* 9. Menoch. *de arbit. quæst. lib.* 2. *d. casu* 336. *nu.* 35. vbi id verum esse declarat, nisi Princeps concedendo ex iusta causa illos esse sub saluo conductu intellexisset: quoniam tunc non illorum, sed Principis persona spectatur, propterea etiam quoad ipsos saluus conductus seruandus est, prout & eandem declarationem sequutus est Quintil. Mandos. *vbi supra, sub d. ver. saluus conductus sæpe conceditur*, ibi, *prima opinio procederet. & c.*

AMPLIA VIII. Vt † saluus conductus, seu securitas sic vt 50
suprà concessa pro se, & sociis, vel pro se, & decem hominibus, locũ habeat, & seruari debeat, etiam quòd illi socij, seu homines vadant sine illo principali, cui est concessa securitas. Ita respondit Bald. *in cons.* 409. *Concessus fuit saluus conductus, libro primo*, quod consilium est repetitum *in cons.* 414. *libro quinto*, vbi quòd si fuit concessus saluus conductus alicui pro se vnà cum decem equis, ac totidem personis, & rebus suis: si is, cui principaliter est cõcessus saluus cõductus, mittat vxorem cum sociis, ac bonis, ipséque domi permaneat: nec vtique offendi poterit ipsa mulier cum suis sociis, & bonis, sed tuta erit sub securitate illa concessa viro suo, etiam quòd in illius societate non vadat, & Bald. *vbi supra* sequutus est Petrin. Bel. *in tract. de re milita. in tit. de saluis conduc. num.* 12. *&* 15. qui in casu simili idem respondentem allegat Imo. *in cons.* 33. Boss. *in titu. de remed. ex sola clem. Prin. nu.* 67. Menoch. *de arbi. q. lib.* 2. *casu* 336. *n.* 7.

AMPLIA IX. Vt † saluus conductus vni principaliter cõ- 51
cessus, censeatur etiam concessus illius famulis, & familiaribus: & sic extẽditur ad eius familiam, etiam quòd expressè non sit dictũ. Ita post Ang. & Petrin. Bel. quẽ allegat, tradidit Menoc. *de arb. q. li.* 2. *casu* 336. *n.* 8. *& seqq.* ea motus ratione, quia in simili relicta alicui habitatione, censetur etiã relicta

habitatio

habitatio pro eius familia,§.*Item si quis adium,instit.de vsu, & habitat.* & priuilegium datum personæ extenditur etiam ad eius familiares,Dec.*in l.in omnibus ad obseruatur, nu.8.ff. de reg.iur.* & priuilegium hero concessum,censetur etiam cõcessum & pro eius familia,Capra. *dec.*12. & immunitas concessa domino,censetur etiam cõcessa pro eius familia, Boer.
52 *dec.*213.*n.*6.*&* 7.†Et propterea multò magis saluum conductum vito concessum, extendi etiam ad eius vxorem dixit Nouell. post. Bald. quem allegat, *in regul.*48. *Iudex saluum conductum, in tertia ampliatione*, eo quia vxor gaudet mariti priuilegio,*l.*1.*C.ne vxor.pro mar.*nec dissentit Bertazzol.*cons.* 339.*num.*9.*lib.*2.

53 AMPLIA X. Vt† saluus conductus alicui concessus pro eundo,vel veniendo ad aliquem locum,intelligatur datus etiam pro redeundo ex dicto loco, etiam quòd id expressum non sit,secundùm Barto.*in d.l.vtimur,C.de sepulchro violato, & in l.prima,in fin.C.de nauic.seu nau.lib.*11.Felin.*in c.fi.n.*1. *de treug.& pace.& in c. Ego,n.*8.*extra de iureiuran.* Aflict.*in constit.Regni,lib.*3.*rub.*25.*de fide mercatorum.in verbo, pœnas. in fine*,plures adducit concordantes,Fran.Herculan.*in tract.de caut.de non offenden.c.*35.*rub.de saluo conduc.n.*4. Iacob.Nouell.*reg.*84.*in prima ampliatione.* Boss.*in tit.de remed. ex sola clemen.Prin.n.*94.Brun.*in tract.de cessio.bonor.in* 11.*q.quarta p.principalis.n.*34.vbi magistraliter loquendo dixit, quòd licèt limitata promissio non portigatur extra casum sum,*l.*1. §.*sed mihi,ff.de ver.oblig.c. Pisanis,extr.de restit.spolia.l.quicquid astringendæ,eod.tit.de verb.oblig.* quia tamen non dicitur quis securè venire,qui securè non potest recedere: ideo ille, cui est data securitas veniendi, dicitur habere & securitatem recedendi,allegat gl.Iacob.de Arena,& Bart.*in d.l.vtimur.ff. de sepulchro violato*, & in simili facit, quia priuilegium concessũ mercatoribus eũdi ad nũdinas absque solutione gabellę,intelligi etiam debet pro redeundo ex dictis nundinis, vt per Alexand.*cons.*46.*li.*2.Gozad. *cons.*27.*n.*23.Iul. Ferret.*in tracta.de gabell.& publican.n.*95.quos in proposito refert,& sequitur Menoch.*de arb.quæst.lib.*2.*d.casu* 336.*n.*11.*& seqq.* vbi contra motiuum Petrini Belli.*in tract.de re milit.*11.*de salnis conduc.n.*21. dixit hanc ampliationem procedere, nedum quando ex subiecta materia clarè apparet,quòd saluus cõductus complectitur etiam facultatẽ reuertendi, sed etiã quando sumus in dubio:quia in dubio securitas latissimè & fauorabiliter interpretanda est,vt ibi per eum,& dixi *sup.n.*30.*&*
54 *seqq.*†licèt bene secus sit, quando econtrà ex subiecta materia apparet, quòd saluus conductus non fuit concessus pro redeundo,vt in exemplo ibi per eum posito, *n.*13. *versio. Secundus casus est.* At vbi subiecta materia aliud non patitur, semper saluus conductus datus pro eundo, censetur etiam datus pro redeundo,vt per præallegatos,ex quibus potest di-
* ci ita se habere communem*Doctorum opinionem, cui addo & Bartazzo.*cons.crim.*359.*n.*10. vbi & alios adducit, & Quintil.Mandos.*in sua pract.commissionum,in tra.de signatura gratiæ, rubr.de sal. condu.ver. in saluo conductu apponitur clausula,&c.post medium.*

55 AMPLIA XI.Vt† saluus conductus alicui concessus tutè veniendi ad aliquem locum, censeatur concessus, vt offendi non possit,nedum quando est in itinere,sed etiam quãdo est domi suæ præparans se ad iter & hoc,tũ quia saluus conductus vim suam obtinet à die concessionis,tum etiam quia nõ dicitur quis tutus in itinere,si tutus non est dum se itineri accingit,*l.Legato,& l.qui mittuntur*,§.*sed & si*,vbi gl.*in ver.agere*,& ibi etiã Doctor.*ff.ex quibus causis maior.*ita potissimũ per præfatas rationes post Ang. *in cons.*363. *incip. Quicquid addo* &c.tradit Menoc.*de arbu.quæst.lib.*2.*casu* 336.*n.*18.*& pluribus seqq.* vt optimè in occurrenti casu,& exẽplo, de quo ibi per eum,respondet motiuis Petrini Belli, quia contrarium credidit verius,& demum distinguendo hanc ampliationem declarat non procedere, quando saluus conductus fuisset impetratus dolo,non vere,vt is ire vellet ad aliquem locum,sed vt tutus domi staret:quo casu non debet ei talis saluus cõductus suffragari, & isto casu satis de fraude dicetur apparere, quando essent lapsi plures dies,in quo is, qui habuit saluum conductum, poterat se ad iter præparare,& discedere,& non
56 discessit.†Stante enim fraude non debet ipsi securitas patrocinari, prout generaliter etiam saluum conductum non suffragari ei,qui dolo,& fraude illum impetrauit,ex Menoch.*in loco iam relato*.consulendo dixit Burfat.*in cons.*345.*n.*25.*li.*4. & ante istos scripsit Nell. *de bannit.in* 2.*par.*2.*temp.q.*16.*ad fi.vers.Præsumitur enim dolosè*, &c. at vbi dolus cessat, tunc cum Menochio haud dubiè crederem saluum conductum alicui concessum pro itinere faciendo,censeri etiam concessum, dum is se domi ad iter præparat.

AMPLIA XII.Et hæc est pulchra ampliatio,†quòd saluus 57
conductus delinquenti concessus extenditur etiam,& seruandus est quoad delicta in saluo conductu non expressa,dummodo minora sint expressis.Sic pulchrè ex Bald.*in cons.*400. *vol.*1.dixit Nouell *in reg.*48. *Iudex saluum conductum, in* 6. *ampliatione*,nec dissentit Boss. *in tit.de remed. ex sola clem. Prin.num.*70.

Et quando generaliter saluus conductus est pro omnibus delictis,ille seruandus est,& locum habet non solùm pro delictis publicis, & pro quibus assecuratus condemnatus est, sed etiam pro occultis, & pro quibus non est condemnatus, Bal.*cons.*490.*lib.*1. Petrin.*de re milit.in ti.de saluo condu.n.*7. Sign.*cons.*203.*in quæst.vertente inter B.n.*6. sequitur Menoc. *de arbit.q.d. casu* 317. *n.*8.

LIMITA I.Propositam huius quæstionis regulam,†vt nõ 58
comprehendat saluus conductus delicta futura,si generaliter pro omnibus delictis concessus sit,secundùm Ang.*aud.pennul.* §.*illud,ff.quod quisque iuris*,qui tamẽ loquitur in rescripto ciuili,prout & idem in saluo conductũ alicui debitori concesso,quòd nõ trahatur ad debita futura,tradit Magolot.*in tra. de salu.conduc.in* 3.*par.in princ.*Burf.*cons.*345.*n.*35.*li.*4.Bertaz.*cons.crim.*359.*n.*16.*li.*1. & in saluo conductu delinquẽti cõcesso, quòd non trahatur pariter ad delicta futura, semper Ange.de Malef.*in verbo, Quòd fama publica, n.*60.*& fi.vers. Quinto quæro*,Signor.*con.*103.*n.*3.Menoch.*de arb.q.li.*2.*casu* 337.*n.*13.*& cons.*244.*n.*31.*vol.*3.Frãc Hercul.*in tract.de caut. de non offenden.c.*37.*ti.de sal.conduc.n.*20.*vers. Quod facit ad saluan.&c.& n.*25.*ver. Et quòd non trahatur ad futura*, Nic. Moron.*in tra.de fide,treug.& pace.q.*106.*n.*7. Petr.Bel.*in tra. de re milita.ti.de sal.condu.n.*37.*& n.*60. Procedit etiam hæc limitatio generaliter,tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & ratio,quare in criminalibus saluus conductus à Doctoribus adducitur,quia scilicet dolus de præterito remitti possit, non tamen potest dolus de futuro,*l. Aurelius*, §.*Cato,ff.de liber. causa.*Dec.*cons.*178.*n.*3.*& in l.contractus,n.*42.*ff.de reg.iur.*

AMPLIA Hanc primam limitationem† in tantum saluum 59
conductum non extendi ad delicta futura, vt ex nouo delicto infringatur cõcessus saluus conductus,nec ille seruari debet etiã quoad antiqua delicta,secundùm Angel.de Malefic. *in verb.Quod fama publica,&c.n.*68.*in fi.* vbi dixit,hosti quoque seruandã fidem, & saluum conductũ, dummodo & ipse fidem seruet,ad gl.*in c.noli existimare,in ver.hosti,*23.*q.*1.fidẽ autem seruare non dicitur is, qui sub saluo conductu delinquit:ad idem latè Roman. *in l.possideri,*§.*si seruus,nu.*10.*ff.de acquir.vel amit.possessio.* vbi arguit pro & contra,& tandem residet in proposita ampliatione: tum quia omnis concessio intelligitur rebus sic stantibus,& non aliàs,*l.cùm quis,ff.de solut.*tum etiam quia securitas,& saluus conductus habet in se tacitam illam conditionem, † nisi assecuratus concedentem 60
offenderit, vel aliàs, offensionis causam præbuerit. *l.quæro*,§. *Inter locatorem,ff.loca.l.quid ergo.*§.*si hæres,ff.de l.*1.tradidit & Magolott.*in pract.de salu.cõd.in secunda parte,col.*4.*vers.Sed hoc limitatur*,& Menoc.*cons.*244.*n.*31.*&* 38.*& seq.vol.*3.Satis autem dicitur offendi concedens per delictum ab assecurato commissum,cùm per delictum offendatur respublica,& sic Princeps concedens,*l.si quis ingenium*,§.*in ciuilibus, ff.de capt.& postlimin.reuer.l.ita vulneratus, ff.ad l.Aquil.cũ simil.* Idẽ etiam tenuit,& disputato articulo,ac contrariis respondẽdo multò verius credidit Nell.*in tract.de bannit.in* 1.*par.*2.*tẽpor.q.*16.*per totam*,vbi & aliam adducit rationem vltra Romanum, quia scilicet concessio salui conductus sapit priuilegium ex eo,quia sine saluo conductu non potest bannitus in ciuitate commorari,sed delinquendo dicitur abuti priuilegio, & saluo conductu,ergo ipso iure est eo priuatus,*l.nullus,&* *l.Iudæos, C. de Iud.* & per easdem ferè rationes eandem opinionem sustinuit etiam Boër.*decis.*179.*n.*3.inquiẽs cum, cui concessa fuit securitas,si ea abutatur, carere debere eius effectu,per regulã,*c.priuilegiũ,*11.*q.*4.*&c.cũ accessisset,de cõstit.*& frangenti fidem fides frangatur eidem,*l.cùm proponas. C. de*

pactis.

pactis. Ergo isto casu bannitus noua cõmittendo delicta, tãquam hostis, & capi, & puniri potest, non obstante saluo cõductu, vt ibi per eum, *d.n.3.& n.7.ver. Quia conclusum*, vbi refertur ita in eo Senatu conclusum fuisse. & Iodoc. *in pract. cri.c.29.rubr.de publica fide, siue (vt vocant) de saluo cõductu, n.7.* refert in proposito Baldũ *in §. Item sacramenta, in vlt.col. de pace iuramen. firm. in vsibus feudorũ*, testantẽ quòd in ciuitate Paduę quidam bannitus, cui fuerat concessus saluus conductus tutò, liberéque adeundi ciuitatem, quam cùm ingressus fuisset, denuòque recens cõmisisset flagitium, expendẽdo scilicet adulterinam, & falsam monetam, illico nihil sibi patrocinante concesso saluo conductu, laqueo suspensus fuit. & Baldũ, *vbi sup.* pariter in proposito refert, & sequitur Franc. Hercu. *in tract. de caut. de non offenden. c.37.t. de saluo cõduc. n.20. in prin. Assen.* Menoc. *de arb. q.li.2. casu 337.n.15. vers. caterùm* Nell. *&c.* vbi & pro eadẽ opinione allegat Affl. *in cõst. Regni, li.2. rub.3. de forbanitis, n.32.* & Herculanũ *vbi sup. d. n.20.* & demũ hanc eandẽ posuit cõclusionem Burs. *in cõs. 345.n.32. vol.4.* allegans insuper Vital. Gãb. *in tract. clausularum, in verbo, Nil nouari securitate pendente.* Nec dissentire videtur idẽ Menoch. *cõs.244.n.32. vol.3.* vbi adducit pro opinione Romani, vbi suprà allegati, Magolottũ *d. tract. de saluo conduc.2.par.col.4. ver. Et propterea caueant*, &c. & in casu, in quo ipse Menoc. consuluit, optimè concludit iure potuisse carcerari Spinulã, cui à Domino Marchione Gõzaga fuerat cõcessus saluus cõductus propter iniuriosa verba per eundẽ Spinulam in ipsum Dom. Marchionem prolata, *vt ibid.n.38. & seq.* & faciunt scripta per Hippol. Riminal. *in cõs.490.n.24. vol.5.* vbi dicit, quòd securitas semper in se tacitã habet conditionẽ, nisi per assecuratũ aliquid committatur, propter quod aduersus eum lex capturam permittat, *l. qui seruum*, vbi Bart. & Ias. *in 2. notab. ff. de verb. oblig.* cum aliis ibi per eum allegatis, & per Burs. *d. cons.335. lib.4.* Addo & Quintil. Mandos. *in pra. commiss. in tract. de signatura gratiæ, rubr. de saluo cõduc. vers. c. limit.* nisi habens saluum conductum: & licèt contra hanc ampliationem sensisse videatur Dec. *in c. constitutus, il primo, n.7. vers. Ex quibus alias responsum fuit, &c. de appel.* & asserens pro eadem contraria opinione consuluisse Ant. Rosel. plerosq; alios Doctores Florentiæ: non per hoc tamen * ab ea recedas, tum quia communis * est, tum etiam quia, vt præmittitur, melioribus rationibus suffulta, & argumentis contrariis bene satisfacit Nell. *d.q.16.*

61 LIMITA Præcedentẽ ampliationem, † vt procedat quando bannitus, cui fuit concessus saluus conductus, deliquerit ex proposito, & deliberatè, apparétque quòd venit in ciuitatem, & sic saluum cõductum obtinuit causa committendi illud delictum, quod commisit; tunc enim perdit priuilegium, & saluum conductum. quia eo abutitur, voluítque rempublicam fraudare. iuxta superiùs tradita, *n.59.* & sic causa salui cõductus fuit falsa, quia aliud erat in intentione, & aliud in verbis: at secus, quando talis bannitus sic habens saluum conductum non ex proposito, & deliberatè deliquerit, sed vt putà lacessitus & prouocatus se defendendo, licèt etiam modum inculpatæ tutelæ excesserit, propter quem excessum licèt debeat puniri *per no. in l. vt vim, ff. de iusti. & iure*, non tamẽ debet perdere beneficium salui conductus, quoad delicta antiqua, quia intentio sua à principio non fuit delinquere, & propterea aliqualiter excusatur, vt per Blanch. *in pract. crim. in §. datis defensionib. n.4. ver. Pro concordia distinguerem.* sequitur Menoc. *de arb. q.li.3. de casu 337.n.15.* & ambos, Blãchũ scilicet & Menochiũ refert, & sequitur Ioseph. Ludou. *in decis. Lucens. 11.n.31.* vbi propterea dixit q; doctrina Decij *in dicto c. constitutus, n.7. extra de appellatio. sup.* in contrariũ allegata, nõ est ita simpliciter intelligenda, sed tantùm procedit in delictis non appẽsatis, & ex improuiso, vel cõmissis occasione propriæ defensionis, non autem in delictis appensatis, & ex proposito. Nec à prædicta declaratione dissentit Nellus, vbi suprà allegatus, *in secunda parte secundi tẽpor. d.q.16. in fin.* vbi præcedentis ampliationis ponit exemplum in eo, qui nulla causa interueniente de nouo aliquod maleficium cõmiserit paulò post securitatem concessam; tunc enim, inquit ipse, præsumitur dolosè illam impetrasse, *l. si vẽtri, §. fin. ff. de priuileg. cred.* ideo eum iuuare nõ debet. *l. sed Iulianus, §. proinde. ff. ad Maced. cum similibus.* At secus si aliqua iusta causa interueniente, vt putà ad sui defensionẽ deliquerit; tunc enim nõ dicitur saluum conductum rupisse. *l. Verùm, ff. de furt.* & licèt in totum non excusetur, quia scilicet puniri debet pœna ordinaria delicti per eum commissi, non tamen poterit, inquit Boër. ex primo banno, & ex primis delictis, pro quibus fuit concessa securitas, & retineri: quia cùm prouocatus deliquerit, non dicitur contra securitatem deliquisse, *l. secunda, C. de calumnia.*

LIMITA II. Principalem regulam, † vt saluus conductus 62
seruandus non sit, & reuocari possit superueniente noua causa, ob quam licitum esse recedere à pactis, & conuentionibus in terminis salui conductus, adnotauit Magolottus *in suo tra. de securita. & salu. conauct. quarta parte, col. prima, vers. Sed hoc intellige*, &c. vbi expressè dicit, Principem, qui saluũ conductum concessit, posse illum reuocare superueniente necessitate, & sic noua causa. Ibidémque Magolottus cõmemorat exemplum Ducis Mediolani, qui multos affidauerat bannitos alienigenas, & dubitatum fuit, an superueniente bello (& sic noua causa) ob quod de bannitorum fide rationabiliter poterat dubitare, ipsi Duci liceret saluos conductus reuocare? & conclusum fuit posse. † Et generaliter ex causa publicæ 63
vtilitatis posse saluum cõductum reuocari, scripsit idem Magolottus in loco præcitato, cum in quacunque dispositione, & priuilegio semper publica vtilitas excepta dicatur, *l. vtilitas, C. de primipil. lib.12. l. si quis in graui, §. Si quoque. ff. ad S. C. Syl.* & rursus idẽ Magolottus *in præcitata 4.pa. col.5. ver. Et facit illud pariter*, generaliter dixit, quòd quãdo causa superueniens est contraria causæ, quæ mouit Principem ad concedẽdum saluũ conductum, tollitur ipsius salui conductus cõcessio, *argumento c. suggestũ*, vbi Doctor. *extra. de decim.* Sic itaq; suprà relatas rationes, & post Magolottum in locis præcitatis saluum conductũ minimè obseruandum esse, sed reuocari posse ex noua superueniente causa, optimè cõsuluit Menoc. *cons.244.n.29.30.& 32.& 33.li.3.* & in eodem casu, in quo consuluit Menoch. consuluit etiam, & idem affirmarunt Burs. *cons.345.n.34.& n.44. lib.4.* & Hippol. Riminal. *consil. 490.nu.24.& seqq. volum.5.* ea etiam adductus ratione, quia omnis promissio intelligitur rebus sic stantibus, *c. quemadmodum, de iureiurand. l. fin. ff. qui satisda. cogan. cum similib.* Nec in admodum dissimili casu dissentit Cephal. *in consil.304. n.147. lib.3.* vbi & aliam adducit rationem, quia scilicet noua causa excusat à fractione fidei promissionis, vt per Clar. *in pra. q.47. versic. Quæro nunc*, cum aliis ibi per eum allegatis, & per Menoch. *d. cons.244.n.30.*

SVBLIMITANDO Hanc secundam limitationem aduer- 64
tas, † quod si noua causa superueniens processerit facto, & culpa ipsius, cui concessus fuit saluus conductus, vt in casu considerato per præfatos consulentes, in quo ille Spinula, cui fuerat concessus saluus conductus, verbis iniuriosis affecerat Dominum Marchionem concedentem, prout considerat Menoc. *dicto cons.244.nu.38.& seqq. vol.3.* vel putà, quando idẽ assecuratus commisit aliquod delictũ, propter quod de iure veniat carcerandus, prout pariter considerat Hippol. Riminaldus *dicto cons.490.num.24. vol.5.* Burs. *dicto consilio 345. num.34. lib.4.* tunc vtique saluus conductus non solùm reuocari potest, sed etiam non est obseruandus, & consequenter 67
assecuratus ex noua illa superueniente causa; culpa & facto suo etiam pro antiquis delictis, pro quibus fuit assecuratus, & capi, & carcerari potest, ex ratione à præfatis consulentibus adnotata: quia scilicet impunè offendi potest is, qui nouam causam offensionis præbuit, Bartol. *in leg. aut facta, §. causa. ff. de pœnis*, Magolottus *de securit. & sal. conduct. in secunda parte, colum.5. versic. Et si per nouum, &c.* cum aliis adductis per Menoc. *d. cons.144. lib.3.* dixi *suprà, num.59. & sequent.* & faciunt, quæ infrà dicam *in sequen. limitat. de assecurato non adimplente promissa, nu.65.* At si noua causa non præcesserit culpam, & facto ipsius assecurati, sed aliũde, prout in casu belli considerauit Magolottus vbi suprà allegatus in saluo conductu concesso per Ducẽ Mediolani illi multitudini bannitorum, & generaliter in qualibet noua causa ratione publicæ vtilitatis, post Magolottum in eodem præcitato loco extendit Menoch. *d. cons.244.n.32. ver. Secunda iusta causa*, & tũc vtiq; crederẽ bene posse reuocari saluũ cõductum bãnitis cõcessũ, prout posse per Ducẽ Mediolani eo in 68
casu, conclusũ fuisse refert Magolot. *in d. loco*, sed quòd absq; reuocatione & reuocationis notificatione possit assecuratus capi sub

capi sub prætex.nouæ causæ superuenientis sine culpa & facto suo, iniquissimum est, nec iura permittunt,nec rationes per præfatos consulentes adductæ suadent. Sed contrarium omnino multò verius esse affirmare necesse est,per ea quæ in principali regula huius quæstionis deducta fuêre,& ita indubitanter teneas, & in consulendo,& in iudicando,licèt consulentes præfati in casu suo forsan generaliter & sine hac distinctione loqui videantur.

65 LIMITA III. Eandem principalem regulam non hãbere locum in assecurato, †qui non adimplet promissa assecuranti in concessione securitatis, cui pariter & concessam securitatẽ minimẽ obseruandã esse facit vulgata regula,*quod non obseruati non est obseruandũ,l.cum proponas,la secunda,C.de pact. l.Iulian.§.offerri,ff.de actio.emp.l.qui fidem ff.de transact.* frustra enim ab eo sibi fidem seruari postulat is,qui fidẽ illi pręstitam non seruauit,*c.frustra qui fidẽ,de reg.iur.in 6.*nec potest quis se iuuare ea conuentione, quam pro parte sua non adimpleuit,*l.quæro,§.inter locatorem,* vbi Bar.& omnes, *ff.locat.* frangentique fidem fides frangatur eidem.Sic itaque per has rationes in eodem casu, in quo Nobiles Spinola, ac Lituada obtinuerũt à Domino Marchione Gonzaga saluum cõductũ sub promissione conducendi quandam quantitatem salis ad ciuitatem,& non conduxerũt:per hoc caput nõ adimplementi meritò nõ obstante saluo conductu cõcesso, illos potuisse retineri concorditer cõsuluerũt Burs*at.dict.cons.*345.*n.*31.& 43.lib.*4.& Hippol. Riminal.*d.cons.*490.*n.*8.11.& 25.lib.*5.& ante eos in non multùm dissimili casu consuluit Imola *in cõs.* 33.videlicet in quodam saluo conductu concesso quibusdam causa deferendi ligna, stramen, & frumentum ad ciuitatem Imolæ,quod cùm non adimpleuerunt, meritò capti relaxari nõ debebãt,vt ibi. Imol.arguebat,licèt ex aliis specialibus rationibus in illo casu secus sentiat,& vide *infr.n.*78.*in* 8. *limi.*

66 LIMITA IIII. Quia † saluus conductus alicui concessus pro se, & sociis, non extenditur ad socios casu se associantes in itinere cum assecurato,vt per Angel.*in l.*1.*n.*3.*ff.ad l. Iul. maiest.* vbi dixit in proposito, quòd illi dicuntur socij, qui determinato proposito, vt socij à principio socialiter venerunt cum habente securitatem,nõ autem, qui in societate assecurati casu incidissent,vt tota die contingit.*l.item apud Labeonẽ, §.si quis virginem,ver.Comitem accipere debemus, &c.* ibi, *& ita comitem Labeo diffiniuit,qui frequentãdi cuiusque causa,vt sequeretur, destinatus est, &c.* & quod plus est, vt inquit ibi. Ang.nec dicũtur socij,etiam si à principio se associassent, non ad fin.vt essent socij, sed pro eorum negotiis peragendis *l.*1. *C.de nauib.non excus.li.*11.*& l.Qui sub prætextu, C.de sacrosan.Eccl.*Sic itaque per easdem rationes authoritate Ang.nisus hanc cõprobat limitationem Boer.*dec.*179.*n.*5. & sequitur Gigas *in tract.de crim.læsa maiestat.lib.*1.*tit. qualiter,& à quibus crim.læsæ maiest.commit.quæst.*33. *ad fi.n.* 17. à quibus licèt dissentire videatur Pet.Bel. *in tract.de re milit.tit.de saluis conduc.n.*22.non per hoc tamen recedas à proposita limitatione,quæ optima ratione fundata est,& eam sequitur Menoc.*de arb.q.lib.*2.*casu* 336.*n.*5. *&* 6. licèt sub prætextu distinctionis posse ambas opiniones conciliari affirmet.

67 LIMITA V.Quia † saluus conductus datus eundi,putà & redeundi,non intelligitur datus nisi pro vna vice,vlteriùs autem tanquam non datus seruari minimè debet,Bart.*in l.*1.*n.* 5.*versic.*4.*quæro,in fi.ff.ad l.Iul.maiest.& in l.dotis,la secunda,* per illum tex.*ff.de iure dot.*Io.de Plat.*in l.*1.*C.de nauicul.l.*11. Marsi.*in pract.*§.*quoniam,n.*15.*& in rub.de fideiussor.n.*98.Fel. *in c.fi.nu.*1. & ibi etiam Abb.*n.*1.*de treug. & pace.* Ferret. *in tract.de gabel.& public.n.*199.Dec.*cons.*512.*nu.*6.*vol.*4.*cons.* 509.*pariter n.*6.*volum.*5.Petr.Bel.*de re milit.in tit.sal.cond.n.* 24.Magol..*in tract.de secur. & sal.conduc.*3. *par. col.*14.*versicul.Præterea dubitatur,* Tiraq.*in l.boues,*§.*hoc sermone,in* 5.*limit.ff.de verborum signific.*Franc.Hercu.*in tract.de caut.de nõ off.c.*57.*rub.de sal.conduc.n.*1.*& n.*4.*in fin.*vbi & alios plures adducit concordantes,Menoc.*de arb.q.libro* 2.*casu* 336.*n.*36. *& cons.*254.*nu.*1.*& nu.*6.*lib.*3. & est communis, vt testatur Burs*at.in cons.*345.*n.*13.*& n.*22.*lib.*4.Addo & Quintil. Mãdos*.pract.commiss. in tract.de signatura gratiæ,sub rub.de sal. con.ver.In saluo conductu apponitur clausula,&c.*

68 AMPLIA Hanc quintam limitationem † procedere,etiam quòd in saluo conductu fuerit data facultas & potestas semper veniendi & redeundi.Illa enim dictio, *semper*, isto casu non significat perpetuitatem, ac continuitatem temporis, nec refertur ad plures & multiplicatas vices aduentus & regressus,sed significat idẽ quod, omni tẽpore, vt declarat Ias. *in l.*1.*in secundo notab. ff.solut.matrim.*& sic designat tempus continuũ non præfinitum & indeterminatum primi tantùm accessus,ita quòd sit sensus, Concedimus tibi facultatem sẽper eundi & redeundi,&c.Hoc est,vt possis venire, & redire nõ solum hinc ad duos,tres,decem, vel quindecim dies, sed *semper*, hoc est,ad mensem, & vltra ad tuum beneplacitum, intelligendo tamen pro prima vice,† quia si pro pluribus vicibus intelligere voluisset,apposuisset clausulam, *toties quoties,* 69
quæ gratiam non determinatam ad primum actum, sed ad plures indeterminatè constituere solet,secundùm Archi.*in c. nunc verò,*9.*q.*3.Tiraq. *in hoc sermone,* §.*boues,n.*26.*limit.ff. de ver. sig.* sic in eo casu salui conductus concessi Nobilibus Spinolæ & Lituadæ sub his verbis, *sarà sempre in lor libertà venire,& ritornare,* vnanimes consuluerunt Burs*. cons.*345.*n.* 14.*& seqq.vol.*4.*&* Men.*d.cons.*244.*n.*22.*& seq.lib.*3.

Contrarium credo verius,& moueor, † quia dictio,*sẽper,* 70
vario modo in iure accipi solet:aliquando enim importat idẽ quod dictio *plerunque,l.si C.de test.nu.*Osasc.*decis. Pedemon.* 86.*n.*8.aliquando importat idem quod, *regulariter, l.semper, in obscuris,& l.semper in dubiis,ff.de reg.iur.*aliquãdo importat continuationem tẽporis,*l.Caio,*§.*Imperator, ff.de adim.vel cibar.leg.quæ sub imagine,C.de distr.pig.l.*..*in princ.ff.de flum. l semper.ff.de iure immun.*aliquando significat perpetuitatem & multiplicatas vices.gl.*in* §.*cum verò,in verbo,sẽper,in Auth. Vt determinata.si cler.n.*aliquando significat idem quod,*multoties,l.prima,C.de priua.carcer.*Bart.*dicto* §.*cum verò.* Itẽ aliquando significat idem quod,*omni tempore,* vt suprà probatũ est. Et plenè de his significationibus tradit Ripa post alios, *in d.l.*1.*n.*107.*ff.solut.matrim.* Deci.*resp.on.*1.*n.*258.*vol.*11. Nec dissentiunt prędicti consulentes, videlicet Menoc. *dict. cons.*244.*n.*22.*vol.*3.& Burs*.d. cons.*345.*n.*14. Addo & Riminald. iun.qui & in eodem casu cũ præfatis consulẽtibus scripsit *in cons.*490.*n.*2.*lib.*5. Vnde hæc est veritas, quòd dictio, *sẽper,* vno vel alio modo accipitur secundùm subiectam materiam,prout fatetur & idem Menoc.*d.cons.*244.*nu.*23. Cur ergo potiùs in saluo conductu volumus hanc dictionem, *semper,* referri ad vnicum actum, vel ad vnicam vicem,potiùs quàm ad plures actus,& ad plures vices,cùm de sui natura & proprietate licèt significet idem quod, *omni tempore,* significat tamen continuitatem & perpetuitatem temporis,ac multiplicationem actuum?Non video certè probabilem rationẽ, & si respicienda est subiecta materia,vt modò dixi,illa est fauorabilis,secundùm communem * Doctorum opin. vt suprà * probaui,*n.*39. *&* 40.ideo intelligenda est eo modo, quo magis fauetur assecurato,& consequenter saluus conductus erit isto casu intelligẽdus pluribus vicibus, & non de vnica vice.

Et licèt † in casu,in quo cõsuluerunt præfati Doctores cõ- 71
trarium ipsi affirmauerint, non ideo principaliter hoc affirmarunt, quia id generaliter verum sit, quia immò cõtrarium verius est,vt probaui: sed quia in casu illius salui conductus concessi Nobilibus Spinolæ & Lituadæ, aderant quędã alia sequentia verba,quę apertè significant d. Marchionem concedentem noluisse securitatem cõcedere, nisi pro vnica vice, vt bene dicta verba considerata fuerunt per Menoc.*d.cõ.*244. *n.*23.*ver.egli è vero,*&c.& per Burs*. d.cons.*345.*n.*15. in eisdẽ verbis,*egli è vero,*&c. & bene fateor, & cum ipsis sentio, quòd saluus conductus eundi, & redeundi, non intelligitur nisi pro vna vice,etiam quòd in eo adsit dictio,*sẽper,* quãdo ita colligitur ex coniecturata mente concedentis, iuxt.superiùs tradita, *n.*41. At cessante mente concedentis in contrarium dicere semper saluum conductum fore concessum pro plurib.vicibus quando concessus est eundi, & redeundi,non simpliciter,sed adiecta dictione,*semper*.Et ita teneas.

SVBLIMITA Dictam quintam limitationem † nõ proce- 72
dere in saluo conductu determinatè concesso ad certum locum, vel ad certum tempus: nam durante illo tempore, & negotio, potest assecuratus etiam pluribus vicibus ire & redire ad locum,de quo in saluo conductu,vt per Bart. *in l.*1.*n.* 5.*in fi.versi. Intelligo vera, ff.ad l.Iul.maiest.* vbi quòd securitas veniẽdi & redeundi pro pace facienda intelligitur, quòd assecuratus possit ire &redire etiã pluribus vicibus,&*semper,* donec pẽdet tractat. pacis, *l.cõtinuus.*§.*qui insulã, ff.de verb. oblig.*

oblig. & l. veteres, cùm l. seq. ff. de itiner. actúque priua. & Alexã. *ibi in addi. in verbo, ire & redire, in litera K*, pariter dicit, quòd saluus conductus datus vsque ad certum tẽpus, non intelligitur pro vna vice tantùm, sed quoties voluerit assecuratus accedere, argum. tex. *in l. si cùm in annos. C. quib. mod. vsusfru. amittat.* cum notatis per eundem Bar. & per Raph. Fulg. *n.* 7. *in l. si mihi & Tutio, ff. de verborum oblig.* addo & pro hac eadẽ sublimitatione, Abb. *in c. fi. n.* 3 & ibi etiam Feli. *n.* 3. *de treug. & pace*, Magolot. *in tract. de securit. & saluo conduct. parte* 3. *col.* 14. *vers. Sed hoc primò fallit.* Petrin. Bel. *de re milit. in tit. de saluo condu. n.* 23. *ver. Hoc tamen fallit*, vbi ponit exemplùm in eo cui fuit concessus saluus conductus deferendi ligna in ciuitatem intra mensem, aut quid simile: dicitque quòd talis saluus conductus debet intelligi, vt is possit infra dictum tempus pluries ac pluries ad sui libitum ire in ciuitatem, & deferre dicta ligna, addo & Iac. Nouel. *reg.* 182. *in* 3. *fallen. & in* 2. *fall.* vbi idem & fortiùs, quando saluus conductus contineret materiam, quæ de consuetudine requireret iterationem, Franc. Hercu. *in trac. de caut. de non offend. c.* 37. *de sal. cond. n.* 2. vbi adducit concordantes, Meno. *de arb. q. lib.* 2. *casu* 336. *n.* 36. *ad fi. & in cons.* 244. *n.* 24. *lib.* 3.

73 LIMITA VI. Vt † saluus conductus minimè seruandus sit, quando eius authoritas vel virtus iam expirauit, vt putà vel morte concedentis, vel eius iurisdictione & officio finito: iis enim duobus casibus saluos conductus ad bene placitum maximè concessos expirare, & minimè seruandos, probarunt Bal. *in l.* 1. *n.* 3. *ver. Item dico, C. de postul.* Bal. & Alexand. *in l. centesimis, §. fi. ff. de verborum oblig.* Ange. *cons.* 217. *n.* 9. *vers. Ad quartum*, &c. Dec. *cons.* 108. *n.* 2. Corn. *cons.* 235. *sub. n.* 5. *vol.* 2. Magol. *in tract. de sal. conduc. part.* 4. *in princ.* Franc. Herc. *in tract. de caut. de non offend. c.* 37. *rub. de sal. cond. n.* 21. *& seq.* Men. *de arb. q.* 69. *n.* 5. vbi generaliter ponit beneplacitum semper expirare morte concedentis, & in specie Bursat. *cons.* 177. *n.* 31. *& seqq. lib.* 2.

74 SVBLIMITA Hanc sextam † limitationem, vt procedat quando verba salui conductus sunt talia, quæ designant perseuerantiam voluntatis, vt si sit dictum, *ad beneplacitum*, tunc enim morte concedentis expirat voluntas, ideo expirat etiam & vis salui conductus, vt dixi in limitat. at secus quando in saluo conductu adsunt verb. positiua voluntatis, vt putà si sit dictum, *donec reuocauero, donec mutabo*, vel quid simile, & prout pluries etiam in saluis conductibus vidi apponi clausulam, *cum dicta*, &c. quæ clausula importat idem, ac si dictum fuisset, *donec reuocauero, &c.* isto enim casu saluus conductus non expirat morte concedentis, quia requiritur expressa reuocatio, vt per Alexan. *in d. l. centesimus, §. si ita stipulatus, n.* 11. & Ias. *nu.* 14. *ff. de verbo. obligat.* & licèt per mortem voluntas extinguatur, *l.* 4. *ff. loc.* non tamen per mortem dicitur reuocata voluntas, *c. ip. si delegatus, de offic. deleg. in* 6. Bart. *in l. more, n.* 8. & vbi etiá Ias. *n.* 13. & Dec. *n.* 18. *ff. de iurisd. omnium iudic.* Rui. *cons.* 115. *n.* 7. *libro* 1. cum aliis adductis per Menoc. *in trac. de arb. iudic. q. li. q.* 69. *n.* 12. *& seq.* vbi testatur * de receptiori* opinione, de qua etiam in specie & in terminis inferendo ad saluum conductum sub prædictis verbis concessum testatur Bursat. *d. cons.* 117. *n.* 32. *lib.* 2.

75 ¶ LIMITA VII. Vt † cessante causa salui conductus, cessaret etiam & saluus cõductus propter dictam causam concessus, vt ex facto consuluit Imo *cõs.* 33. *in casu præmisso, videretur prima facie, post prin.* vbi tamen declarat hoc procedere, quãdo causa cessat finalis ipsius salui conductus: secus si cesset causa impulsiua, nempe ad commodum recipientis solum, quia tũc minimè saluus conductus expirat, vt ibi per eum, & in securitate concessa bannitis eundi & redeundi impunè, ad succurrendum castrum, quòd cesset securitas, si post reuersionem banniti ampliùs non succurrant, sed stent per lõgum tempus in loco consuluit etiam Corn. *in cons.* 122. *n.* 8. *in fin. vo.* 4. quos in proposito refert Tiraquel. *in trac. cessan. cau.* 1. *pa. n.* 230. *&* 231. *in vers. Salui conductus, & ver. securitatis, & n.* 217. vbi generaliter dixit, quòd cessante causa promissionis, cessare debet & ipsa promissio, *c.* 2. & ibi Anto. de Butr. *in* 2. 76 *not.* per illũ tex. *de cust. euch. l.* 1. *§. fin. & l. sequen. ff. de excus. tuto. l. Tutelam, in prin. ff. de testam. tut.* cũ aliis ibi per eũ alleg. † & idẽ in ciuilibus saluum cõductum debitori ob paupertatem concessum excrescẽtibus facultatibus; & sic paupertate cessante, & illud quoque expirare & cessare dixit Magolot. *in tracta. de saluo conduct. par.* 4. *colum.* 5. *vers. Prætereundum, & rursus, col.* 4. *ver. Et hoc est verũ, &c.* vbi generaliter dixit, securitatem datam propter certam causam, simul cum ipsa causa expirare, ex doctrina Barto. *in l.* 1. *n.* 5. *in fi. ff. ad l. Iul. maiest.* quam dicit communẽ *receptam, & per prædictas ra- * tiones ac authoritates in saluo conductu concesso Nobilib. Spinolæ & Lituadæ, vt cũm effectu curarent aduehi sal ad ciuitatem Casalis, quòd censeatur finitus & expiratus, ex eo quòd dictum sal non fuerit portatum, & sic quia cessauerit causa salui conductus, vnanimes consuluẽre Menoch. *cons.* 244. *n.* 36. *&* 38. *volum.* 3 Hippol. Riminald. *cons.* 490. *& seqq. vol.* 5. Bur. *cons.* 345. *& n.* 1. *& n.* 40. *& seqq. vol.* 4.

SVBLIMITANDO Hanc septimam limitationem, † aduertas quòd prædicti consulentes in proposito casu affirmarunt ampliùs cessante dicta causa salui conductus, potuisse illos securatos detineri, eò quia causa cessauit eorum facto, & culpa, videlicet propter non obseruantiam promissionis, & credo, quòd verum dicant, quia non obseruanti non est obseruandum, vt latè suprà dixi, *n.* 65. at vbi causa salui conductus cessaret absque culpa, & facto assecuratorum, tunc licèt bene crederem saluum conductum esse finitum, & posse reuocari per superiùs deducta, non tamen crederem ipso iure esse finitum absque expressa reuocatione, & declaratione Principis, nisi in saluo conductu expressè diceretur, quòd ille non deberet durare, nisi durante causa, propter quam fuit concessus: semper enim est seruanda illæsa fides publica etiã in casu dubio, & faciunt quæ suprà scripsi, *n.* 64. 77

78 LIMITA VIII. Vt † regula procedat in saluo conductu puro, secus in conditionali: nam non purificata, vel non adimpleta conditione in saluo conductu apposita, non potest quis in eo saluo cõductu niti, nec ex eo agere, *l. Thais ancilla, ff. de fideic. liber. l. legata sub conditione, ff. de cond. & demonst.* Cepha. *cons.* 207. *n.* 52. *lib.* 2. immò deficiente cõditione in saluo conductu apposita, perinde est ac si saluus conductus factus non esset, *l. pecuniam, quam ff. si certum pet. l. necessario. §. quòd si pendente, ff. de peric. & commod. rei vend.* Soc. iun. *cons.* 4. *num.* 16. *& cons.* 180. *n.* 4. *vol.* 2. & paria sunt, saluum conductum non esse concessum, vel concessum sub conditione, quæ non fuerit adimpleta & purificata, Ripa *respon.* 2. *n.* 23. *lib.* 1. Aym. *cons.* 15. *n.* 3. Cepha *cons.* 183. *n.* 52. *lib.* 2. Igitur assecuratio sub conditione facta, illa deficiente, pro non facta haberi debet, & consequenter eo casu assecuratus non obstãte saluo conductu, & capi, & detineri potest: sic inquam per has rationes regulam propositæ quæstionis fore limitandam in saluo conductu conditionali non purificata, & adimpleta conditione, optimè scripsit Hippol. Riminald. *cons.* 490. *num.* 16. *in fine, & sequentib. lib.* 5. & faciunt quæ suprà scripsi *n.* 65. *in* 3. *limitat.*

79 LIMITA IX. Eandem principalem regulam † non procedere in saluo conductu concesso à Iudice: is enim bannitis, exulibus, & cõfinatis non potest fidantias, & securitates concedere, vt veniant, seu redeant exilio, confinatione vel bãno non obstante, sicut optimè post longã disputationem factam per Salic. *in l. cùm indulgentia, C. de sent. pass.* contra Barto. *in l. is, qui reus, ff. de public. iudi.* concludit ibidem Salic *num.* 3. *ver. Ego distingua*, per tex. *in l. relegati, in fi. & in l. ad bestias, §. ex prouincia. ff. de pœn.* quibus iuribus clarè inferri potest, talem licentiam concedendi securitates, & saluos conductus omnino Præsidibus denegatam esse, ex quo Principi solùm est reseruata, vt mox dicam. Et concurrit euidens ratio, quia si aliter diceremus, Iudex diceretur venire contra suam vel sui antecessoris sententiam iam exequutioni mandatã, *cõtra tex. in l. Diui, in princ. ff. de pœn. & in l. Iudex, ff. de reg. iur.* & latiùs, vt per eundem Salic. *in d. l. cùm indulgentia*, vbi & aliis argumentis hanc cõprobat limitationẽ, & respondet contrariis, & Bossi. *in ti. de citat. n.* 39. dixit quòd Salic. *in d. l. cùm indulgẽtia*, magis cautè loquutus est, quàm Bar. *in d. l. is, qui reus*, & quòd propterea putat, quòd in bannito, & iam condemnato Iudex nullo pacto possit apponere manum ipsis cõcedendo saluos conductus, & securitates, & quòd à Senatu Capitaneus iustitiæ cùm tanquam Iudex videat se non habere talem facultatem, requirit quotidie tales saluos conductus, & Cla. *in pract. §. fi. q.* 32. *vers. Sed hic quæro*, dixit quòd in Ducatu Mediolani Iudices non cõcedunt huiusmodi saluos conductus, sed solus Princeps, vel Senatus prout etiam testatur Bossi. *vbi sup. n.* 36.

& in

& in occurrenti casu, cùm Prætor Cremonæ talem saluum conductum cõcessisset: Senatus ei rescripsit, vt posthac abstineret ab huiusmodi concessione, sed permitteret vt à Senatu peterentur salui conductus, & Menoch. *in suo tract. de arbit. q. lib. 1. q. 81. n. 6. in fine*, pariter ex Claro *in loco nuper citato* testatur, quòd hodie in dominio Mediolani non Iudices, sed solus Princeps has securitates, & saluos conductus concedit.

80 Et certum est, quòd facultas concedendi securitates & saluos conductus bannitis ac condemnatis, soli Principi reseruata est, *d. l. relegati in fi. ff. de pœnis.* ibi, *& nemo potest commeatum, remeatúmve dare exuli, nisi Imperator, & d. l. ad bestias, §. ex prouincia ff. eo.* cuius tex. verba clara sunt hæc, *Ex prouincia autẽ in prouinciam transduci damnatos sine permissu Principis non licere, Diui Seuerus & Ant. rescripserũt*: per quæ iura, vt prędixi, facultatem affidandi & assecurandi bannitos, & condemnatos soli Principi reseruatã esse scripserunt Ang. *in l. vtimur, n. 4. ff. de pœn.* Boër. *decis. 179. n. 1.* Catal. *in tract. de syndic. quæst. 115. n. 92. vers. Et nota, quia securitas.* Nel. *de bann. in 2. par. 2. temp. quæst. 15. vers. Ad secundum respondeo*, Iod. *in pract. crim. cap. 26. tit. de publ. fide. siue, vt vocant saluo conduc. n. 2.* vbi alios adducit. Iac. Nouel. *in reg. 188. incip. Saluus cõductus à solo Principe, in princ.* Franc. Herc. *in tr. de cau. de non offend. c. 37. rub. de sal. cond. n. 18.* vbi ex Bal. *in cap. 1. §. Sacramenta, de pace iuramen. firman. inquit*, quòd saluus conductus ab alio, quàm à Principe concessus, non valet etiam iuramento firmatus. Nicol. Mor. *in tract. de fide, treug. & pace, quæst. 115. n. 8. & n. 11.* vbi pariter & alios adducit Menoc. *de arbit. quæst. lib. 2. casu 336. sub n. 23. vers. Cum solus Princeps possit*, &c. Ceph. *cons. 304. n. 103. lib. 3.* Decian. *cons. 18. n. 120. lib. 1. & cons. 96. n. 1. volum. 3.* vbi alios citat Doctores, Franc. Marc. *decis. Delphin. 68. n. 6. par. 1.* Quintil. Mandos. *in pract. commiss. in tract. de signatura gratiæ, rub. de sal. conduc. ver. Sdluum conductum perpetuum*, &c. & vbique passim & communiter * Doctores. Igitur si solus Princeps potest saluos conductus concedere, necessariò sequitur quòd non possit Iudex: quia si Iudex hoc posset, nõ vtique solus Princeps diceretur hoc posse, prout hoc argumento vti videtur in proposito Blanc. *in pract. crim. in §. ignorantia, num. 189. & seqq. fol. 109.* vbi apertè dixit, quòd cùm solus Princeps possit concedere saluos conductus, *dicta l. relegati, in fi. ff. de pœnis*, ideo hoc nõ possunt inferiores à Principe, & sic Iudices.

81 SVBLIMITA Hanc nonam limitationem volentem Iudicem non posse concedere saluos conductus, vt non procedat, quando Iudex id faceret ex causa, vt putà quando quis vellet comparere ad se defendendum super aliquo crimine, de quo inquiritur, & timens molestari super aliis delictis, de quibus forsan est bannitus & condemnatus, petit securitatẽ, seu saluum conductũ super illis, quia tunc ex ista causa potest Iudex comparere volenti securitatem & saluum conductum petitum concedere, & datum seruare, vt per Bartol. *in l. is, qui reus, n. 12. in fi. ver. Ego autem dico. ff. de publ. iudic. & in l. ambitiosa, n. 8. vers. Ad ciuitatẽ tamen. ff. de decret. ab ord. facien.* Alber. post Oldrad. qui hanc quæstionem in specie disputauit, & alios quos allegat antiquos, *in 4. par. statutorum, quæst. 39. & in l. præsente, n. 8. C. de his, qui ad Eccl. confug.* vbi & iuribus & rationibus hanc comprobat conclusionem, Nell. *in tr. de bann. in 1. par. 1. temp. quæst. 3. ad finẽ, vers. Aut est talis causa, &c.* Mars. *in pract. in §. aggredior, n. 104.* Ias. *in l. conuentionem, n. 4. ff. de pact.* Iodoc. *in pract. crim. cap. 26. rub. de pub. fid. siue, vt vocant, de saluo conduct. n. 3. & 4.* Gram. *voto 25. n. 11.* Afflict. *decis. 4. n. 2.* & ibid. Vrsil. *in addit. n. 5.* vbi alios adducit concordantes, Blanch. *in pract. crim. in §. datis defensionibus, fol. mihi 33. n. 15. & seqq.* vbi disputat quæstionem ad partes, relatísque in hoc articulo diuersis opinionibus Doctorũ, * tandem *sub n. 24.* sic putat ex mente omnium, * vt ipse asserit, posse distingui, quòd aut Iudex vult dare saluum conductum ex iusta & legitima causa, & cum causæ cognitione, aut sine causa & cognitione. Primo casu potest, secundo autem non: quod & idem tradidit Nell. *de bannit. in 3. part. 2. temp. q. 15. in princ. vers. Item potest dari à Iudice*: sed causa cognita aliàs nõ, *& paulo infrà vers. Si verò est data à Iudice*, & ex causa tunc dicitur concessus sal. conduct. quoties reus vult comparere ad se defendendum super aliquo delicto, vt dixi *in princ. huius sublimit.* Item & quando Iudex vult confrontare ad faciem alicuius carcerati bannitum, seu condemnatũ, vt ipsum carceratum de aliquo delicto conuincat. Item si idẽ bannitus, vel condemnatus vellet iam cœptam accusationem prosequi, *d. l. is, qui reus. ff. de pub. aud.* item si vellet propalare transfugas, vel alios fures, *l. non omnis, ff. de re milit.* Item & multò magis si vellet propalare crimẽ læsæ maiest, *l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest.* His inquã omnibus casibus dicitur subesse iusta causa concedendi saluos conductus, & sic Iudicem illũ in dictis casibus concedere posse, tenuit Par. *de syndicatu, in verbo, saluus conductus, c. 1. n. 3.* & post Parid. Blanc. *vbi supra, n. 26.* & Blanch. in proposito refert & sequitur, Menoc. *de arbit. quæst. lib. 1. quæst. 81. n. 1. & seq. & q. 92. n. 10. & lib. 2. casu 337. n. 2. & in cons. 100. n. 197. & 198. lib. 1.* Addo & Nouel. *reg. 48. in princ. incip. Iudex saluum conductum, &c. & in 5. ampliat.* Oddum Peluſinum *in tract. de restit. in integrum, parte 2. quæst. 92. artic. 2. limit. 4. ad fin. n. 19.* Franc. Marc. *decis. Delph. 68. in princ. & n. 4. par. 1.* Quintil. Mandos. *in sua pract. commissionum, in tract. de signatura gratiæ, rub. de saluo cond. vers. Ex causa autem.*

Et licèt contra hanc sublimitationem aliqui senserint, teste Blancho *vbi supra, n. 14. fol. 33. a tergo*, prout certè contrarium sensit Salic. *in l. indulgentia, Cod. de sentent. pass.* vbi dixit, quòd nullo pacto potest Iudex concedere saluum conductũ bannito & condemnato sub prætextu, quòd velit comparere ad se defendendum ab aliquo crimine: licèt bene possit illum concedere reo inquisito, vel accusato nondum condemnato: & Salic. sicut suprà relatum sequatur Boss. *in tit. de cit. n. 39. & num. 36.* vbi amplius testatur, quòd de consuetudine Mediolani non Iudices, sed Senatus concedit tales saluos conductus bannitis, etiam quando volunt comparere ad se defendendum super aliquo crimine, & de eadem consuetudine testentur etiam Menoch. *de arb. quæst. lib. 1. d. quæst. 81. n. 6. infi.* & Clar. *in pract. q. 32. vers. Sed hic quæro*, & Tiber. Dec. *cons. 96. n. 6. & seqq. lib. 3.* vbi latè. Et certè, vt verum fatear, apud nos in Vrbe nunquam vidi per Iudices concessos saluos conductus bannitis, & condemnatis, præsertim pro homicidio, & capitaliter, nisi Principe consulto, & de eius mandato: & hoc credo vigore Bullarum summorum Pontificum prohibentiũ huiusmodi saluos conductus concedi posse per alios, quàm per eosdemmet summos Pontifices, *vt in 6. constit. Clementis VII.* de qua *in Bullario, 1. par fol. 287. & in constit. Pij IV. 104.* de qua *in eodem Bullar. fol. 810.* & Pij V. 13. de qua *in dicto Bullar. 2. par. fol. 937.* nihilominus vt talis consuetudo, vel aliqua particularis constitutio siue statutum in contrariũ non viget, non crederem esse discedendum à proposita sublimitatione, quæ communis * est, sicuti testantur Blanchus in * loco citato, *n. 16. & 24.* Franch. Hercul. *in tract. de caut. de nõ offend. cap. 37. tit. de saluo conduc. n. 17.* vbi de veriori, & magis communi, inter modernos, Clar. *in d. vers. Sed hic quæro* Menoch. *de arbit. quæst. lib. 2. casu 337.* vbi dixit, quòd doctrina Bossij, *in tit. de citatio. n. 39.* volens indistinctè Iudicem non posse dare saluum conductum bannito, est nimis generalis, & *in d. cons. 100. num. 198. in fine*, vbi pariter de magis recepta * opinione, *& in eodem tract. de arbit. q. dicta quæst. 81. sub n.* * 11. vbi duas ad id adducit rationes.

Primò, quia Iudex omni conatu studere debet, vt veritatẽ inueniat. *l. 2. C. si cõtra ius, vel vtilit. publ. c. iudicantẽ, 30. quæst. 5.* & in maleficiis veritas potissimum inuenitur ex delinquentis præsentia, cùm videat idem Iudex, quo vultu, quo animi motu, qua constantia, qua trepidatione respondeat, *l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst.*

Secundò, quia ex concessione huius salui cõductus resultat bonum publicum, & etiam priuatũ, quod versatur in defensione innocentis, cùm comparens suam innocentiã ostendere velit, *l. seruum quoque, §. publicè, ff. de procurat.* vnde, vt delictorum veritas eluceſcat: & ne innocens damnetur, quæ omnia respiciunt publicam vtilitatem, potest isto casu Iudex saluum conductum concedere per prælegata: quibus addo rursus Tiber. Dec. *d. cons. 96. n. 4. & n. 11. in fin. lib. 3.* vbi testatur hanc esse iuris indubitatam cõclusionẽ, & Nicol. Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, q. 105. n. 13.* vbi pariter testatur se ita pluries practicasse, dum esset Locumtenens criminalis in prouincia Marchiæ, & quòd cùm semel ipse in ciuitate Esculana cuidã bannito saluũ conductum cõcessisset, vt atrociora detegeret facinora: &, non obstante saluo conductu, fuisset captus à curia Capitanei, fuit tamẽ relaxatus de

mandato tunc Domini Remuli de Valentibus, Præsidis illius ciuitatis, & bene.

85 AMPLIA Præcedentem sublimitationem, † vt isto casu, quando quis est pro vno delicto bănitus, & citatus pro alio, vult comparere, & propterea petit saluum conductum pro delicto pro quo est bannitus, Iudex non solùm potest, sed etiam debet illud concedere, aliter citatus non tenetur comparere, vt per Boss. *in tit. de citation. n.* 35. *&* 36. vbi quòd impium esset aliter dicere Clar. *in pract. quæst.* 32. *vers. Tusci, ad fin.* vbi quòd aliàs esset citato auferre facultatem se defendẽdi dixi *suprà, in tit. de delict. quæst.* 11. *n.* 58. sequitur Quintil. Mandos. *in sua pract. commiss. in tract. de signatura gratiæ, rub. de saluo cond. vers. Iudex nonnũquam*, & c. vbi, quòd ita passim seruatur, & latè comprobat Tib. Decian. *cons.* 96. *n.* 1. *& omnib. seqq. vol.* 3. *vbi n.* 4. *& n.* 11. *in fi.* dicit hanc conclusionem
86 esse in † iure indubitatam, vbi ampliùs, *n.* 9. *& seqq.* hoc dicit procedere in eo, qui inquiritur de pluribus delictis, vtputà pro homicidio, & robaria, quia potest pro vno delicto, videlicet homicidio, petere saluum conductum, & pro alio comparere, ac se defendere, vel è contrà, & hoc, quia licitum est reo, quando plura sunt delicta in inquisitione vnum fateri, & aliud negare, vt latè ibi per eum, ad quem te remitto Et ante istos hanc eandem ampliationem pluribus comprobat Alber. *in tract. de statut. par.* 4. *q.* 39.

87 LIMITA Præcedentem sublimitationem suprà positam, *n.* 81. & sic vt suprà ampliat tam in *n.* 85. *& seq.* † vt procedat quando bannitus pro vno delicto vocaretur pro alio, pro quo nõ posset audiri per procuratorem, vtputà si ageretur de pœna supra relegationem: quia tunc Iudex potest saluum conductum concedere, ne innocens metu condemnationis, & banni, timens comparere damnetur: at secus si ageretur de pœna relegationis, vel infrà; vt putà pecuniaria, quia tunc si vocatus petit saluum conductum, iure optimo potest sibi denegari, cùm Iudex possit semper illi dicere, mittas procuratorem, & illius medio te defendas, ideò nolo saluum conductũ concedere: cessat enim isto casu ratio, de qua suprà: sic enim hoc potissimùm fundamento ductus hanc comprobat limitationem Menoch. *de arbit. quæst. lib.* 1. *q.* 81. *num.* 8. *& seqq.* Nec dissentit Tiber. Decian. *d. cons.* 96. *n.* 5. *vol.* 3. & ante istos hoc idem scripserunt Alb. *in vlt. par. statutorum, d. quæst.* 39. *col.* 3. *in fine, n.* 11. *& seqq. & in l. præsente, n.* 8. *vers. Aut accusatur iste bannitus de delicto*, cuius pœna est relegationis, vel infrà, *C. de his, qui ad Eccl. confug.* Blanch. *in pract. in §. Datis defensionibus, n.* 28. *fol. mihi* 34. *a tergo*, Nell. *de bannit. in prima par. primi temp. q.* 3. *vers. Aut enim causa ob quam citatus est.* & c. Boss. *d. tit. de cit. n.* 39. *ver. at in accusat.* Franc. Mar. *dec. Delph.* 68. *n.* 1. *par.* 1. & isto casu, vt dixi, Iudex non tenetur dare saluum conductum: sed an possit, si velit? credo quòd sic, per rationes suprà deductas, sub *n.* 84. sed siue possit, siue non parũ refert, quia etiam quòd non possit isto casu Iudex dare saluũ conductum, datus tamen est seruandus, ne quis remaneat deceptus sub publica fide, vt per Alb. & Menoc. in locis nuper citatis, & latiùs infrà dicam, *num.* 95.

88 LIMITA II. Eandem sublimitationem, † vt procedat quando is, qui petit à Iudice saluum conductum esset bannitus, vel condemnatus ab eodem Iudice à quo saluum conductum petit, vel ab eius antecessore, tunc enim, vt præfertur, potest idem Iudex ex causa petitum saluum conductum cõcedere, at secus si esset condẽnatus ab alio Iudice superiore: *inferior enim nõ potest contra factum superioris dispẽsare, capit. inferior.* 21. *dist. in l. pen. ff. de aqua plu. arcen. cap. cum venissent, de iudic. c. vt nostrum, de appell.* & propterea isto casu Iudicem non posse saluum conductum concedere etiam ex causa bannito comparere volenti ad se defendendum, scripserunt Afflict. qui & alios adducit antiquiores *in decis.* 4. *ad fi. n.* 4. *ver. licèt Bal. &c. & in const. Regni, lib.* 2. *rub.* 4. *vt bannito liceat infra duos menses, n.* 18. *&* 15. Gram. *voto* 25. *n.* 11. Blanch. *in pract. §. Datis defensionibus, fol. mihi* 35. *a tergo, n.* 40. *&* 41. vbi ampliat idem esse, quando æqualis Iudex banniuit, & condẽnauit cum superioris licentia & mandato, quia tunc ille dicitur à superiore condemnatus & bannitus, non autẽ à Iudice, ex Bar. Fel. & Dec. *in locis ibi per eum allegatis* Menoch. *de arb. q. lib.* 2. *casu* 337. *n.* 11. *& cons.* 100. *n.* 227. *lib.* 1. Nicol. Mor. *in tract. de fide, treug. & pace, q.* 106. *n.* 8. *in fi.* Fran. Here. *in tr. de caut. de non offend. c.* 37. *rub. de saluo cond. n.* 8. vbi tenetur de veriori, & magis communi opinione. *

Et ex hac limitatione † Iudicem nec etiam ex causa posse 89
concedere saluum conductum bannito pro rebellione, vel pro alio capite criminis læsæ maiestatis scripserunt Afflict. *dicta decis.* 4. *n.* 4. Ias. *in l. conuentionum, n.* 4. *ff. de pact.* qui alios adducunt concordantes, & Menoc. *de arb. quæst. lib.* 1. *quæst.* 81. *num.* 14.

LIMITA III. Dictam sublimitationem, † vt procedat in 90
saluo conductu concesso ad tempus, secus in perpetuum. Potest enim ad tempus Iudex, aliúsve inferior à Principe saluũ conductum bannitis & condemnatis concedere ex causa, vt suprà dixi, secus in perpetuum, secundùm Ang. *in l. vtimur, n.* 4. *vers. Temporalis autẽ, ff. de sepulchro violato*, Alb. *in l. præsenti, n.* 8. *vers. Sed impedimentum, C. de his, qui ad Eccles. confug.* Nell. *de bannit. in secunda par.* 2. *temp. quæst.* 15. *ver. Ad secundum respondeo.* Afflict. *decis.* 4. *n. secundo, ver. & hoc est verum,* & ibi *in additio.* Vrsil. *n.* 5. vbi alios adducit Iacob. Nouel. *reg.* 48. *Iudex saluum conductum, in princ. vers. Inferior autem Iudex*, vbi plures adducit, & plures alios Nicol. Mor. *in tract. de fide, treug. & pace, quæst.* 105. *n.* 13. Menoch. *de arb. quæst. lib.* 1. *quæst.* 81. *n.* 13. vbi hanc adducit rationem, quia concessio salui conductus in perpetuum nihil aliud est quàm restitutio banniti, quæ quidem banniti restitutio, seu reuocatio, à Iudice cõcedi nõ potest, vt dixi *suprà, in tit. de inquisitione, quæst.* 6. *n.* 10. Cephal. *cons.* 304. *n.* 102. 103 *&* 135. *lib.* 3. Tiber. Dec. *cons.* 96. *n.* 1. *vers. Item maximè procedunt prædicta, lib.* 3. Addo ad eundem Menoch. *cons.* 244. *num.* 12. *& sequen, lib.* 2. vbi
91 ampliat hanc limitationem non solùm in Iudice, † sed etiam in Locumtenente Principis, seu eius vice gerente, dicitque quòd ex eo concessio salui conductus est de reseruatis Principi, *vt in d. l. relegatis, in fine, ff. de pœnis*, & tradit Magol. *in tr. de fecurit. & saluo conduc. parte* 1. *col.* 11. *v. quarto limita*, quæ Principi reseruata non transeunt in Vicegerentẽ seu Locumtenentem, qui non nisi generale habet mandatum, vt per Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, n.* 32. *vers. Sed hanc declarationem, extra de constit.* idcirco idem Vicegerens, seu Locumtenens non nisi ad tempus, non autem in perpetuum potest saluos conductus dare. Addo & Burs. *in cons.* 245. *n.* 22. *&*
92 23. vbi generaliter dicit, † quòd inferiores à Principe non ni-
93 si ad breue tempus saluos conductus † concedunt, quod quidem breue tempus, licèt aliqui dixerint esse 30. dierum argumento textus *in §. sed neque, in auth. de mand. Princip.* verius tamen ipse credit esse arbitrarium, ex Bart. post Gulielm. de Cun. *in l. si finita, ff. de damno infecto*, cum aliis ibi per eum allegatis, & in Iudice, quando concedit saluum conductũ bannito comparere volenti ad se defendendum in aliqua causa iuxta superius tradita, *n.* 81. quòd possit idem Iudex saluum conductum concedere durante dicta causa, pro qua comparet & se excusare vult, tradit Menoc. *d. q.* 81. *n.* 13.

94 LIMITA IIII. Eandem sublimitationem, vt † tunc demum Iudex possit bănito, vel inquisito, seu accusato ex causa concedere saluum conductum, quando scilicet is bannitus seu inquisitus staret in loco, ex quo Iudex ipsum extrahere minimè posset: secus si faciliter posset eum extrahere, & capere, quia tunc non debet illum assecurare, vt veniat, sed per vim capere & carcerare, & fatuus est Iudex qui cõcedit bannito, seu accusato securitatem, vt sponte veniat, si per vim illum capere potest, ex magistrali doctrina Sal. *in l. cum indulgentia, n.* 4. *&* 5. *C. de sent. pass.* quam sequitur Blanch. *in pract. §. fin. in verbo, Datis defensionibus, fol. mihi* 134. *n.* 22. *&* 27. vbi reddit rationem, quia scilicet cùm Iudex potest reum in manibus habere, cessat causa concessionis salui conductus, & sine causa, certum est quòd Iudex illum concedere non potest, vt suprà dixi, *n.* 79. *& seq.* & Saliceti doctrinã, quæ multùm rationabilis est, sequitur etiam Menoch. *de arbit. q. lib.* 1. *q.* 81. *in fi. n.* 15. Franc. Mar. *decis. Delphinat.* 68. *n.* 2. *par.* 1.

95 SVBLIMITA Rursus omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi Iudices non posse concedere saluũ conductũ, vt si tamẽ illũ cõcesserint, debet seruari, ne quis sub fide publica deceptus remaneat, & propterea isto casu non poterit assecuratus capi absque eo quòd priùs reuocetur ab eodem Iudice, seu ab alio potestatem habente, idem saluus conductus, & reuocatio intimetur assecurato: colligitur hæc declaratio ex Bar. post Oldradum, quem allegat *in l. si quis reus, n.* 12. *ad finem, ff. de public. indic.* vbi expressè dixit, quòd fidã-

tia si

tia si datur, seruanda est, etiam quòd dari non debuisset, Alb. *in l. præsenti, n. 8. post med. vers. Sed si hoc casu data sit, C. de his, qui ad Eccl. confug.* vbi pariter dixit, quòd licèt fidantia de necessitate dari non debuerit, non tamen debet decipi is, cui fidantia data est sub prætoria authoritate, *l. 1. C. de his, qui veni. ætat. impetr.* idem Alb. *in tract. de statut. q. 39. n. 16. par. 4.* Paul. de Castro *in cons. 423. post n. 9. vers. Sed si expresè, vol. 1.* vbi, quòd securitas data super criminibus si data sit ab eo, qui dare potuit, licèt dari non debuerit seruanda est, Menoch. *in tr. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 81. n. 12.* vbi quòd licèt aliquo casu per Iudicem concedenda non sit securitas, si tamen dari contingat, seruanda erit, ne Iudicis authoritate is decipiatur, allegat Alb. *in 4. part. statutorum, q. 39. prop. fi.* Rursus idem Menoch. tradit *in eod. tract. lib. 2. casu 336. n. 27. & 33.* vbi generaliter dixit, quòd etiam si fidantia, & saluus conductus concedi nõ debuisset, concessa tamen seruari debet, & allegat Bald. *in cons. 490. ponitur quidam, col. 2. vers. Item ex quo data, lib. 1.* & Signor. *in cons. 102. n. 6.* & Petrinum Bellum *in tract. de re milit. tit. de salu. conduct. n. 10. in fin.* & demum ad idem addo eundem Menoch. *casu 337. n. 5. & 6.* vbi pariter & generaliter dixit, quòd securitas & fidantia seruari debet etiam quòd concedenda non esset, & vltra prædallegatos allegat etiam Cyn. *in d. l. præsenti. C. de his, qui ad Eccl. confug.* Nec à prædictis dissentire videtur Clar. *in pract. § fin. q. 32. vers. Sed hîc quæro, in fin.* dum dicit, quòd Senatus rescripsit Prætori Cremonæ, qui concesserat saluum conductum bannito comparere volenti ad se defendendum, vt in posterum abstineret se ab huiusmodi concessione salui conductus, tacitè sentiens, quòd saluum conductum datum, licèt dare non debuisset, debebat tamen seruare, faciunt tradita per Bosi. *in tit. de remed. ex sola clement. Princip. num. 42.* & quæ nos in simili de gratia, quæ concedi non debebat, concessa tamen seruanda erat, scripsi *supra, in tit. de inquisit. q. 6. n. 27.*

Sed contra prædallegata tenere videtur Salicet. *in l. cùm in-*
96 *dulgentia, n. 4. C. de sent. pass.* † vbi expresè dixit, quòd quando Iudex concedit fidantiam ei, qui stabat in suo territorio, & quem de facili capere poterat, quo casu non debebat sibi illam concedere, iuxta superiùs allegata, *n. 94.* talis fidantia per eundem Iudicem, nec seruanda, nec custodienda est, sed ea non obstante Iudex debet illum capere & extrahere ex territorio, in quo permanet. Facit doctrina Bald. *in §. item sacramenta, in vlt. col. vers. Quæro, vtrùm si Iudex, de pace iuram. firman.* quem sic in proposito refert Additionator ad Parid. de Put. *in tract. de syndic. in verbo saluus conductus, c. 1. lit. A.* vbi dixit, quòd Iudex etiam iurans seruare securitatem datam bannito, non tenetur seruare, nisi eam concesserit iure permittente. Item faciunt, quæ scripsit idem Bald. *in l. 1. §. non fuit, n. 1. in fi. ff. de dol.* Vbi recitatis antiquorum opinionibus, an Iudex teneatur seruare securitatem bãnito, resoluit quòd si illam concessit cum causæ cognitione, non teneatur seruare, & Bald. in loco citato refert & sequitur Nellus *in tract. de bannit. 2. part. 2. temp. q. 15. ante med. vers. Si verò sine causæ cognitione,* & cum Bald. etiam pertransire videntur Angel. de Perus. *in d. l. 2. §. non fuit, n. 3.* & Angel. de Malef. *in verb. quòd fama publica preced. n. 64. ad fin.* & Iod. *in pract. crim. c. 26. in rub. de public. fide,* siue, vt vocant, saluo conductu, *n. 5.* & Foll. *in pract. crimin. in verb. Notatos capiat de persona, n. 8.* Franc. Marc. *dec. Delph. 68. n. 2. & 3. p. 1.* [& post Cyn. Iac. de Beluis. & Gregor. Magolott. quos allegat, dixit nouissimè Flam. Cattar. quem post hæc scripta habui, *in sua pract. interrogan. reo. lib. 2. c. 1. n. 14.* quòd potest Iudex dare bannito saluum conductum, & postea illo pendente ipsum decapitari facere.]

* Prima opinio magis communis * videtur prout de magis communi testatur Vulpel. *resp. 19. n. 12. & 13.* dicens, quòd nemo debet sub publica Magistratus fide decipi, siue sit nulla defectu solennitatis, siue etiã defectu potestatis, & siue fides sit data publicè voce præconis, siue etiam decreto, & quòd ita aliàs Romæ fuit seruatum, & non solùm hæc opinio, vt dixi, magis communis est, sed etiam æquior, sicut testantur idem Bald. *in d. l. 1. §. non fuit, n. 2. ff. de dol.* ex Cyn. *in l. præsenti, C. de his, qui ad Eccl. confug.* & Quintil. Mãdos. *in sua pract. commissionum, in tract. de signatura gratiæ, in rubr. de saluo conduct. vers. voluerunt aliqui, &c. post medium,* ideo ab ea nec in iudicando, nec in soluendo recedendum est.

97 LIMITA I. Hanc sublimitationem nõ procedere, † quan-

do haberemus statutum, seu constitutionem annullantem huiusmodi saluos conductus: nam tunc si Iudex concesserit securitatem in casu prohibito à statuto, vel à constitutione, non vtique talis securitas seruanda est: quia si esset seruanda, frustra ab illo statuto, seu constitutione esset apposita pœna annullationis, præcisè ergo seruandum est tale statutum & constitutio, vt in simili statuto Brixiæ optimè respondit Menoch. *d. casu 337. n. 7. lib. 2. de arbitr. quæst.* & multò magis eadem sublimitatio non procederet, quando haberemus aliquam specialem constitutionem volentem in aliquo casu, vel ab aliqua persona non posse concedi saluos conductus, & vlteriùs disponentem, quòd dicti concessi salui conductus sint ipso iure nulli, & quòd iis non obstantibus, assecuratus possit capi, carcerari & puniri. Tunc enim nihil prodesset dicere non debeo decipi sub fide publica, quia legem habemus scriptam, cui standum omnino est, & cuius ignorantia non præsumitur, prout in iis terminis habemus plures Bullas summorum Pontificum, quas suprà retuli, *n. 84.* volentes saluos conductus concessos homicidis, & bannitis ab alio quàm à summo Pontifice, ipso iure nullos esse, & iis non obstantib. posse tales affidatos capi carcerari & puniri: & ad propositũ bene adnotauit Flam. Cartar. *de exeq. sent. capto bannito, c. fin. n. 315. vers. neque etiam.* [Sed post hæc scripta peruenit ad manus meas Ludou. Peguer. Hispan. *in sua decis. crim. 39. per tot.* vbi disputata ad partes quæstione, & respondendo contrariis optimè & pluribus rationibus comprobat gratiam seu saluum conductum concessum etiam in casibus aut delictis prohibitis à statuto seu constitutione habente clausulam decreti irritantis esse seruandam, nec aliquem sub fide publica decipiendum, sed bene relaxandum obnoxium priori delicto, & condemnationi, & in facti contingentia ita sæpius in regio criminali Cataloniæ consilio fuisse resolutum testatur, eum adeas, quia multùm magistraliter loquitur: considera omnia, & in dubio adhæreas benigniori opinioni.]

LIMITA II. Præcedentem † sublimitationem, vt procedat quando is qui securitatem concedit, habet iurisdictionem 98
illam concedendi si non generaliter & indistinctè, saltem in aliquibus casibus & ex aliqua causa, vt suprà diximus de Iudice: is inquam licèt concedat saluum conductum in aliquo casu, in quo concedere nõ debebat: & sic etiam quòd saluus conductus sit nulliter datus, seruare tamen illum debet, ne quis sub publica fide decipiatur, secundùm magis communem* quam suprà retuli: secus si is, qui saluum conductum * concedit nullam prorsus, nec in aliquo casu habet facultatem illũ concedendi: tunc enim seruari non debet, vt in casu Afflicti *in decis. 4.* in qua fuit decisum, non suffragari bannito fidantiam datam à fisci aduocato: † quia fisci aduocatus nul- 99
lam prorsus habet iurisdictionem concedendi fidantias, nec sine causa, nec cum causa, vt bene adnotauit Vrsil. *in add. ad d. dec. 4. n. 4.* [nec dissentit Peregrin. *in tract. de priuileg. fisci, lib. 2. tit. 5. n. 9. in fi.* per text. *in l. 2.* & ibi Bald. *ff. de off. Procur. Cæsar.*] ideo habetur in isto casu tanquam priuatus, & non tanquam publica persona, † & propterea succedit conclusio, 100
quòd priuatus non tenetur seruare saluum conductum & fidem datam hosti, sicut est bannitus, qui reputatur hostis publicus, vt per Franc. Hercu. *in tract. de caut. de non offendend. c. 37. rubr. de sal. conduct. n. 19.* vbi alios citat Nel. *in tract. de bannit. in 2. part. 2. tempor. q. 15. vers. quoad tertium.* † Et si tu 101
subtilis diceres, quòd immò verius est, fidem esse seruandam hosti, etiam datam à priuata persona, prout certè hæc opinio & verior mihi videtur, & eam defendit Dec. *in l. Ea est natura cauillationis, n. 8. vers. Præterea illud dictum,* & ibi Cagn. *n. 20. ff. de reg. iur.* adhuc dico sustinendo propositam declarationem, quòd fides data hosti à priuato, seruanda est ab eodem priuato, & non à tertio, qui fidem non dedit: ideo isto casu Iudex, siue Princeps non tenetur seruare saluum conductum, & fidem datam à priuato, licèt bene priuatus illam seruare teneatur, isque remanet deceptus non à fide publica, sed à priuato: & sic cessat ratio *l. 1. C. de his, qui veniam æt. imp.* & è contrà potest illi dici, Discas cautiùs negotiari. Absurdum enim videretur, quòd Iudex, seu Princeps esset astrictus seruare securitates datas à priuatis, vel ab iis, qui nullam prorsus haberent facultatem illas concedendi, prout potest poni aliud exemplum in saluo conductu concesso à notario, à barisello, vel similibus personis: quo casu nec saluum con-

ductum seruandum esse indubitanter crederem, nec isto casu prodesset assecurato ratio illa, quòd nemo debet decipi sub fide publica, quia, vt dixi, procedit quando fides datur ab eo, qui iurisdictionem habet, etiam quòd limitatam & cum causa; secus si nullam prorsus habeat iurisdictionem, & ita in hac declarationem video concurrere Menoch. *de arb. quæst. lib. 2. in sæpius allegato casu 337. n. 10. & seq.* vbi & aliam adducit rationem, quia scilicet defectus iurisdictionis est maior quocunque alio defectu, vt per Dec. *in cons. 8. n. 6. & cons. 38.* cũ aliis per Vant. *in tract. de nullit. in tit. de nullitate ex defectu iurisdict. ordin. n. 1. & 2.* & ante Menoc. hoc idem tacitè sentire videtur Paul. de Castro *in d. cons. 423. post n. 9. vers. Sed si expresse, vol. 1. dum dixit, Quòd securitas data super criminibus, si data sit ab eo qui dare potuit seruanda est, licèt dari non debuerit.* Et licèt Vulpellius suprà relatus *in resp. 19. n. 12. & 13.* generaliter dixerit, neminem decipi debere sub publica Magistratus fide, siue nulla sit ex defectu solennitatis, siue ex defectu potestatis: adhuc tamen aduerte, quòd talis propositio debet intelligi de defectu potestatis, non ex iurisdictione deficiente in concedente saluum conductum, sed ex deficiente causa, sine qua non potest Iudex illum concedere. Et ita loquitur Alb. per ipsum ad id allegatus *in l. præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug.* & bene declarat Menoch. *d. casu 337. n. 11. in fin. & n. 12.* vbi quòd hæc est notabilis declaratio.

LIMITA X. Et vltimò propositã principalem quæstionis regulam (& hæc limitatio venit illatiuè ex sup. traditis, *n.* 80.)

102 †quòd cùm, vt ibi dictũ est, solus Princeps possit bannitis & condemnatis meatũ & remeatũ dare, *l. relegati, in fi. ff. de pœn.* idcirco inferiores à Principe minimè posse concedere saluos cõductus scripserunt relati per Blanc. *in pract. crim. in §. ignorantia, n. 190. fol. mihi* 109. & per Frãc. Hercu. *in tr. de caut. de non offend. cap. 37. rubr. de salu. conduct. n. 18.* & per Cephal. *cons. 304. n. 14. lib. 3.*

103 Contrarium † quòd imminò quilibet Senatus, quilibet populus, & quælibet ciuitas etiã recognoscens superiorem, possit saluos conductus concedere, dummodo à Principe habeat potestatem ardua explicandi, tenent relati per Tiber. Dec. quos & ipse sequitur *in cons. 96. n. 1. vers. Attamen quælibet ciuitas, lib. 3.* quem sequitur & Butsat. *in cons. 345. n. 1. lib. 4.*

104 Et generaliter † etiã inferiores à Principe posse saluos conductus cõcedere saltẽ ex causa, scripserũt Nicol. Moron. *in tr. de fide, treug. & pace, q. 105. in 9.* & Menoc. *cõs. 100. n. 167. li. 7.*

105 Et † quòd omnis Princeps etiã superiorẽ recognoscẽs, possit saluos cõductus cõcedere, si in suis oppidis & ciuitatibus iura Imperij obtinet, scripsit idem Menoc. *d. cons. 100. n. 167. li. 1.*

106 Et † hinc posse inferri ad Duces, qui cùm locum Principis obtineant, possint pariter & saluos conductus concedere, etiam quòd inferiores à Principe dici possint, scripsit idem Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 337. n. 17.*

107 Et † quòd quando Principes, seu ciuitates habẽt ius & authoritatem condendi statuta, possint etiam & saluos conductus concedere, etiam quòd superiores recognoscant, & Bart. *in l. relegati n. 4. v. idem puto, ff. de pœn.* & Franc. *in c. ex parte, il primo, n. 23. extr. de appel.* scripsit Ceph. *d. cõs. 304. n. 133. li. 3.*

Nellus autem *in tr. de bannit. 2. p. 2. temp. q. 15. ad med. ver.*

108 *Principaliter.* † ad propositam quæstionem pro distinctione videndum esse putat, quidnam concessus saluus conductus contineat. Aut enim cõtinet, quòd quis liberè & securè omni & quocunque impedimento cessante possit venire, &c. aut simpliciter, quòd possit venire omni officialium publicorum impedimento cessante. Primo modo saluus conductus non potest concedi, nisi à Principe, vel ab alio eum repræsentante. Secundo modo potest concedi etiam ab inferioribus.

109 Ego, vt verum fateat, † crederem facilè posse firmari ex prædictis conclusionem cõtra propositam limitationẽ, quòd immò etiam inferiores à Principe possint saluos conductus concedere iuxta superiùs tradita, n. 104. & considerando hãc propositionem non in abstracto & in genere, sed in cõcreto deueniendo ad specialia, si volumus ex ea inferre ad Iudices, qui isto casu inferiores à Principe à Doctoribus nuncupantur, prout certè in Iudicibus loquuntur Doctores allegati suprà in limitatione, *n.* 102. & quidem negari non potest, eos & posse saluos conductus concedere ex causa, iuxta superiùs deducta, *n.* 81 *& seqq.* vbi vide.

Quòd si eandem propositionẽ intelligere velimus non in simplicib. & ordinariis Iudicibus, sed & in iis qui vices gerũt ipsius Principis, & hos etiã posse saluos cõductus concedere, si non in perpetuũ, saltem ad tempus, dixi pariter *supra, n.* 91.

Verùm si non de Iudicibus, sed de aliis Principibus recognoscentibus Principem superiorem loqui velimus, & pariter si tales Principes seu ciuitates iura imperij habeant, prout est Respublica Ianuensis; item & facultatem condendi statuta, & hos etiam posse saluos conductus concedere, dubitandum non est per suprà allegata, *n.* 104. & 106.

Et idem sine dubio dicendum est † in aliis Ducibus, Mar- 110
chionib. & Comitib. quibus concessum est merum & mixtũ imperium, omnimoda iurisdictio, & perpetua administratio, quia tales sic inuestiti reputantur in eorũ dominio pro Principe superiore, & possunt ea omnia expedire & facere, quæ potest superior in suis, prout bene declarat Roland. *in cons. 4. n. 39. & seqq. vol. 3. & cons. 1. n. 49. & seqq. eod. vol.* Ofasc. *dec. Pedem. 139. n. 5. 15. & seqq. & dec. 154. n. 1.* vbi infert ad Ducem Sabaudiæ, Mediolani, & Mantuæ, & dixi *supra, n.* 105.

Sed † quid in aliis feudatariis, Baronibus ac Dominis Ca- 111
strorum, qui nõ habent præmissam facultatẽ & iurisdictionẽ, an isti possint saluos conductus concedere? Crederem sic distinguendum, quòd aut volunt id facere cum causa, aut sine. Primo casu possunt quidem, & est ratio, quia si hoc possunt Iudices, vt suprà probaui, multò magis possunt & ipsi. Secundo casu possunt pariter, si in eorũ inuestitura id eis concessum sit, vel saltem habeant aggratiandi facultatẽ. Si enim possunt gratias facere, multò magis possunt & saluos conductus concedere: secus si talem non habeant in inuestitura concessam facultatem. Sed quãdo isti feudatarij dicantur habere, vel nõ habere facultatẽ aggratiandi, dixi *supr. in tit. de inquis. q. 6. n. 2.*

Et hæc sufficiãt tradita in materia salui cõductus, † ad quæ 112
si plura volueris, adeas Magolott. *in suo tr. de secur. & sal. cond.*

ARGVMENTVM.

Carceres frangens & ab illis fugiens, quomodo, & quando punitur.

SVMMARIVM.

Carcerum effractores quomodo puniantur iura ciuilia diuersimodè statuerunt, & plures reperiuntur Doctorum opiniones, n. 1. Prima enim fuit opinio, quòd talis pœna sit capitalis, n. 2. Secunda est opinio, quod sit pœna mortis naturalis, n. 3. Tertia est opinio, quòd non sit mortis naturalis, sed ciuilis, n. 4. & seqq. Quarta est opinio, quòd effractores carcerum habeantur pro confessis, & puniantur eadem pœna delicti, pro quo detinebantur. Quinta est opinio, quod non sit pœna confessati criminis, sed arbitraria, n. 8. & seqq. Sexta est opinio, quod effractores carcerũ, vel arctius torqueantur, super delicto, vel publicè funis ictu percutiantur, n. 11. & 12. Septima est opinio, quòd habeantur pro cõfessis, sed quòd mitius puniantur, n. 13. sed hæc opinio reprobatur, n. 14. & seqq. Octaua est opinio, quod pœna effractoris carcerum est pœna capitalis, fuga non sequuta, fuga autem est pœna criminis, pro quo fugiens erat carceratus, n. 20. Nona est opinio eorum qui dixerunt effractores carcerũ puniri pœna confessati criminis, ac etiam pœna capitis, n. 21. veritas est, quod siue fuga sit sequuta, siue non, effractores carcerum puniuntur pœna arbitraria, n. 22. & seqq. vsque ad n. 35. vbi bene declaratur materia.

Carcerum effractores aliquando acriùs torquentur super principali delicto, pro quo detinentur, n. 23. & 26. vbi quòd si in tortura persistant, non patiuntur aliam pœnam.

Carceres frangens, sed præuentus a curia si non potuit aufugere punitur pœna arbitraria, n. 25. & seqq. vsque ad n. 34. vbi respondetur contrariis.

Carceres frangens non habetur pro confesso, nec punitur tanquam effractor fuga non sequuta, n. 27. sed contrà, n. 28. & 29. & 32. declara, vt n. 30. 31. & 33.

Affectus in delictis non punitur eadem pœna effectu non sequuto, n. 31.

Carcerum effractores puniuntur, etiam quòd innocentes sint de delicto pro quo detinentur, n. 33. licèt cõtrà, n. 39. & pœna isto casu est arbitraria, n. 36. item pœna est vniformis cum effractore nocente, & delinquente, n. 37. licèt contrà, n. 37.

Carce

Carcerum effractor si aufugiat,potest etiam absens in contumaciam condemnari,n.40.& 41. licèt aly contrà,n.42. sed in quâ pœnam possit sic absens in contumaciâ cõdemnari,n.43.

Pœna vltimi, nouissimi & amarissimi supplicy est pœna mortis naturalis,secus pœna supplicy simpliciter,n.5.

Pœna quando non est à iure determinata Iudicis arbitrio remissa censetur,n.9.

Opinio communis non attenditur,quando conuincitur falsa aliqua inconuincibili ratione,n.10.

Cõfessio ex fractura resultãs nõ dicitur præsũpta,sed ficta,n.15.

Confessio ficta differt à confessione præsumpta,n.15.

Fictio tantum operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero,n.15.

Cõfessio ficta a lege habet vim cõfessionis veræ & iudicialis,n.16.

Confessus potest in pœnam ordinariam condemnari,n.17.

Confessio ficta inducit non præsumptam, sed liquidissimam probationem,n.18.

Præsumptiones à iure approbatæ sufficiunt ad condemnandum reum in pœnam ordinariam,n.19.

Carceribus fractis aufugiẽs,si denuo capiatur,potest absque alio condemnari, n.41.vbi etiam contrà,declara,vt n.42.& seq.

Carcerum effractor si aufugerit, non potest absens in contumaciam condemnari, nisi præcedentibus solitis citationibus, & terminis,n.45.licèt aly contrà,n.44.

Fugiens ex camera, vel palatio loco carceris assignato punitur, ac si aufugisset ex carceribus publicis & clausis,n.46.47.& 49.licèt aly contrà,n.48.

Carceres publici dicuntur non solùm qui habent ordinarios custodes,sed etiam camera,vel palatium loco carceris à Iudice assignatum,n.47.sed contra,n.48.

Fugiens ex camera vel loco pro carcere assignato cum fractura, punitur pœna ordinaria,vt carcerum effractor:si verò fugiat sine fractura,mitiùs punitur,n.50.

Frangens arrestum,vel præceptum pœnatum de non discedendo ex aliquo loco dato sine custodia, punitur tanquam effractor carcerum pœna ordinaria,n.51.& 52.sed contra quod non puniatur pœna ordinaria,sed mitiùs,n.53.& 54.

Carceratus dicitur omnis ille, qui ad sui libitum de aliquo loco discedere non potest,prout est ille,qui in aliquo detinetur,sub præcepto,vel arresto,n.52.sed contra,n.54.

Fugiens ex domo vel loco,in quo quis detinebatur sub pœnata fideiussione de illinc non discedendo,nulli dubium, quòd pœna in fideiussione contenta commissa est,n.55.& seq.

Pœna conuentionalis adiecta prætoriæ stipulationi ratione contemptus,& ex certa scientia promissa exigi potest etiam quòd exigentys non interfit,n.56.

Carceratus dicitur ille,qui dedit fideiussionem de non discedendo ex aliqua ciuitate,vel alio loco,n.57.sed contra,n.58.

Fugiens ex loco, in quo detinebatur sub fideiussione,tenetur ad pœnam conuẽtam etiam quòd aufugerit culpa custodis,n.60.

Fugiens ex carcere iniusto non tenetur ad pœnam conuentionalẽ nec ipse,nec eius fideiussor,qui promisit de tuto carcere,n.61.& seqq.vsque ad n.70.vbi bene respondetur contrariis.

Fideiussor de repræsentando reum toties quoties sub pœna, non tenetur ad pœnam promissam,si reus semel repræsentatus ex carcere aufugerit,quod quando verum sit, vide in n.62.

Fideiussores de tuto carcere,qui promiserunt,non vt fideiussores simplices,sed vt custodes, tenentur ex fuga rei,eadem pœna, qua tenebatur ipse reus aufugiens,n.64.

Fideiussor non potest obligare se in duriorem causam, quàm principalis,n.66.

Fugiens ex carcere iniusto,non tenetur redire,etiam quòd redire promiserit,& iurauerit,n.67.

Fideiussoris obligatio nihil valet, quando principalis contractus est nullus,n.69.

Fugiens ex loco sibi assignato pro tuto carcere, an teneatur ad pœnam conuentionalem ipse vel eius fideiussor.si post fugam sponte reuertatur:dic quod non,n.70.& seqq.sed contra,n.73.& seqq.Distingue,vt n.77.

Fuga purgatur per spontaneam reuersionem,& fugisse non dicitur,qui animo reuertendi discessit,n.70.& 71.

Pœna conuentionalis in prætoriis stipulationibus exigi non potest,non dato interesse fisci,n.72.fallit vbi pœna est apposita, siue Iudicis authoritas contemnatur,n.73.

Moræ purgatio impeditur per iuramentum,n.73.

Debitor detentus in aliquo loco cum fideiussione,deinde non discedendo, sub pœna debiti:si inde aufugiat,tenetur fideiussor, etiam quòd idem debitor post fugam fuerit captus,n.74.vbi declaratur materia.

Pœna conuentionalis simpliciter adiecta exigitur etiam vltra id,quod interest,nisi appareat, quòd expressè adiecta sit ratione interesse,n.75.

Pœna conuentionalis promissa cum iuramento exigitur, etiam vltra interesse propter vim ipsius iuramenti,n.76.

Relaxatus sub fideiussore de se repræsentando,& fugiẽs habetur pro confesso,n.78.sed contrarium est verius,n.79.& seq.

Carceratus non dicitur ille,qui relaxatus ex carceribus permanet sub fideiussione de se repræsentando,n.80.

Pœna effractoris carcerum habet locũ etiam in debitore ex causa ciuili fugiente carceribus fractis,n.81.

Carcerũ effractor dicitur etiam is,qui fractis vinculis,vel compedib.aufugit ex ostio aperto sine muri,aut ostij fractura,n.82.

Carcerum muros transcendens cum fune vel alio modo, & fugiens,punitur tanquam effractor carcerum, etiam quod sine fractura aufugerit,n.83.

Fugere tentans ex carcere,licèt non aufugerit,strictiùs custoditur,& in arctiores carceres detruditur,n.84.

Fuga ex carcere,etiam quod non sit sequuta,facit indicium ad torturam contra fugientem,vel fugere volentẽ,n.85.Limita 1.dummodo carcer esset iustus:secus si iniustus,n.86. Limita 2.nisi discesserit animo reuertendi, & reuersus fuerit, quia tunc fuga non facit indicium ad torturam,n.87. vnde secus si aufugit animo non reuertendi: nam tunc fuga facit indicium etiam stante reuersione, n.88.

Fugiens ex carcere peccat & tenetur in foro conscientiæ, n.89.licèt aly contrà,n.90.

Relaxatus ex carcere sub promissione & iuramento de redeundo,non potest non redire sine peccati labe & periurio,n.91.

Eximens carceratum ex carcere punitur eadem pœna,qua puniendus erat carceratus exemptus,n.92.sed verius dic,quod isto casu pœna est arbitraria,n.93.& seqq.& vigore Bullæ in statu ecclesiastico est pœna mortis,n.96.in fin.

Receptatores delinquentium puniuntur eadem pœna, qua sunt puniendi delinquentes receptati,n.95.sed verius dic pœnam esse arbitrariam,sub n.94.& 96.

Fautores,instigatores,consultores, & auxiliatores effractoribus carcerũ puniũtur de iure cõmuni,vt effractores ipsi & vigore Bullæ puniuntur pœna mortis,tanquam rei læsæ maiest.n.97.

Receptans eum qui fracto carcere aufugit,tenetur eadem pœna qua tenebatur is carcerũ effractor,n.98.sed verius dic,quod punitur pœna arbitraria,n.99.& hæc pœna arbitraria erit mitior,si receptatus erat consanguineus,n.99.& seq.

Receptans bannitum,seu alium delinquentem, mitiùs punitur si receptus erat consanguineus receptantis, n.99.& seq.

Eximẽs ex carcere confessum,conuictũ,vel condemnatũ punitur tanquam reus læsæ maiest.etiam de iure communi,n.101.& 105.vbi propterea,quòd talis eximens punitur pœna mortis.

Eximens carceratum ex carcere ad hoc,vt pœna læsæ maiest.teneatur,requiritur,quòd exẽptus non solũ esset confessus,cõuictus,aut condemnatus,vt suprà:sed etiam quòd esset detẽtus pro crimine capitali:aliàs nõ tenetur tali pœna,n.102.imo requiritur quòd crimẽ,pro quo detinebatur exemptus esset pariter læsæ maiest.vt in n.103.vbi tamẽ verius,quòd sufficiat quẽ esse detentũ pro quocũque crimine,dummodo sit capitale.

Eximens carceratum ex carcere non tenetur pœna læsæ maiest. nisi exemptus fuisset carceratus de mandato alicuius Iudicis supremi Principis,aliàs secus.n.104.

Eximẽs carceratũ ex carcere actu nõ perfecto & cõsummato nõ tenetur pœna læsæ maiest.n.106.vbi tamẽ secus vigore Bullæ.

*Vigore Bullæ in statu ecclesiastico,quomodo puniantur eximẽtes carceratũ ex carcere, n.106.ver.*Sublimita præcedentes.

Eximens debitorem carceratum ex carcere tenetur creditori ad solutionem debiti,sicut tenebatur ipse debitor, n.107.& seq.vbi alia ad materiam.

Iuramentũ in litẽ datur creditori contra illũ qui suũ debitorem carceratũ ex carcere extraxit,n.107.vbi alia ad materiam.

Eximens debitorem carceratum ex carcere tenetur creditor ad solutionem debiti,pro quo detentus detinebatur, etiam quòd is verè debitor non esset,n.109.quod intellige,dummodo idem debitor esset ritè captus,secus si nulliter,n.110.

Eximens debitorem ex carcere tenetur creditori ad solutionem debiti, etiam quòd ipse debitor fuerit iterum captus, n.111.

Eximens debitorem ex carcere vltra quod tenetur creditori, vt supra ad solutionem debiti: punitur etiam aliqua pœna pecuniaria criminaliter, n.112. sed vigore Bullæ punitur pœna læsæ maiest. d.n.112.

Eximens ex carcere iniustè detentum non punitur, si carceratio non erat ritè facta: secus si ritè carceratus quis fuit, licèt innocens esset, n.113. & seqq. vbi sic respondetur contrarijs.

Mulier, quæ mutatis vestibus virum suum ex carcere extrahit illum induendo suis muliebribus vestibus, excusatur à pœna ordinaria, & mitius punitur, n.118.

Clericus carcerũ effractor, & inde fugiens deponẽdus est, & data perseuerãtia in enormitatib, curiæ sæculari tradẽdus est, n.119.

Carceratus iniustè potest impunè fracto carcere aufugere, n.120. nec tenetur ad aliquid etiam in foro conscientiæ: si vt iniustã mortis condemnationem aufugiat, carceres frangat, n.121.

Carceratus iniustè peccat, si cum potest aufugere, non aufugiat, n.122. & non solùm non fugiendo peccat, sed criminaliter punitur, n.123.

Carceratus iniustè si vt se à carcerib. liberaret, promisit medio iuramẽto redire, potest non redire etiam sine peccati, ac periurij labe, n.124. imò redeũdo peccat, n.125. sed hæc intellige procedere, vbi carceratus redeũdo incurreret periculũ vitæ, aliter secus, n.126. & 127. sed contra istam declarationem, n.128.

Carceratus iniustè si aliter ex carcere euadere non valet, potest impunè etiam custodes occidere, n.129. sed contra, n.130. declara vt possit sic impunè custodes occidere duobus concurrentibus. Primò, quòd notoriè constet de iniustitia carcerationis. Secundò, quòd carceratus sit in euidenti periculo mortis, & quòd aliter illud euadere non posset, nisi custodes offendendo, aliter secus, vt in n.131. & seq.

Iudicem iniquè agentem, & occidere volentem impunè occidere licet, n.132.

Iniustè carceratus potest impunè fracto carcere aufugere, quãdo is fuit nulliter, & non ritè carceratus, secus si ritè, licèt innocens sit, n.134. sed quot modis quis dicatur nulliter, & non ritè carcerari, num.135. & seq.

Captus de mandato Iudicis nõ habẽtis iurisdictionẽ dicitur nulliter captus, & impunè potest fracto carcere aufugere, n.135.

Captus ordine iuris non seruato potest impunè fracto carcere aufugere, n.136. & 137. vbi infertur ad captum non legitimis præcedentibus indicijs, & n.138. vbi infertur ad captum non constito de corpore delicti.

Carcerato impunè ex carceribus aufugere licet, quando credit se falsò accusatum, Iudicémque esse participem huius falsæ accusationis, n.139.

Carceratus malè tractatus in carcere, & timẽs sæuitiam Iudicis minatis, potest impunè fracto carcere aufugere, n.140. & 141. & 142. vbi idem si malè tractetur à custodibus carcerum.

Carceratio præsumitur iusta & valida, nisi de iniustitia & nullitate ex actis appareat, n.143. & seqq.

Iudex regulariter habet præsumptionem pro se, n.144. intelligè quòd non, quoad ordinem processus, n.145.

Fideiussor de tuto carcere an teneatur, si is, pro quo promisit & aufugit, erat indebitè carceratus, n.147.

Fugiẽs ex carcere animo reuertẽdi, & reuertẽs nõ dicitur carcerũ effractor, nec punitur, n.148. & n.150. amplia idẽ esse in fugiente, nõ solũ ex carcere publico, sed etiã in fugiẽte ex aliquo loco sibi pro carcere assignato, n.149. & seqq. limita 1. quia fugiẽs ex carcere licèt non puniatur pœna ordinaria, punitur tamen pœna extraordinaria, n.151. limita 2. quia animus reuertendi non præsumitur, nisi probetur, & sic non sufficit sola reuersio, nisi etiã probetur talis animus, n.154. animus autẽ reuertendi probetur, n.155. limita 3. quando fugiẽs ex carcere citò reuertitur est, secus si diu absens postea reuertatur, quia tunc reuersio non prodest, n.156. limita 4. quia sola reuersio non sufficit, nisi etiam allegetur aliqua colorata causa, ex qua quis motus fuerit ad discedendum, n.157. vt putà si diceret se ex carcere discessisse ex causa religionis pro audienda Missa, pro confitendis peccatis, pro adimplẽdo voto, & similia, n.158.

Fugere non dicitur, qui animum reuertendi habet, n.150.

Fideiussor de tuto carcere an teneatur si is, pro quo fideiussit, aufugit, & deinde reuersus est, n.152.

Fugiens ex carcere ex custodis negligentia, non punitur de effracto carcere, num.159.

Fugiens ex carcere reperiens ostium apertum, non punitur tanquam effractor carcerum, sed mitius, n.160.

In dubio nõ præsumitur, quòd carceratus aufugerit ex ostio aperto: ideo apertura ostij per fugientem probanda est, n.161.

Fugiens ex carcere non punitur, tanquam carcerũ effractor, nisi fuga facta sit cum fractura, n.162. fractura enim est illa quæ aggrauat delictũ, n.163. immò nisi fractura sit perfecta: pœna fracti carceris nõ habet locũ, n.164. sed contra, n.165. veritas est, quòd sine fractura, vel cũ fractura, sed nõ perfecta, mitius punitur fugiens, vel fugere tentans, quam sine fractura, vel cum fractura non perfecta, d.n.165. vers. Quid dicendum.

Pœna effracti carceris non habet locum, nisi vltra fracturam interuenerit etiam conspiratio, n.166. sed contra, n.167. sed prima opinio est verior, vt n.168. & seqq. vbi resp. contrarijs, & declaratur materia.

Alternatiuæ distinctiones stant copulatiuè, quando sunt probatæ à lege, vel stat. & quando præsertim subiecta materia ita patitur, n.169.

Fugiens ex carcere, & ad superiorem confugiens, non punitur, n.171. quod & habet locum etiam in fugiente ex domo, vel palatio sibi pro carcere assignato, n.172. limita, nisi expressè promisisset discedere, etiam sub prætextu recurrendi ad superiorem: nam tunc non excusatur ex eo, quòd ad superiorem confugit, n.173. limita 2. quando sine causa, vel cum causa, sed iniusta ex carceribus discessisset: nam tunc punitur etiam quòd ad superiorem confugerit, n.174.

Causa iusta excusat à pœna conuentionali, sed non iusta, n.175.

Fugiens ex carcere de licentia custodis non punitur, n.176. item isto casu, nec tenetur fideiussor, qui promisit pro eo, n.177. & seqq. declara, vt n.182. 183. & 184.

Fideiussor, qui promisit, quod reus non discedet ex aliquo loco sine Iudicis licentia, minimè tenetur ad pœnam conuentam, quando is, pro quo promisit, discessit de licẽtia custodis, n.177. & seqq. hoc limita duobus modis. Primò, vt non habeat locum, quando non solum fuisset fideiussor, sed quando reum sub sua cust. recepisset, n.182. & seq. Secundò, pariter non habet locum, quando fuit promissum, quod non discedet sine licentia in script. quia tunc custod. licentia non excusat, n.184.

Credulitas iusta excusat à dolo, & pœna, n.178. & 179.

Credulus dici non potest, qui viro fide digno credidit, n.179.

Officiali creditur in spectantibus ad eius officium, n.180.

Officiali asserenti se aliquid facere de mandato superioris creditur, quando superior non est absens, n.181.

Fideiussor, qui carceratum sub sua custodia recepit, tenetur ad plus, quam si promisisset simpliciter de non discedendo ex aliquo loco, n.182. & seq.

Fugiens ex carcere propter timorẽ aquæ, ignis, vel alterius periculi, non punitur, n.185. limita 1. dũmodo iste sit verisimilis, & probabilis, alias secus, n.186. limita 2. dũmodo cessante periculo redeat ad carceres, alias secus, n.187. sed cõtra, n.188.

Fugiens ex carcere tempore sedis vacantis summi Pontificis non punitur de effracto carcere, n.189.

Mulier vt libidinis vim sibi à custode, vel ab altero illatam euitaret, si ex carcere aufugerit non tenetur, n.190.

Fugiẽs ex carcere habetur pro confesso, quando erat detẽtus pro inquisitione speciali secus si pro generali, n.191. sẽper tamẽ punitur pœna arbitraria, etiã quod inquisitio sit specialis, n.192.

Reuelans carceratorum conspirationem de frangendo carcere, gaudet immunitate delicti, pro quo detinebatur, ac etiam conspirationis, si in ea particeps fuit, n.193. & seq.

Hæreticus fugiens ex carcere habetur pro confesso, n.195. sed contrà, n.196. Declara, vt n.197. Ista tamen fuga est sufficiens indicium ad monendum, & requirendum ipsum sub pœna confessati criminis, vt compareat, & eo non comparente potest condemnari, n.198. sed quid de illo hæretico, qui pro pœna & pœnit. est damnatus ad carceres, & inde fugiat? quo modo puniatur, vide ibid. n.199. & 200.

Si ex carcere omnes carcerati aufugerint, vno excepto, qui propter corporis debilitatem non potuit aufugere, quid præsumendum contra istum qui non aufugit, n.201.

Frangens carceres non punitur pœna mortis, nisi fuerit illata vis custodi: & quid si vis nulla fuerit illata custodi, declaratur materia, n.202. 203. & 204.

Fugiẽs ex carcere habetur pro cõfesso, quando scivit causã illius delicti

licti pro quo detinebatur: secus si ignorauit, num. 205.
Fugiens ex carcere non habetur pro confesso quo ad qualitates delicti, pro quo detinebatur, num. 206.

QVÆSTIO XXX.

1 CARCERVM effractores,† & inde fugientes quomodo puniantur, non adhuc bene à Doctoribus, quos viderim explicatum credo: extat enim tex. *in l. 1. in prin. ff. de effract. & expilat.* in hæc verba disponens; *De his, qui carcere effracto euaserint, sumendum supplicium, Diui fratres Æmylio Tyroni rescripserunt. Saturnius etiam probat eos, qui de carcere eruperunt, siue effractis foribus, siue conspiratione cum cæteris, qui in eadem custodia erant, capite puniendos. Quòd si per negligentiã custodum euaserint, mitius puniendos.* Extat & rursus tex *in l. in eos, ff. de custod. reo. inquiens sic: In eos, qui cùm recepti essent in carcerem, conspirauerint, vt ruptis vinculis & effracto carcere euadãt amplius quam causa, ex qua recepti sunt, reposcit, custodiendũ est, & quamuis innocentes ex eo crimine inueniantur, propter quod impacti sunt in carcerẽ, tamẽ puniendi sunt: eos verò qui conspirationem eorũ detexerint, releuandos.* Per quæ iura sic prima facie inspecta, apparet, carcerum effractores puniri pœna capitis, *ex ea l. ff. de effract. ex l. verò in eos, de cust. reor.* apparet pariter puniẽdos: sed qua pœna, ibi nõ aperitur. Hinc est, quòd varij varia dixerũt, & adeò cõfusè Doctores in materia, & in interpretatione dictarũ legum loquuti sunt, vt quinã sit earundẽ legũ verior intellectus, & quę sit pœna carcerũ effractoribus, vix dignosci possit, nisi res ab alto repetatur.

2 VNA enim† & prima fuit scribentium opinio, eorum scilicet qui principaliter nisi sunt expressis verbis *in d. l. 1. ff. de effract.* quòd qui carcere effracto fugiunt, capitali pœna plectantur: non tamen declarant de qua capitis pœna intelligãt, an de maxima, an de media, vel de minima, iuxta superiùs tradita in tit. *de delict. q. 19. n. 1.* Sed simpliciter dicunt capitis pœnam isto casu esse infligendam, prout pariter sonant clara verba tex. *in l. milites agrũ, §. eius fugam, ff. de re mili.* dum dixit: *eũ tamen, qui carcere effracto fugit, etiã si antè non deseruerit, capite puniendũ, Paulus rescripsit.* Sic enim ex dictis iuribus capitis pœnã effractoribus carcerũ fore imponendam dixerunt Bar. *in tract. de carcere in vlt. col. v. Nunc restat videre*, Alb. *in d. l. in eos, n. 1. v. Et primò videtur, quòd fugiẽs de carcere, eo fracto puniatur pœna capitali, &c. ff. de cust. reo.* Ang. *in l. 1. n. 1. v. patet ergo quòd pœna frangentis carceres, quæ capitalis est, &c. ff. de effract.* Add. ad Ang. de Malef. *in verbo, Qui Iudex dictũ Caiũ, & post n. 4. litera E*, Io. Berb. *in sua pr. rub. 25. de effract. carcer. par. 1. n. 2.* ibi, *& tunc punitur capitaliter, &c.* Carrer. *in pract. in 2. tr. de indic. & tortura, §. Tertiũ indiciũ est fuga, &c.* 32. Petr. Duen. *reg. 392. incip. Fuga, quæ fit ex carceribus, in 5. ampliatione, & reg. 363. incip. Fugiens fractis carcerib. in pr.* vbi & idẽ citat Anch. Io. de Anã. & Abb. *in c. à nobis apost.* Claud. Battãdier. *in sua pract. crim. reg. 142. incip. Carcerũ effractores, n. 1.* Cyril. *in summa crim. in 1. partic. de cust. reor. §. 2. post n. 1. v. alia etiã pœna fol. mihi 56. in fi. & seq.* vbi simpliciter refert verba tex. *in d. l. 1. ff. de effractor.* Menoc. *de arbit. q. lib. 2. casu 301. n. 5. in fi. v. 2. is carceris effractor*, &c. vbi & alios adducit, Placen. *in praxi Iud. inquisitorũ, in verb. carcer. v. carcerũ effractores, fol. mihi 26. in fi.* Mascard. *de prob. lib. 2. cõcl. 820 n. 9.* [& pro hac prima opinione facit ratio, quã post alios cõsiderauit Ludou. Peguer. *dec. crim. 1. n. 5. ad finem v. ratio est*, quę post hæc scripta habui: quia scilicet carceres sunt loca sacra, cùm sint publicè dedicata, *l. sacra loca. ff. de rer. diuis.* ibi, *sacra loca ea sunt, quæ publicè dedicata sunt, siue in agro, siue in ciuitate sint:* & sic muri & fores carcerũ, qui publico vsui destinantur, sancti sunt. Sed rũpens vel violans sanctũ, capite punitur, *l. fi. ff. de rer. diuis.* ergo & idem in rũpente, vel violante carceres.]

3 ALTERA, & sic secunda fuit opinio præcedentis declaratiua, seu potiùs ampliatiua, †quòd capitis pœna, de qua *in d. l. 1. ff. de effract.* sit mortis & vltimi supplicij, & propterea mortis & vltimi supplicij pœna carcerũ effractores & exinde fugientes puniri debere dixerunt Fel. *in c. nullus. n. 3. in fi. extra de præsump.* Marsil. *in pract. §. attingam, n. 36.* vbi concordantes adducit. & idẽ *in tr. de bann. verb. carcerati, n. 25.* Fab. à Mon. *in sua pract. arbit. par. 4. n. 49. fol. mihi 276. in pr.* Bossi. *in tit. de carcer. n. 5. in medio.* ibi, *maximè quia leges loquũtur de morte naturali*, &c. Pet. à Placha *in Epit. delict. c. 10. n. 26. ad finẽ, v. qui fugam arripit.* &c. vbi casũ hũc effractionis carcerũ ponit inter eos, qui de iure pœnã mortis naturalis merentur, prout ante eũ inter eosdẽ casus, posuit Guliel. Bont. *in tract. casus, in quib. pœna mortis specificè a lege est imposita, n. 4. in fi. vers. qui effracto carcere*, &c. Conrad. *in pr. tit. de carceratione, n. 18. fol. mihi 277. col. 1. in antiqua impressione.* Viui. *in cõm. opi. post verbũ, Fug. à carcere, & in quæ. seq. incip. Quærit Bar. &c. n. 21. in fi.* vbi expresè dixit, quòd carcerũ effractores puniũtur vltimo supplicio, & testatur de vera & cõmuni* opinione, & tacitè pœnam capitis, de qua *in d. l. 1. ff. de effract.* intelligendam fore de pœna mortis naturalis sensisse videntur Alb. & Ioan. Berb. in locis sup. allegatis pro prima opinione. & Iod. *in pr. c. 18. tit. de effract. carcer. n. 1. vers. si verò hinc violenter.* *

TERTIA Succedit opinio huic proximæ cõtraria,† quòd 4
imò ex quo quando lex facit mentionem de pœna capitis, nõ intelligitur de pœna mortis naturalis, sed de alia mitiori, vt suprà latè deductũ fuit ex communi* Doctorum opin. *in præcedenti tit. de delictis, & pœnis, q. 19. n. 1. & seqq.* Idcirco pariter & *in casu l. 1. ff. de effr.* capitis pœna, de qua ibi fit mẽtio, debet intelligi, non de morte naturali, sed de alia mitiori: sic in terminis hoc argumẽto vsus hãc firmat opinionẽ Pet. Duen. *reg. 393.* in noua limitatione, vbi latè, & illũ sequuti sunt Cæsar Vrsil. *in add. ad Affl. dec. 404. n. 16.* vbi testatur se ita aliàs de facto obtinuisse, & Burs. *cons. 346. n. 32. vol. 4.* & alternatiuè de pœna capitali, seu vltimo supplicio, quasi dubij, quòd *d. l. ff. de effract.* intelligenda sit de pœna mortis naturalis, loquuti sunt Boër. *d. dec. 215. n. 22. ad finem, vers. Sin autem tantum*, & Couar. *1 ar. resol. lib. 1. c. 2. post n. 14. vers. Ipse potiùs, &c. & vers. Si quidẽ corporalis pœna, &c.* & ante istos Bonif. de Vit. *in tit. de carcerib. priuatis, n. 12.* [Addo & pro hac tertia opinione Lud. Peg. *dec. 1. n. 6. v. pœna autẽ capitis*, quem post hæc scripta habui, vbi testatur ita aliàs in Regio criminali cõsilio Cathaloniæ cõclusũ & seruatũ fuisse die 7. Nouẽ. 1581.] *

Nec refert, †quòd textus *in d. l. 1. ff. de effract. in prin.* dixerit 5
etiam de carcerum effractore sumendum esse suppliciũ, quasi quòd tacitè per verbũ, *supplicium*, de pœna mortis naturalis intelligere voluerit: quia si hoc inferre voluisset, dixisset non simpliciter sumendum supplicium, sed addidisset, *vltimum nouissimum grauissimum, aut amarissimũ supplicium.* Sic enim iura, quando de morte naturali intelligere voluerunt, vsi sũt verbo, *supplicio*, coniũcto cum præfatis adiectiuis denotantibus grauiorem pœnam & supplicium, *vt in l. qui vlt. ff. de pœn. & in l. fin. C. de Summa Trinit. & fide Cath. & in l. præsenti, C. de his, qui ad Eccl. confug.* & alibi sæpius, prout suprà adnotaui *in d. tit. de delict. & pœnis, q. 19. n. 10.*

Nec Doctores ex aduerso citati pro præcedente contraria 6
opinione multùm huic obstare videntur. Nam Mar. *in pr. in §. attingam, n. 36. & in tr. de bannit. in verbo, carcerati, n. 25.* allegat in primis pro sua opinione Bart. *in tract. de carcer.* qui Bart. vt suprà eum induxi, *n. 2.* non loquitur de pœna capitis. Rursus idẽ Marsil. allegat pro sua opinione tria iura, videlicet tex. *in l. 1. ff. de effr. in l. in eos. ff. de cust. reo. & in l. milites agrũ, §. eius, ff. de milit.* quæ iura, vt sup. retuli, *n. 1. & 2.* nullũ faciũt verbũ de morte naturali: allegat pariter idẽ Marsil. Ang. de Mal. *in verbo, Quòd fama publica, in nona charta, & ibi in prima add.* Qui Angelus eo loci, nec alibi aliquid dicit de morte naturali, sed bene forsan vel de pœna capitis, vel habiti pro cõfesso, *prout in d. verbo, quòd fama publica, num. 82.* Nec pariter Sal. *in l. 1. in 7. not. C. de falsa moneta.* per eundẽ Marsil. allegatus, suã probat opinionẽ, quia nõ dicit id, ad quod allegatur: vnde Marsilij hæc opinio destituta remanet authoritate iuriũ & Doctorũ. Nec aliquid facit authoritas Fel. *in d. c. nullus, n. 3. in fin. de præsumpt.* quia loquitur dubitatiuè, & non firmat quòd sit pœna mortis, nec etiam faciunt authoritates Fabij Monteleonis, Pet. à Placha, & Gulielm. Bont. in locis allegatis sup. *n. 3.* quia pro eorum opinione respectiuè nõ allegãt, nisi *l. 1. ff. de effr. & l. milites agrum, §. eius, ff. de re milit.* quæ iura, vt iterũ dixi, nil dicunt de morte naturali, & Bossij authoritas licèt in criminali materia maxima sit: non est tamen isto casu attendenda, quia dum dicit quòd leges in proposito loquuntur de capite naturali, non dicit verũ, cũ ex lectura legũ appareat cõtrarium, & multò minùs est attendenda authoritas Conr. *in pract. in tit. de carceratione, n. 18.* qui pro sua opinione allegat Guliel. Bont. & Marsil. in locis suprà citatis Qui Gulielmus & Marsil. prædicti, vt dixi, sine iure & sine auctoritate loquuntur, & demũ non est verum, quòd prædicta cõtraria opinio sit communis, prout testatur Viuius in loco citato:

rato: quia Viuius illam dicit communē ex Boërio *in dec.* 215. *n.* 9. & tamen Boërius eo loci nihil dicit de morte naturali.

QVARTA Subintrat opinio eorum, qui dixerunt pœnā
7 effractorum carcerū & ab illis fugientium, esse †pœnā confessi criminis, pro quo erant carcerati: & propterea fore puniendos eadem pœna, quæ veniebat imponenda pro delicto pro quo detenti erant: sic enim fore intelligendum textū *in l. in eos, ff. de cust. reo.* aduotauit ibi gl. *in verb. puniendi*, & gl. sequuti sunt Bart. idē, *in prin. vers. Et nota hanc legē*, vbi expressè dixit, quòd illi, qui eruptis carceribus effugiunt, puniuntur de effractione carceris illa pœna, qua punirentur, si verè illud maleficiū cōmisissent, propter quod in carcerē sunt missi; & *in tract. de carcere, in pen. col. ad finem, ver. Et certe sciendū est*, &c. pariter expressè dicit, quòd ille, qui fugit de carcerib. videtur delictū cōfiteri, Ang. de Malef. *in verbo, Quod fama publica, n.* 82. *v.* 3. *Quid si quis, &c.* Marc. *in pract. §. attingam, n.* 4. infra *de ban. in v. carcerati, n.* 17. Bonif. de Vit. *in tr. de carc. p. 2. n.* 17. *& ibi in add. c. litera C*, Fran. Cas. *post tr. indic. & tormen. in quæst. c.* 9. *rubr. de captura, & carcere, n.* 21. Pau. Ghirl. *in tract. de relax. carc. in rub. de fuga incarcerati, n.* 7. *in prin. & n.* 21. *in medio*, Gram. *cons.* 57. *n.* 3. Et hāc esse cōmunē* Doctorū sententiā testatur Boër. *dec.* 215. *n.* 9. *v. His habitis*, Claud. Battand. *in sua pr. crim. reg.* 142. *carcerū effractores, n.* 2. & 3. Carrer. *in pract. crim. in* 2. *tr. de indic. & tort. §. tertium indicium est fuga, n.* 33. *pag. mihi* 45. *col.* 1. Duen. *reg.* 392. *fuga, quæ sit ex carcerib. in prin.* vbi alios adducit Fab. à Môteleo. *in sua praxi, arb. §.* 1. *par.* 4. *n.* 863. *fol. mihi* 279. Rol. *cons.* 7. *n.* 8. *vol.* 2. relati per Ant. Gom. *var. resol. tom.* 3. *c.* 9. *de captura reorum, n.* 11. *vers. Item adde quod si reus*, vbi & ipse
* testatur de cōmuni* opinione, Clar. *in pract. q.* 21. *vers. Tertio autem modo in prin.* vbi alios refert pariter de cōmuni testan-
* tes, & de magis communi * testatur Viui. *in suis comm. opin. verbo, Fugiens a carcere publico, n.* 1. Menoc. *de arbit. q. lib.* 2. *casu* 301. *n.* 5. *& in tract. de præsumpt. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 45. Masc. *de prob. lib.* 1. *& concl.* 266. *n.* 1. *& concl.* 498. *n.* 16. *eod. lib. & concl.* 820. *n.* 1. *lib.* 2. Emanuel Soarez *in sua collecta comm. opin. litera F, n.* 383. Franc. Bec. *cons.* 40. *n.* 20. *lib.* 1. vbi quòd hoc est clarū in iure, *& cons.* 70. *n.* 23. vbi ait etiam testatur de cōmuni opinione, sequitur Flamin. Cartar. *in tract. de exequutio. sententiæ capto bannito, cap.* 1. *n.* 121. [nec dissentit Rota in decisionibus nouiter impressis, *parte* 3. *decis.* 1149. *n.* 2. coram
* Ang. vbi aliis relatis pariter de communi* testatur.]

QVINTA, & præcedenti opinioni prorsus contraria opi-
8 nio fuit eorum, qui dixerunt, †non esse verū, quòd textus *in d. l. in eos. ff. de custod. reorū*, exponi debeat, quod frangenti carceres imponenda sit pœna confessati criminis: quia cùm non exprimat pœnam, dicendum est potiùs eam fore arbitrariā, & in occurrenti casu extra ordinem Iudicis arbitrio iuxta facti & personarum qualitatē esse imponendam, sic enim apertè tenuit relatis aliorum antiquorum opinionibus, Alber. *in d. l. in eos, n.* 2. *in princ. dum dixit, Propter effractura tamen puniretur arbitrio iudicantis, cum hoc casu pœna non reperiatur a iure determinata, & paulo infra*, dum pariter dixit, *& quamuis isto casu sint innocentes, & littera dicat quòd puniendi sunt, & non determinet pœnam, crederem eam arbitrariam arbitrio Iudicis*, & iste intellectus potest procedere, vt ibidē probat Alb. siuē in eo textu legatur *constituendum*, siue legatur, *statuendū*, & Albericū vbi supra refert & sequitur Boër. *dicta decis.* 215. *sub n.* 22. *post medium. vers. Et ad textum prædictæ l. in eos, &c.* vbi amplius dicit, quòd Cumanus *in cons.* 105. *post prin.* sequitur expositionē Alb. nulla facta mentione ipsius Alb. & potissimum ratione motus: quia si pœna *d. l. in eos*, esset conformis & eadē, hoc est confessati criminis tam nocētibus, quàm innocentibus imponenda, prout ille textus expressè etiam in innocentibus loquitur sequeretur quòd innocentes venirēt maiori plectendi pœna, quàm nocentes & culpabiles, vt ibi latius per eum. at hoc est absurdum, & contra omne ius: cùm scriptū sit *sanctius esse impunitū relinqui facinus nocentis, quā innocentē damnare, l. absente, in princ. ff. de pœn. c. licet ex quadam, extra de test. cum similibus.* Rursus & Albericū sequentes est Duen. *d. reg.* 392. *in prima ampliatione. v. Alber. tamen*, vbi & idē allegat Gram. *voto* 37. *n.* 5. Nec dissentit Ant. Gomez, *var. resol. tom.* 3. *c.* 9. *de captura reor. n.* 11. *ante medium post v. Sed certe iste videtur*, &c. vbi quòd talis intellectus admittēs pœnam arbitrariam, est verus & realis intellectus *d. l. in eos*, & quòd eundem intellectū pariter tenuit Io. Igne. *in l.* 3. *§. subuenitur, n.* 70. *ff. ad Sylla*. Nec verum est, inquit ipse Gomez. quòd *per d. l. in eos*, imponatur pœna illius criminis, pro quo frāgēs detinebatur: quia cū dicat quòd post fractionē arctiùs fractor custodiendus est, necessariò sequitur eum nō esse puniendū pœna delicti, pro quo erat carceratus: quia si iam esset pro illo delicto punitus, non esset necesse eundē amplius custodire, sed deberet relaxari: cōsentit & Viui. *in suis comm. opin. post verbū fugiens a carcere publico, v. quarti Bari. in d. l. admonendi, &c. n.* 20. *&* 21. & expressè tradit Ioll. *in pr. crim. in quarta parte tertiæ partis principalis verb. Etsi cōfitebuntur, n.* 49. *in medio*, vbi quòd carcerum effractores puniuntur pro motu Iudicis, licēt non habeantur pro confessis. & quòd iste est casus *d. l. in eos*, & bene hanc comprobat opinionem Bursat. *cons.* 346. *n.* 30. *ver. nec, l. in eos, &c. & n.* 31. *in prin. & n.* 35. *vers. An modo ob fracturam, &c. vol.* 4. vbi pariter & expressè dicit non esse verum quod *in l. eos*, probet conspirantes haberi pro confessis & conuictis, licēt gl. & Doct. id ex eo tex. inferant ex falsa & inconsiderata ratione, & instar auiū; quarum vna quando euolat, omnes sequuntur, vt in simili dixit Dec. *in cons.* 499. *n.* 12. & quòd grauiter errent isto casu Doctores facientes illam illationem ex eo textu, distinguendo considerat ipse Bursat. quòd in carcerem detrusi ob aliquod crimen aut nocentes sunt, aut innocentes: si nocentes, tunc primò puniendi sunt de delicto, & hoc non habet dubium, vulgata *l. sancimus, C. de pœn.* deindē puniendi sunt pro fracto carcere, & in eos constituendum est non solùm quantum causa, ex qua in carcerem recepti sunt, exposcit, sed amplius, *vt in d. l. in eos*, & sic vltra pœnā delicti amplius & alia pœna: quā pœnā amplius cùm lex non exprimat, Iudicis arbitrio remitti debet, *l.* 1. *§. expilatores, vers. idcirco*, †vbi Bar. Alber. 9
& communiter* omnes, *ff. de effract. l.* 1. *§. ait Prætor. ff. de in-* *
re deliber. l. si quis reum, ff. de custod. & exhib. reo.]*l. hodie, ff. de pœn. cum simil.* Si verò carcerati & carcerū effractores fuerint innocentes, & sic causa eorū exposcit, vt absoluātur, puniendi tamē sunt amplius, quàm causa exposcit, & sic de carceris effractione Iudicis arbitrio; cùm, vt dixi, pœna non sit ab illa lege determinata: & iste intellectus, non cauillando, videtur germanus litteræ *dictæ l. in eos*. & ab eo propterea secūdùm eundē Bursatum, non est recedendū in iudicando, licēt communis intellectus sit in contrarium, quia non est †incon- 10
ueniens à communi opinione recedere, quando inconuincibili ratione conuincitur ac deprehenditur falsa, vt per Dec. *in cons.* 258. *n.* 1. *& 2. & cons.* 367. *n.* 7. & per Ant. Mart. Corat. *in tract. de comm. opin. lib* 11. *tit.* 10. *n.* 18. *& seq.* & demū hanc eandē quintā opinionē sequitur, & cōmunē* dixit Bertazzo. *
cons. crim. 35. *n.* 30. *ad finem lib.* 1. subdens amplius, quòd Albericus, & alij supra citati Doctores rectius intellexerūt text. *in d. l. in eos*, quàm intellexerint gl. & sequaces: imò & hanc opinionem non solùm communem,* sed etiam magis com- *
munem, & in practica seruatam, ex Claro *in q.* 21. *vers.* 3. *autem modo, in fi.* & ex aliis allegatis per eundē Bertazz. *in cons.* 34. *n.* 1. testatur idem Bertazz. *in d. cons.* 35. *n.* 15. & ne erres, aduerte ad ibi per eundem Bertazz. scripta, *d. n.* 13. quòd licēt dicat, fuga non sequuta, conspiratores & fractores teneri eadem pœna delicti, & ita asserit esse magis communem * & *
practicatam opinionem, vt sup. dixi, debet tamen hæc eius propositio intelligi non de pœna delicti ordinaria, & sic confessati criminis, iuxta communem gl. & aliorum intellectum; de quo sup. dixi, *n.* 7. sed de pœna extraordinaria ipsius delicti Iudicis arbitrio, vt bene seipsum postea declarat infrà *d. n.* 30. *ad fin.* colligitur ex Alb. Gom. & Boër. in locis per eum citatis: alioquin repugnantia diceret, & non ad propositum allegaret Alb. & præcitatos Doc. qui hanc quintam firmant opinionem.

Et quòd *text. in dict. l. in eos, ff. de cust. reor.* non bene probet 11
quòd carcerum effractores habeantur pro confessis, vltra præallegatos, in specie hoc fensisse videtur Felin. (licēt non bene hoc firmare audeat) *in cap. nullus, num.* 3. *ad fi. extra de præsumpt.* vbi quòd non cauillando litteram *dict. l. in eos*, dicendum est, quòd carcerum effractores puniendi sint de carcere fracto, vel de fuga, non autem pœna delicti, pro quo detinentur. & Bossi. *in tit. de carcere n.* 5. *post medium*, dicit quòd carcerū effractores *ex d. l. in eos* habentur pro cōfessis, & cōuictis, vel in arctiores carceres detruduntur, & sic alternatiuè

loquendo

loquendo videtur sentire quòd non semper puniuntur tanquam confessi,quia vel sic puniuntur,vel arctius custodiun-
12 tur,† & Clarus *in pr.§.fl.q.21.d.vers.3.autem modo,post prin.* bene etiam animaduertit,quòd text.*in d.l.in eos*, non probat communem intellectũ,quòd scilicet ex carcere fracto aufugientes habeantur pro confessis,& propterea quòd Senatus non obseruat dictum communem intellectum: quia si quis post fugam captus sit,vel sponte reuertatur,non solet propter fugam à carceribus factam illum condemnare:sed tantũ grauius torquere,prout etiam alias in facti contingẽtia obseruasse Curiam Neapolitanã refert Gram. *voto* 27.& quandoque etiam idem Senatus tales sic tentantes fugere fractis carceribus solet propter attentatã fugam & fracturam publicè torqueri facere: quæ idem obseruantia est multum conformis cum opinione sup. relata eorum,qui voluerunt isto casu esse pœnam arbitrariam, quasi quòd Iudex propter arbitrium sibi à iure in hoc concessum,possit tales effractores acriùs torquere super delicto,pro quo detinentur,tanquã magis suspectos ex fuga & ex fractura,& etiam si sibi videtur eosdẽ publicè torquere facere.[Addo & pro hac quinta opinione latè etiam per plures rationes eam comprobantem Lud. Peg. *dec.crim.*1.*per totam*.quem,vt dixi,post hæc scripta præ manibus habui, & qui in fine illius decisionis ita apud eum in regio criminali Carthaloniæ consilio seruatum & conclusum fuisse testatur sub die 7.Nouembris 1581.]

13 Sexta superuenit aliquorum opinio,† qui dixerunt verum esse quòd isto casu carcerũ effractores habẽtur pro cõfessis, non vere,sed præsumptiue:ideo condemnari non in pœnam ordinariam delicti pro quo detinentur, prout dixerunt Doct. sup.relati,*n.*7.sed in mitiorem Iudicis arbitrio,& hoc quia ex præsumptionib. nemo condemnatus est ordinaria pœna delicti.Sic apertè sentit Berb. *in sua pr.act. in tit. de effr.car.rub.* 25.*n.*3.*vers.verumtamen quia ista pœna*,&c.vbi quòd ex quo pœna cõfessati criminis imponi debet ex præsumptione probationis,ideo Iudex multum temperatè debet procedere, & quantum potest tardare ad pœnã,vel multum mitigare Bosi. *in tit.de carc.n.6.ver.eo modo videtur*,&c.vbi quòd conspirator,qui habetur pro confesso,*per d.l.in eos*, videtur quòd no possit puniri ex tali præsumptione ad mortem per doctrinã Innoc.*in c.quia non est verisimile,extra de præsum.*nec dissentit Burs.*in d.cons.*346.*n.*32.*in fi.vol.*4.dum dixit quòd ista cõfessio inducta contra effractores, est præsumpta à lege, & à præsumptione legis nemo vnquam punitur pœna ordinaria, sed mitiori, vel pecuniariã tantùm,nisi esset præsumptio iuris & de iure,vt per Hier. Gab *cons.*180.*n.*20.*vol.*1. Quæ iuris & de iure præsumptio non est in confessione, de qua agitur, cùm inter tales præsumptio à scribentibus non annumeretur: & hæc opinio non est multùm dissimilis à præcedenti quinta opinione,cùm in effectu pariter concludat pœnã esse arbitrariam & mitiorem ordinaria, licèt bene admittat ex fractura carcerum oriri confessionẽ delicti,vt in quarta opinione,secundum communem intellectum, glos.*in d.l.in eos*,& aliorum suprà relatorum *num.* 7.

14 Sed certè admisso dicto communi intellectu,† quòd licèt effractores carcerum habeantur pro confessis,malè sustineri potest prædicta sexta opinio,quia talis confessio non est præsumpta,sed ficta à lege,vt bene aduotarũt Ang. *in d.l.in eos*, *n.*3.*vers.nota hic casum vnũ* Fel.*in d.c.nullus*,*n.*3.*de præsump.* Duen.*d.reg.*392.*fuga quæ sit ex carc.sub prima ampliat.vers. hanc opin.tenuit Fel.*nec inficiatur Bur.*in d.cons.*346.*n.*19.20. 21.& valde differũt inter se præsumptiones iuris vt pluribus
15 demõstrat Euerard. *in loco a vt fictionis*,*n.*5. † vnde succedit conclusio quòd vbi lex fingit,tãtũ operatur fictio in casu ficto,quantũ veritas in casu vero,*l.vnica,in prin.C.de rei vxor.*
16 *actio.*cum aliis per Euerard.*vbi sup.n.*4.† & propterea tantũ operatur ficta cõfessio à lege, quãtũ vera facta in iudicio ab homine, Fol.*in pract.crim.in* 4.*par.verbo,& si confitebuntur*, *n.*28.*& seq.*Rolan.*cons.*31.*n.*7.*vol.*1.Bertaz.*cons.crim.*82.*n.* 18.*lib.*1.*& cons.*83.*n.*16.*eod.lib. & cons.*335.*n.*10.*lib.*2. cum aliis relatis per Flã.Cart.*in pract.de exeq.sen.capto bannito,c.*1.
17 *n.*31.*& seqq.*† Ergo sicut iudicialiter & verè ore proprio cõfessus potest in pœnã ordinariã delicti condẽnari,*l.*1.*Cod. de confess.l.proinde,ff.ad l. Aquil.confessus.ff. de cust.reor. l. cùm*
18 *sententiam.C.de pœn.*ita & pariter fictè confessus.† Nec verũ est,quòd probatio ex ficta confessione resultans dicitur præsumpta,vt suprà ex aduerso supponitur, quia imò dicitur liquidissima & manifesta.*l.manifestæ*, & ibi Alex.*ff.de iureiur.* Foller.post alios quos allegat,*d.vers.& si confitebuntur*,*n.*28. Ruin.*cons.*19.*n.*3.*vol.*5 Natta *cons.*542.*n.*8.*& seq.vol.*3. Bertaz.*d.cons.*82.*n.*12.cum adductis per Flam.Cartar.*vbi suprà*, *d.c.*1.*n.*48.*& seq.*& in omnem euentum, dato etiam quòd talis confessio non esset ficta à lege, prout reuera est sed præsumpta:† adhuc tamẽ ex præsumptione approbata à iure pos- 19
se ordinariam pœnam imponi, non esset inconueniens dicere per ea,quæ scripsit Clar.*in pract.*§.*fl.q.*20.*vers. item fcias*, Bosi.*in tit.de conuict.n.*29.*&* 34.Sarmien.*select. interpretat. lib.*1.*c.*1.Io.Mar.Monticel.*in pract.crim.reg.*11.*n.*34.*vers.*1. *limita*,Vulpel.*respon.*126.*in fi.*Ant. Gomez.*var.resol.tomo* 3. *tit.de prob.delict.n.*25.vbi testatur de communi,* & latiùs de * veritate huius conclusionis dicam *infrà*, *in 2.libro,sub tit.de reo confesso convicto*,vbi disseremus,an & quando ex præsumptionibus quis possit condemnari.

SEPTIMA nonnullorum† fuit opinio, qui præsupposito 20
intellectu gl.& communi *d.l.in eos*, quòd scilicet carcerum effractores habeantur pro confessis, videtes incompatibilitatem illius legis *cum l.*1.*ff.de effract.*simpliciter intelligente pœnam capitis,& sic cum secundum terminos *in d.l.eos*, pœna nõ sit vniformis & eadẽ,sed variabilis,iuxta qualitatẽ delictorum,pro quibus effractores erant detenti,sed secundum terminos *d.l.*1.pœna sit semper eadem & vniformis,s.capitis, dixerũt ad has l.cõcordandas,quòd rex *in d.l.in eos*. loquatur, quando fuga non est sequuta,text.autem *in l.*1.*ff.de effract.* loquatur fuga sequuta,& sic primo casu habeat locum pœna delicti pro quo effractor detinetur,cum habeatur pro cõfesso,secundum communem intellectum,de quo suprà:secũdo autem casu habeat locum pœna capitis. Sic inquam materia hanc,post plures opiniones antiquorum per eum relatas,optimè declarat Alb. *in d.l.in eos*,*n.*2.*vers.mihi autem studioso*, &c. vbi quòd *d.l.in eos* bene ruminata, videtur dicendum, quòd loquatur, quando carcerati conspirauerunt de carcere frangendo, non tamen perfecerunt conspirationem vel fractũ,vt putà quia fuit detecta conspiratio,vel quia aliàs non potuerunt,vel noluerunt.Si autem non tantùm conspirauerunt, sed conspirationem ad effectum perduxerunt,& effracto carcere aufugerunt:tunc puniatur capite,& habet locum *d.l.*1.*ff. de effract.* & hunc intellectum Alberici sequuti sunt plures alij,inter quos primò occurrit Boër.qui latè illum prosequitur,& comprobat *in d.dec.*215,*n.*22.*vers.sed quo ad intellectum*,& per totum illum numerum in discursu inquiens, quòd *d.l.in eos*,bene inspecta,quæ non dicit,quòd post conspirationẽ euaserint,sed solùm quòd cõspirauerant,vt ruptis 18
vinculis euaderent:ergo fuga non erat sequuta.Item quia dicit,*amplius quam causa, ex qua recepti sunt*.non autem dicit, *recepti fuerunt*:ergo adhuc erant carcerati,& sic non aufugerunt:item quia illa lex mandat eos arctius custodiri,quod est euidens signum non sequutæ fugæ:si enim fuga esset sequuta,inanis esset arctior custodia.Talis videtur verus & germanus intellectus illius legis,quem etiã,vt inquit idem Boërius, sequuti sunt Rayti.de Forliuio, & Ang.*in d.l.in eos*,*n.*2.*v. & nota*,& Cum.*in d.cons.*105.*post prin.* & procedit,siue in litera legatur,*custodiendum*,siue *statuendum*,vt ibi latè per eum,sequitur & hunc intellectum Bosi.*in tit.de carcere*,*v.*5.*v.inuenio Albericum*,*& in tit.de effract.carc.n.*1.*&* 2. Nec dissentit Foll.*in pract.crim.in* 4.*par.*3.*partis*,*n.*49.*vers.& iste est casus*, *&c.*& est de mente Ant.Gom.*var.resol.tomo* 3.*c.*9.*de capitularibus reo.n.*11.*vers.quod primo extende*,*&c.*sequitur & Viuius *in suis com.op.post verbũ fugiens à carc.publico.in §. quærit Bar. &c.n.*20.*v.tamen de vera*,*&c.* Assentit Mascard.*de probat.lib.* 1.*concl.*266.*n.*14.*&* 15.declarat Burs.*in cons.*336.*n.*21.*lib.*4. & hunc Alberici intellectum dixit magis communiter * te- *
neri Bertaz.*in d.cons.*,31.*n.*15.*lib.*1.*consiliorum criminalium* [nec dissentit Lud. Peguer. *d.dec.crim.*1.*n.*4.] & huic opinioni & intellectui multùm aduersantur Doctores suprà citati,*n.septimo*,*in quarta opinione*,dum expresse dicunt pœnam confessati criminis locum habere etiam fuga sequuta.

OCTAVA & vltima adduci potest eorũ opinio,qui è cõtrà minimè respicientes ad incompatibilitatẽ pœnarum confessati criminis & capitis(prout respexerũt Doctores in antecedẽti opinione relati)dixerũt cumulatiuè carcerũ effractores & ab illis fugiẽtes haberi & pro cõfessis, iuxta *l.in eos ff.* 21

de cust.reo. item & capitaliter puniri, iuxta *l.1.ff.de effract.* & hanc opinionē primo tenuit Oldr.& alij relati per Alb. *in d. l.eos, n.1.* Carter. *in pract.crim.in 2.tract.de indiciis & tortura, §.tertiū indiciū est fuga, n.33.* & ibi, *habetur pro confesso, & pœna capitis punitur, &c.* Marc. *in pract.§.attingā, n.44.* ibi, *si carceratus aufugit de carcere, vltra supradictā pœnam habetur pro confesso, &c.* Cyril. *in sum.crim.in 1.part.rub.de custod.reo.§.1. n.1.vers.alia etiam pœna.* Duen. *reg.392.in 5.ampliatione, ver. 5.amplia quòd etiam punitur pœna capitali,* Viu. *in com.opi, vbi sup.post verbum fugiens à carcere publico, §.quærit,* Barb. *&c.n. 21.ad fin.* vbi quòd effractores carcerum habentur pro confessis, & puniuntur vltimo supplicio. Plac. *in pract.iud.inquisitorū, verbo, carcerum effract.fol.mihi 39.in fin.v.& puniuntur etiam alia pœna, &c.* Menoc. *de arb.q.lib.2.casu 301.n.5.* vbi quòd fuga ex carcere facto duo operatur. Primò, quòd fugiens habeatur pro cōuicto & cōfesso. Secūdò, quòd punitur pœna capitis, Masc. *de prob.lib.2.concl.* 820.*n.9.* & alibi sæpe Doct. vtramq; pœnā isto casu imponi posse liberè tradiderūt.

Quid ergo dicendum in tanta opinionum varietate? Breuiter provera resultatione ex præmissis, duos principales casus fore distinguendos crediderim.

24 PRIMVS erit casus, † quando effracto carcere carcerati iam aufugerunt, & isto casu recurrendum est *ad d.l.1.ff.de effractor.* quæ (vt ex eius lectura clarè dignoscitur) propriè loquitur, quando fuga est sequuta, vt patet ex verbo, *eruperunt,* & ex verbo, *euaserint,* de quib.in textu, & ex quib.fugā iam sequutā denotari, negari non potest. De pœna non est literaliter ambigēdū, quia pariter in eadē lege apertè dicitur quòd capitis, vt patet ibi, [*capite puniendus, &c.*] & tradunt Doct. sup. *allegati, n.2.in 1.opinione.* Sed de qua pœna capitis intelligatur, an de pœna mortis naturalis, prout intelligunt Doct. relati sup. *n.3.in 2.opinione,* an verò de pœna capitis mitiori, vt per alios relatos sup. *in 3.opin.n.4. & seqq.* crederem sine dubio intelligi debere non de morte naturali, sed de mitiori, iuxta deducta, *d.n.4.& seqq.* & ab hac opinione in iudicando, & consulendo minimè recedendum crediderim: nunquam enim memini me vidisse morti traditos huiusmodi effractores carcerum, etiam quòd post fugam ad manus curiæ peruenerint: sed bene eos, vel in delicto principali acriori torturæ submiserunt Iudices, iuxta practicā Mediolani, de qua sup. *n.12.* vel extra ordinē mitiori pœna, quàm mortis mulctarunt, iuxta facti & personarū qualitatē, & sic illam capitis pœnā mitiorem, de qua *in d.l.1.ff.de effract.* vt plurimùm Iudices in arbitrariam apud nos cōmutare solent, *ad l.hodie, ff. de pœn.* cum aliis deductis *suprà in tit.de delict.& pœnis, q.17.*

25 SECVNDVS erit casus, † quando carcerati nondū aufugerunt, sed vel effracto carcere volentes aufugere, vel nondū perfecta fractura fuerunt præuenti, & sic non potuerunt, vel etiam pœnitentes propter rei difficultatē, aut timore pœnæ, vel ex alia causa noluerunt aufugere; isti sunt proprij termini *l.in eos, ff.de cust.reor.* prout adnotarunt Doct. suprà allegati, *n.20.in 7.opinione,* quos in hac parte sequor: & isto casu non crederem indistinctè & vniformiter semper fore imponendam pœnam delicti, pro quo detinebantur, tanquam illud fuerint confessi, prout iudicio meo malè sensisse videtur gloss. & Doctores allegati *sup. num.7.in 4.opinion.* sed bene crederem imponi posse aliam pœnam arbitrariam, modò grauiorem, & modò leuiorem, non habito respectu ad delictum pro quo effractores detinentur: sed ad fracturæ & conspiratorum qualitatem, prout bene adnotarunt Doct. suprà allegati, *n.8. & 9.in 5.opinione,* quos pariter in hac parte sequor: & ad sic dicendum ea potissimùm moueor ratione, vt suprà per Docto. adducta, & inter alias inconuincibili: quod *text.in d.l.in eos,* dicit simpliciter huiusmodi effractores fore puniendos: sed qua pœna, nō exprimit, vnde censetur remissa arbitrio Iudicis, *d.l.1.§.expilatores,* vbi Bart. Alb.& alij, *ff. de effract.* Itē moueor: fingamus quem detineri pro ludo, pro lumine, vel pro aliis delictis leuibus, prout sæpissimè in carceribus Vrbis tales sic detenti reperiuntur, & quòd conspirando cum aliis carceres fregerit, nònne erit absurdum dicere, illum sic carcerum effractorē, & cum aliis conspirantem, non alia pœna afficere quàm pro pugnis, pro ludo, pro lumine, & similib. Crederem certè istius audaciam acriùs reprimendam. Fingamus econtrà quem detineri pro homicidio, vel pro aliquo alio capitali delicto, quod mortis pœnam meretur, vt sanguinem suum redimat, quærit aufugere: prætectus in fractura, vel fuga, non potuit: eritne dicendum, hunc statim esse morti tradendum? nunquam vidi talem rigorem de iure sine Principis iussu seruari, & Principem hoc iussisse, haud certè testari possū. Rursus & moueor, quia effractores carcerum puniuntur propter fracturam, & non propter delictum, pro quo detinentur. Vnde pœna commensuranda est fracturæ, non autem delicto, & sic indubitanter credo pœnā isto casu esse arbitrariam citra mortem, [prout etiam est de mente Lud. Peguer. *d.dec.crim.1.n.5.vers. aut detrusi, iuncto vers.aut loquimur de his, & vers.aut denique capti.*] & ita sæpius seruatū vidi. Et si effractores erunt viles personæ, poterunt, si ita Iudici visum fuerit, in publico pro pœna torqueri facere, iuxta tradita per Clarum *in pract.q.21.vers.Tertio autem modo, in fi.* & dixi *supra, n.12.* † Imò etiam aliquando vidi 26
hos effractores sine pœna dimissos, quando propter attentatam fugam fuerunt acriùs torti super delicto pro quo detinebantur, iuxta superiùs tradita, *d.n.12.* & in tortura perstiterūt: satis n. ipsis pro pœna fracturæ Iudices arbitrati sunt illam acriorem torturam quæ (vt dicūt Doctores) maior pœna est, quam vtriusque manus abscissio. erit ergo isto casu Iudici arbitrariū, vel carceratū in publico torqueri facere, vel alia pœna extra ordinem punire, vel acriùs super delicto principali torquere, vt etiam dicam *infra, n.85.* & ita ab hac resolutione in iudicando & consulendo non recedas.

Et licèt in proposito secundo casu attentatæ, & nō sequu- 27
tæ fugæ (præsuppositā illorum opinione, qui dixerunt effractores carcerum pro confessis haberi, ac etiam puniri pœna capitis, de quibus sup. *n.17.* & *21.*) multi dixerint fuga nō sequuta effractorem non haberi pro confesso, minusq; tanquā effractorem puniri, vt videre est apud Boër. in fæpius allegata *dec.215.n.22.post medium, ver.tum non punitur, &c.* vbi generaliter ad hoc propositum dixit non puniri affectum, seu conatum, nisi sequuto effectu: & vbi testatur de communi * & * *n.30.vers.& pariter si inito cons.* &c. vbi expressè dicit, quòd non habentur pro confessis carcerati, qui inito consilio, seu conspiratione habita de carcere frangendo, & inde fugiendo fugam ad effectū non deduxerūt, Foll. *in pract.crim.in 4.par. 3.partis, verbo, etsi confitebuntur, n.49.* vbi pariter expressè dixit, quòd ad hoc vt effractores carcerum habeantur pro confessis, requiritur, quòd verè aufugerint & fregerint carceres, & ad effectum conspirationem perduxerint: secus si attentauerint aufugere facta conspiratione, non tamen aufugerint, putà quia detecta fuit, vel aliter, Cyril. *in summa crim.1.particula, rub.12.de cust.reor.§.2.post n.1.vers.quod quidem verum est,* sequuto cum cōspiratione fugæ effectu, & latè Burs. *cons. 346.n.25. vol.4.* vbi quòd ad hoc vt effractor carceris pœna effractionis puniatur, requiritur vltra effractionem fuga perfecta, & non cœpta, *& n.30.* vbi quòd ad hoc vt carceratus frangendo carceres pro confesso habeatur, opus est vt fregerit & aufugerit: aliàs si tentauerit tantùm, cessat præsumptio, *d.l.eos.ff.de custod. reor.* secundùm communem intellectum, quòd habeatur pro confesso, & ibi plures adducit concordātes, *& n.32.ver.secundum & tertium, &c.* idē repetit, quòd ad hoc vt quis dicatur haberi pro cōfesso necessaria est fuga, nec sufficit conspiratio, nec fractura, & ibi alios adducit, *& n.35. vers.aut taliscarceratus,* Bertazz. *cons.crim.34.n.1.vol.1.* vbi quòd quando quis carcerem frangit, sed nō aufugit, vel quia non fuit perfectè fractus, vel aliter fuit impeditus, non habetur pro confesso, nec punitur pœna, *l.1.ff.de effract.* & ibi cōcordantes allegat, *& n.30.vers.hæc dubitatio,* vbi testatur de communi, * & reddit rationem: quia si aliter diceremus, nulla * esset differentia inter casum fracturæ & fugæ, quod videtur absurdum, *& n.31.vers. Nec est verum,* vbi quòd prædicta conclusio non solùm est communis, sed etiam in practica seruata, ex Claro *in d.q.21.vers.3. autem modo.*

Et licèt rursus † econuerso multi alij dixerint etiam fuga 28
non sequuta effractorem haberi pro confesso, & puniendum non aliter ac si perfectè aufugisset, vt videre est apud Ang. *in d.l.in eos, n.3.vers....* Et nota hanc legē contra effractores carcerum, & contra conspirantes, vt frangant, licèt nondum sit perfectum flagitium: nā puniuntur veluti cōfessi de crimine, *ff.de cust.reo.* Ant. Gom. *var.resol.tomo 3.c.9.de capi.reor.n.11. v.quod primo extende &c.* vbi formata cōclusione, quòd fugiēs facto carcere tanquā confessus delictū puniēdus sit eadem

eadem pœna, ac si verè & realiter ipsum delictũ fuisset probatum, illam ampliat & extendit, vt habeat locum etiã si fuga & fractura carceris non habuerit consummatum effectũ: faciunt ad idem Doctores suprà allegati, *n.* 20. in septima opinione, dum dicunt pœnam habiti pro confesso, de qua *in d. l. in eos.* proprium locum habere fuga non sequuta.

29 Et in specie, † quando quis præuentus in ipso actu fugæ non potuit aufugere, quòd perinde habeatur ac si aufugisset, licèt pariter admittatur ab eodem Boër. *in d. dec.* 215. *n.* 1. & *duodecimo* ea motus ratione, quia qui in actu fugæ deprehenditur, etiam quòd vnum ad fugiendum mouerit pedem, fugitiuus dicitur, *l. fugitiuus, ff. de verb. sig. l. si quis fugitiuus,* §. 1. *iuncta gl. in verbo fugitiuum. ff. de ædil. edi.* cum aliis ibi per eũ allegatis, quod & etiam affirmarunt Iac. de Bel. *in sua pract. tud. tit. de q. & qualitate tormentorum, n.* 103. Duen. *reg.* 393. *fuga quæ fit ex carceribus, in* 3. *ampliat.* vbi alios adducit Menoch. *de arb. q. lib.* 2. *casu* 301. *n.* 11. Mascar. *de prob. lib.* 1. *concl.* 296. *n.* 13. *& concl.* 820. *libro* 2. vbi plures allegat concordantes, Burs. *d. cons.* 346. *num.* 35. *vers. Aut fugam extra fracturam arripuit, lib.* 4.

Non per hoc tamẽ recedas à proposita resolutione, de qua
30 *supra, n.* 25. *& seq.* †quòd scilicet fuga nõ sequuta effractores puniuntur pœna arbitraria: licèt enim secũdum primam opinionẽ suprà relatam *n.* 27. fuga non sequuta effractores non habeantur pro confessis, nec puniantur ordinaria pœna effractorum, ac si perfectè aufugissent: non per hoc tamen sequitur, quòd pro fractura nõ possint aliqua pœna puniri pro motu Iudicis: imò quòd possint expressè scripserunt Boër. Foll.
31 Cyril. & Bertaz. sup. pro dicta opinione allegati: † Affectus enim punitur non sequuto effectu, non eadem pœna, sed mitiori, vt plenè per Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 360. *n.* 95. & alibi, Deo dãte, dicetur *infra, lib.* 3. *sub tit. de homic.* vbi particulariter illam quæstionem pertractabo, an, & quando, & quomodo in delictis puniatur affectus, non sequuto effectu.
32 Et †licèt rursus secundùm alteram opinionem de qua sup. *n.* 28. *& seq.* deprehensus in fuga, dicatur fugitiuus, & habeatur ac si perfectè aufugisset, & consequenter etiam puniendus sit: non tamen per hoc dicas, quòd puniendus sit pœna
33 ordinaria, ac si perfectè aufugisset, sed mitiori: † & hoc quia de generali consuetudine in delictis affectus ad quemcũque actum proximum perductus nunquã punitur ordinaria pœna, effectu non sequuto, vt per Gram. *dec.* 2. *n.* 8. *& seqq. & dec.* 74. *n.* 9. Clar. *in pract. q.* 92. *vers. scias tamen, & in* §. *homicidiũ, vers. vltimò quæro,* Menoc. *d. casu* 360. *n.* 92. Ant. Gom. *var. resol. tomo* 3. *tit. de homic. n.* 30. Ioseph. Lud. *dec. Luc.* 15. *n.* 26. *& seq.* 1. *pa.* Hipp. Rim. *cons.* 327. *n.* 11. *lib.* 3. & alibi suo loco dicetur, si dicẽdi tẽpus & vita à Deo optimo maximo dabitur.

Et ita credo in præmissa disputatione esse puram veritatẽ, quam (ni fallor) nemo hucusque sic distinctè in tanta Doctorum varietate explicauit.

34 REGVLA igitur ex præmissis firma remanet, †quòd carcerum effractores arbitraria pœna puniendi sunt, siue aufugerint, siue non: sed si non aufugerunt mitiùs puniendi, quàm si aufugissent.

35 AMPLIA I. Hanc regulam, vt procedat etiã quòd carcerum effractor innocens sit de delicto, pro quo detinetur: adhuc enim & illum puniendum esse expressè mandat textus *in d. l. in eos,* ibi, *& quamuis innocentes ex eo crimine inueniantur, ff. de cust. reor.* & per istum textum, retento communi intellectu, de quo *supra, n.* 7. etiã innocentem haberi pro confesso, si carceres frangit, dixerunt Alb. *in d. l. in eos, in prin. in*
* *summario illius legis, & n.* 1. *in fi. vers. aut est innocens, &c.* Ang. de Malef. *in verbo, quòd fama publica præcedente, n.* 82. *vers.* 3. *quid si quis postea fuit in carcere,* &c. Bonif. de Vital. *in tit. de car. priuat. n.* 12. *ad fi.* Practica Berber. *rubr.* 25. *de effract. carc. n.* 3. *vers. aut iste crimen non commiserat,* Cyr. *in summa crim. particula* 1. *rub.* 12. *de cust. reor. n.* 12. *vers. & quamuis innocentes, &c.* Boër. *d. dec.* 215. *post n.* 9. relati per Duen. *reg.* 392. *in ampliatione, in prin.* & per Ant. Gom. *var. resol. tomo* 3. *c.* 9. *rub. de captura reo. n.* 11. *vers.* 2. *extende, &c.* Boss. *in tit. de effr. car. n.* 2. *vers. addo etiam quòd vbi fractus est carcer,* & Bertazzo. *cons. crim.* 35. *n.* 5. *& n.* 15. vbi de cõmuni* *vol.* 1. Masc. *de prob. lib.* 1. *concl.* 266. *n.* 4. vbi plures adducit concordantes, & pariter de communi testatur, & *concl.* 820. *n.* 6. Flam. Cartar. *in tr. de exeq. sen. capto bannito, c.* 1. *n.* 122. vbi testatur de cõmuni.

Sed cùm, vt suprà conclusum est, *n.* 8. *& seq. & n.* 25. †pœ- 36
na effractoris carcerum non sit pœna confessati criminis, sed arbitraria, dic pariter hunc innocentem non haberi pro confesso, nec tanquam confessum puniri, sed tantùm pœna arbitraria, sicut nocentem esse plectendum, prout est de mente omnium Doctorum suprà citatorum *d. n.* 8. *& seq.* & in specie declarat Ant. Gomez. vbi suprà, *d. c.* 11. *vers. sed certè istud videtur, &c.* & Duen. *in d.* 1. *ampliatione, vers. Alb. tamen, &c.* & ante istos Boër. *d. decis.* 215. *n.* 22 *post medium, vers. & ad textum prædictæ legis, &c.*

Qui †quidem Boërius in loco citato amplius post Cuma- 37
num, quem allegat, dicit isto casu quo ad punitionẽ, multùm esse per Iudicem considerandam innocentiam istorum fugientium, & propterea pœnam hanc arbitrariam debere esse mitiorem in innocente carcerum effractore, quàm in nocente & delinquente: alioquin sequeretur absurdum, quòd innocens, & sic non confessus & conuictus, qui ab imputatione delicti se defendere potuisset, puniretur eadem pœna, qua puniretur ille, qui nocens esset, putà confessus delictũ, vel conuictus: & sic in plus grauaretur qui non esset verè reus & innocens, quàm criminosus, & tamen in iure certum est, quòd vbi maior est culpa, ibi etiam maior debet esse pœna, vt delicto commensuretur, *l. diuus, la seconda. ff. de falsi. l. miles,* §. *mulier. ff. de adult. cum vulgarib.*

Verùm †hæc Boërij & Cumani consideratio, quatenus ad 38
propositam ampliationẽ attiner, mihi nullo pacto satisfacit, prout etiam nec satisfacit Bertazz. *in d. cons.* 35. *iuncto n.* 15. vbi expressè tenet, quòd siue sit sequuta fuga, siue non, semper eadem pœna punitur innocens, sicut nocens, hoc est, arbitraria, vt bene se ipsum declarat idem Bertazz. *ibid. n.* 30. *ad finem,* vbi testatur de communi. * Non enim isto casu infligitur pœna, nec illa commensuranda est ad rationem delicti, pro quo effractor detinetur, sed ratione fracturæ & fugæ, quæ cùm pariter vrgeat, ac premat tam innocentem, quàm nocentem, vt suprà iterum consideraui, *n.* 25. ideo non debet diuerso modo imponi, & ita credo esse veritatem. *

Et †licèt contra hanc ampliationem sic vt suprà declara- 39
tam tenuerint aliqui relati per Masc. *vbi supra, d. concl.* 266. *n.* 4. *vers. Contrariũ huic sententiæ, &c.* & in specie Foll. *in prac. crim. in* 4. *par.* 3. *partis, verb. etsi constiterit, n.* 66. vbi quòd sicut verè confessus non potest per Iudicem condemnari, quando ei constat de confitentis innocẽtia: ita pariter & multò minùs poterit condemnari ex ficta confessione resultante ex fractura carcerum: non per hoc tamen ab ea recedas, quia non solùm (vt ex præallegatis apparet) communis* est, sed et- *
iam in se verissima, cùm sit fundata in expressis verbis *d. l. in eos.* Nec obstat ratio per Follerium considerata, quia retento communi intellectu, quòd carcerum effractor habetur pro confesso, isto casu speciali facta hæc confessio plus operatur, quã vera, vt adnotauit Fel. *in c. nullus, n.* 3. *de præsumpt.* relatus & per Duen. *d. reg.* 392. *sub prima ampliatione.* sed retento intellectu Alber. & aliorum quos non sequimur, quòd isto præsertim casu effractor puniatur non pœna confessati criminis, sed alia arbitraria: obiectio prorsus cessat, quia dicta pœna arbitraria, vt dixi, non infligitur ratione delicti, sed ratione fracturæ, [prout etiam voluit Ludo. Peguer. *d. dec. crim.* 1. *post n.* 5. *vers. aut loquitur de his.*]

AMPLIA II. Vt †licèt de iure regulariter absens condem- 40
nari nõ possit, nisi in certis casibus, sicut dixi *supra in tit. de inquisit. q.* 11. *in primo præmisso, n.* 1. quando tamen carceratus effracto carcere aufugit, quo casu retento cõmuni intellectu, de quo suprà, habetur pro confesso: isto inquam casu specialiter à iure permissum est etiam circumscripto omni statuto, quòd contumax habeatur pro confesso, vt contra ipsum sic fugientem & absentem possit ferri sententia, & tanquam cõfessus de crimine, de quo imputabatur, cõdẽnari, vt per Paul. Ghirlan. *in tract. de relax. carc. sub tit. de fuga incarcerati, n.* 12. *ad finem,* vbi dicit hoc ideo esse, vt huius fictæ confessionis, sequatur effectus. Franc. Cason. *post tract. de indic. & tormen. in quæst. c.* 9. *rub. de captura, & carcere, n.* 21. Gram. *cons. crim.* 57. *n.* 3. Viu. *in commun. opin. verbo, fugiens a carcere publico, n.* 2. Masc. *de prob. lib.* 1. *concl.* 266. *num.* 3. *&* 4. vbi ampliùs infert
† quòd si denuò carceratus: qui aufugit capiatur, potest tan 41
quam confessus absq; alio condemnari, & ita contra contumaces absentes, qui effractis carcerib. aufugerint, sententiam

tanquam

tanquam in confessos prolatam approbat Senatus Mediolani,teste Claro *in pract.d.q.21.vers.3.autem modo*:ibi, *licèt Senatus hoc non obseruet,nisi contra contumaces*,&c. Et pro hac ampliatione facere videtur textus ferè in terminis secundùm præfatos Doctores *in l.si apparitor,C. de cohortali.lib.12.*

Contra hanc ampliationẽ multùm facere videtur doctrina Ias.*in d.l.admonendi,prima lectura,n.90. vers.3.limitat,ff. de iureiur.* vbi dixit,quòd carceratus,qui effracto carcere aufugit,post fugam iterum capiatur, & vi ducatur ad carceres, talis fuga non sufficit amplius ad condemnationem, *ex l.raptores.*& ibi Bar.per illum text.*in vers.sin autem,C. de Episc. & cler.*& Ias.refert Duen. *in reg.*;92.*fuga,qua fit ex carceribus,in 3.limitatio.*Masc.*concl.*820.*n.*20.& Placen.*in pract.iudic.inquisitorum,in verbo carcer,ad fi.*vbi ad idem allegat Coras.*in d.l.admonendi,num.25.*

42 Sed Iason,iudicio meo,non verum dicit:†quia si eius doctrina vera esset,destrueretur conclusio,& intellectus communis *ad l.in eos,ff.de cust.reo.*quòd scilicet fugiẽs fracto carcere, habeatur pro confesso:& si istud tunc verũ intelligere vellemus antequã fugiens capiatur,secus postquã est captus: vtique idem communis intellectus seruiret de vento,& nunquam haberet effectum illa ficta confessio ex fuga resultans. Falsa igitur est doctrina Iasonis,retento præsertim communi intellectu,& malè per ipsũ allegatur tex.*in l.rapt.* & ibi Bar. *C.de Epis.& cle.*quia tã textus,ille,quàm Bar.loquuntur non in fuga,quæ fit ex carceribus,sed in ea quæ fit per reũ existẽtem in libertate,quo casu ex illa non induci plenã probationem delicti,nemo est qui dubitet. Ideo non est mirũ,si talis fugà non sufficit ad condemnationem, postquam fugiens vi captus est,quia ex fuga illa nulla à iure fingitur dicti confessio,secus in fugiente ex carcerib.qui cùm à iure habeatur pro confesso,meritò,tanquam confessus potest condemnari,si ad manus curiæ deuenit,retento(vt dixi)communi intellectu.

43 Sed quia † nos non sequimur communem intellectum, pœnámque in effractoribus carcerum constituendam esse affirmauimus non confessati criminis,sed arbitrariam, vt suprà latè deduximus, ideo videtur prima facie necessariò dicendum circa propositam ampliationem, quòd quando Iudex vult procedere ad condemnationem absentis & contumacis,qui effracto carcere aufugit,debeat ipsum condemnare non tanquam confessum pro delicto, pro quo detinebatur,sed in dictam pœnam arbitrariam,& hoc quia contumaces & absentes debent semper condemnari condigna pœna, sicut si essent præsentes,& non in plus,vt latè pariter diximus *in tit.de inquisit.q.11.n.62.*

Nihilominus aduerte,quòd in isto casu particulari,quãdo sc.Iudex vult condemnare istum absentem contumacẽ, qui effracto carcere aufugit,credere non esse absurdum,vt illum condemnare possit in pœnam illius delicti, pro quo detinebatur,non quia frangens carceres habeatur pro confesso, & sic non propter fracturã & fugã tanquam principale delictũ, sed quia ex tali fractura & fuga resultat indicium satis notabile contra ipsum fugientem super delicto, pro quo detinebatur,etiam ad torquendum,vt infrà videbimus;& hoc indicium iunctis aliis indiciis, pro quibus erat contra ipsum deuentũ ad carcerationem(si enim sine indiciis fuisset captus, diceretur iniustè captus, & fugere sibi licuisset,& propterea nullatenus posset condẽnari,vt infrà dicam in limitationib.) nulli dubium quòd est sufficiens ad inquirendum,citandum, ac etiam si non compareat ad condemnandum ipsum fugiẽtem iuxta aliàs scripta *in tit. de inquisit.d.q.11.n.16.*vnde si ille qui effracto carcere aufugit,erat detentus pro crimine capitali,quod mortem merebatur, poterit sine dubio isto casu Iudex ipsum condemnare in eandem pœnam capitalem, & mortis,& hoc,vt dixi,non propter fracturã,quæ talem mortis pœnam meretur, sed propter delictum principale, pro quo detinebatur. Si verò fugiens erat detentus pro aliquo alio delicto pro quo de iure non erat imponenda pœna vltimi supplicij,sed alia mitior,vel corporalis, vel pecuniaria, & tunc poterit Iudex ipsum condemnare in dictam pœnã pecuniariam vel corporalem,quæ erat imponenda pro delicto, pro quo detinebatur, & etiamsi voluerit illam aggrauare(sed citra mortem)propter fracturam & fugam,quæ de se delictũ est,& pœnam particulariter meretur. Primo enim casu non est opus aggrauare pœnã propter fracturam, quia pœna maior,quæ est mortis,confundit & absorbet quãlibet aliam minorem:sed in secũdo casu poterit aggrauari pœna,ne fugiẽs de fractura remaneat impunitus, & istam credo veritatem, quam & seruari aliàs, & seruatã sæpius vidi,& si reus in fortiam curiæ deuenerit, absque dubio sententia contra ipsum lata exequutioni mandari,& super delicto,pro quo erat carceratus,& super fuga,& sic aduertat Iudex in formando inquisitionem contra istum,qui carceres fregit & aufugit,vt illa præcipuè sit fundata non solùm in fractura, sed etiam in delicto principali, pro quo fugiens erat carceratus, ipseque vocari & citari debet ad se defendendum, non solùm super fuga & fractura,sed etiam super dicto principali delicto.

LIMITA Hanc secundam ampliationem, † quia licèt in 44
ista condemnatione absentis, qui carceres fregit,aliqui dixerint non esse necessariam citationẽ, vt videre est apud Ioan. And.*in add.ad Spe.in tit.de præsumpt.§.species,n.3. in verbo, lex vnica,litera D,col.2.ad fi.v.de secundo dicebatur, per tex. in c.eum qui,de dolo & cont.in 6.*vbi patet contumacẽ,qui appellauit etiam ad sententiam,non esse citandum, eo quia appellando protestari videtur se de cætero nolle venire, si hoc operatur verbũ appellationis,multò fortiùs idem operari debet fuga carcerati in facto consistens,cùm plus sit quàm verbis suã voluntatẽ demonstrare.Itẽ & per tex.*in c.venerabilib. §.secus,de sen.excom.in 6.* vbi quòd dicẽs se nolle venire,reputatur verus contumax,& ampliùs citandus nõ est,ergo nec citandus est fugiens fractis carcerib.quia sic frangendo carceres,& fugiendo,facto suã declarat voluntatẽ,quòd nõ vult amplius venire,vt ibi per Io. And. quẽ in proposito refert & sequi videtur Paris de Pur.*in tract.de synd. verbo,fuga officialis,c.1.n.1.in fi.vers.non etiam sunt citandi,fol.mihi 189.a tergo,col.2.*Boër.*d.decis.215.n.22.v.quo autem ad secundum dubium,& vers.licèt tales Decanum sic fugientem,&c.*vbi & ad idem inducit verba tex.*in c.ex literis,de excess.prælat.*Cyril.*in summa crim.partic.1.rubr.12. de cust.reor.§.2.n.2.* vbi quòd fugiens ex carceribus non habetur pro cõfesso ipso iure, sed requiritur sententia, non tamen in hac sententia requiritur citatio,& allegat Ioan. Andr. ad Specul. *vbi suprà.*

Contrarium†tamen de stylo curiarum Franciæ seruari te- 45
statur idem Boër. *d.dec.215.eod.n.22.vers. tamen contrarium de stylo, &c. & vers.sed Decanus, &c.* & hoc de iure forsan verius esse dixit Pau.Ghirlan licèt non bene firmet,sed cogitandum relinquat,*in tract.de relax.carc.rub.de fuga incarcerati,post n.13.vers. qui quærit,an sit necesse dictos fugitiuos citare,&c.allegans in l.si apparitor,C.de cohortal.lib.12.* vbi absens per fugam citandus est ad sententiam edicto peremptorio,vt infra certum terminum compareat,quo elapso & non comparente Iudex poterit ferre sententiam cõtra absentem, & hoc affirmat esse magis tutum pro sententia,vt saltem per edictum citetur,iuxta *l.properandum, C.de iudic.* & tenet gl. *in l.si apparitor.*Sed Boër.*in d.decis.215.d.n.22.ver.quamuis Paulus Ghirlandus,&c.*dicit quòd text.*in d.l.si apparitor,*non facit ad propositum,quia loquitur quando fugiens nunquam comparuit:sed quicquid sit de iure, in practica seruatur opinio contra Io.And.teste Foll.*in pract.crim.in 4.par.3.partis, verbo,etsi confitebuntur,n.64.* vbi dixit quòd ita se habet cõmunis*& generalis practica,& obseruantia totius Italiæ, & * omnium Curiarum:& apud nos in Vrbe & statu ecclesiastico nunquam vidi hos effractores absentes condemnatos,nisi præuiis solitis citationibus & terminis, de quibus dixi *suprà, in tit.de inquisitione,quæst.11.n.38.& 44.*

AMPLIA III.Vt†pœna effractoris carcerũ & ab illis effu- 46
giẽtis,qui retento cõmuni intellectu *l.in eos.ff.de custod.reor.* habetur etiã pro confesso,procedit & habet locũ non solùm in fugiente ex carceribus publicis,sed etiã in fugiente ex aliqua camera,vel palatio, putà Potestatis,in quo sub custodidibus detinebatur, secundùm Paul. Ghirland. *in tract.de relax.carcer.in rub.de fuga incarcerati,num.13. vers.hoc dictum ampliat,& n.16.*Marsil.*de bannit.in verbo, carcerati,n.17.v. & idem dicit,& in pract.§.diligenter,n.46.*Gram.*cons.crim.57. num.4.*Duen.*reg.392.fuga quæ fit ex carceribus, in 4.ampliatione,in princ.*Viui.*in commun.opin.in verbo.fugiens à carcere publico,n.5. & post dictum verbum fugiens ex carcere publico, in verbo,quærit Bart.& n.22.& n.25.*vbi hanc ampliationem dicit veriſſimã Menoc.*de arbitr.quæst.lib.2.casu 101.n.7.* vbi allegat Curt.sen.*in repet.l.admonendi,n.163.ff.de iur.* Bertaz.

cons.

consc.crim.35.n.3.lib.1.& ibi in add.litera A. Franc. Bec.consil 44.*n.*36.*lib.*1.Mascard.*de probat.lib.*1.*concl.*266.*n.*8.*&* 9. *lib.*2. *concl.*820.*n.*2. *&* *n.*4. vbi testatur de veriori opinione Hier.Magon.*dec.Lucen.*90.*n.*7.*vers. Contraria tamen opinio, & seqq.*

47 Qui omnes præallegati Doctores † ea potissimùm moti sunt ratione,quia paria sunt,quem stare in carcere,vel in loco pro carcere per Iudicem assignato, & publici carceres nõ solùm dicuntur illi,qui clauib.clauduntur & aperiuntur,habéntque perpetuos & ordinarios custodes : verùm etiam & carcer publicus dici potest omnis camera,putà in palatio Potestatis,seu alibi existens.imò & totum palatium, vel alius locus,quando Prætor vel Iudex illum pro carcere cõstituit,& sic dicitur publicus decreto & ordinatione Iudicis,prout etiã vltra præfatos hoc idem pluribus comprobauit Ang. *de malef.in verbo,quod fama publica sub n.*87.*in discursu,& in verbo,Qui Iudex dictis inquisitis,n.*14. *&* 16. sequitur Cyril. *in summa crim.partic.*1.*n.*12.*de custod.reor.*§.1.*vers. Itaque cum assignatur prætorium,* Boss.*in tit.de carcerato fideiassor.commit. n.*3. Boër.*dec.*215.*n.*15.*post med.vers.Pro quo allegato textum,* vbi allegat tex.*in l.milites agrum* §.*eius fugam ff. de re milit.* ibi, *eius fugam qui sub custodia vel in carcere esset, discesserit.* Item & tex.*in l.capitulium,* §.*ad statuas* ibi,*nisi si quis ex vinculis,vel cust.detentus ff.de pœn.* quib.iuribus apertè probatur, paria esse quem esse in custodia,vel in carcere.

48 Et licèt †contra hanc ampliationem multi sentiendo dixerint, quòd etsi camera vel palatium loco carceris per Iudicẽ assignatum largo modo possit appellari carcer,non est tamen propriè carcer, nec in carcere dicitur inclusus, qui in palatio seu loco pro carcere assignato retinetur, vt videre est apud Ias. *in l.admonendi,n.*137.*alias* 174.*vers.& in nostra q ff. de iureiur.* vbi plures allegat,& in specie Alb dicentem & apud relatos per Viuium *vbi supra,post verbũ fugiens a carcere publico,in verbo,Quærit Bar.&c.vers.Sed tali sublimationi, & vers.Sed Doct.in d.l.admonendi,* & per Duen. *d.reg.*392.*in d.* 4.*ampl.vers.quia licet carcer largo modo,* & per Masc. *d.concl.* 820.*n.*3.*vers. A contraria tamen stetêre sententia.* Fol.*in pract. crim.in* 1.*par.*2.*par.verbo,Vel carcerentur,n.*11. Hier.de Mõte *in suis qq.variis,q.*28.*n.*24.*& seqq.* vbi quòd licèt æquiparetur carcer & locus pro carcere assignatus:hæc tamen æquiparatio procedit,non quia verè sint iidem,sed quia sunt eiusdem effectus & propterea nõ sunt æquipollentia, sed diuersa,quia minor ratio est in vna, quàm in alio : & latiùs ibi per eum Boss.*in tit.de carc.n.*5.vbi refert Ias.*vbi sup.in d.l.admonendi.* & propterea etiam cameram loco carceris assignatam non dici publicum carcerem dixit Lanfr.*in c.quoniam contra, in vers.confessim,n.*22.*de probat.*

49 Non per hoc tamen recedas à proposita ampliatione,quæ non solùm verior est,vt testatur Viuius & Mascardus in locis * vbi suprà citatis,verùm etiam & magis communis *declarata tamen vt mox dicam.

50 LIMITA Hanc†tertiam ampliationem(& cum hac limitatione concordantur contrariæ opiniones suprà relatæ) vt procedat,quando detẽtus in palatio,seu camera loco carceris per Iudicẽ assignata,aufugit fractis muris seu ostio dicti palatij seu cameræ,& sic cũ fractura:tũc enim verũ est quod & is vti effractor punitur, non aliter ac si ex publicis carceribus aufugisset:secus si aufugisset ostio aperto,& sine vlla fractura:tũc enim cessante fractura,cessat etiam pœna effractionis carcerũ. Sic enim distinguẽdo tradidêre Boër. *dec.*215.*n.*15. *per totũ.* vbi allegat cõcordãres,& etiã cõtraria,prout & concordãtes allegat,& hanc sequitur distinctionẽ Duen.*reg.*392. *Fuga quæ fit ex carceribus,in* 4.*ampliatione,vers.Quod tamen est verũ.* vbi in argumentũ affert text.*in l.nemo carcerem* , ibi, *apertis,& libera,C.de exact.tribb.lib.*10.per quẽ tex asserit Bal. *in l.admonendi.in antiqua lectura,* affirmasse quòd nõ dicitur frangere carcerem qui retentus in palatio fugit per portam, sequitur Foll.*in pract.crim.in* 4.*par.*3.*par.verbo, Et si confitebuntur,n.*48. Viu.*in commun.opin.post verbum,Fugiens à carcere publico,in verbo, Quærit Bar. &c.n.*25.*vers.sed Doctores, in l.admonendi,* Conrad.*in pract.in tit.de carceratione,n.*7. *in fi.* Menoch.*de arb.quæst.lib.*2.*casu* 301.*n.*9.*vers.ic attamen intelliguntur,* vbi quòd proposita ampliatio procedit,quando fic in palatio carcerati,vel positi in custodia,vbi è manib.custodum aufugiunt : secus si custodes negligentes permittebant illos vagari,& arrepta occasione aufugerũt,Masc.qui & alios adducit,*in suo tract.de prob.lib.*2.*d.concl.*829.*n.*5.*vers. sed limitando,& ver.secus autem si aufugisset ianua scissa.* & hæc distinctio videtur communiter *recepta,quicquid in contrariũ * affirmasse videantur aliqui alij Doctores relati per Duen. *d. reg.*329.*post* 4 *ampliationem,vers. Licèt contrarium.* Si enim, vt infrà videbimus, *in* 3. *principali huius regulæ limitatione,* carceratus in publicis carceribus ostio aperto , & aufugiens non vti effractor,sed mitiùs Iudicis arbitrio puniri potest;ita & pariter mitiùs, & non ordinaria effractoris pœna puniendus est fugiens ex palatio,seu alio loco pro carcere assignato sine fractura:sed si cum fractura,habetur pro confesso,retento communi intellectu,secundùm Doctores suprà allegatos, *n.*46.sed retenta veriori opinione , quam nos sequimur , vt suprà diximus , *n.*8.*& seqq.& num.*22.*& seqq.* pœna erit arbitraria.

AMPLIA IIII.Principalem regulam †etiam in eo,qui sub 51
præcepto, vel arresto,& sine custodia detentus est in aliquo palatio,domo seu alio loco:nam retento communi intellectu sæpiùs relato , de quo *supra,n.*7. & is si arrestum siue præceptum Iudicis fregerit aufugiendo , & carceres frangere dicitur,& tanquam effractor in pœnam confessati criminis punitur:ita enim in hanc partem pluribus relatis argumentis & rationibus inclinare videtur Ioan. And.*in addit. ad Spec.in tit. de præsumpt.* §.2.*incip.species n.*3.*in fine.in verbo,lex vnica,v. est sciendum.* vbi asserit hunc casum contigisse in curia Romana tempore Papæ Ioannis sui benefactoris, prout pariter & hanc ampliationem sequuti sunt plures relati per Boër. *in d.decis.*215.*n.*11.*in fine.vers.Et idem dicunt quidam,* & *n.*29. *vers.Sed in contrarium facit,& n.*20.*ver.Tamen Paris de Put. &c.* Ghirland.*in tract.de relax.carcerat.sub rub.de fuga incarcerati,n.*13.*ver. Video Ioannem Andream.* Gram.*cons.*57.*n.*4. Menoch.*de arbit.q.lib.*2.*d.casu* 301.*nu.*9.*&* 10. Franc.Bec. *cons.*44.*n.*36.*lib.*1.Hieron Magon.*dec.Lucen.*90.*num.*8.*&* 9. Mascard *de prob.lib.*1.*concl.*166.*n.*10.*& seqq.*

Et faciunt in proposito†considerata per Viuium *in d.ver-* 52
*bo.Quærit Barum.*25.*v. Hoc tamen in contrarium non obstante,* & per Mascard.*de prob.libro* 2.*concl.*820.*n.*4.qui dixerunt carceratum dici non solùm,qui sub claubus & clausura detinetur , sed etiam qui ad sui libitum discedere non potest, prout videtur esse is,qui stat sub præcepto vel arresto,secundùm Ang.*in l.*1.*C.de privat.carc.& l.qui in carcerem ff. quod met.cau.* Ang.*de malef.in v. Qui Iudex dictis inquisitus,n.*14. & dixi *supra,q.*27.*n.*11.& in terminis,quòd retentus domi, vel in palatio,sub præcepto dicatur carceratus post Guid. Papæ *in dec.*253.*si quis dedit,* & Gram.*decis.*14.*n.*4 *& seqq.* vbi alios adducit concordantes,adnotarunt Menoc. *d.casu* 301. *n.*10.*in fin.* Franc.Bec.*d.cons.*44.*n.*36.Hieron Magon. *d.dec. Luc.*90.*n.*8.idem Mascard.*de prob.lib.*1.*concl.*266.*n.*30.& faciunt quæ infrà dixi;*num.*57.

Sed certè stantibus suprà firmatis,*n.*50.†secundùm com- 53
munem Doctorum opinionem, non video quomodo hæc ampliatio possit sustineri,nam cessante fractura , vt ibi dixi, cessare debet etiam pœna ordinaria effractoris carcerum , ac etiam confessati criminis , de qua *d.l.in eos,ff.de cust.reor.* retento communi intellectu:quæ lex, vt ex eius lectura appareat,& infr.latiùs dicam *in* 4.*limitatione principali,* in fractura nõ habet locũ:& sicut existens in carceribus clausis & publicis,& ex illis fugiens ostio aperto,non habetur pro confesso, sed mitiùs punitur, vt pariter infrà dicam *in tertia principali limitatione,* non video pariter rationem diuersitatis cur etiam non mitiùs puniri debeat fugiens contra Iudicis præceptum seu arrestum:& propterea meliùs post Oldradum,quem allegat *in cons.*65.sic vt suprà, sensisse credo Boërium *in d. decis.* 215.*n.*19.*vers.Ergo videtur,& num.*20.*ver. Sed contrarium:* vbi tamen pro hac sua opinione allegat etiam Ioan. Andr.*in loco nuper citato,* sed iudicio meo Ioan. And.videtur stare pro ampliatione,*& num.*21.vbi quòd hæc Oldradi opinio videtur æquior,& de iure verior,& *num.*30.*vers. Et idem in arrestatione.* Nihil enim refert quòd existens sub præcepto vel arresto Iudicis,dicatur carceratus,cùm non possit ad sui libitum abire,prout considerant præallegati Doct.*num.*52.Nam licèt carceratus dicatur,nõ per hoc fugiendo dicitur frangere carceres & ad hoc vt pœna effractoris ordinariã infligi possit, nõ sufficit,vt dixi,sola carceratio sine fractura†,præter quam 54

non

non credo inconueniens esse, si dicatur quòd imò detentus sub arresto vel præcepto Iudicis sine custodia minimè carceratus reputetur, quia ad sui libitum aufugere & abire potest, licèt contra præceptum & arrestum, prout retorquendo rationem consideratam per Viuium & Mascardum *vbi suprà* optimè cõprobat Hier. de Monte, *d.q.28.n.14. & seqq.* & ante eum ponderãdo verba Ang. *in d.l. qui in carcerem ff. quod met. cau.* bene declarat Capit. *decis.154.n.4.* & dixi etiam *infra, n.58.* & licèt Menoc. *in d. casu 301. d.n.10.* ab hac opinione Boërij, quam & ego sequor, dissentire videatur, dicens insuper quòd Oldradus per Boërium allegatus *in d. cons.62.* nõ dicit id, ad quod allegatur: non per hoc tamen ab eiusdem Boërij opinione recedendum credo, quia eius rationes incõuincibiles mihi vidẽtur, & propterea isto casu sic cõtra præceptum vel arrestum Iudicis fugientem puniendum esse non vti effractorem, nec vti confessum, sed mitiùs eiusdem Iudicis arbitrio, sicut in specie etiam scripsit Franc. Bec. *dicto cons. 44. num. 36. lib. 1.* Et si in præcepto fuerit à principio adiecta certa pœna, ad illam pœnam extendi poterit arbitrium, per ea quæ dicam in sequenti ampliatione.

55 AMPLIA V. In † retento in aliqua domo sub promissione vel fideiussione de non discedẽdo: nam etsi is contra promissionem discesserit, pœna in promissione & fideiussione contenta dubium non est quòd exigi potest, *l. si quis reum, ver. Sed si neque ibi quantitas certa comprehensa est, ff. de custod. reor.* Salic. *in l. ad commentariensem, n.3. ver. Et est consilium, vt semper certa pœna adiiciatur, C. eod. tit. de cust. reor.* cũ aliis per Cæpol. *cons. crim. 25. incip. cũ per Ser. Iacobum, n.2.* & per Hipp. Riminal. *cons. crim. diuer. 82. n.11. & seq. lib. 2.* & in hoc promissionis verba maximè sunt attendẽda, vt per Boss. *in tit. de carc. fideiuss. committ. n.46. vers. Dico quòd vbi verba es-*
56 *sent clara, & n.48. vers. Sed tamen. vt dixi*: † pœna enim hæc conuentionalis adiecta prætoriæ stipulationi ratione contẽptus, & ex certa scientia promissa etiam nullo habito respectu ad id, quod interest, sine dubio tota exigi potest, vt per Capram *concl. 70. n.9. & seq.* & per Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 260. n.13. & seqq. 27. & seqq.* apud quos reperies concordantes, & magis in specie per Vulpel. *respon. 139. lib.*
57 *primo*, † immò detentus in aliquo palatio, domo, seu ciuitate, sub promissione ac fideiussoribus de illinc non recedendo, dici etiam potest in vinculis, & carceratus, prout videtur tex. *in l. eadẽ, v. in vinculis, ff. ex quib. cau. maior.* cuius verba sunt hæc: *In vinculis autẽ etiam eos accipimus, qui ita alligati sunt, vt sine dedecore in publico apparere non possint.* Glossa autem finalis ibi in verbo, *Non possint*, ponit exemplum in iis, licèt facultatem abeundi habaent, iuramẽto tamẽ vel fideiussioni sunt astricti. Item videtur tex. *in l. nec non* ibi, *Item si quis nec in custodia, nec vinculis sit, sed sub fideiussorum satisdatione, & propter hoc recedere non potest, captus sit, restituitur. eod. tit. ff. ex quib. caus. maior.* per quæ iura detentum sub cautione & fideiussione dici posse carceratum, apertè scripsit Guido Pap. *d. decis. 253. n.1. & seq.* faciunt tradita per Gram. *decis. 14. n.4. & seqq.* cum aliis suprà relatis, *n.52.* & per Mascar. *de probat. lib. 1. concl. 266. n.30.* & per Cyrill. *in summa crim. rubr. 12. de custod. reor. §.1. n.1. in fine, ver. in vinculis etiam.*

58 Contrarium, † quòd imò sub cautione & fideiussione retentus per totum palatium vel ciuitatẽ, non dicatur carceratus, ex Ang. authoritate *in l. qui in carcerẽ, ff. de eo quod met. causa* licèt is pro cõtraria opinione allegari soleat, bene illius verba ponderãdo & referẽdo demõstrat Capic. *decis. 154. in causa d. Comitis, n.4.* & tenendo opinionẽ Capicij, retorqueri potest textus *in d.l. nec non ff. ex quibus cau. maior.* dum dicit: *Item si quis nec in custodia, nec in vinculis, sed sub fideiussorum satisdatione.* Per quæ verba iam satis clarè apparet ibi probari, quòd existens sub fideiussorũ satisdatione, nõ dicatur nec in vinculis, nec in custodia, licèt bene propter impedimentũ restituatur, sicut si esset in vinculis & custodia, vt ibi, prout etiam nec obstat *gloss. in dicta l. in eadem, §. in vinculis*, dum eos, qui sine dedecore in publico apparere non possunt, quos in vinculis esse, ibi in eo textu deciditur, exemplificat in retentis sub fideiussione & iuramento: nam præterquam quòd potest dici, istam glossam non bene loqui cùm de directo videatur contraria verbis textus, *in d.l. nec non*, sic vt suprà per nos ponderatis. [Item & contra tex. *in l.1. ff. de custod. reor.* in quo apertè probatur diuersa esse in vinculis custodiri, & fideiussorib. committi, sicut etiam post Luc. de Penna, quem allegat *in l. si quis decurio, C. de decurio. n.6. lib.10.* adnotauit Gramm. *cons. 51. n.9.* Nihilominus etiam admisso pro vero dictæ glossæ exemplo non sequitur, talis sic sub fideiussione retẽtus dicitur in vinculis: ergo dicitur carceratus & sub custodia, quia verbum *custodiæ* est magis strictè intelligendum, quàm verbum *vinculorum* vt bene probat textus *in l. succurritur in fi.* ibi, *Custodiam autem solam publicam accipi Labeo putat*, & ibi gl. *in vers. putat. ff. eodem tit. ex quib. cau. maior.* & adnotauit Cyrillus *vbi supra* in contrarium allegatus. *rubr. 12. de custod. reor. §.1. n.1. ver. vinculorum.* Ergo appellatio latiùs accipitur. Et quòd hoc sit verum, apparet manifestè ex alio exemplo per eandem glossam posito *in d.l. in eadem.* videlicet in nudo, qui cùm sine dedecore in publicum apparere non possit, ideo dicitur in vinculis, vt ibi per eum, & tamẽ nudum dici esse in carcere, nemo iani capitis arbitrabitur.

Sed quicquid sit, † siue sub iuramento & fideiussoribus in 59
palatio vel ciuitate retentus, dici possit carceratus, vel potiùs non; parum refert ad resolutionem propositæ quintæ ampliationis: nam cùm aufugiat nulla sequuta fractura, non potest dici effractor, nec vti carcerum effractor puniri, etiam quòd carceratus dici posset, vt suprà iterum consideraui, *n.53.* & licèt si carceratus dici posset etiam Iudicis arbitrio, saltẽ mitiùs puniri, iuxta ea quæ pariter dixi *supra num.50. & d.n.53.* quia tamen isto casu Iudex à principio pœnam taxauit eo vsque, & non plus, nec minùs illam potest arbitrari, debet, & è contrà, dato etiam quòd is non possit dici carceratus: non per hoc tamen fugiendo est immunis à pœna conuenta, quia illa solui debet non propter carcerum effractionem, vel quia ex carceribus aufugit, sed propter contemptũ Iudicis, & quia sic inter fiscum & reum conuentum est, vt suprà dixi, *n.56.*

AMPLIA Hanc quintam ampliationem, † vt si contigerit 60
inquisitum, putà nobilem carcerari in amplioribus & non tutis carceribus, timénsque ad arctiores carceres detrudi fideiussorem dederit de tuto carcere, & quòd inde non discedet sine licentia Præsidis, prout sic in occurrenti casu, vt plurimùm stipulari solitum est huiusmodi fideiussores; tali, inquã, casu, si is carceratus etiam culpa custodis aufugerit, tenetur fideiussor ad pœnam conuentam, nec iuuari poterit, quòd per custodis negligentiam & culpam principalis fugam arripuerit, licèt regulariter talis culpa & negligentia soleat excusare fugientem carceratũ vt infrà dicam *in 3. principali limitatione.* Sic namque post Cæpol. *in cons. crim. 25. incip. cum per Ser. Iacobum*, & post Bos. *in tit. de carcera. fideiuss. committ. n.61.* quos allegat, bene iudicio meo, consuluit Hipp. Rimin. *cons. crim. diuer. 82. n.4. & seqq. iuncto n.20. & seq.* quod consilium est repetitum *in 1. vol. suorum consil. cons. 135.* Promittẽdo enim hoc fideiusso de tuto carcere, censetur etiã promisisse de fideli custodia custodis: cùm nõ possit esse locus tutus, vbi adest dolus, vel lata culpa custodis, & sic tenetur tanquam custos, vt per Affl. *dec. 130. n.2. vers. contrarium, &c.* prob. tex. *in l.1.* ibi, *vel fideiuss. committ. ff. de cust. reo. & in l.3. §. ei qui autem, ff. de bonis eorũ qui ante sent.* Ergo custodis culpa sibi imputatur, quia debet bene custodire. Itẽ & promittendo quòd carceratus ex illo loco seu carcere non discedet, censetur etiã promisisse ipsius carcerato, qui discedendo, satis facto suo dicitur promissioni fideiussoris contrauenisse. Nec à præmissis dissentit Bertazz. *cons. crim. 80. n.12. lib.1.* licèt in casu suo ex aliis particularibus rationibus contra Hipp. Rim. sentiat.

Sed an fideiussor teneatur, si carceratus aufugerit de licentia custodis, dicam *infrà in limit. 7. n.177. & seqq.*

LIMITA I. Hanc quintam principalem propositæ regulæ 61
ampliationem, † vt non procedat, quando is, pro quo fideiussor promisit de tuto carcere, esset iniustè detentus: nam tunc sicut ipse carceratus fugiendo de iniusto carcere in nihilo tenetur, & puniri non potest, *l. vis eius*, vbi Bar. *C. de prob.* Alex. *cons. 143. n.5. vol. 2. & in l. sed si eximendi, §. itẽ si quis, ff. ne quis eũ.* Tiraq. *de retract. in præfat. n.68.* Clar. *in pract. §. fi. q.21. v. Tertio autẽ modo*, cum aliis infrà allegandis *in prima principali limitatione propositæ regulæ.* Ita pariter nec teneri debet eius fideiussor, vt in terminis consuluit Gramm. *cons. crim. in 51. num.7. iuncto num.10. & voto final. num. nono.* Carrer. *in prac. in 1. tract. de appel. §. decimusquartus casus est, n.2. vers. Et fideiussores de securo carcere, & in secundo tract. de indic. & tort. §. tertium est, n.37.* Herculan. *in tract. de caut. de non offenden. cap.50.*

cap.50 n.17 & seqq. Sylu. de Arcer. *consi.crim.diuers.71.n.18.*
62 *vol.2.* Imoti præsertim ex doctrina Lucæ de Penna *in l.si quis decurio,n.6. & seqq. C.de decur.lib.10.* vbi latissimè ad partes disputata illa quæstione, an fideiussor de repræsentando reũ toties quoties censeatur liberatus, an verò potiùs possit conueniri ad pœnam conuentam si reus præsentatus ex carceribus aufugit:concludit tandẽ *in n.13.in medio,vers. Et hoc intellige*, quòd potest ipse fideiussor conueniri, si fugiens erat iustè carceratus: secus si iniustè, de qua re latiùs dicam infrà in materia fideiussoris de repræsentando, *q.34.n.93.*

63 Contrarium de directo consuluit † Hippol. Riminal. *cons. crim.diuers.82.n.1. & seqq. iuncto n.16. & seqq. tomo 2.in fol.* quod cõsilium est repetitum *inter sua consilia,lib.2.cons.135. n.1. & seqq.iuncto n.21. & seqq.* motus præcipuè authoritate Bossi *in tit.de carcerat.fideiuss.committ.num.49.* vbi postquam dixit, quòd iustè detentus potest impunè aufugere subdit, *quod si tractatur de non veniendo,quia quis promisit ad Iudicẽ venire,& non venerit:tunc admittuntur excusationes si allegẽtur, vt infirmitas,carceratio,& similia,sed si agatur de faciendo, id est,recedendo,quia promisit non recedere, & recessit,& tunc absolutè recedens puniendus videtur.* Hæc Bossius. Si absolutè recedens puniẽdus est,ergo,inquit Riminaldus,puniri debet, etiã quòd fuisset iniustè detentus,argumẽto gl. *in l. Diuus ff. ad Syl.* quæ dicit, quòd plus peccat qui peccat faciendo quã omittendo,& istam Bossij doctrinam ponere gladium ad radicem credit idem Riminald. *d.cons.135.n.22.in fi. & n.23.* vbi ampliùs & in idem allegat aliam doctrinam Sal. *ad l.com-*
64 *mentariensem,n.3.vers.sed latiùs dic,C.de cust.reor.* †vbi dicit, quòd quando fideiussores nõ fuerunt fideiussores simplices, sed etiã custodes, vt quia Iudex cautus dixit, Vos pro eo fideiubetis,& etiam eum vobis trado, vt meis custodibus,ex tũc ex eo capite quo custodiam sumpserunt, puniendi sunt eadẽ pœna,qua puniendi essent ipsi custodes:sed sic est quòd fideiussores promittẽdo de tuto carcere, cẽsentur in se sumpsisse custodiam carcerati, vt sup. probaui,*n.60.* ergo illo fugiente nulli dubium quòd tenentur cum custodiam deseruerint,argumento,*l.3.ff.ad l.Iul.maiestat.* Alciat. *in tract. de duel.c.27.* cum aliis ibi per eum allegatis. Si tenentur, ergo non debet attendi iustitia vel iniustitia detentionis,sed sola eorum culpa in deserendo custodiam propter quam tenentur. Nec obstant ex aduerso allegata, quia loquuntur vel in ipsomet carcerato fugiente, vel in fideiussore de repræsentando, prout loquitur Lucas de Penna *in d.l.si quis decurio,* vnde non inferendum ad fideiussorem de tuto carcere,qui adhuc promisit,quòd ex carcere carceratus non discedat,& qui etiam data iniustitia carcerationis teneri debet per doctrinam Boss.& Salic.in locis allegatis.

65 Libenter quidem †in huiusmodi doctissimi & eloquentissimi Iurisconsulti sententiã descendissem, nisi aliæ efficaciores rationes in contrarium pro limitatione me traxissent:considero enim quod Boss.in loco per ipsũ citato,videlicet *in tit. de carcer.fideiuss.committen.n.45.iunct.num.48.in fine*, explicitè ni fallor,dicit contrariũ eius, ad quod per ipsum allegatur. Disputat enim ibi Boss.an & quando ex fuga dicatur carceratus contrauenisse suæ promissioni,quam fecit de stando in iudicio,vel in certo loco,& inde non discedere, vt tota die contingit in eo,cui datur ciuitas,vel domus sua pro carcere, & post longum discursum quem facit, *in n.46. & seq.* cõcludit tandem *in d.n.48.in fine,vers. Sed tandẽ*, quòd in hoc est attendẽda forma verborũ,quibus cõcepta est ipsa promissio, deinde hanc suã conclusionẽ declarat nõ procedere,quãdo essemus in casu iniustæ detentionis,quia tũc,inquit Boss.absolutè esset excusatus. Ecce ergo,quòd si illius verba bene cõsiderare velimus,apertè dicit nõ teneri ex sua promissione iniustè carceratũ si aufugit,etiã quòd promiserit non discedere
66 ex domo,vel alio loco sibi pro carcere assignato:†Si nõ tenetur principalis carceratus & promissor, ergo nec fideiussor, stante vulgata regula,quòd fideiussor nõ potest se in duriorẽ causã obligari, quàm obligari possit suus principalis,*l.Græcè,*
* *§. Illud* & ibi cõmuniter*Doct.*ff.de fideiuss.* & ibi etiã cõmuniter Doct. *Inst. eo.*& aduertatur quòd licèt Boss.facta concl. declaratione prædicta *in d.n.48.in fi.* faciat deinceps *in seq.n.*
59 aliã cõclusionẽ, quã ad suũ propositũ inducit Hippolytus Riminaldus, videlicet quod quando agitur de faciendo, id est,de recedendo,tunc pariter & absolutè recedẽs puniẽdus videtur:istud verbũ, *absolutè* in ista alia conclusione per Bossium appositum,non est interpretandum,prout idem Hippolytus interpretatur,hoc est,siue iustè,siue iniustè,detentus sit recedens:quia si sic Bossius intellexisset,esset sibi contrarius, cùm *supra,d.num.48.in fi.* explicite dixerit absolutè istum recedentẽ non teneri, quando iniustè erat detentus,etiã quòd promiserit non recedere:verus ergo erit sensus verborũ Bossij,dum dixit,quòd recedens absolutè puniendus est,non absolutè,hoc est,etiam quòd fuerit iniustè detẽtus,sed absolutè,hoc est,etiam quòd post recessum habeat aliquod impedimentum seu excusationem non redeundi:in isto enim proposito ibi Bossius loquitur:inquit enim. *Si tract.de non veniẽdo,& tunc admittuntur excusationes,si allegentur,infirmitatis, carcerationis & similium:sed si agatur de faciendo,id est, recedendo,& tunc absolutè recedens puniendus videtur.* Absolutè, hoc est, non impedimento & excusatione carcerationis,& infirmitatis,seu similibus,de quibus suprà dixit:verba enim precedentia Bossij declarant sequentia;& quòd ita Bossius sit intelligendus,apparet etiam ex subsequentibus verbis dum postea subdit, *Haberem tamen talem excusationem,vbi reuerteretur cessante impedimento.* Vnde tam ex præcedẽtibus,quàm ex subsequẽtibus verbis Bossij mens apparet manifesta,quòd voluerit recedentẽ & absolutè puniri,non etiam quòd fuisset iniustè carceratus, sed etiam quòd post fugam habuerit impedimentum non redeundi,nisi effectu reuersus fuerit.

Et †si aliter Bossij doctrinam interpretaremur, talis inter- 67
pretatio esset contra illam communem * Doctorũ opinionẽ, *
de qua inferiùs dicam in prima principali limitatione, & de qua per Couar. *var.resol.lib.1.c.2.n.7.ver. contraria sententia* Duen. *reg.393.sub 4.limit.a.* Pet à Placha *in epit.delic.lib.1.c.23.n.6.vers. Id vnũ Doctores communiter addentes,&c.* Clar. *in pract.quæst.21.sub vers. Tertio amitte modo.* Qui omnes communiter asserunt, quòd iniustè carceratus non solùm nõ punitur aliqua pœna fugiendo, sed etiã si promisit,& iurauit redire,potest absq; periurij reatu contrauenire iuramento, nec redire tenetur,etiã quòd si promiserit & iurauerit;imò & redeũdo peccat,prout hanc esse magis cõmunem* Doctorum *
opinionẽ,& eam relatis & refutatis cõtrariis defendit:& sic testatur nouissimè Seraphinus de Seraphinis *in suo tract. de priuileg.iuram.priuileg.132.n.1. & seqq.* Si iniustè carceratus ex sua promissione,& iuramento de redeundo nõ obligatur, cũ semper potest opponere & excipere de iniustitia carcerãtis,†ita pariter nec obligatur fideiussor,prout in puchra facti 68
specie consuluit Ceph. *cons.174. lib.2.* & post Signorol. quẽ allegat,*in cons.164.* bene scripsit idẽ Seraphin. *d.priuileg.132. n.3.* generaliter dicens quòd si iniustè carceratus dedit fideiussores,vt se liberaret à carceribus, talis fideiussoria obligatio non tenet,*& latiùs n.10. & omnibus seqq.* vbi pluribus efficacissimis rationibus demonstrat,non valere promissionem cuiusdam Diaconi, qui medio iuramento promiserat repræsentare puellam iniustè captã à birroarijs; exceptio enim iniusti carceris,quæ principali competit,debet etiam competere & fideiussori,per vulgatam regulam: de qua *in l.fideiussores,in fi.ff.de iureiur.in l.fi.§.fin.ff.de exceptio.& in l.fideiussiones ff.de nõ nu.pec.* cum aliis in proposito congestis per Cyril. *in Summa crim.in prima partic.rub.13.de fideiussor.§.4.n.4.* & exceptio iniusti carceris est realis,& non personalis,quia datur carcerato non ratione suæ personę,sed ratione iniustitiæ: ideo & ad fideiussorem transit, quia sic ad eum exceptiones reales & non personales transire iura statuerunt, vt bene iuribus comprobat idem Cyril. *vbi suprà*, & licèt Couarr. & alij suprà citati Doctores loquuntur in promissione de redeũdo ad carceres:non autem in promissione de non discedendo ex carceribus,prout sunt termini nostræ limitationis,paritérque Signorolus,Cephalus & Seraphinus præcitati loquũtur in fideiussore de repræsentando,non in fideiussore,de tuto carcere,eadem tamẽ est ratio in vtroq; casu:semper enim ratione iniusti carceris vrget nullitas promissionis †. & sicut 69
promissio principalis carcerati nulla est,sic promissio & obligatio fideiussoris,*l.fideiussor obligari,in princ.ff. de fideiuss.l.1. §.si quis ita.ff.de verbor.oblig.* & cũ aliis in proposito allegatis per Ceph. *cons.164.n.20.libro 2.* sed ad hæc vide *infrà, quæst. 34.n.80. & seqq.*

Et sicut, vt suprà vidisti, Bossij doctrina non solùm non probat opinionem Hippolyti Riminaldi, verùm etiam aperte com

tè comprobat propositam limitationem, quæ iudicio meo & verior & communior* est; ita pariter & doctrina Sal. *in l. ad commentariensem, C. de cust. reor.* quam pro sua opinione idem Hippolytus adducit, non solùm illam opinionem non probat, sed ex ea limitatio prædicta incõuincibiliter defenditur. Fateor enim verum esse, iuxta doctrinã Saliceti, quòd quando fideiussor non est simplex fideiussor, sed etiam suscipit in se custodiam carcerati, prout suscepisse videtur fideiussor de tuto carcere, tunc idem fideiussor ex fuga illius, pro quo promisit, tenetur, sicut si esset custos: sed sic est quòd ex fuga indebitè carcerati, custos minimè tenetur, vt post Bald. *in cons.* 77. *vol.* 2. admittit idem Rimin. *d. cons. crim. diner.* 82. *n.* 3. *ad finem, & n.* 19. *vers. itẽ respectu custodis carcerũ, lib.* 2. & latiùs dicã *inf. in seq. q.* 31. *Ergo.* Nec tenebitur iste fideiussor, qui loco custodis receptus est à Iudice, & si aliter diceremus, sequeretur quàm custos. Nõ recedas ergo à proposita limitatione.

LIMITA II. Eandem quintam principalem ampliationẽ † non procedere, quando is, pro quo fuit promissum de tuto carcere, & quòd ex loco sibi pro carcere assignato nõ discederet, discesserit, sed reuersus fuerit: tunc enim non dicitur cõtrauentũ promissioni seu fideiussioni, ideo pœna in ea stipulata exigi non potest, secundùm Carrerium, qui post Cauẽsem quẽ allegat *super pragmatica Regni, inoleuit.* 45. *in ordine n mihi* 1. *lib.* 11. videtur ponere declarationem *in sua pract. crim. in* 2. *tract. de indic. & tort.* §. *tertium indicium est, n.* 20. vbi expressè dixit isto casu fideiussionẽ non esse ruptã, nec fideiussorem ad pœnam teneri, & ita testatur se aliàs habuisse de facto, facit Roman. *in cons.* 193. negari nõ potest, per totum in discursu, vbi pluribus, & quidem subtilibus rationibus consuluit ad fauorem fideiussoris, qui promiserat, quòd quidam debitor ex curia non discederet, donec debitum soluisset, si idem debitor discessit, sed reuersus est, concludit fideiussorem non posse conueniri. Romanum refert & sequitur Roder. Soarez. *in tract. de fideiuss. in causa crim. n.* 32. *in fin.* & cum Carrerio *vbi suprà*, pariter sensisse videtur Hercul. *in tr. de caut. de non offend. cap.* 50. *n.* 17. † vbi quod si Iudex alicui assignauit locum pro tuto carcere, & is promisit inde non egredi sub pœna mille scutorum, nõ dicitur incidisse in pœnam promissam, si egressus rediit, *argumento tex. cum ibi notatis, in* §. *pauonum, Inst. de rerum diuis. & l. quicquid calore, ff. de reg. iur.* vbi breui reuersa vxor, diuertisse non videtur, & sponte redeundo recedendi animum non dicitur habuisse, *l. nihil interest, ff. de capt. & postlim. reuer.* ibi Bar. notat, quòd ibi quis esse creditur, vbi reuertendi animum habet, & exiens ex carceribus animo redeundi, carcerũ fractor non dicitur, Bald. *in l.* 1. *C. de seru. fugit.* Alex. ad Bart. *in l.* 1. *ff. de effract.* cum aliis infrà allegandis *in secunda limitatione principali.* Et quidem hæc limitatio, prout considerauit Rom. *in dicto cons.* 193. *post n.* 1. rationabili quadam æquitate iniuiti videtur, quia rectè intuẽtes Iudices similes promissiones, & fideiussores non alia de causa requirunt, nisi vt ipsis cautum sit de persona carcerati; sed per reuersionẽ nihil deperit fisco, & Iudici ex discessu dicti carcerati: ergo pœna in fideiussione conuenta exigi non potest, cùm in prætoriis stipulationibus, † prout est hæc, de qua agitur, pœna conuentionalis exigi non possit, non dato interesse filci, vt pluribus comprobat Osascus in proposito videndus *in dec. Pedem.* 70. *n.* 13. *& seqq.* omissis aliis, qui ad idem possent allegari.

Contrariũ † de directo consuluit Vulpel. *in respon.* 139. *lib.* 1. fundans se præcipuè in contemptu Iudicis, cuius ratione prætoriæ stipulationes semper debentur, quando illis per partes contrauentũ est, ex Bart. Alex. Ias. & aliis ibi per eum allegatis, *nu.* 8. accedente præsertim iuramento: quo fit vt mora redeundo purgari non possit, ex Guid. Papæ, Curt. sen. Man. tua, & aliis ibidem allegatis *n.* 9. & licèt ex carcere recedens & rediens non possit dici habuisse animum fugiendi & propterea non possit tanquam fractor carcerũ puniri: hìc tamen non agitur de pœna effracti carceris, sed de pœna in promissione conuenta: quæ ratione contemptus Iudicis debetur, vt ibidem per Vulpel. *n.* 12. *&* 13. Sic námque his & similibus motus rationibus & nonnullis in contrarium allegatis Doctoribus, qui re vera non in specie tangũt punctum quæstionis, respondens idem Vulpell. tandem concludit, quòd ita ipse aliàs iudicauit, & pluries postea iudicatum vidit. & Vulpell. consilium refert & sequitur Claud. Bertaz. *in addit. ad consilium Bartholomæi patris* 80. *literâ A, volum.* 1.

Et † si hæc tibi placet opinio, poteris ad illius comprobationem adducere etiam doctrinam Sal. *in l. in bona fide, n.* 14. *in fine, vers. Tene tamen mente,* vbi prout illũ refert & sequitur Foller. *in tract. crim canon. in verbo, Et in carceribus mãcipatis, cap.* 12. *n.* 9. ponit vnum satis notabile dictum, quòd scilicet si aliquis est carceratus pro debito, cum cautione de non discedendo, aliàs fugiendo fideiussor teneatur ad debitum, si aufugit, tenetur fideiussor ad debiti solutionem, etiam quòd idem debitor fugiens iterum postea captus carceratus sit.

Sed certè Sal. non loquitur in fideiussore: item non loquitur in eo, qui spõte reuertitur, prout nos loquimur, sed loquitur in eo, qui fecit debitorem ex carceribus aufugere, quo casu dicitur esse in dolo, quia dedit causam fugæ, iuxta terminos *l. quoties, C. de exact. tribut. lib.* 10. & sic in longè diuersis terminis, & nihilominus doctrina Saliceti non adhuc transit sine difficultate, vt videre poteris apud Boër. *in decis.* 217. *n.* 12. *& sequentibus,* & latiùs disseremus *infra in seq. quæstione,* in materia custodis carcerum, quando teneatur de fuga carcerati si post fugam reuersus sit.

Sed vtcunque sit opinio hæc, contrariã habet pro se vnam rationem satis fundamentalem: quia licèt vt suprà deducitur *ex decis. Pedem.* 70. *n.* 13. *& seqq.* pœna cõuentionalis in prætoriis stipulationibus non possit per fiscũ exigi vltra id, quod interest: nihilominus quando est promissa excerta sciẽtia, adhuc etiam vltra id, quod interest, exigi potest, vt suprà dixi *n.* 56. & pluribus comprobat Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *casu* 269. *n.* 13. *& seqq. n.* 27. *& seq.* † immò & quod plus est, pœna conuentionalis adiecta simpliciter etiam vltra id, quod interest, exigitur, nisi appareat quòd expressè adiecta sit ratione interesse, secundùm communẽ* de qua testatur, & bene eam à cõtrariis defendit Seraphinus de Seraphinis *in suo tract. de priuileg. iuram. priuileg.* 54. & ante eum Burs. *in cons.* 53. *n.* 38. 41. *&* 42. *vol.* 1. † & accedente iuramento, prout regulariter huiusmodi fideiussiones, & promissiones de tuto carcere cũ iuramento, fieri solent, res omni difficultate caret, quia iuramento operatur, vt nullo habito respectu ad interesse cõuentionalis pœna exigi possit, vt per Alex. & communiter* omnes. *in leg. stipulatio ista, in princip. ff. de verb. oblig.* Maranta *in sua disput. septima, ad finem,* cum aliis per Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 3. *d. casu* 260. *d. n.* 13. *& n.* 27. *& seqq.* & per Burs. *d. cons.* 53. *n.* 37. & per Seraphin. *d. priuileg.* 54. apud quos reperies alios concordantes.

Dum in Vrbe punctus istius dubitationis bis contigisset, † memini diuersimode seruatum fuisse, quia in vno casu fideiussor fuit admissus ad compositionem & pœna in fideiussione contenta, quæ erat mille scutorũ, fuit reducta ad scuta quingenta, si bene recordor: in alio verò casu fideiussor in nihilo fuit condemnatus, sed statim per Iudicem visa doctrina Carrerij, de qua suprà, fuit absolutus: opinio contra Carreriũ verior mihi videtur, licèt magno rigore plena, & quia vulgò dicitur, *summum ius summa iniuria est:* ideo si Iudex essem, eueniente hoc casu nunquã cõdemnarẽ istum fideiussorem de tuto carcere in integrã pœnam in promissione cõtentam: stante enim reuersione inquisiti, qui non animo aufugiendi discessit, & quòd propterea in nihilo fiscus damnificatus est: durũ videtur ad rigorẽ stipulatam pœnam exigere, & è contrà istum, qui Iudicem contemnendo temeritate quadam ausus est suæ pœnali promissioni contrauenire, nũquam impunitum dimitterem, sed illam promissam minùs agendo ad minorem summam in condemnatione redigerẽ. Hæc enim media via satis æqua ratione plena videtur: & hæc rationabilis æquitas reperitur etiam in iisdem ferè terminis à Doctoribus communiter* cõsiderata & admissa; quia, vt infrà videbimus, in secunda principali limitatione, fugiens ex carcere, siue etiam ex palatio vel alio loco assignato pro carcere, si reuertatur, licèt pœna ordinaria puniendus non sit ex sua fuga, quia *fugere non dicitur, qui animo reuertendi discessit,* nõ tamẽ de sua temeritate impunitus dimittitur, sed mitiori plectitur pœna: idem crederem dicendũ in casu nostro, etiã quòd pœna in promissione fuerit expressa & specificata stante identitate rationis. [& pro hoc temperamento vide Gram. *cons. ciuil.* 93. vbi licèt concludat posse exigi pœnã cõuentionalem à fugiẽte ex hoc loco, sibi pro carcere assignato, etiam quòd reuertatur, inclinat tamen posse hũc sic fugientẽ, & redeuntem

tem posse mitiùs,& extra ordinem puniri.]

AMPLIA VI. Principalem huius quæstionis regulam,retento tamen communi intellectu,*l.in eos,ff.de cust.reor.*quòd
78 scilicèt fugiens ex carcere,habeatur pro confesso,†vt procedat etiam in illo qui existens extra carceres liberatus,sed ligatus cum cautione de se repręsentando aufugit:nã & hunc ex sua fuga debere haberi pro confesso,tradit Masc.*in suo tract. de probat.lib.2.concl.*820.*n.*7.ex iis, quæ script Duen. *in reg.* 392.*in 2.ampliat.*

79 Veritas est in contrarium,†tũ quia Duennas per Mascardum allegatus loquitur non secundùm particulares quasdam leges Hispaniæ,quę nulli dubiũ quòd extra illam iurisdictio-
80 nem seruãdæ minimè sunt:†tum etiã quia relaxatus & ligatus sub fideiussione de se repręsentando,non dicitur ampliùs carceratus,vt per Boss. *in tit.de carcere,n.*28. quem sequutus est Prosper Caranita *super ritu magnæ Curiæ*,269.*n.*17.Si nõ est carceratus,ergo fugiendo non potest haberi pro cõfesso, quia simplex fuga ex alio loco,quàm ex carcere non inducit hanc fictam confessionem, & hoc non habet difficultatem: satis est fisco exigere pœnam in fideiussione stipulatam.

81 AMPLIA VII. Vt†pœna effractoris carcerũ habeat locũ non solùm in detento pro causa criminali,sed etiam in detẽto pro causa ciuili,siue debitum sit publicum siue etiam priuatum,vt per Boss.*in tit.de effract.carcer.n.primo ver. Et procedi hæc pœna*, vbi ad idem allegat etiam Comen.*in cons.*105. & eam dicit esse rationem,quia ad effectum puniendi hunc effractorem carcerum,cõsideratur solùm violatio loci publici,& carceris,qui dicitur locus sacer,non autem causa detentionis,vt patet *in l.in eos.ff.de cust.reor.*qua cauetur quòd etiã innocentes puniuntur,& sic vt dixi, non considerat causam.

82 AMPLIA VIII. Vt†effractor dicatur & effractoris pœna puniatur nõ solùm, qui fracto muro seu ianua carcerum aufugit sed etiam is,qui aufugit, fractis vinculis & compedibus per apertũ ostium seu fenestram.Non enim interest,an quis parietibus vel cõpedibus detineatur,*l.succurritur, vers. Cum nihil interfit,cum l.seq.ff.ex quibus cau.maior,l.si quis ingr aui, §.subuenitur* ibi,*Clausos accipere debemus, etsi sunt vincti.ff. ad Syll.*sicut etiam nec pariter interest, an quis detineatur in carcere,vel in custodia,*l.milites agrum,§.eius fugam*,ibi,*in custodia,vel in carcere esset.ff.de re milit.l.capitalium,§.ad statuas*, ibi,*Nisi quis ex vinculis,vel ex custodia detentus,ff.de pœn.*per quæ iura quo ad pœnam per Iudicem arbitrandam nullã debere esse differentiam inter fugientem fracto muro,& fugiẽtem fractis vinculis & compedibus,scripsit Boër.*d.decis.*215.*n.*14.*in fine ver.Nisi ruptis & fractis compedibus,& n.*15.*ver. Tamen in contrarium,& n.*30.*ver.Si verò cum effractione carcerum tantum,vel vinculorum*, August.ad Angel. *de malefic. in verbo,Quòd fama publica.n.*82.*in fine, vers.Idem si fractis compedibus*, Foller. *in pract.crim.in* 4.*par.*3.*partis,verbo,Et sit confitebuntur.n.*47.vbi quòd exiens per ostium apertum fractis compedibus perinde habetur ac si exiuisset fracto muro. Conrad.*in pract.tit.de carceratione,n.*17.*vers.Idémque intelligit,fol.*276.*col.*2.*in fine*, Menoch.*de arbitr. quæst.lib.*2.*casu* 301.*n.*6.Hieron.Magon.*decis.Lucen.*90.*n.*9.*prima par.* Bertazzo.*cons.c im.*35.*sub n.*2.*&n.*31.*lib.*1. Mascard.*de probat. lib.*1.*concl.*266.*n.*5.& cùm huic ampliationi contradictorem non viderim, facilè possum affirmare eam fuisse communi-
* ter*à Doctoribus receptam.

83 AMPLIA IX. † Etiam in transcendente muros carceris: licèt enim ad hoc,vt pœna effractoris carcerum locũ habeat requiratur fractura,vt probatur *in d.l.*1.ibi, *effracto carcere,ff. de eff act.*& latiùs dicam *infra,in quarta principali limitatione*:nihilominùs si quis etiam non effracto carcere inde aufugerit muros transcendendo,vel cũ fune vel alio modo,prout sæpissimè contingere videmus,adhuc & is violator carcerum dicitur,& eadem pœna punitur,vt per Aug.& Ang.*de malef. dicto verbo,Quòd fama publica præcedente,n.*82.*in fine,vers.Si autem extra muros exiuit*,Boër.*decis.*215.*n.*13.*vers. Et idem si ext.carceris muros se protecit*, Claud.Battan.*in sua pr.crim. reg.*142.*carcerum effractores,n.*6.vbi secũdùm Augustinum, *vbi suprà*,æquiparat effractorem carcerum,& exeuntem extra muros carceris,Bertazz.*d.cons.crim.*35.*n.*31.*lib.*1.vbi alios adducit, & faciunt suprà tradita in *præcedenti titul. de delict. quæst.*20.*n.*146.*& sequentibus*, vbi de transcendente muros ciuitatis.

AMPLIA X. Vt†qui effracto carcere volebat aufugere,& 84
non perfecit,non solùm puniatur vt *supra dixi,n.*25.*& seqq.* sed etiam,vt in posterum iterum fugere nõ attentet, detrudatur in arctiores & tutiores carceres: sic enim probat text. *in dicta l.in eos*,ibi, *Custodiendum est*, secundùm vnam lecturã, *ff.de custod.reor.*& ibidem hoc expresè adnotauit Alb.*2.ver. Expono.*vbi illud verbum, *custodienaum*, exponit scilicet arctiùs quàm priùs propter suspicionẽ fugæ,argumento textus cum ibi notatis per gl.*in l.lege Cornelia,§.præterea,ff. ad Syll. item & textus in l.tertia §.quæri potest, vers. si autem ipse tutor,ff.de suspect.tutor.*sequitur Boër.qui & alia plura ad comprobationem huius ampliationis adducit *in sua decis.* 215.*n.* 22.*circa medium,ver.Sed intellectus Alberic.*Boss.*in tit.de carcere,n.*5.*post medium* ibi,*vel in arctiores carceres detruduntur.* Viu.*in commun.opin.post vers.Fugiens a carcere publico,in seq. vers.Quæri Bart.n.*21.Mascard.*de prob.lib.*1.*concl.*266.*n.*25. vbi ex Boër.*vbi supra,in d.decis.*215.*numer.*19.*vers. Et aliquando*,dicit ampliationem aliquando seruatam, & quidem dubium non est, quòd hodie carcerum custodes statim quòd vident aliqua indicia attentatæ fugæ,nedum quòd expectent fractionem carcerum statim carceratos illos, quos suspectos credunt, in arctiores & tutiores carceres detrudũt,& aliquando etiam cum vinculis, compedibus & manicis ferreis,& bene:sunt enim carcerati custodiendi,& eorum qui carceres frangere designant,& inde aufugere,audacia reprimenda.

AMPLIA XI. Quòd†ex quo ex carcere fugientes vel fu- 85
gere tẽtantes reddunt se valde suspectos de crimine,pro quo detinentur ex fuga sequuta vel etiam attentata,vt per Iodoc. *in practica crim.cap.*18.*rubr.de effractor.carcer.sup.n.*5.& per Fab.à Monteleone *in sua pract. arbitrali, in* 4. *par.fol.*279.*n.* 864.Idcirco vltra arbitrariam pœnam,quam propter fracturam & fugam incurrunt sic fugientes, vel fugere tentantes, vt suprà dixi,*n.*822.*& seqq.*possunt & propter dictam fugam sequutam vel attentatam torqueri tanquam suspecti de crimine,pro quo detinentur,vt per Carrer.qui concordantes allegat,*in pract.in secunda tract.de indic.& tor.§.Tertium indiciũ est.n.*32.*& num.*41.Nouel.*in suo tract.ad defensam, rubrica An indicia pro reo danda sint,n.*101. Roland *cons.*7.*n.*8.*volum.primo*, vbi testatur de communi* opinione,ex Ias.& De- *
cio ibi per eum allegatis, Clar.*in pract.qu.est.*21.*sub vers.Tertio autem modo.* Vbi quòd Senatus solet grauiùs torquere illos,qui post fugam capti vel sponte reuersi sunt Menoch. *in tractat. de præsumpt.lib.primo, quæst.*89.*n.*42. vbi clarè dicit, quòd fuga ex carcere non fracto non facit nisi indicium ad torturam contra fugientem, carcere autem fracto facit probationem plenam,vt ibi per eum,*n.*45.secundùm communem intellectum:ex quibus iunctis iis,quæ suprà posui,*n.*26. concludere potes, quòd si fuga est sequuta, fugiens fracto carcere,si capiatur non solùm punitur,vt suprà dixi *n.*21.sed etiam torquetur super delicto,pro quo detinebatur,tanquam ex fuga redditus magis suspectus per præallegata, licèt teste Claro *sub d.vers. Tertio autem modo*,hos sic fugientes & captos non condemnari in aliquam pœnam,sed solùm torqueri Senatus Mediolani obseruet: quòd si forsan fuisset post
* fugam in contumaciam condemnatus pro delicto, pro quo erat carceratus,& tunc si sic condemnatus capiatur,non est locus torturæ, sed exequutioni condemnationis per ea, quæ suprà scripsi,*n.*40.*& seqq.*Si verò non est sequuta fuga, & tunc ex attentata fuga bene torquetur & acriùs,vt pariter dixi *suprà.dict.num.*26.*Sed si in tortura perstitit*, non crederem vlteriùs puniendum pro dicta attentata fuga,per ea quæ dixi *num.*26.

LIMITA I. Hanc vndecimam ampliationem†non proce- 86
dere in eo, cui iniustè carcerato permissum sit à iure impunè ex carceribus aufugere,etiam illos frangendo,vt infrà dicetur *in prima principali limitatione huius quæstionis*:meritò etiam nec ex eadem fuga poterit torqueri, vt in specie scripserunt Rolan.*d.cons.*7.*num.*47. *volum.*2. Fab. à Monteleone *in sua pract.arbitr.d.*4.*par.eod.num.*864.Menoc.*vbi suprà,in tract. de præsump.lib.*1.*q.*89.*num.*43. Faciunt in simili quæ scripsi, *in tit.de inquisitione,q.*11.*n.*78.*& seqq.*vbi dixi bannum nulliter & iniustè datum non facere contra bannitum contumacem indicium ad torturam.

LIMITA II. Eandem vndecimã ampliationem†non pro- 87
cedere

cedere in eo, qui ex carceribus aufugit animo reuertendi: tunc enim si fugiens reuersus est, cùm per reuersionē fugæ suspicio omnis tollatur, vt per Nattam *cons.*407.*n.*10.*vol.*2. Bertran.*cons.*61.*non puto*,*n.*7.*vol.*2 Lanfran.de Oria.*in l.admonendi*,*n.*54.*vers.*3.*casu*,& ibid.Ioan.Coras.*n.*81.*ff.de iureiur.*Cald Alban.*in lucubr.ad Bar. in l.quid sit fugitiuus*,§.*sciuti*,*in fin.ff.de ædil.edict.*communem * dixit Io.de Amic.*in cons.*7.*n.*19 *& cons.*85.*num.*8.refert & sequitur Clar.*in pract. q.*21.*vers. fuga delinquentis, in fine.* [cum aliis quæ posui *in* 2.*lib.iu.de ind & tort.q.*48.*n.*48.*& seq.*]ideo non faciet fuga ex carceribus contra fugientē reuersum indicium ad torturam vt in specie in sic fugiente ex carceribus hoc affirmarunt Nodel.*in suo tract.ad defensam, in rubr.. An indicia pro reo danda sint.sub n.*101.Hercul.*in tract.de caut.de non offen. cap.*50.*rub. quomodo recurratur ad curiam superiorem . n.*18. Men.*in suo tract.de præsumpt.lib.*1.*d.q.*89.*n.*44.vbi alios adducit. [& in fugiente ex manibus familiæ dixit *in d.*2.*lib.de ind.& tortur.q.*48.*n.*49]

88 SVBLIMITA Hanc secundā limitationem,† vt procedat, vt loquitur,quando scilicet quis ex carcere aufugit animo reuertendi:tunc enim fuga ex carcere non facit indicium:secus si aufugerit animo non reuertendi,quia tunc etiam quòd fugiens reuertatur,dicitur fugitiuus,& contra ipsum præsumitur,iuxta sententiam Iurisconsulti *in d.l. quid sit fugitiuus* §. *apud Labeonem*,*ff.de ædil.edicto* imò & hoc casu fugam facere plenam probationem,dixit cōmunem* Lanfranc.de Oriano *in d.l.admonendi*,*num.*54.*ff. de iureiur.* refert & sequitur Masc.*de probat.lib.*2.*concl.*819.*n.*25. & propterea tunc indicium ex tali fuga oriri ad torturam dubirandum non est,etiā quòd reuertatur per prælegata, & in specie videtur fuisse de mente Clari *in pract. dict.quæst.*21.*sub vers. Tertio autem modo*,dum dixit, quòd si quis post fugam ex carcere captus sit,vel sponte reuertatur, Senatus non solet fugientem condemnare,sed grauiùs torquere: loquitur enim ibi Clarus in fugiente animo non reuertendi,vtputà quando fractis carceribus:& tunc dicit quòd fugiens debet torqueri etiam quòd reuertatur. Si enim eius dictum intelligere vellemus generaliter etiam in fugiente ex carcere animo reuertendi, esset contra communem conclusionem,de qua *supra in præcedenti n.*87. Quando autem dicatur quis aufugisse animo reuertendi,& quando non,dicam *infra in secunda principali limitatione*,*numero* 149.*& sequentibus.*

89 AMPLIA XII. Principalem regulam,† vt fugiens ex carcere non solùm puniatur,vt suprà in foro fori, sed etiam teneatur in foro poli & conscientiæ.cùm fugiēdo peccet,sicuti scripserunt Las.post Bartol.*in l.admonendi*,*n.*175 *ff.de iureiurando.*Conrad *in pract.tit.de carceratione*,*n.*19.*fol.mihi* 207. *col.*1. Boss.*in tit.de captura*,*n.*6.*in fine*,*& in tit.de carcere*,*n.* 4 Foller.*in pract.crim. canon.cap.*12.*in verbo*,*& in carceribus mancipatis*,*n.*13 Couar.*variarum resol.lib.*1.*cap.secundo*,*n.*8. *ad medium*,*vers.Cui opinioni accedunt.& latiùs n.*14.*vers.sed an possit*,*& vers.Tertio ipse potius*, vbi ex Theologorum au-
90 thoritate & ratione bene comprobat hanc ampliationē † contra quam licèt sentire videatur Caietanus,*in loco* ibi per Couarruuiā allegato, videlicet *in d.n.*14.& ex nostris idē quod Caietanus scripserunt Imol.*in clem.pastoralis*,*n.*60.post Ant. & Anch. *ibid.n.*13.*de re iud.*apertè sentientes licitum esse etiam sine peccati labe iustè ad mortem damnato ad euitandā executionem iustæ damnationis ex carceribus aufugere,& Caietani hæc & contraria sententia maximè roborari videatur ex iis,quæ quidem Couarruuias ibidem adduxit,*n.*8.*ver. & profectò videtur* vbi ex authoritate D. Thomæ 2.2.*art.*.... *q.*69.etiam iustè damnatum à Iudice ad pœnam mortis affirmat teneri ex carceribus aufugere,& si non fugiat peccare: non per hoc tamen recedas à proposita ampliatione,quæ cō-
* munis* est,& ad id quod Diuus Thomas affirmat,nēpe peccare iustè damnatum ad mortem,si, dum potest, ex carcere non aufugiat,vide pulchram responsionem, & distinctionē, quam affert ibidem Couar.*d.n.*8.*ad fi.vers. Quarationi ipse discrim.constituo.* [& adde pro hac eadem ampliatione Brun. post hæc scripta habitum,*in suis quæstionibus legalibus.quæst.* 30.*num.*34.*uncto num.*37.]

91 AMPLIA Hanc duodecimam ampliationem,† in tantum teneri in foro conscientiæ fugientē ex carcerib. vt si dimissus & relaxatus fuerit sub promissione & iuramento de redeundo,non potest nō redire sine peccati labe & periurio, etiam quòd redeundo euidēter se periculo mortis offerat, ad gl.*in d.clem.pastoralis*,& Card.*in vers.notorium*,*in* 4 *notab.& ver.Cæterum*,*in* 1.*notabili de re iudic.* Anch.*in reg.possessor.in* 3.*q.de reg.iud.in* 6. Abb.*in c.inter alia*,*in fine*,*de immun.Eccl. & in c.si verò*,*n.*8 *& in c.sicut*,*n.*4.*de iureiur.* Barth. Brixien.*q. dominicali* 28. Alber.*in l.fideli*,*C.de his*,*qui ad Eccles. confug.* Mars.*sing.*177.Aufrer.*ad dec.Capell.Tholos* 472.quos & alios in proposito refert & sequitur Couar.*var.resol.lib.* 1. *d.c.*2.*n.* 8.*vers.Cæterùm vt ad propositam quæstionem reuertamur*,*& n.* 10.*in fi.v.Decimò*,*vt ad propriam quæstionem redeamus*: quibus addo Boër. *in sub decis.*215.*n.*30. *ante finem*,*vers. vnde glossa*,Clar.*in pract.q.*21.*sub ver.Tertio autem modo.*ibi,*Talis enim carceratus,&c.*vbi testatur de communi * opinione, ex * Andr.de Isern,quem allegat *in repet.l.*1.*post n.*59.*C.de sacros. Eccl.* & nouissimè hanc sequitur opinionem Seraphinus de Seraphinis *in suo tract. de priuileg.iuramen.priuileg.*132.*n.*7. *ad finem*,*post vers.Concludo igitur.*[Brun.*d.q.*30.*n.*34. *&* 37.]

AMPLIA XIII. Vt† non solùm puniatur carceratus, qui 92
fracto carcere aufugit,sed etiā & alius non carceratus carcerum effractor, ad hoc vt carcerati aufugiant, vel alio modo eosdem carceratos ex carcere eximens.Is,inquā,si causa criminalis est,punitur eadem pœna,qua puniendi erant carcerati pro delicto, pro quo detinebantur:sic enim argumento textus *in l.*1.*C.de his*,*qui latron.*tradiderunt Bart.*in l.sed & si eximendi* §.*item si quis in fi.n.*4.*vltimo quæro.ff. ne quis in ius vocat.*Ias.*in l.*1.§.*quod Prætor*,*in fin.post n.*12.*ver. In aliis autem casib.ff.eo.*Io. Berb.*in sua pract.crim.*1.*par.rub.*25.*de effract.carcer.n.*5. Alex.*cons.*35.*n.*4.*vers. In aliis autem casibus*; *lib.*2.Menoc.*de arb.q.dib.*5.*casu* 301.*n.*16. Hierony.Magon. *decis.Lucen.*60.*n.*3.1.*part.& n.*5.*& seqq.* vbi loquitur in eximente carceratum non solùm ex carcere publico, sed etiam ex aliqua camera,seu palatio assignato per Iudicem loco carceris,Masc.*de prob.lib.*1.*concl.*266.*n.*16.Decian.*in tract.crim. tom.*2.*lib.*7.*cap.*11.*num.*2.Faciunt in simili,quæ scripsi *infrà, q.*32.*num.*63.vbi posui de eximente captum ex manibus familiæ.

Hæc ampliatio † communiter à Doctoribus recipitur,re- 93
tento communi intellectu,*in l.in eos.ff.de custod.reorū*, quòd scilicet fugientes fractis carceribus,cùm à iure habeātur pro confessis,ideo puniantur eadem pœna delicti, pro quo detinebantur,vt per Doctores suprà relatos, *n.*7.si enim principalis carceratus sic pœna delicti,pro quo detinetur, punitur frangendo carceres:idem etiam & meritò dicendum videtur eadem pœna puniri eum, qui carceratum ex carceribus eximit,vel carceres frangit,vt aufugiat.Omnes enim videtur in eadem culpa,& paria sunt,quem delinquere,vel delicto causam dare,vt in specie argumentatur Berrazz.*cons.crimin.*35. *n.*17.*lib.*1.ideo & par pœna imponenda est. Verùm,cum,*vt supra.n.*8.22.*& seqq.* multò verius esse per apertas rationes demonstrauerimus pœnam hanc fracti carceris non esse confessati criminis,sed arbitrariam: ita etiam & arbitrariam esse crederem in eximente carceratum ex carcere,vel in carcerū effractore,vt carcerati aufugiant,& inter alias rationes suprà, vt dixi, adductas ea potissimùm me maxima mouet: fingamus enim quem esse detentū pro leuissimo crimine,pro pugnis,pro ludo,pro nō delatione luminis,pro delatione armorum, & similibus:eximēs vi istum carceratum pro leui delicto,vel carcerem frangens,vt ille aufugiat,eritne iuri consonum,vt non nisi ille leui pœna,quam merebatur is, qui fuit exemptus & aufugit,plectatur?Certè nō & acriùs multò refrænāda est audacia huius eximentis,& effractoris:pœnā ergo crederem arbitrariam,prout etiam credidit Ioan.Fab.*in* §. *pœnales.vers.Item aduersus*,*num.*7.*in fi.Instit.de actio.*& ita,si Iudex essem,obseruarem de iure communi. Secūdùm quod etiam videmus varias, & non vniformes pœnas huiusmodi eximentibus carceratos fuisse statutas:cùm eximens ex carcere raptorē pœna pecuniaria puniatur,*vt in auth.Vt omn.obed. iud.iuncto* §.*fin.* ex tradit. Alex.*d.cons.*35.*n.*41.*lib.*2. eximens autem reum magicæ,vel maleficæ artis pœna capitis plectatur, *l.fin. C.de malef.& math.m.* Et sic etiam secundùm ius commune pœna hæc videtur arbitraria,habito respectu ad crimen pro quo exemptus detinebatur.

Nec repugnat text.in quo cōmunis opinio fundatur, † vi- 94
delicet *in l.*1.*C.de his qui latro.*Nā ille tex.in primo respōso,

vnde

vnde Doctores sumunt argumentũ,loquitur non in eximente carceratos, vel in effractoribus carcerum, vt carcerati aufugiant, prout sunt termini ampliationis nostræ, sed in illis, qui occultant,vel associant delinquentes:& isto casu decidit ibi, quòd tales occultantes, & associantes puniuntur eadem pœna:vnde non inferẽdum ad casum fracti carceris,de quo nullum verbum in eo text. & nihilominus in secundo responso loquens ibi Imperator de receptatoribus, non eandem pœnam,sed arbitrariam fore imponendam statuit, dum dixit. *Et latrones quisquis sciens susceperit,& eos offerre Iudicibus supersederit,supplicio corporali aut dispendio facultatum, pro qualitate personæ & Iudicis æstimatione plectetur,prout iuris est.* Et quæ ibi per Imperatorem dicuntur in isto secundo respõso,magis applicari vidẽtur propositæ ampliationi,quàm quæ in primo illius textus responso deciduntur Nam pœna ista arbitraria erit,vt in eo textu,commensuranda non solùm qualitati personæ illius qui delinquentem suscepit, sed etiam æstimationi Iudicis,qui delinquentẽ in manibus habere procurabat:& eius iurisdictio fuit spreta,& turbata per receptatorem delinquentis, qui illum Iudici offerre non festinauit. Sic & in casu nostro per exemptionem carcerati factam ab eximente ex carceribus,dicitur spreta, & turbata iurisdictio Iudicis qui illum in carceribus detinebat,vt bene cõsiderauit Alex.*in d.cons.35.nu.4.in fin.vol.2.* & Ias.*in l.1.§.*quod Prætor 12.*vers. Si autem eximitur de facto.ff.ne quis eum, qui in ius vocat.*ideo pœna arbitrari debet & iuxta qualitatem personæ eximentis & iuxta æstimationem Iudicis,cuius iurisdictio turbata est:& sic textus ille satis contra communem nostram opinionem comprobare videtur.

95 Et † licèt non ignorem etiam in casu receptationis delinquentium multos Doctores per textum *in dicta l.1.C.de his, qui latron.* voluisse pœnam non esse arbitrariam, sed parem cum pœna,quam merebatur delinquens receptatus,vt videre est apud Gãdi.*in tit.de fur.& latron.n.15. vers.Solutio,&c.* Carrer. *in pract.in tertio tract.de homicid.§.post verum maleficium,n.15.* Iodoc.*in pract.sub rubr.de recept.delinquen.cap.134.num.2.* Gig.*de crimin.læsæ maiest.lib.3.rubr.1. de pœnis, quas filij incurrunt,q.20.num.1.*Foller.*in pract.crim.in 1.par.*
96 *2.partis,verbo,Banniuntur,num.10.* † Verior tamen est illorum opinio, qui ex isto casu pœnam esse arbitrariam dixerunt,ponderando verba textus *in dicta l.1.* vt præsertim ponderauit Menoch. qui & alios adducit concordantes *in suo tracta.de arbitr.quæst.lib.2. casu 348.num.2. & seq.* pluribus comprobat Marsil.*in suo consil.30.num.7.& seqq.& cons.47.*
* *num.7.&* 8. & est communis, * vt per Anton.Gomez.*var. resolut.tom.3.sub titul.de homicid.num.50.* vbi pariter allegat textum *in d.l.1. C.de his, qui latron.* & pluribus Doctorum authoritatibus hanc comprobat opinionem, de qua, Deo dante,latiùs dicam *infra,in 3.lib.sub titu.de mandat.auxiliat. & consult.* vbi particulariter reassumam materiam receptatorum bannitorum,& delinquentium. Sed hodie in Vrbe, & statu ecclesiastico hæc pœna est mortis, cum confiscatione bonorum, quia tales eximentes & carcerum effractores puniuntur vt rei læsæ maiestatis, per Bullam Sanctissimi Domini nostri Sixti V.de qua *infra.num.106.*& dixi pariter *infra q.32.num.65.* vbi posui de eximente captum ex manibus familiæ.

97 AMPLIA I. Hanc decimamtertiam ampliationem, † vt pariter puniantur non solùm effractores carcerum,vt carcerati aufugiant,vel alio modo eximentes carceratos ex carceribus:sed etiam fautores,instigatores,auxiliatores, vel cõsultores,vt videre est apud Alexand.*in dicto consil.35.n.4.in fin. lib.2.* Boër.*in sapius allegata sua decis.215.num.3.&* 4.vbi reprobando Baldum, qui contrarium dixit *in cons.200.vol.3.* plures adducit Doctorum authoritates ad comprobationem huius ampliationis, Claud.Battãd.*in sua pract.crim.reg.142. Carcerum effractores,in fin.n.*15.vbi de eo,qui instrumẽta ferrea ad euadendum, & frangendum carceres apta carcerato tradiderit, Menoch. *de arbit.quæst.lib.2.dicto casu 301. n.2.* Mascard.*de probat.lib.1.d.concl.266.num.*17.Bertazz.*d.cons. crim.35.n.15.in fin.& seqq.lib.1.* vbi pariter & de eo,qui instrumenta ad rumpendum apta carcerato subministrauerit.Ij námque cõsultores,auxiliatores instigatores,& fautores puniri videntur eadem pœna, qua puniendus erat carceratus aufugiens,per præallegata *supra,n.62.*& prout etiam sentire videntur Menoc.Claud.& Mascard.præcitati,sed verius est, vt dixi *supra, num.93.& seqq.* de iure communi eos Iudicis arbitrio iuxta facti,& personarum qualitatem esse puniẽdos, prout etiam videtur de mente Bertazz.*in d.cons.35.num.17. lib.1.*sed vigore Bullæ puniuntur, vt rei criminis læsæ maiestatis,per ea quæ infrà posui, *num.106.*

Et in specie † in opem præstante carcerato post carcerum 98
fracturam & fugam, & sic in illum domi suæ receptante, & occultante,quòd puniatur eadem pœna,per textum *in d.l.1. Cod.de his,qui latr.* apertè dixit Duen.*regul.393.Fugiens fractis carceribus,in prima ampliatione.* Sed veriùs dic, † quòd 99
non eadem pœna, sed arbitraria punitur, vt suprà probaui, *num.94.& seqq.* & hæc pœna arbitraria erit multò mitior, si receptans erat consanguineus ipsius receptati, vt in terminis tradit idem Duen.*dict.prima ampliatione,versicul. Quam ampliationem veram intelligo.* sequitur Burs.*cons.346.num.4.li.4.* & faciunt, quæ generaliter de cõsanguineo receptante bannitum consanguineum tradiderunt post glos. *in capit.felicis, in verbo,receptauerit,de pœn.in 6.* Ioan.Monac.*ibid. num.3.* Felin.*in cap.literas,num.20. de præsumpt. & in cap.cum quidam,num.11.de iureiur.* Blan.*in tract.de indic.& tor.n.202.* Gand.*in rubr.de fur.& latron.nu.13.& seqq.* Bonif.de Vital. *in rub.de recept.fur.n.4.&* 5. Gig.*in tract.de crim.læsæ maiest. lib.3.rubr.sina.q.10.num.5,* Marsil.*cons.119.num.15.vol.2.* Iod. *in pract.cap.134.in rub.de recept.delinq.n.4.* Anton.Gomez. *var.resolut.tom.3.tit.de homicid.n.50.vers.c. Item ad,* Menoc. *de arbitr.quæst.lib.2.casu 348.n.12.* Roland.*cons.45.num.46. & seqq.vol.1.*Hippol.Rimin.*cons.327.num.3.& seq.lib.3.& cons.245.n.53.& seq.eod.lib.* † Qui omnes cõmuniter * con- 100
cludunt, quòd receptans bannitum,seu alium delinquentem * consanguineum, punitur non ordinaria pœna, qua de iure receptatores huiusmodi puniuntur,sed mitiori: ergo & idem in coniuncto receptante coniunctum,qui ex carceribus fractis aufugit.

AMPLIA II.Eandem 13.ampliationem,† vt eximẽs car- 101
ceratum ex carcere,qui iam confessus,vel cõuictus,vel condemnatus erat,etiam circumscripta Bulla prædicta,& de solo iure communi incidit in crimen læsæ maiestat.& illius pœna tenetur,secundùm Bald.*in l.addictos,n.4.in fin. vers.Si autem aliquis,C.de Episc.aud.* vbi quòd si aliquis vadit ad carceres & liberat detentum,tenetur *l.Iuliæ maiestatis*, per text.*in l.nuptam,ff.ad l.Iul.maiest.l.voluit dicere.ff.ad l.Iul.de adult.* sed iste text.per Baldũ allegatus nõ facit ad propositũ,vt ex eius lectura clarè apparet: ideo meliùs hoc probat textus *in l.cuiusque,versic.Item qui confessum in iudicio reum,& propter hoc in vincula coniectum emiserit.*& ibi Bart.*eod.tit.ff.ad l.Iul.maiest.*& Bald.sequuti sunt Fab.*in §.pœnales quoq; actiones,vers. Item aduersus eum,post numerum 7.Instit.de action.* Ias.*in d.§. pœnales,n.104.vers. Si autem erat incarceratus pro causa criminal.* vbi loquitur in eximente non solùm confessum, sed etiam in eximẽte conuictum & condẽnatum.Ang.de Malef. *in verbo,Quòd fama publica præcedente,n.55.vers.2. Quæro:* ideo Ias.*in l.1.§. Quod prætor,n.12.vers. Aliquãdo quis eximit confessum & versic.Ista est vera & perfecta doctrina.ff.ne quis eum,qui in ius vocat.*Sali.*in l.vnic.n.31.C.de rapt.virgin.*Alex. *consil.35 post num.4.vol.2.* Marsil.*in tract.de bannit.in verbo, capti,n.8.vers.Si autem captus,* vbi loquitur in eximẽte condemnatum,cõfessum vel conuictum.Gigas *in tract.de crim. læsæ maiest.lib.1.rubr.qualiter, & a quibus crimen læsæ maiest. commit.q.58.in fin.n.*8.Maran.*disput.1.n.11.* Plot.*de in litem iuran.§.25.n.8.* Conrad.*in pract.tit.de carcer.n.20.in fin.fol. mihi 277.col.1.*Pet.à Placha.*in epit.delict.c.38.n.7.*vbi plures alios adducit concordantes,& testatur de frequẽtiori & magis recepta opinione,prout etiam de cõmuni * testatur Ant. * Gomez. *var.resol.tom.3.cap.2.rubr.de crim.læsæ maiest. nu.7. vers.Item etiam committitur istud crimen:*vbi in specie loquitur in eximente carceratum,cui probatum erat delictum vel per confessionẽ,vel per aliam legitimam probationẽ, Cyril. *in summ.crim.in 1.part.rubr.12.de custod.reor.§.2.n.2. vers. Sed quia aufert à carcere.* vbi loquitur in auferente à carcere condemnatum,vel mox condemnandum,vtputà quia de crimine erat confessus,Iodoc.*in pract.cap.18. rubr.de effractor. carcer.num.4.versic.sin crimini obnoxium.* vbi pariter loquitur de extrahente carceratum, aut confessum, aut testibus conuictum, dicítque quòd talis extrahẽs capitaliter punien-

dus est,prout etiam vltimo supplicio afficiẽdum esse dixit in proposito Claud.Battand.*in sua pract.crim. reg.*142. *Carcerũ effractores,n.*12.Ioan.Berber.*in pract.*1.*par.rub.*25.*de effract. car.gr.n.*5.Bursat.*cons.*216.*n.*5.vbi etiam de communi,*alios refert Bertaz.*cons.crim.*35.*nu.*25. & ibi Clau.filius *in addit. litera D*,Decian.*in tract.crimin.tom.*2.*lib.*7.*cap.*11.*num.**.*& num.*13. vbi ampliat in reo eximente eum qui iussu Iudicis sub fida custodia tenebatur,& licèt idem Bertazz.*in d.n.*15. videatur sentire quòd text. *in d.l.cuiusque, ff.ad l.Iul.maiest.* debeat intelligi de eximente captum ex manibus familiæ, non autem carceratum ex carcere,& quòd ita etiam videntur illum textum intelligere præcitati Doctores : veritas tamen est,quòd Doctores prælati communiter* loquuntur & in specie in eximente carceratum ex carcere,& ita illũ text. *in d.l.cuiusque*, communiter interpretantur de coniecto in vinculis, hoc est,in carcere, & ante istos bene declarat Lucas de Penna *in l.quoties,num.*1.*C.de exact.tribut.lib.*10.vbi loquitur in eximente non solùm cõdemnatum:sed etiam confessum & conuictum, ea ratione,quia confessus & cõuictus licèt non actu,tamen in spe,dicitur iudicatus & condemnatus;& faciunt quæ infr.adnotaui *in quæst.*31.*num.*2.*& seqq. de eximente captum ex manibus familiæ.*

102 LIMITA I.Præcedentẽ secundam ampliationem, † quia ad hoc vt eximẽs carceratum ex carcere teneatur lege Iulia maiestatis,non solùm requiritur, vt præfertur,quòd ille carceratus sit vel confessus,vel conuictus,vel condemnatus,secundùm communem , de qua testatur Bursat. *d.cons.*216. *num.*5.*lib.*2. cum aliis nuper allegatis,sed etiam quòd sit detentus pro crimine capitali,aliàs secus, secundùm Ant.Gom. *varia.resolut.tom.*3.*cap.*3.*rubr.de crim.læsæ maiest.n.*7.*vers.*3. *limita.* vbi licèt hoc fundare videatur non solùm in illis legibus particularibus Hispaniæ, idem tamẽ etiam esse de iure communi præsupponunt Bursat.*d.cons.*216. *sub num.*5.*vol.*2. vbi concordantes allegat,& Claud.Bertazz.*ad consilium patris crimin.*35.*litera D*,*vol.*1. Nec dissentire videtur Ias.*in d.l.*1.*§.quod Prætor, num.*12. *vers.Aliquando eximit reum*, vbi propterea infert ad eximentem reum magicæ artis, dicitque talem eximentem puniri pœna capitis *per l.fin. C.de male.& mathem.* Marc.Anton.Eug.post hæc scripta habitus , *in suo cons.*31.*num.*31.*lib.*1.vbi quòd læsæ maiestatis pœna nõ habet locum , nisi exemptus fuerit ad mortem damnatus,& sic præsupponit & ipse crimen capitale , licèt bene verum esse crediderim:quia si quis eximat carceratum dolo & malo animo offendendi principis maiestatem, tunc eiusdem criminis pœna intret,pro quocunque crimine,pro quo exemptus detineretur,ad trad.per Decian. *in tract.crim.tom.*2.*lib.*7.*c.*11. *num.*12.*ad fin.vers.Quare concludo iuncto num.*6.

103 LIMITA II.Quia† ad hoc,vt dicta pœna legis Iuliæ maiest.locum habeat,non solùm necesse est, vt crimen pro quo exemptus detinebatur , sit capitale, sed etiam quòd sit læsæ maiestatis,aliàs secus vt per gl.*in d.l.cuiusque, in verbo,reum, ff.ad l.Iul.maiest.*Luc.de Penna *in d.l.quoties, nu.*1.*vers.Verum credo,C.de exact.tribut.lib.*10. Ioan.Berber.*in sua pract.* 1.*par.rub.*25.*de effractor.carcer.sub n.*5.*ver.Quod est verum,* Bursat.post Chassaneum , quem allegat,*d.cons.crim.*216.*sub n.*5.*lib.*2. [est de mẽte Cacherani *in cons.*65.*n.*17.*ver. Cum,* * *vt inquit Brunus, lib.*1.] & communem * esse testatur Ant. Gom.*vbi sup.d.c.*2.*n.*7.*versic.quod primò notabiliter intellige.* vbi tamen affirmat de iure communi text. illum *l.cuiusque*, locum habere etiam in eximẽte carceratum confessum, vel condemnatum,vel conuictum pro quocunq; crimine,etiam quòd non sit læsæ maiestatis , dummodo sit capitale, & hæc opinio forsan etiam verior est per ea , quæ in simili de eximente captum ex manibus familiæ dixi *infra quæst.*32.*nu.*4. vbi vide,& dixi etiam *in præceden.limi.num.*2.*in fin.*

104 LIMITA III.Eandem secundam ampliationem, † vt ad hoc quòd per eximẽtem incurratur crimen læsæ maiestatis, necesse sit vt ille carceratus exemptus fuerit captus de mandato alicuius Iudicis supremi Principis,videlicet Põtificis,Imperatoris,vel Regis:secus si in Iudicibus alterius inferioris,vt per Fabr.*in §.pœnales,vers. Item aduersus eum,post n.*7.*Instit. de act.*Ias.*in d.§.pœnales,n.*107.vbi tamen dubitat de hoc dicto Fab.Bursat.*d.cons.*216,*n.*5.*ver.Quod etiã intelligitur,lib.*2. vbi pro dicto Fabri allegat Chass. *in consuetud. Burgun.rub. Des iustices,pag.mihi* 19,*n.*68.*& pag.*77.*n.*34 Nec dissentire videtur Ant.Gomez.*vbi supr.var.resol.tom.*3 *cap.*20.*ubr.de crim læsæ maiest.n.*7.*vers.Secundo limita*,vbi tamẽ hanc quæstionem affirmat pendere à resolutione alterius quæstionis, an scilicet crimen læsæ maiestatis committi etiam dicatur aduersus Principem inferiorem , de qua nos dicemus *infra, lib.*3.*sub tit.de crim.læsæ maiest.*Sed pro limitatione addo Fab. à Montel.*in sua praxi arbitrali, in* 4.*part.fol.mihi* 315. *num.* 1025.Decian.*in tract.crim.tom.*2.*lib.*7.*cap.*11.*num.*8.

Habes itaque ex hac secunda ampliatione ad 13.principalem ampliationem,sic vt suprà declarata, † quòd licèt pœna 105
eximentis carceratũ ex carcere non sit capitalis & vltimi supplicij,sed mitior & arbitraria,vt suprà probaui, *nu.*93.*& seqq.* quando tamen eximitur ex carcere aliquis, qui sit confessus, vel conuictus,vel condemnatus de crimine capitali,tũc imponitur pœna mortis, & vltimi supplicij , cum, vt præfertur, 106
isto casu dicatur commissum crimẽ læsæ maiest. † Quod tamen intellige effectu sequuto & sic exempto carcerato : secus exemptione non sequuta,& nõ emisso, vel extracto carcerato,vt per Bertaz.*d.cons.*35.*sub num.*25.*vol.*1.& facit vulgata conclusio,quòd de generali consuetudine affectus non punitur eadem pœna effectu non sequuto.

SVBLIMITA Præcedentes limitationes,vt procedant de iure cõmuni, sed in Vrbe, & statu ecclesiastico habemus vltimo loco Bullam sanctissimi Pontificis Sixti V. editam , eius Pontificatus anno primo, contra bannitos, homicidas,latrones,&c. in qua tanquam reos læsæ maiestatis & rebelles puniri mandat eos omnes,qui carcerem, aut aliam quamcunq; custodiam effregerint, inuaserint, aut quoquo modo violare tentauerint, siue ad hoc homines, vel arma, aliáve ministrauerint,siue aliàs auxilium, consilium, vel fauorem palàm vel in occulto per se, vel per alium,seu alio quoquo modo præstiterint seu præstari permiserint. Cõsidera igitur in hoc Bullæ dispositionem,& illam serua,quicquid in contrarium vel diuersimodè,vt suprà dixi,ius commune disponat.

AMPLIA III. Dictam decimamtertiam principalem am- 107
pliationem,† vt non solùm vt suprà,puniatur eximẽs detentum pro causa criminali , sed etiam detentum pro debito ciuili : is namque eximens debitorem ex carcere tenetur soluere de proprio debitum creditoribus,non aliter ac si fuisset ipsius debitoris fideiussor,*Cod.de exact.tribut.lib.*10.vbi licèt *glo.in verbo,crediderit* , videatur restringere illum textum, vt loquatur in eximente ex carcere debitorem fisci , ex lectura tamẽ illius textus apparet,quòd immò loquitur etiam in eximente debitorem alicuius priuati, & post Bart.ibi sic expressè declarat Io.Faber *in §.pœnales, versic. Item aduersus,nu.*7. *Instit.de act.*Ias.*in d.§.pœnales,num.*104.*& in l.*1.*§.quod Prætor,num.*12.*versi.Si autem eximitur aliquis de facto,ff.ne quis eum,qui in ius voca.* vbi & aliam reddit rationem, quia scilicet nunquam cẽsetur aliquid speciale esse statutum in fisco; nisi lex illud pro speciali exprimat & dicat, *l.item veniunt,§. in priuatorum,ff.de pet.her.*sequitur Boër.*decis.*217,*num.*13. *vers.Nec puto speciale,* Clau.Battan. *in sua pract.crimin.reg.* 142.*Carcerum effractores,nu.*13.vbi alia adducit iura,Menoc. *de arbit.q.lib.*2.*casu* 301.*n.*23. Masc.*de prob,lib.*1.*concl.*266. *num.*18. Addo [& Mar.Ant.Eug. post hæc scripta habitum *in cons.*31.*num.*31.*lib.*1.Item addo] Plot.*in l.si quando,C.unde vi,in tract.de in litem iuran.§.*25.*n.*6.*& 7. † vbi ampliùs, 108
quòd isto casu datur creditori contra eximentem iuramentum in litem, & ibi testatur de cõmuni opinione, quam ampliat procedere, etiam quòd plures sint eximentes:nam tunc quilibet ipsorum tenetur in solidum,& contra quemlibet ex ipsis iurari potest in litem, & nihilominus ille, qui est exemptus,adhuc remanet obligatus , *l.pen.§.in eum.& §.hoc iudicium, ff.ne quis eum,qui in ius voca.vi exim.* vide quæ dixi in simili,de eximente debitorem ex manibus familiæ *infr.quæst.* 32. *num.*8.*& seqq.* & adde pro hac eadem ampliatione Dec. *in tract.crim.tom.*2.*lib.*7.*cap.*11.*num.*3.*in fin.*

AMPLIA I.Hanc tertiam ampliationem,† vt eximẽs de- 109
bitorem ex carcere, teneatur ad debitum,etiam quòd reuera exemptus nõ esset debitor,& isto casu eximẽti non datur facultas probandi,quòd ipse exemptus non erat debitor,vt per Angel.*in l.sed si eximendi, §.item si quis,in fi.ff.ne quis eũ,qui in ius voca.*Cæpol *cons.*14.*col.*3.*in fi.n.*13.*ver.Quia ad hoc vt illa pœna,*Marst.*in pract.crim.§.attingam,n.*48.*& in rubr.ff.de fideiuss.sub n.*150.*vers.sed contra prædicta,*Io.de Anan.*cons.*55. *in fin.*

*in fin.*Iaſ.*conſ.*27.*num.*1.*lib.*3.& hos ſicut ſuprà allegatos refert etiã & ſequitur Menoch.*de arbit.q.lib.*2.*caſu* 301.*n.*23. Maſcard.*de probat.lib.*1.*concl.*166. *num.*18. Addo & Boër. *deciſ.*217.*nu.*13.*in fin.verſ.Quinimò etiam tenetur liberans.* Boſſ.*in tit.de carcere, n.*17.*verſ. Nec poteſt eximens allegare.* Plot.*de in lit.iuran.d.*§.25.*n.*6. vbi quòd eximẽs captum debitorem,tenetur ad debitum aſſerenti ſe creditorem,licèt reuera creditor non ſit, ac etiam quòd ſit in calumnia, & non ſolùm tenetur ad illam ſummam,pro qua debitor eſt carceratus, ſed etiam ad illud, vltra quod idem creditor in litem iurauerit,ex quo iſto caſu non conſideratur calumnia iurantis,nec habetur reſpectus ad intereſſe,cùm tendat ad meram pœnam & vindictam. Et ita poſt Alex.Iacob.But.Sali.Ang. & Fulgoſ.*in d.l.ſed eximendi,*§.*item ſi quis.ff.ne quis eum,qui*
* *in ius voca.* teſtatur eſſe cõmunem * Doctorum opinionem. Vide quæ in ſimili *infrà dixi, q.*32.*n.*11.*& ſeqq.* vbi de eximente debitorem captum ex manibus exequutorum.

110 LIMITATVR Hæc prima ampliatio, † vt non procedat vel quando notoriè conſtat debitorem carceratum & exemptum fuiſſe iniuſtè carceratum, vel quando eſſet nõ ritè carceratus: his enim duobus caſibus eximẽs non tenetur ad debitũ,vt primò poſt Bart.& Alex.quos allegat,ſcripſit Menoc. *de arb.q.lib.*2.*caſu* 301.*nu.*24. & de ſecundo ſcripſit Boſſ.*in tit.de carcere,n.*17. ibi, *vbi ſaltem eſſet ritè captus vel capiendus,& in tit.de captura,n.*7.*in primis verbis,& paulò infrà in ver.verum loquitur,vbi ſaltem ritè erat detentus,&c.* & ante Boſſium,Marſil.*in rub.de fideiuſſ.d.n.*150.*ver. Sed contra pariter de ritè capto loquitur*:ergo ſecus in non ritè capto,& faciunt quæ infrà generaliter dicam de eximente iniuſtè detentum ex cauſa criminali,*n.*113.& de eximente captum debitorem ex manibus familiæ,*infrà q.*32.*n.*12.*& ſeq.*

111 AMPLIA II.Eandem tertiam ampliationem † vt in tantum eximens debitorem ex carcere teneatur creditori de ſuo proprio ſoluere debitum, quòd ſi idem debitor exemptus & fugitiuus iterum capiatur, & ad carceres reducatur, non per hoc liberatur is,qui eum fugere fecerat,quin pro eo dictum debitum ſoluere teneatur: ſic enim per text.*in d.l.quoties*,& ibi gl.*C.de exact.tribut.lib.*10.& poſt Sal.Rom.Bar.Bal.Ang. Caſt.& Iaſ.quos allegat,optimè & ratione comprobat Boër. *d.deciſ.*217.*nu.*12.*& ſeq.* idem Iaſ.*in l.*1.§.*quod Prætor,n.*12. *verſ.Imò probat ſingulariter.ff.ne quis eum,qui in ius voc.*Menoch.*de arbitr.q.lib.*2.*caſu* 301.*in fin.*Hieron.Magon.*deciſio. Lucen.*90.*num.*4.*part.*1.Maſcard.*de probat.lib.*1.*d.concl.*266. *n.*19.ex quibus apparet,hãc ampliationem à Doctoribus eſſe
* communiter * receptam, licèt contra eam multa conſideret idem Boër.*d.deciſ.*217.*n.*14.*& ſeq.* vide *in ſeq.q.*31.*n.*62.*& ſeqq.* vbi etiam quid ſi exemptus erat detentus non pro debito ciuili, ſed pro cauſa criminali,*& infra,q.*32.*n.*14. vbi de eximente debitorem ex manibus familiæ.

112 AMPLIA III.Dictam tertiã ampliationem,vt † vltra debitum,ad quod eximẽs carceratum debitorem ex carcere tenetur creditori, videatur etiam puniendus criminaliter aliqua alia pœna arbitraria, ſaltẽ pecuniaria, prout dicit Claud.Battand.*in pract.crim.reg.*142.*Carcerum effractor.nu.*14. *& ſeq.* vbi quòd vix hodie fieret,quin iſte eximens debitorẽ ex carcere mulctetur ſaltem aliqua pecuniaria pœna,cùm commiſiſſe videatur crimen,quod rebellionis vſurpatæ iuſtitiæ ſpeciem habet, & idem in ſubſtantia ante Claudium ſenſiſſe videtur Iaſ.*in d.l.*1.§.*quod Prætor, n.*12.*verſ.Si autem eximitur de facto.* vbi pariter dicit, quòd ex quo de facto eximere eſt turbare iuriſdictionem Iudicis,idcirco poteſt eximens pecuniariter mulctari, ſecũdùm poteſtatem & iuriſdictionem Iudicis, *per titulũ.ſi quis ius dic.non obtempe.*vel etiã poſſe extra ordinẽ Iudicis arbitrio puniri, *per l.*1.§.*effract.ff.de effractor.* & Iaſon.*vbi ſup.*refert & ſequitur Boſſ.*in tit.de captura,n.*7. Faciũt dicta per Lucam de Penna,*in l.quoties,n.*1.*C.de exact. tributorum,lib.*10.vbi dixit,quòd pœna,de qua *in d.l.quoties,* habet locum, quando ciuiliter agitur contra eximentem, at quando criminaliter,alio modo,vt ibi per eum.Nec diſſentit idem Boſſ.*in tit.de carcer.n.*17. vbi quòd eximẽs debitorem ex carcere, tenetur ciuiliter & criminaliter, ex Alber. quem allegat *in rubr.ff.ne quis eum, qui in ius voca.* vbi notabiliter dicit,quòd eximẽs per vim debitorem ex carcere,non ſolùm tenetur, vt *in l.quoties,C.de exactor.tribut.lib.*10. verùm etiã tenetur pœna legis Iuliæ de vi priuata, ſi ſine armis: ſi verò cum armis,de vi publica, vt *toto tit.ad l.Iul.de vi publica, & priua.*& licèt Bald.*in d.l.addictos,in fin.C.de Epiſcop.audien.* cùm generaliter loquitur, videatur ſentire quòd eximẽs debitorẽ ex carcere,teneatur pœna legis Iuliæ maieſtat.hoc tamẽ non eſt verum de iure communi,niſi in caſibus ſuprà numeratis,*n.*101.*& ſequentib.*prout etiam animaduertit Iaſ.*in dicto* §.*pœnales,n.*105.*Inſtit.de actio.*ſed bene tenebitur alia pœna, vel pecuniaria, vel corporali, Iudicis arbitrio, iuxta facti & perſonarum qualitatem per ſuprà allegata:quibus addo Dec. *in tract.crim.tom.*2.*lib.*7.*c.*11.*n.*3. vbi quòd iſto caſu eximẽs tenetur pœna arbitraria, ex Alex.*in conſ.*35.*n.*4.*in fin.lib.*2.

Sed in Vrbe & ſtatu eccleſiaſtico,vigore Bullę ſanctiſſimi Domini noſtri Sixti V. de qua feci mentionem *ſuprà,n.*106. quę generaliter loquitur,nulli dubium,quod eſſet pœna criminis læſæ maieſt.etiam iſto caſu,ad quod vide quæ in ſimili dixi *infra,in quæſt.*32.*n.*6. *& ſeq.de eximente captum ex manibus ſatellitum,* vbi videbis etiã circumſcripta Bulla pœnam hanc poſſe imponi corporalem,nedum pecuniariam.

LIMITA I. Propoſitam 3. ampliationem, in qua dixi & probaui *ſupr.n.*32.*& ſeqq.* † eximẽtem reum detentum pro 113
cauſa criminali ex carcere, puniendum eſſe pœna arbitraria, vt non procedat,quando exemptus erat iniuſtè detẽtus:tunc enim eximentem nullatenus puniri ſcripſerunt Boſſ. *in tit.de captura,n.*4.*&* 5. vbi infert ad captũ & carceratum ſine vlla informatione præcedente, dicitque hunc ſic indebitè carceratum non ſolùm eſſe dimittendum & reſtituẽdum priſtinæ libertati, ſed etiam quòd quilibet priuatus poteſt illũ ex carcere eximere,per text.*in l.*1.§.*Oſtilius,& §.fin.cum duabus legibus ſequentib.ff.ne quis eum, qui in ius vocat.& num.*7. vbi poſt Iaſonẽ,quem allegat,teſtatur de cõmuni*opinione,ſub- *
dẽs pariter quòd ex quo eximens indebitè detẽtum non deliquit,per iura præallegata,idcirco nec criminaliter,nec ciuiliter tenetur,& idem repetit *in tit.de carcere, poſt nu.*15.*verſ. teneo tamen,& n.*17.*verſ.ſed ſi capturi,*Clar.*in pract.*§.*fin.q.* 29.*verſ.Sed quid ille,* Menoc.*de arbitr.q.lib.*2.*caſu* 301.*n.*24. vbi tamen loquitur,quando notoriè conſtat de iniuſtitia carcerationis, & ante iſtos ita etiam loquitur Luc. de Penna *in l.quoties,num.*1.*in fin.C.de extraor.trib.lib.*10.vbi pulchrè in propoſito dicit, quòd quando certum eſt, quem iniuſtè per Iudicem detineri,tale iudicium ſimile eſt violẽtiæ latronum: ideo poteſt impunè ex carcere eripi, vt ibi per eum,qui pluribus ſacrarum literarum authoritatibus id comprobat, Roland.*conſ.*40.*num.*13.*volum.*4. & ante iſtos hoc idem tradiderunt Alex.*in l.ſed eximendi,n.*2.*& ſeqq.ff.ne quis eum, qui in ius voca.*Soc.*in l.*1.*n.*11.*&* 12.*ff.eo.*& alij,quos in propoſito refert & ſequitur Franc.Beccius, *conſ.*44.*poſt n.*11.*verſ.& loquitur Alex.lib.*1.Nec diſſentit Bertaz.*d.conſ.*35.*ſub num.* 32.& ibi in addit. Claudij filij,litera B,faciunt quæ in ſimili ſcripſi de eximente ex manibus familiæ indebitè captum, *infra quæſt.*32.*num.*66.*&* 67.

Et licèt cõtra hanc limitationem plures ſentiẽdo dixerint 114
carceris iniuſtitiam minimè ſuffragari eximenti, quin debita pœna puniatur reſpectu fiſci & criminaliter, vt videre eſt apud Alex.*in d.conſ.*35.*poſt n.*4.*verſ. In aliis autem caſibus, lib.*2.& apud relatos per Menoc.*de arbitr.quæſt.caſu* 301.*poſt n.*16.*& ſeq.lib.*2.& Maſcard.*de proba.lib.*1.*concl.*266.*n.*16.

Qui vnanimes iſto caſu ampliùs dixerunt, eximẽtem eſſe 115
puniendum non inſpecto fine,ſed ſola accuſatione & imputatione conſiderata illius qui fuit exemptus: à quibus nec etiã diſſentire videatur Decian.*in tract.crim.tom.*2.*lib.*2.*c.*11. *n.*2.*in fin.*præterquam quando iniuſtitia detẽtionis eſſet notoria,& damnum eſſet irreparabile, nec poſſet ad Principem haberi recurſus,vt ibi per eum,*num.*15. & Alb. *in l.*1.*in fin. verſ. Sed licèt non puniatur.ff ne quis eum,qui in ius voca.* dixerit, etiam quòd licèt eximens eum, qui in ius vocari non debebat,non puniatur illo edicto, *ne quis eum, qui in ius vocatus eſt,vi eximat,*punitur tamen de violentia illata per leg. Iuliam de vi publica & priuata. † Imò ſecundùm Berb.*in ſua pract.part.*1.*rubr.*25.*de effract.carce.n.*7.quem etiã ſequutus eſt Iod.*in pract.cap.*18.*de effract.carcer.n.*4. quicunque carceres fregerit, vt aliquem intrò exiſtentem & detẽtum liberet,in quinquenniũ relegatur ſeu bãnitur,etiam quòd exemptus eſſet innocẽs,& immunis à crimine, pro quo detinebatur, *per l.*1.§.*item effractores,ff.de effract.* ergo iniuſtitia carceris & innocentia extracti extrahentem non excuſat.

116 Non per hoc tamẽ recedas à proposita limitatione: † nam vt bene animaduertit Bertazz. *d. cons.* 35. *nu.* 30 *lib.* 2. ea quæ scribit Menoch. *in loco citato*, quẽ etiam sequutus est Mascar. * *in d. concl.* 266. *n.* 16. non sunt cõmuniter * recepta à Doctoribus, prout est recepta proposita limitatio ex Ias. & Dec. suprà allegatis, imò Alex. per Menoc. allegatus *in l. sed eximen-*
117 *di*, §. *item si quis*, *ff. ne quis eum, qui in ius voc.* † dicit contrarium eius, ad quod allegatur, vt suprà, pro contraria opinione illũ induxi. Nec obstant scripta per Berb. & Iod. *vbi suprà per l.* 1. §. *item effractores*, *ff. de effractor.* dum volunt eximentẽ teneri, etiam quòd exemptus innocẽs sit: nam dato quòd text. *in d.* §. *item effractores*, probet eorũ conclusionem, non tamẽ ex ea est inferendum ad eximentem non ritè detentũ, prout sunt termini propositæ quæstionis. Nam, vt infrà demonstrabo *in prima principali limitatione*, aliud est esse innocẽtem, & aliud non esse ritè carceratum, cùm possit esse quòd quis sit innocẽs, & tamen ritè carceratus: & è cõtrà pariter potest esse quòd quis non sit ritè carceratus, & tamen sit culpabilis. Ad hoc igitur vt iniustitia carceris eximentem excuset, non attenditur, an carceratus sit nocens, an innocens de delicto, pro quo detinebatur, sed an ritè & iustè respectu ordinis à iure requisiti fuerit carceratus, & secũdùm hos terminos debent intelligi tradita per Doctores, volentes non puniri eximentem iniustè detentum, & sic non obstabunt per Berberium & Iodocum & remanebit firma proposita limitatio.

LIMITA II. Dictam decimamtertiam principalem am-
118 pliationẽ † non procedere in eximente carceratum ex aliqua colorata causa, vtputà si filius patrẽ eximat, vel ecõtrà, is enim videtur excusandus saltem à pœna ordinaria, ratione maximę affectionis, quam temperare difficile est, & bene probat Dec. *in tract. crim. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 11. *nu.* 9. & in simili vide alium casum, quem post Paridem de Puteo, Florian. & Plat. Rub. in locis per eum allegatis, ponit Anton. Gomez. *variar. resolut. tom.* 3. *capit.* 10. *rubr. de captur. reor. n.* 2. quando scilicet vxor, quæ nimis maritum suum amat, mutatis vestibus, industria & calliditate illum carceratum pro graui delicto eximit & extrahit ex carcere, imponendo ei suas vestes muliebres, & sumendo sibi proprias eiusdem mariti vestes, & remanendo in carcere loco mariti: nam attenta obedientia quam debet marito, in tantum quòd sub ipsius potestate cõstituta videtur, & attento intenso maximo amore, quem habet erga dictũ maritum, videtur excusanda saltem à pœna ordinaria, argumẽt. text. *in l. liber homo, la seconda, ff. ad l. Aquil. in l. si is, qui puteum*, §. *si tutoris ff. quod vi, aut clam*, sed multò cautiùs & prudẽtiùs fecit temporibus nostris, & nondum lapsus est annus, quædam mulier, quæ absque eo quòd in carceribus remaneret à pluribus aliis mulieribus associata, & habens secũ aliam vestem muliebrem panno inuolutam, fingens velle visitare suum virum, tunc carceratum in curia de Sabellis, ipsiq; accõmodata illa muliebri veste, quam ad hunc effectum secum gesserat: vir sic muliebri habitu indutus immiscens se & cum vxore, & cum aliis mulieribus, quæ ipsum visitauerant, cancellos cum dictis mulieribus egressus est, & ex carcere euasit cum maxima & ridiculosa omnium admiratione, postquam res fuit patefacta. Vide *infra*, *quæst.* 32. *num.* 70. *in tertia principali limita.* & rursus *infra*, *in secũda part. in tit. de pœn. tẽper. quæst* 97. *num.* 151. & sic habes in hac 13. principali ampliat. declaratam materiam eximentis carceratum ex carcere: sed quid de eximente captum non ex carcere, sed ex manibus familiæ birroariorum, dicam *infra in q. abhinc* 2.

119 AMPLIA XIV. Regulam suprà positam, *n.* 34. † vt procedat nedum in laïco, sed etiam in clerico: & sic non solùm de iure ciuili, sed etiam de iure canonico puniendus est effractor carcerum: cùm enim certum sit, quòd clericus possit deponi pro quocunque capitali crimine, *vt in capit. si Episcopus*, 50. *distin.* cum aliis adductis per Folle. *in pract. crim. canon. c.* 36. Crimen autem fracti carceris negari non possit, quin sit capitale, *l.* 1. *in prin. ff. de effract. l. milites agrum*, §. *cius qui ff. de re milit.* idcirco clericos facto carcere fugiẽtes esse deponẽdos, & data perseuerãtia in enormitatibus posse tradi curiæ seculari, iuxta terminos *capit. cùm non ab homine, de iudic.* scripsit in specie Fab. à Monteleone *in sua pract. arbitr. part.... n.* 859. *fol. mihi* 278. *in princ.* Ignat. Lopez. *in addit. ad Diaz. in pract. crimin. canon, capit.* 25. *in verbo, Incarcerati, ad fin. versic. Non tamen omittam*, ex Abbate, quem allegat, *in cap. a nobis, in fin. de apostat.* Nec dissentit Io. Berber. *in pract. part.* 1. *rubr.* 25. *de effract. carcer. in fin. n.* 9. vbi dixit, quòd licet de iure canonico non reperiatur statuta certa pœna effractoribus carcerũ, nihilominus per generalitatem regularum, de quibus *in c. at si clerici, & in d. c. cum non ab homine, de iudi. & in cap. de pœn.* poterit ecclesiasticus Iudex ad instar regularum ciuilium, qualitatibus personarum & delictorum pẽsatis punire, & pœnam depositionis infligere, per no. *in cap. ex literis de excess. Prælat.*

LIMITA I. Huius quæstionis regulã suprà positã, *d. n.* 34.
† vt non procedat in iniustè carcerato, is nãmque sine metu 120
pœnæ potest carceres frangere, & inde aufugere, glo. *in cle. pastoralis, in verb. per violentiam*, & ibi Doct. *ff. de sent. & re iudic.* Bart. *in l. vis eius, C. de proba.* Soc. *in l. 1. n. 13. ff. ne quis eum*, qui Alex. *in l. sed si eximendi*, §. *si quis, circa fin.* & ibi Iacob. de S. Georg. *num.* 3. *ff. eod. tit. ne quis eum, qui in ius voca.* Marsil. *in pract.* §. *diligenter, n.* 50. *vers. Nam hoc non credo, & in* §. *attingam, nu.* 37. *vers. Item intellige*, Ripa *in l. admonendi, n.* 171. *ff. de iureiur.* Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de indic. & tortu.* §. *tertium indicium est, n.* 36. Cyrill. *in summ. crim. particul.* 1. *sub rub.* 12. *de custod. reor.* §. *fin. num.* 5. Foller. *in pract. crim. in* 4. *part. tertiæ partis, verbo, etsi confitebuntur, num.* 50. Boër. *decis.* 215. *n.* 30. *vers. Et istud vltimum verum est.* Grãmat. *consil.* 51. *n.* 6. Neuiz. *cons.* 61. *n.* 37. Sylu. de Arcer. *cons. crim. diuers.* 71. *n.* 17. *vol.* 2. *in fol.* Hippol. Riminal. *cons.* 82. *n.* 1. *& seq. Inter eadem cons. crim. eod. vol.* 2. Duen. *reg.* 393. *Fugiens fractis carceribus, in* 4. *limitat.* Tiraq. *in tract. de vtroque retractu, in præfat, n.* 68. *vers. & in simili quoque dicitur*, Fab. à Mõteleone *in pract. arbitr. part.* 4. *rubr. iurium censura contra fugientes à triremibus vel carceribus, num.* 830. *fol. mihi* 278. Boss. *in tit. de carce. n.* 5. *in fin. vers. Est tamen semper intelligendum, & in tit. de carce. fideiuss. rela. n.* 48. *ver. Et vbi esset iniustè detentus*, Couar. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 11. *post ver. tertia species*, ibi, *imò hanc fugam non esse à Iudice puniendam, &c. & n.* 12. *& n.* 13. *ad fin. ver. Ex quib. etiam id constat*, Menoc. *de arb. q. casu* 301. *nu.* 14. *lib.* 2. *& in tract. de præsumpt. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 43. *& n.* 49. Bertaz. *cons. crim.* 35. *n.* 33. *lib.* 1. & comprobatur hæc limitatio exemplo beati Petri Apostoli, qui, vt legitur in Actis Apostolorum, per Angelum Domini fuit à carceribus liberatus, in quibus per Herodem iniustissimè detinebatur, de communi** testatur Rolan. *cons.* 7. *n.* 46. *& seq. vol.* 1. *& cons.* 40. *n.* 16. *vol.* 4. Clar. *in pract.* §. *fin. n.* 21. *sub ver. Tertio autem modo*, ibi, *Sed quando fuit indebitè, &c.* Bonacos. *in comm. opin. crim. part.* 1. *fol.* 21. *col.* 1. *in fin. ver. carceres frangens*, Mascar. *de proba. lib.* 1. *concl.* 266. *n.* 26. *& concl.* 820. *n.* 16. *lib.* 2. Seraphi. de Seraph. *in suo tract. de priuileg. iurament. priuileg.* 132. *num.* 1. vbi affert exemplum S. Petri Apostoli, *de quo supra.*

AMPLIA I. Hanc primam principalem limitationem, † vt 121
procedat nõ solùm in foro fori, sed etiam in foro poli: si enim putà quis iniquè ad mortem damnatus aliter non valet mortis condemnationem euadere, quam effringendo carceres aufugere, poterit vtique etiam sine peccato, & sic etiam in foro conscientiæ & foro poli & carceres frangere, & vincula rumpere, & quicquid inde sequutum fuerit, ei minimè imputabitur, cum licitum sit iniquis Principibus & Iudicibus, iniquæve eorum sententiæ resistere, quando aliter mors euitari non potest: sic ex diuo Thoma, Arch. Alex. Ruin. & aliis, quos allegat pulchrè infert Couar. *var. resol. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 12.

Et isto casu † nõ solùm fugiendo nõ peccat, verùm etiam 122
non fugiẽdo, si potest, peccat, quia tenetur fugere, & non debet expectare iniquam Iudicis cõdemnationem, vt per eundem Couar. *var. resol. d. cap.* 20. *num.* 9. *post medium, vers. Nam captus à Iudice, & n.* 10. *vers. Septima his animaduersis.* vbi ex diuo Thoma, quem allegat, hanc adduxit rationem, quia scilicet manens in carcere, à quo deducendus est ad mortem, si cùm primùm fugere potest, nõ fugit, sui ipsius homicida est, quia facit id, ex quo sequitur mors. Idẽ Petrus à Placha, qui de communi* testatur, & alios adducit cõcordantes, *in epit.* * *delict. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 6. quos pariter refert & sequitur Clar. *in pract.* §. *fin. d. q.* 21. *sub eod. vers. Tertio autem modo. post medium.*

Et † iniustè detẽtus non solùm peccat, si nõ aufugit, cùm 123
possit, sed etiã punitur, prout argumento text. *in l. non omnis*, §. *qui captus, ff. de re milit.* scripserunt Luc. de Pẽna *in l. prohibitum. n.* 11. *col.* 2. *vers. quinimò capite punitur, C. de iure fisci, lib.* 10. Paris de Put. *in tract. de synd. in verb. resistentia, capit.* 1. *ante n.* 6 *fol. mihi* 279. *in fi.* Mars. *in pract.* §. *attinga, n.* 42. *& in tract.*

*tract.de bann.in verb.carcerati,num.*44. Conr.*in pract.tit.de carcerat. n.*16.*vers.Secundò amplia,fol.mihi* 276.*col.*2. Sylu. de Arcer.*inter cons.crim.diuers.cons.*71.*n.*20.*vol.*2.*in fol.*

124 AMPLIA II.Eandem primam limitationẽ,†vt iniustè captus,si,vt se à carceribus liberaret,medio iuramento promisit ad eosdem carceres redire,poterit vtique non redire,nec redire tenetur absque peccati & periurij labe,cùm isto casu nõ teneatur seruare iuramentũ,secundum glos.*in d.clement.pastoralis,§.notorio,in verbo.per violentiam.extra de re iud.* quã gl.sequuti sunt Marsil.*sing.*177.*incip.Malitiis hominum,* Cur. iun.*in l.admonendi,n.*169.*ff.de iureiur.* Las.*in l.si duo patroni, §.fi.n.*4.*ff.eo.* Boër.*decis.*215.*n.*30.*ante finem,* Sylu.de Arcer. *cons.crim.diuers.*71.*n.*19.*tomo* 2.*in folio.* pluribus comprobat Couar.*var.resol.lib.*1.*c.*2.*n.*7.*ante medium,vers. contrariam sententiam.* Conrad.*in pract.tit.de carc.n.*16.*in* 3.*ampliat.fol. mihi* 276.*col.*2.Fab.à Monteleone *in sua praxi arbit.in* 4.*par. rub.iurium censura contra fugientes a triremibus vel carceribus,n.*852.*fol.mihi* 276.Duen.*reg.*393.*fugiens fractis carceribus,sub* 4.*ampl.vers.Facit etiam glos.* Clar.*in pract.§ fi.d.q.*21. *sub vers.Tertio autem modo,post mediũ,* ibi, *Neque tenetur redire,&c.* Cyril.*in summa crim.par.*1.*rub.*12.*de cust.reor §.fi.n.* 6. Petr.à Placha *in epit.delict.lib.*1.*c.*23.*n.*26.*vers. Id vnum Doct.*& est alia gl.*in l.nihil interest,verbo,redyssẽ,ff.de capt.& postl.reuer.*

Et licèt contra hanc ampliationẽ facere videantur aliquæ rationes deductæ per eundem Couar. *in loco præciuato,post n.* 7.*vers.in primo igitur casu,* non per hoc tamen recedas ab ea, * quia non solùm communis* est,& frequentiori Docto. calculo recepta,prout testantur idem Didacus, Placha,& Clar. in locis præcitatis,sed etiam verissima,& eam à cõtrariis optimè defendit, & pariter de veriori,receptiori , & indubitata opinione testatur nouissimè Seraph de Seraph.*in tract. de priu.*
125 *iurau.priuil.*132.*n.*1.*& seqq.*†[eámque etiã sequitur,& pluribus Doctorũ authoritatibus cõprobat Brunor.à Sole post hæc scripta habitus,*in suis quæstionibus legalibus,q.*30.*n.*31.& * *seq.* vbi quòd ista est verissima* opinio,]imò non solùm is iniustè carceratus,qui iureiurando redire promisit, non redeũdo non peccat, quinimò & redeundo peccat etiam grauiter, vt per Didacum Placham,& Seraphinum in præallegatis locis,vbi & Sanctorum & Theologorũ authoritates adducunt.

126 LIMITANDO Hãc secũdã ampliationẽ aduerte,†quòd illa sine dubio procedit,quando is,qui ad carceres redire iurauit, redeundo incurreret periculum mortis:isto enim casu loquũtur omnes præcitati Doctores,dicentes nõ incurri periurium per non redeuntem,ex glos.*in d.clemen.pastoralis, in verbo,per violentiam,de sent.& re iud.* quæ gl.iũcto illo textu,apertè loquitur,quando est periculũ inferendæ mortis per violentiam & iniuriam,& sic contra iustitiam & isto respectu bene procedunt omnes rationes consideratæ suprà per præallegatos Doctores ad comprobationem dictæ ampliationis, dum præcipuè dicunt, quòd nemo tenetur seruare iuramentum,vbi quis ex illius obseruatione supponit se euidenti periculo mortis,*cap.si non licet,*23.*quæst.*4.*& cap.fin.*22.*quæst.ea-*
127 *dem* 4.*distinct.* †Vnde secus,vbi sumus in casu,in quo rediẽs nõ incurreret tale periculum:nã tunc nõ redeũdo,& peccat, & periurus ett,prout videtur de mente eiusdem gl.*in d.clem. pastor.*& apertè hanc declarationem posuerunt Abb.*in capitulo inter alia,n.*23.*in vltima quæst.vers.Quod ego puto procedere,extra de immunit.Eccles.* Marc. Anton.Bauer.*in tract.de virtute iuran.not.ab.*60.*n.*112.*vers.Istud tamen temperat procedere inter tractatus antiquos,tomo* 9.Marsil.*d.sing.*177. *Malitiis hominum,ante medium, vers.dicens hoc tantum esse verũ,* Duen.*reg.*393.*Fugiẽs fractis carceribus,in* 4.*limit.ad fi.* Osasc. *decis.Pedem.*66.*n.*3.*& n.*12.[Brun.*d.q.*30.*n.*33.*in fi.vers. Si autem non imminet periculum mortis.*]alios refert Seraphinus
128 *in d.tract.de priu.iuran.priu.*132.*n.*2.†qui loquuntur in carcerato pro causa ciuili,& tamẽ idem Seraphinus *ibi.n.*6.*ver. Sed quid dicendum,* latè defendit,quòd quando notoriè constat de iniustitia carcerationis:tunc etiam quòd simus in causa ciuili,carceratus,qui iuramento promisit redire ad carceres, non redeundo,non dicatur iuramento contrauenire.

129 AMPLIA III.Dictam primam limitationem, †vt in tantum liceat iniustè carcerato frangere & aufugere,vt si aliter mortis periculum,& iniustam Iudicis condemnationem euadere non potest,sit etiam ei licitum impunè custodes & vul-

nerare & occidere,nec de vulnere,nec de homicidio,nec de carcere fracto tenebitur,*l.nihil interest,in princ.ff.de captiuis, & postl.reuer.* vbi habetur,*nihil interest,quomodo captiuus reuersus est,an vi vel fallacia potestatem hostium euaserit , l.*1.*in fi.ff.de bon.eorum,qui ante sent.mori.sibi consciue.* dum ibi dicitur:*Ignoscendũ esse ei qui sanguinem suum quolitercunque redimere voluerit.* Per quæ & alia similia iura & argumenta hãc ampliationẽ scriptã reliquerunt Luc. de Penna *in l.prohibitũ, col.*2.*n.*11.*vers.Sed pone,cum ageretur,Cod.de iure fisci,lib.*10. Paris de Put.*in tract.de synd.in ver. captura,c.*4.*n.*4.*fol.mihi* 138.*& in verb.resistentia,c.*1.*n.*5.*ad mediũ,ver. & scias circa prædicta,fol.mihi* 379.Marsil.*in pract.§.attingam,n.*40.*& seqq. & in tract.de bannit. in verbo,carcerati,n.*21.*& seqq.* relatis à Boër.*dec.*215.*n.*30.*paulò ante medium,ver. Quinimo videtur,* Carrer.*in pr.in* 1.*tract.de appell. §. Decimusquartus casus est, n.*4.*& in* 3.*tract.de hom.§.circa secundũ quibus & contra quos licita sit defensio,n.*20.*& in §.vigesimò excusatur,n.*1.Blanch, *in pract.§.iuris permissione,n.*60.*fol.mihi* 116.*a tergo,* Nouel. *in tract.ad defensam sub rubr.homicida ex quibus causis pœna mortis excusetur,n.*116.*fol.mihi* 45. Gram. *cons.crim.*51.*n.*7. Conrad.*in pract.tit.de carcer.n.*16.*in* 1.*amplia.fol.mihi* 276. *col.*2. Sylu de Arcer. *cons.crim.diuer.*71.*n.*22.*tomo* 2.*in folio,* Franc.Cason.*post tract.de indic.& tormen.in suis quæst.cap.*9. *rubr.de captura,& carcere,n.*22.Couar *var.resol.lib.*1.*cap.*2. *n.*13.Fab.à Monteleone *in sua pract.arb. par.*4.*iuris censura contra fugientes a triremibus vel carceribus,*854.*fol.mihi* 277. Neuiz.*cons.*61.*n.*37.Menoch.*de arbitr.q.lib.*2.*casu* 301.*n.*5. Mascard. *de prob.lib.*1.*concl.*266.*n.*27.*lib.*2.*concl.*810.*n.*17. Claud.Bertaz.*in add.ad cons. Bartholomæi patris* 35.*in litera E.lib.*1.ex quibus apparet posse dici,hanc ampliationem fuisse communiter*à Doctoribus receptam,[quibus addo Brun. * à Sole,*d.q.*30.*n.*29.]

LIMITANDO Hanc tertiã ampliationẽ aduerte,† quod 130 contra eã fortiter vrgere videtur,quia tex.*in d.l.nihil interest, ff.de capt. & postl.reuer.* in quo Doctores præallegati faciunt principale fundamentum,loquitur in iniustè capto à latrunculis,vel ab hostibus,non autẽ à Iudice:ideo licèt ex eo textu inferri possit licitum esse capto & carcerato iniustè,occidere dictos hostes & latrones,non per hoc sequitur,quòd ipsi liceat occidere Iudicem iniustè detinentem , vel custodes carceratorum illos de Iudicis mandato detinentes.

Sic námque,illum textũ in proposito ponderauit Paris de Put. vbi suprà allegatus,*in verbo captura.eo.n.*4.*in fi.ver. Tamen aduerte,* & Paridis ponderationem adnotarũt Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de ind. & tortura,d.§.tertium est indicium,n.* 36.*fol.mihi* 45.*& in tract.de homicid.d.§. vigesimò excusatur, n.*1.*in fi.*& Boer.*decis.*215.*n.*53.*ver. Quare præcedens opinio,* vbi etiã respondet *ad l.*1.*ff.de bon.eor.*& ad alia iura suprà per Luc.de Penna,& per alios pro dicta ampliatione allegata,dicitque esse nimis largam opinionem eorum, qui permittunt carcerato authoritate Iudicis detento cognoscere , an bene, vel malè fuerit carceribus mãcipatus, & custodes occidere, & propterea Couarr.*in loco præciuato,d.c.*2.*n.*13.*ver.Ego sanè hanc opinionem,* distinguendo dixit,quòd quando Iudex aliquem ad mortem dãnauit,iuris ordine seruato,vt secundùm acta & probata,tunc etiam quòd condemnatus innocens sit, ei minimè licet,vt mortem euadat, iudicem verè innocẽtem, vel custodes omnino inculpabiles occidere, & isto casu falsam esse affirmat opinionem Lucæ de Penna & sequacium, quòd si Iudex sine ordine,& ex certa scientia ac tyrãnide innocentem condẽnauerit,& tunc quia morem hostium & latronũ videtur se gessisse, iuxt. terminos *d.l. nihil interest* erit forsan isto secũdo casu vera dicta opinio Lucæ de Penna & aliorum;& sic,vt vides,iniustitiam condẽnationis & carcerationis Didacus considerat nõ respectu innocentiæ carcerati, sed respectu nõ seruati ordinis,& primo casu damnat opinionem Lucæ de Penna : secundo autem casu eam admittit,& demum *paulò infrà eodem n.*13.*ad fin.vers.Immò si innocens, &c.* subdit, quòd si innocens iniustè captus carceres fregerit, & custodes occiderit,non certus se mortẽ aliter effugere nõ posse,sed dubius de innocentiæ tutela:timens putà se nõ posse in suis defensionibus suam innocentiã demonstrare,& tũc non ordinaria , sed mitiori pœna effracti carceris puniendus est,concordat Nouell.*in suo tract.ad defensam,in rubr.Homicida,ex quibus causis a pœna mortis excusetur,n.*117.*folio mihi*

46.vbi sic iniustè capto,& custodes occidenti,vt ex carceribus euadat,adhuc pœnam extraordinariã Iudicis arbitrio infligendam credit : & sic vides ex præmissis reddi dubiam propositam ampliationem.

131 Ideo pro illius declaratione,&sustenta tione dicas,†quòd ad hoc vt impunè possit carceratus custodes occidere,& iniustã iam factã,vel futuram condemnationem euadere, duo principaliter requiruntur. Primò, quòd notoriè constet ex actis illum iniustè & indebitè fuisse carceratũ & condemnatum, vel condemnandũ:isto enim casu Iudex non vt Iudex, sed vt priuatus dicitur procedere,ideo ei de facto procedẽti, de facto etiam resisti potest,& manu armata:cùm agatur de
* irreparabili damno,secundùm cõmunẽ*Doctorum opinionem,de qua per Petr.à Placha *in epitom.delict.cap.28.n.9.*& à qua isto casu dissentire non videtur Clar.*in pract.§.fi.quæst.29.Vers.Sed hic incidenter quæro*, pluribus comprobat Asin. *in sua pract.iud.§.31.cap.2.in 1. limitatione princip.n.4.vers. Rursus etiam*,quem & alios refert,& sequitur Lancell.Perusin. *in suo tract.de attentat.c.17.n.50.& seq.par.2.* latè exornat Seraphinus de Seraph.*in suo tract.de priu.iuram.priuileg.*
132 132.n.37. *& seqq.* † & pro defensione vitæ suæ licitum est occidere etiam Iudicem iniquè agentem,& occidere volentem,nedum carcerum custodes,vt per Clarum *in pract.in §. homicidium,sub vers.Præterea etiam*,& ita quando notũ est, carceratum contra iustitiam detineri loquũtur in specie Lucas de Penna & Paris de Put.*in locis præcitatis*, & isto casu subintrat dispositio *l.nihil interest,ff.de capt. & postlim.reuer.* quia Iudex sic procedens dicitur hostili, & tyrannico modo procedere,vnde secus, quando ex actis notoriè non constat de iniustitia carcerationis,sed Iudex iuris ordine seruato processisset : nam tunc licèt forsan ille carceratus sit innocens, non potest carceres frangere,& multò minùs custodes occidere,quia,vt etiam infrà mox dicam in sequẽti sublimitatione, iniustitia carcerationis consideratur non respectu innocentiæ carcerati,sed respectu ordinis non seruati, & in hoc multùm assentio distinctioni suprà per Didacum traditæ.

133 Secundò requiritur,†quòd iniustè carceratus sit in euidẽti periculo mortis,& condemnationis,& quòd illud aliter euadere non poterat,quàm frangendo carceres,& custodes offendendo;sic enim,quando aliter tale periculum euitari non poterat,loquuntur omnes Doctores suprà in ampliatione citati,*n.* 120. quòd si reus carceratus poterat ab illo periculo alio modo se defendere putà,dicendo suã innocentiã per testes,vel alias in suis defensionibus faciendis,& tunc si via iuris relicta,ad viã facti conuolando carceres fregerit,& custodes occiderit,illũ impunè esse dimittendũ minimè crediderim, saltẽ quo ad pœnã extraordinariã Iudicis arbitrio infligendam,iuxta eiusdem Didaci & Nouelli declarationẽ:hoc enim casu dicitur excessisse modum inculpatæ tutelæ,ideo extraordinariam pœnam effugere non potest, ad generaliter tradita per Ant.Gomez.*var.resol.tom.3.tit.de homic.cap.3.n.* 24. Meno.*de arbit.q.lib.2.casu.*278. Clar.*in pract.§.homicidium,vers.scias tamen*;& alibi Deo dante latiùs dicã. Et hoc modo declarata prædicta tertia ampliatio verissima est.

134 SVBLIMITA I.Propositam†primam principalem limitationem,in qua dixi iniustè carceratum impunè posse frangere carceres,vt procedat,sicut dixi *suprà n.*130.quando iniustitia carceris respicit non seruatum ordinem iuris,secus si innocentiam carcerati:potest enim esse quòd quis sit innocẽs, & tamen sit iustè carceratus,vt in terminis dixit Boss. *in tit. de effract.carc.sub n.2.vers.Addo etiam*,& bene considerauit Couar.licèt in alio proposito, *var.resol. lib.1. d.c.2.eo.n.13. vers.Ego sanè*, & propterea etiã innocẽtẽ teneri pœna fracti carceris,voluit textus *in l.in eos,ff.de cust.reor.* Alioquin si carcerationis iniustitiã metiri vellemus ab innocentia carcerati, esset proposita prima limitatio directè contra textũ *d.l.in eos.*

135 Quot autẽ modis quis dicatur nõ ritè & indebitè captus, satis suprà declaraui *in q.27.per totam*,vbi tradita hîc repetere nõ est necesse:†sed in terminis propositæ limitationis carcer in primis dicetur iniustus,quando quis est detẽtus de mãdato Iudicis non habentis iurisdictionẽ,vt per Foller.*in pract. crim.in quarta par.tertiæ partis principalis,verbo, etsi confitebuntur,n.*51.*&* 53.vbi quòd sicut vera confessio non valet, quando est facta coram Iudice incompetenti:ita pariter nec valebit ficta confessio inducta per fugã carcerati à carceribus, secundùm communem intellectum *d.l.in eos ff.de cust.reor.* quando fugiens erat detentus ab incõpetenti Iudice:vbi etiã in captura deficit iurisdictio,tunc dicitur notorie iusta,prout etiã nouissime considerat Seraphinus de Seraph.*in suo tract. de priuil.iuram.priuil.*132.*n.*9.*ver.Tamen ego contrariũ dico*, & faciunt ea,quæ suprà scripsi,*d.q.*27.*n.*4.*& infrà.q.*32.*n.*70.

Dicitur†etiam in proposito carceratio iniusta quando fuit 136
facta iuris ordine non seruato,vt per Foll. qui plures adducit *in pract.crim.d.4.par.3.partis principalis verb.etsi confitebuntur,n.*52.Mars.*in pract.§.attingam,n.*43.*& in tract. de bann. in verbo,carcerati,n.*24. Conrad.*in pract.in titul. de carceratione,n.*17.*fol.mihi* 276.Rolan.*cons.7.n.*47. *volumine primo*, Clar.*in pr.d.q.*21.*sub vers.3. autem modo*, ibi,*sed quando fuit indebitè captus,&c.*qui omnes communiter*asserunt,isto casu,quando quis est carceratus iuris ordine non seruato,si frãgendo carceres aufugerit, ipsum non puniri,nec haberi pro confesso,& faciunt quæ dixi *supra d.q.*27.*n.*111.*& infra q.* 32.*n.*97.*& seqq.* *

Et propterea†captus sine indiciis,cùm dicatur captus iuris 137
ordine non seruato,vt dixi *supra,d.quæst.*27.*n.*112.si carceres fregerit & aufugerit,non tenetur pœna effracti carceris, nec habebitur pro confesso.Boss.*in tit.de effract.carc.sub n.2.ver. Addo etiam*,Fab.à Monteleone *in pr.arbitr.in 4.par.sub rub. iurium censura fugientibus a triremibus vel carcerib. n.*851. Hippol. Riminal.*cons.crim.diuers.*88.*n.*3.*in fi.tom.2.in fol.*& nouissimè Seraph.de Seraph.*in trac.de priuileg.iuram.priuil.* 132.*n.*1.*in fi.vers.item in criminalib.*

Rursus †& captus & carceratus,non constito de delicto, 138
cùm,vt pariter dixi *in tit.de inquisitione,q.*2.*n.*2. non dicatur bene & legitime captus : ideo si carceres fregerit & aufugerit,non habebitur pro confesso, nec punietur,vt in terminis. Alb.*in l.in eos,n.*1.*in fi.ff.de cust.reor.* Franc. Cason.*post trac. de indic.& tormen.in q....cap.*9.*rub.de captura.sub n.*21.*ver. Limita tamen prædicta*,Foller.*in pract.crim.in 4.parte 3.partis principalis,verb.etsi confitebuntur,n.*67.

Item†potest in proposito carceratio reputari iniusta, quã- 139
do carceratus cõspiciebat,sibi per falsos & capitales inimicos accusatores,& testes crimẽ capitale impositum, Iudicémque fore ipsius inimicum,aut participem falsæ accusationis : tunc enim cum carceratus verisimiliter præuideat vim & iniustitiam sibi fieri,si frangendo carceres aufugiat,nõ debet haberi pro cõfesso, nec puniri,quia ad repellendũ vim,& iniuriã aufugisse videtur,quod à iure permittitur,*l.vt vim.ff. de iust. & iur.* Sic pulchre hanc ponit conclusionem,quam verissimã credo,Io.Berb.*in sua pract.*1.*par.rub.*25.*de effract.carc.n.*4.

Et quia carcer dicitur iniustus etiam ratione loci, vt putà quando quis detinetur in cippis,ferris,vel in aliquo subterraneo loco,in quo quis infra paucos dies moriatur, seu aliàs vt suprà declaraui *in quæst.*27.*n.*95.*& seq.*†idcirco si Iudex hoc 140
modo male tractat carceratũ,& nimis in eum sæuiat erit ipsi licitum & carceres frangere,& aufugere etiã sine metu pœnæ,vt per Boss.*in tit.de carcere,n.*6.*in fin.*vbi ponit exemplũ in illo carcerato,qui taliter est malè tractatus à Iudice,quòd nisi aufugisset,fame vel frigore periisset. Et faciunt † notata 141
per Carter.*in pract.in 2.tract.de indic.§. tertium est indicium, n.*38.vbi quòd non præsumitur contra eũ,qui aufugit timẽs sæuitiam Iudicis minantis vel metum inferentis,vel quia solitus sit de facto procedere:tũc enim fuga dicitur causata culpa & facto Iudicis,ideo non inducit confessionem delicti,vt etiã adnotauit Foller.*in pract.crim.d.quarta par.tertiæ partis, verbo,etsi confitebuntur,n.*57 vbi post Anch & Gramm.quos allegat,generaliter dixit,quòd ad hoc vt pœna fracti carceris locũ habeat,requiritur quòd Iudex nõ dederit causam fugæ, nimis in carceratum sæuiendo. Ad quæ etiam faciũt pulchra verba Lucę de Pẽna *in l.si coloni,C.de agric.& cẽsit.* relata per Paridẽ de Put.*in tr.de synd.verb. Fuga Officialis,c....n.*3. vbi quòd si quis timẽs sęuitiã illius Iudicis,in quo nulla sit iniustitia,sed omnino impietas,fugiat de curia,nõ habetur pro confesso,quia licèt in Iudice cesset metus,*l.pen.Cod.de his,qui per met.Iud.l.fi.ff.quod met.causa*:tamẽ quia,vt ipse inquit,hodie in curiis cõmittũtur maiora crimina& latrocinia,quã in syluis latronũ excusãtur sic fugiẽtes Iudicũ nequitiã, quia vnicuique licet sanguinẽ suũ redimere, & sufficit saltẽ probabiliter timere,etsi nõ iustè,*l.rectè,ff.quod met.cau.*cũ aliis ibi per Paridẽ allegatis,quẽ etiã refert & sequitur Ghirl.*de relaxat.carcerat.*

*cerat.rubr.de fuga carcerati,n.*11.& Boër.*decis.*215.*n.* 27.*ad finem*,& sic Iudicis sæuitia excusat fugientem ex carcerib.

142 Immò† etiã excusat sæuitia custodis,dummodo per eam carceratus aufugiens ad Iudicem veniat, aliter secus,vt per Cyrillum *in summa crimin.part.prima,rub.duodecima,de custod.reorum*,§.*fi.n.*2.*versicu.idem est*.Et est pulchra declaratio & multùm prima facie iuri consona,quia si carceratus fugiat propter sæuitiam Iudicis,vel etiam custodis pariter sæuientis de iussu Iudicis,excusatur fugiendo,etiam quòd ad Iudicem non veniat:quia si ad illum veniret,esset petere auxilium ab eo,qui magis sæuiret:at quia si sæuitia non fiat à Iudice,sed à custode,sine ipsius iussu & scientia,potest carceratus aufugere,sed debet ad Iudicem pro remedio venire,prout etiam videtur fuisse de mẽte Caccialupi *in tracta.de debitore suspec. & fugit. quæstion.prima,n.*2. aliàs non excusatur,vt ibi per Cyrillum, qui hoc casu sine vlla dubitatione talem fugitiuum credit.Sed in omnem euentum ego semper istum multùm excusatum haberem, etiam quòd ad Iudicem non veniisset,& à pœna ordinaria fracti carceris crederem sine dubio omnino liberandum,quia negari non potest,quin saltem aliquam habuerit causam fugiendi,quæ siue iusta, siue iniusta sit,satis est quòd ipsum excusẽt à dolo & eius pœna. *l.igitur,versic.& generaliter.ff.de lib.cau.*glos.*in l. plagy,la seconda,C.ad l.Iug.de plag.*cum vulgaribus.

143 SVBLIMITA II.Eandem primam limitationem, † quia in dubio præsumitur,quod quis iustè fuerit carceratus, non autem iniustè,vt in terminis consuluit Hippol. Riminald.

144 *in cons.*135. *n.* 21. *volum.*1.ea motus ratione,quia † pro actu Iudicis regulariter præsumitur,*cap. in præsentia, de renunc.* glo.*in cap.*1.7.*q.*1.Cur iun.*cons.*213.*n.*37.*&consil.*218.*n.*16. cum aliis per Alcia.*in tract.de præsump.reg.*2.*præsump.*15.

145 Sed verùs dic, † quòd pro Iudice præsumitur quo ad iustitiam,non quo ad ordinem processus, cuius respectu pro eo non præsumitur,nisi quatenus ex dicto processu appareat, *cap. quoniam contra, de prob.* Signorol. *cons.* 155. *num.* 4.

146 Natta *cons.* 525. *numer.* 40. † ideo cùm iustitia.vel iniustitia carcerationis cõsideretur;vt dixi *supra n.*130.habito respectu ad ordinem iuris non seruatũ:idcirco carceratio præsumitur iusta,quatenus sic appareat ex actis & processu,aliàs secus.

147 Sed an fideiussor de tuto carcere teneatur,si is pro quo fideiussit erat indebitè carceratus, & aufugit,dixi *supra,num.* 61.*& seqq.*

148 LIMITA II.Et principaliter eandem huius quæstionis regulam † non procedere in eo carcerato, qui ex carceribus aufugit animo reuertendi,& reuersus est:is inquam nec carcerum fractor dicitur,nec illius pœna tenetur, nec pro confesso habetur,vt videre est apud Paridem de Put. *in tract. de syndi.in verbo fuga Officialis,cap.*20.*n.*2.*versicul.*2.*Vel quando recessisset.* Bald. *in l.*1.*post.n.*15.*vers.quid de errone, C. de seru.fug.*Iacob de sancto Georgio *in l.*1.*n.* 10. *C.de seru. fug.* Marsi.*in tract.de bannit.in verbo,carcerati,in fine, n.*63.*& in l.is,qui cum telo,n.*54.*C.de sicar.& in rubr. ff. de fideiusso. n.* 373.*aliàs* 441.Alexand.ad Bartol.*in l.in eos, in* 1. *additione, in fine,vers.Item quid si exiens carcerem ff.de custod. reor. & in l.*2.§.*expilatores litera F,ff.de effract.*Boër.*decis.*215.*n.*17. *&* 18.vbi alios adducit antiquiores,dicitque quòd licèt contra hanc limitationem vrgere videantur nonnulla iura &rationes ibi per eum consideratæ, non per hoc tamen ab ea

* esse recedendum affirmat,quia & communior*est,ac etiam alias de facto seruata,ex Cæpo.*in l.quis sit fugitiuus,§.si quis talis,in septimo notab.ff.de ædil. edicto.* quibus addo Viui. *in commun. opin.post verbum fugiens à carcere,sub versic. quærit Bart.in l.admonendi,n.decimo*, vbi, post Bald. Anan. Gramma.& alios,quos allegat,dixit,quòd statutũ puniens fugientem à carceribus,non includit eos, qui exiuerunt animo re-

* deundi.& hanc Viuij traditionem dixit communẽ*Emanuel Soarez *in sua collecta commun.opin.litera F,n.* 384. licèt ipse ibidem,*n.*385.contrariũ de iure verius esse alibi se scripsisse affirmet;sed pro limitatione addo rursus Paul.Ghirlãd.*in tractat.de relaxat.carcerat.sub rub.de fuga incarceratı n.*7. *vers. Hæc tamen exceptio & iterum n.*13.*in fin.versic.*4. *limitatur.* Cur.*sen.in repet.l.admonendi,n.*159. & ibidem Ripa.*n.* 169. *ff.de iureiurand.*Tiraquel. *in repe.l.si vmquam,in verbo,susceperit liberos n.*179.*C.de reuocan.donat.*Duen.*regul.*392.*fuga, quæ sit ex carceribus,in secunda limitatione,& in reg.*393. *fugiens fractis carceribus,pariter in secunda limitatione,*Cyril.*in summa crimin.partic.rubr.*12.*de custod.reo.*§.*fin.n.*4.*vers.Carcerem tamen,fol.mihi* 58.*a tergo.*Placentin.*in praxi iudi. Inquisitorum,verbo,carcer,sub vers.Nota tamen,&c.fol.* 41. *in fin.*Nouel.*in tract. ad defensam,in* §.*An indicia pro reo danda sint,n.*102.*fol.mihi* 93.Clar.*in pract.*§.*fin.ver.*3. *autẽ modo,in fine*,vbi pariter cum Boër.loco citato,testatur de communi* opinione,Menoch.*de arbit.quæst.lib.*2.*casu* 301.*n.*12. *& in tracta.de præsump.lib.*1.*quæst.*89.*n.*44.Mascard.*de prob. lib.*1.*conclu.*266.*n.*21.*& seqq.& libr.*2.*conclu.*820.*n.*28. nec dissentit Vulpell.licèt in casu suo contrarium consuluerit,*in consil.*139.*n.*1.*& seqq.lib.*1.

AMPLIA Hanc limitationem, † vt procedat nedum in 149
carcerato ex carceribus publicis fugiente:sed etiam in arrestato,seu detento sub Iudicis præcepto in palatio Potestatis, seu alio loco assignato pro tuto carcere:nam & is, si reuertendi animo discesserit,& reuersus sit,non habetur pro confesso,nec tamquam carcerum effractor puniri potest, vt in specie sic de arrestato & retento in palatio ex prælegatis Doctoribus loquutus est Alexand ad Bartol.*in l.*1.§.*expilatores,litera F.ff.de effracto.*quem sequuti sunt Boër.*d.decis.*215. *post n.*17. *& n.*18.*ad finem.* vbi sicut suprà dixi,testatur de magis communi * opinione, Mascard.*de prob.lib.*1. *d.concl.* * 266.*n.*22.Vulpell.*a.cons.*139.*n.*6.*& n.*11.vbi alios adducit concordantes.† Et est ratio,quia qui animum redeundi ha- 150
buit, fugitiuus dici non potest, *l.quis sit fugitiuus,ver.Celsus, ver.Cassius,& ver.item apud Iulianũ,ff.de ædil.edic.*cũ aliis in proposito notatis per Caccialup.*in tract.de debitore suspect. & fugit.q.*3.*n.*1.*l.retroceditur ff.de capt. & post l. reuer.* Duen. *l. reg.*393. in secunda limitatione, Vulpel. *d.cons.*139. *n.*2. & propterea fugisse non dicitur,qui citò reuersus est,glo.*in ca. si postquam,in verbo, mente,de elect. in.*6.Iacob. de S. Georgio post Bald.quem allegat,*in l.*1.*n.*10.*C.de ser.fug.*cum aliis per Boër.*d.decis.*215.*n.*18.*in fin.*vbi post Cur.quem allegat, adducit illud Italorum prouerbium vulgare,*non fuge,chi rotorna.*Facit,quia breui reuersa vxor,diuertisse non dicitur, *l. diuortium,in fine,ff.de diuort.cap.vulgaru,*§.*diuortiũ, de pœn. dist.*1.& vbi quis habet animum redeundi,ibi ille idem esse dicitur,§.*pauonũ,Instit.de rerum diuis.*Bart.*in l. nihil interest, ff.de capt.& post l. reuer.*Masc.*d.conclus.*266.*n.*23.

SVBLIMITA I. Hanc secundam limitationem sicut su- 161
prà ampliatam,†quia licèt animo reuertendi fugiens ex carcere,vel palatio loco carceris assignato,si reuersus fuerit,non habeatur pro confesso, iuxta communem intellectum, de quo *in l.in eos,ff.de custod.reor.*item nec etiam puniatur,tanquam effractor pœna capitis,de qua *in l.*1.*ff.de effract.* punitur tamen mitiùs pro motu Iudicis,propter eius contemptã iurisdictionem,prout videtur fuisse de mente Ioan. Baptistæ Caccialupi *in tract.de debit.suspect.& fugit.quæst.*1.*n.* 3. *ver. aduertendum tamen puto*, vbi in argumentum allegat,vltra plura alia iura,text.*l.si adulterium cum incestu,*§.*Imperatores, ff.de adulter.*

Sed hanc declarationem expressè tenet & comprobat Boër.*d.decis.*215.*n.*19.vbi testatur se vidisse eam plerumque obseruari ad reprimendum audaciam & temeritatem carceratorum,dicitque isto casu,quòd licet non possint puniri pœna fugitiui,fracti carceris, præcepti,vel arresti:puniuntur tamen aliqua alia pœna leuiori pro carceris exitu,& modo culpæ,sequitur Menoch.*de arbit.quæst.lib.*2.*casu* 301. *n.*13.Mascard.*dicta conclusio.*266.*n.*14.Vulpel.*d.respon.*139. *n.*17.[& ita aliàs in Senatu Pedem.fuisse seruatum, testatur Ant. Thesau.*decis.Pedem.*77.*n.*4.]

Sed† an isto casu fideiussor de tuto carcere teneatur ad 152
pœnam conuentionalem,si is,pro quo fideiussit,discessit ex loco sibi assignato pro carcere,& deinde reuersus est, dixi *supra,n.*70.*& seqq.*

Et† an pariter fuga ex carcere faciat indicium ad tortu- 153
ram,quando post fugam fugiens reuertus est,dixi pariter *supra,n.*87.*& seq.*& latiùs dicam,Deo dante,*infrà,in* 2.*lib. in tit.de indicijs & tortura,in materia fugæ.*

SVBLIMITA.II.Eandem secundam limitationem,†quia 154
animus reuertendi non præsumitur,nisi probetur,& propterea sola reuersio non probat,quòd talis à principio reuertendi animus fuerit. Ita in terminis considerat Vulpel. *d. cons.* 139.*n.*7.*& post n.*9.

155 Sed † talis reuertendi animus probabitur,putà per testes, coram quibus carceratus,antequam fugeret,forsan declarauerit animum suum,quòd discedebat animo non fugiendi, sed reuertendi:talis enim declaratio illius animum ostendit, iuxta notata perBart.*in l.1.§.si quis ipsiPretori,ff.de oper.noui nuncia.*Ghirland.*in tract.de relaxat.carcerat.sub rubr.de fuga incarcerati,n.7.vers.Sed qualiter probabitur,*Viui.*in cõmun.opin.post verbũ,fuga a carcere publico,in vers.quær.Bart.in l.admonendi.n.9* Mascard.*de probat.lib.2.conclus.*819.*n.*24.vbi etiam post prælegatos Doctores tradidit, quòd si talis animus per testes probari non possit,considerari debet per Iudicem conditio personæ,an sit nobilis,honesta & legalis, an verò potius vilis & suspecta,&secundùm illius conditionem Iudex iudicabit animum reuertendi,vel fugiendi,iuxta *l.non omnes.§.a barbaris,ff.de re milit.*

156 SVBLIMITA III. Vt † eadẽ limitatio procedat, quando fugiens ex carcere citò reuersus est:tunc enim non præsumitur discessisse animo fugiendi,sed reuertendi, prout loquunturDoctores suprà allegati *n.*148.*&n.*150.at secus si diu stetit absens antequam reuerteretur,quia tunc non excusatur, cùm è contrà præsumiatur recessisse animo fugiendi,nõ autẽ reuertendi:sic enim per textum *in l.desertorem,§.emansor,*vbi glossi.&Bart.*& in l.quid sit fugitiuus,in princ.ff.de ædil. edict.* Hanc materiam declaratGhirland.*vbi supra,de relaxat.carcerat.sub rub.de fuga incarcerati,n.*8.Grammat.*consi.*57.*n.* 1. *in fine,*Nouel.*in tracta.ad defensam.in §. An indicia pro reo dãda sint,sub n.*102.*fol.mihi* 93.Fab.àMonteleone *in sua pract.arbitra.parte 4.sub rub.Iurium censura contra fugientes in triremibus,vel carceribus,n.*858.*ad finem,fol.mihi* 277.Viu.*in cõmun.opin.post verbum,fuga a carcere publico, versic. Quærit Bart.in l.admouendi,n.*10.[Plot.*de in litem iuran.§.30.n.* 3.] Mascard.*de proba.lib.2.d.concl.*819.*n.*24 *versi. Præterea consideratur.*

157 SVBLIMITA IV.Vt† & pariter animus reuertendi non præsumatur:nisi carceratus aliquam causam saltem coloratam allegauerit,ex qua motus fuerit ad discedẽdũ ex carcere;sic enim quòd isto casu carceratus motus fuerit ad discedendũ ex aliqua causa præsupponit Boër.*d.decis.*215.*n.*17.*in princip.*& bene declaratCyril.*in summa cri.in* 1.*part.rub.*12. *de custod reor.§.fin.n.*4.*prope finem,*vbi propterea dicit, quòd Iudex in proposito examinare debet causas, cur carceratus discesserit,vbi fuerit,& quid egerit;& inter alias causas enumerat infirmitatem, affectionem parentum & affinium, si seruum fugientem insequutus sit,si aduocatum consuluerit, & his similia.

158 Et multò magis attendenda erit causa†quando carceratus discederet ex causa religionis,putà vt audiret Missam, vt sua peccata cõfiteretur,vt votum adimpleret,& his similia : nam tunc si statim redeat,excusatur,nec punitur, vt fractor carcerũ,nec habetur pro confesso, secundùm Marsil. *sing.* 149. Boër.*dicta decis.* 215.*post n.*30.*versic.& idem in eo.* Mascard. *de probat.lib.2.concl.*820.*n.*10.*& seq.*

159 LIMITA III.Regulam†non procedere, quando carceratus aufugisset ex carcere ex negligentia custodis, nam tunc non punitur capitaliter,iuxta dispositionem *l.*1.*ff.de effract.* sed mitiùs arbitrio Iudicis,*vt in d.l.* 1.*in fi.principy,*cuius verba clara sunt:cùm dicat,*Quòd si per negligentia custod. euaserit,mitius puniẽdus.*& ita per illum textum hanc limitationẽ posuerunt Alber.*in l.eos,n.*2.*in fine.ff.de cust.reorũ,*Angel.*in d.l.*1.*n.*1.*ff.de effractor.*August.ad Angel.*de malefic.in verbo, Quòd fama publica,n.*82.*vers.tertio,quid si quis positus fuit,* * Clar.*in pract.q.*21.*sub vers.tertio autẽ modo,ad finem,*&communiter * per omnes Doctores infrà allegandos *in sequen.n.* 169.[quibus addoLudo.Peguer post hęc scripta habitum,*in d.decis.cri.*1.*n.*5.*vers. Aut captus in carceribus fugit.*]

160 AMPLIA Hanc tertiã limitationem,& illatiuè,* vt propterea fugiens ex carcere, quia inuenerit ostium apertum, non puniatur de effracto carcere,sed mitiùs,secundum Bart. *in tract.de carcere,prope fi.vers.Sed iuxta prædicta quæro,quid si ostiũ carceris erat apertũ,*Ang.*in l.*1.*in princip.ff.de effract* August.ad Ang.*de malefic.in verbo,Quòd fama publica,n.*82. *versic.Alias si reperit ostium apertũ,*Rom.*in l.admonendi, n.* 70.*ff.de iureiurãd.*Alex.ad Bart.*in l.in eos, in prima additione ff.de cust.reo.*Gul.de Cun.Alber.& Bald. *in l. succurritur, ff.ex quib.cau,maior.*Paris de Put.*de syndi. in verbo,carcer &* *carceratus,c.6.n.*3.*in fine,versic. Ad quæ facit, fol. mihi* 145. Marsi.*in pract.§.attingam,n.*37.*& n.*44.*versic.Item prædicta, & in tract.de pœnit.in verbo,carcerati,n.*25.*vers.ic. Secus autem dicas esse in carcerato,*Franc.Casson.*post tract. de indic. & tormen.in quæstionib.c.*9.*rub.de captura,n.*21.Boër.*decis.*215. *post n.*13.*vers.& istud vltimum & n.*14.*& n.*16.Ghirland.*in trac.de relaxat.carcerat.sub rub.de fuga incarcerati,n.*13.*vers.* 3.*limitatur,*vbi idem de exeunte per fenestras apertas, *& n.* 14.*ver.limitatur,*Ioan.Berbe.*in sua pract.parte* 1. *rub.* 25.*de effracto.carce.n.*1.Iodo.*in practica,c.*18.*rub.de effract.carc.n.* 1.Folle.*in pract.cri.in* 4.*par.*3.*partis,verbo,etsi cõfitebuntur,n.* 47.vbi limitat nisi forsan priùs fractis compedibus exiuerit post ostium apertum,quia tunc perinde habetur,ac si aufugisset fracto muro,vt etiam dixi *supra,n.*82. Conrad. *in practica,tit.de carce.n.*17.*ad finem,versicu.secus autem,si reperiat ostium apertum,*Cyrill.*in summa crim.part.prima,rub.*12. *de cust.reo.§.*1.*n.*2.*ad finem,versic. Scitu etiam dignum est, folio mihi* 56.*columna* 1.Fulgo.*cons.*41.*n.*1.Cur.iun.*in repet. l.admonendi,n.*164 & ibi Lanfranc.deOriano,*n.*56.Ripa *n.*170. Ias.*n.*90.*in lect.& repe.n.*174.*ff.de iureiuran.* Grammat. *voto* 37.*n.*9.Duen.*regul.*392.*fuga,quæ fit ex carceribus.in* 1. *limitatione,& reg.*393.*fuga fractus carceribus,pariter in* 1.*limitatione;* Couar. *variarum resol. lib.primo, capit.* 2.*n.*11.*ad finem, versi.facit ad hoc,*Viu.*in commun.opin.post verbum, fugiens à carcere.versic.quærit Bart.n.*23.*versi.*4.*sublimitatur*, Fab. à Monteleone *in practica arbit.parte 4.rub. iurium censura cõtra fugientes ex triremibus,vel ex carceribus n.*855.*folio mihi* 277.Ant.Gomez.*variarum resol.tomo* 3.*cap.*9.*de capturarcorũ,n.*11.*post medium,vers.Vnum tamen est,*Clar.*in pract.§.fi. quæst.*21.*sub versic.*3.*autem modo,prope finem versiculi.*Franc. Bec.*in cons.*44.*n.*21.*& n.*36.*lib.*1.vbi exRipa*in l.admonẽdi, eodem n.*170.ita Doctores communiter* teneri affirmant,& * certè dubium non est,quod ita se habet communis omnium opinio,vt per prælegatos, quibus addo Menoch.*de arb. q. lib.2.casu* 301.*n.*2.Mascard.*de prob.lib.*1.*cõc.*266.*n.*20.*& li.* 2.*concl.*820.*n.*15. vbi in specie loquitur, quando carcer fuit fractus & dirutus ab aliquo tertio sine consilio, & suasione fugientis:nam tunc is fugiens non habetur pro cõfesso, cùm militet eadem ratio, quæ in ostio aperto, vt per Lanfranc. Ioan.Tierr.& Soc. in locis per eum allegatis, [quod & idem voluit Anton.Thesau.*decis.Pedem.*77.*n.*4.*in fine,*&rursus ad hanc eandẽ ampliationem addo]Claud.Battãd.*in sua pract. crim.reg.*142.*Carcerum effractores,n.*4.*&* 5. Bonaco.*in commun.opin.par.secunda,vers.Carceratus fugiens per ostium carceris fol.mihi* 8.*a tergo,col.*2.Claud.Bertazzo.*in addit.ad consilium patris* 35.*litera B,volum.* 1.

LIMITANDO Præcedentem ampliationem, † aduerte 161 quòd in dubio non præsumitur carceratum aufugisse per ostium apertum,ideo qui hoc dicit,debet probare,vt per Frãc. Bec.*d.cons.*44. *n.* 22. *lib.* 1. sed contrà videtur idem Beccius prius affirmasse *in eodem cons.* 44.*n.*17.*ver. nec obstat. si quis dixerit,iunctò ver.seq.namrespondetur,*&c.vide *infrà, in seq.* 9.31.*sub sexta ampliatione principali,n.*28.*& seqq.*

LIMITA IV. (Et hæc limitatio non est multùm à præce- 162 dẽti limitatione dissimilis)vt regula prædicta procedat, quãdo carceratus aufugit ex carcere cum fractura requiritur, *in d.l.*1.*ff.de effract.carcere,&c.&in l.milites agrum.§.eius.ff.de re milita.*vnde secus,si sine fractura, quia tunc non succedit pœna effractoris,de qua *in d.l.*1.Nec minùs pœna confessati criminis,de qua*in dict.l.in eos,*retento cõmuni intellectu:sed sic fugiens mitiùs arbitrio Iudicis punietur,vt per Ioan.And. *in addit.adSpe.in tit.de præs.§.species autem,n.*3.*in fi.litera D, ver.Adde an fuga.*Paris dePut.*de synd.in verbo,carcer,& carceratus,ca.*6.*incip.Qualiter autẽ probetur,n.*2.Ang. *de malef. in verbo.Quòd fama publica,n.*82.& ibiAug.*in add.*Frãc.Casson.*post tract.de indic.& torm.in quæstionibus,c.*9.*rubr.de captura,sub n.*9.Marsi.*in pract.§.attinga,n.*45.*vers. Aut detinetur,n.*910.*inquisitione speciali,*Foll.*in pract.cri.in* 4.*par. tertiæ partis,verbo,Etsi cõfitebũtur,n.*46.Bos.*in tit.de capt.n.*20.*ver. Nõ obstat proximè præcedentia,& in titu.de carcer.n.*4.*in fine, & n.*5.Conrad.*in pract.tit.de carceratione,post n.*17.*fol. mihi* 276.*colum.*2.Ghirlan.*in tract.de relaxa.carcerat. rub. de fuga incarcerati,*13.*vers.tertio limitatur,*Boër.*dec.*215.*n.*13.Roland.*cons.*7.*n.*46.*vol.*1.Clar.*in pract.§.fi.quæst.*21.*sub vers.*3.* *autẽ modo,*ibi,*Quinimò secundum aliquos,*&c.Franc.Bec.*cõsi.*

70.*num.*

163 ...o.n.32.lib.1.† Fractura enim est illa,quæ aggrauat delictũ, & illius pœnam, sic per Io. Berb.*in prac.rubr.25. de effracto. carc.n.2.vers.& est ratio*,& per Bosl.*in tit.de effracto.carc.n.2.* ideo sine fractura non habet locum ordinaria pœna fracti
164 carceris: † & non solùm requiritur fractura, quod sit incepta, sed quòd sit perfecta,vt per Duen.*reg.391.in 9.fall.* vbi allegat concordantes:sequitur Burs.*cons.346.n.25.& n.31. vers. 5.principaliter,volum.4.*

165 Contra † hanc limitationem facere videntur aperta verba textus *in d.l.in eos, ff. de custo.reo.* quibus probatur puniri eadem lege non solùm eos, qui carceres effregerunt,sed etiam qui simpliciter conspirarunt, vt fracto carcere aufugerent, dum sic dicit:*In eos,qui cùm recepti essent in carcerem, conspirauerint, vt ruptis vinculis & effracto carcere euadant*: ergo sola conspiratio de frangendo, etiam non sequuta fractura, sufficit ad hoc,vt pœna illius legis habeat locum.Et ita etiam expressè ex eodem textu videtur adnotasse ibidem Ang. *nu. 21.vers.& nota hanc legem contra effractores carcerum,& contra conspirantes,vt fugiant,licèt nondum sit perfectum flagitii: non puniuntur vti confessi de crimine*, vt ibi in textu, iuncta gl.& communi intellectu, & tamen ex præallegatis Doctoribus suprà ad comprobationem limitationis plures dixerunt, quòd fractura non sequuta,non habet locum pœna confessati criminis,de qua *in d.l.in eos*.

Quid dicendum?cessat obiectio,retento veriori intellectu *ad d.l.in eos*,de qua latiùs suprà dixi,*n.825.& seqq.*quòd scilicet illius pœna non sit confessati criminis, sed arbitraria:quo casu si fractura non est sequuta, & res remansit in puris terminis conspirationis de frangendo:vel si est sequuta sed non perfecta,erit etiam locus pœnæ,de qua *in d.l.in eos*,sed supposito quòd sit arbitraria,Iudex isto casu mitiorem arbitrabitur pœnã ea,quã arbitraturus esset,si sequuta fuisset fractura: quæ,vt suprà dixi,semper aggrauat delictũ & illius pœnam: alioquin absurdum esset dicere,quòd cõspiratio de frangendo carceres non sequuta fractura puniatur eadem pœna, ac si esset sequuta:&propterea non sequuta fuga,dixi *supra d.n. 825.& seqq.*pœnam esse arbitrariam,quia Iudex illam arbitrabitur,iuxta facti,personarum, & fracturæ qualitatem: & ista est veritas, & hoc modo intelligendo text.*in dicta l.in*
* *eos*,sustineri potest proposita 4.limitatio,quæ communis*est, aliàs multùm dubia redderetur, per ea quæ suprà in contrarium adducuntur.

166 LIMITA V.Quia† ad hoc vt habeat locum pœna *l.in eos, ff.de custod.reor.* quæ secundùm communem intellectum est confessati criminis,pro quo quis detinetur,vt sæpiùs dixi, nõ solùm requiritur fractura,vt in præcedenti limitatione, sed etiam requiritur conspiratio facta cum aliis carceratis, prout videtur præsupponi *in d.l.in eos*, ibi, *conspirauerint &c.* ergo sine conspiratione frangens carceres non habetur pro confesso,sed pro motu Iudicis mitiùs punitur,*vt in addit.ad Spe. in tit.de præsum.§.species,n.3.fi.in additione incip. Adde ad fugam, &c.*Bald.*cons.33.n.1.volum.3.*Alexand. ad Bart.*in d.l.in eos,in 1.additione*,Paris de Put.*de syndic.in verbo, carcer, & carceratus,cap.6.incip. Qualiter autem probatur, n.2. fol.mihi*
* *146.*Ghirlan.*de relaxa. carcera.rub.de fuga incarcerati, n.13. ver.2.limitatur*,Carrer.*in pract.in 2.tract.de indic.§. tertiũ est indicium,n.33.* vbi & alios adducit, Marsil.*in pract.§.attinga, sub n.45.ver. Aut detinetur pro inquisitione speciali*,Boer.*dec. 215.n.11.vers.Aut verò detinebatur*,Cyril.*in sum. crim.part. 1.rub.12.de custo.reor.§.2.post n.1.vers.quod quidem verũ est, & vers. quæ quidem qualitas conspirationis, fol. mihi 56.col.fi.* Roland.*cons.746.vol.1.*Placentin.*in pract.iudiciaria inquisitorũ,in ver.carcerum effractores,in fi.vers.fol.mihi 40.in prin.* Duen.*reg.39. fuga, quæ fit ex carceribus,in sexta limitatione*, Grain.*voto 37.n.8.* Clar.*in practica,d. quæstio 21. vers.3. autẽ modo* ibi,*Quinimò secundùm aliquos,&c.* Mascard.*de probat. li.2.conci.820.n.26.*Menoch.*in tracta. de præsum. lib.1.q.89. num.45.* ex quibus facilè dici potest,hanc limitationem esse communiter* à Doctoribus receptam.

167 Sed contra † fortiter stringere videntur clara verba textus *l.1.in princ.ff.de effracto.*dum alternatiuè loquendo dicit sic. *Saturninus etiã probat eos,qui de carcere eruperũt, siue effractis foribus,siue conspiratione cum cæteris,qui in eadẽ custodia erãt, capite puniẽdos.*Ergo sufficit vel fractura,vel cõspiratio, cùm textus ille alternatiuè loquatur. Et sic satis est fractura sine conspiratione, ad hoc vt pœna fracti carceris, de qua in ea lege,habeat locum:& ita in terminis videtur de mente Boerij in sæpius allegata *decis.215.n.22.ad finẽ vers. Sin autem non tantum conspirauerunt,&c.*vbi expressè dicit.quòd pœna capitis,de qua in ea l.1.habet locum fuga sequuta,siue cum cõspiratione,siue sine:sola enim fractura,seu ruptura carceris,vt ipse considerat, importat pœnam capitis, quia carceres sunt loca sacra, & publicè dedicata, ergo non est necessaria conspiratio.

Quid dicendum? † sustinendo propositã cõmunem limi- 168
tationẽ,potes ad illũ textũ duobus modis respondere.Primò, quòd illa dictio *siue*, de qua in ea l.prima,debet stare copulatiuè, non autem alternatiuè:ita quòd sit sensus, *siue effractis foribus siue cõspiratione cum cæteris*,id est,*effractis foribus cum cõspiratione*, & sic & fractura & conspiratio requiratur. Nec est inconueniens †,dictiones, quæ de sui natura solent alter- 169
natiuè stare,quandoq; stare debere copulatiuè,quando sunt prolatæ à lege,vel à statuto,& præsertim quãdo subiecta materia ita suadet,ad Barto.*in l.si is qui ducenta.col.2.ff. de rebus dub.* Curt.*in l.edita.n.12.C.de ede.* Syluan.*cons.103.n.5.* Osasc. *decis.Pede.13.n.2.* & in casu nostro subiectã materiã ita suadere patet manifestè:quia si illa verba,*siue effractis foribus,siue conspiratione cum cæteris*, alternatiuè interpretari vellemus, sequeretur, quòd sola cõspiratio sine fractura pœnã capitis, de qua *in d.l.prima*,importaret, quod nõ admittit Boerius in loco præcitato:imò fractura est illa quæ pœnã capitis importat,vt dicit Boerius & sine fractura locũ non habet talis pœna,vt dixi *supra,n.162.in præcedẽti 4.limitatione.* ergo necesse est illam alternatiuam, *siue*, pro copula interpretari, & hoc modo interpretata illa lex non obstat propositæ limitationi.

Secundò possumus dicere, † prout latè suprà probaui,*nu.* 170
20. quòd pœna capitis,de qua *in d.l.prima,ff.de effract.* habet locũ quando fuga est iam sequuta;pœna autẽ confessati criminis,secundùm cõmunem intellectum,de qua *in l.in eos.ff. de custod.reorum*, procedit,quãdo fuga non est sequuta:vnde Doctores suprà pro limitatione allegati,*n.166.* dum dicunt, requiri conspirationẽ ad hoc vt pœna *l.in eos*,habeat locum, loquuntur,quando fuga nõ est sequuta:& ita secundùm terminos intelligi & declarati debet dicta limitatio,& bene proceder,vt mox dicam:textus autẽ *in d.l.1. ff.de effract.* qui videtur contentari sola fractura sine conspiratione, loquitur quando fuga est iam sequuta,pro casu illius legis pœna succedit, etiam quòd fugiens non conspirauerit cum sociis, dũmodo carceres fregerit,vt considerat Boer.*d.decis.215.n.32. in fine*,& cùm,vt pariter suprà dixi, *n.8.25.& seqq.* verior sit intellectus ad *l.in eos.ff.de custod.reo.*exploso communi,quòd fuga non sequuta adhuc carceres frangens puniatur nõ vniformiter in pœnam confessati criminis, secundùm dictum communem intellectum, sed aliàs Iudicis arbitrio, & iuxta personarum qualitatem in proposita limitatione dicas, quòd si carceratus vt fugeret,licèt non aufugerit,fregerit carceres, sed non conspirauerit cum aliis, mitiùs punitur,quàm si fregisset & conspirasset simul, quia non conspirando ipse solus deliquit:at conspirando fecit delinquere etiam alios:ergo in plus tenetur cum conspiratione, quàm sine, & ita limitatio procedit,nec ei obstat tex *in d.l.1.* siue copulatiuè, siue etiam alternatiuè illum interpretemur.

LIMITA VI. Vt eadẽ regula non procedat,† quando car- 171
ceratus ex carcere aufugiat ex aliqua causa, vtputà vel quia malè tractabatur,vel quia timebat Iudicis sæuitiam, vel nequitiam,iuxta superiùs tradita *n.140.& seqq.* & ad superiorẽ confugiat:tunc enim quia itineris arreptio ad superiorẽ, habet vim appellationis,*vt in l.sed & si per Prætorẽ §.fina.*& ibi Bald.*ff.ex quib.cau.maior.*idcirco sic fugiẽs,& ad superiorem confugiens,nec habebitur pro confesso,nec vti carcerum effractor punietur,vt per Hostien.*in cap. vt debitus,extra de appellat.*Paris de Put.*in tracta.de syndic.in verbo,fuga Officialis, cap.2.incip. An Iudex vel Officialis,n.4.fol.mihi 190.a tergo.* Iacob.de S.Georg.*in l.1.n.9.C.de fer.fugit.* Ioa.de Amic.*cõs. 7.n.10* Boer.*dec.215.n.28.* Grãmat.*voto 39.n.12.*Cẽpol.qui ita aliàs fuisse decisum testatur *in l.quid sit fugitivus,in princ. n.21.ff.de adil.edicto.*Paul.Ghirlãd.*in tract.de relaxa.carcerat. rub.de fuga incarcerati,n.10.& seq.*Duen.*reg.393.fugiẽs fractis carceribus,in 3.limitatione.* Ioan.Bapt. Caccialup.*in tract. de debitore suspec.& fugit. quæst.1.num.2. inter tractatus an-*

tiquos

tiques tomo 16. fol. mihi 181. Mascard. *de prob. lib. 2. conclu.* 820. *num.* 13.

171 AMPLIA Hanc sextam limitationem, † vt procedat etiam in tecto domi, vel in palatio, sub fideiussione de inde non discedendo: nam si is ex aliqua causa inde discedat, & ad superiorem confugiat, non dicetur fracta fideiussio, vt per Carter. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. in § tertium est indicium, n.* 38. *fol. mihi* 45. *col.* 2. Nec dissentit Franc. Hercul. *in tract. de caut. de non offenden. cap.* 50. *n.* 21. vbi quòd permanens in aliquo loco sibi pro carcere assignato sub cautione, non dicitur dictam cautionem fregisse, si ad superiorem petito recursu, & ei per Iudicem denegato confugerit, & hoc quia non videtur talis confugiens ad superiorem habuisse animum aufugiendi. Plura in proposito adnotauit Boss. *in tit. de carcerato fideiussor. committen. n.* 45. *& seqq.* vbi bene comprobat, quòd promittens non discedere ex aliquo loco, non cadit, nec ipse, nec eius fideiussor in pœnam conuentam, quando ex aliqua iusta causa, vel timore, vt putà propter aliquod imminens periculum in suam personam discederet, & ad dominum seu Principem suum pro auxilio & recursu iuisset, nisi forsan, vt
173 ipse inquit, verba clara promissionis contrarium suaderent, † quod ego intelligo, quando promissum est non recedere sub quouis prætextu, etiam recursus ad superiorem, prout sæpe in huiusmodi stipulationib. hanc clausulam apponi vidi, & aliàs seruari: tunc enim sic ad dominum fugiens, non dicitur fugitiuus, *l. quid sit fugitiuus, § idem probat Iulianus* ibi, *& ad dominum veniisset ff. de ædil. edict.* nec contrauenire dicitur, nec pœnam incurrit ille, qui non paret ex aliqua causa, quæ repentè præter spem euenit, *capit. nostrũ ærarium, § alias ea demum, in ver. Plus accipit, 25. dist.* & quælibet causa iniusta excusat à contemptu, *gl. in l. prima, § fi. ff. si quis ius dicen. non obtemper.* & quælibet promissio etiam iurata intelligitur, nisi superueniente iusta causa contraueniendi, *l. fina.* & ibi Ias. *ff. qui satisd. cogan.* cum aliis ibi per Bossium allegatis.

SVBLIMITA Hãc sextam limitationem sic vt suprà am-
174 pliatã, † vt procedat, quando discedẽs ex carcere, vel ex domo loco carceris assignata, & ad superiorem pro auxilio cõfugiens, habeat aliquam iustam causam, seu timorem imminentis periculi in eius personam, prout loquitur Boss. in loco citato, vel propter Iudicis, aut custodis sæuitiam, vel etiam nequitiam, vt suprà in limitatione deduxi, vel alio modo, tunc inquam confugiendo ad superiorem nec incurritur pœna fracti carceris, nec dicitur contrauentum promissioni, seu fideiussioni de non discedendo, per iura & rationes suprà allegatas; vnde secus si quis discesserit sine causa, vel cum causa, sed iniusta, & non colorata: nam tunc licèt aufugisse non dicatur, cùm ad superiorẽ cõfugerit, *d. l. quid sit fugitiuus, § idẽ probat Iulianus, ff. de ædil. edict.* puniri tamẽ debet aliqua pœna, saltẽ mitiori & leuiori pro carceris exitu seu fractura, & pro modo culpæ & temeritatis, qua vsus est in discedendo sine licentia Iudicis, vt bene cõsiderat Ioan. Baptist. Caccialup. *in loco sup. citato, in tract. de debitore suspec. & fugit. quæstio. 1. n.* 3. & quo ad pœnam conuentionalem non dissentit Boss. *in dicto tit. de carcerat. fideiuss. cõmitten. n.* 49. *in fine, vers. Nec tamẽ admitterem.* vbi propterea dicit, quòd ad excusandũ istum fugientẽ ex carcere, vel ex loco pro carcere assignato, à pœna promissa per fideiussorem ob timorem alicuius imminẽtis periculi, non est admittendus quilibet allegatus timor, sed est recurrendũ *ad l. metũ, ff. quod met. cau.* & multùm faciunt pro hac declaratione scripta per eundẽ Franciscum Herculanum. *dicto ca.* 50. *n.* 1. vbi quòd confugiens ad superiorem non dicitur fregisse cautionem datam de non discedendo ab aliquo loco, quando sumus in casu, in quo recursus & appellatio ad superiorẽ erat iustus & de iure denegari non poterat, alias secus: ex quibus dici potest, quòd quoad pœnam iuris cõmunis effracti carceris fugiens ex carcere sine iusta causa, & sine iusto timore, etiã quòd ad superiorẽ cõfugerit, punitur, si non pœna fracti carceris, saltem mitiori & leuiori, secundum Caccialupũ *vbi suprà*: Quo verò ad pœnã conuentionalẽ, promissam scilicet vel à reo, vel fideiussore, quòd nõ discedet ex aliquo loco, vel palatio: si causa, propter quam is pro quo fuit promissum, aufugit ad superiorẽ, erat iusta, verisimilis & probabilis: & tunc excusatur & principalis, & fideiussor à dicta
175 * pœna: secus si iniusta: † certũ enim est in iure, quòd causa iusta excusat à pœna cõuẽtionali, secũdũ cõmunẽ, *quã plurib. Doctorũ authoritatibus cõprobat in proposito Bertaz. 0. cõs. 80. n. 5. vol. 1. non tamen excusat causa iniusta, secundùm veriorem opinionẽ, de quo per Cagno. in l. quod te, n. 42. ff. si cer. pet.* & per collegium Aduocatorũ curialium Prouinciæ Marchiæ, de quo *in cons. crim. diuer. 150. n. 52. vol. 1. in folio.*

LIMITA VII. In † carcerato fugiente de licentia custodis: 176 nam licèt custos teneatur iuxta dispositionem *l. ad commentariensem, C. de custo. & exhib. reo.* non tamen tenetur, nec pœna effracti carceris aut habiti pro confesso puniri potest carceratus fugiens, ex Io. de Plat. *in l. quoties, n.* 3. *C. de exact. trib. l.* 10. Bald. *in l. 1. n.* 11. *C. de ædil. edic.* Paul. Ghirlan. *vbi supra, in tract. de relaxa. carc. sub rub. de fuga incarcerati, n.* 15. Boer. *decis.* 217. *ad fi. n.* 24. *ver. Tamen nostri consurgerij.* Viu. *in com. opi. ver. fugiens à carcere publico, n.* 3. Duen. *reg.* 393. *in quinta limitatione,* Masc. *de probat. lib. 2. concl.* 820. *n.* 19. Bertaz. *cons.* 80. *n. 2. libro* 1.

AMPLIA Hanc septimam limitationem, † etiã procedere 177 in casu, in quo detentus in carcere dedit fideiussorẽ, putà sub pœna mille scutorũ, de inde nõ discedendo sine Iudicis licentia: nam si adhuc discesserit de licentia custodis asserentis se habuisse licentiam à Iudice, excusatur discedens, nec dicitur fracta fideiussio, nec pœna cõuentionalis exigi potest, etiam quòd re vera Iudex talem non dederit licentiam, † quia iustè 178 credidit carceratus custodi: & iusta credulitas excusat credẽtem non solùm à dolo, sed à pœna cõuentionali. vt per Ang. *in l. qui Romæ, §. duo fratres,* & ibi Ias. *n.* 16. *&* 17. Ripa *n.* 14. & Crotus *n.* 20. *& seq. ff. de verborum obliga.* Alex. *cons.* 115. *viso themate. n.* 15. *&* 16. *vol.* 4. *& cons.* 66. visis dubitationibus, *n.* 5. *vol.* 5. Ias. *cons.* 41 *ante finẽ, vol.* 3. Aret. *cons.* 149. *n.* 8. Franc. *in capitu. 1. §. fin. n. 2. de elect in sexto,* Curt. iun. *cons.* 132. *n.* 11. Thob. Non. *cons.* 111. *n.* 30. vbi testatur de communi* opinione, quam etiam communem testatur, & à contrariis defendit Bertaz. *cons.* 80. *n.* 5. *vol.* ... *& cons.* 421. *n.* 20. 24. *& seq. vol.* 2. *

Nec † credulus dici potest, qui viro fide digno credidit, gl. 179 *in l. Titio fundus, in l. penult. ante finem, ff. de cond. & demonstr.* Ang. *in l. 1. in princip. n.* 4. vbi etiam Alexand. *n.* 4. Ias. *n.* 17. & Iacob. de sancto Georg. *n. 2. ff. de eo per quem fac. erit.* Grãmat. *cons. crim.* 41. *nu.* 16. Anto. Gabriel. *lib. 7. suarũ conclusionũ cõel.* 8. *n.* 36. *& seq.* † præsertim si is cui credidit sit Officialis, cui 180 certũ est in spectantibus ad eius officium, eò magis credendũ esse, vt per Grammat. *cõs. crim.* 53. *n.* 15. Rui. *cons.* 50. *ad discutiendum, in* 4. *dubio n.* 5. Bertaz. *d. cons.* 80. *n.* 3. & ibi in additione per Claud. filium, *littera A,* vbi amplius, quòd scientia Officialis & custodis reputatur scientia Principis, nedum Iudicis, Natta *cons.* 636. *n.* 190. Alba. *cons.* 64. *n.* 51. Bero. *cons* 164. *n.* 23. *vol.* 3. Hippol. Rimin. iun. *cons.* 702. *n.* 11. Burs. *cons.* 194. *n.* 19. præsertim Principe, seu superiore præsente, † quo casu 181 tantò minùs Officialis, seu custos præsumitur mentiri, Grammat. *decisio.* 36. *n.* 29. *& sequen.* sic namque his & pluribus alijs rationibus, quas recensere longum esset, hanc ampliationem comprobat, & à contrariis defendit (prout contrarium consuluit Hippol Riminald. *cons. crim. diuer.* 82. *in* 3. *dubio. libro* 2. *in folio*) Bertaz. *in d. cõs.* 80. *libro* 1. *& cons.* 257. *&* 421. *per totũ, li.* 2. Cuius opinio mihi valde satisfacit, tũ quia videtur optimis & validissimis rationibus fundata: tùm etiam quia satis æqua, præsertim in casu suo, in quo carceratus nõ aufugerat, nec penitus discesserat ex carcere, sed solùm de quodam camerino sibi pro carcere assignato ad largiores stantias in eodem carcere existentes, vt se refrigeraret ab intenso æstus calore progressus erat, & deinde ad camerinum reuersus: esset enim impium & iniquum dicere, quòd isto casu sit fracta fideiussio data de non discedendo de illo camerino, si inde discedens & reuertens credidit sic posse facere per relationem custodis, qui illius curam habebat in carcere.

LIMITA I. Præcedentem † ampliationem nõ procedare, 182 quando fideiussor non solùm promisisset, quòd carceratus nõ discederet ex aliquo loco: sed quando fuerit sibi idẽ carceratus traditus in custodiam tanquã custodi, iuxta doctrinam Sali *in l. ad commentariensem, n. 3. vers. Sed latius dic. C. de cust. & exhib. reor.* quam sequuti sunt plures Doctores suprà relati, *n.* 60. quibus addo Menoch. *de arbit. quæst. casu.* 304. *n.* 37. libro 2 Soarez *in tit. de fideiussor. in cau. cri.* qui est omniũ vltimus in eius allegationib. *n.* 26. *& seq.* Cels. Vgo *cõs.* 121. *n.* 1. prout credo hoc esse, quando fideiussor promisit etiã de tuto & securo carcere, tunc enim etiã videtur promisisse de fideli custodia

custodis,

custodis,sine qua carcer non potest dici tutus,vt pariter suprà
183 deduxi, *d. n.*60. † hoc inquam casu,si carceratus aufugiat & discedat ex loco sibi pro tuto carcere assignato,& ex quo non discedere promisit sine Iudicis licentia,non iuuatur, nec ipse, nec fideiussor ex relatione custodis asserentis sibi à Iudice datam licentiam, si eam re vera non habuit: quia licèt ipse sic custodi credendo non sit in culpa,vt suprà dictum est in ampliatione, est tamen in culpa ipse custos, immò & in dolo, qui falsum dixit, & propterea tenebitur ipse fideiussor non ex culpa carcerati,sed ex culpa custodis. ad quam se astrinxit promittendo de tuto carcere,vt suprà deduxi,*nu.*60.ex Cæpol.& Hippol.Riminal. & aliis ibidem allegatis, nec dissentit idem Bertaz.*d.conf.*257.*n.*3.*&* 4.*lib.*2.

184 LIMITANDO II.Eâdem ampliationẽ,aduerte quòd hodie apud nos istæ difficultates penitus cessãt,quia similes promissiones, seu fideiussiones solent per Notarios stipulari hoc modo videlicet,quòd talis non discedet ex tali loco sine licẽtia in scriptis per Iudicem obtinenda,& quòd illum habebit, & tenebit pro tuto & securo carcere,&c. Quo casu,si licẽtiã Iudicis custos non ostẽdit in scriptis,carceratus non iustè credidit,sed suæ promissioni expressè cõtrauenit, ideo pœna in ea adiecta sine dubio exigi potest,cùm in talib.promissionibus semper,& præcipuè sit attendenda forma verborum, vt per Boss.*in tit.de carc.fideiuss.committ.n.*46.*in princ & n.*48.*in fi.*

185 LIMITA VIII Principalem huius † quæstionis regulã non procedere in eo, qui ex carceribus aufugit propter timorem ignis,aquæ,pestis,seu alterius similis periculi: tunc enim nec habetur pro cõfesso,nec de fracto carcere punitur,etiã quòd fugiẽdo carceres fregerit,argumẽto tex.*in l.habitationes §.fi. ff.loca.*item & tex.*in l.item quæritur,§.exercitu,ff.eodem. & in l.si quis fumo §.fi.ff.ad l. Aquil.* quę tria iura optimè ad propositũ huius limitationis nouissimè inducit Masc.*de proba.t.*2. *concl* 820.*nu.*12. & ante eum hoc idem expressè scripserunt Iacob.de Beluis.*in prac.iudi.in tit.de quæstionibus & qualitate tormentorum,n.*104 Boer.*dec.*215.*n.*22.*ante fi.ver.quãuis Iac. de Beluiso,& post n.*30.*ver fallit,si propter necessitatem.*Duen. *regu.* 393.*fugiens fractis carceribus in* 7.*limit.* Foller. *in prac.cri. in* 4.*pa.*3.*partis,verbo, Etsi confitebuntur,n.*55. Cyril. *in sum. cri.rub.*12.*de cust.reor.§.fi.n.*4.*in fine,fol.mihi* 58.*a tergo,col.*2. vbi generaliter dixit,quòd quoties ex necessitate, & non ex volũtate quis à custodia abfuit, ei subueniẽdum est,argumẽto tex.*in l.sed etsi per prætorẽ,§.fi.ff.ex quib.cau.maior.* Boss.*in ti.de carc.fideiussor. committen.nu.*46. vbi pariter & generaliter loquitur in eo,qui ex carcere discedit propter aliquod periculũ, Viu.*in commu.opin.post.verbũ fugiens a carc.publico, in ver.quærit Bartol. n.*23. Ex quibus negari non potest limitationem hanc esse communiter * receptam.

186 SVBLIMITA Hanc octauam limitationem, † vt procedat dummodo timor aquæ,ignis,pestis,seu alterius periculi, sit verisimilis & probabilis;secus si imaginarius, quia tũc non excusatur fugiens,vt bene considerat Boss.*vbi supra,in ti. de carc.fideiussor.committen. n.*49.*in fi.vers.* Nec tamen admittererem quemlibet timorem.& hoc non habet difficultatem.

187 SVBLIMITA Hanc octauam limitationem, † quòd ad hoc vt procedat,etiam requiritur vt cessante timore reuertatur carceratus,aliter nõ excusatur ex eo quòd aufugerit timore ignis,vel aquæ,vel alterius periculi,vt adnotauit idẽ Boss. *in citato n.*49.*vers.haberem tamen illum excusatum,*&c.& ante Boss.hoc idem scripsit Iac.de Beluis.*in loco prælegato,d.n.* 104.& licèt Boër. *d.dec.*215.*post n.*30.*eodem vers.fallit si propter necessitatẽ*,contra Iacob.de Beluiso videatur sentire quòd isto casu discedens veniat excusatus, etiam quòd non reuertatur, & in totum aufugiat. Concordando tamen horum opiniones,potes dicere,secundùm Duen.*d.reg.*293.*in septima limitatione*, quòd etiam quòd non reuertatur sic ex carcere fugiens proter timorem alicuius imminentis periculi, sit excusatus à pœna capitis, de qua *in l.*1.*ff.de effract.* item à pœna habiti pro confesso, de qua *in l.in eos,ff.de cust.reo.* secundùm cõmunem intellectũ, & sic à pœna ordinaria,secus autem ab aliqua mitiori & leuiori,Iudicis arbitrio.

188 Sed certè † si iudex essem,nũquam contra istos,qui ex necessitate ac iure permittente ex carceribus discesserunt, ad condemnationẽ alicuius pœnæ deuenirem,etiã quòd nõ reuerterentur:quia cùm iure se ex carceribus liberauerint, non reperio legem illos punientem, si non reuertantur:sed bene si legitima præcederent indicia, & non aliàs (vbi enim nulla extarent indicia,tunc dicerentur iniustè capti,& propterea licitum fuisse eis omnino aufugere & non redire, vt suprà latiùs explicaui in prima limitatione eos citarẽ & monerem ad recomparendũ & se excusandum ac defendẽdum à delictis, pro quibus detinebantur,& si non comparerent,eos condẽnarem in pœnam dictis delictis condignam, iuxta stylum,& non in aliquam aliã pœnam pro nõ reuersione ad carceres.

Et † ita secundùm hanc meam intentionem in Vrbe seruatur contra eos, qui de carcere egressi sunt adueniente obitu 189
summi Pontificis,&,vt aiunt,sede vacante,quo tempore cùm carcerati,saltem de stylo & immemorabili consuetudine,quę isto casu licitum facit actum fugæ,soleant ex fractis carceribus exire:creato nouo Pontifice non proceditur contra eos ad aliquam pœnam, siue recipiantur, siue non pro effracto carcere & fuga, & pro non reuersione, sed solùm citantur & monentur ad recomparendum & se defendendum super delicto principali, pro quo detinebantur, & si non comparent,condemnantur,vt suprà,& iudicio meo,est practica satis iuri & æquitati consona.

LIMITA IX. In † muliere carcerata, quæ tẽtata à custo- 190
de, vel ab alio viro, nolens ei consentire cuitandæ libidinis causa ex carcere aufugit:talis enim fuga punibilis nõ est,sicuti argumento tex.*in auth.hodie nouo iure,C.de custo.reor.*scripserunt Bal.*in l.*1.*n.*11.*C.de ædil.actio.*Ghirl.*in tract. de relaxat.carc.sub rubr.de fuga incarcerati,n.*17.*vers.& quid si mulier aufugit,*Boër.*dec.*115*n.*18.*vers.& pro hoc facit*,Duen.*reg.* 392.*Fuga,quæ fit ex carceribus, in quinta limitatione, & reg.* 393.*Fugiens fractis carceribus in* 6.*limit.* Fab. à Monteleone *in sua prac.arbit.*4.*part.sub rub.iurium censura contra fugientes à triremib.vel carcerib.*856.*in fi.fol.mihi* 277.Viu.*in com opin.verbo,Fugiens à carcere publico,n* 5.*in fi.* Masc. *de prob. lib.*1.*concl.*266.*n.*26.*&lib.*2.*concl.*820.*n.*26.

LIMITA X.Vt † pœna *l.in eos,ff.de cust.reo* quæ secundùm 191
communem intellectum, vt sæpius dixi,est cõfessati criminis, pro quo carceratus fugiens detinebatur,procedat, & locum habeat, quãdo quis erat carceratus pro inquisitione speciali, secus si pro generali tantùm inquisitione detinebatur: nam tunc istum minimè ex fuga haberi pro confesso scripserunt Io. And.*in addit.ad Spec.in ti.de præsump.§.*2.*incip. species, in addit.magna,ad n.*3.*incip.adde,an fuga,vers.Nam aut quis detinetur pro generali inquisitione,*Alexand. ad Bart.*in l.eos,litera A,ff.de cust.reo.* Bald.*cons.*31. *Primus quæstionis articulus, sub n.*1.*vol.*3.Paris de Put.*in tract.de synd.verbo,carc.& carc. c.*6.*incip.Qualiter autem probatur post num.secundum,* Fel *in c.nullus nu.*4.*part.*3.*partis,verbo,Etsi confitebuntur, num.*45. Boer.*dec.*215.*nu.*11. Ghirlan.*de relaxat.carc. sub rub.de fuga incarcerati,nu.*13.*vers.Hæc autem exceptio,* Marsi. *in pract.§. attingam.post n.*45.*& in §.diligenter,nu.*46.*in fi. & in prac.de bannit.in verbo,carcerati sub n.*17. Cyril. *in sum.crim.part.*1. *rub.*12.*de custo.reor.§.*2.*n.*1.*vers. Quod quidem verum est,fol. mihi* 56.*in fi.*Duen.*reg.*392.*Fuga,quæ fit ex carceribus, in* 4. *limitatione* Plac.*in practi. iudic.inquisitorum,verbo, carcerum effractores,fol.mihi* 40.*in princip.*Menoch.*de arbit.q.casu* 305. *sub n.*5.*li.*2. Mascar. *de prob.lib.*2.*concl.*820.*n.*14. Bonac. *in com.opi.verbo,Fuga rei,ver.& oportet quòd ad hoc,fol.mihi* 74. *part.prima,* & ista limitatio ab omnibus communiter* recipitur,teste Bursato *in cons.*349.*n.*35.*vers.Aut frangens,& aufugiens,&c.lib.*4.

SVBLIMITANDO Hãc decimam limitationem, † ad- 192
uertas,secundùm Bursatũ *in d.cons.*346.*n.*35.*li.*4. quòd Doctores suprà in limitatione allegati loquuntur quoad pœnam habiti pro confesso, *de qua in l.in eos, ff.de cust.reor.* retento communi intellectu; non autem quo ad pœnam capitis, de qua *in l.*1.*ff. de effract.* nam quo ad dictam pœnam capitis semper fugiens fracto carcere tenetur siue pro speciali, siue pro generali inquisitione detineretur; licèt secus sit quo ad pœnam habiti pro confesso,vt prædicti Doctores loquuntur, & tradit Bursatus in loco citato.

Ratio diuersitatis potest esse,quia confessio siue vera,siue ficta,non potest cadere,nisi super certo, *l.*1.*C.vt omnes tã ciuil.quam crim.& in Auth.vt Iud.sine quo suffrag.§.necessitas.* Fol.*in prac. in* 4.*par.*3.*par. ver. Etsi confitebuntur.* ideo ficta cõfessio inducta ex fuga carcerati,non potest induci,vbi quis est carceratus pro generali & incerta inquisitione,secus pœna capitis,

capitis, quæ vtroque casu propter fracturã semper & æqualiter procedit, cùm non minùs in vno, quàm in alio fractura aggrauet delictum, & propterea cùm secundùm veriorem intellectum, exploso communi à te, suprà explicauerimus, *n.* 8.25. *& seqq.* pœnam fracti carceris etiam fuga non sequuta esse non confessati criminis, sed arbitrariam, & etiam secundùm terminos *l.in eos. ff. de custod. reo.* ideirco ista distinctio inter generalem, & specialem inquisitionem minimè erit attendenda, quia semper pœna erit arbitraria, non iuxta qualitatem inquisitionis, sed iuxta qualitatem facti & personarum, vt suprà sæpius dixi, & est verissimum.

193 LIMITA XI. in reuelante: si enim ex carceratis conspiratoribus de frãgendo carcerẽ eorum aliquis forsan pœnitentia ductus, vel alia de causa conspirationem Iudici reuelauerit, ob quod fuerit fugę obuiatũ: impunitate gaudet, etiã quòd à principio conspirationis particeps fuerit, vt probat text *in d. l.in eos, in fin.* ibi, *eos vero, qui conspirationẽ eorũ dixerint, releuandos.* & ibi glo. *in verbo, releuandos, ff. de custod. reor.* & per istũ textũ hoc idem affirmarunt Alb. *in d.l.in eos, in prin.* Boe. *dec.* 215. *n.* 22. *ante medium, ver. quia si prisonerios.* Marsi. *in prac.* §. *attinga. n.* 50. *& in tract. de bãnit. verbo. carcerati, n.* 27. Duẽ. *reg.* 393. *fugiẽs fractis carceribus, in 3. ampliat.* Foll. *in prac. cri. in 1. par. 3. partis, verbo, & si confitebũtur, n.* 86. *vers.* 25. *operatur. fol. mihi* 307. Claud. Battand. *in prac. cri. reg.* 242. *carc. effractores, n.* 7. Iod. *in prac. crim. c.* 18. *sub rub. de effract. carc. n.* 3.

194 †vbi istũ textũ *in d.l.in eos*, ad hoc propositum interpretatur, vt concedenda sit per Principem huic reuelanti non solùm impunitas pro habita conspiratione de frãgendo carceres, si illius particeps fuit, sed etiam sit condonãda remissio delicti, pro quo reuelans detinebatur, dũmodo id remissibile fuerit. Et credo quòd verũ dicat, præsertim quando reuelans nullã habuit participationẽ in conspiratione, vel fractura carcerũ: tunc enim illud verbum, *releuandos*, in textu appositum, debet omnino intelligi respectu pœnæ, quam merebatur reuelans pro delicto, pro quo detinebatur: non autẽ pro conspiratione, in qua particeps non fuit. Et ita etiam illum textum interpretatur Cyril. *in sum cri. part. 1. rubr. 12. de custo. reo.* §. 2, *n.* 2. *in fi. ver. At eos, qui conspirationem, fol. mihi* 57. *col.* 1.

195 LIMITA XII. In crimine hęresi†† cõiectus enim in carcerem pro tali crimine, neque pro conuicto, neque pro confesso habebitur ex fuga fracto carcere, prout alij carcerati ex carcere aufugientes habentur, iuxta communem intellectum glo. & aliorum *in l.in eos. ff. de custo. reo.* nihil enim commune habet hæresis cum fuga & effractione carceris: si enim isto casu effractor carceris pro confesso haberetur, recõciliandus & absoluendus esset, & propter veniam astringeretur de hæresi, quam nunquam fuit ore proprio confessus, quod videtur absurdum: ideo præsumendum est potiùs carceris tædio, aut metu falsorum testium, aut sæuitiâ tormentorum aufugisse, quàm quòd errore intellectus id fecerit. Ita per has rationes hanc limitationem post *Io. a Royas in trac. de hær. part. 2. asser. 15. n.* 185. & alios, quos allegat, & comprobat, & defendit Francisc. Peguer. *in Schol. in direct. inquisition.* Nicolai Eymerici *part. 2. Schol.* 47. *fol. mihi* 502.

196 Contrarium, † quòd imò sicut alij carcerati fracto carcere aufugientes habentur pro confessis, iuxta cõmunem intellectum *ad l.in eos. ff. de cust. reo.* de quo *supra n.* 7. ita etiam habeatur, & reputetur pro confesso inquisitus pro crimine hæresis, & ex carcere fracto, in quo ad custodiam detinebatur aufugiens, senserunt Io. de Anan. *in c. Excommunicamus, il secondo, n.* 3. *de hæret.* Zanchin. *in trac. de hær. c.* 10. *n.* 4. & ibi etiam Campeg Menoc. *in tract. de præsump. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 47. Masc *de prob. li.* 2. *cõcl.* 820. *n.* 21. vbi latissimè & pluribus validissimis rationibus, quas hic referre longa res esset, etiam cũ responsione ad contrarias rationes, subtiliter hanc defendit opinionem, ipsum adeas, quia ad saturitatem loquitur.

197 Sed ego, † vt meum quoque hac in re interponã iudicium (quod tamẽ, si forsan, prout humani intellectus fallaces sũt, ab illa sententia, quã Catholica docet & tenet Ecclesia, & in hoc articulo, & in aliis omnib. in hoc opere disputatis deuiasse cõrigerit, illud ex nunc veluti per ignorantiam deductum, pro recantato haberi peto, méque in omnibus, & per omnia verissimo eiusdẽ Catholicæ Ecclesiæ iudicio & censuræ submitto & subiicio, & non aliter, aliàs nec alio modo, facilè admitterem hanc vltimam opinionem Mascardi, Menochij & aliorum suprà citatorum: si etiam admitteremus illum cõmunem intellectum *ad l.in eos, ff. de cust. reor.* quòd scilicet fugiens fracto carcere habeatur pro cõfesso: si enim hoc procederet in carceratis pro aliis delictis, tur etiã & procedęre nõ deberet in carceratis pro crimine hæresis? Nullã certè video rationem diuersitatis, cùm præsertim in hoc hæresis crimine fauore religionis probationes non magis angustandæ, quàm in cæteris delictis, sed magis ampliãdæ essent: verùm cùm *vt suprà, n.* 8. 22. *& seqq.* (exploso cõmuni intellectu *ad l.in eos*) falsum esse crediderimus, quòd ex carcere fugiẽs habeatur pro confesso: sed bene istũ sic fugientẽ arbitrariè puniendũ esse nõ ad mensurã delicti, pro quo detinebatur, sed habito respectu ad fracturæ & frangentis qualitatẽ, viua ratione demõstrauerimus: certè non video è cõtra retenta hac mea sententia, rationem specialitatis in crimine hæresis, cur scilicet pro eo crimine custoditus & fugiens ex custodia ac carcere, debeat potiùs haberi pro confesso, quàm in aliis delictis: ideo in hoc potiùs assentio opinioni Francisc. Peguer. & aliorum suprà citatorũ, quàm opinioni Mascardi. Menochij, & sequacium, & sic adhæreo propositæ limitationi non ex rationibus, quas communiter Doctores illam firmantes adducunt quia illis optimè quidem respondet Mascard. *vbi supra*, sed ex eo, quia verum esse non credo generaliter, quòd fugiens fracto carcere habeatur pro confesso.

SVBLIMITA I Hanc duodecimã limitationem, † quia licèt in ea dixi, quòd carceratus pro hæresi non habeatur pro confesso, si fracto carcere aufugiat, & pariter contra ipsum sic post fugam in libertate positũ non videatur prima facie posse in contumaciam procedi ad condemnationem in pœnam confessãtę hęresis, sed in pœnam fracturę, vt pariter suprà cõsideraui, *n.* 24. *in principio*, nihilominus, quia negari non potest, quin iste sic fugiens magis se suspectum reddat super hęresis crimine, pro quo detinebatur: sequitur necessario, ꝙ ex hoc indicio fugæ iunctis aliis indiciis, sine quibus præsumere debemus non fuisse carceratum, poterit idem reus moneri & citari ad recomparendum, & se excusandum à crimine hæresis, pro quo detinebatur: & si non comparet, poterit sine dubio in eiusdem criminis pœnam condemnari. Idque erit permissum non ex eo, quia fugiens habeatur pro confesso, & quòd tanquam ex fuga confessus possit de iure condemnari: sed quia stante fuga & aliis indiciis satis dicuntur præcedere legitima indicia ad ipsum monendum, citandum & non comparentem contemnandum pro crimine pro quo detinebatur, iuxta stylum illius sanctissimi Officij, & vt pariter adnotaui suprà, *dicto nu.* 43. & sic vides, quòd licèt carceratus pro crimine hæresis fugiens fracto carcere non habeatur pro confesso: potest tamen ex dicta fuga condemnari in pœnam illius hæresis, pro qua detinebatur, & etiam fracti carceris, quæ de se capitalis est, *l.* 1. *ff. de effract.* & dixi *supra in d. n.* 43.

SVBLIMITA II. Dictam 12. limitationem † non procedere in eo, qui pro hæresi est positus in carcere, non ad custodiam, sed ad pœnitentiam peragendã pro hæresi, pro qua fuerat dãnatus, nã tunc si ex carcere aufugit nulla legitima causa probata, eo ipso hęreticus censetur ei omnis audientia denegatur, & velut relapsus relinquendus est curiæ seculari, secundùm Arc. Io. An. Anc. Dominic. & alios *in c. 21 cõmissi, de hære.* in 6. Io de Anan. *in c. excommunicamus, il secondo, nu.* 3. *de hære.* Nicol. Arelatan. *in trac. de hær. notab.* 6. Zanch. *in trac. de hære. c.* 10. *n.* 14. & ibi Campeg. *in addi. vers. detrusus in carce.* Franc. Squillacen. *in trac. de fide cath. c.* 27. *n.* 3. *in fine.*

Sed contrarium † post Simancam, quem allegat, tenet & defendit Franc. Pegu. relatus per Mascard. *de proba. lib.* 2. *d. concl.* 820. *n.* 25. ibi videas.

LIMITA XII Huius quęstionis regulã † non procedere in pulchro contingibili casu expositio per Menoch. *de arbit. q. li.* 2. *casu* 301. *sub n.* 21. *& seq.* videlicet quando omnes carcerati ex aliquo carcere aufugerũt, vno excepto, qui propter corporis imbecillitatẽ non potuit hastã constẽdere, & ex perfracto pariete effugere; is, inquam, si à custode solus inuẽtus negauerit carceris fractioni cõsensisse, & non propterea reclamasse, & custodes vocasse, quia si id fecisset, alij carcerati ipsũ acerrimè verberassent, & hãc suam assertionẽ etiam à Iudice examinatus medio iuramento confirmauerit, non potest de effracto carcere puniri, nec minùs haberi pro confesso: quia alio

non

non docto per fiscum,standum est ipsius iuratæ assertioni super illato metu,iuxta ea quæ scribunt omnes *in §.sed istæ*, vbi gl. *Instit.de actio.* cum aliis in proposito allegatis per Menoc. vbi suprà,cũ quo etiam pertransire videtur Bursat.qui in nõ multùm dissimili casu consuluit *in cons.*346.*num....vol.*4.

202 LIMITA XIIII.Vt pœna fracti carceris,quæ secũdũ vnã opinionẽ suprà relatam,*n.*2. est capitis: & secũdùm aliã opin. de qua suprà pariter dixi,*n.* 3. est mortis naturalis:tunc demũ procedat & habeat locũ,quando per carceratũ fugientẽ fuerit illata violentia custodib.aliter secus : vbicunque enim captus cõmentariensem offenderit, læserit,vel occiderit,is gladij animaduersione capitaliter damnandus erit,vt punctualiter inquit Iod.*in prac.crim.cap.*18.*sub rub.de effract.carc.n.*2. Bonif.de Vital.*in suo opere malef.sub rub.de carc.priu.vel fractis,& custodib.eor.n.*8.*vers.sed si carcerat.*vbi pariter dicit, quòd si carceratus custodem interfecerit,capite punitur. At si fugam arripuerit carceratus absq; eo,quòd custodibus aliquã vim inferat,non potest capitaliter & pœna mortis puniri, vt per Alb qui sic expressè declarat materiã *in l.in eos.n.*1.*vers. alij dicũt tucto n.*2.*in fi.*inquiẽs,quòd ad hoc vt imponi possit capitis pœna,de qua *in l.*1.*ff.de effr.*adhibenda est illa distinctio,an carcerati euaserint cum culpa , vel sine culpa custodum:& an eisdem custodibus fuerit vis illata, vel non.

203 SVBLIMITANDO Hunc 14 limitationẽ,† quæ,vt vides, procedit tetenta eorũ opinione qui dixerũt pœnã fracti carceris esse vltimi supplicij,& illã,vt præfertur,declarat nõ procedere nisi illata violẽtia custodib. aliter secus:aduerte quòd cùm prædictorũ opinio vera non sit,quia, vt suprà explicaui *n.*4.*& seqq.*pœna capitis,de qua *in l.*1.*ff.de effract.*non debet intelligi de pœna vltimi supplicij,& multò verius sit hãc pœnã arbitrariã esse,vt pariter dixi *suprà n.*8.ideo sequitur quòd quando est illata vis custodibus, Iudex arbitrabitur grauiorẽ pœnã ea,quã arbitraturus esset , si nulla fuisset illata vis , & in casu vis illatæ Iudex debet attẽdere quãlitatẽ violẽtiæ:quia si ex tali vi fuerit custos interfectus, tunc non habet dubiũ, quòd carceratus illum interficiens puniri debet,vt per Bonif. & Iodocum suprà citatos,pœna mortis,quæ propter solũ homicidium,nedum propter fractum carcerem insimul de iure infligi potest:imò si ex vulnere custodibus illato per carceratum,vt fracto carcere aufugeret,nec etiã esset sequuta mors: adhuc credo Iudicẽ isto casu posse arbitrariã pœnam vsq; ad

204 mortem inclusiuè extendere;† fractura enim carceris iuncta custodib.illata violentia cum vulnere hoc credo operari possit,quia etiam pœna arbitraria extenditur ad mortẽ,quando ex delicti aggrauantib.qualitatib.sic facere,& arbitrari ipsi Iudici visum fuerit,secundùm cõmunem * Doctorum opinionem,de qua per Ant.Gomez.*var.resol.tom.*3.*tit. de iniur.n.* 8.Clar.*in pract §.fin.q.*83.*vers.Sed quæro,quando,*Ioseph.Lud. dec.Lucens. 5 *n.*17.*& sq.*1.*par.* Hippol. Rimin.*cons.*327. *n.*15.*& seqq.cons.*245.*n.*7.*lib.*3.cum aliis suprà per nos allegatis *in tit. de delict.q.*17.*n.*35. at si violentia custodibus facta sanguinem non habuit,pœnã mortis nunquam infligerem,si Iudex essem , licèt bene fracti carceris pœnam aggrauarem propter aggrauantem qualitatem violentiæ.

205 LIMITA XV.Retenta eorum opinione,† qui *suprà n.*6. dixerunt pœnã fugientis fractis carceribus esse confessati criminis,vt illa procedat,quando carceratus sciuit causam suæ capturæ & carcerationis , vel saltem verisimiliter illam scire potuerit , vtputà quia fuerit sibi exposita querela , vel fuerit examinatus super delicto,vel aliter ex processu de hoc notitiam habuerit:secus si causam suæ carcerationis & imputationis ignorauerit,quia tunc sicut ignorans non potest verè cõfiteri,multò minùs potest isto casu induci ficta confessio : & tamen certum est, quòd confessio debet cadere super certo, *l.*1.*C.vt omnes tam ciuiles quam crimin. Aut.vt Iud. sine quo quo suff.* §.*necessitas*.sic namque per hanc rationẽ,hanc ponit limitationẽ Foll.*in pr.crim.in* 4.*par.*3.*partis,verbo,Etsi confitebũtur,n.*56.vbi dixit illam esse valde notandã,quia aliàs de facto fuit de eo magna cõtrouersia in ciuitate Salerni,quando ipse pro Iudice assidebat;faciunt quæ suprà dixi de carcerato pro inquisitione generali,*n.*191.*&* 192.ibi declaraui,& ibi declaratio potest etiam applicari huic limitationi.

206 LIMITA XVI.Quia† sicut suprà admissa eorundẽ opinione,qui dixerunt haberi pro cõfesso illum,qui carcere fracto aufugit,intelligi debet, vt habeatur pro confesso quo ad delictum principale,pro quo detinebatur , non autem quo ad qualitates illius delicti aggrauantes:& hoc,quia ficta confessio nunquam operatur circa qualitates delicti,licèt bene operetur circa ipsum delictum , vt pluribus probaui *in tit. de inquisit.q.*11.*n.*63.& in terminis declarat Foll.*in pract. crim.*4. *par.*3.*partis,verbo,Et confitebuntur,n.*62. sed cùm , vt suprà sæpius dixi , verius sit pœnam effracti carceris esse arbitrariam,& non confessati criminis,ideo hæc limitatio parum facit ad propositum.

ARGVMENTVM.

Carcerum custos ad quid , quando & quomodo teneatur,ac puniatur ex fuga,aut ex morte carcerati.

SVMMARIVM.

*Custos carceris quomodo puniatur ex fuga carcerati iura diuersimodè statuerunt,n.*1.

*Regulariter custos carceris ex fuga carcerati punitur eadem pœna,qua erat puniendus fugiens carceratus, n.*2.*&* 4. *vbi respondetur contrarijs.*

*Custos carceris punitur arbitrio Iudicis ex fuga incarcerati secundum aliquos relatos,n.*3.*sed horum opinio refutatur,n.*4.

*Aliqui dixerunt custodem ex fuga carcerati puniri pœna mortis,vt n.*5.

*Sed pœna hæc mortis tunc demum ligat custodem,quando carceratus aufugiens erat detentus pro crimine capitali , alias secus,n.*6.

*Custos si dolo & precio corruptus carceratum dimiserit punitur pœna mortis indistinctè,etiã quòd fugiens non esset pro causa capitali detentus,secundum relatos , n.*7.*sed contrarium est verius,quia non punitur pœna mortis custos precio corruptus dimittens carceratum,nisi in casu,in quo ille carceratus mereatur pœnam mortis,alias secus,n.*8 *&* 9.

*Negligentia magna & culpa lata dolo æquiparatur. n.*10.

*Ex lata culpa nemo puniri potest pœna corporali,n.*11.

*Dolus nisi intercueniat in delictis nemo puniri potest corporaliter,n.*12.

*Custos carcerum punitur ex culpa lata corporaliter & capitaliter,etiam quòd non fuerit in dolo,n.*10.*& seqq.*

*Custos carcerũ tenetur etiã de leuissima culpa,n.*14.*sed contrà, n.*15.*dic quòd etiam de leuissima culpa punitur,sed non grauiter,leuiter tantùm,& ad damna & interesse,n.*16.*&* 17.

*Culpa lata potest puniri ciuiliter,videlicet ad damna & interesse.n.*16.

*Culpa in dubio non præsumitur , quia quilibet præsumitur diligens,& non negligens,n.*18.

*Sed in custode secus est,quia in dubio cõtra ipsũ præsumitur quòd eius culpa & negligentia carceratus aufugerit, n.*19.*&* 20.

*Obligatus ad custodiam ratione officij publici vel priuati tenetur probare culpam abfuisse,alias cõtra ipsum præsumitur,n.*19.

*Custos carcerum præsumitur diligens,& non negligens,quando probauit,& in aliis custodiæ fuisse diligentem , n.*21.*&* 22.

*Sed probata negligentia custodis in aliquo sibi non prodest probatio,quòd alias fuerit diligens,n.*23.*& seqq.*

*Præsumptio exclusiua delicti tollit inclusiuam,n.*21.

*Probatio & præsumptio specialis præfertur præsumptioni & probationi generali,n.*24.

*Probatio,quæ habet pro se iuris præsumptionẽ,semper præferenda est probationi,quæ non habet talem præsumptionem,n.*25.

*Custos carcerum dicitur in culpa,quando carceratus aufugit per ostium apertum,n.*26.

*Et contrà non dicitur custos in culpa, quando tenet ostium carceris clausum iuxta solitum,n.*27.

*In dubio an præsumatur carceratũ aufugisse ex ostio aperto incuria custodis,an verò potius cum aliquo grimaldello,vel clauibus adulterinis,n.*28.*& seqq.vsque ad n.*34.

*Custos carcerum,an teneatur, quando carceratus aufugit ostio aperto cum grimaldello vel clauibus adulterinis,& quomodo istud probetur vel præsumatur,num.*28.*& seq.vsque ad numerum* 33.

*Peritis in arte standum est,quomodo carceratus aufugit ex carcere,num.*30.

Custos

Custos non tenetur ex fuga carcerati si illum tenebat in vinculis, num.34.& è contra tenetur si in vinculis non tenebat,n.35. dummodo qualitas criminis & personæ vinculorum acerbitatem expostularet,alias secus,n.36.

Custos debet tenere duos famulos pro custodia carcerum, aliàs dicitur in culpa,n.37.

Custos præsumitur in culpa si carcerati aufugiant de die, n.38.

Custos tenetur carceratos de nocte in arctiores carceres conjicere,alias si aufugiant,dicitur in culpa,n.39.

Custos dicitur negligens, si de die vel de nocte deserit carceres, absque eo quòd ibi coadiutorem relinquat,n.40.& 41.

Custos potest de nocte relinquere carceres,& ire ad dormiendum in sua propria domo extra dictos carceres,si ita aly custodes facere solebant,n.42.

Custos non tenetur ex fuga carceratorum sequuta de nocte,dum ipse somno grauatus dormiebat, si antequam iret dormitum suam fecerat diligentiam,n.43.

Custos præsumitur in culpa & negligentia, quando carceratus reperitur in carcere mortuus,n.44.

Custos tenetur non solum probare interitum, sed etiam casum interitus,quando ad custodiam est obligatus ratione officij publici,vel priuati,sub n.44.

Cautela qua custodes nõ teneãtur de morte carcerati,sub d.n.44.

Custos antequam captum carceret,debet ipsum excutere,& perquirere an habeat aliquod ferrum, vel quid simile occultatum,alias dicitur in culpa,n.44.in fine.

Custos non tenetur de morte incarcerati, quando reuera talis mors sequuta est sine eius culpa,n.45.& seqq.

An custodis culpa incarceratus se ipsum interfecerit,vel laqueo se suspenderit,Iudicis arbitrio remittitur, n.46.& seqq.

Si carceratus se ipsũ interfecerit in carcere publico,custos non tenetur,secus si in secreto, quia magis contra ipsum præsumitur,n.47.

Custos non debet permittere vt carcerati in secretis carcerib.teneant cultellos,vel quid simile,ex quo possit sequi mors,n.48.

Custos carcerum tenetur de culpa sui substituti, n.49.& seq.

Mala electio est in culpa,n.50.

Commentariensis non liberatur propter culpam sui substituti illum exhibendo,n.51.

Pater tenetur pro filio custode carcerum,n.52.

Maritus tenetur de culpa suæ vxoris, quam in custodia carcerum loco sui reliquit,n.52.

Socius vnus custos carcerum tenetur in solidum ex culpa alterius socij custodis,n.53.

Socius vnus custos carcerum non tenetur pro altero,quando inter se diuiserunt custodias,n.54.

Custos carcerum non tenetur de culpa sui substituti,qui tempore substitutionis erat reputatus diligens & sagax,n.55.

Item non tenetur custos pro suo substituto, quando eo loci non erat copia aliorum magis sagacium, vel quando ex loci consuetudine non solent substitui diligentiores,n.56.

Item non tenetur custos de culpa sui substituti electi à Iudice, vel alio superiore,n.57.

Custos carcerum quando tenetur ex culpa sui substituti,non potest pro alterius culpa corporaliter puniri.sed tantùm priuatur officio custodiæ:quod an verum sit,& quando,num.58.& seqq.vsque ad n.62.

Custos negligens in custodia carceratorum priuatur officio custodiæ,etiam quòd carcerati non aufugerint,n.60.

Dominus carcerum,qua pœna teneatur ex culpa commentariensis,cui carcerum custodiam locauit,n.61. vbi etiam, an teneatur ex culpa custodum substitutorum.

Custos tenetur ex fuga carcerati, etiam quòd is sponte reuertatur,vel vi reducatur,n.62.sed cõtrà,n.63.distinguc,vt n.64. & seq.

Eximens ex carcere detentũ pro causa criminali punitur,etiam quòd exemptus ad carceres reuertatur,vel reducatur, n.64. & seqq.

In delictis pœnitentia habet locum,& tollit pœnam ante consummatum delictum,secus postea,n.65 & seqq.

Fur non excusatur, sed punitur etiam,quòd velit rem furatam domino restituere,n.66.

Eximens detentum pro debito ciuili punitur criminaliter,etiam quòd exemptus ad carceres reuertatur,vel reducatur, n.67. Sed an teneatur ciuiliter creditori ad solutionẽ debiti, n.68. vbi quòd sic secundùm communem,licèt contrarium videatur æquius.

Custos carceris, cuius culpa carceratus pro causa criminali aufugit, si deinde is reuertatur, vel vi ad carceres reducatur, punitur criminaliter non ordinaria pœna,sed mitius,n.69.

Custos carceris,si eius culpa aufugit carceratus pro debito ciuili, etia quòd is reuertatur,vel vi ad carcereres reducatur,punitur criminaliter de commissa culpa,& negligentia,n.70. Sed nõ tenetur creditori ad aliquam solutionem debiti,n.71.&c.

Custos tenetur de fuga carcerati, etiam quod dederit fideiussores de tuto carcere,n.72.declara,vt n.73.

Custos carcerũ tenetur creditori ad damna,& interesse,& sic ad solutionẽ debiti,si debitor carceratus aufugiat,n.74.Sed contra,n.75.prima opinio est communis,& ratione fulcita,n.76.

Custos carcerum dicitur depositarius personarum,n.76.

Custos carceris non potest allegare carceratum, qui aufugit,non esse debitorem,n.77.Sed contra,n.78.Concorda,vt n.79.

Custos carcerum ex fuga debitoris carcerati vltra debiti solutionem, puniur etiam criminaliter aliqua pœna,& qua, n. 80.& seqq.

Valet argumentum de eximente carceratum, ad custodem carceris,n.81.

Custos carcerum,quando solnit debitum creditori ex fuga debitoris carcerati, potest facere sibi cedere actiones contra eundem debitorem,& fideiussores,n.84.

Custos non tenetur ex fuga debitoris carcerati soluere creditori debitum,nisi in subsidium facta excussione, quòd ille debitor non esset soluendo,n.85.& seq.Sed contra,n.87.

Officialis de commissis in officio non tenetur parti læsæ ad interesse,nisi in subsidium,n.86.

Excussionis beneficio non gaudet depositarius,n.87.

Excussionis beneficio non gaudet obligatus cum iuramento,n.88.

Excussionis beneficio non gaudet obligatus per instrumentum guarentigiatum,n.89.

Custos carceris quomodo teneatur ex fuga debitoris carcerati, qui erat paratus cedere bonis, & quem notorium erat non esse soluendo, n. 90.

Custos relaxans carceratum sine Iudicis mandato in scriptis,tenetur non aliter, ac si carceratus aufugisset,n.91. & si relaxatus erat detèntus pro debito ciuili,tenetur ciuiliter ad damna,& interesse,ac etiam extra ordinem punitur: si verò erat detentus pro causa criminali,punitur eadem pœna,qua erat puniendus ille,qui fuit relaxatus,n.92.

Custos non potest relaxare debitorem carceratum sine Iudicis mandato,etiam creditore consentiente,& satisfacto,n.93.

Custos an possit sine mandato relaxare carceratum nondum annotatum in libro carceratorum,n.94.

Custos tenetur de ferro,veneno,fune,ac omni eo, quod infertur in carcerem,ex quo potest sequi mors,vel fuga,num.95. vbi quòd isto casu vel officio priuatur, vel alias Iudicis arbitrio punitur.

Custos non tenetur ex eo,quòd immittitur in carcerem, quando non est in culpa,n.96.

Et in culpa non dicitur esse,quando ferrum fuisset immissum intra planellos,intra zoccolos,aut simili modo proditoriè,& per insidias,n.97.

Item nec dicitur in culpa quando ferrum,funis, aut quid simile fuit immissum per fenestras carceris respicientes in via publica,n.98.

Custos non dicitur in culpa de immissis in carcerem, quando fecit solitam diligentiam & perquisitionem, n.99. secus si non fecit solitam diligentiam & perquisitionem,n.100.

Custos tenetur frangere panem,inspicere ferculum,euacuare vas vino plenum,quod mittitur carcerato,n.102.sed hoc intellige quando carceratus stat in secretis carceribus,secus in publicis, n.103. vbi etiam quòd omissio huius exquisitæ diligentiæ non inducit nisi leuissimam culpam.

Custos tenetur & punitur de negligentia, si permittit aliquem alloqui, transmittere litteras aut nuncium carcerato detento in carceribus secretis,n.103.& n.104. vbi quomodo puniatur,si ipse dolo & pretio corruptus talia permittit & facit:ibi habes tenorem Bullæ Pij V.

Alloquens cum carcerato in secretis detento bona fide & de rebus non spectantib.ad causam,non punitur,n.106.sed quid si alloquatur, seu scribat de rebus spectantibus ad causam in præ-

iudicium

iudicium fisci, dic pariter quòd non punitur de iure communi, nisi in contrarium adsit aliqua specialis prohibitio pœnata, n.107.& seqq.

Non omne quod illicitum est, punibile est, quia pœna non habet locum nisi in casu à iure expresso, n.108.

Alloquentes seu mittentes buletinos carceratis dum detinentur in carceribus secretis, possunt torqueri tanquam verisimiliter informati de delicto, n.109.

Custodes carcerum, si carceratus aufugiat, possunt torqueri, vt modum fugæ indicent, n.110.& seq. vbi declaratur quomodo hoc procedat.

Custos pecuniarum potest torqueri, vt indicet furem, quod quando verum sit, n.111.

Custos carcerum si rem habeat carnaliter cum aliqua muliere carcerata, quomodo puniatur, & quid si per vim, & quid si illa mulier erat meretrix, n.112.& seq. vsque ad n.124.

Coitus cum meretrice est impunibilis extra carceres, sed in carcere punibilis, n.113. sed contra, n.116.118.& seq. declara, vt in n.130.& seq.

Tutor carnaliter cognoscens pupillam deportatur cum publicatione, n.115.

Carceratus rem habens cum muliere carcerata, quomodo puniatur, n.118.120.122.& 123.

Carceratus carnaliter cognoscens vxorem vel ancillam custodis carcerum, quomodo puniatur, n.119.121.& 123.

Custodes carcerum possunt condemnari a Iudice sola facti veritate inspecta summariè & de plano, nec a Iudicis condemnatione possunt appellare, n.124.

Custos non punitur capitaliter, nec eadem pœna qua erat puniendus carceratus, qui aufugit, nisi fuerit in dolo, vel in lata culpa: si enim fuerit in leuiori culpa, leuius punitur pro modo culpæ, n.125.

Custos carcerum non tenetur de fuga carcerati, si adhibuit in custodia carcerum diligentiam, quam debuit, n.126.

Diligentia custodis probatur per familiares & domesticos ipsius custodis, n.127.& seq.

Testes domestici & familiares regulariter non admittuntur ad testificandum, n.127.

Testes domestici admittuntur ad probandum facta domus, nu. 129.

Custos carcerum, an fuerit diligens vel negligens, remittitur arbitrio Iudicis, n.139. vbi etiam ex quibus Iudex possit suum arbitrium regulare.

Custos carcerum non tenetur de fuga carceratorum si in illis custodiendis fecit solitam diligentiam, puta illos retinendo in loco in quo alij similes carcerati retineri solebant, n.131.& 133. vbi quod isto casu excusatur in totum etiam à pœna extraordinaria.

Custos tenetur si carceratos tenuit in loco non solito, n.132

Custos non tenetur de fuga carcerati de qua verisimiliter non poterat suspicari, n.134.& seq. vbi ponuntur exempla.

Custos non tenetur, si carceratus ex alia turri, & eius fenestra in terram se proiecit, ac præcipitem dedit, indéque vel aufugit, vel obiit, n 135. quod intellige, si in ea turri erat solitum similes carceratos retinere, alias secus, n.136.& seq.

Custos potest in latioribus carceribus tenere carceratum pro paruo debito, siue sit nobilis, siue ignobilis, & si inde aufugiat, non tenetur. & quale dicatur in proposito paruum, vel magnum debitum, n.138.& seq.

Debitor suspectus de fuga carcerari non potest pro paruo debito, n.140.

Custos potest retinere in latioribus carceribus captos pro tenui delicto, & non tenetur, si inde ipsi aufugiant, n.142.

Custos potest in latioribus carceribus tenere de proximo liberandos, secus de proximo condemnandos, & non tenetur si inde tales de proximo liberandi aufugerint, n.143.& seq.

Custos non tenetur ex fuga carcerati nobilis & integræ famæ, quem in latioribus carceribus retinebat, n.145. sed contra, n.146.& seq. vbi declaratur.

Non excusatur credens viro fide digno in præiudicium tertij, n.147.

Custos potest senes infirmos retinere in latioribus carceribus: iuuenes autem & robustos debet strictius custodire, & quando de eorum fuga teneatur, n.148.

Custos carcerum non tenetur de fuga incarcerati sequuta sine culpa custodis, sed casu, n.149.& seqq.

Custos non tenetur de fuga carcerati sequuta propter incendium vel ruinam carcerum, n.150.

Depositarius non tenetur de casu fortuito, n.151.

Custos non tenetur de fuga carcerati, qui nulliter, hoc est, non ritè fuit captus, n.152. Amplia etiam quòd isto casu fuerit in dolo, n.153. sed ampliationem vide, n.154.& seqq.

Dolus suus nemini patrocinari debet, n.155.

Custos si pretio corruptus facit fugere carceratum, acrius punitur, quam si sine pretio id fecisset, n.156.

Custos tenetur de fuga carcerati, etiam quòd esset innocens, dummodo fuerit ritè carceratus, n.158.

Custos non tenetur de fuga carcerati facta proditoriè & per insidias, quæ ab ipso custode non poterat præuideri, n.159.

Custos non tenetur de fuga carcerati, qui muliebri veste indutus ipsum decepit, & carceres egressus est, n.160.

Custos non tenetur de fuga carcerati, si cum eo aufugit alter custos, n.161. declara procedere quando custos, qui aufugit, erat deputatus à superiore, secus si ab ipso commentariense. n.162. sed contra quod imò semper excusetur principalis custos isto casu, etiam quòd alter custos fugiens cum carcerato fuerit ab ipso deputatus, n.163.& 164. vbi declaratur.

Custos carcerum non tenetur, quando carceratus aufugit fracto muro, n.165.

Custos non tenetur de violentia cui resistere non poterat, n.166. & seq. vbi ponuntur exempla: fallit duobus modis.

Primò, quando custos expressè se obligasset etiam ad casum violentiæ, n.168. fallit 2. quando culpa præcessisset casum violentiæ, vt in n.169. vbi ponitur exemplum huius fallentiæ.

Custos non tenetur, quando carceres fracuntur a populo tempore sedis vacantis, n.167.

Custos carcerum tenetur etiam de casu, quando culpa præcedit casum, n.169.

Custos tenetur, si posuit carceratum in aliquo loco contra mandatum Iudicis, n.170.

Custos non tenetur de fuga carcerati, quem posuit in aliquo loco de mandato Iudicis, n.171. declara, vt n.172.

QVÆSTIO XXXI.

CARCERVM custos, †si carceratus ex carcere aufugiat, quomodo puniatur, non multùm in hoc constantes fuisse ciuiles leges, prima fronte videtur: tex. enim *in l. ad Commentariensem, C. de custo. reo.* quæ est clauis propositæ quæstionis, eãdem illi imponit pœnam, quam merebatur carceratus aufugiens, dum per hæc verba dicit: *Ad cõmentariensem receptarũ personarũ custodia obseruatióque pertineat, nec putet hominẽ abiectũ atq; vilem obyciendũ esse Iudici, si reus modo aliquo fuerit elapsus: nam ipsũ volumus huiusmodi pœna cõsumi, cui obnoxius docebitur fuisse qui fugerit.* Verùm pœnam hanc nõ eandem, sed arbitrariam, si dolus vel corruptio interuenerit: sin minùs sine dolo ex sola ignorãtia aut negligẽtia custos defecerit, officij priuationem esse haud dubiè probari verum *in l. carc. præpositus. ff. de cust. reo.* dũ pariter dicit: *Carceri præpositus si pretio corruptus sine vinculis agere custodiam, vel ferrũ venenúmve in carcerẽ inferri passus est, officio Iudicis puniẽdus est: si nescit, ob negligentiã remouendus est officio.* Non sic videtur dispositum, licèt videatur probari custodẽ esse vltimo supplicio afficiendum, si eius nimia negligentia custoditus aufugerit: sin minùs sine tanta negligentia, pro modo culpæ Iudicis arbitrio vel castigandum, vel in deteriorem militiam dãdum, vt patet in illis verbis in tex. ibi, *Et ita demũ afficiẽdos supplicio milites, quorũ custodiam euaserit si culpa eorũ deprehendãtur: alioquin pro modo culpæ in eos statuendum est*, & paulò infrà: *Si tamẽ per vitiũ, aut desidiam custodis id emiserit, castigãdũ eum & in deteriorẽ militiam dari*, & demum multum obscurè, ac etiã alternatiuè circa hãc pœnam statuere videtur tex. *in l. ff. eodẽ*, dũ primò dicit: *Qui si negligentiã commiserint, pro modo culpæ, vel castigantur, vel militiam mutant*: & sic in casu negligẽtiæ pœnam indistinctè facere videtur vel arbitrariam, vel officij priuationem: deinde autem in casu fraudis vel capitis pœnã, vel parem officij priuationem militi & custodi infligit, dũ dixit: *Fraudulenter autẽ si fuerit versatus in dimittenda custodia, vel* 1

capite puniatur vel in extremum gradum militiæ detur. Quæ quidem pœnæ, capitis scilicet & priuationis militiæ, vt vides, sunt inter se multum dissimiles & inæquales. Igitur, vt prædicta omnia iura, quæ, vt prædixi, dissonantiam & forsan etiam repugnantiam primo aspectu habere videntur, ad veram pacem & concordiam reducantur.

2 REGVLAM constituo, †quòd carcerato ex carcere aufugiente si causa, pro qua is detinebatur, erat criminalis, puniẽdus eadem pœna, qua veniebat plectendus ille carceratus fugiens pro delicto, pro quo erat carceratus: sic enim bene probat tex. *in d.l.ad commentariensem*, & ibi hoc no. Bar. Bal. n. 3. Alb. *in fi. legis* Sal. *in summario, C. de cust. reo.* & per istum tex. hoc idẽ scribẽtũt Gra. *voto* 29. *n.* 13. Boe. *dec.* 217. *n.* 1 Conr. *in pr. ti. de carc. n.* 21. *fol. mihi* 277. *col.* 1. Pet. à Pla. *in epit. delict. c.* 26. *n.* 1. *in fine, l.* 1. Meno. *de arbit. q. lib.* 2. *casu* 303. *n.* 2. Ang. Aret. *cons. cri. diuer.* 73. *n.* 9. *vol.* 1. *in fol.* Ant. Gom. *var. res.* 10. 3. 10. *rub. de captura reo. n.* 11. *ad fin. ver. Nam ipsum volu.*
* *mus*, vbi testatur de cõmuni* opinione Bos. *in tit. de carcere, n.* 9. Iod. *in pr. cri. c.* 17. *rub. de carceratis, seu cõmentariensibus, n.* 3. Franc. Bec. *cons.* 44. *n.* 3 3. *l b.* 1. Cyril. *in summa cri. p. tic.* 1. *rub.* 12 *de custo. reo.* §. 3. *n.* 1. *fol. mihi* 77. *colum. e.* Claud. Battan. *in sua pract. crim. reg.* 143 *carcerum commentariensem, n.* 2.

3 Contrarium, †quòd non sit eadẽ pœna, sed arbitraria, vel priuationis officij, suaderi videtur ex textu *in l. si. ff. de cust. reo. ibi, pro modo culpæ, vel castigãtur, vel militiã mutat.* & itẽ in tex. *in l. carceri. ff. eod.* ibi, *officio Iudicis puniẽdus est*, & rursus ibi, *remouẽdus est ex officio*, & c. itẽ ex tex. *in l. milites. ff. eo.* ibi, *pro modo culpæ in eos statuendũ est*, & c. *& paulò infra*, ibi, *Castigandũ eum, vel in deteriorem militiam dari.* Quæ iura iterum supra deduxi & satis probare videntur pœnam hanc custodis esse vel arbitrariam, vel priuationis officij pro modo suæ culpæ, non autẽ pro modo culpæ illius, qui ex carcere aufugit, prout in proposito etiam huiusmodi pœnam fore arbitrariam, simpliciter dixerunt Gram. *d. voto* 29. *n.* 16. *sub vers. Tertium speciale est.* vbi tamen loquitur, quando custos non est in dolo, Clar. *in pra. §. fi. q.* 68. *vers. Custos carcerum*, vbi expressè dicit, quòd quando is qui aufugit, non erat detentus pro crimine capitali, non punitur pœna capitis, sed Iudicis arbitrio, iuxta
* modum culpæ: & hanc asserit esse communẽ* opinionem ex Bos. *in ti. de carcere, n.* 10. & Clarũ refert & sequitur Emanuel Soarez *in sua collecta com. opin. ver. carceris, n.* 24. & Bonac. *in com. opin. par.* 1. *vers. Custos carcerum. fol. mihi* 44. *in fine.*

4 Sed labitur Clarus dum putat ita se habere com. opin † quia, vt suprà probaui, *n.* 2. cómunis* est opinio omnium Doctorum *in l. ad cõmentariensem, C. de cust. reo.* per illũ tex. qui ad literam probat, custodem & commentariensem isto casu puniri eadem pœna, qua puniendus erat carceratus aufugiẽs, nõ autem arbitraria, dũmodo fuga sequuta sit ex nimia negligẽtia custodis, prout sũt termini propositæ regulę: at si est sequuta nõ ex nimia negligẽtia, sed ex leuiori culpa, & tũc verũ est, quòd pro modo culpę Iudicis arbitrio punitur, prout in iis terminis loquitur Bos. *in ti. de carcere, n.* 10. per Clarũ allegatus, & in iisdẽ terminis bene loquitur text. pariter ex aduerso allegatus *in l. Milites, ff. eo.* & secundũ tex. *in d. l. milites*, debet intelligi etiam tex. *in d. l. si. sup.* in contrariũ ponderatus, & latiùs de hac declaratione dicã *infrà in prima limitatione principali, n.* 125. textus autẽ *in l. carceri, ff. eo.* non facit ad propositum, quia non loquitur sequuta fuga carcerati: sed in casu, in quo custos sine vinculis custodiam egit, vel ferrum aut venenum in carcerem inferri passus est: de quibus infrà pariter dicam in 7. & 17. ampliatione principali.

5 AMPLIA I. Hanc regulã & illatiuè ex ea, †quòd licèt tex. *in l. milites*, ibi, *& ita demum afficiendo supplicio milites, &* c. & ibi glo. *in verb. supplicio in pri. ff. de cust. reo.* simpliciter annuere videantur, custodẽ ex fuga carcerati esse vltimo supplicio, & sic pœna mortis afficiendum: exponendo scilicet illud verbum, *supplicio* pro vltimo supplicio, prout animaduertit Boër. *in decis.* 217. *n.* 1. *vers. fic. licet textus, &* c. & facit etiam text. allegatus per Boërium & glossam *ibi supra, in l. si.* ibi, *vel capite puniatur, &* c. *ff. eo.* exponendo ibi pœnã capitis, pro pœna mortis, & pœnam mortis isto casu esse infligendã, plures hoc affirmantes referat Bonac. *of. in com. opin. par.* 1. *ver. Carceris ex-*
6 *stos non teneatur. fol. mihi* 21. *col.* 1. *in fi. & col.* 2. *in prin.* †nihilominus veritas est, quòd tunc demũ custos pœna mortis afficitur, si is qui aufugit, pœnam mortis mereatur, alias secus: & sic iura prædicta declarantur per text. *in d. l. ad Commẽtariensem, C. de cust. reo.* prout bene adnotauit eadẽ *gl. in d. l. milites, in eodem verbo, Supplicio*, exponendo illud verbum, *Supplicio*, non pro hoc vltimo supplicio, quia si hoc voluisset, adiecisset illud verbum, *vltimum* sed pro illo supplicio, quo erat afficiẽdus accusatus, qui ex carcere aufugit. Addo pro eadẽ declaratione & aliam glo. *in d. l. ad Commentariensem, in verbo, qui fugerit, vers. vltimo, Sed ille fugit.* sequitur Roer. *d. dec.* 217. *n.* 2. *ad fin. vers. Hæc dicit dominus & vers. Ille textus, &* c. Clar. *in pract. d. qu.* 96 *sub d. vers. custos carcers*, & c. Menoch. *de arb. qu. lib.* 2. *d. casu* 302. *n.* 2. *vers. nisi intelligamus.* Nec dissentire videtur Bos. *in d. tit. de carcer. n.* 10. *vers. Et quod etiam*, & declarat Bonac. *vbi supra, d. par.* 2. *ver. custos carcerum carnaliter cognoscens, fol. mihi* 44. *in fin. facit* 3. *Regum, c.* 20. *Custodi virum istum qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes* & post pauca. *Hæc dicit Dominus. Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.*

AMPLIA II. Vt †quãdo custos emiserit carceratum dolo, 7
& pretio putà corruptus, tunc indistinctè videtur vltimo supplicio afficiendus: etiam quòd ille qui aufugit, nõ esset detẽtus pro causa capitali: sic enim video sensisse Bonif de Vital. *in suo opere malef. rub. de carc. pr. n.* 7. vbi expressè dixit, quòd si carceratus aufugit per fraudẽ custodis, qui illũ fugere permisit, tunc custos capitali pœna punitur, si autẽ aufugerit per negligentiam custodis, & tunc punitur eadem pœna, qua carceratus debuit puniri, vt in reg Iod. *in pract. crim. c.* 27. *rub. de carcerarys siue commentariensiv. n.* 4. *vers. Si vero malitia, &* c. vbi quòd si malitia, fauore, aut donariis corruptus custos illos sceleriosos apertis claustris emiserit, planè capitaliter plectẽdus est, per textum *in l. si. ff. de cust. reo.* sed si non per dolum, sed per negligentiam etiam minimam custodis carceratus euaserit, tunc non nisi eadem pœna, qua ille fugiens puniri debebat, plectendus est, vt in regula, quæ secundùm istos videtur solùm procedere, quando adest negligentia custodis etiam minima, secus si dolus.

Verùm † si rectè ponderetur textus *in d. l. si. ff. de cust. reo.* 8
in quo Bonifacius, & Iodocius præallegati fundare videntur hanc ampliationem, non vtique credo illam in eo textu bene probari: tum quia illa verba, *capite puniatur*, nõ debẽt intelligi de morte naturali, vt dixi *supra in tit. de delictis & pœnis q.* 19. *n.* 3. tum etiam quia non simpliciter & indistinctè in casu fraudis pœna capitis imponitur, sed alternatiuè, dũ ibi dicitur, *vel capite puniatur, vel in extremũ militiæ gradum detur* & nihilominus gl. *in verb. capite*, tunc capitis pœnam ex eo textu imponi declarat, si carceratus aufugiẽs talẽ capitalem pœnã merebatur, alias secus. Et sic ille textus secundũ gl. ibi, nõ est cõtra regulã, sed cõcordat cũ regula, iuxta ea quę modò dixi, *n.* 6. & habet locum non solùm quando adest nimia negligẽtia custodis, & sic lata culpa: sed etiam quando adest dolus & fraus, quia vtroq; casu semper custos punitur eadẽ pœna, qua erat plectendus carceratus aufugiẽs. Et ita etiam sensit Clau. Batt. *in sua pr. cri. reg.* 143. *n.* 3. *ver. sin dolus autẽ magna culpa.*

Posset etiã forsan dici isto casu, †quando custos pretio cor- 9
ruptus carceratum aufugere permittit, pœnam esse arbitrariã, argumẽto tex. *d. l. carceri præpositus, ff. de cust. reo.* dũ in eo statuitur, custodem, qui pretio corruptus sine vinculis agere custodiam passus est, Iudicis officio puniendũ, sed certè, vt aliàs admonui *supra, n.* 4. *in fine*, textus ille non loquitur, quando iã carceratus aufugerit, prout sũt termini propositæ ampliationis, sed solùm quando illum custos non tenet in vinculis, prout debebat, & vtcunque sit, dato etiam quòd pœnã dicere velimus arbitrariam: ego, si Iudex essem, tunc condignã delicto arbitrarer pœnam, si custodem illi pœnæ obnoxiũ relinquerem, qua plectendus erat carceratus aufugiens, *ad d. l. ad commentariensem, C. eo.* Et sic pro nunc sentio, sed meliùs sentientis arbitrio me libenter submitto; vide infrà, *n.* 83. vbi quid si pretio corruptus custos debitorem carceratum dimiserit; & *n.* 156. vbi quid de custode, qui pariter pretio corruptus, nulliter carceratum abire permittit.

AMPLIA III Vt †regula prędicta procedat & locũ habeat 10
non solùm quando custos est in dolo vt modò dixi in prędenti ampliatione, sed etiam quando sine dolo est solùm in lata culpa, & sic in nimia negligentia: nam magna negligentia culpa est, & magna culpa dolus est, *l. magna. ff. de verb. sig.*

& aliàs

&aliàs magna negligẽtia quasi dolus,*l.si merces.§.culpæ,ff.loca.l.quòd si nolit,§.culpa,ff.de ædil.ed.*in proposito adnotauit Paris dePut.*in tracta.de synd.in verb.carcer,&carceratus,c.3.*

11 *An si plures,n.5.*sequitur Gramm.*voto 29.n.4.*†& licèt regulariter ex lata culpa quis non veniat capitaliter puniẽdus,imò nec corporaliter,secũdùm gl.*in l.in actionib.inverb.Non etia ob culpã,ff.de in lit. iur.* quã glossam Doctores sequũtur,teste Marsi.*in cons.67.n.40.*&est communis*opinio,sicuti testantur Ias.*in d.l.in actionibus,n.23.& 26.* Blanch.*in pract.cri.fol.56.n.37.* Cagn.*in l.contract.n.10.ff.de reg.iur.* Villalob.*in suis*

12 *comm.opin.lit.L,n.6.*†Nec in pœnis criminalibus possit corporaliter puniri,nisi dolus interuenerit, *ad Bar.in l.1.§.pri.n.1.ff.si is,qui test.liber.*& est pariter cõmunis,*vt per Cæpol. *cons.crim.33.col.2.versic.quod si probatur.* cum aliis per Clar.

13 *in pract.§.fin.qu.84.in prin.*†Speciale tamen est in custode, qui carceratos sub fide recipit,vt possit & corporaliter & capitaliter etiam puniri,vt suprà declaraui ex sola lata culpa & nimia negligentia,etiam quòd non sit in expresso dolo,sicuti scripserunt glossæ *in dicta l.ad commentariensem, in verbo,Qui fugerit,versic.Quod est contra legem,*& ibi etiam Bald.*n.4.* Sa-

* lic.*n.1.& 2.* Angel.& communiter*omnes,*C.de custod.reor.* Bart.*in l.milites,*& ibi etiam idem Ang.*n.3.ff.eod.* Alber.*in l.fi.n.3.ff.eod.titul.de cust.reor.* Paris dePut.*in trac.de synd.ver.carcer,& carceratus,ca.5.incip.An si plures,n.6.fol.mihi 141.a tergo,* Gram.*voto 29.n.6.14.& n.16. ver. Tertium est speciale,* Boër.*decis.217.n.2.* Anton.Goniez.*varia.resolu.tomo 3.c.10. rub. de captura reor.n.11.ad fi.ver.Nec obstat si dicas.* Masc. *in trac.de probat.lib.primo,conclus.469.n.5.* & dixi hac de re aliquid *in tit.de pœn.temper.q.87.n.46.& seq.*

14 AMPLIA IIII.Vt†custos teneatur nõ solùm de dolo&nimia negligentia,vt suprà,&sic de lata culpa:sed etiam de omni alia culpa etiam leui & leuissima,vt per Parid.dePut.*in suo tract.de synd.verb.carcer,& carceratus,c.3.incip. An si plures, n.2. in medio,fol.mihi 141.a tergo,&n.5.vers.Nã Magistratus tenetur de leuissima culpa,&c.l.non similiter,&l.Magistrat.ff. de Magistr.conuen.* Boër.*d.dec.217.n.20.v.sed dicit Bald.* vbi expressè affirmat Bald.*in l.si vsusfructus,§.denique.ff.de vsufruct.* quòd licèt culpa leuissima in omittendo nõ sit malum, cùm leuius sit omittere quàm committere,& propterea non possit criminaliter puniri:speciale tamen est in custode carceris quòd possit puniri,vt per Gram.*d.voto 29.n.1. & n. 3. in medio.* Addo Cyril *in sum.cri.part.1.rub.de cust.reo.§.3.n.7.in fine,* vbi quòd custos,qui pro custodia mercedẽ recipit, tenetur exactissimam diligẽtiam præstare,quia periculum eius est etiam ex leuissima culpa contingens, Becius *cons.44. n.15. & seqq.lib.1.* vbi amplius dicit, *hoc non esse speciale in custode carceris,sed regulare,* vt qui tenetur ad custodiam ratione publici vel priuati officij,mercede interueniente obligetur de leuissima culpa,*l.qui mercedem,* vbi Bar. Pau de Cast. & alij, *ff.loca.* Ias.*in l.si domus.n.7.ff.de leg.1.* Masc.*de prob.lib.1.concluf.469.n.3.&* 4 Burs.*cons.52.n.35. vol.1.*

15 LIMITANDO Hãc quartam ampliationẽ aduerte† quòd licèt contra eam facere videantur multa deducta & considerata per eundem Paridẽ de Put.*in d.c.3. An si plures,n.10.in medio,ver.Nam si hæc subtilissima diligentia,&n.11.&n.13.*& per Bertaz.*in terminis,in cons.69.n.3.in fine,volum.1.* non per

* hoc tamen est ab illa recedendum,quia communiter*à Do-

16 ctoribus recipitur,declarata tamen, †vt procedat non quoad puniẽdum custodem carcerũ capitaliter vel corporaliter,sed tãtùm ciuiliter,actione legis Aquiliæ ad damna,& interesse, putà creditoribus resarciẽda ob fugã ipsius carcerati,vt bene declarat idẽ Paris *in d.l.cap.3. An si plures,n.12.* & sensit Boër. *vbi supra d.decis.217.n.10.versi.Sed dicit Baldus;* & clarum est in iure,quòd vbi aliàs qui ex leuissima culpa non tenetur, nec punitur criminaliter,tenetur tamen ciuiliter ad refectionem damnorum,ad tradita per Feli.*in capitulo secundo,n.5.de const.* & latiùs per Capram,qui ponit materiã *in concl.5.n.26.*

17 Posset†etiam Iudex custodem carcerũ ex leuissima culpã,si sibi videbitur,criminaliter punire,Florian.de sancto Petro *in l.si vsusfructus,§ cum igitur,n.5.ff.de vsufru.* sed leuiter,prout etiã bene adnotauit Alb.*in l.fi.n.3.ff.de cust.reor.* vbi expressè dixit,quòd custos tenetur etiam de leui,& leuissima culpa, sed nõ punitur ita grauiter,&sic pro leui culpa poterit Iudex leuem pœnam custodi infligere,pro leuissima culpa,etiã non nisi leuissimam irrogabit pœnam quæ iudicio meo poterit es-

se vel priuationis officij ab illa tantùm custodia,in qua fuit in culpa,vel alia leuiori Iudicis arbitrio,cuius prudentiæ, *vt inf. dicam in 1.limitatione principali* (excepta nimia negligentia & lata culpa,in qua à iure statuta.est certa pœna) custodem posse pro modo culpæ puniri iura remiserunt.

AMPLIA V.Quòd†licèt in dubio culpa nõ præsumatur, 18
l.2.ff.si quis caut.d.in illa stipulatione,§.si cal endus,ff.de ver.ob. Affl.*decis.13.vertitur dubium,n.18.*&semper in dubio faciẽda sit interpretatio, per quam præsumptio culpæ excludatur, Ang.*in l.sed damnum,§.1.ff.de pecu.* Aym.*cons.151.neminẽ,n.18.& cons.247. Antonius,in fin.& cons.319.proponitur,n.15.* Et allegãs culpam,illam debet probare, *l.si quis fundũ,§.Imperator,* iuncta gl.*in verbo,potest.ff.locati,l.si res pupillaris,§.1. ff.de administ.tut.*& in dubio præsumatur diligentia,nõ autẽ negligẽtia,*c.nisi,de præb.* Ay.*cons.77.de anno 1524.n.12.* Roman.*cons.481.præsentis dubitationis,n.9.*& quilibet in dubio præsumatur diligens in officio,nisi contrariũ probetur, Aym. *cons.249.quado appellãs,n.3.& cons.270.In causa cõmunitatis, n.6.* per quæ & alia considerata per Boër.*in decis.216.n.6.* videatur prima facie dicendum quòd ille, qui dicit carceratũ aufugisse culpa & negligẽtia custodis,debeat culpã probare, & in dubio præsumatur idẽ custos non negligens,sed diligẽs.

Quia tamen obligatus ad custodiã ratione publici,vel priuati officij,tenetur non solùm probare casum,sed etiã quòd 19
ille casus fortuitò & absque ipsius custodis culpa euenerit,vt notat gl. *in l.cùm ita.§.species in fi.*& ibi Bal.*ff.de leg.3.* Ias.*in l.si pascenda,n.4.C.de pact.&in l.quod te,n.11.ff.si cer.peta.* Alex.*con.158.in causa,&lite,n.2.lib.2.*† Idcirco in dubio car- 20
ceratum aufugisse culpa & negligentia ipsius custodis per id, quod in simili de mortuo in carcere deciditur,*in l.si ver.sed si cust.&ver.Ergo si casu,ff.de cust.reor.* apertè scripserũt Paris de Put.*in tra.de syn.verb.carcer,& carceratus,c.3.An si plures,n.6.in fi.fol.mihi 142.col.1.&n.17.pariter in fin.vers.& semper, præsumitur in eo culpa,fol.543.col.2.* Ang.*de mal.in ver.Quòd fama publica præcedere,post n.91.in add.litera B.* Boër.*dec.216. n.1.& 2.n.6.vers.Vel depositarius,& in fine decisionis,* vbi ita testatur in illo Senatu fuisse conclusum, Aret.*cons.38.cõsultissimè,in princ.* Ias.*cons.27.Custodes carcerũ,pariter in prin.li.3.* Alc.*de præsump.reg.3.præsump.15.n.3.vers.eod. modo,* Gram. *voto 29.n.8.15.&16.* Cataldin. *inter cons.cri.diu.cons.22.n. 15.vol.2.* Hippol.Riminal.*inter eadem cons.crim.cons.82.n. 4. eod.2.vol.* Conrad.*in prac.c.de carceratione,n.23.fol.mihi 277.* Boss.*in tit.de carcere,n.11.in fi.* Cyril.*in summa cri.par.1.rub. 12.de cust.reor.§.3.n.7.fol.mihi 57.a tergo,col.2.* Ant.Gom.*variar.resol.tomo tertio,c.10.de captura reorũ,n.11. post medium, ver.Itẽ adde quòd si reus captus fugiat,* vbi testatur de cõmuni *
*opinione, Mascar.*de probat.libro 1.conclu.267.n.10.& concl. 469.n.7.eõdem lib.1.* Franc.Bec.*cons.44.n.13.& seq.& n.23. & seqq.* vbi respondet ad contraria,*& consilio 46.n.1.lib.1.*

LIMITA Hanc quintam ampliationẽ satis notabiliter (& 21
hęc limitatio potest etiam applicari ad 11.principalẽ ampliationem,de qua infrà,vt hæc præsumptio culpæ & negligẽtię in custode tollatur per aliam contrariam præsumptionẽ, vtputà quando pro parte ipsius custodis fuerit probatum,ipsum aliàs semper fuisse diligẽtẽ,& omnia fecisse&obseruasse,quę boni & fideles custodes facere solẽt,&quòd toto tẽpore quo aliàs carceratorum custodiæ præfectus fuit,nullam culpam, nullúmve dolum commisit:& hoc probato orietur præsumptio,quòd etiã de præsenti fuerit bonus &fidelis,& sine dolo &culpa,quia ex anteacta vita præsumitur in præsẽs tẽpus,& talis quis hodie præsumitur,qualis in præteritũ fuit,*l.3.§.pen.* ibi,*inspecto vitæ eius præcedentis actu,&c.&l.nõ omnes,§.a barbaris,* ibi,*Et si bonus miles antè existimatus.ff.de re mil.*†& ista 22
præsũptio culpæ&delicti exclusiua tãquã fortior debet vincere & superare aliam contrariam culpæ& delicti inclusiuã, Bar.*in l.non solùm,§.sed probari.ff.de noui ope.nuncia.* Grã.*dec. 18.n.5.* Foller.*cons.cri.diuers 139.n.15.& seq.vol.1.* Bert.*cõs. cri.80.n.10.vol.1.* Mascar.*de prob.li.2.con.864.n.30.* sic in terminis hãc limitationẽ ponit Frãc.Bec.*d.cõs.44.n.4.&seq.l.1.*

SVBLIMITA Hãc limitationẽ,† vt procedat,prout loqui- 23
tur,quãdo contra custodem nullo alio modo est probata negligentia,vel culpa,nisi per iuris præsumptionem,quæ cõtra ipsum laborat:tunc enim verum est,quòd probat, eius solita diligentia,&fidelitate pro tempore præterito,sublata cẽsetur prædicta culpę præsũptio:at secus si in specie apparet probatio

de aliqua negligentia particulari, vel culpa eiusdem custodis: nam tunc talis illici probatio est præferenda probationi resultanti ad fauorem custodis, ex antiqua diligentia, & fidelitate:
24 †tum quia præsumptio, vel probatio specialis semper præferenda est præsumptioni, & probationi in genere, secundũ Innoc. *in c. auditis, extra de præscript.* Ruin. *cons. 67. in quæst. n. 19. l. 1.* Al. *cons. 77. in causa, n. 6. li. 1.* Io. de Amic. *cons. 78. super inquisitione, n. 13.* Aym. *cõs. 143. n. 2.* Natta *cõs. 86. scripsi alias, n. 4. & cons. 266. in causa, n. 19. & cõs. 266. in causa, n. 12. & 13.*
25 †tum quia inter duas probationes cõtrarias semper præferẽda est illa probatio, quæ habet pro se iuris præsumptionẽ. Spe. *in tit. de disp. & all. §. Nunc videndũ, vers. Item si præsũptiones,* Io. de Amic. *cons. 8. In causa agitata, n. 33* Sic pariter per has rationes hanc sublimitationem in terminis ponit idem Franc. Bec. *d. cons. 44. n. 25. & seqq. lib. 1.*
26 AMPLIA VI. Vt † multò magis cõtra custodẽ præsumatur illius culpa aufugisse carceratũ, quãdo is aufugit ex ostio, quod custos apertũ reliquit, illud more solito nõ claudendo, vt per Boër. *decis. 217. n. 10. ad fi. vers. Alias autẽ.* vbi quod isto casu dicitur custos esse in notabili negligentia, Gram. *voto 29. n. 5.* vbi quòd nemo impunibile, & irreprehensibile arbitrabitur, quãdo custos eripiẽdo clauẽ ab ostio nõ præuidet, si est reseratũ, vel apertũ, cũ carcerarius teneatur præuidere locũ carceris, & principaliter ianuã, sicut alia necessaria præuidenda, & ita tenetur quotidie facere, *l. 2. C. de cust. reor.* aliàs non sic faciẽdo dicitur in culpa, *l. qua actione, §. si quis, l. si ex plagis §. in cluo. ff. ad leg. Aquiliam,* Franc. Bec. *d. consi. 44. n. 17. versic. Rursus negligentia custodis, lib. 1.* Ang. Aret. *cons. cri. diuer. 37.*
27 *n. 30.* vbi contrà, † quòd non dicitur custos in negligentia, quando ostium carceris claudi fecit.

28 AMPLIA Hanc sextã ampliationẽ, †vt in dubio si non apparet locus alius, ex quo carceratus aufugit, vel aufugere potuerit, vnde custodis culpa excludatur, præsumatur carceratũ
29 aufugisse ex ostio aperto: †nec creditur carcerario dicẽti, quòd carceratus licèt aufugerit ex ostio, nõ tamẽ ostiũ erat apertũ, sed quòd illud aperuerit carceratus, vel clauib. adulterinis, vel aliquo alio ferreo instrumẽto, vulgò *detto vn grimaldello* (quo casu nõ videtur teneri, cũ fuga per insidias, & proditionẽ fuerit sequuta, *ad infr. tradita in septima limitatione:*) sic enim custodi dicenti incũbit onus probandi, quia in dubio contra ipsum culpa, & negligentia præsumitur, *d. l. fi. ff. de cust. reor.* cũ aliis allegatis *supra, n. 20.* & in terminis consuluit Franc. Bec. *d.*
30 *cons. 44. post n. 17. ver. Rursus negligentia, & c. l. 1. & n. 18.* † vbi & ampliùs dicit, quòd in hoc erunt eligendi periti, qui medio iuramento deponant ac referant, an illud ostium, ex quo carceratus aufugit, potuerit cum aliquo instrumento ferreo, vel clauẽ adulterina aperiri nẽcne, & iuxta peritorum relationem Iudex arbitrabitur, quia expertis, & in arte peritis in iis, quæ ad eorũ artem pertinent, & præsertim iustas rationes adducentibus omnino credendum est, *l. semel. C. de re milita. l. 12.* Bar. *in l. 1. ff. de venire inspicien.* cum alijs per Becium allegatis, *d. n. 18.* vbi hanc testatur communem. *

31 Sed cõtra, †quòd imò in dubio non præsumatur carceratũ aufugisse ex ostio aperto, videtur idẽ cõsuluisse Frãc. Bec. sibi ipsi prima facie cõtrarius, *in d. cons. 44. n. 20.* vbi dixit, quòd licèt fugiẽs ex carcere ostio aperto non habeatur pro cõfesso, iuxta ea quæ dixi *supra, in q. 30. n. 160.* nõ tamen creditur fugienti sic asserenti ex ostio aperto aufugisse, sed debebit probare, quia nõ sufficit dicere nisi probetur gl. *in l. prima, verbo, dicatur, ff. si quadr. paup. fecis. dica.* cum aliis per eundẽ Beciũ allegatis *ibidem n. 21. & 22.* & tamen si in dubio contra custodẽ præsumitur negligẽtia, & in dubio etiam præsumitur ostiũ apertũ incuria custodis, & non artificio fugiẽtis, deberet sufficere fugienti allegare ostium apertum fuisse absque eo, quod probaret: consequens est falsum, ergo & antecedens.

32 Pro respõsione aduerte †quòd aut agitur de excusando custodem propter fugã carcerati, aut agitur de excusando ipsũ carceratum aufugiẽtem. Primo casu præsumitur ostiũ apertum, quia in dubio custodis negligentia præsumitur in odiũ ipsius custodis & in iis terminis loquitur Franc. Bec. *dicto cõs. 44. n. 17. & 18.* secundo casu non præsumitur ostium apertũ, quia non agitur de excusando custodem, sed carceratum, & ideo ipsi sic dicenti per ostium apertum fugisse incumbit onus probandi, prout idem Becius scripsit *in d. cons. 44. n. 21. & 22.* & sic nulla est contrarietas in ipsius dictis.

Crederem † etiam in occurrẽti casu esse multũ tribuendũ 33
Iudicis arbitrio, qui optimè cõsiderabit custodis qualitatem, fugientium conditionem, & alias circumstãtias, ex quibus facile poterit in cognitionem venire, an carceratus ex ostio aperto incuria custodis an verò per insidias, & cũ ferro vel clauibus adulterinis aufugerit. Et iã de anno 1583. accidit casus in carceribus curiæ Capitolij, ex quibus euaserat quidam carceratus, qui pro notabili summa ad instantiam suorum creditorum erat ciuiliter detentus, nesciebatur, quonã modo carceres egressus fuerat, quia ostiu-n (detecta eius fuga) fuit apertum & patefactum, sed dubitabatur, an sic apertum remãsisset culpa, vel dolo custodis, an verò fuisset clauibus adulterinis per ipsum carceratum apertũ. Ac bene per tunc Dominũ Senatorẽ, qui vocabatur Horatius de Benedictis de Callio magnus Criminalista, considerata, & per ipsum inspecta qualitate, & fidelitate custodis, quem in aliis custodiis, & fidelissimum, & diligentissimum expertus fuerat, iuxta superiùs scripta *n. 21. & 22.* diligentérque examinato dicto custode, ex cuius respõsionibus ipsum extra omnem culpã fuisse deprehendebat: & inspecta demum qualitate ipsius fugientis, qui cum pauper esset, non erat præsumendũ, quòd pretio, & pecuniis illum sic fidelem, & diligentem custodem corruperit, dictum custodem liberare intendebat à molestiis, quas creditores carcerati fugientis illi inferebant ob damna, & interesse per eos prætensa, meritò credens dictum carceratum non potuisse aufugere, nisi ex ostio aperto cum clauibus adulterinis, à qua proditione non poterat custos præcauere, & superueniente postmodum, vt audio, quòd idem carceratus, qui aufugerat pro reiveritate ad deculpationẽ dicti custodis, sic clauibus adulterinis ostium aperuisse & aufugisse fidem in scriptis fecit, & per literas significauit suæ fugæ modum eidem Domino Senatori: his omnibus consideratis custodem absoluit, & liberauit.

AMPLIA VII. Vt † & multò magis negligentia præsumatur in custode carcerum, si carceratũ, prout debebat, in vinculis non tenuit: sicut enim nõ tenetur custos ex fuga carcerati, quãdo illum in vinculis, aut aliàs benè ligatum tenebat, cùm carceratus, qui in vinculis tenetur, dicatur bene & diligenter custoditus, & per consequens si fractis vinculis aufugiat, non potest custos redargui de culpa aut negligentia, vt per gl. *in l. 1. §. fi. in verbo, Permittitur,* & ibi Bal. *ff. de seru. fug.* idem Bal. *in l. si quis filio §. eius ff. de iniusto, rupt. test.* Ang. *in l. fi. ff. de custod. reor. & in l. milites n. 2 ff. eod.* Alex. ad Bart. *in l. ad Commentariensem, C. eod. tit.* Patis de Put. *in tra. de syn. verbo carcer, & carceratus, ca. 2. incip. An Potestas, n. 2. versic. Et dicitur diligenter custodiri, fol. mihi 140 col. 2. & in cap. 3. An si plures, n. 1. fol. 141. a tergo col. 1. & n. 6. in fi. vers. Quia non est culpa. & n. 7. in prin. fol. 142 colu. 1.* Boër. *decis. 216. n. 3.* vbi & aliis legum authoritatib. hanc comprobat conclusionem Grammat. *voto 29. n. 7. & n 9. & n. 15. vers. Si detinetur ligatus.* Aug. ad Angel. *de malefic. in verbo. Quòd fama publica, n. 87. in fine,* Roder. Soarez *in tracta. de fide instr. in cau. crimin. n. 30. versicu. Primum quòd omnis qui tenetur, & versic. Ego iam excusaui.* Mascard *de probat. lib. 1. concl. 469. n. 6.* * Ex quibus apparet hanc esse Doctorum communem * opinionem, ita & è contrà, † si custos non tenet carceratum in 35
vinculis, vel alias ligatum, dicitur in negligentia, nec dicitur bene custodire, & propterea si aufugit, & tenetur & punitur, argumento textus *in l. carceri præpositus,* ibi, *sine vinculis agere custodiam, &c. ff. de cust. reor.* cũ aliis in proposito bene adnotatis per Boër. *d. dec. is. 216. n. 3.* & ante eum Ang. *in d. l. milites, n. 2. ff. eod.*

LIMITA Hanc septimam ampliationẽ, †vt procedat, dũ- 36
modo qualitas criminis, pro quo carceratus detinetur, catenarum & vinculorum ligamen & acerbitatem requirat, argumẽto tex. *in d. l. 1.* ibi. *si criminis qualitas etiã catenarũ acerbitatẽ postulauerit ff. de cust. reor.* aliter secus, & ita attenta qualitate criminis, in proposito loquuntur idem Paris de Put. *vbi sup. in verbo, carcer, & carceratus, & in c. 3. An si plures, n. 5. in fi. ver. Nãis qui est in casu criminis, & condẽnationis debet diligẽtius custodiri, l. si quis filio, §. eius, in verbo, diligentioris cust. ff. de iniusto, rupt. test.* & ideo debet poni in manicis, seu cippis ferreis, seu cõpedibus: & sic loquitur, quãdo carceratus est in casu condemnationis, prout in simili modo loquitur *in n. 6. ver. Atiamẽ in hac quæst.* vbi ad effectum imponendi ferreos,

cippos,

cippos,aut catenas,considerat exigentiam delictorum,carceratorúmve ætatem & robustitatem,& rursus *in d.cap.3.n.15. ad fin.vers.Si criminis qualitas.* Nec dissentit Gram.*d.voto 29. post n.5.& n.7.* vbi loquitur in casu,in quo carceratus erat puniẽdus pœna corporis afflictiua, imò iam erat in perpetuum ad triremes condemnatus:tunc enim,inquit,ipse taliis carceratus est diligẽtiùs custodiendus,tenendúsq; in compedibus. Quòd si custos id negligat facere,& aufugiat,tenetur & punitur,vt ibi: sequitur Boër.*decis.216.post nu.3.vers.Et si criminis qualitas,* Iodo.*in pract.c.17.de carcerariis, seu commentariensibus, nu.6.* vbi loquitur in carcerato iam confesso,vel cõuicto, Foller.*in pract.crim.verbo,vel carcerentur,n.4.vers. vel debet haberi respectus ad causam , & qualitatem personæ, & n.8.vers.Et si criminis atrocitas.* Et in proposito vide quæ dixi *suprà.q.1.n.99.& seqq.* vbi latiùs explicaui materiam.

37 AMPLIA VIII.Vt† multò magis negligentia in custode carcerum præsumatur,& per cõsequens teneatur Cõmentariensis de fuga carceratorũ,quando scilicet nõ tenuit ad carcerũ custodiam duos famulos vel subcustodes, text. est *in l. fin.* ibi,*nec vni sed duobus custodia committenda est.* & ibi glo. *in verbo,Si duobus,ff.de cust.reor.* Boër.*decis.216.post nu.2.ad medium,vers.Quod regulariter.* vbi adducit iura concordãtia, & declarat materiam Fran.Bec.*cons.44.n.17.vol.1.* vbi etiam allegat Aret.*in cõs.38.n.1.* Bonif.de Vital.*in tit.de carc. n.7.*

38 AMPLIA IX.Vt†multò magis negligẽtia præsumatur.& custos teneatur, si carcerati aufugiant de die, per id quod in simili casu cõsiderauit Ias.*in cons.27. Custos carcerum,ad fin. lib.3.* vbi custodis negligentiam ponderauit,ex eo quòd meridie carceratus arrepto fune de puteo castrẽsi se per eum dimittens,de mœnibus castri aufugit,& per consiliũ Iasonis custodum negligentiam non posse negari,si carcerati aufugiant de die,consuluit pariter Franc.Becius *d.cons.44.n.19.vol.1.*

39 Imò & quod plus est,† dicitur etiam negligens custos & tenetur ac punitur,si carceratus aufugiat de nocte,quãdo illũ nõ recluserit in strictiori custodia & carcere,argumẽto text. *in l.1.* ibi, *& vbi nox geminauerit custodiam in vestib. carcerum,& salubribus locis recipiat,ac reuertente iterũ die ad primum Solis ortum,illico ad publicum lumen reduci, ff.de custod. reor.* scripsit Cyril. *in summ.crim.partic.1.rub.12.de cust.reor. §.3.n 5.in fin.vers.plectitur quoque,fol.mihi 57.à tergo,col.2.*

40 AMPLIA X.Vt†etiã & multò magis cõtra custodẽ præsumatur aufugisse carceratũ ex eius negligentia,quando idẽ custos deserebat carceres, vt in casu,in quo consuluit Franc. Bec.*d.cons.44.n 18.in fin.& n.19.vol.1.* vbi custos ille de die sæpissime deserebat carceres,& ibat ad quoddã suũ prædiũ, quod habebat extra territoriũ illius loci, & de nocte pariter carceres exibat & ad meretrices proficiscebatur, & tempore quo erat sic absens à carceribus carcerati aufugerunt, inquit ipse in hoc custode nõ posse notari,nisi maximã negligentiã, quia si domi steti sset, potuisset vel acclamãdo,vel alio modo

41 carceratorũ fugæ obuiare,& bene dicit:† non enim cõmentariẽsis debet carceres deserere,nisi ductus aliqua necessitate, & in casu necessitatis debet insuper coadiutorem relinquere, qui pari cura inuigilare tenetur , sicut tenebatur ipse , aliàs eisdem pœnis subiacet,sicut principalis commentariensis, ad text.clarũ & expressum *in l.ad cõmentariensem §.si verò,C.de custod.reor.* & adnotauit Cyril.*in sum.crim.par.1.rub.12.de custod.reor.§.3 post n.1.ver.si verò necessitate aliqua,fo.57.col.2.*

42 LIMITA Hanc 10.ampliationẽ† non procedere,quando carceratus iret ad dormiendũ extra carceres ad domum propriam, in casu, in quo haberet suam domum separatã à carcerib.& quòd ita etiam alij carcerarij soliti essent facere:nam tunc etiam quòd carcerati aufugiant in illa nocte,in qua custos extra carceres dormiebat , non per hoc custos dicitur in culpa,quia excusatur faciendo id,quod solitũ est,cũ id,quod secũdùm consuetudinẽ fit,iure fieri dicatur;& id,quod consuetũ est fieri,necessariũ sit, *l.Saccula,ff.de extraor.cri.l.quod si nolit.§.quia assidua.ff.de ædil.edict.* cũ aliis,quæ latiùs infrà adducentur in tertia limitatione principali,& in terminis per hãc rationẽ sic declarauit Paris de Put. *in tract.de synd.verb. carceratus,capi.3.incip.An si plures,post n.15.ante mediũ,ver.*

43 *Et ideo si sic carcerary.fol.mihi 142.à tergo, col.2.in fin.* † vbi ampliùs dicit,quòd si carcerarius de nocte dormiebat in domo carceris,& dum sic somno grauatus esset,carcerati euasserint, non tenebitur ipse carcerarius, si ante dormitionẽ suam fecerit diligentiã claudẽdo ianuas carcerũ,& ligãdo carceratos,iuxta solitũ,arg.eorũ,quæ notantur *in l.si seruus,§.si nicarius,ff.ad l. Aquil.& in l.fluminũ §.vitium,ff.de dam.infect.*

AMPLIA XI.Vt † cõtra custodẽ præsumatur negligentia 44
nõ solùm in fuga carceratorũ,sed etiam in eorũ morte:si n.in carcerib.aliquis reperiatur carceratus mortuus.custodis culpę ascribitur,nisi quòd sine eius culpa obierit,cõcludenter probauerit:textus est ad literam *in d.l.fin.ver.sed si custodia,ff.de custod.reor.* dũ per hæc verba inquit: *Sed si custodia se interfecerit,vel præcipitauerit,militis culpæ ascribitur,id est,castigabitur.* Et paulò infrà:*Ergo si casu custodia defuncta esse dicatur, testationibus id probandum est,& sic venia dabitur.* Et ita per illũ textum adnotarũt etiam ibi Alb.*n.1.* Ang.*n.4.& n.6.* idẽ Ang.*in l.si quis ex argentariis, §.Prætor, in fin.ff.de eden.* qui propterea dat cautelam, quòd eo ipso quòd vnus est in carceribus mortuus, custos adhibeat medicos, qui dicant illum mortuũ esse sua naturali morte,& infirmitate sine ipsius custodis culpa,& de hoc dicto medicorũ faciat notariũ esse rogatum,& idẽ scripserunt Ang.de Malef.*in verbo.Quod fama publica præcedente,n.81.vers.Secundo quæro,* & ibi Ang.*in addit.* vbi etiam allegat text.*in l.cum ita,§.species,* & ibi glos.*ff. de leg.2.* vbi Bald.notabiliter dixit,quòd licèt obligatio ad speciem sufficiat probare interitum speciei, quamuis nõ probet casum fortuitum, hoc tamen fallit in eo, qui tenetur ad custodiam ratione officij publici vel priuati, vtputà in custode carceris,armentario,caprario,& similibus,quibus non sufficit probare interitum , nisi etiam probetur casus ipsius interitus, vt ibi per eum,quem etiam sequuti sunt Alb.*in tract.statu.2. part.q.158.st ex forma n.2.* Ias.*in l.quod te.n.11.* & ibi Decia. *n.1.ff.si cert.pet.* & per istã rationem hanc ampliationẽ etiam posuerunt Bonif.de Vital. *in tit.de carcer.priu.1.n.7.videlicet in addit.lit.A.* Boër.*decis.216.n.1.& 2.* Marsil.*p.act.§.Attingam,n.51.& in §.diligenter,n.93.in tract.de bannit.ver.carcerati,n.41.* Alciat.*de præsump.reg.5.præsump.15.n.5.vers.Et propterea si reperiatur,* Carrer.*in pract.in 2.trac.de ind.& tort. §.Decimumseptimũ indicũ,n.7.& in tract.de homicid.& assassin. § octauò quæro,n.6.* Conrad.*in pract.tit.de carcer.n.26.fol.mihi 278.in 1.col.* Iodoc.*in pract.crim.capit.17.rub.de commentarien.n.2.* Cyril.*in summ.crim.partic.1.rubr.de custod.reor.§. 3.num.4.fol.mihi 57.à tergo,col.1.* Claud.Battãd.*in sua pract. crim.reg.143.carcerum cõmentarienses,n.9.& seqq.* Bosi.*in tit. de carcer.n.7.& 8.* Clar.*in pract.§.fin.quæst 46.versic. Sed in hoc,* vbi tangit & declarat cautelam Angeli,de qua suprà: dicítque quòd statim quòd carceratus infirmatur,custos debet infirmitatẽ Iudici denunciare,& si moriatur,facit vocare Notarium processus, qui coram testibus visitat cadauer,& illud recognoscit pro eo,qui dicitur mortuus:illámq; visitationem redigit in actis,& sic præclusa est via fraudibus, vt ibi per eũ, quẽ refert & sequitur Bonacos.*in suis comm.opin.part.1.vers. Carceratus si infirmatur.fol.20.col.1.& in vers.Carceris custos nõ tenetur,ad fin.fol.21.col.2.pariter in fin.* Fran.Becius *d.cõs. 44.n.14.lib.1.* Et est communis,*vt testatur Anton.Gomez. * *var.resolut.lib.10.cap.10.de capt.reor.n.11.post medium,vers. item adde, quòd si reus captus :* plures adducit concordantes Mascard.*de proba.lib.1.concl.267.n.1.& seqq.* vbi generaliter loquitur,*& n.13.& seqq.* vbi in specie loquitur in carceraro se ipsum occidente,dicitq; quòd incuria custodis seipsum occidisse præsumitur ex eo,quia antequam carceraretur debebat à custode excuti,an ferrum occultum haberet,vel venenum ab aliquo illatũ sit,quo potuerit se necare,iuxta ea quę scripsit Aret. *cons.38.n.1.& 2.dicam infra,17.ampliatione,* vide *infra,n.136.& seq.* vbi an teneatur custos de morte illius carcerati,qui ex fenestra carceris se præcipitem dedit.

LIMITA Hanc vndecimã ampliationẽ,vt procedat,prout 45
loquitur,videlicet quando sumus in dubio : tunc enim cõtra custodẽ præsumitur super morte carcerati;at si re vera in tali morte carcerarius nullã habuit culpam,tũc minimè tenetur: sic enim est de mẽte omnium * Doctorum suprà citatorum, *
& in specie tradidit Pet.à Placha *in epi.delict.lib.1.c.23.n.17. vers.Cæterùm in vinculis detentus,* vbi quòd sic Cõmentariẽsis suam fecerit diligentiã,ne tale quid cõtingat si postea carceratus se suspẽdat,gladióve se interficiat,non debet eidẽ Officiali imputari,per text.*in l.quemadmodũ,§. Magistratus,* & ibi Floria *ff.ad l. Aquil.* Paris de Put.*in trac.de synd ver.6.Carcer. & carcer.c.2.An Potestas,n.5.fol.mihi 140.à tergo,col.2.* Difficile

cile enim est,inquit Placha *in loco citato*,eo animo ductũ prohibere,prout cõtigit in Portia Catonis filia,quę mortuo Bruto,rametsi ferrum sibi subtractum esset,carbonẽ ebibit. Nec dissentit Boss.*vbi sup.in tit.de carcere,n.*8.vbi quòd cùm Mediolani iste casus contigisset in facto,in quodã reo falsæ monetæ,qui in carcere mortuus,& laqueo suspẽsus repertus est, fuit missus Notarius ad locum carceris ad examinandos carceratos,& alios,vt dignosci posset,an commẽtariensis esset in aliquo dolo,vel culpa;& cùm nulla fuisse in ipso inuẽta culpa, non fuit vlteriùs molestatus: & licèt Boss.ibi dicat hanc practicam fuisse contra ius commune, quia commentariensi & non fisco incumbebat onus probandi,quòd carceratus se necauerit sine dolo & culpa,iuxta textũ *in d.l.fin.ff.de custo. reor.*tamen debemus credere,quòd ille Notarius transmissus in examinando testes,inuenerit etiam ipsum fuisse sine culpa, & propterea bene fuit liberatus. Nec obstat, quòd tale onus incumbebat carcerario,& non fisco:quia Iudex ex officio semper debet supplere pro habenda veritate,& maximè ad innocentiam rei detegendam,prout aliàs dixi.

46 Et isto casu†multùm crederem tribuendũ esse Iudicis arbitrio,per ea quæ scripsit Boër.*decis.*217.*sub num.*5.*& n.*10. Menoc.*de arbitr.quæst.lib.*2.*casu* 302.*n.*11.& dicã *infrà,in* 2. *principali limitatione*, in qua custodis diligentiã,an fuerit ad-
47 hibita,nẽne,Iudicis arbitrio fuisse remissam explicabo, † & in proposito casu Iudex iste in primis considerabit locum, in quo carceratus se necauit,vel laqueo suspendit, an scilicet in carcere publico, vbi custos non poterat prohibere conuersationem amicorum, qui clàm poterant carcerato detulisse & laqueum & ferrũ quo se necauit,an verò potiùs in carcere secreto,in quo idem custos tenetur facère maiorẽ diligentiam, ne quid simile deferatur,prout infrà declarabo *in* 17.*amplia-*
48 *tione.*†Nec ipse debet permittere,vt carcerati teneant in iisdẽ secretis carceribus cultellos,vel quid simile,ex quo mors cõtingere possit.Primo enim casu,si carceratus se occidat,vel se laqueo suspẽdat,nõ video de qua culpa possit custos redargui, cùm illũ in loco solito retinuerit, ad ea quæ pariter infrà traduntur *in tertia limitatione principali.*Secũdo autẽ casu valde præsumitur contra custodes qui,vt dixi,debebant diligenter facere perquisitionem,ne eo loci adesset aliquod ferrum,vel funis,ex quo mors posset contingere,prout etiam post Aret. *in cons.*38.*n.*1.*&* 2.adnotauit Mascar.*d.concl.*267.*n.*15.& nihilominus memini aliàs me feciss̃e mentionem de quodam Hispano,qui existens in secretis carceribus in curia de Sabellis, imputatus de libello famoso,cùm nec ferrũ haberet, quo se occidere posset,nec funem seu laqueum,quo se suspenderet, prout iam destinauerat : de nocte, concarcerati cum alij somno grauati dormirent , cum ligaminibus sericis caligarum quas deferebat,ad collũ pro laqueo inuolutis,& appensis,in trabe carceris cum scabello subtus pedes, quod postea ipsemet in terram proiecit,diaboli ope suspẽsus remansit:& re de manè detecta cum maximo suorum sociorum dolore, timore & admiratione ex somno expergiscentiũ,Iudex comperta veritate,& quòd in tali casu nullã custos habuerat culpam,ipsum minimè molestari mandauit : erit ergo,vt dixi,id totum arbitrarium Iudici,qui & locum & alias circumstãtias considerabit,licèt in dubio multùm contra custodem præsumatur,*d.l.fin.de custod.reor.*& dixit Boss.*d.tit.de carcere,n.*8.

49 AMPLIA XII.Vt†cõmentariẽsis,& sic custos principalis carcerũ teneatur etiam pro culpa & dolo suorũ famulorum substitutorum ad custodiam carceris ob malam electionẽ,sic expressè iubente Neratio Iurisconsulto *in d.l.fi.in princ.ff.de custod.reor.*dum per hæc verba rescripsit:*Non est facile tyroni custodia credenda : nam ea perdita is culpæ reus est,qui eam ei commisit.*& per istum ex hoc idem post glos.ibi,*verbo,commisit,*annotarunt Sal.*in d.l.ad cõmentariensem* (quę lex optimè etiam probat hanc ampliationem) *nu.*1.*C.eod.tit.*Paris de Put.*in tract.de synd.verbo,carcer,& carceratus,cap.*2.*An Po-*
50 *testas,n.*4.*fol.mihi* 140.*a tergo,col.*2. † vbi eam,de qua suprà, reddit rationem,quia scilicet mala electio est in culpa, *l.qui non tam idoneum,ff.cõmoda.l.*1.§.*si quis igitur, ff.nau.cap.stabula.*§.*pen.Instit.de oblig.quæ ex quasi delic.nascun.*& per istã rationem ita etiam tradiderunt Gram.*voto* 29.*n.*12.*vers.quia fuit in culpa,*Boër.*decis.*217.*post n.*8.*sub versic.Quod dicit esse verum,*Cyril.*in summ.crim.part.*1.*rubr.*12.*de custod.reo.*§.3. *n.*3 *fol.mihi* 57.*col.*1. Menoch.*de arbitr.q.lib.*2.*casu* 302.*n.*5.

AMPLIA I.Hanc†ampliationẽ,vt non liberetur cõmen- 51
tariensis exhibendo illum substituturum custodem,cuius culpa carceratus aufugit.Nam adhuc non obstante tali exhibitione tenetur & punitur , sic pariter iubente Imperatore *in d.l. ad commentariensem, in illis verbis , nec putet hominem abiectum atque vilem obiciendum esse Iudici, &c.* ibi hoc notant Bart. Bal.Ang.Sal.& cõmuniter* omnes,*C.de custo.reor.*Boër.*dec.* * 216.*n.*2.*in fin.& decis.*215.*n.*8.*vers.Nec liberatur exhibendo.* Claud.Battand.*in sua pract.crim.reg.*143.*carcerum commentariensis,n.*5. latè Gram.*voto crim.*29.*n.*10.*& seq.nu.*16.*vers. Secundum speciale est* faciunt quę suprà scripsi *in tit.de delict. & pœnis,quæst.*24.*num.*60.

AMPLIA II.†Eandem ampliationẽ,vt multò magis pro- 52
cedat,quãdo pater commentariẽsis reliquisset,vel deputasset filiũ ad custodiam carceratorũ,vel maritus vxorẽ:tunc enim si carcerati propter eorum culpam seu dolum aufugiãt, tantò magis dicti pater & vir tenentur & puniuntur de culpa ac dolo suorum substitutorum,vt per Ias.*in cons.*27.*incip.Custodes carcerum,in fin.vol.*3.quia in officiis publicis pater pro filio tãquam fideiussor tenetur,*l.*2.*ff.ad municip.* cum aliis ibi per eum allegatis , & Iasonem refert & sequitur Boër. *decis.* 217.*n.*11. vbi testatur ita aliàs in curia Burdegal. apud eum concluſum fuisse contra maritum custodem carcerum , qui loco sui ad custodiendos carceratos dimiserat vxorẽ.Menoc. *de arbit.quæst.lib.*2.*casu* 302.*n.*5.*& casu* 345.*n.*9. faciũt quæ suprà scripsi *in tit.de delict.& pœnis,q.*24.*n.*53.*& seq.*

AMPLIA III.Dictam 12.principalem ampliationem,†vt 53
non solùm commentariẽsis,& sic custos principalis teneatur de culpa subcustodis per ipsum deputati : sed etiã si sint duo commentarienses socij principales in assumptione custodiæ carcerum, vnus pariter tenebitur de culpa alterius , ita Boër. *d.decis.*217.*n.*8.*post medium* vbi allegat Bald.*in cons.*236.*proponitur quòd quidam Antonius,vol.*3. dicentem quòd si vnus cum certis sociis emit datium custodiæ carcerum , & aliqui carcerati aufugerint , quilibet socius tenetur in solidum pro altero,etiam quòd vnus ex sociis vltimo loco dederit suos fideiussores , & in electione Reipublicæ erit à quo incipere, aut exigere voluerit,quando in cõtractu assumptionis custodiæ renunciatum fuerit (iuxta solitum) beneficio nouæ constitutionis plurium reorum debẽdi,vni tamen socio soluenti datur regressus contra alium vt ibi per Baldum.

LIMITA I.Hanc duodecimam ampliationẽ sic præsertim 54
vt modò dixi ampliatã, † non procedere,quando isti duo socij principales custodes,& carcerati diuisissent inter se custodiam, & vel ratione loci,vel ratione personarum, vel ratione tẽporis, vtputà quòd vnus deberet custodire de die , alter de nocte,vnus vnam partem carceris,alter alteram,vnus carceratos in secretis, alter in publicis,vel quid simile : tunc enim diuisa inter eos custodia,non tenetur vnus de culpa alterius, vt per Alber.de Rosat.*in pract.de statut.in* 2.*part.quæst.*158. & Gerard.de Petrasan.*sing.*37. quos in proposito pariter refert & sequitur, & aliis rationibus hanc cõprobat declarationem,Boër.*d.decis.*217.*n.*8.*vers.& idem socy deputati,&c.*

LIMITA II.Dictã 12.ampliationẽ † nõ procedere,quãdo 55
custos substitutus à principali cõmentariense tempore substitutionis erat tentus, & reputatus cõmuniter diligens & fidelis, ex quo putà,quia aliàs sic in aliis custodiis se bene & fideliter gesserit;nã tũc si fuerit in aliqua culpa vel dolo,cõmentariẽsis,qui eũ deputauit,non tenetur, vt per Parid.de Put.*in tract.de syndic.verb.carc.& carcer.c.*5.*incip.licèt dicatur,n.*40. *fol.mihi* 144.*a tergo,col.*1.*in fi.&c.*7.*Pone quòd carceratus per totum in discursu,fol.mihi* 145.*a tergo.*vbi plurib.hanc cõprobat limitationẽ,& inter alia *ibid.n.*2.*in fi.* dicit, quòd præcedẽs fidelitas custodis substituti facit eius culpã reputari casum fortuitum respectu principalis commẽtariensis substituentis. Addo & Alber.*in l.fi.nu.*2.*ff.de custod.reo.*Cyril.*in sum.crim. part.*1.*n.*22.*de cust.reo.*§.3.*n.*3.*ver.Nisi hic esset diligẽs custos, fol.mihi* 57.*a tergo,col.*1.Gabriel.*concl.*8.*n.*62.*lib.*7.vbi plures adducit concordantes : dixi aliàs *supr.in tit.de delict.& pœnis, q.*24.*n.*61.*& seq.* & facit text.sumpto argumẽto à contrario sensu,*in d.l.fi.in prin.ff.de cust.reo.*dum vult tyroni custodiam cõmittentem esse puniendum:ergo secus vbi custodia fuerit commissa non tyroni,sed experto,& aliàs diligenti ac fideli, vt ibi per glo.primam *in vers.Hoc autem fallit,si est diligens.*

LIMITA III. Quando † eo loci non esset copia aliorum 56

custodu m

custodum magis sagaciũ,vel de consuetudine non esset solitum eligere nisi tyrones & parum expertos:nam primo casu cõmentariensis per electionem talium subcustodum nõ expertorũ,non erit in culpa,cùm excusetur ob inopiam & deficientiam aliorũ:secundo autem casu pariter non tenetur,& excusabitur,quia fecit quod solitũ est,ad infrà generaliter tradita in tertia principali limitatione,& in specie hãc posuit limitationẽ gl.*in d.l.fi.in prin.ff.de custod.reo.*argum.tex.*in l.generaliter,§.spurios.ff.decurion.& eorũ filiis.* Et propterea text. *in d.l.fin.* non præcisè prohibet custodiam tyroni cõmittendam, sed non facilè:quasi id permittat,vbi sagaciores nõ reperiantur,vt ibi subtiliter adnotauit eadẽ glo.1.*in fin.*quam in proposito adduxit Cyrill.*in sum.crim.rubr.12.de cust.reo.§.3.n.3.vers.Nisi hic esset,&c.fol.mihi 57.a tergo,col.1.in medio.*

57 LIMITA IV.Eandẽ 12.ampliationẽ,† vt procedat,prout loquitur,quãdo subcustos esset electus ab ipso cõmentariense principali:tũc enim quia mala electio est in culpa,vt suprà dixi,ideo tenetur de culpa,& negligentia sui substituti:at secus si ille subcustos fuisset electus à Iudice,vel ab aliquo alio superiore,prout sæpissimè fit in carceribus Vrbis,in quibus,vt plurimũ Iudices criminales mandant principali carcerario,vt ad custodiam carcerum aliquẽ subcustodem ipsis cognitum recipiat:tũc enim si culpa huius subcustodis à Iudice,vel alio superiore electi aliquis carceratus aufugiat, nõ tenetur principalis commentariensis, quia cessat ratio malæ electionis,& in terminis tradidit Paris de Put.*in tract.de synd.verb.carcer, & carceratus,cap.2. An Potestas,n.4.vers.si verò illos apposuit superior, fol.mihi 140. col.2.* faciunt quæ suprà dixi *in tit.de delict.& pœnis,q.24.nu.86.& seqq.* & quæ infrà dicam *in 1. sublimitatione octauæ principalis limitationis,num.162.*

58 LIMITA V. Vt † licèt commẽtariensis teneatur de culpa sui substituti propter malam electionem, non tamen teneretur eadem pœna,vtputà mortis,vel corporali, qua teneretur ipse substitutus,sed solùm mitiori,vtputà priuationis officij sicuti aliàs iudicasse curiam Neapolitanam refert Gram.*d.voto 29. in fin.*quem pariter refert,& sequitur Clar.*in pract.§.fi.q.68. sub vers.custos carcerum,*ibi,*& hoc quidem locum habet,&c.*& Clarum refert,& sequitur Bonacos.*in comm.opin.vers. Custos carcerum,fol.mihi 44.in fin.1.part.* Faciunt quæ suprà scripsi *in tit.de delict.& pœnis,q.24.num.89.*

59 Hæc † declaratio Iulij Clari est directè contra textum *in l.fin.in prin.ff.de custo.reor.*iuncto text.*in l.ad commentariensem,C.eod.tit.*quibus apertè probatur,cõmentariensem teneri eadem pœna, qua tenebatur eius substitutus, seu subcustos, etiam quòd illum exhibuerit, & hoc quia committendo custodiam tyroni,& inexperto,dicitur in nimia negligentia, vt ibidem adnotauit gl.*in verbo, Qui fugerit,in prin.* si puniẽdus est eadem pœna,ergo illa erat capitalis.etiam & corporalis,si is qui aufugit,erat capitaliter,vel corporaliter puniẽdus,sicuti etiam de iure hoc verum esse, expressè fatetur idem Gram. *dicto voto 29.n.16.vers.secundum speciale est*, dicens speciale esse in ista materia,quòd commentariensis non liberatur exhibendo subcustodem,cuius culpa aufugit carceratus,sed tenetur etiam ipse pœna capitali,*per dictam l.ad commentariensem,*cuius verba sunt adeò clara, vt cauillari minimè possint.

60 Nec † verũ est indistinctè & simpliciter id,quod dicit Grãma.*d.voto 29.n.3.& n.16.ad fin.*quòd scilicet de iure cõmuni custos negligens non incurrit aliam pœnã,nisi priuationis officij,in quo fuit negligẽs *ad l.carceri præpositus,ff.de custod. reor.& l.fi.vers.Qui si negligentiam cõmiserint,&c.ff.eod.*quos allegat:nam iura prædicta intelliguntur & loquuntur, prout etiã aliàs admonui,quando fuga alicuius carcerati nõ est sequuta,sed solùm custodes fuerũt negligentes in tenẽdo carceratos sine vinculis,vel in patiẽdo ferrũ,aut venenũ in carcerẽ inferri,iuxta textũ *in d.l.carceri*,vel aliàs quomodolibet negligentiam cõmiserunt, *iuxta d.l.fi.vers.Qui si negligentiã cõmiserint:*tũc enim vel officio Iudicis puniũtur,& castigantur,vel militiã mutant,& ab officio remouẽtur,vt in dictis iuribus;at si ex tali negligẽtia carceratus aufugiat,nõ est tractãdum de sola remotione officij,quia remanet custos obnoxius illi pœnę,qua plectendus erat fugiens,prout sunt clara verba textus *in d.l.ad commentariensem*,cum aliis suprà allegatis *in regul.n.2.*nec dissentit idem Gram.*dicto voto 29.sub n.13.*

61 Pro resolutione aduertatur,† quòd in casu Grãmatici fuit solùm officio priuatus non principalis custos,seu commẽtariẽsis,qui actu exercebat custodiam carcerum,& alios sub se custodes tenebat,prout sunt termini nostrę 12.ampliationis, sed dominus officij dictorũ carcerum, qui actu custodiã non exercebat,sed illã alteri commentariensi,seu carcerario locabat,prout videtur,sic facti speciem proponere in principio illius *voti 29.*& in Vrbe habemus exẽpla in omnib. carceribus, qui in iure dominij spectãt ad aliquos particulares patronos: nã carceres curię Capitolij spectant ad illos de Alberinis,carceres curiæ de Sabellis,sunt Illustrissimorum de Sabellis,carceres autem Turris nonæ spectãt ad venerabilem Archiconfraternitatem charitatis.Isti omnes domini carcerum non solẽt actu illos custodire,sed custodiã locant bittoariis,qui quidem conductores postea recipiunt in se periculũ carcerariorũ:qui actu illos custodiunt,& in custodia alios sub se custodes recipiunt,& cõductor vocatur Capitaneus carcerum,alij verò ab ipso substituti vocãtur custodes.Inferẽdo ad propositũ dico, quòd si ex culpa alicuius custodis carceratus aufugiat,tenetur & punitur nõ dominus carcerum,qui istũ custodem nõ elegit,sed Capitaneus carcerũ,& sic commentariẽsis & cõductor non sola priuatione officij, prout credidit Iulius Clarus in loco præcitato,sed eadẽ pœna qua puniendus erat carceratus,qui aufugit,nec exhibendo custodẽ,cuius particulari culpa aufugit,liberatur, sic iubẽte text.*in d.l.ad cõmentariensem,C.de custod.reo.* quę lex quãuis rigorosa,seruanda est. Si verò carceratus aufugiat,non ex culpa custodis,sed Capitanei carcerum,& sic principalis conductoris: tunc vtiq; est etiam puniendus dominus carcerũ,si fecit malã electionem, & custodiam tyroni,ac inexperto commisit:& hoc nõ habet difficultatem,per textũ expressum *in d.l.fin.in prin.ff.de cust. reor.dum dicit,Non est facilè tyroni custodia credenda:nam ea perdita is culpæ reus est,qui eam ei cõmisit.* Sed qua pœna puniendi sint ista culpa domini carcerum committẽtes illorum custodiam tyroni & inexperto textus ille nõ declarat,sed videtur,ipsos esse puniendos eadem pœna, qua puniẽdus erat ille,qui aufugit,*per d.l.ad commentariensem.* Sed certè illa lex non loquitur in domino carcerũ aliis custodiam locante,sed in commentariense,qui actu custodiam exercet, & carceratos comitatur,vt declarat ibi gl.1.*in verbo,ad commentariensem.* Posset igitur isto casu procedere opinio Gramm.& Iulij Clari in locis supra allegatis,quòd scilicet dominus carcerum priuetur illis, si ex culpa, & nimia negligentia, aut dolo sui conductoris carceratus aufugerit, dummodo ille conductor non esset aliàs reputata persona diligens,& fidelis,quia tunc in nihilo tenetur,per ea quæ suprà deduxi,*num.55.*

AMPLIA XIII.Huius Quæstionis regulã † vt custos car- 62
ceris teneatur ex fuga carcerati, & possit puniri, etiam quòd idem carceratus ad carceres sponte reuertatur,vel vi reducatur,per ea, quæ in simili de eximente carceratum ex carcere suprà scripsi *in præcedenti q.30.n.111.* † Et licèt contra istam 63
ampliationẽ multa deducantur per Boër.*in d.decis.217.n.14. & seq.* quę partim procedunt in propriis terminis,videlicet in custode,cuius culpa carceratus aufugiat:& partim in eximẽte carceratum ex carcere, iuxta ea quæ quidem diximus *supra,d.n.111.*& tãdem inclinare videatur in eam opinionem, quòd nec custos,nec eximens teneatur in aliquo, quando re integra exemptus,vel aufugiens ad carceres pœnitens reuersus est, pro vera tamen resolutione huius articuli, quatuor principales casus distinguendos esse putarem.

Primus erit casus † in eximẽte carceratum detentum pro 64
causa criminali:isto inquã casu crederẽ sine dubio eximẽtem fore sua pœna puniẽdum,etiam quòd exemptus siue vi,siue sponte, & pœnitẽs ad carceres reuertatur:est enim iam consummatum delictum, & eius pœna incursa, ideo non video quomodo illa possit euitari per reuersionẽ ad carceres, quoad eximẽtem:† licèt enim pœnitentia ante delictum cõsum- 65
matum operetur,vt pœnitẽs non possit puniri, ad tradita per Marsil.*in l.is, qui cum telo,n.24.C.ad l.Cornel.de sica.* Nouel. *reg.14.in prima fallẽt.*Melch.de Facin.*inter cons.crim.diuers. cons.79.nu.58.vol.1.* Menoch.*de arbitr.quæst.lib.2. casu 360. num.6.& seqq.* Capra *concl.66.nu.16.*Cardin.Alban.*cons.14. n.17.* † non tamen sic est post consummatũ delictum,per id 66
quod in simili scripsit Bart.& alij *in l.qui ea mente, ff.de furt.* Ang.de Malef.*in verbo,& vestem cœlestem,num.38.* Firm.*in tract.de gabell.in quarta part.num.13.* Conrad.*in præct.tit.de iuribus,num.7.in 12.ampliatione,fol.mihi 362.colum.2.* Hier.

de monte,*quæst.16.num.4.* Cepha.*cons.57.n.48.vol.1.* communiter* asserentes, quòd non euitatur pœna furti, si post illud patratum fur pœnitens furatam rem domino restituat. Sic in proposito nec etiam eximens carceratum ex carcere, euitabit ordinariam pœnam, quæ à iure eximenti infligitur, etiam quòd exemptus pœnitens sponte,vel vi captus ad carceres reuertatur,& ducatur.

67 Secundus erit casus † in eximente carceratum pro debito ciuili,& tunc quia,vt scis eximẽs punitur & ciuiliter ad solutionem debiti, vt suprà dixi *in antecedẽ.quæst.n.107.& seq.* ac etiam criminaliter propter turbatam iurisdictionẽ, & carcerum violationem,vt pariter ibidem dixi,*nu.112.* Si quæris, an eximens debitorem ex carcere puniatur criminaliter,stante quòd exemptus reuersus est ad carceres:& tunc crederem quòd sic,per ea quæ consideraui in præcedẽti casu, quæ mi-
68 litant etiam & isto. † Si autem quæris, an vltra pœnam criminalem, teneatur eximens creditori ad solutionem debiti:
* negari non potest communem * Doctorum opinionem esse etiam quòd sic,vt ex allegatis *supra,d.q.30.n.111.* Sed certè hæc communis opinio est multùm rigorosa:quia si exemptus debitor est iam reuersus ad carceres,nullum passus est damnum creditor ex tali exẽptione,& nihil ipsi deperiit, vt consideraut Boër.*in decis.217.n.14.ad fin.vers.Et hoc secundum Paulum.* Et ad hoc vt quis dicatur exẽptus,& quòd nulla via appareat in iudicio,vt bene probat text.*in l.si per alium,§.docere autem debet quis per hac exemptionem factum,quominus in ius produceretur.Cæterum si nihilominus productus est,cessat pœna,quoniã verba cum effectu sunt accipienda,ff.ne quis eum qui.* Et per istum textum post Bald.quem allegat *in consil.40. in finalib.verbis,& in cons.41.in 1.volum.* dicit Boër. *in decis.215.n.15.* quòd ita si Iudex esse iudicaret,licèt deinde cogitandum relinquat, & certè ista opinio Boërij sapit magnam æquitatem:sed in practica vix crederem recedendum à communi opinione, quæ etiam suas habet rationes satis in iure fundatas,quas refert idem Boër.*d.decis.217.n.12.& 13.*

69 Tertius est casus †in custode carceris,cuius culpa & negligentia carceratus pro causa criminali aufugit, & tunc si iste carceratus recapiatur,vel sponte ad carceres reducatur,videtur custodem in nihilo teneri, per text.*in l.fin.vers.solet præterea ff.de cust.reor.* vbi quòd si carceratus culpa custodis aufugerit,si ipsius custodis interest fugientem apprehẽdi,datur ei tempus ad perquirendum dictum fugientem,eíq; custodi in societate ad hanc perquisitionem faciendam applicatur alius miles,vel plures,prout expediẽs fuerit, & ibi hoc notat Ang.& Alber. Vnde ad propositũ si custodiatur tempus ad perquirendum, & reducendum ad carceres carceratum, qui aufugit, necesse est dicere, quòd eo reducto custos ampliùs non teneatur:quia si adhuc eo reducto & exhibito custos teneretur,frustra à iure illud tempus ad perquirẽdum ei datum esset,& in vanum laborasset,& ita argumẽtatur Boër.*in allegata decis.217.nu.14.* Sed veritas est,quòd etiam carcerato, qui iam aufugit,reducto,& exhibito tenetur, & punitur custos,non quidẽ pœna ordinaria,hoc est,illa eadẽ,qua veniret puniendus carceratus,qui aufugit, iuxt.*l.ad cõmentariensem, C.de custod.reor.* cũ suprà allegatis *in reg.n.2.* talis enim pœna cessat in custode per reuersionẽ fugientis,sed erit puniendus alia mitiori pro modo culpæ, & negligentiæ iam commissæ, iuxta text.*in l.carceri,ff.de custo.reor.& in l.fin.vers.Qui si negligentiam cõmiserint,ff.eod.tit.* quæ iura,vt suprà aliàs admonui,*n.6c.* habent locum etiam,quando carceratus non aufugit,puniúntq; solam custodis negligentiam.Igitur obiectioni respõdendo,dico quòd non frustra à iure datur custodi tempus ad perquirendum carceratum,qui fugit,ne ipse custos in vanum laboret illum perquirendo,& ad carceres reducẽdo, iuxta dispositionẽ *d.l.fin.vers.Solet præterea,* quia etsi puniatur illo exhibito,& reducto,satis tamẽ lucratur,quia nõ punitur pœna corporali, & illa qua erat puniendus carceratus, qui aufugit, sed mitiori Iudicis arbitrio: sed bene puniretur corporaliter & eadẽ pœna,si carceratus nõ ampliùs ad carceres rediret,vel reduceretur, & sic cessat argumentum Boërij.

70 Quartus casus est pariter & in custode,†quãdo scilicet illius culpa aufugit aliquis carceratus pro debito ciuili: tũc,vt infrà dicã, *sub 15 principali ampliatione,* tenetur custos & ciuiliter & criminaliter, ciuiliter ad solutionẽ debiti creditori, ad cuius instantiam erat carceratus:criminaliter aliqua pœna Iudicis arbitrio pro modo culpæ,& negligẽtiæ. Ideo si quæris,an debitore, qui iam culpa custodis ex carceribus aufugit ad eosdem carceres reuerso,vel reducto puniatur custos aliqua pœna Iudicis arbitrio ob commissam culpam,vel negligentiam:& tunc crederem, quòd sic,per ea,quæ fuerũt deducta in præcedenti casu,quæ militant etiam in isto. † Si ve 71
rò quæris, an custos teneatur ciuiliter ad interesse creditoris, & tũc pro vna vel altera opinione possent adduci ea omnia, quæ in simili de eximente suprà scripta sunt *sub num.68. & in præceden.quæst.30.n.111.* Sed quicquid sit de iure,in practica semper vidi seruari,custodem non teneri ad aliquod interesse creditori, quando licèt ex carceribus aufugerit, vel vi ad eosdem carceres reductus,vel sponte reuersus fuerit.

Et prædicta omnia bene nota, quia credo quòd non alibi inuenies sic explanata.

AMPLIA XIV. Vt † custos teneatur ex fuga carcerati, 72
etiam quòd pro eo interceserit fideiussor de tuto carcere: nam non per hoc ipse custos est liberatus à custodia illius carcerati,pro quo fideiussor talis interuenit,ad doctrinã Bart. *in l.si vt certo §.Si de me, n.2.ff.commoda.* vbi infert ad quæstionem:Pone,quòd Potestas recõmendauit aliquem in carceribus:postea dubitãs de illius fuga,misit familiam suam ad custodiam carceris. Certè inquit Bart.per appositionem huius custodis non censetur remissa custodia commentariensi, quando carceratus adhuc remanet in suis carceribus, vt ibi per illum textum,qui optimè hanc comprobat cõclusionem. Et per istam Bartoli doctrinam quam communiter * à Do- *
ctoribus receptam testatur, hanc posuit ampliationẽ Bertaz. *in cons.257.n.5.& cons.521.n.29. vers.quo verò ad secundam partem, & n.30. & seq.* † vbi tamen illam declarando dicit, 73
quòd si Iudex post hanc dationem fideiussoris mandasset custodi,vt carceratũ poneret in loco largo & aperto,non teneretur ipse custos,si inde ipse carceratus aufugeret, quia Iudicis mandatum ipsum excusat,vt ibi per eum, & faciunt quæ infrà dicam *in 11.principali limitatione.*

AMPLIA XV. Vt † custos teneatur ex fuga carcerati non 74
solùm pro causa criminali,sed etiam si detinebatur pro debito ciuili:tenetur enim tũc creditori ad damna & interesse,& sic ad solutionem debiti, vt probare videtur text.*in d.l.fin.in fin. ff.de custod.reor.* dũ dicit,*Quòd si fugitiuum domino reddẽdum prodiderit,si facultates habeat, domino pretium reddere iuberi, Saturninus probat.* Et per istum tex.Ang.*ibi,n.7.* notandũ aduertit esse casum, quòd si quis est carceratus pro debito, & fugit,pœna custodis est,vt satisfaciat creditori,Par.de Put.*in tract.de synd.ver.carcer,& carcerat.c.5.licèt dicatur,n.2.in fi. ver.Ideo si aufugiat,fol.mihi 144.a tergo,col.1.* Bonif.de Vital. *in tit.de carc.priuat.n.16.* Alc.*de præsumpt.reg.7.præsump.15. n.5.ver.& propterea illis casib.* vbi ex Aret.*in cons.38. consultissime Domine per totum,* generaliter dicit,quòd in omni casu custos carceris ex fuga carcerati tenetur parti etiã ad interesse,Boër.*decis.217.n.10.ad fin.vers.alias autem vbi esset in notabili negligentia,&c.* vbi plures adducit concordantes leges, & Doctorum authoritates,Cyril.*in sum.crim.part.1.rubr.22. de custod.reor.§.3.n.7.vers.Ciuiliterque ipsum obligat.fol.mihi 57.col.2.* Menoc.*de arbit.q.lib.2.casu 302.n.2.vers.Vbi autẽ incarceratus,*&c.vbi allegat Bald.*in cons.177.in ista captura, lib.2.* Ias.*in cons.27.nu.1.lib.3.* sequitur Bonacos.*in comm.opin. part.1.sub vers.i.Carceris custos non tenetur,prope finem,fol.21. col.2.* vbi etiam allegat Aret. *in §.Cæterum,nu.2.Instit.de lege Aquil.* generaliter dicentem,quòd quando aliquis misericordia ductus, & opus misericordiæ exercere volẽs alium damnificauerit,tenetur actione in factum ac interesse, *vt in d.§. cæterùm,& in l.si hominem,in prin.ff.depositi,* cum aliis ibi per eum allegatis:indéq; propterea inferentem ad custodem,qui propter misericordiam aliquando carceratos alleuiant:quia si aufugiant, tenentur creditoribus ad interesse, & sic ad solutionem debiti,& ita Bononiæ de facto habuisse testatur.

Et †licèt cõtra hanc ampliationẽ sentire videatur idẽ Ang. 75
inter consil.crim.diuers.73.n.1.& seqq.vol.1.in fol. vbi subtiliter respondẽdo *ad l.fin.ff.de custod.reo.* & ad alia iura,quæ ad propositum allegari possunt,affirmat minimè verũ esse custodem teneri ex sola culpa,aut negligentia sine dolo,aut corruptione ad soluendũ creditori debitum ob fugã carcerati debitoris,nõ per hoc tamen ab illa recedas,quia non solùm communis* est,vt ex præallegatis apparet,sed etiã eam commu- *

nem

76 nem fatetur idem Ang.Aret.*d.conſ.73.ante num.primum* †& pro ea facit viua ratio; quia, vt poſt Caſtrenſem, quem allegat Paris de Put.*in tractat.de ſyndi.verbo,carcer,& carceratus, c.3. An ſi plures, n.2.* cuſtos carcerum eſt quidam depoſitarius carceratorum,argumento tex.*in l.in princ.& in l.Lucius, verſ.Quid aliud,ff.loca.*prout etiam idem ſcripſerunt Firm.in repertorio,*verbo,cuſtos,verſ.26.*Gram.*voto 29.num.3.*Boſſ.*in tit.de carcer.n.*....Boer.*dec.216.poſt n.6.ver.& aixi ſupra,* vbi reddit rationem, quòd ſicut depoſitario rei committitur cuſtodia,*l.1.in prin.ff.depoſ.* ita & cuſtodi carcerum committitur cuſtodia perſonarum, *l.ad commentarienſem,C.de cuſt.reo.* Sequitur Franc.Becius *dict.conſ.44.n.23.lib.1.* vbi pariter & ad propoſitum infert,quòd ſicut depoſitarius non reſtituendo rem depoſitam tenetur deponenti ad intereſſe, ita pariter tenebitur cuſtos carcerum, ſi perſonam ſibi depoſitam non reſtituerit.

77 AMPLIA I. Hanc decimamquintam ampliationem † in tantum procedere,vt non poſſit cuſtos allegare fugientē carceratum non fuiſſe debitorē ad effugiendam dicti debiti ſolutionem,vt per Menoch.*de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 302.n.3.* per ea,quæ in ſimili de eximēte carceratum ex carcere, ſuprà dicta ſunt *in præcedenti quæſtione,n.109.*& eſt ratio,quia ſi,vt modò dixi,cuſtos carcerū habetur loco depoſitarij, ſicut depoſitarius non poteſt deponenti refricare quæſtionem dominij,ac dicere rem depoſitam non eſſe deponentis,vt per Bald. *in l.1.C.quibus res iudi.non noc.& in ruor.C.depoſiti, quæſt.2.* ita pariter,nec poteſt carcerum cuſtos dicere creditori,tu nō es creditor,vt bene conſiderat Fran.Becius *d.conſ.44.n.32.li.*

78 *primo.* † Et licèt contra hanc ampliationem ſentire videatur Paris de Put.*in tract.de ſynd.in verbo,Carceratus,cap.5.incip. Licèt dicatur,n.2.ad finem,fol.mihi 144.a tergo,col.prima,* vbi dixit,quòd tunc ad debita carcerati fugientis tenetur cuſtos,

79 quando fugiens verè debitor erat,alias ſecus. † Pro concordia tamen dicere potes,quòd prima opinio procedit,quando non conſtat notoriè, fugientem non eſſe debitorem; ſecunda autem,quando notoriè cōſtat, vt declarat idem Menoch. *vbi ſup.caſu 302.n.4.* Faciūt tradita *in dicta antecedē.q.n.110.*

80 AMPLIA II.Eandem decimamquintam ampliationē,† vt vltra ſolutionem debiti creditori faciendā teneatur etiam cuſtos ob commiſſam negligentiam aliqua alia pœna ſaltem extraordinaria.Sic enim apertè cōſuluit Franc. Becius *dict.conſ. 44.n.34.lib.1.* vbi generaliter dixit, quòd quando carcerati, qui aufugerunt, erant poſiti in carcere, non ex cauſa delicti, tunc punitur cuſtos pœna extraordinaria:multùm faciunt ea, quæ poſui *in anteceden.q.n.112.*quę licèt prima facie non videātur poſſe applicari caſui noſtro, cùm loquatur in eximente carceratū ex carcere , & ſic in caſu,in quo delinquēs eſt in dolo,hîc autē agitur de cuſtode carcerum non in dolo,ſed in

81 culpa,†nihilominus,vt bene animaduertit Boer.*dict.dec.217. n.14.verſ.Et ſi quiſquam dicat,* argumētum bene procedit de eximentē ad cuſtodem:quia hoc caſu magna culpa & negligentia cuſtodis æquiparatur dolo eximentis,*l.milites,ff.de cuſtod.reo.l.ad cōmentarienſem,C.eodem,cum aliis ſupra traditis, n.10.& ſeqq.*& hæc ampliatio multùm fortificatur *tex.l.carceri præpoſitus ,& ex l.finali, in prin.verſ. Quiſi negligentiam commiſerint ff.eod.* quibus iuribus,vt admonui *ſupra num.60.* probatur quòd cuſtos carcerum,vel in priuatione officij, vel aliàs pro modo culpæ , Iudicis arbitrio punitur ex ſua negligētia commiſſa in carcerum cuſtodia,etiam quòd carceratus non aufugerit.Et ſic apparet,quòd in cuſtode negligentia eſt

82 criminaliter punienda † Vnde crederem , quòd ſi culpa , & negligentia cuſtodis nimia debitor carceratus aufugiat, poſſit idem cuſtos vltra debiti ſolutionem aliqua extraordinaria pœna puniri,iuxta conſilium Franciſci Becij.Et iſto caſu ſatis condignam crederem pœnā ſi officio cuſtodiæ priuetur,quæ priuationis pœna iuncta cum ſolutione debiti, non erit per cuſtodem deridenda:& meritò,quia negligens in vno carcerato,poterit forſan etiā eſſe negligens & in alio maioris præiudicij in graue damnum fiſci & reipublicæ:ideo periculis eſt obuiandū & cuſtodis negligentia ſemper coërcenda.Si verò aufugerit debitor ex leuiori culpa,& nō ex magna negligentia cuſtodis:& tunc leuiorem quoque pœnam poterit Iudex

83 arbitrari.†Quòd ſi forſan pretio corruptus cuſtos debitorem dimiſerit,fingens vel ſua culpa,vel negligētia ſolùm, aut etiā caſu aufugiſſe:& tunc talis dolus eſt grauiùs coërcendus,vltra ſolutionem debiti, & priuationem officij Iudicis arbitrio. Et vide quæ ſuprà dixi de cuſtode corrupto dimittente carceratum pro cauſa criminali,*num.7.& ſeqq.*

LIMITA I. Hanc decimāquintam ampliationem, † vt li- 84
cèt cuſtos teneatur creditori ad ſolutionē debiti, pro quo carceratus fugiens erat detentus, poteſt tamen ab eodem creditore in actu ſolutionis habere ceſſionem contra debitorem fugitiuum,& poſtea vigore dictæ ceſſionis contra ipſum, vel eius fideiuſſores eadem actione agere,qua agere poterat creditor cedens.Ita poſt Alber.quem allegat *in tract ſtatut.in 2. par.q.144.*tradit Menoch.*de arbi.q.lib.2.caſu 302.n.4.*

LIMITA II.Eandem ampliationem,†vt procedat in ſub- 85
ſidiū,ſcilicet quando creditori nō eſt ſuccurſum alia via contra ſuum debitorē, quia aufugit, vt putà,quia facta excuſſione ſuorum bonorum,apparet nō eſſe ſoluendo,nec inde poſſe creditorem ſuum creditum cōſequi:tunc enim verum eſt, quòd idem creditor habet pro ſuo intereſſe regreſſum contra cuſtodem: ſecus ſi cōtra eundem debitorem aliàs poteſt ipſi eſſe conſultum,quia tunc non poteſt cōueniri cuſtos,& propterea quia iſto caſu in primis eſſe neceſſariam debitoris excuſſionem,multùm notabiliter dixit Ange.Aret.*inter cōſ.73. n.36.& ſeqq.lib.1.*† Vbi huius declarationis eam adducit ra- 86
tionē , quia ſcilicet actio, qua publicus Officialis de cōmiſſis in officio teneatur parti læſæ ad intereſſe, eſt ſubſidiaria, nec aliter datur contra Officialem,niſi in caſu,in quo eidem parti alia via non poteſt eſſe conſultum,*l.1.C.de Magiſtrat.cōuenien l.aduerſus,circa principium,ff.eo.l.1.§.nunc tractemus.ff. de iure.& ratio.diſtrahen.* cum aliis ibi per eum allegatis.

Verùm de hac limitatione Aretini multùm dubito,† quia 87
ſi,vt ſuprà probaui,*n.76.*cuſtos carcerum habetur loco depoſitarij,certum eſt , quòd depoſitarius rei hypothecatæ creditori non habet iſtud beneficium excuſſionis, ſed abique alio poteſt per creditorē conueniri vt poſt Ang Sali.& Soci.quos allegat,ſcripſit Gabr.*in tit.de fideiuſſor.cōcl.1.n.59.& ſeqq.li.3.* Ita pariter & abſque eodem beneficio poterit conueniri cuſtos carcerum, qui eſt depoſitarius perſonæ obligatæ. † Et 88
nihilominus res non habet difficultatem , quando cuſtos in ingreſſu cuſtodiæ ſe obligaſſet per inſtrumentum guarentigiatum,præſertim cum iuramento de bene cuſtodiendo carceratos:nam tunc ſtante iuramento,& guarentigia,ceſſat beneficium excuſſionis, vt in iuramento de magis communi** poſt alios,quos allegat plures,teſtatur idem Gabriel. *vbi ſup. in prima limitatione,num.43.* Natta *conſ.426.n.22.lib.2.*Rol. *conſ.6.n.45.li.1* Michaël Craſſ.*in commu.opin.lib.1.q.9.c.11. tomo 2.*† Et de guarentigia probat idem Gabriel. *ibid. in 23.* 89
limitatione,num.78.

LIMITA III. Eandem decimamquintam ampliationem † 90
non procedere in eo debitore,de quo certum & notoriū erat eum non eſſe ſoluendo,vtputà quia iam Iudex ipſum in carcere admiſerat ad ceſſionem bonorum, vel etiam, ſi non admiſerat,impetrauerat à Principe ſupplicationem , vt ad illam admitteretur: tunc enim ſi talis debitor ex carcere aufugiat, non tenetur cuſtos ad ſolutionem debiti præcisè, ſed ſolùm ad intereſſe, quod patitur creditor non habendo ſuum debitorem in carceribus , vt pluribus comprobat Paris de Put. *in tract.de ſynd.in verbo,carcer,& carceratus,capite 5.incip. Licèt dicatur,num.4.verſ.Si tamen carceratus impetrauerit, fol. mihi 144.a tergo,col.2.*

AMPLIA XVI. Regulam † propoſitæ quæſtionis proce- 91
dere non ſolùm,quādo carceratus aufugit ex carcere culpa & negligentia cuſtodis,ſed etiā quando idem cuſtos ipſum carceratum relaxat ſine Iudicis mādato in ſcriptis , & ſine bulletino:tūc.n.nō aliter punitur,ac ſi idem carceratus aufugiſſet, vt per Parid.de Put.*in tract.de ſyndic.verbo,carcer,& carceratus,ca.5.Licèt dicatur,in prin.fol.mihi 144.col.2.* vbi inter alia alleg.tex.*in l.ne quis.ff.de cuſto.reor.* Ang.*in l.neque impuberes, §.fin.ff.de in ius voca.* Anch.*cōſ.340.Viſo themate,ad fin.* Ang. *de malef.in verbo,Quòd fama publica,n.90.ver.& iſto caſu beneaduertat cuſtos carceris,* & ibi Aug.*in add.ver.& no.* Marſil. *in pract.§.attingā n.18.& in §.opportunè,n.19.& in trac.de bani.verbo,carcerati n.33.*Boer.*dec.215.n.33.in fi.*vbi quòd licèt excuſetur cuſtos, quādo eius culpa & negligētia aufugit carceratus,qui nō ritè & ſine cauſa erat detētus,vt infrà dicā *in 6.principali limitatione.*nō tamē excuſabitur,ſi ex ſuo proprio motu & authoritate ſine Iudicis mandato illum relaxet:

quia nō potest ipse cognoscere,an reus fuerit bene, vel malè captus,Conrad.*in pract.tit. de carceratione,n.22. in fi.vers.Si verò custos,fol.mihi 277.col.2.*Iodoc.*in pract. rub.de citatione reali,id est,captura.c.15.n.18.fol.mihi 31. rub.de relaxatione carceratorum,n.2.fol.43.* Brun. *de cessione bonorum,in 11.q.4. quæstionis principalis,n.39.vers.Cum certū sit*, vbi alios adducit concordantes,& affert rationē,secundùm Ange. *vbi sup.* quia eius est relaxare, cuius est carcerare, *l.nihil ita naturale, ff. de reg.iur.* & eius est saluare, cuius est destruere, & ita in facto obtinuisse testatur Hippol Rimin. *cons.crim. diuers.82. n.25.& seq.lib.2.*vbi ex Ang.Castrense & aliis, quos allegat, sic practicari testatur,quòd in casu relationis custodes petunt à Iudice bulletinum, & idem testatur Bonacossa *in suis communiopin.par.1.vers.Carceris custos non tenetur,ad medium, fol,mihi 21.col.2.*& sequitur Franc.Bec.qui alios allegat,*in d. cons.44.n.34.in.1.*ex quibus apparet, hanc ampliationem & communiter* à Doctor.receptam esse, ac etiam practicatam, prout certè etiam apud nos talis practica est notoria. *

92 AMPLIA I.Eandem decimam sextam ampliationem,† vt isto casu custos puniatur eadem pœna, qua erat puniendus ille,qui sine mandato fuit relaxatus, non aliter, ac puniretur (vt suprà dixi *in regula,n.2.*) si idē carceratus custodis culpa seu dolo aufugisset:ideo si relaxatus erat detentus pro debito ciuili,tunc custos punitur ciuiliter & criminaliter;ciuiliter ad interesse partis & ad solutionem debiti;criminaliter, arbitrio Iudicis aliqua alia pœna extraordinaria,iuxta ea quæ dixi *supra n.80.& seqq.*& in terminis notat Iodocus *vbi sup.d. c.19. de relaxat. carcerat. n,9.* & Franc.Becius *d.cons.44.n.34.* Si verò relaxatus erat detentus pro causa criminali, tunc punitur custos sic illum relaxans sine iudicis mandato eadē pœna, qua erat puniendus ille relaxatus per ea, quæ pariter suprà dixi *n.2.in regula.*Et si relaxatus merebatur pœnam capitis,eandem pœnam etiam meretur isto casu custos, iuxta ea quæ etiam dixi & declaraui *supra n.5.& 6.*Et ita declarandus est text.*in l.si aliquid,la seconda,§.miles,vers.Eadem pœna tenetur,ff.de pœnis,*quē in proposito allegat Petr.Placha *in epit. delic.c.10.n.15.post medium vers.Qui absque Principis mandato captiuum dimisit*, *&c.* ille enim textus videtur imponere pœnam capitis ei,qui deseruit illum,quem custodiebat,& ex eo textu Placha in loco citato infert ad pœnā mortis custodi infligendam,quando absque Principis mandato captiuum dimisit. Quæ omnia vera sunt,si,vt dixi, ille captiuus erat capitaliter & pœna mortis afficiendus,aliter secus, vt declaraui *supra num.5.& 6.*

93 AMPLIA II. Eandem decimamsextam ampliationē † vt custos non possit relaxare carceratum sine Iudicis mandato, etiam quòd creditor, ad cuius instantiam fuit carceratus, vel quia satisfactus, vel quia aliàs sibi placuit, consentiret illius relaxationi,nam adhuc à Iudice est requirendum mandatum in scriptis;vt post Boër.& Bal.*in l.neque impuberes,§.fin.ff. de in ius voca.*tradit Paris de Put.*in tract.de synd.verbo,carcer,& carceratus,c.5.Licèt dicatur,n.4.ad fin.vers.Quibus adde, fol. mihi 154.à tergo,col.2.*vbi tamen referre videtur Rom. aliter sentientem & declarantem : sed pro ampliat. addo Boer.*dec. 217.n.24.*vbi allegat Iac.de S.Georgio *in d.l. neque impuberes,§.fin.n.4.*Franc.Bec.*d.cons.44.n.34.lib.1.*

94 Ego tamen vidi aliquando † solo creditore consentiente, etiam absque Iudicis mādato, debitores captos per custodes carcerum relaxari, quando non adhuc sunt descripti in libris custodiæ,& hoc sæpe contingit,cùm birroarij,qui debitorem ad carceres conducunt,volentes illi rem gratam facere, dicūt custodibus,supersedeatis in scribendo istum in libro carceratorum,quia intendit soluere,vel aliter cum creditore se concordare, & iussu birroariorum custodes supersedent in scribendo per aliquas horas, intra quas, si concordato creditore birroarius qui eum conduxit,ad carceres reuertens,& fidem faciens quòd creditor est iam concordatus,mādat custodi,vt illum relaxet liberè,etiam sine Iudicis mādato,custos relaxet solo verbo birroarij,& hoc,quia nōdum reperitur descriptus & annotatus inter carceratos. Si verò birroarius intra paucas horas redit & tunc describitur captus in libro carceratorum, nec amplius relaxatur sine mādato in scriptis.Sed ista est mala practica,& potest causare multas fraudes & extorsiones in præiudicium creditorum, & memini aliàs fuisse prohibitam à Gubernatoribus Vrbis. Bene verum est, quòd in criminalibus aliquando exequutores capiunt aliquem,& dubitātes an bene illum ceperint,nēne,donec Iudici capturā denunciēt, illum tradunt custodi carcerum cum conditione,vt suprà,ne scribatur in libro : & postmodum vadunt ad Iudicem ad illi denunciandum capturam illius hominis; & si Iudex noluerit illum retineri, statim relaxatur absque alio bulletino:sin minùs, describitur eius nomen in libro aliorum carceratorum, & deinde non nisi cum dicto bulletino relaxari potest:& isto vltimo casu in criminalibus scilicet possunt prædicta admitti,& faciūt ad hæc scripta per Parid.de Put. *in tract. de synd. verbo,captura,c.80.Officiales destinati,n.4.in fin.ver.Si autem baiulus,*vbi quòd si baiulus aliquem capiat iniustè,poterit ipsum impunè liberare,*l.si quis vxori,§.si fugitiuum,ff.de furt.* quod tu intelligas, secundùm prænarrata, dummodo scilicet non sit conductus ad carceres, & ibidem descriptus in libro carceratorum, quia tunc baiulus nullam eum relaxandi habet potestatem,etiam quòd iniustè captus fuerit.

AMPLIA XVII.Et principaliter eandē regulam,† vt non solùm teneatur,& puniatur custos ex fuga carcerati,sed etiam ex eo omni quod immittitur in carcerem, ex quo potest sequi mors,vel fuga carcerati,vt putà ferrum,venenum, funis & iis similia : cùm enim hæc omnia præsumantur immissa culpa & negligentia custodis,idcirco pro modo culpæ ipsum fore puniēdum,vel in officij priuatione, vel in alia pœna pro motu Iudicis, optimè probat textus & ibi Angel. *in l.carceri præpositus, ff. de cust. reor.* cuius textus verba retulimus *suprà nu.1.*& per istum textum hoc idem adnotarūt Paris de Put. *in tract.de synd.ver.carcer,& carceratus,c.3.An si plures,n.3. & ibid.fo,mihi 141.a tergo,col.1. & ibid. c.2.post n.3.ver. Et non custodire,*Ang.Aret.*inter cons.crim.diuers.cons.73.n.2.lib. 2.& in tract.malef.in verbo.Quod fama publica,n.91.in addit. litera B,*Aret.*cons.* 38.*n.3. & 4.* Cyril. *in sum.crim.partic.1. rubr.12. de custodia reor.§.3.n.3. ver. Carceri insuper præpositus, fol,mihi 56.à tergo,col.2.*Boër.*dec.26.n.3 ad finem vers. Tum etiam contra ipsum custodem,*&c.Alciat.*de præsumpt.reg. 3.præsum.15.sub n.5.vers.nec præsumitur,*Bertaz.*cons.cxi.69. n.3.lib.1.*Mascard.*de prob.lib.1.conclus.267.num.11.& 15.& cons.469.n.8.*ex quibus patet ita se habere communem* Doctorum opinionem. *

LIMITA Hanc decimamseptimam ampliationem procedere †prout loquitur in dubio:vnde secus, quando appareret quòd custos non esset in aliqua culpa : pluribus enim modis potest in carcerē immitti ferrum, venenum,& similia, etiam sine custodis culpa,†vt in exemplo, de quo per Parid.*in tra. de synd.dict.verbo,carcer,& carceratus,capit.3.An si plures,n. 10.vers.Quid enim si consanguineus,&c.fo.mihi 142. colum.2. in prin.*vbi quid si consanguinei alicuius carcerati intra lignū perforatum,vel intra planellos,sotulares vel zoccculos,aut infra vnā tabulam pro cubili sternendo, vel pro igne faciendo ferrum imposuerint,quod cogitari non poterat,cum quo catenæ carceratorum fuerunt limatæ, an isto casu carcerarius dicatur in dolo vel culpa?certè non,vt ibi per Paridem.

Rursus nec carcerarius † dicetur in culpa in alio exemplo per eundē Parid. posito *in d.cap.3.n.7.* quando scilicet locus carceris erat in platea publica,& de die stabant apertæ fenestrę carcerum,& ex illis fenestris aliquis proiecit ferrum carceratis:tali enim culpa, quia nemo potest se à proditione præcauere,& insidię,quę nō possunt præuideri,sunt casus fortuiti,& culpā non arguunt,*l.in reb.ver.piratarum,ff.loca.*& dicā *inf.in 7.principali limitatione*, & hoc exemplum Paridis refert etiam,& sequitur Franc.Bec.*d.cons.44.n.8.& 9.lib.1.*

Item excluditur culpa custodis † quādo fecit solitam perquisitionē carceratorum,& nihil inuenit:tunc enim ex dicta perquisitione in totum excusatur, vt pluribus demonstrat,& bene Bertaz.*in d.cons 69.n.3.& 4.lib.1*,†vbi è contrà, si custos non fecit solitam perquisitionem tenetur & præsumitur negligens de ferro seu alio instrumento in carcerē immisso, ad Aret.*in d.cōs.38.*† & proptrerea nota quòd cùm hodie apud nos soleant custodes hāc perquisitionem facere,quando carcerati stant in secretis carceribus, non autem qnando stāt in publico : idcirco si in publicis carceribus reperiatur immissum ferrum,venenum,funis,aut quid simile, non credere id esse adscribēdū culpæ custodis, qui vt notum est,non solet, nec tenetur perquirere amicos, qui veniunt ad visitandum carceratos in publicis carceribus, & possunt tūc talia deferre.

Ideo

102 Ideo aduerte quòd dũ in proposito dicunt Doctores,quòd custos solet prẽuidere, in speciẽ,ac etiã si opus fuerit,frangere ferculum,panẽ, vas vino plenum, petiam caseì,& similia: ad hoc vt certificetur,nunquid fortè limas tegant,aut alia instrumenta ad cõpedes limandos, & carcerem frangendo accommodata,vt per Parid.de Put.*d.ca.3.n.10.ve.licèt soleat*
103 *prouideri*,& per Cyril.*vbi supra,d.c.3.n.6.*†hoc tamen intelligendum credo,iuxta solidum,videlicet dum carceratus stat in secretis carceribus, secus si in publicis, in quibus non solet talis diligentia fieri,vt notum est, & nihilominus si hæc subtilissima diligentia omittatur,non erit custos,nisi in leuissima culpa,vt bene not.Paris in loco præcitato.

104. AMPLIA XVIII.Quia tu scis,†quòd quando carceratus de Iudicis mandato tenetur in carceribus secretis,debet tunc custos diligenter curare,ne aliquis eum alloquatur, ne ve aliquis illi literas, aut ambasciatas mittat,& ob id debet etiam facere illam diligentiã & perquisitionem, de qua dixi *supra, n.*102.Hoc enim ideo dicuntur carceres secreti,quia eo tempore talis alloquutio & conuersatio cum aliis est interdicta. Ponamus modò quòd culpa & negligentia custodis aliquis alloquatur ipsum carceratum,vel in secretis carceribus eidem mittat aliquam epistolam vel nuncium:certum est, quòd custos de tali negligentia & culpa puniẽdus est,iuxta ea quę in simili tradita fuerunt in præcedẽti ampliatione:semper enim etiã extra casum fugæ culpa,& negligentia in custode punibilis est Iudicis arbitrio,*d.l.fi.vers. Qui si negligentia commise-*
105 *rint,ff.de custo.reo.*†Quòd si forsan in hoc custos sit in dolo, qui vel ipsemet literas,aut ambasciatã detulerit,vel per alium prece,præmio,vel præmij spe corruptus deferri passus est, & tunc acriùs multò punitur, quàm si sola culpa aut negligentia intercessisset.Et isto vltimo casu in Vrbe & statu ecclesiastico habemus Bullã Pij V.sexagesimamquintã in ordine, de qua in Bullario, 2.par.fo.1022. qua inter alia cauetur, quòd *exequutores & carcerum custodes cæteríque, quibus tam vigore sui officij, quam alias quomodocũque data est facultas alloquẽdi reos,dũ in secretis carcerib.detinẽtur,si eisdẽ reis, aut etiã testibus dũ sic in secretis retinẽtur nomine aliquarũ personarũ extra carceres existentiũ,vel etiã eorundẽ reorum ac testiũ carceratorũ nomine,aliis quibusuis personis extra carceres existentibus nuntiũ,epistolã,literas,vel(vt vulgò dicitur)ambasciatas absque Iudicis & procuratoris fiscalis licentia.ferre ausi fuerint, vltra alias pœnas a iure, vel à statuto inflictas pœnam relegationis in perpetuũ,vel ad tẽpus ad triremes,& si qualitas facti id exegerit, & Iudici videbitur,etiã vltimi supplicij incurrãt.*Et propterea non multi sunt lapsi anni q̃ quidã carcerũ custos in isto flagitio deprehẽsus,fuit per Vrbẽ fustigatus,& deinde bannitus sub pœna triremiũ. Et vix etiã est annus,q̃ quidam alius, qui habẽs cõmoditatẽ in arce S.Angeli trãsmittẽdi epistolas cuidã Nobili tũc eo loci carcerato,& in secretis carcerib.detẽto, pariter in eodẽ delicto deprehẽsus,fuit ad triremes trãsmissus.

106 LIMITA Hanc decimãoctauã ampliationem,† vt procedat,prout loquitur in custode,vel in alio habente cõmoditatem alloquendi derẽtum in carceribus secretis, vtputà famulo,Notario & iis similibus de quibus Bulla intellexit,qui vel in dolo,vel in culpa est in alloquutione,aut transmissione literarum facta dicto carcerato detento in secretis carceribus. Sed quid in illo,qui nõ est custos,nec talis de illius familia,vt possit hãc commoditatem habere,sed à prędictis prorsus extraneus sic alloquitur istum carceratũ in secretis carceribus, vel eidem aliquas literas,seu nuncium transmittit,an & quomodo puniendus est?Distingue, si ista alloquutio, aut literarum transmissio nihil cõtinet in se quod merita causæ tãgat, sed putà fiat tantummodo vel ad consolandum carceratum, vel ad alium effectum fisco minimè prędudicialẽ:& tunc nulla pœna puniri potest,per regulã,quòd non dicuntur in culpa loquentes, vel aliud facientes contra prohibitionem legis vel Officialis, quando ex tali loquutione seu facto fiscus aut respublica non lædit*ur,vt in l.si vehẽda. §.vers. Paulus.ff.ad leg.Rhod.l.& in totũ ff.de impẽs.l.is qui, ff.de act. & oblig.si alius,§.est & alia,ff.quod vi,aut clam,*cũ aliis, quæ in terminis cõsiderat & adducit latissimè Aym.*cons.3. per totum,* quẽ sequuti sunt Foll.*in pract.cri.in fragmen.rub. de cri.læ.maiest. n.66.*Vrsil.*in addit.ad Afflict.decis.*130.*n.*8 Menoc.*de arbit. *quæst.lib.2.casu* 244.*n.*9.Bertazzo.*cons.*57.*n.*15.*& seqq.li.*1.

107 Si verò loquutio seu transmissio literarum aut nuntij,tãgat merita causæ factáque sit ad instruẽdum carceratum de iis, quæ interrogatus debet respondere:& tunc si reperitur à Iudice,seu à Principe aliqua particularis prohibitio pœnata de non alloquendo,nec transmittendo nuntiũ aut epistolam detentis in carceribus secretis,prout erat in casu, in quo cõsulit Aym.*in p. allegato cons.3.per totũ* nulli dubium,quòd succedit pœna,de qua in illo edicto prohibitorio:si verò nulla reperitur super hoc edita particularis prohibitio, nec pœna: prout carceribus Vrbis nescio talẽ reperiri prohibitionẽ,quia solùm custodibus strictè à Iudicibus mandatur,vt tollãt carceratis omnem commoditatem alloquendi & scribendi: & tũc memini in occurrenti casu sæpius per aduocatos contra fiscum fuisse dictum.quòd licèt forsã talis alloquutio,seu literarũ transmissio nõ possit videri licita : non per hoc tamẽ est punibilis,quia nulla lege cauetur,quòd quis nõ possit de meritis causæ cum carceratis alloqui etiã ad illos instruendos & informandos, vt possint se liberare,licet forsan culpabiles essent:nec omne,quod illicitum est,punibile est,*l.1.§.1.vt quis* 108
eum,qui.& ibi Alex.ac alij cõmuniter*Doctores.Natta *cons.* *
595.*n.*10.*&* 597.*n.*9.Rolaud.*cons.*85.*nu.*22.*vol.*2. & pœna nunquã imponitur nisi in casu in quo reperitũr à iure expressa,*l.at si quis,§.diuus, ff.de relig.& sumpt. fun.§. cum igitur in Aut.de nõ eligen.sec.nubẽ.*Dec.*in l.factũ §.in pœnalib.n.*11 *ff. de reg.iur.*Hippol Rimin.*cons.*317.*n.*28.*& seqq. vol.*3.& dixi *sup.in ti.de delict.q.*18.*n.*6.*&* 7. Sunt igitur isto casu arguẽdi nõ alloquentes,seu scribentes,sed custodes de negligẽtia:qui talia fieri passi sunt,vel ne fiant diligenter non prẽuident:carcerato autem, aut iis qui pro carcerato faciunt nulla videtur imponenda pœna,cùm vt dixi.hoc à iure expressum non sit.

Bene autem † sic colloquentes vel mittentes bulletinos 109
istis carceratis in secretis carceribus sæpius vidi & captos & carceratos,& aliquando etiam tortos,nõ pro pœna alloquutionis seu transmissionis bulletini,ac literarum, sed tanquam testes verisimiliter de delicto informatos, iuxta tradita per Bald.*in l.milites , §.sed torqueatur testis, C.de quæst. & in l.3. vers.in gl.*ibi,*veritatem sciant.&c.C.ad l.Iul. de adulter.& in l.data opera,n.*39.*C.qui accus.non poss.*Gram. *voto* 31.*n.*21.*& cõs.*40.*n.*21.Si enim Iudex ex istis literis,seu etiã ex alloquutione huiusmodi cõprehenderit talem alloquentem,seu scribentem esse verisimiliter informatum de delicto, poterit, vt dixi, illum torquere, & in omnem euentum non mediocris eriam oritur suspicio contra carceratum:igitur non ita de facili committant se homines periculo scribendi & alloquendi cum carceratis existentibus in carceribus secretis:quia licèt non possint puniri ex tali scriptura & alloquutione,tãgente merita causæ,possunt tamen,vt dixi, & capi,& carcerari & torqueri tanquam verisimiliter informati, si in literis transmissis & alloquutione præbent aliquam verisimilem præsumptionem scientiæ;aliter secus.

AMPLIA XIX. Quòd si carceratus aufugit ex carcere, 110
potest custos & eius ministri torqueri,vt modum fugæ indicent:sic in terminis scripsit Cyril. *in sum.cri.partic.1.rub.*12. *de custo.reor.*§ 3.*n.*8.*fol.mihi* 57.*a tergo,col.*2.Fran.de March. *dec.Delphin.*765.*n.*3.vbi generaliter dixit,quòd custodes puniũtur de negligẽtia, & propterea,possunt torqueri:facit pro 111
hac ampliatione doctrina Bart.*in l.*1.*n.*3.*ff de offic.præfect.vigil.*dicentis quòd custos pecuniarum potest torqueri , vt indicet fures:& Bart.sequuti sunt Angel.*de malefi.in verbo, Et vestẽ cœlestem, n.*17.*vers.Et etiã tu Iudex aduertas,*& ibi Ang. *in add.* Io. Mar.Montic.*in sua pract.crim.reg.*10.*n.*9. Gabr. Saray.*in addit.ad Matthes.sing.*55.*post medium, vers.Limitatur etiam prædicta,*vbi alios adducit concordantes, & declarat Bar. doctrinam procedere, quando verisimiliter custodes potuerunt habere notitiam furum,aliter secus,quæ declaratio potest etiam applicari custodi carcerum:aliter esset inhumanum & iniquum dicere simpliciter, quòd custodes possent torqueri ad indicandum modum fugæ carcerati,quando ipsi verisimiliter non haberent de hoc aliquam notitiam ; quod totum æqui prudentísve Iudicis arbitrio remissum sit.

AMPLIA XX.Vt†custos teneatur nõ solùm ex fuga car- 112
cerati, sed etiam si rem habeat carnaliter cum aliqua muliere carcerata:tũc enim punitur pœna mortis,vt per Io. Fabr. q de consuetudine apud eum testatur *in §.item lex Iulia,nu Instit.de publ.iud.*& Fabr.refert Par.de Put.*in tract.de syn. in verbo,adulterium, ca.*1.*incipien. Officiales quidam mag-*

*n.*12.sequitur Guido Papæ *singu.*689.*incip.Commentariensis, & in decis.*448.*nu.*3. Pet. à Placha, qui ampliat, etiam quòd mulier cognita per custodem sit meretrix, *in epit. de u.c.* 10. *ad finem, fol. mihi* 168.& ita etiam ampliat, & alios concordãtes adducit Iodoc.*in pract.crim. lib. de carceratis, siue commẽtariensibus, c.*17.*n.*16.*fol.mihi* 38.Bonacossa *in cõmu. opin. par.*1.*2er. Custos carcerum carnaliter cognoscẽs, fol.mihi* 44.*in fine.* †Et est ratio,secũdùm Iodo cum ibi,quòd licèt aliàs possit meretrix impunè cognosci,*l.si vxor,*& ibi Bar. *ff.de adult. l.si e*, & *l.qui adulterium,C.de adulter.*non tamẽ sic est, dum eadẽ meretrix est carcerata, quia tunc ne fiat iniuria castitati carceratorum ratione loci,qui est publicus, *l.*1.*C.de offi.ciuil. Iud.*paria sunt habere rẽ cum muliere honesta, vel cũ meretrice in carceribus retenta, vt pluribus comprobat & respondet contrariis Paris de Put in loco nuper citato, *n.*3.*& seqq.* Marsil *sing.*150.*accessus ad meretrices,*Fol.*in pract. crim.verbo vel ea ceremur n.* 5.Carrer.*in pract.in* 3.*tract.de homici.& assass.*§.*Decimo excusat lasciuia,n.*2.*fol.mihi* 162.*in octauo.*

113 114 Sed aduerte, †quòd Faber *in d.*§.*item lex Iulia,*in cuius doctrina præcitati Doct.originaliter fundant eorũ opinionem, loquitur non de iure communi, sed de consuetudine Regni Franciæ:ideo vbi talis consuetudo non viget,non est seruãda illius doctrina, imò si bene inspiciãtur eiusdem Fabri verba, videtur concludere, quòd de iure communi pœna custodis carcerum carnaliter cognoscentis carceratam,non sit mortis, sed bene sit illa eadẽ,qua tenetur tutor carnaliter cognoscẽs, & stuprãs pupillã,de qua *in l.*1.*C.si.tut.pupil.*prout bene animaduertit Paris de Put.*vbi sup.n.*1.*&* 2. & post Parid. Pau. Ghir.*in tract.de pœnis omnifar.coit.q.*13. vbi quòd eadem ratio militat in custode cognoscente carnaliter mulierẽ carceratã,sicut in tutore carnaliter cognoscente pupillã;nam sicut tutor tenetur alere pupillã, illãmque honestis moribus conseruare, cùm tutor principaliter detur personæ, secundariò autẽ rebus *l.cùm plures, § in primis,ff. de administr. tuto.l.fin. C.de alim.pup præst.*§.*ad certum,versi.Certè,*& ibi gl. *Inst. qui tut.dari poss.*Eodem modo custos carcerũ tenetur diligenter, & honestè custodire & alere mulierẽ incarceratam,illamque illæsam conseruare,*l.*1.*& l.fi.C.de cust.reo.*ideo stante eadem ratione succedit in vtroque casu eadẽ pœna, vt ibi per Paul.

115 Ghirl. † Pœna autem tutoris rem habentis cum pupilla, est deportationis cum publicatione bonorum, *l.vnica, C. si quis eum,cuius tutor,*& adnotauit idem Ghirl. *in eodem tract. q.*7.

* *in* 6.*fallẽ.n.*7.& est communis,*vt per Clar.*in pract.*§.*fornicario, versi.cum pupilla.* Et propterea isto casu custodem non esse pœna mortis plectendũ,sed tantummodo deportatione cum bonorũ cõfiscatione,prout in tutore cognoscẽte carnaliter suam pupillam latè defendit Boer *decis.*317.*n.*1.*& seqq. vsque ad n.*5.*vbi n.*4 testatur de veriori & magis communi*

* opinione:imò non nisi pecuniariam pœnam imponi custodi carnaliter cognoscenti carceratam ponderando & retorquẽdo verba Ioan. Fab. *in d.*§ *item lex Iulia,* animaduertit idem Boer.*d.decis.*17.*post n.*16.*versi.& hoc sensit Ioan.Fab.*

116 Verùm prædicta procedunt, † quando carcerata erat honestæ vitæ,conditionis, & famæ, prout præcipuè loquitur & declarat Ghirl.*in d.q.*13. Si verò carcerata erat meretrix, & custos eam carnaliter cognoscit sine vi:tunc nullatenus punitur, vt pluribus comprobat & respondet contrariis idem Boer.*d.decis.*317.*n.*6.*& seqq.vsque ad n.*10.*& nu.*14.vbi te-

* statur de magis communi*opinione.†Si verò cum vi,potest

117 aliqualiter idem custos puniri,vt per eundem Boer *ibidem,n.* 9. vbi testatur isto casu Senatum Burdegalensem iussisse custodem intra carcerem virgis verberãdum. Refert & sequitur Clar.*in d.*§.*fornicatio,sub ver.Cum carcerata,* ibi.*Sed quid si mulier cognita a commentariense esset meretrix.*

118 Et † pari ratione, si carceratus rem habeat cum carcerata meretrice,nullatenus illum puniri dixit apud eandem curiam Burdegalensem seruatum fuisse, idem Boer. *d.decis.*317.*nu.* 10.refert,& sequitur idem Clar.*in d.*§. *fornicatio,eod.versic.*

119 *Cum carcerata,in fine.* †immò secundùm Boer *in d.n.*10.*Nec puniendus est carceratus*, si carnaliter cognouerit vxorem, vel ancillam custodis intra domum carceris.

120 Abijs diuersus fuit Menoch.*de arbitr.quæst.casu* 292.*li.*2. vbi relatis prædictis opinionib.Io.Fabri, Par. de Put.& Boer. in locis præallegatis,†concludit,custodem carnaliter cognoscentem meretricẽ carceratam, esse Iudicis arbitrio puniendum,etiam quòd nullam vim intulerit. † Et idem affirmatur 121
in carcerato carnaliter cognoscente vxorem vel ancillam custodis, Iudicis scilicet arbitrio plectì posse insimul cum ipsa vxore vel ancilla:tum ob loci violationẽ, tum ob periculum ne illa mulier vel ancilla custodis à carcerato carnaliter cognita illi cõmoditatem euadendi præbeat,prout aliàs testatur Papiæ contigisse de anno 1457.† & quòd carceratus carna- 122
liter cognoscens meretricem carceratã, sit aliqua pœna licèt mitiori puniendus,scripsit etiã Bonacos. *n.commu. opi.part.*1. *versi.carceratus cognoscens carnaliter.fol.mihi* 21.*a.tergo,col.*2.

Quid dicendum? Veritas est,†quòd si custos vel carcera- 123
tus habeat rem cum carcerata honestæ vitæ,& tunc punitur ea pœna,qua puniendus esset, si eã extra carceres cognouisset,& etiam grauiùs arbitrio Iudicis propter carceris violationem,iuxta ea quæ scripsit Menoc.*d.casu* 292.*n.*1.*&* n.6 cui in ista parte libenter assentio. Et idem iuris esse crediderim in carcerato cognoscente vxorem vel ancillam custodis.Igitur si cognita esset virgo vel vidua, cognoscens siue custos, siue carceratus sit,tenebitur de stupro,si vxorata, tenebitur de adulterio non aliter,vt dixi,ac si extra carceres eam cognouisset:& vtroque casu semper pœna erit aggrauãda aliquid plus propter qualitatem violationis carcerum,& multò magis aggrauanda si interuenerit vis prout considerat Boer.*dict.decis.* 317.*n.*9.*vers.Quid dicendũ in isto puncto:* Si verò cognita erat meretrix,& tunc licèt esset pœna stupri & adulterij, non tamen cessabit pœna arbitraria propter carceris violationem, iuxta sententiã Menoc.*in loco citato,* & iuxta tradita per Paridem,Marsilium,Follerium,& Carrerium *vbi supra* allegatos, *nu.*113.& in hoc dissentio à Boërio, qui nullam pœnam isto casu custodi seu carcerato infligi posse affirmauit.

AMPLIA XXI. Quia†causæ custodum carcerum delin- 124
quentium in officio custodiæ de plano, & non pro tribunali sunt per Iudicem terminandæ,*l.vnius,& §.fin.*& ibi gl *in verbo,pro tribunali.ff.de quæst.*inquit enim ibi Iurisconsultus,*Custodiæ nõ solùm pro tribunali sed & de plano audiri possunt atque dãnari.*Et ita per illum textum dixit etiã Cyrill.*in summa crim.rubr.*12.*de cust.reor.*§.3.*n.*8.*in fine,in prima partic. fol. mihi* 57.*in fine,*& ante Cyrill bene adnotauit Paris de Put. *in tract.de synd.in verbo carcer,& carceratus,c.*1.*n.*1. vbi in primis per illum textum facit conclusionẽ,quòd Iudex de plano & sine tribunali potest audire crimina contra custodes carcerũ, qui aliquid cõmiserunt in officio.Deinde subdit, quòd hoc casu quando rector cognoscit in causa sui Officialis, ab illius sentẽtia non potest appellari, *l.*2.*C.quorum appell.*& isti possunt etiam velo leuato propter commissa in officio,ab officij cura remoueri, *l.*... & ibi Bal.*C.de sportulis.*

LIMITA I. Propositam regulam *supra nu.*2. in qua dixi, 125
† custodem carcerum ex fuga carcerati puniendum esse eadẽ pœna, qua puniri debeat carceratus aufugiẽs,etiã quòd corporalis vel capitalis foret,vt procedat,quando custos ipse est vel in dolo,vt putà quia vel prece, vel præmio id permittat, vt pariter supra dixi,*n.*7.*& seqq.* vel saltem in lata culpa, & nimia negligentia,vt etiã dixi *n.*10.*& seqq.* Vnde secus,quãdo idẽ custos nõ esset in dolo,vel in lata culpa,seu nimia negligẽtia,sed in leuiori: tũc enim ex fuga carcerati nõ eadem pœna, qua ille veniebat plectendus est,sed alia mitiori pro modo culpę Iudicis arbitrio punietur. Sic bene declarat tex. *in l.milites.*& ibi gl.*in verbo,supplicio,ff.de cust.reor.* apertę in hæc verba dicẽs:*Quoties quis custodia militũ euaserit, exquiri oportere,vtrum nimia negligẽtia militũ euaserit,&c.*ac deinde: *& ita demũ afficiẽdos supplicio milites,quorũ custodia euaserit,si culpa eorũ nimia deprehẽdatur:alioquin pro modo culpæ in eos statuẽdum est.*Ad idẽ tex.*in l.fin.post pr.ff.eo.* dũ pariter dicit: *Nec vni,sed duobus custodia cõmittẽda est,qui si negligẽtia cõmiserint,pro modo culpæ vel castigãtur,vel militia mutãt.*Ergo vbi adest negligẽtia simplex & nõ nimia,custos punitur pro modo negligẽtiæ, & non eadem pœna;& ita etiam expressè declarauit gl.*in l.ad cõmentariensem in verbo,Qui fugerit,*& ibid Sali.*post n.*2.*C.de cust.reo* Albert.*in d.l.fin.nu.*3.*ff.eo.* Paris de Put.*in tract.de synd.in verbo,carcer, & carceratus,c.*3.*An si plures,n.*12.*fol.mihi* 142.*col.*3. vbi tamen dicit quòd custos capitaliter punitur tam pro lata,quàm pro leui culpa:sed pro leuissima non tenetur,nisi ad damna & interesse, *per l. milites,ff.de cust.reo.* sed labitur Puteus isto casu,quia tex. *in dict. l.milites,*cuius verba mox retuli,requirit latam culpam & nimiam

miam negligentiam,non autem leuem,& pro leui culpa non capitalis pœna,de|qua *in d.l.milites*, sed alia mitior imponẽda est,prout meliùs declarat Alber.*in loco citato,d.num.3. in fi.*Et ista est veritas,quòd si culpa est lata,quę isto casu æquiparatur dolo,vt dixi *supra*, *num.10. & seqq.* punitur custos etiam capitaliter,si capitaliter puniendus erat carceratus,qui aufugit,si verò culpa nõ est lata,sed leuis & leuissima,mitius punitur pro modo culpæ,vt bene dicit textus *in d.l.milites*,cũ aliis suprà allegatis,& hanc declarationem sequuntur etiam Cataldin.*inter cons.crim.diuers.cons.22.num.11.& seq.lib.2.* vbi ampliùs dicit, quòd leges punientes aliquem de negligentia debent intelligi de negligentia magna,non autem leuiori,per gl.quam allegat,*in c.monastery circa finem,de statu monach.*nec dissentit Ang.Aret.*inter eadem consil.cons.73.n.3.& 4 lib.1.*Boër.*decis.217.post n.1.ver.Et hoc si fuerit in nimia negligentia, &c.paulò infra, in vers. Quod intelligendum est,quando est in lata culpa, &c.& n.4. vers. Alias si custos nõ sit in tanta negligentia* & in fine illius numeri,vbi propterea dicit hanc esse veram conclusionem,Bost.*in tit.de carcere,n.10.*vbi testatur de communi*opinione, Cyril *in summa crim.partic.1.rub.12.de custod.reor.§.3.n.3. ad finem, vers. Et ita demũ,fol.mihi 57.à tergo,col.1.*Claud.Battan.*in sua pract. crim.reg.143.Carcerum commentariensis,n.2. & 3.* & secundùm istam declarationem sunt intelligendi Doctores suprà citati, *numer.* 3. qui voluerunt custodem ex fuga carcerati esse Iudicis arbitrio puniendum. Procedit enim eorum opinio,quando culpa non est lata,sed leuior,vt prædixi:sed si lata sit,pœna est eadem,& non arbitraria, vt pariter declaraui suprà,*num.*4.

126 LIMITA II Eandẽ regulam,†vt procedat prout loquitur, quando scilicet custos est in negligentia, & sic non adhibuit in custodiendis carceratis diligentiam,quam debuit:vnde secus,si diligentiam adhibuit, quia tunc ex diligentia cessante negligentia,*l.si negotia,ff.de neg.gest.l.si vt certo,§.nunc videndum ff.comm.* cessare etiam debet negligẽtiæ pœna,vt in terminis bene declarat Paris de Put.*in tract. de synd.verbo,carcer,& carceratus,c.3. An si plures,n.1.vers. Et qui suam diligentiam fecit,fol.mihi 141.à tergo,col.1.*vbi facta diligentia per custodem,fuga carcerati non attribuitur culpæ,sed casui, de quo ipse non tenetur,*l.in lege,§.vis maior ff.ad l. Aquil.* cum aliis ibi per eum allegatis.Rursus & hoc idem expresse affirmauit idem Paris *d.c.3.num.6.in medio,vers. Attamen in hac quæstione,&c.& paulo infrà,eod.n.6.in ver.Quia non est in culpa,qui adhibet diligentiam,quam debet,&c.& n.10.*vbi generaliter probauit per plura iura ibi per eũ allegata,quòd culpa non potest imputari ei,qui facit quod debet,& non vltra, etiam si casus perditionis sequatur. Sequitur Boër.*decis.217. n.5.in medio,v.& tandem distinguit*,Gram.*voto 29.n.7.*Cyril. *in summa crim.partic.1.rub.12.de cust.reor.§.3.n.10.fol.mihi 58.col.1.*Catald.*d.cons.crim.22.num.13.vol.2.in folio*, Masc. *de probat.lib.1.concl.469.n.6.*&,vt vides,hæc limitatio nõ solùm est communis,*sed nemo reperitur qui illi contradicat, & faciunt per ea,quæ infrà dicam *in 5.principali limitatione.*

127 AMPLIA I.Hanc secundam limitationem,†vt licèt regulariter domesticus & familiaris à testimonio repellantur,*l.2. C.de test.l.fin.§.fi.C.de his,qui ad Eccl.confug.l penul.C.qui accus.non poss.l.pridem,C.de quæst.l.instrumenta,C.de prob.l.respiciendum,§.furi.ff.de pœnis.l.pen.ff.de test.c.in litteris, extra eod.*Spe.*in tit.de test.§.1.ver.Item excipitur.quòd est domestic.* Nepos de Monte Albano *in tract.de testibus in prin.n.1.*Iac. Butrig.*in eodem tract.in prin.no.21.*Aufrer.*in eodem tractatu, n.34* Crot.*in eodem tractatu,3.parte,n.98.* Bossius *in titulo de*
128 *opposit.contra test.n.94.& 108.*Speciale tamen est in custode carceris,quòd ad probandum ipsius diligentiam admittuntur etiam ipsius familiares & domestici, vt in terminis consuluit Catald.*inter cons.crim.diuers.dict.cons.22.n.14.& seqq.lib.2.* nec dissentit *Ang.in dict.lege fi,n.6.ff.de custod.reorum*, vbi ge-
129 neraliter,quòd admittuntur illi qui sunt in carcere. † Ratio specialitatis est in promptu,quia vbi agitur de probando aliquid, quod factum est in domo,domestici & familiares admittuntur in testes,*lege consensu.§.super plagis*,vbi Alb.Bald.
* Salic.& communiter,**Cod.de repud.* Bal.*cons.237.n.3.lib.3.* Afflict.*decis.304.n.10.*Anton.Gomez.*var.resolut.tomo 3.tit. de prob.delict.n.21.vers.Item adde*,cum aliis concordantibus, de quibus, Deo dante,latiùs dicam *infra, lib.2.tit. de oppos. contra test.*in materia testis domestici & familiaris.

AMPLIA II.Eandem 2.limitationem,vt†custodis diligẽ- 130
tia remittatur Iudicis arbitrio, vt per Boër. *d.decis.217.num. 5.vers.In quo casu relinquitur Iudicis arbitrio.& num.10.post medium,vers. Ideo ergo relinquo iudicantis arbitrio* Menoch. *de arbitrio quæst. lib 2.casu 302. num.11.* & ante istos Paris de Put.*in tractatu de syndicat.in verbo,carcer,& carceratus, capite 3.An si plures,num.15.circa medium,vers.Etiam debebit considerari*,vbi ponit ea,ex quibus Iudex suum arbitrium regulare debet.Custos enim ad hoc vt dicatur vsus sua diligentia,debuit considerare,vt inquit Paris in loco citato,qualitatem & quantitatem carceratorum, delicta & debita,pro quibus erant carcerati,scilicet an grauia & magna,an verò leuia & parua:an fuerint senes,debiles vel infirmi:an verò robusti & iuuenes: an pauci vel plures:an soliti aufugere, vel non:an diuites vel pauperes, & iis similia,de quibus,vt dixi, Iudicis arbitrio standum est, & in specie tangam *infra,in 4. principali limitatione.*

LIMITA III.Propositã regulam†non procedere,quando 131
custos carcerum retinuit carceratos in aliquo loco,in quo similes carcerati teneri & custodiri solebant: excusatur enim custos ab omni culpa & negligentia,si fecit id,quod solitum est,vt per Alber.*in l.final.sub num.1.vers. Vel talis sit consuetudo,&c.ff.de custod.reorum*, Paris de Put. *in tract.de syndic. in verbo,carcer,& carceratus.capite 3. An si plures, num.14. & 15.folio mihi 142. a tergo, col.2:* vbi pluribus demonstrat, quòd id,quod secundùm consuetudinem fit,iure videtur fieri:imò quod consuetum est fieri, necessarium est,*l. Sacculi, ff.de extraord.crimin.leg.quod si nolit,§.quia assidue ff.de ædil. edict.* Officialésque debent semper obseruare locorum consuetudines,*leg.obseruare,§.penultim.ff.de offic.proconsul.* & in generali mandato facto custodi carcerum veniunt ea, quæ de consuetudine fieri solent, *dict.leg.quod si nolit, eodem §. quia assidua.*& ea, quæ sunt consueta fieri, semper videntur in esse,*leg.final.ff.de fideiussor.* Ideo custodia facienda est secundùm consuetudinem dominij, Bald. post Cyn. *in leg.2. Cod.de Episcop.aud.* Idem Baldus *in l.si negotia,ff.de negot.gest.* & in culpa non est, qui facit quod communiter consuetum est fieri,*leg.pignus.ff.de pignor.actio.* His inquam & aliis rationibus hanc comprobat limitationem Paris de Put.*in loco citato*, & rursus *in capite 7.incip. Pone quod carcerarius, ad finem,numer.* 3.vbi in specie per textum *in dict.leg.pignus*, asserit non posse dici in culpa carcerarium,qui carceratos retinuit in loco solito carceris, licèt aufugerint. Et idem affirmauit Boër. *d. decis.217.num.5. in principio,& in fine,num.* 6.vbi inter alia in proposito allegat textus *in l.quis sit fugitius,§.apud Labeonem,in fin.*ibi, *quia id fecit.quod publicè facere licitè arbitratur,ff.de ædil.edict.* & ibidem Cæpol. *in primo notabili.*Cyrillus *in summa crimin.particula 1. rubric. 12. de custod.reorum,§.3.num.2.in fin.vers. At custodia huiusmodi.folio mihi 57.a tergo, colum.1. & num. 3. vers. Aut talis foret loci consuetudo*, Angel. Aret. *inter consil. crimin.diuers. consil.73. numer. 29. & seqq. volum.1.* Bertaz.. *cons.69. in princip. & numer. 21. & sub num.3. lib. in fin. consilij.* † Vbi 132
econtrà, quòd si custos carcerum non fecit solitam diligentiam,dicitur in culpa & negligentia, & Masc.*de prob. lib.1. concl.267.n.19.* †Vbi etiam allegat Bald.*in cons.52.n.2. in fi.* 133
vol.3. Addo & Menoc.*in tract.de arb.quæst.lib.2.casu 302.n.* 6. vbi tamen dicit, quòd licèt isto casu custos non teneatur pœna ordinaria,punitur tamẽ Iudicis arbitrio,secũdùm Boër. Paridem, Gram. & Corneum in locis ibi per eum allegatis, qui quidem Doctores non dicunt id,ad quod allegantur,excepto Boërio *in d.dec.217 post numerum* 5. dum dicit,*in quo casu relinquitur Iudicis arbitrio.* Sed hæc verba Boër.non referuntur ad pœnam,sed ad diligentiam solitam custodis,quã an custos adhibuerit,nécne, Iudicis arbitrio relinquitur, sed respectu pœnæ custos in totum probata solita diligentia est ab ea immunis,quia cessat culpa,vt ibi per Boërium, & per alios suprà allegatos, à quibus apparet ita communiter*à* * Doct.fuisse receptum.

LIMITA IIII. Quando † custos verisimiler non poterat 134
suspicari,quòd carceratus aufugerit:tunc enim licèt aufugerit,excusatur custos sic iustè credens illum non fugiturum,& hoc potest contingere triplici modo,vel ratione loci, in quo detinebatur,vel ratione personæ,quę erat carcerata.Dicamus

in primis

35 in primis de iusta credulitate ratione loci.†Potest de hoc afferri exemplũ in eo carcerato,qui fuit positus per custodem in aliqua stantia altissima, ex qua non poterat idem carceratus aufugere,& inde per fenestras exire,nisi cum maximo & euidenti suæ vitæ periculo propter altitudinẽ domus & magnam distantiam,quæ erat à sublimitate illius loci ad infimitatem terræ. Tunc enim si iste carceratus ex dicto loco se proiecerit in terrã,& illæsus remanens aufugerit:nõ tenetur custos,quia verisimiliter nunquam ex dicto loco poterat de tali proiectione ac fuga suspicari,vt per Boërium *d.dec.217. post n.5.vers.& ita fuit in casu nostro*, vbi ponit exemplũ in quodã Hispano carcerato, qui proiecit se ex fenestra carceris,vbi detinebatur, altitudinis à terra sex canarum seu brassarum,vt ipse dicit,in profundũ fossatorum,& inde aufugit: testatur eo casu apud Senatum Burdeg. fuisse conclusum ad fauorẽ custodis carcerum,quia verisimiliter non poterat suspicari,quòd ille se ex tam alto loco præcipitem daret, argumento textus*in l.in lege Cornelia*, ibi, *quare si quis ex alto se præcipitauerit,ff.ad l.Corn.de sicar.*& aliud exemplum in quodam Italo refert idem Boër.*d.dec.217.n.10.post medium,versicul.ideo ego relinquo*, qui Italus pro ciuili debito trium millium librarum detentus inscio carcerum custode per fenestram valde altam in terrã se proiecit,& inde aufugit:eo inquam casu fuit in eadem curia iudicatum, custodem non teneri,& ibi etiam ponit generalem cõclusionem in omni alio carcerato,qui ex alta turri seu arce se in terram proiiciens aufugit:non enim talis fugiendi periculosus modus poterat per custodem verisimiliter prouideri,ideo non tenetur.

SVBLIMITANDO Hanc quartam limitationẽ aduerte,
136 †quòd Boërius in locis præcitatis loquitur in casu in quo ille carceratus,qui ex alta fenestra se proiecit, fuerat per custodẽ positus in loco seu stantia,in qua detenti pro simili causa solebant poni & carcerari, & isto casu concurro cum eius opinione,quòd custos nõ teneatur ex fuga istius carcerati sic ex alto loco in terram se præcipitem dantis & aufugientis,& pariter crederem eundem custodem non teneri, si idem carceratus non aufugit, sed obiit:excusatur enim isto casu custos, non solùm quia verisimiliter non poterat suspicari,quòd carceratus voluerit illi euidenti periculo vitæ se submittere, sed etiam quia posuit illum in loco,in quo similes carcerati poni solebant,ad ea,quæ latè explicaui *supra in præcedenti limitatione.n.131.*& in proposito memini me aliàs *supra,in titulo de inquisitione.q.10.n.76.vers.Vbi autem*,attulisse exemplum de quodam carcerato famulo quondam Alexandri Illustrissimi Cardinalis Sfortiæ, pro furto inquisito:qui dum ex superiori parte carcerum ad inferiorem partem, vbi Iudex, qui illum examinare intendebat, à custodibus etiam cum manicis ferreis duceretur, ex altissima fenestra in cortili eorundem carcerum respiciente se proiiciens cecidit & obiit:fuit,inquam, isto casu excusatus custos ille, quia illic omnes alij carcerati sic capitaliter etiam detenti soliti erant duci, quando à Iudicibus volentibus eos examinari vocabantur Memini me pariter de anno 1567.(qui fuit primus, in quo Doctoratus insignia sumpsi)dum pro quodam Illustrissimo & Excellentissimo Domino Paulo Iordano Vrsino, Duce Bracchiani,generalis commissarij partes in eodem Bracchiani statu gererem,inueni quòd ex quadam turricula illius arcis Bracchiani, quæ altissima erat,se præcipitem dederat quidam in sublimitate dictæ turriculæ carceratus, etiam cum compedibus ferreis,qui ob pondus,quod in pedibus habebat, non valens se cum manibus sustinere funiculo,quem in eadem arce existẽtem acceperat,& in dicta turri appensum reliquerat,fuit coactus laxatis manibus se terræ præcipitem dare,vbi totus confractus obiit miserrimè:isto etiam casu putaui custodem carcerum illius arcis non esse in aliqua culpa,tum quia mihi cõstitit in eo loco solere poni alios carceratos,etiam pro capitali crimine detentos, tum etiam quia cùm teneretur in compedibus,satis bene dicebatur custoditus,ad ea quæ supra scripsi,*n.34 in 7.ampliatione.*

137 Verùm † si in loco vnde carceratus ex fenestra, licèt altissima,se in terram proiecit,nõ erat solitũ ponere similes carceratos pro graui causa detẽtos,sicut erat ille qui se proiecerat & præcipitem dederat,tunc minimè excusatũ crederem à culpa & negligentia istum custodem duplici ratione : tum quia non faciendo quod solitum est,dicitur in culpa,vt suprà adnotaui,*n.132.*tum etiam quia custos semper debet præuidere, ne carceratus habeat aliquam commoditatem se occidi,ivel præcipitem dandi:cùm videamus sæpissimè contingere,quòd desperatione ducti,vel tædio vitę affecti,vel ob cõscientiam patrati criminis,sibi ipsis manus impias iniiciunt,& se ipsos occidunt,propterea nisi custos ista præuiderit(incarceratis pro graui causa,)sine dubio tenebitur,etiam quòd carcerat.ex altissimo loco se præcipitem dando vel aufugerit, vel obierit,vt bene probat textus,qui cauillari non potest,*in dicta l.finali,C.de cust.reor.dum dicit: Sed si custodia se interfecerit,vel præcipitauerit,militis culpæ ascribitur.*Debet igitur semper custos præcauere,ne careeratos ponat in loco, vnde se præcipites dare possint,alias contra ipsum præsumetur, & propterea non sine ratione hodie in Vrbe, & in plurib. aliis locis status ecclesiastici,omnes fenestræ carcerũ habent suas ferratas. Bene fateor,quòd si esset aliquis carcer,qui tales ferratas non haberet, non teneretur custos illas de suo fabricare, sed excusaretur si carcerati inde se præcipitando aufugerent,vel obirent, ex eo quia,vt suprà dixi,carceratos posuit in loco solito.

AMPLIA I.Hanc quartam limitationem illatiuè ex ea(& nunc venio ad iustam credulitatẽ custodis ratione causæ)† vt 138
procedat etiã quando custos teneret in latioribus carceribus aliquem carceratum pro paruo debito,quem verisimiliter nõ poterat credere quòd vellet aufugere ex illis carceribus, in quibus detinebatur:tunc enim si aufugiat,excusatur custos,vt in terminis scripsit Boër.*in d.decis.217.n.10.ad medium,vers. Tamen videretur.*sequitur Menoc.*de arb.quæst.lib.2.casu* 302. sub *n.*10. † qui licèt loquantur in viro nobili & egregio, de 139
quo mox dicam *infra*, *in quarta ampliatione*, & quòd pro parua summa non est ita verisimile,quòd aufugiat,sicut non nobilis,idem tamen credo etiam, quòd carceratus non sit ita nobilis, † quia tam in nobili,quàm in non nobili vrget ratio 140
per Boërium considerata, quòd scilicet paruum debitum nõ inducit suspicionem fugæ,vt per Rom.*cons.320.post num.3. vers.vltimo necessarium est.*Caccialup.*in tract.de debit.suspect. & fug.q.3.n.2.& seqq.* vbi latè Marl.*in l.furem,n.19.ff. ad l. Cor.de sicar.& cons.80.n.24.* Gram.*cons.ciuil.17.n.12.* Ias.*in l.sciendũ,n.12.ff.qui satisd.cogan.*Bene verum est,†quòd cùm 141
remittatur arbitrio Iudicis,quale dicatur paruum debitum,vt per Boërium *in loco citato* & per Caccialup.*d.q.3.n.5.in fine*, arbitratur isto casu Iudex magnum & paruum debitum,non solùm habito respectu ad facultates & bona carcerati,sed etiam ad illius conditionem,& nobilitatem.

AMPLIA Hanc eandem limitationem†procedere nõ so 142
lum in carceratis pro paruo debito, sed etiã in carceratis pro causa criminali & leui,quia vtroque casu vrget eadem ratio, & inducitur in custode verisimilis & iusta credulitas, quòd ille sic pro leui causa carceratus nolit fugiendo grauioribus pœnis contra fugientes ex carcere à iure impositas se submittere,& ista iusta credulitas excusat custodem, vt suprà dictũ est,si illum retinuit in latioribus carceribus,& faciunt scripta per Paridem de Put.*in tract.de syndic.ver.carcer,& carceratus,cap.3.an si plures,n.15.in medio,vers.etiam debebit considerari qualitas.fol.mihi* 143.*col.*1.vbi in proposito ad arguendum custodem de culpa & negligentia, vel ad ipsum excusandum,considerari debet nõ solùm qualitas debiti, pro quo aufugiens erat carceratus,sed etiam qualitas delicti, pro quo detinebatur. Igitur si delictum erat leue, excusatur custos,si carceratum in latioribus carceribus retinuit.

AMPLIA III. Dictam limitationem† procedere etiam in 143
carceratis pro causa criminali & graui, quando nihilominus re vera erant de proximo liberandi & absoluendi:nam si custos istos sic de proximo liberandos retinuit in latioribus carceribus,& aufugerint,non tenetur,quia verisimiliter nõ poterat de eorũ fuga suspicari,Paris de Put.*in tract.de synd.ver. carcer,& carceratus,c.2. An Potestas,in prin.fol.mihi* 140.*col.* 2.*& ibid.n.3.ver.Et ideo si Iudex,'&c. & c.3.An si plures,n.* 17.*vers.debent etiam attendi, fol.*143.*col.*2. Ang.*de malef. in verbo,Quod fama publica precedente,n.*83.*& in verbo.Qui Iudex dictum Caium.*& ibi Aug.*in add.n.6.vers.quinimo si carceratus,*Boër.*decis.217.n.10.ante medium,vers.Fateor tamen, & n.16.v.4.Limitatur,&c.*vbi allegat gl.*in l.si pecuniam,§.si seruum.v.Sed si acciderit,in vers.carcere.*& ibi Bar.Alb Cast. Rom.Alex.& Ias.*ff.de de cond.ob causam.* † & è contrà dicit,

quòd

quòd ille,qui est in casu condemnationis,diligentiùs & strictiùs debet detineri & custodiri , *l.si quis filio.§.eius,qui*,ibi, *diligentiores,&c.*vbi Bald.& imol.*ff.de iniusto,rupto test.*quod etiam affirmarunt Paris *vbi supra,c.3.post n.5.v. Nam is qui est in casu criminis & condemnationis, fol. mihi 141. a tergo, col.2.*Gram.*voto 29.post n.5.vers.Nam ex quo præditi captiui,&c.* Aug ad Ang. *de malef.in verbo, Quod fama publica, &c.n.87.ad fi.vers.Et vide,&c.*Addo pro eadem ampliatione Marsi.*in tract. de bannit in verbo carcerati.n.35. & in pract. crim.§.attingam,n.14.* Follet.*in pract.crim,in verbo,Vel carcerentur,n.7.*Cyril.*in summa crim.pars prima,rub.12.de cust. reorum,§.3.num.9.fol.mihi 58* Menoch.*de arbit.q.lib.2. casu 302.n.12.*ex quibus facilè dicere possumus,hanc ampliatio-
* nem esse communiter* receptam.

AMPLIA IIII.Eandem 4. limitationem,& nunc venio ad iustam credulitatem , quam habet custos respectu personæ
145 carceratæ,†procedere etiã in nobili,& bonæ opinionis carcerato,qui si non detineretur in strictioribus carceribus,in quibus detinentur alij non nobiles , sed illius nobilitati & fidei multùm credens custos eundem in latioribus stantiis & carceribus stare permiserit, & aufugerit, ex iusta credulitate & fide quã habebat,quòd non esset suæ fidei detracturus,nec fugiturus,vt per Parid.de Put.*in trac.de syndic.in verbo carcer,& carceratus,c.2. An Potestas.n.2.ver. Et adde.*vbi allegat etiam Ang.*in l.si à bonæ fidei.ff.de rei vindic.& ibidem in additio.ad Paridem, litera A*, plures adducit concordantes,ac pluribus rationibus hanc comprobat ampliationem,Boër.*dicta decis.217.n.9.per totum,& n.10.in princ.* Cyril.*in summa crim.par.1.rub.12.de cust.reorũ.§.3.n.9 ad medium,vers. Insuper custos.fol.mihi 58.col.1.*Foll.*in pract.crim.in verbo,vel carcerentur,n.5.*Roland.*cons.11.n.31.lib.3.*Tiraq.*in tract.de nobilit.c.20.n.28.vers.Hinc quinto,*Neuiz.*in sylua nuptiali,in verbo, est nubendum, n.55.* Plures alios adducit Gabr. *in suis conclusionibus,concl.8.n.55.lib.7.*ex quibus negari non potest,
* quin hæc ampliatio sit communiter* recepta.Et faciunt quæ dixi *infra, q.33.n.61.hoc eodem tit.*

146 Hæc ampliatio† licèt sit,vel non,est vera,vel saltem declaranda est,vt non procedat,nisi in casu,in quo nobilis erat detẽtus pro paruo debito,vel pro leui causa criminali, vel si pro graui,erat tamẽ in casu absolutionis:iis enim casibus excusatur custos tenendo nobilẽ & integræ opinionis in latioribus carceribus,& hoc nõ habet difficultatem,quia pariter excusatur,etiam quòd carceratus non esset nobilis, vt suprà probaui,*n.138. & seqq.* Verùm si nobilis erat detentus pro magno debito,vel pro delicto graui,non video certè rationem, cur custos debeat illius nobilitati & integritati confidere in
147 præiudicium fisci,vel creditorũ,†& propterea succedit conclusio,quòd licèt credens viro fide digno excusetur,ad gl. *in l.Titio fundus,in verbo, Actiones,* vbi Bart.Cast.Cuman.Alex.
* & communiter* Doctores.*ff.de cond.& demonstrat.*cum aliis per Gabriel.*concl.8.n.36.lib.7.*non tamen excusatur,vbi agitur de præiudicio tertij,vt ibidem per Gabriel.*d.num.46.*licèt nonnulli per eum relati contrariũ dixerint,& custos isto casu debet magis respicere ad causam,pro qua quis est carceratus,quã ad qualitatẽ & conditionem personæ carceratæ,propterea non excusari custodem ex fuga nobilis,quem in latioribus carceribus retinebat, eius nobilitati & integritati confisum,nisi in casu in quo causa carcerationis erat vel leuis,vel pro paruo debito,expressè tenet idem Boër. *in allegata decisione 217.n.10.*vbi aliis rationibus id comprobat, & testatur ita in Senatu illo apud eum aliàs fuisse iudicatum,& bene iudicio meo.Non enim inficior,quòd nobilis & bonæ opinionis non ita strictè detinendus est,sicut non nobilis & non integræ famæ : sed non per hoc debet custos non esse tutus & securus de eius fuga,vt bene considerat Boër.*d.n.10.ante medium,vers. Fateor tamen.* & istam credo esse veritatem , à
101 qua nec etiam dissentire videtur Menoc.*de arb.q.lib.2.d.casu 34.n.10.* vbi tamen Iudicis arbitrio multum hoc casu tribuendum existimat,& ita si Iudex essem,iudicarem.

148 AMPLIA V.Dictam quartam limitationem,†vt procedat etiam in senibus & infirmis carceratis,quos verisimiliter custos non suspicatur quòd aufugere possint : certum enim est cautiùs & strictiùs esse custodiendos iuuenes & robustos,qui facilius aufugere possunt, quã senes infirmos: ideo si custos tales senes & infirmos stare permiserit in latioribus carceribus,excusatur,licèt aufugerint,secundùm gloss.*in l.si vt certo, §. custodiam,in verbo , Et est commodatus,* & ibi Bart. Alb.& communiter* omnes,*ff. commod.* quam sequuti sunt Paris de * Put.*in tract.de syndic.verbo,carcer,& carceratus,c.2. An Potestas,num.1.fol.mihi 140.col.2.& c.3. An si plures,n.15.ad fi. fol.143.col.1.*Ang.*de malef.in verbo Quod fama publica,c.ademe,n.84.vers.5.etiam aduertat custos carcerum,* Boër.*dec.217.n.10.ante medium,ver. Et sic etiam excusabitur,* Claud. Battand.*in sua pract.crim.reg.143.carcerum commentariensis, n.1.*.Foll.*in practica crim.verbo,Vel carceratur,n.6.*Marsi.*in tract.de bannitis,in verbo , carcerati,n.36. & in pract.crim.§. attingam,n.15.*Cyril.*in summa crim.part.1.rubr.12.de custod. reor.§.3.n.5.*

LIMITA V.Propositã regulã,†quæ,vt dixi, procedit data culpa & negligentia custodis,quòd è contrà si custos non 149
est in aliqua culpa,vel negligẽtia,carceratique aufugerint ex carcere aliquo fortuito casu,excusatur in totum,nec in aliquo tenetur,quia fortuiti casus nemini imputari possũt,textus est in terminis,qui de custode carcerum,loquitur *in l.minimè,*ibi, *exquiri oportere,an nimia negligentia multum euaserit,in casu;*& paulò infrà , *si verò fortuito id admiserit , nihil in eum statuendũ est.ff.de cust.reor.*& probat etiam tex.*in l.si.*ibi,*vbi ergo si casu,*vbi Alb *sub n.4.ff.eod.tit.*Paris de Put.*in tract.de synd.verb.carcer & carceratus,cap.3.An si plures,n.1.vers.& qui suam diligentiam fecit in custodia,non tenetur de casu inde succedente,fol.mihi 141.a tergo,col.1.& ibidem,n.10.in princ. & in fine,vers.& sic etiam excusabitur,folio 142.col.2.*vbi generaliter,quòd culpa non potest imputari ei , qui facit quod debet,etiã si casus perditionis sequatur,*& c.7.Pone quod carceratus , post n.2.v. Et facit quod voluit Bart.fol.145.a tergo,* col.2.Cyril.*in summa crim.par.1.rubr.12. de cust.reor.§.3.n. 3.an si.fol.mihi 56.a tergo.col.1.* & ibidem , *n.9.partier in fine, v.eadẽ ratio est.si fortuito captiui euaserint.fol.58.col.1.* Ang. Aret.*inter cons.crim. diuers.cons.73.n.15.& seqq. & num.26. & 28.vol.primo,in fol.*Bonifac.de Vit.*in rub.de carcer.privat.* 150
*sub n.7.*vbi ponit exemplum,quado carcerati per incendium ortum,vel ruinã carceris aufugerint,de quo etiã scripsit Iod. *in pract.crim.c.17.rub.de carcerariis,seu commentariensibus,n.* 5.Certum enim est isto casu,nec etiam carceratos ex carcere fugientes in alieno teneri,vt dixi *supra,in præcedenti quæstione,n.185.*& pro hac limitatione facit manifesta ratio:quia si,vt iam pariter suprà dixi,*n.76.* † custos carcerum habetur 151
loco depositarij,succedit conclusio,quòd depositarius nõ tenetur de casu fortuito, sed tantùm de dolo ac lata culpa,*l. si vt certo,§.nunc videndum.ff.commod.l.contractus ff.de reg.iur. l.1. C.de deposito.* Gab.*concl.2.n.3.tit.de reb.cred.lib.3.*

LIMITA VI.Eandem regulam† non procedere, quando 152
carceratus,qui aufugit,fuisset indebitè hoc est,nõ ritè,& iuris ordine non seruato captus:nam tunc stante nullitate capturæ,custos carcerum minimè tenetur ex eius fuga,secundùm Ang.*in l.quæ sub conditione,§ fi.ff.de cond.instit.*Aug.ad Ang. *de malef.in vers.Qui Iudex dictum Caium,n.6.* Fran.Cas.*post trac. de indic.& tort.in quæst.cap.rub.de captura & carcere,n.* 24 Marsi.*in pract. §.attingam,n.47.& in tract.de bann.in verbo,carcerati,n.18.& seqq.*Conrad.*in pract.rubr.de carceratione,post n.21.fol.mihi 277.colum.1.*Bossi.*in tit.de carcere n.13. & seqq.*vbi respondet rationibus in contrarium adductis per Anchar.*in cons.*341.mouetúrque ad hanc limitationem comprobandam ratione satis vrgenti Nam si,vt ipse inquit,& suprà latè probauimus *in anteceden.q.num.113.& seqq.*eximens dolo ex carcere non ritè captũ non punitur nec in aliquo tenetur:tantò minùs debet puniri custos, cuius culpa;& negligẽtia sine dolo nulliter & non ritè captus aufugit.Et licèt,vt idẽ Bossius considerauit,depositarius teneatur deponenti depositum restituere,siue iustè,siue iniustè fuerit depositũ,constito tamen quòd depositum non sit deponentis,sed alterius veri domini,non debet restitui deponenti prædoni,sed vero domino Et isto casu,quando Iudex aliquem carcerari mãdat sine causa,vel iuris ordine non seruato,& sic nõ ritè & nulliter,dicitur facere simile violentiæ latronum,vt dixit Luc. de Pẽna *in l.quoties,n.1.in fine,C.de exact.tribut.lib.10.*ideo custodẽ carcerũ isto casu ex fuga carcerati minimè teneri optimè cõcludit Bos. *vbi suprà,*sequitur Sylu.de Arcer.*inter cons. crim.diuers.cons.71.n.18.lib.2.*in folio,vbi alios adducit concordantes,Hippol. Rimin.*inter eadem cons. crim.cons.82.n.9.*

vers.

*verſ.Item reſpectu cuſtodis carcerum, eodem lib.*2.Franc. Bec. *conſ.*44.*n.*11.*lib.*1.

153 AMPLIA Hanc limitationem † procedere non ſolùm quando carceratus aufugit culpa & negligentia cuſtodis,ſed etiam dolo:ſi enim erat non debitè & nulliter carceratus,videtur nec iſto caſu cuſtodem puniendum , ſi aufugiens erat nulliter,& non ritè carceratus,per ea quæ in ſimili de dolo ſo eximente carceratum indebitè ex carceribus,ſcripſi ſup.ſe-
* cundùm communes * opiniones Doctorum,*n.*113.*& ſeqq.* & de eximente ad cuſtodem,argumẽtatur Boſſius,vbi ſuprà allegatus,*tit.de carcere,n.*15.*verſ.Teneo tamen*,& in terminis etiam in carcerato fugiente ob dolum cuſtodis,quòd cuſtos non teneatur,expreſsè conſuluit Franc. Bec. *in allegato conſ.* 44.*n.*1.*lib.*1.Et facit ratio,quia,vt ſuprà probaui, *num.*10.*& ſeqq.* in materia cuſtodiæ carcerum lata culpa æquiparatur dolo. Ergo ea,quæ procedunt in fuga cauſata ex lata culpa: debent etiam procedere in cauſata dolo cuſtodis.

154 Sed ego nõ adhæreo huic ampliationi,†nec intẽdo quòd carcerum cuſtodes debeant vllo pacto cognoſcere , an carceratus ſit nulliter & non ritè , an verò ritè & rectè captus, prout certè talis cognitio eis permitteretur,ſi vellemus concedere, quod poſſet emittere impunè carcerat ũnulliter : nec pariter excuſabilis in illis admittẽdus eſt dolus verus ſub prętextu nullitatis capturę,& carcerationis:hoc enim admittere, eſt aperire viam doloſis inuentionibus,& fraudibus cuſtodũ.

155 †Et certũ eſt in iure,quod dolus ſuus nemini patrocinari debet,*l.ita demum.ff.de arb.l.verum.*§.*tempus,ff.pro ſocio* , *l.nec ex dolo,ff.de dolo malo*,cum aliis per Tiraq.*in tract.de retract. tit.*1.§.1.*gloſ.*9.*n.ſexageſimoſeptimo,& in tract.de leg. connub. gl.*8.*n.*151.multò verius igitur credo dici poſſe,quòd & ſi carceratus fuiſſet nulliter & non ritè captus,puniatur tamen cuſtos , qui dolo illum abire permiſit:& iſto caſu non ſuccedat identitas pœnæ,*de qua in l.ad cõmentarienſem,C de cuſt.reor.* quia nulliter carceratus nullam merebatur pœn ,erit tamen aliqua alia pœna Iudicis arbitrio propter ſuam temeritatẽ ple-
156 ctendus, imò propter dolum. † Et eo grauior erit infligenda pœna,quando forſan pro liberando illũ carceratum ipſe cuſtos pecuniam receperit,cùm pecunia ſemper faciat delictum magis atrox,& pœnam grauiorẽ inducat,vulgata *l. Cicero.ff. de pœn.*& dixi *ſuprà,hac eadem quæſtione,num.*7.*& ſeqq.*& ita bene video ſenſiſſe Boër.in ſæpius allegata *dec.*215.*n.*33. *in fin.*dum dixit , quòd etiam quòd cuſtodes pro certo ſcirent carceratos fuiſſe ſine cauſa captos , non per hoc poſſunt eos ſine Iudicis præcepto & mandato relaxare.

157 Nec obſtent contraria : † quia licèt dolo eximens carceratum indebitè non puniatur , non per hoc eſt inferendũ ad cuſtodem dolo relaxãtem carceratum etiam nulliter ſine Iudicis mandato,quia ipſe tenetur ad cuſtodiam ratione officij & obligationis,quam fecit de fideliter cuſtodiendo,& carcerato reſtituendo:quæ ratio non militat in priuato eximente. Et dum Boſſ.*in d.tit.de carcere,n.*15.*verſ.Teneo tamen*,argumentatur de eximente ad cuſtodem,nõ loquitur de cuſtode doloſo,ſed de cuſtode omittente & negligẽte.Et licèt in hac materia culpa lata æquiparetur dolo, id inductum eſt in odiũ ipſius cuſtodis, vnde non debet in eius fauorem retorqueri: valebit enim iſto caſu de culpa lata cuſtodis ad dolum argumentum affirmatiuè,non autem obligatiuè hoc modo videlicet:punitur cuſtos ex culpa lata,ergo multò magis ex dolo. Non econtrà:non punitur cuſtos ex culpa lata , ergo nec ex dolo,quia grauius eſt committere dolum,quàm latam culpã, etiam quòd dolo æquiparetur,& ita credo eſſe veritatem.

158 SVBLIMITA Eandem ſextam limitationem vt procedat, quando loquitur videlicet in fugiente carcerato, qui erat nõ ritè & nulliter captus:vnde ſecus ſi fuiſſet rectè captus,& iuris ordine ſeruato,licèt forſan innocens eſſet:quia ſi aufugiat culpa & negligentia cuſtodis,non excuſatur in totum ex innocentia fugientis,ſed arbitrio Iudicis extra ordinem puniẽdus eſt. Sic expreſsè ſcripſit Boſſ.*in d. tit. de carcere,n.*12. *in princ.*ſequitur Franc.Bec.*d.conſ.*44 *n.*30.*in fi.& ſeqq.lib.*1.faciunt pro hac ſublimitatione,quæ in ſimili de carcerato frangente carceres ſcripſi ſuprà, *in præcedenti quæſtione n.* 35.*& ſeqq.iuncto num.*134.

159 LIMITA VII.Et principaliter regulam † non procedere, quando carceratus præparauit fugam aliquo proditorio modo , qui non poterat à cuſtode pręuideri:cùm enim à prodi-

tione nemo ſe præcauere poſſit,malũ exitũ diuinare nec,faciendo quod lex mandat,*l.ſi fideiuſſ.*§.*ſi cùm debitor,ff.mand. cap.Beatus*,22.*q.*2.vbi B. Paulus,Spiritu Dei plenus, nõ potuit diuinare ea,quæ ſequuta fuerant ſecretè:& inſidiæ quæ nonpoſſunt prævideri,culpã nõ arguunt:& reputantur caſus fortuiti in rebus,*verſ.piratarũ inſidiis.ff.locati,l.contractus,in verbo,tumultus.ff. de reg.iur.* Idcirco quando carceratus aufugit aliquo proditorio modo per inſidioſam artem machinato, & quem pauper cuſtos,licèt ſecundùm ſolitum vigilãs prævidere non poterat, minimè de illius fuga ipſum teneri ſcripſerunt Ang.*in l.fin.n.*3.*ff.de cuſt.reor.*quem ſequutus eſt Paris de Put.*in tract.de ſynd.verbo,carcer , & carceratus,c.*3. *An ſi plures,n.*8.*fol. mihi* 241.*col.*1. refert & pariter hos ſequitur Franc.Bec.*conſ.*44.*n.*9.*lib.*1.† Et huc ſpectat exẽplũ, 160 quòd poſui *in præcedenti quæſt.n.*118.de muliere , quæ virũ ſuum carceratum habens,ipſum ex carcere extraxit,eidẽ accommodata ſua muliebri veſte,vt à cuſtode in exitu cancellorum nõ cognoſceretur:iſta enim videtur magna calliditas, quã cuſtos cum difficultate prævidere poterat : ideo videtur excuſandus,ſi hoc modo deceptus virum muliebri veſte indutum exire permiſit.vt per Parid.de Put.*d.cap.*3.*An ſi plures,in fi.n.*8.vbi tamen non audet hoc bene firmare,& cogitandum relinquit:ſed cùm , vt ſuprà retuli *in dicta quæſtione antecedenti,d.n.*118.caſus iſte in Vrbe contigiſſet, cuſtos ille ſtetit per aliquos dies carceratus,& demum cùm per Iudicẽ ſtetit per aliquos dies carceratus,& demum cùm per Iudicẽ in eo non fuiſſet detectus dolus,& ſtante quòd toto tempore cuſtodiæ officium antea exercuerat diligẽtiſſimè,& fideliſſimus fuerat,impunitus fuit dimiſſus,ac liberatus.

LIMITA VIII Et illatiuè ex præcedenti limitatione,†vt 161 cuſtos nõ teneatur de fuga carcerati,in qua fuit particeps alter cõcuſtos,qui propterea inſimul cum dicto carcerato aufugit:ab iſta enim proditione ſui ſocij & concuſtodis nõ poterat ipſe cuſtos ſe prævenire, quia veriſimiliter cùm de cõmuni periculo ageretur,debebat in illo confidere,ideo caſui potiùs,quàm culpæ id adſcribẽdum eſt. Sic mihi paucis verbis probat textus *in l.fi.verſ.Interdũ venia ei datur:nam cùm cuſtodia cum altero cuſtode ſimul fugiſſet,alteri venia data eſt, ff.de cuſtod.reo.*Et per illum textum hoc idem expreſsè firmarunt ibi Bart.& Alex.ad Bart.& Card.Albanus, *in ſuis lucubrat.ad Bar.in d.l,fin.*idẽ Alex.*in add.ad eundem Bart.in d.l. ad commentarienſem,C.eod.* Ang.*in d.l.fi.n.*3. vbi ex hoc infert de Caſtellano qui fuit proditus à cuſtodibus intromittẽtibus inimicos in arcem.Cremen.*ſing.*100.*erant duo cuſtodes carcerum* Rom.*ſing.*30.*ſi dictat ſtatutum*,& ibi *in add.* idem Rom.*in conſ.*395.*n.*3.Paris de Put.*in tract. de ſynd.in verbo, carcer,& carceratus,cap.*5.*licèt dicatur,poſt num.*3.*folio mihi* 144.*a tergo,col.*1.*& ibidem,cap.*7.*pone, quod carceratus,n.*1. *in fi.verſ.& facit in argumento.*Ang.*de maleſ.in verbo.Quòd fama publica præced.n.*91.& ibi Ang.*in addit.num.*92.*in fin.* vbi idem Ang. teſtatur , ſe hunc caſum aliàs de facto ſemel habuiſſe in ciuitate Caſtelli,& ad idem etiã allegat Bal.*in l. ſi quis filio exhæredato,*§.*eius qui,ff.de iniuſto,rup.teſt.*Marſ.*in tract.de bannit.in verbo,carcerati,n.*37.*& pract.crim.*§.*attingã,n.*73.*& in rub.de fideiuſſ.quæſt.*17.*n.*143. *alias* 162.*verſ. Et teneas menti*,Boër.*deciſ.*217.*n.*7.*&* 8.Iod.*in pract.cap.*17. *rubr.de commentarienſibus,n.*5.Placentin.*in ſua pract.iud.inquiſitorũ,ver.carceris ſi plures ſint cuſtodes,fol.mihi.*39.Cyril. *in ſum.crim.partic.*1.*rub.*12.*de cuſtod.reo.*§.3.*n.*9.*verſ.interdũ venia ei datur,fol.*58.*col.*1.Rod. Soarez.*in tr.de fideiuſſ.in cau.crim.poſt n.*30.*verſ.Secundum eſt,& verſ.Et ex illo text. & verſ.Et etiam defend.*.Menoc.*de arb.quæſt.lib.*2.*caſu* 312. *n.*8.*&* 9.Franc.Bec.*conſ.*46.*n.*2.*lib.*1.Marſcard.*de prob.lib.*1. *concl.*267.*n.*16.ex quibus negari non poteſt,hanc limitationem communiter*fuiſſe à Doctoribus receptã , cùm inhæ- *
reat claris verbis tex.*in d.l.fi.verſ.interdum.ff. de cuſtod. reor.*

SVBLIMITANDO Hanc octauam limitationẽ aduerte, †quòd contra eam de directo faciunt quę ſcripſi *ſupra n.*94. 162 *& ſeqq.in duodecima principali ampliatione* , dum dixi,quòd cuſtos tenetur ac punitur nõ ſolùm de culpa & facto ſuo,ſed etiam de culpa & facto ſui ſocij concuſtodis : ergo pariter teneri & puniri debet,ſi idẽ cõcuſtos ſeu ſubcuſtos aufugiat cum carcerato,quia ſemper mala electio eſt in culpa:ideo timore huius contrarij Paris de Put. *in tract.de ſynd.d.verbo, carcer,& carceratus, capit.*5. *licèt dicatur.poſt n.*3.*verſ. quod puto verum, folio mihi* 144.*a tergo,column.*1. dictam limitationem

tionem declarauit procedere, quando concustos vel subcustos,qui aufugit cum carcerato,fuerat deputatus non à commentarienſe & à principali cuſtode,ſed à domino carcerum, vel arcis, & ſic à ſuperiore,iuxta ea quæ ſuprà ſcripſi *nu.*57. ſecus ſi idem ſocius, cuſtos, vel famulus,ſubcuſtos, ſubſtitutus, fuiſſet deputatus ab eodem cuſtode, quia tunc tenetur, & punitur, etiam quòd ille aufugiat cum carcerato propter malam electionem,argumento *l.qui non tam idoneum,ff.commoda,l.*1.§.*ſi quis igitur.ff.nauta,caupo.ſtabula.*cum aliis ſuprà citatis,*d.num.*77.& hanc Paridis declarationem ſequutus eſt Boër.*d.deciſ.*217.*n.*8.*verſ.quod dicit eſſe verum*, nec diſſentit Menoch.*de arbitr.q.d.caſu* 302.*num.*8.

163 Verùm hæc declaratio ſic ſimpliciter & generaliter intellecta minimè mihi vllo pacto ſatisfacit, † quia ratio, quare Doctores mouentur ad firmandam propoſitam octauam limitationem ex diſpoſitione text.*in d.l.fin.verſ.interdum.ff.de cuſtod.reor.* de qua præſertim per Cremen. *dicto ſingul.* 100. *verſ.ſed tu dicas contrarium*,& per Boër.*d.deciſ.*217.*n.*8.*verſ. & eſt ratio*,& per Iod.*d.cap.*17.*n.*5.*in fin.verſ.quia iuſtè,&c.* ea ſcilicet,quia ipſe cuſtos iuſtè confidit in ſuo ſocio,& concuſtode, militat generaliter tam in cuſtode deputato à ſuperiore, quàm ab ipſo principali commentarienſe:ideo deberet etiam militare eadem iuris diſpoſitio. Et certè verba textus *in d.l.fin.eod.verſic.*interdum ſunt generalia,& apta comprehendere etiam caſum, quando cuſtos deputatus à principali commentarienſe aufugit cum ipſo carcerato, & propterea prædicta ſublimitatio videtur quodammodo diuinatiua ad illum textum.

164 Crederem igitur ego veriùs † poſſe dici generaliter,quòd commentarienſis excuſetur,quando ſuus ſocius vel famulus cuſtos,etiam ab ipſo deputatus aufugit cum carcerato,in caſu tamen,in quo ipſe iuſtè poterat ſe de eo confidere,vt quia tempore deputationis erat tentus & reputatus pro cuſtode diligenti & fideli, & ita pro tali ſemper ſe exercuerat in aliis cuſtodiis carcerum : tunc enim fidelitas & diligentia prætérita inducit in ipſo principali cuſtode iuſtam & excuſabilem cauſam confidentię & credulitatis,facitque ipſum non teneri,ſi dictus concuſtos,vel ſubcuſtos ab eo deputatus,vel electus aufugiat cum carcerato,vt plenè ſuprà probaui,*n.*55. Si verò ſubſtitutus vel electus à commentarienſe non erat talis æſtimationis, & reputationis, de qua ſuprà: & tunc concurro cum opinione Paridis, Boërij & Menochij ſuprà citatorum, quòd non excuſetur cuſtos ſi is aufugiat cum carcerato, niſi in caſu, in quo ille fuiſſet deputatus à domino ſuperiore.Et ratio diuerſitatis eſt euidens,quia primo caſu non poteſt dici facta mala electio,ſecundo autem caſu ſic. Rurſus primo caſu poterat commentarienſis iuſtè de eo confidere,ſecundo autem caſu non ; & hoc modo ſaluatur contrarietas,& ita credo veritatem eſſe.

165 LIMITA IX.Propoſitam regulã non procedere,† quando carcerati aufugerent fracto muro carcerũ:fingamus enim quòd tectum, muri, & portæ carceris, eſſent fragiles, vel quòd carcer ſtaret in aliqua domuncula lignea, vel in ſtabulo,ex quibus facilè poterant carcerati euadere; ſi ex dictis debilibus carceribus carcerati euaſerint,talis fuga non imputabitur carcerario, ſed domino ciuitatis,qui debet carceres publico ſumptu reparare,*l.Prætoria*,& ibi glo.*C.de op.publ.*& in terminis per illum textum hanc poſuit limitationem Paris de Put.*in tract.de ſyn.verbo,carcer,& carcerat.c.*3.*An ſi plures, n.*5.*ad mediũ,verſ.& idem ſi muri, & portæ carceris, fol. mihi* 143.*col.*1.& idem etiam ſcripſit Boër.*d.deciſ.*217.*n.*10. *ad fin.verſ.Sed primum tenet Dec.&c.*vbi allegat Dec.*in conſ.* 473.*n.*12.*lib.*4.Catald.*inter conſil.crim.diuerſ.*22.*n.*13.*in fin. & in fine conſilij,vol.*2.*in folio.* Cyril.*in ſum.crim.part.*1.*rubr.* 12.*de cuſt.reor.*§.3.*n.*9.*in med.verſ.in ead.cauſa eſt cuſtos, fol. mihi* 58.*col.*1.Bon.*in comm.opin.part.*1.*verſ.Carceris cuſtos nõ tenetur,in princ.fol.mihi* 21.*col.*1.*in fi.* Bertaz.*cõſ.*69.*n.*2.*lib.*1.

166 LIMITA X.Vt†pariter non teneatur cuſtos carcerum ex fuga carceratorum facta cum violentia,cui idem cuſtos reſiſtere minimè poterat,ſecũdùm Alb.*in l.fi.n.*4.*ff.de cuſto.reor.* vbi reddit rationẽ,quia ſcilicet violentia reputatur caſus fortuitus,*l.in rebus,in princ.ff.commodati.* Nec diſſentit Paris de Put.*in tract.de fynd.in verb.carc. & carcerat.c.*3.*an ſi plures, nu.*13.*verſ.& ideo videretur dicendum,fol.mihi* 142.*a tergo, col.*1.vbi generaliter dicit,quòd excuſatur cuſtos,quãdo carcerati fugiẽdo fecerint aliquam violentiam,cui reſiſtere non potuit, argumento text.*in l.item quæritur,*§.*exercitu, ff.loca.* vtputa, quando ipſi carcerati contra cuſtodem dormientem inſurrexerunt,ipſumq; ligarunt taliter,quòd clamare nõ potuit,argumento text.*in l.*1.§.*fin.ad Syllan.* & multò magis ſi ipſum vulneraſſent,ne clamaret. Iſtis enim & ſimilibus violentiis ſi carcerati aufugiant,excuſatur cuſtos,vt ibi per Parid. *d.n.*13.& rurſus *poſt n.*17.*verſ.erit etiam carcerarius excuſatus.* vbi ponit aliud exemplum,quãdo cõſanguinei carcerati venirent armati ad carceres,& illos per vim frangẽdo carceratum extraxerint:tunc enim pariter excuſatur cuſtos ex illa violentia,cui reſiſtere non poterat,argumento text.*in l.ſed de dãno,ff.loca.& in hoc ita.*§.*cuſtod.ff.de peric. & cõmod.rei vẽd.* cum aliis ibi per eum allegatis,ſequitur Cyril.*in ſumm.crim. part.*1.*rub.*12.*de cuſtod.reor.*§.3.*n.*9.*verſ.in eadẽ cauſa.fol.mihi* 58.*col.*1. vbi pariter dicit,quòd non tenetur cuſtos,ſi carcer vi fractus eſt, quia cuſtodia aduersùs vim,cui reſiſti non poteſt,parũ proficit;*l.ſi ea res, ff.de act.empt.l.*2.*ff.de eo, quod* 167 *mei.cau.* † Et hæc multũ faciunt ad excuſationem cuſtodum carcerum Vrbis,qui tempore Sedis vacantis,cùm nõ poſſint reſiſtere vi eis factæ à tumultuoſo populo frangente dictos carceres,nulli dubium, quòd ex fuga illorũ carceratorum in nihilo tenentur,nec fiſco,nec creditoribus carceratorum.

SVBLIMITA Hanc limitationem, † vt non procedat in 168 duobus caſibus. Primò,quando cuſtos expreſsè ſe obligaſſet ad caſum violentiæ : quia tunc nulli dubium,quòd etiam in caſu violentiæ teneretur,argumento text. ibi *l.bona fides, ff. depoſ.& in cap.*1.*de commoda.* cum aliis in propoſito allegatis per Paridem de Put.*vbi ſupr. d.cap.*3.*ſub eodem num.*13. *verſic.niſi carcerarius.*

Secundò,†quando culpa præcederet caſum & violẽtiam, 169 quia tunc pariter & ſine dubio etiam teneretur, vt per Alb. *in d.l.fin.n.*4.*verſ.tu dic.ff.de cuſto.reor.*vbi ponit exemplum, quando cuſtos non habebat in carcere cuſtodes ſufficientes ad reſiſtendum violentiæ, argumento *l.fin.merces* §.*culpæ,ff. loca.& l.ſi vt certo.*§.1.*ff.commoda.*nec diſſentit Paris de Put. *d.cap.*3.*ſub n.*17. *ad fin. verſ.niſi culpa præceſſe it caſum violentiæ*, &c. vbi ponit aliud exemplum,quando cuſtos ſciuit violentiam futuram poterátque illi prouidere,& non prouidit:ſequitur Cyril.*in ſumm.crim.d.*§.3.*poſt n.*9.*verſ.niſi culpa eius caſum præceſſiſſet,fol.mihi* 58.*col.*1.

LIMITA XI.Quòd † ſicut cuſtos dicitur negligens,& in 170 culpa, quando poſuit carceratum contra mandatum Iudicis in aliquo loco,vnde poſtmodum ipſe carceratus aufugit,per regulam,quòd non poteſt dolo carere,qui imperio Magiſtratus non obtemperat,*l.non poteſt dolo carere ff.de reg.iur.*& in iis terminis ſcripſit Cyrill.*in ſum.crim.part.*1.*rub.*12.*de cuſt. reo.*§.3.*poſt nu.*5.*verſ.item ſi captiuum, fol.mihi* 157.*a tergo, col.*2. † Ita pariter & è contrà,excuſabitur cuſtos de fuga car- 171 cerati, quando de mandato eiuſdem Iudicis ipſum poſuit in aliquo loco,vnde aufugerit, quia culpa caret,qui facit quod ſuperior mandat,*l.ne quis.ff.de cuſtod.reor.*& in terminis conſuluit Franc.Becius *in ſuo illo ſæpius allegato conſ.*44.*n.*10.*lib.* 1.*& ibid.n.*29.*verſ.*2. *quod etiam.* † Vbi tamen quòd nõ per 172 hoc cuſtos debet eſſe negligens in cuſtodiendo illum carceratum poſitum in aliquo loco de mandato,ſed ne ille fugiat, debet ſolitam diligentiam adhibere, aliàs non excuſabitur,& ſic excuſatur,quando locus per Iudicem carcerato aſſignatus fuit in cauſa, vt idem carceratus aufugeret:ſecus ſi fuga fuerit cauſata ex culpa & negligentia cuſtodis.

ARGVMENTVM.

Eximens captum ex manibus familiæ, quando, & qua pœna puniatur:quando liceat Iudici & eius exequutoribus impunè reſiſtere : & è contrà, quando liceat exequutoribus reſiſtentes vulnerare,& occidere.

SVMMARIVM.

*Ordo propoſitæ quæſtionis, num.*1.

*Eximens captum ex manibus familiæ tenetur pœna legis Iuliæ maieſtatis,num.*2.*&* 3.*vbi reſpondet contrariis.*

Valet argumentum de eximente carceratum ex carcere ad eximentem

mentem captum ex manibus familiæ, num.3.

Eximens captum ex manibus curiæ punitur, vt reus læsæ maiestatis, etiam quòd ereptus non esset reus illius criminis, num.4.& num.5.

Eximens captum ex manibus exequutorum, aut ne capiatur impediens: aut illum occultans,vel commoditatem euadendi præbens,punitur vigore Bullæ,vt in num.5.

Exequutores & iustitiæ ministros impedientes in eorum officiis ac libera exequutione puniuntur vigore Bullæ, vt rei læsæ maiestatis,d.num.5.

Eximens ex manibus familiæ debitorem captum vigore Bullæ sanctiss.Domini nostri Sixti V.punitur vti reus læsæ maiestatis,n.6.sed de communi punitur pœna extraordinaria,n.7.

Iudicis iurisdictionem turbans, illi dicitur iniuriam facere, & propterea criminaliter punitur,num.7.

Bulla Sixti V. an habeat locum contra impedientes exequutionem ciuilem, num.6.

Eximens debitorem ex manibus familiæ tenetur creditori ad solutionem debiti,num.8.9.& 10.

Eximens captum ex manibus iustitiæ tenetur, ac si pro eo in omnem casum fideiussisset,num.9.

Eximens debitorem ex manibus familiæ tenetur ad debitum, etiam quòd ereptus debitor non sit,num.11.sed contrà,n.12. concordat,vt num.13.

Eximens debitorem indebitè captum ex manibus familiæ non tenetur in aliquo suo creditori, num.12. præsertim quando captura est facta iuris ordine non seruato,vel notoriè constat illum non esse debitorem,num.13.

Eximens debitorem ex manibus curiæ tenetur ad debitũ,etiam quod ereptus postea ad carceres reducatur,num.14.

Denuncians debitori vt fugiat, quia creditor eum vult facere capere,tenetur creditori ad solutionem debiti,num.15.

Occultans, seu domi suæ recipiens debitorem ne capiatur ab exequutoribus,an teneatur creditori ad interesse,n.16.

Birroarius,qui denunciat debitori mandatum de capiẽdo, quod habet in manibus ad hoc vt fugiat, tenetur creditori ad interesse,& alias punitur,vt num.17.& seqq.

Officialis delinquens in officio priuatur officio,num.18.

Birroarius negligens in capiendo malefactorem punitur extra ordinem,num.20.

Birroarius, qui notificat delinquenti mandatum, quod habet in manibus de ipsum capiendo, ad hoc vt aufugiat,punitur, & arbitrariè iuxta qualitatem facti, & aliquando etiam capitaliter,vt num.19.& num.21.

Eximens se ex manibus satellitum,& illis resistens vigore Bullæ punitur,vt reus læsæ maiestatis,num.22.

Birroarius resistens & acclamando ad arma concitans populum ad rumorem suas franchigias inuocando,vigore Bullæ punitur vt reus læsæ maiestatis,num.23.sed de iure communi punitur pœna pecuniaria,num.25.

Bullæ loquentes de tertio eximente captum ex manibus familiæ procedunt etiam in se ipsum eximente,& birroarius resistente,num.23.vers.Quæ quidem Bullæ.

Birroarius resistens punitur pœna arbitraria, num.24.& seqq. vbi num.28.quod talis pœna arbitraria poterit extendi vsq; ad mortem inclusiue.

Eximens se ex manibus exequutorum punitur extra ordinem Iudicis arbitrio iuxta qualitatem violentiæ, & quandoque etiam ad mortem de iure communi,num.24.& seqq.

Birroarius resistens ponendo manum ad gulam illorum, punitur in amputatione manus,vel alias Iudicis arbitrio,num.24.

Eximens se è manu birroariorum sine armorum violentia punitur,ac si ex carcere aufugisset,& mitius,num.26.

Birroarius resistens euaginando ensem, seu alias cum armis, grauiter punitur, & corporaliter,num.27.

Eximens se ex manu exequutorum volentium aliquem iniustè capere non punitur,num.29.

Birroarius volentibus iniustè aliquem capere licitum est resistere, num.29.

Birroarius iniustè volentibus aliquem capere ? seu aliam exequutionem facere, licitum est resistere etiam acclamando, & conuocando amicos vicinos,& coniunctos,num.30.

Birroarij non possunt aliquem capere sine Iudicis mandato in scriptis,quod etiam capiendo ostendere tenentur,num.31.& aliter faciendo illis potest impune resisti,num.32.& seq.

Eximens captum sine mandato Iudicis ex manibus familiæ puniri non potest,num.33.

Birroariis non est licitum resistere, etiam quòd velint aliquem capere sine Iudicis mandato in aliquibus casibus, de quibus num.34.& sequentibus.

Birroarij possunt aliquos capere sine Iudicis mandato in nonnullis casibus, de quibus num.35.& seqq.

Birroarij debent portare insignia birroariorum,alias ipsis potest impunè resisti,num.37.

Birroarij possunt occidere eum, quem ducunt ad supplicium, si timent quòd ab aliquo eripiatur ex eorum manibus,n.38.

Birroarij possunt percutere,vulnerare, ac etiã occidere capiendum:si capturæ resistat,& non permittat se capi,n.39.

Birroarij possũt vulnerare & occidere resistentẽ se capi,etiã sine moderamine inculpatæ tutelæ,n.40.sed contra,n.41.& seq.

Birroarij non possunt vulnerare, aut occidere resistentem,nisi is se telo,& cum armis defendat,num.42.

Birroarij possunt vulnerare & occidere capiendum fugientem, num.43.sed contrà,num.44.& seq.

Resistere non dicitur,qui non deuenit ad manualẽ actum,n.45.

Birroarij non possunt vulnerare,aut occidere resistentem,quando captura est iniusta,num.46.declara,vt in num.47.

Birroarij non possunt capiendum resistentem vulnerare, aut occidere,quando aliter ipsum capere possunt,num.48.

Birroarij nõ possunt vulnerare,aut occidere resistentẽ se capi,nisi de hoc habeãt à Iudice speciale mandatũ, n.49.& 50.sed cõtra, quòd imò etiã id possint sine mandato,n.51.& seq.vbi declara

Birroarij nõ possunt occidere eum, quem ducunt ad supplicium, etiam quòd timeant ne ex eorum manibus eripiatur, nisi de hoc habeant à Iudice speciale mandatum,n.50.& 52.

Iudex, in quibus casibus possit mandare birroariis, vt aliquem capiant viuum,aut mortuum,num.53.

Birroarij non possunt impunè vulnerare,aut occidere capiendum pro debito ciuili, vel etiam pro delicto non capitali, etiam quòd resistat se capi,& defendat se telo,n.54.& 55.sed contrarium est verius,num.56.vbi declaratur.

Birroarij non possunt vulnerare & occidere resistentem & se telo defendentem,quando periculum est,vt sequantur scandala,num.57.& seq.

Birroarij debent se abstinere quantum possunt à vulnerando & occidendo resistentes, quia ex hoc facilè populus concitatur ad tumultum,num.57.& seq.

Birroariis etiam iniustè exequentibus resisti non debet, quando est timor ne tumultus sequatur vel scandalum,n.58.

Birroarij debent probare resistentiam quam asserunt sibi factam accipiẽdo,alias non excusantur si assertum resistentem vulnerent,aut occidant,num.59.& seq.

Qualitas allegata per reum in sua confessione est probãda, alias condemnabitur non obstante confessione qualificata,n.60.

Birroarij non possunt captum malè tractare, illum iniuriis aut percussionibus afficiendo,& si hæc faciunt,puniuntur grauissimè,vt in num.61.

Eximens captum ex manibus familiæ, qui non sit confessus,aut condemnatus, quomodo puniatur,varij varia dixerunt, vt n.62.videtur quòd sit eadem pœna,qua puniri debebat ereptus,vt in n.63.Sed verius dic esse pœnam arbitrariã de iure communi,n.64.sed vigore Bullæ est mortis,etiam quòd ereptus non sit confessus aut condemnatus,num.65.

Eximens ex manibus familiæ iniustè captũ,vel eum qui iniustè damnatus mittitur ad supplicium,nullatenus punitur,n.66. & 67.vbi ampliat etiam in clericis eximentib. & n.69.licèt aliqui contrarium dixerint in n.68.declara,vt n.78.

Eximens ex manibus familiæ capiendum de mandato Iudicis, qui iurisdictionem non habebat,non punitur,n.70.

Eximens de manib. familiæ eum,qui vigore alicuius cõstitutionis,vel de iure communi capi non debebat,non punitur,n.71.

Eximens clericũ ex manibus curiæ secularis non punitur,n.72.

Eximens captum à priuatis personis minimè punitur,n.73.fallit,nisi illæ priuatæ personæ habuissent à Iudice licentiam capiendi,n.74.& seq.Item fallit quando captus esset latro,transfuga, hostis publicus,vel capitaliter bannitus, qui potest à quolibet impunè occidi:nam tunc nec licet hos eripere ex manibus priuatorum,n.76.vbi declaratur.

Iudex potest dare licentiam priuatis personis capiendi malefactorem,quod quando verum sit,num.74.

Eximentes

Eximentes eum ex manibus birroariorum, qui ad supplicium ducitur,pendente appellatione minimè puniuntur,n.77.
Eximens ex manibus familiæ,etiam indebitè captum, punitur, quando non constat notoriè de iniustitia capturæ,n.78.
Vxor eximens ex manibus curiæ maritum captum,& capitaliter damnatum,mitius punitur,num.79.
Nũcio ac birroario referenti captũ sibi ab aliquo fuisse ereptum, vel aliàs in exequutione impeditum non creditur,n.80.
Nuncio vel birroario asserenti se verberatum,vel iniuriatum in actu citationis,& exequutionis non creditur,num.81.
Nuncio vel birroario asserenti sibi vim factam,vel iniuriam illatam in actu citationis,& exequutionis non creditur,nisi ad inquirendum,& ad capturam,num.82.
Nũcio & birroario asserenti super resistẽtia, vel iniuriis sibi illatis creditur,quo ad faciendũ indicium ad torturam,quado eius depositio est adminiculata cũ aliqua alia cõiectura,n.83.
Eximens captũ ex manibus familiæ non punitur pœna ordinaria,nisi effectu sequuto de iure cõmuni,n.85. sed vigore Bullæ contrarium seruatur in Vrbe,& statu ecclesiastico,n.85.
Iudici & eius Officialibus resistendum non est,num.86.
Iudici resistẽs,& eius curiæ,punitur pœna arbitraria de iure cõmuni,sed vigore Bullæ incurrit crimen læsæ maiestatis,n.87.
Iudici & eius Officialibus iniustè exequentibus resisti potest, num.88.& seqq.& num.93.licèt aliqui relati,num.91.contrarium dixerint.
Iudex dicitur minister Dei,num.89.
Iudex si iustitiam non facit,non dicitur Iudex sed minister diaboli,num.90.
Iudici & eius Officialibus iniustè exequẽtibus indistinctè resisti potest,quando damnum est irreparabile,n.93. Amplia etiam quòd sit dubium,an damnum sit irretractabile, nécne. n.94. Item amplia,quia non est necessaria appellatio,num.95.
Tertiò amplia etiam quòd sit dubium,an Iudex iustè agat,nécne,num.96.
Iudici procedenti iuris ordine non seruato resisti potest, nu.97. & sequentib.
Iudex de facto reuocare tenetur,num.98.
Iudex procedendo iuris ordine non seruato, dicitur tollere ius tertij,num.99.
Iudici & eius Officialibus resisti potest, quando volunt exequi sententiam nullam,num.100.
Iudici & eius exequutoribus excedentibus modum in exequutione resisti potest,n.101. sed quando hoc verum sit,vide distinctionem,de qua,n.102.& seqq.usque ad n.107.
Iudici & eius Officialibus non excedentibus in eorum officio resisti minimè potest,num.103.
Officialis non in dignitate constitutus,sed vilis,nullam habet pro se præsumptionem,ideo in dubio eidem tanquam excedenti in suo officio resisti potest,num.104.& 120.
Iudici & eius Officialibus vbi licitum est resistere,intelligendum est de resistentia legitima,non autem de effrænata,n.106.
Iudici cõtra iustitiã aliquid præcipiẽti obediendũ non est,n.105.
Iudici procedenti sine iurisdictione,& circa non commissa,& sic extra suum officium impunè resisti potest,n.107.
Iudici volenti exequi suam sententiam post appellationem interpositam impunè resisti potest,nu.108. Amplia etiam quòd non sit certum,appellationem tenere,n.109. Amplia etiam quòd non constet notoriè de grauamine illato,n.110.
Iudex non deferẽs appellationi & suã sententiã exequi volẽs,nõ obstante appellatione,punitur de iure ciuili in 30.põdo auri:de iure autẽ canonico Iudicis arbitrio,si causa ciuilis sit,n.111. Si verò causa sit criminalis,de iure ciuili deportatur,de iure autẽ canonico deponitur,n.112. sed quid si nõ obstante appellatione faciat aliquẽ decapitare,quomodo punietur,dic eadẽ pœna mortis, n.114. si dolosè & iniustè hoc fecerit,alias mitius punietur,n.115.
Iudex non deferẽs appellationi in casu quo deferre tenebatur,nõ punitur vt suprà,si post non delationem nihil attẽtauit,n.113.
Iudici procedenti extraiudicialiter, & tanquam priuatus, impunè resisti potest,num.116.
Iudici procedẽti sine causæ cognitione,impunè resisti potest,n.117.
Iudici iniustè exequenti resisti potest,quando notoriè constat de iniustitia exequutionis,aliter secus,si simus in dubio,n.118. declara,vt num.120.
Iudici exequenti sententiã notoriè iniustam,vel nullam,impunè resisti potest,etiam quòd nõ fuerit ab ea appellatum, n.117.
Iudici etiam iniustè exequenti resisti non potest, quando alia via ciuiliter & sine armis succurri potest,vt puta appellando,num.121.vbi hoc limitatur duobus modis.

QVÆSTIO XXXII.

CARCERATVM ex carcere eripiẽs, † quomodo & quando puniatur, dixi *supra in quæst.30.n.62.& seqq.in 13. principali ampliatione:* videndũ modò est quomodo & quando pariter puniatur ille, qui non ex carcere, sed ex manibus familiæ captum eripit. In qua disputatione, cùm incidenter examinandus sit etiam articulus ille,quando scilicet liceat in actu capturæ & exequutionis Iudici, & eius exequutoribus resistere, & quando è contrà liceat exequutoribus resistẽtes repellere ac percutere:idcirco pro faciliori intelligentia propositam quæstionem in duo capita principaliter diuidendam esse putaui:in quorum primo agendũ erit specialiter de eximente captum ex manibus curię,ac de capto semetipsum ex eisdem manibus eximente: in secundo autem capite videbimus generaliter, quando Iudici & eius Officialibus resistere licitum sit. Et in vtroque capite regulam firmabimus cum suis ampliationibus & limitationibus more solito. 1

REGVLA Prima igitur sit in primo capite,quòd† eripiẽs captum ex manibus familiæ,qui iam confessus,cõuictus,aut cõdemnatus sit,tenetur crimine læsæ maiestatis,& illius pœna punitur, iuxta text.qui hanc regulã bene probare videtur *in l.4.quæ incipit,cuiusque,in ver.item qui confessum in iudicio reum,& propter hoc in vincula coniectum emiserit,ff.ad l.Iul. maiest.* quẽ text.in simili etiam adduximus,& eius verba põderauimus, *supr.in q.30.n.101.* vbi de eximẽte detentum ex carcere,disseruimus,& per istum tex.idem etiam iuris esse in eximente captum ex manibus familiæ adnotarunt Bart. *in d. l.4.n.3.* Luc.de Penna *in l.quoties,n.5.C.de exact.trib.lib.10.* Alex.*cons.35.n.4.vers.quandoque punitur,vol.2.* Ias.*in l.1.§. Prætor,*& ibi Alex *ff.ne quis eum,qui in ius voca.* Guid.Pap. *q.579.contingit in facto,post nu.1.vers.nunc ergo quæritur,& ibi,in add.litera D,in princ.in verbo,in crimine læsæ maiest.& n.2.in fin.vers. Quod intellige verum*, Mill.*in sua pract.crim. fol.mihi 49.n.16.* Maran.*in sua 1.disput.n.11.* Carrer.*in pract. crim.in 1.tract.de appellat.in §.in textu*, ibi, *itémq; eorum,qui manifestam violentiam commiserunt,nu.91.fol.mihi 36.* Fab.à Montel.*in sua prax.arbitr.in 4.part.fol.mihi 315.nu.1025.* Cag.*in l.1 §.is non videtur,nu.27.vers.si vero eximatur,ff.si quis ius dicen.non obtemper.* Gig.*de cri.læsæ maiest.lib.1.tit.qualiter & à quib.cri.læsæ maiest.com.q.58.in prin.* Duen.*reg.271.* eximẽs aliquem de manibus familię,vbi plures alios adducit cõcordantes,Petr.à Placha *in epit.dect.lib.1.c.38.n.7.* vbi pariter alios plures allegat, & testatur de magis cõmuni * Doctorum opinione,de qua etiam post Petr.à Placha,quem refert,testatur Iul.Clar.*in pract.§.fi.q.68.vers.eximens de manibus iustitiæ condemnatum,&c.in princ.* Bost.*in tit.de captura, n.16.* Burs.*cons.216.n.1.& n.5.vol.2.*& alios retuli *supr.d.q. 30.n.101.* Dec.*in tract.crim.tom.2.lib.7.c.11.n.2.n.7.& n.12.* 2 *

Et licèt text. *in d.l.4.ff.ad l.Iul.maiest.* † in quo proposita conclusio fundatur,videatur loqui in eximente cõfessum,& cõdemnatum non ex manibus familiæ,sed ex vinculis,& sic ex carcere, prout considerauit Additionator ad Guid Papæ *d.decis.579.in verbo,in crim.læsæ maiest.lit.D, vers. imò fortè videtur requiri,&c.* vbi & in idem allegat Azo.*in summ.in §. cõmittitur autem,vers.iuem hac lege tenetur.* Et propterea non videatur vtroq; casu eandẽ pœnam à iure inflictã esse,prout expressè distinguendo scripsit Angel.de Malef.*in verbo,quòd fama publica præced.n.55. vers.sed quæro quando quis,* vbi dixit,quòd quãdo quis erit captus ex manibus familiæ & Officialium tenetur pro eo,ac si in omnem casum fideiussisset,*l. quoties,C.de exact.trib.lib.10.*& sic eadem pœna,qua ereptus puniẽdus erat.Si autẽ Officiales,& exequutores iam posuissent captum in carcere,tunc eximẽs eum ex carcere, tenetur lege Iulia maiestatis, *per d.l.4.ff.ad l.Iul.maiest.* non per hoc tamen recedas à proposita regula,& cõclusione,quę,vt præfertur,& verissima est,& communis,*& sicut bene respõdet idem Additionator ad Guid.Pap.*in loco præcitato,vers.sed verius videtur,&c.* textus *in d.l.4.ff.ad l.Iul.maiest.* licèt vtatur verbo,*vincula,*& Azo.in contrarium pariter allegatus vtatur verbo, *custodia,* adhuc tamen intelligi debent etiam de eximente

mente captum ex manibus satellitum: quia dum in illorum manibus sunt, dicuntur esse in vinculis, & in custodia, *l.1. iuncta l.in eos, ff.de cust.reor.* nec minus delictum est eripere captum ex manibus Officialiũ, quàm ex carcere, cùm vtroq; casu pariformiter lædatur maiestas Principis: ergo non minor pœna in vno casu, quàm in alio imponenda est, vt bene adnotauit Cagn. *in d.l.1.§.is nõ videtur, n.27.ver.si vero eximatur, ff.si quis ius dic.non obtempe.* vbi dixit, nullam esse differentiam inter prædictos casus. Et ante Cagnolum hoc idem sensit August. ad Ang. *de malefic. vbi supra, post num.56.* imò secundùm Bertaz. *in cons.35.n.25.vers.sed & hoc minus cæteris obstat.lib.*1.text. *in d.l.4.ff.ad l.Iul.maiest.* propriè videtur intelligendus in eo, qui eripuit cõdemnatum ex manibus familiæ. [addo ad idẽ post hæc scripta visum, Marc. Ant. Eug. *cons.31.n.33.* vbi etiam testatur de cõmuni opinione, *lib.*1.] & stante Bulla Sanctiss. Domini nostri Sixti V. de qua mox dicam, sine vllo dubio vtroque casu seruanda est regula.

4 AMPLIA I. Hanc regulam, † quòd licèt secũdùm Lucam de Penna *in d.l.quoties, n.5.ver.quod vnũ intelligo, C.de exact. trib.lib.*10. ad hoc, vt eximẽs captũ ex manib. familiæ teneatur pœna læsæ maiestatis, requiri videatur, vel quòd ille ereptus fuisset captus pro eo crimine læsæ maiestatis, ad gl. *in d.l.4 in verb.reũ, ff.ad l.Iul.maiest.* cum aliis per nos adductis de eximẽte carceratũ ex carcere, *supr.q.30.n.103.* vel quòd eripiens id faciat vt imperium, & iurisdictionem Principis sibi vẽdicet, aut aliàs illud offendat & minuat, aliàs secus, arg. tex. *in l.eum qui, §.cum aliquis, ff.de iniur. & in l.quid sit fugitiuus, §.1. & §.idẽ ait interrogatus, & §.illud, ff.de ædil.edic. & in l.3. in fi.ff.ad l.Iul.maiest.* cũ aliis in proposito allegatis per Luc. de Penna *ibid.n.5. & 6.* verius tamẽ est, quòd indistinctè teneatur vti reus læsæ maiestatis eripiẽs condemnatũ, vel confessum pro quocunque crimine capitali ex manibus familiæ, etiam quòd non sit læsæ maiestatis, ac etiam quòd nõ animo offendendi, & minuẽdi imperium Principis eripuerit, vt pluribus demõstrat, & rationibus per Lucam de Penna adductis bene respondet Gig. *in tract.de crim.læsæ maiest.lib.1.tit.qualiter, & a quibus crim.læsæ maiest.commit.q.58.per totam.*

5 Et licèt rursus in simili, † in eximente. s. carceratũ ex carcere in contrarium videatur esse communis opinio, vt dixi suprà *q.30.d.n.103.* in Vrbe tamen & statu eccleſiastico, sine difficultate, proposita ampliatio seruanda erit vigore Bullæ sanctissimi Domini nostri Sixti V. de qua in Bullario, *part.2. fol.mihi* 1375. edita contra bannitos, homicidas, latrones, eorũmq; complices, fautores, &c. *in vers.Duces quoque. Principes, &c.* cuius vigore puniũtur vt rei læsæ maiestatis eximẽtes ex manibus curiæ nõ solùm perduelliones, ac alios læsæ maiestatis reos, & rebelles, sed etiam homicidas, latrones, alióſq; nefarios homines; & non solùm puniuntur eximẽtes captos, sed etiam qui ne capiantur impediuerunt, vel occultarunt, aut aliàs illis potestatem, seu cõmoditatem euadendi fecerũt; & non solùm prædicti, sed etiam omnes illi, qui ministros, & exequutores iustitiæ in captura, ac libera eorum officij exequutione impediuerint. Quæ verba sunt adeò generalia, & prægnantia, vt nulli dubium quòd comprehendant eripientes captos pro quocunque crimine. Et ita etiam Mediolani seruari colligitur ex traditis per Clar. *in pract.q.68.sub vers. eximens de manibus iustitiæ, in fin.* vbi testatur, quòd quidam Baptista Zaccagnus, qui quendam ex manibus familiæ Prætoris exemerat, fuit laqueo suspẽsus de mense Februar. 1552. & alij quatuor, qui exemerant quosdam fraudatores, pariter fuerunt furcis suspensi de mense Ianuarij 1554.

6 AMPLIA II. Vt † regula procedat etiam in eximente ex manibus birroariorum debitorem captum ad instantiam alicuius creditoris: nam & is vigore Bullæ prædictæ, cuius verba, vt dixi, sunt multùm prægnantia & generalia, & comprehendunt quoscunque impedientes iustitię ministros, & exequutores in eorum officij libera exequutione, nulli dubium, quòd puniẽdus est pœna mortis, & læsæ maiest. [& ita aliàs in principio Pontificatus Sixti V. seruatum fuit in quodam famulo, qui asellum in exequutione ciuili captum à birroariis, exemit, quem propterea furcis suspensum vidi: sed hodie, & post huius libri primam impressionem, vix talis interpretatio temporis Sanctiss. D.N. Clemẽtis VIII. ab ipso sanctiss. qui clemẽtissimus, ac iustissimus est, ac ab illius Sacræ Consultæ Illustriss. DD. Cardinalibus, nempe Saluiato, Camerino, & Montalto, recipitur, & in occurrenti casu in causa grauissima me Iudice existente etiam Sanctissimo consulto (qui dictæ Bullæ tempore Sixti V. dum erat Datarius compilator fuit) resolutum extitit, minimè Bullam fore extendendam ad impediẽtes exequutiones ciuiles.] Et post huius libri secundam impressionem habui ab eodem Illustrissimo D. Saluiato, sic etiam fuisse resolutum in Consulta, in causa cuiusdam Presbyteri, qui in Ciuitate Firmana è manibus Balij exequutionem ciuilem abstulerat, illúmque verberauerat. Proposita enim dubitatione, an Bullæ pœna intraret: Consulta inclinauit in partem negatiuam, cùm in ipsa Bulla nulla fieret mentio de exequutionibus ciuilibus, & in eandem etiam sententiam deuenit idem Summus Pontifex Clemens VIII. super hoc consultus, subdens insuper, quòd dum Bulla conficeretur, fuerunt ex illius exemplo deleta hæc verba, *Etiam in exequutione ciuili,* quæ apposita erant.

De iure autem cõmuni pœna † videtur esse arbitraria per 7
ea quæ in simili de eximente debitorem carceratum ex carcere dixi *sup.q.30.n.112.* & in terminis nostri Cagn. *in l.1.§.is non videtur, n.27.ver. & vltra, ff.si quis ius dic.non obtemp.* vbi quòd hæc pœna extraordinaria imponi debet propter turbatam iurisdictionẽ & iniuriam officio illatã [qui enim aliquem ex iudicio vi eximit, iniuriam facit Iudici, illius iurisdictionem turbat, & criminaliter punitur, *l.in crimin.C.de iurisd.omn.iud.* Bart. *in l.sed eximendi §.item si quis ff.ne quis eum, qui in ius voca. &c.* cum aliis per Marc. Ant. Eug. *d.cons.31.n.1. & seqq. & n 8. & seq.lib.*1. & ideo pœna videtur arbitraria.] quod & sensit Boss. *in tit.de captur.n.*15. vbi quòd punitur edicto, *ne quis eum, qui in ius voca.vt exim. & n.16.* vbi facit generalẽ conclusionẽ, quòd omnis ille, qui turbat vel impedit Iudicis iurisdictionẽ puniri debet, vt per Bar. Ias. Alex. & Fel. *in locis ibi per eum allegatis,* Guid. Pap. *d.dec.579.n.1. in fin.vers.tamẽ in diffinitione dicti processus,* vbi quòd curia Delphinalis eripientem debitorem captum ex manibus Officialiũ mitiùs secum agendo pœnam corporalem in pecuniariam transmutauit, ipsúmq; cõdemnauit in 30. libris, sic tacitè sentit potuisse de iure etiã corporaliter puniri, quod & expresè tradidit Mill. *in pract.crim.fol.mihi* 49. *n.11.* vbi quòd isto casu eximẽs verberatur, & in exiliũ mittitur. Clar. *in pract.q.68.vers.eximẽs,* vbi refert Carauitam *super.tit.*10. *n.2. in fin.* testantem, quòd in ciuitate Neapoli quatuor, qui exemerãt ex manibus familiæ quendam nobilem, qui propter debita ducebatur ad carceres, fuerunt iussu Viceregis statim suspensi & in frusta scissi: sed circumscripto speciali iussu Principis de iure cõmuni, & in loco vbi non adsunt magis rigorosæ cõstitutiones, pœnam hanc isto casu non nisi arbitrariam esse crederem, per suprà allegata, & per ea quæ dixi *supr.in d.q.30.eo.n.112.*

AMPLIA I. Hanc secundam ampliationem, † vt eximẽs 8
ex manibus familiæ. captum debitorẽ vltra pœnam arbitrariã, de qua suprà, & in qua fisco tenetur criminaliter pro publico interesse, teneatur etiã ciuiliter creditori ad solutionem debiti, pro quo ereptus erat captus, text. est *in l.quoties,* vbi cõmuniter * notant omnes, *C.de exact.trib.lib.*10. cuius text. * verba sunt hæc, *Quoties quis & priuati debitor inuenitur, & fisci, abreptus ab vno officio teneatur ad vniuersi debiti solutionem, qui eum abstulit, coërceatur, ac totius summæ exactionẽ in se suscipiat, qui eundem auellẽdum subtrahendúmq; crediderit.* Per quem text. iuncto etiam text. *in l.fi.C.de oper.libert.* cùm pariter communiter * Doctores dicant hunc eximentem ca- * ptum ex manibus iustitiæ teneri ac si pro eo fideiussisset in omnem casum, vt per Bald. *in l.addictos, n.4.C.de Episc.aud.* Ang. de Malef. *in verbo, quod fama publica præced.n.55.ver.2. quæro.* Fel. *in c.si quando, post n.2. extra de offic.delega.* Marsil. *in tra.de bann in verbo, capit.n.*8. Io. Berb. *in pra.rub.25.de effr. carc.n.6.* vbi allegat etiam text. *in l.1.§.si quis, C.de fals.monet.* Guid. Pap. *d.q.579.n.2. vers.circa hanc materiam.* Bos. *in tit.de cap. n.*15. † idcirco ex hac ratione pariter & ad debiti solu- 9
tionẽ teneri in specie affirmarunt Cæp. *cons.*14. *n.4.* vbi alios adducit, Marsil. *sing.*137. *in iure clarũ est in prin.* Mil. *in pra.cri. perseq.fol.mihi* 49. *n.9.* Guid. Pap. *dec.*579. *n.1. in fi.* Cla. Battãd. *reg.cri.*142. *carcer.effract.n.*12. & 13. Cag. *in l.1 §.is non videtur post n.27. ff.si quis ius dicen.non obtem.* vbi quòd ita tenent omnes * scribentes, Phanu. *de in lit.iur.1.part.§.cognitis * prædictis, n.*10. *fol.mihi* 17. *in 4* Et faciũt, quæ in simili de eximente carceratũ debitorem ex carcere, dixi *sup.q.30.n.107.*

AMPLIA

AMPLIA II. Eandem secundam principalem ampliatio-
11 nem, † vt eximens isto casu teneatur ad debiti solutionem, etiam quòd re vera ereptus per calumniam creditoris captus debitor non sit in quantitate pro qua fuit, vt bene probat text. *in l.si per alium.§.in eum, ff.ne quis eum qui in ius voc.vi exi.* dum per hæc verba dicit: *in eum autem, qui vi eximit, in factũ iudicium datur, quo non id continetur, quod in veritate est, sed quanti ea res est ab actore æstimata, de qua controuersia est. Hoc enim additum est, vt appareat, etiam si calumniator quis sit, tamen hanc pœnam eum persequi.* Et per hũc text. hoc idem firmarunt Paris de Put. *in tract. de synd. in verb. capiur. c. 3. an si Potest. as, n. 2. fol. mihi* 137. *à tergo, col.* 1. Cæp. *cons.* 14. *n.* 3. *iun. n.* 13. Marsil. *in pr.§. opportunè, n.* 20. *& in §. attingam, n.* 109. vbi de eximente carceratũ debitorẽ ex carcere. Et latè hãc comprobat ampliationem Phan. *de in litem iuran. par.* 1. *§. cognitis prædictis, n.* 5. *& seq. fol. mihi* 14. *à tergo, & seqq.* vbi inter alias rationes eam potissimùm adducit quia. s. nõ videtur æquum, quòd creditor contra dolosum eximentẽ probando interesse, quod passus est ob ereptionem sui debitoris, idem faciat, & quia etiam si admitteremus eripientẽ posse dicere, quòd ereptus non erat debitor, esset quodãmodo admittere exceptionem de iure tertij, contra *l. loci corpus, ff. si seru. vend. & l. cùm seruum, C. de seru. fug.* vbi Bal. cum aliis ibi per eum allegatis.

12 Contra hanc ampliationem † fortiter stringit alia conclusio firmata per eundem Marsil. *in tract. de bann. in verbo, capti, nu.* 8. vbi dicit quòd *reg. l. quoties, C. de exact. tribu. lib.* 10. volentis eximentem captum de manibus curiæ teneri, si pro ereptio in omnem casum fideiussisset, non habet locũ, quando ille ereptus fuisset iniustè captus, *per l. edictum, ff. ne quis eum, qui in ius voca. vi exi.* Rursus, & magis in specie, hoc idẽ firmat idem Marsil. *in l. 1. in prin. n. 16. in fi. ver. & idem etiam, ff. de qq.* vbi punctualiter dicit, quòd eximens captum indebitè in causa ciuili, non tenetur creditoribus & idem repetit *in l. in lege Cornelia, num.* 79. *in fin. vers. & idem dicendum puto, ff. ad leg. Cor. de sicar.* [cum hac cõtraria opinione pertransire videtur Brun. à Sole, post hæc scripta habitus, *in suis quæstionib. legalib. q.* 30. *num.* 22. vbi quòd eximens captum indebitè ex manibus curiæ non solùm non tenetur ad pœnã criminalem, verùm etiam nec interesse partis, & ita testatur esse
* per Doctores passim & communiter * receptum.]

13 Pro resolutione distingue sic, † aut debitor ereptus erat iuris ordine seruato captus, aut non. Primo casu tenetur eripiens, etiam quòd is re vera debitor non esset, & ita sunt intelligendi Doct. suprà allegati *in ampliat.* præsertim Cæpol. *in d. cons.* 14. *nu.* 10. vbi in specie præsupponit, quòd ille ereptus esset ritè captus. Faciunt, quę in simili de innocente fugiente ex carcere facto, dummodo ritè captus sit, dixi *suprà, q.* 30. 35. *& seqq. in* 1. *ampl. princip. iun.* 1 *limit. de quæ ibi nu.* 113. *& seqq.* Secundo autem casu, quando ereptus non fuit iuris ordine seruato, & sic ritè captus, & tunc eximens non tenetur ad debitum, & ita procedunt, ac intelligi debent allegata per Marsil. *in locis nuper citatis.* Et in simili faciunt, quæ de eximente debitorem non ritè captum & carceratum ex carcere, dixi *suprà, q.* 30. *n.* 110. vbi & idem iuris esse affirmaui, quando notoriè constaret, ereptum non esse debitorem: quia notoria iniquitas æquiparatur nullitati.

AMPLIA III. Dictam secundam principalem ampliatio-
14 nem, † vt procedat etiam quòd ereptus debitor ad carceres postea reducatur: non enim per hoc eripiens censetur liberatus ab obligatione in quam eripiendo incidit, vt post Ang. Sal. Ias. Rom. in locis per eum allegatis concludit Phanu. *de in lit. iur. part.* 1. *§. cognitis prædictis, num.* 11. *fol. mihi* 17. *in* 4. quicquid in contrarium dixerit Lud. Gom *in §. pœnales, n.* 49. *vers. tamen ista, Inst. de act.* sed pro ampliatione addo Hier. Mag. *decis. Luc.* 90. *num.* 4. Et faciũt, quæ in simili de eximente debitorem carceratum ex carcere, dixi *suprà, q.* 30. *n.* 121.
* vbi dixi ita communiter * à Doctoribus receptam esse.

15 AMPLIA IV. Eandem ampliationem, † vt procedat etiam in eo, qui non actu eximit debitorem, captum ex manibus familiæ, sed sciens quòd creditor suus faciebat ipsum perquirere ad effectum vt caperetur ab exequutoribus, illi talem perquisitionem notificauit, & aufugere fecit: isto etiam casu hunc notificantem teneri creditori ad solutionem debiti, post Bald. Anchar. Alex. & Io. de Anania, quos allegat, singulariter scripsit Marsil. *in d. sing.* 137. *in iure clarum est, & in rubr. de fideius. n.* 16. Boër. *decis.* 217. *vers. quinimò vult etiam Stracca de mercatura, in titul. de decoctor. in* 2. *part. vlt. partis, §. circa propositam rubricam, num.* 11. vbi plures alios adducit concordantes, *iuncto num.* 12. *num.* 25. *& seq.* † etiam quid de oc- 16
cultante seu recipiente domi suæ debitorem ne à familia capiatur; sequitur Phan. *de in litem iur. part.* 1. *cognitis prædictis, num.* 12. *fol.* 17. *in quarto.*

AMPLIA Hanc præcedentem quartam ampliationem, † 17
vt multò magis procedat in ipsis birroariis & exequutoribus, qui denuntiant & notificant debitori capiendo mandatum contra ipsum ad instantiam creditoris relaxatum, & illius vigore capturam per ipsos faciendam: nam si debitor sic notificatus fugiat, crederem non solùm exequutorem notificãtem teneri creditori ad solutionem debiti, per ea, quæ proximè allegaui: † sed etiam tanquam delinquentem in officio posse 18
officio priuari, ad text. vbi notant omnes, *in l. si aliquid. C. de suscept. lib.* 10. *& in l. Iudices, C. de digni. lib.* 12. cum aliis per Capic. *decis.* 121. *n.* 17. & per Dec. *in c. vt nostrum, n.* 4. *de app.* & dixi *supra, in titul. de delict. & pœnis, q.* 10. *n.* 43. † Et si cau- 19
sa, propter quam certioratus erat capiendus esset, non ciuilis, sed criminalis, posset etiam aliqua pœna arbitraria iuxta qualitatem dictæ causæ puniri, vt in iis terminis scripsit Iod. *in pract. crim. in rub. de citatione reali, i. captura, c.* 15. *num.* 12. vbi loquitur non solùm in exequutore negligente capere illum quem in mandatis habet, † sed etiam, quando ex malitia, & 20
prece, vel præmio aut illius spe corruptus, vel captum dimisit liberum, vel capiendum conniuenter fugere fecit. † Quòd 21
si forsan capiendus esset homicida, latro, bannitus, aut aliàs nefaria persona, & de comprehensis in Bulla, de qua *supra, num.* 5. mentionem feci: dubium non est, quòd exequutor illum certiorans & fugere faciens incurrit pœnas dictæ Bullę, quæ, vt ex eius lectura clarè apparet, non solùm loquitur de illis, qui actu eximũt ex carcere, vel ex manibus ministrorum iustitiæ tales facinorosos homines; sed qui illis commoditatem, aut potestatem fugiendi & euadendi præstiterint.

AMPLIA III. Et principaliter, † propositam regulam 22
procedere in eo, qui seipsum eximit ex manibus familiæ, illi resistendo, ac ne capiatur se defendendo, vt sæpissimè cõtingere solet. Is nempe cùm talia faciendo, & præsertim si cum armis, dicatur impedire ministros iustitiæ in actu capturæ & exequutionis eorum officij: facilè dici potest, quòd in Vrbe & statu ecclesiastico incurret rigorem Bullæ sanctissimi Domini nostri Sixti V. de qua suprà, quæ expressè loquitur contra omnes sic iustitiæ ministros in actu capturæ seu abductionis impedientes.

Et † eò magis eiusdem Bullæ pœna isto casu succederet, si 23
forsan dum iste, qui ex manibus curiæ se eximere quæreret, populum ad arma acclamaret, aliósve concitaret, seu nomen alicuius magnatis in auxilium inuocaret, vel forsan (quod peius esset) franchisias appellaret: tunc enim vti læsæ maiestatis reum puniẽdum esse haud dubiè cauetur in Bulla Gregorij XIII. aliarum Bullarum recitatoria, de qua in Bullario, *fol.* 733. 1 *part. quæ est in ordine illius Pontificis constitutio* 62. in prædicta Bulla sanctissimi Domini nostri Sixti V. de qua *in eod. Bullario part.* 2. *fol.* 1375. *sexta in ordine, vers. c. Duces quoque, Principes, Marchiones,* [scilicet de iure communi mitior imponatur pœna, vt dixi *infrà, num.* 25.]

Quæ quidem Bullæ licèt prima facie videantur loqui de tertio eximente captum ex manibus exequutorum iustitiæ, non autem de se ipsum eximẽte & resistente, prout sunt termini propositæ ampliationis: cùm tamen vtroque casu dicatur inferri impedimentum exequutoribus iustitię, idcirco pariter Bullæ dispositionem etiam ad seipsum eximentẽ & exequutoribus resistentem trahendam esse crediderim per ea quæ in simili ordine seu decreto Mediol. optimè scripsit Boss. *in tit. de capt. n.* 19. *&* 20. quem refert Clar. *in pract. q.* 29. *vers. quæro etiam, in princ.*

[Sed quicquid sit de mero iure illarũ Bullarum in practica, tamen hãc ampliationem nunquam receptam vidi, nisi in casu, de quo suprà, videlicet quando quis populum ad arma, & franchisiam ad sui auxilium conuocat, vel etiam quando in exemptione, quam quis de se facit, de manibus birroariorum interuenerit vis cum armis, ac birroariorum percussio, & vulneratio, iuxta ea, quæ dixi infrà, *n.* 28. aliàs secus.]

De iure autem † communi isto casu pœna videtur arbitra- 24

ria,vt per Iod.*in pract.crim.c.*15 *tit.de citat.reali,id est,captura,nu.*29. vbi ponit exemplum in eo, qui sine armis & nuda manu exequutori in actu capturæ resistentiam fecerit,illi sinum aut gulam constringendo,aut similem violentiam inferendo , dicítque talia facientem posse vel in amputationem manus condemnari , aut in aliam pœnam,pro qualitate impetus & violentiæ illatæ mulctari.

25 Et si forsan † dum sic captus quærens se eximere ex manibus familiæ acclamauerit,ad arma,ad arma,aut aliàs populum concitauerit, pœna istius acclamantis de iure communi (quidquid in contrarium Bullę præcitatæ grauiùs disponant) non erit seditionis aut rebellionis , prout aliqui falsò opinati sunt,sed pariter arbitraria ac etiam pecuniaria,vt per Sylu.*in conf.*43.*num.*14.*&* 18.

26 Et generaliter,†quãdo quis ex manibus familiæ sine violentia armorum se eximit,non aliter punitur ac si ex carcere aufugisset : nam etiam ipse dum in manibus exequutorũ est, dicitur detineri,sed mitiùs, quia non dicitur violare publicos carceres,vt per Clar.*in pract.d.q.*29.*vers.quæro etiam,*ibi.*Ego credo quod fugiens,&c.* [nec dissentit Bos.*in tit.de capt.n.*20. *vers.non obstant,&c.*] quæ pœna fugientis ex carceribus pariter erit arbitraria,vt sup.plenè tractaui *in q.*30.*n.*8.*& seqq. & n.*25.*& seqq.* [& facit,quia edictũ,ne quis eum,qui in ius vocatus est,vi eximat,semper præsupponit vim,& sine vi illius pœna locũ non habet,secundùm cõmunem,de qua post alios quos allegat,testatur Marc. Ant.Eug.*a cõs.*31.*n.*38.*lib.*1. ideo cessante vi istos sic se eximentes nullatenus puniri si ad manus curiæ peruenerint, vel si tunc cùm se eximere volebant,capti fuerint pariter,aut nullatenus, aut leuiter tamen, nẽpe tribus ictibus funis,si ignobiles fuerint punitos vidi.]

27 Si verò†violẽter resistendo & cum armis captus ex manibus birroariorũ se eripuerit, Iudex tum suum arbitrium grauius in ipsum eximentem extendere poterit : quia magis delinquit,vt cõsiderat idem Bos.*in tit.de capt.n.*20. *vers.est verum* , vbi de eo qui ne caperetur à satellitibus ensem euaginauerat,& deinde se in fugam dederat.Nec dissentit Clar.*d. ver.quæro etiã,*ibi,*Sed si defendat se cum armis,&c.*Paris.*cõsi.* 147.*per totum,præsertim n.*3.*&* 4.*iuncto n.*17.*lib.*4.vbi consuluit,bene fuisse condemnatum in pœnam pecuniariã ,& in illius defectum,in corporalem,quendam Io. Petrũ Parolium, ex eo quia ne caperetur à militibus,ensem cõtra illos denudauit & euaginauit, minando eos velle percutere,nisi ipsum abire sineret,in quo,*n.*4 per tex.*in l.apud Labeonem,§.si pulsatus,ff.de iniu.*& ibi Bart.cum aliis per eum allegatis,probat solã denudationem & euaginationem & admenationẽ ensis dici posse enorme crimen & punibile Boër.*dec.*170.*n.*5.*vers. vnde in casu nostro,* vbi ponit exemplũ de eo,qui tribus vulneribus filium Baylij ipsum insequentem , vt caperet, vulnerauit,dicítq; istum sic vulnerantem fuisse per ordinarium Iudicem in pœnam capitis condemnatum, sed postmodũ condemnatio ,per curiam Burdegalẽsem fuit moderata, vt bis in diuersis diebus fustigaretur:& hæc moderatio fuit facta propter aliquam suspicionem , quam ipse vulnerans se habuisse asseruit in actu fugæ ex dicto cuiusdam mulieris,quòd insequentes erant sui inimici,& quod volebant ipsum occidere.

28 Erit igitur isto casu † pœna arbitraria imponenda , iuxta facti & personarum qualitatem:& si qualitates sint multùm aggrauantes, vtputà quòd capiendus etiam vulneret birroarios,sciens & videns eos esse ministros iustitiæ,hunc Iudicem posse vsque ad mortem incluiuè arbitrium suum extendere, tacitè sensit Boërius in loco prædicto.

29 LIMITA I. Hanc tertiam principalem ampliationem † non procedere,quando satellites vellent aliquem capere iniustè & indebitè:nam tunc & is nõ solùm resistere poterit ne capiatur,verùm etiam dum sic se eximere & euadere quærit, nõ resistere,sed se defendere dicitur,vt per Mil.*in pract.crim. persequen.fol.*49.*n.*18. vbi in id allegat text.*in l.*1.§.*si ideo,ff. ne vis fiat ei,& in l.*1.§.*Offilius,ff.ne quis eum qui*, & idem affirmauit etiam Paris de Put.*in tract.de synd.in verbo,resistentia , c.*1.*an si Iudex n.*3.*ante fin. vers.dixit Inn.fol.mihi* 279. *col.*1 *post medium.* Marsi.*in l.lege Corn.n.*78.*vers.sed tamen quod dixit.ff.ad l.Corn.de sica.*vbi generaliter dicit quòd ille, contra quem iniustè & de facto fit exequutio per Iudicẽ vel Officialem , potest pariter & de facto eidem Iudici & Officiali resistere,ad Bart.Bald & Innoc.in locis ibi per eum allegatis,*d.n.*78.*ad fin.& n.*85. vbi etiam post præallegatos, dixit quòd metus exequutor Principis non debet , nec potest officium sibi iniunctum iniustè exequi ; si exequitur, potest de facto ipsi resisti,sicut cuicunque alteri de facto exequẽti: faciunt scripta per Boër.*in decis.*170.*n.*1.*&* 2.Foller.*in pract. crim.in verbo,notatos capiat de persona,num.*17.vbi admoner Iudices, qui mandant inquisitos capi, vt bene aduertant capturam decernere in casu permisso & licito,quia aliàs ipsi inquisiti possent in actu capturæ se defendere , & ex manibus familię euadere,Sylu.de Arc.*inter conf.crimin.diuers.conf.*71. *n.*23.*lib.*2.*in fol.* vbi quòd in tantum à iure reprobata est illicita carceratio,quòd vt libertatem suam quis defendat,potest,ne capiatur,resistere,vt per Dyn.Bal.& Al.*in locis ibi per eum citatis.* [Addo & post hæc scripta habitũ Ludo. Peguer. *decis.crim.c.*9.*per totum,*vbi amplius bene defendit quòd antequam cognoscatur causa resistentiæ, cognoscẽda est causa nullitatis capturæ, tanquam præiudicialis causæ resistentiæ.] Et ad hæc faciunt, quæ dicam infrà in materia eximentis ex manibus familiæ indebitè captum , *in* 2.*princ.limit.n.*66.*& seq.* & quæ pariter inf.generaliter dicam de resistente Iudici iniustè exequenti,in secunda reg.secundi capitis,*num.*88.vbi tradita bene videas, & ex ibidem scriptis declara hanc ampliationem,quia materia est ferè eadem.

AMPLIA Hanc limitationem, † vt procedat etiam quòd 30
is,qui se à grauamine indebitæ capturæ liberare quærit,coniunctos & amicos ad id cõuocaret seu aliàs acclamaret:quicquid enim secus sit tam de iure communi,quàm vigore Bullarũ in casu iustæ capturę & exequutionis,vt suprà dixi *n.*23. *&* 25 quando tamen captura est iniusta & resistentia seu potiùs defensio à iure conceditur,tunc vtiq; & illa etiam admittitur cum acclamationibus & conuocationibus amicorum & coniunctorum,vt bene declarat Bart.*in l.prohibitum,nu.*2.*& seqq.C.de iure fisci,lib.*10.dum apertè dixit,quòd in casu licitę resistentiæ poterit resistens non solùm conuocare amicos & coniunctos,sed etiam sine conuocatione possunt iidem amici & vicini & coniuncti insimul cõuenire,& ad hoc vt citiùs veniant homines ad succurrendũ oppresso de consuetudine, vt ibi testatur Bart.inuentum est,vt iidem oppressi exclamẽt, *succurrite,succurrite,*arg.text.*in l.Prætor ait,§.si quis aduentu suo,ff.vi bon.rap.* cũ aliis ibi per eum allegatis.quod & idem affirmarunt etiam Luc.de Pen.*in d.l.prohibitum.n.*14.*ver.dixit etiam in hac l.D.Bar.&c.* Mill.*in pract.crim.fol.mihi* 49. *n.*19.*&* 21.Paris de Put.*in tra.de syn.in verbo,resistentia,c.*1. *n.*2.*vers.& quod quoad resistendum, fol.mihi* 279.*col.*1.*in pr.* Maran.*disp.*1.*n.*27.*& n.*36. vbi bene loquitur in materia,& inter alia dicit,quòd quilibet potest defendere tertium iniustè oppressum,& in casu licitæ resistentiæ potest quis conuocare non solùm amicos & coniunctos , sed etiam conducere stipendiarios,Foll.*in pract.crim.in verbo,notatos capiat de persona,n.*17. Syl.de Arce.*inter conf.crim.diuers.conf.*71.*nu.*26. *vol.*3,*in folio,*& nouissimè hanc sequitur ampliationẽ Seraph. de Seraph.*in tract.de priuil.iuramen.priuileg.*132.*n.*43.

LIMITA II. Dictam tertiam principalem ampliationem (& hæc limitatio venit illatiuè ex præcedenti prima limitatione) † vt non procedat quando satellites vellent aliquem 31
capere sine mandato. Certum enim est , quòd exequutores non solùm non possunt aliquem capere sine Iudicis licentia, vt suprà dixi,*q.*27.*n.*8.& in scriptis,sed etiã tenẽtur illã ostẽdere capiẽdo,vt bene probat text.*in d.l.prohibitum,C.de iure fisci,*& ibi Bart.*in summario,& n.*1. Luc.de Pen.*in eodẽ summario,& n.*5.*vers.nota etiã quòd non creditur,*Boër.*decis.*170. *n.*2.*vers.quia habens mandatum de capiendo,*Ias.*in l.cùm proponas.n.*7. *C.de pact.* Conrad.*in pract.tit.de capt.n.*5.*vers.at si fiat per nuntium,fol.mihi* 267.*col.*1. vbi alios adducit, Bos. *in tit.de capt.n.*93.Clar.*in pract.q.*28.*ver.dictum est,& q.*29. *in prin.*ibi.*Item debent aduertere,&c.*Io.Mar.Mont.*reg.crim.* 12.*n.*32.Bonac.*in comm.opi.par.*1.*ver.captura debet cõmitti à Iudice.fol.mihi* 19.*col.*1.Paul.Gran.*theorem.*19.*n.*1.vbi etiã allegat Nicol.Arelet.*in add.ad Alc.de præs.reg.*3.*præsum.*14.*in litera G,cum aliis supra allegatis,d.q.*27.*n.*8. *& infra in* 2.*lib. tit.de oppos.contr.test.in* 11.*artic.in* 1.*ampliatione.*†ideo si quã- 32
do contigerit,quòd dicti satellites vadãt ad aliquem capiendum sine tali Iudicis ordine,seu mandato in scriptis,cùm iniustè agere dicantur per præallegata: illis posse per capiẽdum impunè resisti,bene probat tex.*in d.l.prohibitum,* vbi præsertim

tim Bart.& Luc.de Penna,*C.de iure fisci*,nec dissentit Clar.*in pract.d.q.29.in fine princip.* vbi refert Angel.*in l.item apud, §.si quis virginem,n.2.ff.de iniur.* testantem ita aliàs in facti contingentia fuisse determinatum.

33 AMPLIA Hanc secundam limitationem, † quòd isto casu non solùm licitum est ipsi capiendo resistere,ne capiatur, sed etiam quilibet tertius potest ipsum captum ex manibus familiæ impunè eripere,vt per Luc.de Penna *in l.quoties,n.7. in fin.vers.quod si certum est,C.de exact.tribut.lib.*10. vbi magistraliter loquendo dixit, quòd si certum est, satellites aliquem capere non de Iudicis mandato,& notoriè non constat non esse in casu,in quo satellites possunt propria authoritate & sine Iudicis mandato capere, & tunc non solùm eripiens non peccat, & non punitur, sed etiam peccat qui non eripit, *c.non in inferenda,23.q.3.c.scire vos*,23.*q.*8. cum aliis ibi per eum allegatis:& licèt ipse Clarus *in d.q.29.in fine princip.* alternatiuè loquendo videatur sentire quòd sufficiat satellites habere,vel mandatum in scriptis,vel saltem insignia: ego tamen credo verius esse, quòd vtrumque habere debeant, & mandatum & insignia, per ea quæ mox dicam *in sequenti tertia limitatione, n.*37. & videtur etiam de mente præfatorum Doctorum,& saltem de mandato non est dubitandum, vt præfati Doctores apertè concludunt.

34 SVBLIMITA Præcedentem secundam limitationem, † vt non procedat in nonnullis casibus, in quibus licitum est satellitibus delinquentes & reos capere sine Iudicis mandato. Tunc enim cessat ratio impunitatis concessæ resistentibus & non permittentibus se capi, ideo cessare etiam debet ipsa im-
35 punitas. † Casus autem,in quibus etiam sine Iudicis mandato birroariis licita est captura, plures sunt, de quibus te remitto ad glo.*in l.fin.* vbi Bald.& alij,*C.de exhib.reis*; Cõrad.*in pract. tit.de captura,n.5.vers.Sunt tamen aliqui casus,fol.mihi* 267.
36 *col.*2. Io.Mar.Monticel.*reg.crim.*12.*nu.*33.*& seqq.* † & inter alios, quãdo rei inueniuntur cum armis,vel cum aliqua bannimentorum contrauentione in flagranti posse tunc per birroarios sine aliqua speciali Iudicis commissione & capi & carcerari,post alios quos allegant, scripserunt Clar.*in pract.d.q.* 28.*sub eo.versic.dictum est*,Paul.Granut.*d.theorem.*19.*num.*2. & generaliter de quolibet reo in flagranti crimine reperto dixi *supr.q.*21.*num.*137.*& seq.in tit.de delictis.*

37 LIMITA III. Eandem tertiam principalẽ ampliationem † non procedere, quando satellites non gererẽt solita insignia, quæ eo loci exequutores & ministri iustitiæ portare soliti erant:tunc enim illis resistendo capiendus potest se excusando semper dicere, quòd ignorabat eos esse tales, sed credebat inimicos, secundùm Bart.*in d.l.prohibitum, num.*1.*vers. fateor tamen, C.de iure fisci, lib.*10.vbi allegat text. *in l.apud Labeonem §.si quis virginem,ff.de iniur.* iũcto text.*in l.si quis ignorans,ff.loca.* August.ad Angel.*de malefi.in verbo,quòd fama publica præced.nu*e.54.*in fin.vers.hoc verum si cognoscebat illos*,vbi refert Ang.de Perusio *in d.§.si quis virginem*,testantem ita aliàs fuisse determinatum,Boër.*decis.*170.*num.5.post princ.* Foller.*in pract.crimin.verbo,notatos capiat de persona, n.7.versic.quod procedit,&c.* nec dissentit Clar.*in pract.q.*29. *in fin.princip.*ibi,*Saltem habeant insignia,quòd sint satellites.*

38 AMPLIA IIII. Et principaliter propositam regulam † in tantum procedere,quòd si birroarij dum ducunt aliquem ad supplicium præuident armatos & congregatos ad effectum eripiendi reum ex eorum manibus,possunt iusto timore ducti eundem reum,quem ad furcas & supplicium ducebant,ipsimet propriis manibus impunè occidere, Bald.*in d.l.addictos, num.*3.*C.de Episcop.audien.*Carrer.*in pract.crim.in* 1.*tract.de appel.§.Duodecimus casus est,num.*4. vbi alios plures adducit concordantes,Io.Mar.Monticel.*reg.crim.*9.*in* 6.*fallent.vers.si occidat,fol.mihi* 60.*col.*1. Petr.Ang.August. quem videas in materia,*in consil.* 28.*per totum,lib.*1.

39 AMPLIA V.Et hæc ampliatio non est multùm dissimilis à præcedenti ampliatione, † quòd si capiẽdus resistat,& non permittat se capi, possunt pariter birroarij eundem resistentem & percutere,& vulnerare,ac etiam occidere absq; metu
* pœnę,text.est in multum similibus terminis,*in l.si seruus*,vbi hoc in specie notant Bart. Alb.Sal. & communiter* omnes, *C.de his, qui ad Eccl.confug.* vbi si seruus alicuius confugiat ad Ecclesiam, potest inde extrahi per dominũ,& si de facto resistat,ac se defendat, poterit licitè & impunè occidi,& per istum text. hanc ampliationem firmarunt etiam Bald.*in l.fin. num.*5.*C.de exhib.reis*,vbi quod ita vidit Perusij de facto seruari, Imol.*in l.ex consensu,§.eum qui,num.*39.*versic.& adde etiam,ff.de app.* Ang.de Mal.*in verbo,quòd fama publica præcedente,post n.*54.*vers.vide Florianum*, vbi tamen non se firmat,sed bene hoc idem firmat Aug.*in add. in princ.additionis, & in fin.vers.& omnino*, Bald.Amad. *in tract.de synd. in verbo, Item in eo quod dicti socij milites fuerunt negligentes in inquirendo pro armis,vers.sed pone,miles socius,n.*100.*fol.mihi* 52.*col.*1. vbi quòd secundùm hanc ampliationem aliàs pluries vidit consultum & iudicatum in ciuitate Lucana,Paris *de syn.in verbo,resistentia,c.*1.*an si Iudex,n.*2.*ad fin.vers.tamen quilibet qui potest capi, fol.mihi* 279.*col.*1. *in fin.& ibid.nu.*4. *vers.& adde præditis*,Catald.*de synd.n.*172.*q.*261.Boër.*dec.* 170.*n.*5.*in fin.& num.*6.*&* 7.*in discursu.* Franc.Cas.*post tractatum de ind.c.*6.*rub.de capt.& carcer.n.*13.latè Gram.*decis.* 41.*per totum*, Boss.*in tit.de captura,num.*12.*& seq.* Mille.*in pract.crim.fol.mihi* 50.*n.*29.Conrad.*in pract.tit.de captu.n.*5. *ante med.fol.mihi* 267.*col.*2. *& in tit.de homicid.n.*13.*in fin. vers.*16.*limita,fol.*320.*col.*1. Ioan.Maria Mont.*reg.crim.in* 6. *fallen.fol.mihi* 60.*col.*1. Anton.Gomez. *varia.resol.tom.*3. *cap.*9.*rub.de capt.reor.n.*6.vbi pariter testatur de communi * * opinione, Mars.*in l.lege Cornelia,n.*78.*ff.ad l.Cornel.de sicar.* Pet.à Plach.*in epit.delict.cap.*38.*n.*9.*lib.*1.*Clar.in pract.§.fin. q.*29.*in princ.* vbi quòd de hoc nullus dubitat teste Bolen.*in repet.leg.capitalium,§.famosos,nu.*196.*ff.de pœn.* Fol.*in pract. crimin.in verbo,notatos capiat de persona,num.*7.

AMPLIA I. Hanc quintam principalem ampliationem, 40
† vt procedat etiam quòd birroarij, quibus per capiendum resistitur, non vsi fuerint in repellendo vim & resistentiam moderamine inculpatæ tutelæ,vt per Amad.*in tract.de synd. d.nu.*100.*vers.sed pone,miles socius,fol.mihi* 62.*col.*1. Gramm. *d.decis.*41.*num.*1.Boss.*in tit.de captura.num.*12.*& seqq.*

Contrarium † tenuit Imola *in d.l.ex consensu,§.eum, qui,* 41
*num.*39.*vers. Hoc tamen videtur limitandum, ff.de appel.* & Imol.eo loci refert & sequitur Alex.ad Bald. *in l.fin. num.*5. *litera D,C.de exhib.reis*,quos pariter refert & sequitur Boër. *d.decis.*170.*in fin.* Et pro hac contraria opinione faciunt ea, quę dicam *infr.i,num.*48.vbi ponam non esse licitum birroariis resistentem vulnerare aut occidere,nisi resistentia sit magna,& nisi aliter quàm vulnerando aut occidendo ipsum capere potuissent, quod & in specie multùm notabiliter declarauit Iod.in proposito videndus *in pract.crim.cap.*15.*rub.de citatione reali,id est captura, n.*28. † Imò nisi capiendus telo 42
se defendat aut resistat,non possunt birroarij illum vulnerare aut occidere,vt dixit Imola,qui magistraliter loquutus est,*in d.§.is non videtur,eod.n.*39.*vers.& si ille capiendus* vbi quòd si capiendus defendebat se cum armis,nec etiam cum armis, à birroariis offendi debet, nisi esset homo tantùm robustus, quòd plus valeret eius pugnus,quàm armorum percussio,sequitur Boër.*d.decis.*170.*num.*9.*vers.nisi se telo defendat.* Nec dissentit Gram.*in decis.*41.*n.*6 *vers.quod intellige.*Et hæc vltima opinio mihi verior videtur,& propterea concludo, quòd si pugnis per capiẽdum birroariis resistitur, ipsi pariter & pugnis violentiam & resistentiam repellant, & resistentem capiant:alioquin si vulnerando & occidẽdo excedant modum, puniendi sunt pro qualitate & quantitate excessus.

AMPLIA II.Eandem quintam ampliationem† vt proce- 43
dat etiam quando capiendus facto non resistit,sed fugit:nam & hunc fugientem licere satellitibus & vulnerare & etiam occidere impunè,si aliter ipsum capere nõ possunt,scripsit expressè Bald.*in d.l.fi.n.*5.*in fin.C.de exhib.reis*, vbi ponit facti speciem,quam Pisis contigisse audiuisse se testatur. Quidam malefactor fugiebat ante familiam, & familia currebat post eum,& non poterat illum iungere:quidam birroarius ipsum fugiẽtem percussit:quærit ibi Bald.an debeat puniri? Respondet, se credere quòd non, per *l.si seruus,C.de his,qui ad Ecclesiam confug.*& hanc Baldi doctrinam sequuti sunt August. ad Ang.*de mal.in verbo,quòd fama publica præced.num.*54.*in princ.*Boër.*decis.*170.*post num.*3. Amad.*de synd.d.num.*100. *in fin.* Gram.*decis.*41.*post nu.*1. Ant.Gomez.*var.resol.tom.*3. *cap.*9.*rub.de captur.reor.* vbi generaliter dicit,satellites posse vulnerare & occidere capiendum defendentem se cum telo vel fuga,Fab.à Monteleone *in sua praxi arburali,in* 4.*part. fol.mihi* 333.*num.*32.

Contrarium credo v etius per præallegata in præcedenti
44 ampliatione: † si enim verum est, prout verissimum exist:mo, quòd non licet satellitibus capiendum vulnerare aut occidere, nisi cum moderamine inculpatæ tutelæ, & nisi is resistendo se telo defenderit, vt suprà probaui, *n.41.& seqq.* necessariò etiam sequitur, quòd nec illis licet vulnerare aut oc-
45 cidere fugiẽtem, qui nullo modo resistere dicitur, † cùm resistentia nõ dicatur, nisi manualis actus interuenerit, vt pluribus comprobat Luc.de Penna *in l.prohibuum, ad fin.nu.20. vers. Et dic quòd resistere, C.de iure fisci, lib.*10.& multum adderetur audaciæ & temeritati istorum arrogantium,& vilissimorum, si fugientes ab ipsis impunè posse occidi admitteremus: hoc enim falsissimum credo, nisi simus in casu, in quo fugiẽs esset capitaliter damnatus & bannitus, & sic posset impunè etiam à quocumque etiam priuato offendi, vel nisi ita expresè Iudex mandasset per ea quæ infrà dicam, *nu.49.& seqq.*& pro hac contraria opinione faciunt quæ scripsit idem Bald.*in l.si vt allegas, C.ad l.Cor, de sic.*vbi dixit, quòd licitum est satellitibus vulnerare ac etiam occidere debitorẽ fugientem & se telo defendentem: at si debitor non se telo defendat, sed simpliciter fugiat, nõ potest impunè vulnerari, vt per eundem Bald.*in authen.sed omnino, n.*14.& ibi Alex.in addi. litera B, in verbo, *vulnerauit, C.ne vxor pro marito,* iunctis iis quæ dixit idem Alex.*in addi.ad eundem Bald.in d.l. si vt allegas, in verbo, Quod fama publica præced.vers. Adde tamen vnam pulchram limitationem,*&c. vbi declarat verba Bald.*in d.auth sed omnino*, & dicam *infrà, num.*54.*& seq.* ergo licèt telo se defendens possit vulnerari à birroariis, non tamen poterit sic vulnerari simpliciter fugiens.

46 LIMITA I. Hanc 5.principalem ampliationem † nõ procedere, quando captura est iniusta: nam tunc, cùm, vt suprà dixi, num.29. liceat capiendo birroariis resistere ne capiatur: ideo si hunc licèt resistẽtem ipsi satellites vulnerauerint, aut occiderint, tenetur de vulnere & de homicidio, vt per Amad. *de synd.d.vers.sed pone, miles socius, n.*101.*fol.mihi* 52.*col.*1.*in fin.*vbi admonet hoc esse menti perpetuò tenendum. Et ita pluries fuisse iudicatum, testatur Marsil.*in l.lege Cornelia, nu.* 78.*vers.istud tamen quod dixi, ff.ad leg.Cornel.de sicar.*Carrer.*in pract.crim.in* 1.*tract.de appell.*§.*duodecimus casus est, n.*4.*in fin.* Foll.*in pract.crim.verbo, notatos capiat de persona, n.*7.*pariter in fin.fol.mihi* 34.Gram.*d.decis.*41.*num.*2. Pet.à Placha *in epit.delict.capit.*38.*n.*6.*vers.quod ipse verissimum esse intelligo, lib.*1.*fol.mihi* 645. Conrad.*in pract.tit.de homicid. n.*13.*in fin.fol.mihi* 320.*col.*1.Ioan.Mar.Monticel.*reg.crimin.* 6.*in* 6.*fallent.versic.Quod tamen verum intellige, fol.mihi* 60.*col.*1. Fab.à Monteleone *in sua praxi arbitrali, in* 4.*part.fol. mihi* 333.*num.*33.

47 SVBLIMITA Hanc primam limitationem, † vt procedat, quando iniustitia capturæ oritur ex culpa & facto ipsorum satellitum, qui putà, vel capiant aliquem sine mandato in casu à iure non permisso, iuxta ea quæ scripsi *supra, nu.*31.*& seqq.*vel si habent mandatum, excedũt modum in illud exequendo, iuxta ea quæ pariter dixi *infra, n.*101. iis enim casibus cum resistẽtia oriatur eorum culpa & facto, cùm faciant quod non debent, non possunt sic licitè resistentes, & se defendentes percutere, & multò minùs vulnerare & occidere, secus si ipsi satellites ignorant iniustitiam capturæ, sed ea prouenerit non eorum culpa, aut facto, sed Iudicis qui mandatum de capiendo relaxauit: cùm enim certum sit, quòd ipsi excusentur illud exequendo, licèt iniustum, quia tenentur obedire suo superiori, nec possunt vllo pacto de tali iniustitia quærere aut cognoscere vt scripsit Clar.*in q.*60.*sub vers. solet dubitari ante medium*, ibi, *ex hoc etiam infertur.* &c. idcirco licèt etiam ipsis sic iniustè exequentibus possit resisti, non tamen illis denegatur potestas repellendi resistentiam, & reum omnino capiendi etiam vulnerando & occidendo, si aliter capere non possunt: excusantur enim, vt dixi, Iudicis iussu & mandato, quod verisimiliter iustum crediderunt, vt in terminis bene declarat Clar. *in pract. d.q.*29.*in princ.* ibi, *& licèt Amadeus.*

LIMITA II. Eandem quintam principalẽ ampliationem
48 † tunc demum procedere, quando scilicet birroarij non aliter possunt capiendum capere, quàm illum vulnerando, aut occidẽdo: quòd si aliter capere possunt, absurdum est dicere, quòd illum percutere valeant, & propterea si percusserint, puniuntur, vt per Parid.de Put.*in tract.de synd.verbo, resistentia, c.*1.*an si Iudex, post n.*5.*ver.adde quòd si familia Potestatis, fol.mihi* 279.*à tergo, col.*2.*in prin.*Imol.*in d.l.ex consensu,* § *ie non videtur, num.*39.*vers.& ideo, ff.de appellat.*Mille.*in praxi crim.persequen.fol.mihi* 30.*n.*30. Gram.*d.decis.*41.*in fin.* vbi ponit exemplum in eo satellite qui iam fugiente, & postmodum in terram cadente (quo casu facilè eum poterat capere) vulnerauerit & occiderit, testatur ibi istum occidentem fuisse cõdemnatum in magna curia ad remigandum in Regiis triremibus per quinquennium: non enim fuit capitaliter condemnatus, quia, vt ibi inquit Grammaticus, non fuerat penitus in dolo, sed pro excessu fuit tantummodo punitus, iuxta ea quæ dixi *sup.n.*41.*& seqq.*& Grãmaticum refert & sequitur Fab.à Montel.*in sua praxi arbitr.in* 4.*part.fol.mihi* 333.*n.*32.addo & pro eadem declaratione Iod.*in pract.crim.c.*15.*tit.de citatione reali, id est, captura, n.*27.*& seq.*vbi concludit, nulla ratione licere apprehensori apprehendendum maleficum in actu apprehensionis, etiam quòd is exul sit, seu aliàs morte dignissimus, sub prætextu violentiæ & resistentiæ interimere, nisi in casu, in quo talis & tanta fuerit violentia, & scelerati resistẽtia, vt periculosa videatur carceratio, & dubia victoria: ergo secus vbi victoria non redditur dubia per resistentiam capiendi: possũntque satellites illum vincere & ligare aliter, quàm vulnerando & occidendo. Nec dissentit Clar.qui refert Grammaticum *vbi supra.in d.q.*29.*in princi.* ibi, *Debent etiam satellites caute in hoc procedere, &c.*

LIMITA III Dictam ampliationẽ, † vt non procedat nisi 49
in casu, in quo satellites habeant à Iudice speciale mandatum capiendi malefactorẽ, vt dici solet, aut viuum aut mortuum: tunc enim si illum resistentem vulnerant, aut occidunt, excusantur, secus si hoc specialiter in mãdatis non habeant: sic enim videtur de mente Bald.*in l.addictos, n.*3.*C.de Episc.audien.*vbi dixit, † quòd birroarij possunt occidere eum, quem 50
ducunt ad supplicium, & quem dubitant ab eorum manibus eripi, si hoc habeant in mandatis quia tunc obediendo superiori occidunt non vti priuatæ, sed vti publicæ personæ, & Bald. *vbi supra* refert & sequitur Angel. *de maleft. in verbo, quod fama publica præcedente, n.*54.*in prin.vers. Verùm quia præcedentibus*, vbi ex hac Baldi doctrina generaliter infert, quòd Officiales non possunt capiendum se armis defendentem impunè occidere, nisi in mãdatis à superiore habuerint, quòd ipsum interficiant si nõ potuerint eum capere, vel ducere, & in idem etiam scripsit Marsil.*in tract.de bannit. verbo, capti, n.*10. Io.Maria Monticel.*reg.crim.*6.*ad fin.in sexta fall. vers.quod tamen verum intellige.fol.mihi* 60.*& reg.*12.*nu.*28.*in prin.fol.*115.*col.*2.Carrer.*in pract.crim.in* 1.*tract.de appell.* §.*duodecimus casus est.num.*6.*fol.mihi* 23.Et faciunt pro hac limitatione quæ dixi infrà *in tit.de pœn.temper.q.*97.*nu.*122. vbi probaui generaliter, quòd excusantur Officiales, & exequutores Potestatis, qui de ipsis aliquem occidunt.

Contrarium, † quòd imò si capiendus in actu capturę re- 51
sistat satellitibus se defendendo cum armis possit ab eisdem & pariter cum armis, etiam quòd id specialiter in mandatis non habeant à Iudice & vulnerari & occidi (quando tamen aliter ipsum capere non possunt, secundùm terminos præcedentis limitationis) sæpius in Vrbe seruatum vidi, & de iure etiam verissimum credo, prout Iacob.de Butr.*in l.secunda, C. de his, qui latron.*& Bolog.*in cons.*63.quos allegat declarãdo scripsit idem Io.Maria Monticel.*d.reg.*12.*eod.n.*28.*vers.quod verum est.* Et ita etiam videtur de mente Iod.*in pract.crim. d.cap.*15.*nu.*27.*&* 28.vbi alternatiuè loquendo ad excusandum apprehensores, qui apprehendendum resistentem vulnerarunt & occiderunt, dixit sufficere, vel quòd hoc ipsis à Iudice specialiter commissum fuerit; vel quòd resistẽtia fuerit magna & violenta reddens capturæ victoriam dubiam.
† Nec obstant contraria, quia Baldi doctrina, in qua fundant 52
se Doctores præallegati, contrarium asserentes, non loquitur, quando capiendus cum armis se defendendo resistit capturæ, prout sunt termini propositæ limitationis: sed quando dubitant satellites, ne iam captus, quem ducunt ad supplicium, & qui nullam facit resistẽtiam eripiatur ab aliis: isto inquam, casu sum cum Baldo, quòd non possint occidere hunc reum, nisi habeant speciale mandatum, quia nulla per eum fit resistentia, sed debent illum quantum possunt defendere, ne eripiatur: volentes autem eripere & vulnerare & occidere possunt:

possunt:secus in capiendo,qui si cum armis se defendat à captura,potest vt capiatur,si aliter capi non potest,vulnerari ac etiam occidi, si in resistentia & defensione persistat, seruato tamen semper moderamine inculpatæ tutelę iuxta suprà tradita, *num.*41. *& seq.* aliàs pro excessu punirentur Officiales ait Gram.*d.dec.*41.*in fi.* & ita credo esse veritatem.

SVBLIMITA seu potiùs declara præcedentem limitationem, † quòd non in omni casu Iudex potest mandare Officialibus vt reum capiant & ducãt aut viuum,aut mortuum: nam hoc iubere non valet,nisi in casu,in quo ex processu liquidò constet quòd ille capiendus commiserat delictum capitale,& pœna mortis dignum,vt per Franc.Cason.*post trac. de indic.& tormen.ca.*9.*rubr.de captura & carcere,n.*13. *vers. Itẽ limita,& n.*24. vbi propterea admonet Iudices vt caueãt, ne delinquentes capi curent cum periculo vitæ, nisi ex actis liquidò contra ipsos delinquentes constet,aliter punientur in syndicatu: & sic credo tria requiri ad hoc vt sine periculo sui syndicatus Iudex possit hoc birroariis mandare. Primò, quòd delictum commissum per capiendum sit capitale, & pœna mortis dignum.Secundò, quòd de tali delicto per capiendum commisso constet ex actis. Tertiò,quòd de eodem delicto constet notoriè,plenè,liquidè,& taliter quòd capiendus,si captus esset, nullam posset facere defensionẽ, aut probationem in contrarium,aliter esset innocentem condemnare & facere exequutionem ante condemnationem, vt bene considerat Ang.*de malef.in verbo, Quod fama publica,n.*54. *ad fin.vers.non obstat dictum Bald.* vbi propterea ponderãdo doctrinam Baldi *in dicta l.addictos,num.*2.*C.de Episcopa. audien.*dixit hoc ideo ibi Iudicem sic mandasse, quia agebatur de iam damnato,qui ad supplicium ducebatur,quo casu eius delictum erat factum notorium: ergo secus vbi de delicto non sic plenè & notoriè constaret, vt ibi per eum,& bene etiam declarat Foll. *in pract.crim. in verbo, Notatos capiat de persona,n.*30. *in princ. & vers. Si autem esset iudicatus f.mihi* 39.*colum.*1 vbi facit regulam, quòd Iudex non potest facere commissionem de capiẽdo quem viuum,vel mortuum:quia si hoc faceret,esset condemnare absentem,*contra l.absentem, ff.de pœn.*& no.Io.Fab *per illum textum,in l.*2.*§.fin autem,C. de his,qui latron.* deinde regulam declarat non procedere in foriudicato, quem si Iudex sic viuum, aut mortuum capere mandat,licitè mandat.

54 LIMITA IIII. Eandem quintam ampliationem † non procedere in capiendo pro debito ciuili quem etiam resistentem se capi, & telo se defendentem birroarios minimè posse vulnerare & occidere impunè, dixit Franc. Cason.post *tract. de indic.& tormen.in quæstionibus,c.*9.*rub.de captura,& carcere, n.*13 *ver.supra dicta limita non habere locum, quando quis capitur pro debito ciuili:* videtur de mente Bal.*in auth.sed omnino, n.*14. *C.ne vxor pro marito,* prout illius mentem sic interpretatur August.ad Ang.*de malef.in ver.Quòd fama publica præcedente post n.*54.*ver. Adde tamen vnam pulchram limitationem*, vbi tamen non se firmat, sed cogitandum relinquit.

55 † Imò isto casu ad hoc vt satellites possint impunè vulnerare & occidere capiendũ resistẽtem,necesse est non solùm quòd quis capiatur pro delicto, sed etiam quòd capiatur pro delicto capitali prout post Iac. But.& Bologn.quos allegat,præsupponit Io.Mar Montic.*d.reg.crim.*12.*n.*28.*in fi.vers. Quod verum est,fol.mihi* 115.*col.*2.

56 Sed contrarium credo verius, † quòd.f.& capiendum pro delicto non capitali,ac etiam pro debito, resistẽtem, & se telo defendentem possint satellites vulnerare,ac etiam occidere,si aliter capere non possint, prout expressè scripsit Amad. *in tract.de synd.in vers.sed pone,miles socius,n.*100.vbi loquitur generaliter & in fortioribus terminis,non solum quando miles facit exequutionem contra aliquem in persona,sed etiã si faciat exequutionẽ in bonis,nec aliquid facit doctrina Baldi sup.in cõtrariũ allegata,*in auth.sed omnino,n.*14.*C.ne vxor pro marito,*quia Bald.loquitur in debitore fugiẽte, nõ autem in telo se defẽdẽte,prout sunt termini propositæ limitationis.

Vbi enim debitor aliud non facit, nisi fugere, tunc nulli dubium, quòd non potest à satellitibus vulnerari aut occidi, quia nec isto casu id est permissũ in capiendis pro causa criminali,vt suprà probaui,*n.*44.*& seq.*At si debitor resistat capturæ cum armis & tunc nulli dubium, quòd satellites possunt ipsum vulnerare,& occidere,si aliter ipsum capere non possunt, & ita expressè declarat idem Bal.*in l.si vt allegas, in fine,*& ibi Alex.*in add.in verb.impunè,litera B, C.ad l.Cornel. de sicar.* idẽ Alexand.*ad eundem Bal.in dicta authent.sed omnino,eodem n.*14.*in verbo,vulnerauit pater,in litera B C ne vxor pro marito.*& in Vrbe & statu ecclesiastico stãte Bulla Põtificia,res non habet difficultatem,quia omnis resistẽs & armis impediens executionem faciendam per ministros iustitiæ,siue realis sit,siue personalis,& siue pro debito,siue pro delicto, vigore dictæ Bullæ,efficitur reus læsæ maiestatis,vt sup.dixi, *n.*5.6.12.*& seq.* ergo multò magis tanquam læsæ maiestatis reus potest vulnerari & occidi si aliter capi non potest.

LIMITA V. Dictam quintam ampliationem, † vt licèt birroariis licitum sit impunè vulnerare, & occidere resistentes, & telo se defendentes,debent tamen in quantum possunt abstinere se ab istis vulneribus & occisionibus: & hoc, quia sæpissime inde nascuntur tumultus, & rumores in populo non facile sedabiles,prout Amadeus *de syndicat.in dicto vers. Sed pone miles,post n.*101. testatur Perusij se vidisse hac de causa populum insurgentem contra Potestatem,& eius familiam, quæ vulnerauerat quendam captum & resistentem,& Amadeum *vbi supra,*refert Grammat.*d.dec.*41.*n.*3.& Clar.*in pra. §.fin.q.*29.*post principium,*ibi, *Admonet tamen,& rectè, Amadeus, &c.* Et non sunt lapsi plures anni quòd in Vrbe ob insolentiam cuiusdam arrogantissimi bariselli,qui nefarias manus iniicere,ac etiam occidere ausus fuit nobilissimos,& illustrissimos viros, sub falso prætextu, quòd illum in quadam captura impedire voluerint,tota Roma commota est:& licèt scelestus ille vir suas luerit pœnas, quia fuit decapitatus, non per hoc tamen resurrexerunt prædicti nobilissimi viri,multique alij innocẽtes,& pauperes satellites,qui à furente populo tunc temporis occisi fuerunt: minúsque etiam fieri potuit, quin dato illo inconuenienti plura ex eo alia & grauiora inde successerint in dies infortunia & cædes. Propterea crederem posse firmari conclusionem, quòd vbi aliàs satellitibus ac iustitiæ ministris licitum est resistentes, & telo se defendentes vulnerare & occidere,non tamen id iis permissum sit, quando esset periculum quòd inde orirentur aliqua scandala seu tumultus in populo,per id quod in simili scripsit Luc. de Penna *in d.l.prohibuũ,n.*12.*in fine,*iuncto *n.*12.*C.de iure fisci, lib.*10.vbi dixit, † quòd etsi licitum sit iniustè damnato ad mortem resistere,& omnẽ vim facere, ne ducatur ad supplicium,prout pariter etiam id licitum est cuilibet tertio & extraneo hunc iniustè damnatum eximere & eripere ex manibus satellitum, vt infrà latiùs dicam in secunda principali limitatione, *n.*66. non tamen hæc licita sunt, vbi ex tali resistentia & ereptione oriretur in populo scandalum:aliàs enim esset maiora inferre vulnera,dum leuioribus mederi desideramus sicut in proposito dixit diuus Ambrosus 2.*de offic.c.*15. ergo idem & econtrà dicere debemus in satellitibus volentibus resistentem capere, minimè licitum esse ipsis resistentes & vulnerare & occidere, quando periculum esset alicuius scandali & rumoris in populo. 57

LIMITA VI. Eandem ampliationem, † quia non præsumitur resistentia, ideo probanda est per birroarios & satellites, dum ad eorum excusationem dicunt se vulnerasse vel occidisse capiendum quia telo se defendebat & resistebat vt in terminis scripsit Iodoc *in pract.crim.c.*15.*de citatione realt, id est,captura,n.*28.*in fi.vers.neque culpæ,fol.mihi* 33.& est ratio, † quia vulnerare & occidere est de se prohibitum, ideo dicens se talia commisisse,vel ad repellendũ vim,vel aliàs sine dolo.& in casu permisso debet probare suam qualitatem excusantem,aliàs condemnabitur, secundùm magis communẽ *seruatam opinionem, de qua per Felin.*in ca.cum venerabilem,n.*15.& ibi Dec.*n.*20.*de excep.* Gram.*voto* 2.*n.*1. *& seqq.* Marsil.*sing.*185.Boer.*dec.*164.*n.* 0.Boss. *in tit.de confess.n.*19. Menoc.*de arb.q.casu* 63.*n.*36.*& seq.* Villalob. *in comm.opin. litera C,n.*146.Clar.*prac.§.fi.q.*55.*vers.Posset quoque* cũ aliis per Masc.*de probat.lib.*1.*concl.*490.*n.*17. *& concl.*867.*n.*1.9. *& seq.lib.*2.& latiùs dicam Deo dante, *infra. lib.*2. *sub tit. de reo confesso & conuicto.*Et faciunt ad hanc limitationem, quæ infrà dicam in quarta principali limitatione,*n.*80.*& seqq.* 58 59 60 *

LIMITA VII.Vt † dicta quinta ampliatio procedat,prout loquitur, videlicet quando capiendus resistit,ne capiatur, & se telo defendit: at si nullam resistentiam aut defensionem facit,tunc clarum est, quòd istorum vilissimorum, & poltro- 61

norum audacia (prout tales appellat Marsil. *in l. lege Cornelia, n. 78. vers. Et hac de causa, l. ad l. Corn. de sicar.*) refrenãda est: non enim est ipsis permissum capiẽdos iniuriis & contumeliis afficere: minùs etiam permissum est, eosdem percutere, & multò minùs vulnerare & occidere, ad tradita per Foller. *in pract. crim. in verbo, Notatos capiat de persona, n. 16. fol. mihi 36. & ibidem, n. 30. vers. multò minùs, fo. 39.* vbi bene loquitur in materia, Iodoc. *in pract. crim. c. 15. de citatione reali, n. 27.* vbi ampliat etiam quòd capiendus pœnam mortis mereatur, Boër. *dec. 170. n. 6.* ideo si talia cõmiserint captum vel capiendũ malè tractando, iniuriando, percutiendo, vulnerando, aut occidendo: non solùm tenentur de iniuria, de percussione, de vulnere & homicidio, ad tex. *in l. omnes, §. præterea nullus, C. de Episc. & cler. & in l. fina. C. de malefic. & mathemat.* cum aliis allegatis per Albert. *in tract. statut. 4. par. q. 36.* & per Foller. *in locis nuper citatis*, sed etiam grauiùs puniri debent, cùm abutantur iustitiæ colore, & publica authoritate.

62 LIMITA I. Propositam huius quæstionis regulam, † in qua dixi eximentem captum ex manibus familiæ teneri pœna criminis læsæ maiestatis, vt procedat prout loquitur, videlicet quando ereptus erat, vel confessus, vel conuictus, vel condemnatus; & multò magis, si ducebatur ad supplicium, prout loquuntur Doctores allegati *sup. n. 2.* secus si exemptus non sit cõfessus, conuictus aut condemnatus: tunc enim qua pœna talis eripiens puniendus sit, Doctores vario modo loquuti sunt: nam aliqui dixerunt, quòd pecuniaria pœna plectendus est, & ita communiter* seruari testatur Raphaël Cuman. *in d. l. addictos, C. de Episcop. audien.* prout illum refert August. ad Ang. *de malefic. in verbo, Quòd fama publica præceden. post n. 56.* aliqui alij voluerunt hos eximẽtes teneri pœna legis Iuliæ de vi priuata, iuxta tex. *in §. arripiant, in Authem. Vt omnes obediant Iudicibus Prouinciarum*, & scripsit Barto. *in l. 4. ff. ad l. Iul. maiestat.* quem refert Guido Papæ *decisio. 579. nu. 2. in fine, versi. Alias autem, &c, & ibi in addit. verbo, punitur, litera B*, alij etiam dixerunt puniri capitaliter, & pœna mortis, prout apud eum seruari testatur Clar. *in pract. §. fin. quæst. 68. vers. Eximens*, &c. *in fin.*

63 Alij † demum voluerunt, quòd ex quo talis eximens tenetur pro erepto, ac si pro eo fideiussisset in omnem casum, vt suprà probaui, *n. 9.* idcirco puniendus est eadem pœna, qua erat plectendus ipse ereptus, vt declarat additionator ad Guido Papæ, *d. decis. 579. sub n. 1. in verbo, In crimine læsæ maiestatis, litera D, in fine additionis, versic. Verum si quis hoc faceret*, Felin. *in cap. si quando post numerum 2. extra de offic. deleg.* Alexand. *cons. 35. n. 4. vers. In aliis autem casibus, vol. 2. & ibidem, vers. Et interdum*, vbi respõdet ad textum *in d. §. si arripiant*, dicens scilicet, quòd loquatur in casu speciali, scilicet in eximente raptorem, Iodoc. *in pract. crim. cap. 15. rub de citatione reali, id est, captura, n. 30.* Decian. *in tract. crimi. tom. 2. lib. 7. c. 11. n. 2.* & faciunt in simili Doctores suprà allegati *in q. 30.*

64 *n. 92.* loquentes de eximente carceratum ex † carcere. Sed quicquid præfati Doctores dicant, ego credo pœnam hanc de iure communi esse arbitrariam, per ea quæ pariter in simili dixi *supra, d. quæst. 39. n. 93. & sequentib.* & in terminis post Bart. quem allegat, *l. 1, §. is videtur, in fine, n. 6. vers. Et ideo in casibus, ff. si quis ius dicen. non obtempera.* tradit Cagnol. *in d. l.*

65 *§. is videtur, n. 27. in fine, ver. in aliis casibus.* † Vigore autem Bullæ, præsertim illius quæ vltimo loco edita est per sanctissimum Dominum nostrum Sixtum V. & de qua feci mentionem *sup. n. 5.* siue ereptus sit confessus, siue non, semper illius pœna locum habet, vt ex eiusdem Bullæ lectura clarè apparet, cuius rigor procedit in quolibet impediente ministros & exequutores iustitiæ in eorum officij libera exequutione: ergo multò magis in eximente captum ex eorum manibus, licèt non sit confessus, vel condemnatus: verùm vbi Bulla seu constitutio similis non reperitur, serua ius commune, & non recedas à proposita limitatione.

65 LIMITA II. Eandem † regulam non procedere in eximente ex manibus familiæ eum, qui iniustè & indebitè captus est, & multò magis si iniustè damnatus mittitur ad supplicium: tunc enim eximens nulla pœna tenetur, quia talis ereptio licita est, *vt in cap. deinde, 26. distin. cap. fortitudo, & c. fina. 13. quæst. 3.* cum aliis in proposito adductis per Lucam de Penna *in l. prohibitum, n. duodecimo, in fine, vers. Item licet vnicuique eum eripere, & n. 13. & sequ. C. de iure fisci, lib. 10.* non enim peccat, qui defendit eum qui iniuriam patitur, *23. q. 8. in prin.* & patet *Exod. c. 2.* & qui cùm potest, non repellit iniuriam à socio, tam in ipso est iniuria, quàm in illo, qui facit, *& Prouer. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahũtur ad interitũ, liberare ne cesses. & Eccl. 4. Libera eum, qui iniuriã patitur de manu superbi.* Et qui perituro succurrere potest, & nõ succurrit, occidit; nec est grandis differentia, vtrùm lethum inferas, vel admittas, mortémque languentibus conatur infligere, qui hanc, cùm poterit, non excludit, *83. distin. in princ.* & per totam distinctionem.

Quæ iura & decisiones licèt loqui videantur in capto & oppresso à latronibus, possunt tamen etiam adaptari ad captos & oppressos à malis Iudicib. quia tale iudicũ simile est violentiæ latronum, ideo sicut latronibus resistere licet, ita etiam licebit isto casu iniquis Iudicib. Et ista est veritas, prout testatur Lucas de Penna in loco præcitato, vbi multùm bene loquitur in materia, nec dissentit Paris de Put. *in tr. de synd. in v. capi. c. 3. an si Potestas, n. 1. in fi. fol. 137. a tergo, col. 1.* vbi dixit quòd captus de facto, potest etiã de facto eximi à manu Iudicis, & familiæ, per *l. 1. §. Offilius ff. ne quis eũ, qui*, & idem affirmauit *in verbo, resistentia, c. 1. post n. 4. vers. & vide Bart. fol. 279. a tergo, col. 1.* vbi pariter dixit, quòd si quis liberat eũ qui ducebatur ligatus per familiã, qui capi nõ poterat, non teneatur, per *l. 1. ff. de his, qui latron.* Mill. *in pract. crim. perseq. fol. mihi 49. n. 17.* Fel. *in c. si quando, n. 2. v. tertiò fallit, extra de offic. delegati*, allegans gl. *in c. hi, qui, 24. q. 6.* dicentẽ iniustè condẽnatũ, omnibus modis esse eripiendũ; item & textũ, iuncta gl. *in c. non inferenda 23. q. 4.* Marsil. *in l. lege Corn. n. 80. & seq. C. ad l. Cornel. de sicar.* vbi ampliando hanc limitationem, post Albert. quẽ allegat. *in l. addictos n. 1. C. de Episc. audien.* dicit,

67 † quòd etiã Clerici, si vident aliquẽ iniustè cõdemnatum ad morte, possunt eum de facto eripere de manib. familiæ, quòd & idem etiam affirmarunt idẽ Marsil. *in pract. §. attingam, n. 41.* Carrer *in pract. crim. in primo trac. de appell. § duodecimus casus est, n. 5.* Conrad. *in pract. tit. de carceratione, n. 16. ad finem, vers. quarto amplia, fol. mihi 276. col. 2.* Pluribus etiam hanc cõprobat ampliationem Syluest. de Arcer. *inter cons. crim. diuers. cons. 71. n. 23. & seqq. lib. 2.* Pet. à Placha *in epit. delict. c. 38. n. 7. in fin. lib. 1.* Duen. *reg. 190. Decuriones & constituti in dignitate, in 8. ampliatione, & reg. 281. eximens aliquẽ de manibus familiæ, in 1. limitatione, v. Vltra quẽ limi.* Clar. *in pract. crim. §. fi. q. 29. vers. Sed quid si ille* vbi post Iaf. & Bosi. quem allegat, testatur de communi* opinione, de qua etiam testatur Bertaz. *cons. 35. n. 33. lib. 1.* & faciunt in simili Doctores suprà allegati *in q. 30. n. 113.* vbi posui de eximente indebitè carceratũ ex carcere. [Addo pro hac secunda limitatione latè comprobantem, & de communi* etiam testantẽ, Brunor. à Sole, quem post hæc scripta habui, in suis quæstionibus legalibus, *q. 30. n. 22. & seqq. vsque ad n. 31.* vbi loquitur tam in laico, quàm in clerico eximente, & ibi plures adducit concordantes, & post Brunorum, Osasc. *cons. 65. n. 17. & n. 19.*]

Contrarium scripsit Ang. *in l. prima, in fi. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, vi exim.* vbi distinguendo dixit: † Aut quis est 68 captus de mandato illius, qui nullam prorsus, vel si aliquam, in casu tamen de quo agitur, iurisdictionem non habet, & tunc licèt captus possit eximi, & eximens nullo modo punitur, iuxta textum *d. l. prohibitum, C. de iure fisci, lib. 10.* Si verò Iudex, qui capturam decreuit, non carebat iurisdictione, & tunc etiam, quòd dicta captura iniustè decreta sit, non per hoc tamen illi de facto est resistendum, sed ad appellationis remedium recurrendum, iuxta ea, quæ scripsit Innocen. *in c. si quando, extra de offi. dele.* cum aliis ibi per Ang. allegatis, & Ang. *vbi supra*, refert Alex. *in cons. 35. n. 4. ante finem, lib. 2.* Nec dissentit Cagnol. *in l. 1. §. is non videtur, n. 28. ff. si quis ius dicen. non obtemperau.* vbi quòd eximens, vel aliàs liberans reũ criminis, punitur eadẽ pœna, qua reus ipse puniendus erat per *l. 1. C. de his, qui latron. occult.* & etiã crimine stellionatus pœna extraordinaria propter turbatam iurisdictionem. Nec distinguitur, vtrùm exemptus fuerit iustè, vel iniustè captus, seu detentus, quia non licet Iudici de facto resistere, nec eius iurisdictionem turbare, vt ibi per eum & faciunt ea, quæ infrà posui in secunda regula de iis, qui Iudici iniustè exequẽti resistunt, *n. 91.* [& propterea primam opinionem non bene tutã, cũ nemo ius sibi dicere propria authoritate debeat, licèt eandem cõmunem crediderit, dixit Bru. à Sole *d. q. 30. n. 26.*]

quibus

quibus etiam addo Dec.*in tract.cri.to.2.lib.7.c.11.n.12.in fi.*

69 Prima opinio † sicut magis communis * est, ita etiam &
* verior(declarata tamen,vt infrà)tum quia, prout pariter dixi *infra.n.88. & sequentib.* Iudici iniustè & de facto exequenti, de facto etiã & impunè resisti potest,tum etiam,quia certum est,quòd iniustè ac indebitè capto,seu etiam multò magis iniustè dãnato ad mortem, licitum est birroariis ac satellitibus resistere, vt suprà probaui, *n.20.* si hoc licitum est ipsi capto se impunè eximere ex manibus familiæ, quando iniustè captus est:ergo etiam licitũ esse debet & tertio eundem sic iniustè captum eximere & eripere,per regulam, quòd vbi alicui licitum est se defendere, licitum etiam censetur tertio illũ defendere,*l.3.in prin.& l.si quis in seruitute,in fin.ff.de fur.* cum aliis in proposito allegatis per Marant. *in disput.1. n.27.*

70 AMPLIA I. Hanc secundam limitationem (& illatiuè ex ea) multò magis procedere, † quando iniustitia seu nullitas capturæ resultaret ex defectu iurisdictionis illius Iudicis, qui capiendum quem esse decreuit: tunc enim eximentem & eripientem minimè puniendũ esse apertè colligitur ex distinctione tradita per Luc.de Penna.*in l.quoties,n.6 ver.Si autem capitur alius, C.de exactor.tribut. lib.*10. & apertè etiam scripsit Ang.*in d.l.1.ff.ne quis eum,qui in ius voc.est, vi exim.* vbi loquitur non solum in Iudice, de cuius iurisdictione nullatenus constat,vt in delegato, qui literas suæ delegationis non produxit,[prout etiam post Bunorum,quem allegat,loquitur Osasc.*conf.65.n.18.in fi.& seq.*]sed etiam in habente iurisdidictionem sed limitatam,& illius terminos excedente:faciunt quæ generaliter infrà scripsi, *n.107.* & de resistente Iudici exequenti sine iurisdictione,*& suprà,q.27.n 4.& q.30. num.* 136. vbi posui capturam dici iniustam ratione iurisdictionis, & Osasc.*d.conf.65.n.21.*

71 AMPLIA II. Eandem limitationem † pariter & illatiuè, vt procedat etiam quando capitur aliqua persona,quæ vel de iure communi,vel vigore alicuius constitutionis capi nõ potest:tunc enim eximens hunc captum nullatenus punitur, vt in terminis constitutionis Caroli I. mandantis, in Regno non posse capi aliquas particulares personas, scripsit idem Luc.de Penna *in d.l.quoties,ante finem,n.7.ver. Vnde cum seruientib. iustitiariorum,C.de exact. tribut. lib.*10. & de iure communi

72 potest poni exemplum in clerico,† qui capi non possit de
* mandato Iudicis secularis,ad tex.vbi gl. & cõmuniter Doct. **extr.de iud.& in c.si verò,de sent.excommuni.& in c.si canonici,de offic.ordina. in sexto.*Bost.*in tit.de captu. n.35. & tit. de foro comp.n.*150.Idcirco si captus eripiatur ex manu eiusdem curiæ secularis, quòd eripiens nullatenus puniatur post Bald. Fel. Guid. Pap. & Chassan. quos allegant, scripserunt Pet. Duen.*reg.*281. eximens aliquem de manib.familiæ, *in 2. limitatione.*Petr.à Placha *in epit.deli.li.1.c.38.n.7.ad finem,ver. Quam & intelligentiam fore reorum,&c.*

73 AMPLIA III. Dictam secundam limitationem † multò magis procedere in eximente captum ex manibus eorum, qui non sunt publici Officiales, sed priuatæ personæ, nec illam capiendi habent potestatem, iuxta ea quæ scripsi *suprà,q.27. n.*8.is nẽpe eripiens nullatenus punitur,vt bene declarat idem Luc.de Pẽna qui magistraliter semper loquutus est *in dict. l. quoties,col.fi.n.7.ver. Aut per eos*, qui capiendi potestatem nõ habẽt,iuncto *vers.Si autem alius capiatur,C.de exact.trib.lib.* 10.Dec.*in tract.crim.to.2.lib.7.c.11.n.*14. Regula enim procedit in capto à publicis seruiẽtibus, secus in capto à priuatis.

74 LIMITA I Hanc ampliationem† non procedere,quando Iudex dedisset licentiam etiam priuatis capiendi delinquentem:hanc enim licentiam posse concedi indistinctè dubitandum non est,quando ex aliqua rationabili causa Iudex id faciat,ac etiam quando illi priuati non sunt inimici illius, qui capiendus est:sed si sint inimici, cum distinctione de qua per

75 Clarum *in pract.§.fi.quæst.28.ver.Solet etiam captura.* † Isto, inquam,casu non solùm non licet capto se eximere ex manibus istorùm priuatorum,qui capiendi licentiam à Iudice habent, prout nec etiam alteri tertio idem licebit:verùm etiam si is captus resistat,dum se eximere quærit,poterunt istæ priuatæ personæ illum vulnerare ac etiã occidere impunè, iuxta ea,quæ in satellitib. & birroariis suprà scripsi, *n. 39 & seqq.* & in terminis nostris tradit Sal.*in l.si.n.3.C.de exhib.reis*, quẽ sequuti sũt Paris de Put.*in tra.de synd.in ver.resistẽtia,c.1.post num.5.& post vers. Addo, quòd si familia Potestatis, fol.mihi 279.a tergo,col.2.* Ang.*de malefic.in verbo, Quod fama publica præceden.post n.54.vers. sed Salicetus.* Conrad.*in pract.in tit. de captura,num.5. vers. & addas Bald.& Salic.fol.mihi 267. col.2.*

LIMITA II.Eandem ampliationem†non procedere, quan- 76
do malefactores capiendi essent tales, qui à qualibet priuata persona possent capi,ac etiam impunè occidi, prout sunt latrones,transfugę,hostes publici,foriudicati, & capitaliter bãniti:ij inquam,cùm, si resistant, possint etiam à quolibet priuato occidi; ergo multò minùs poterunt per alios ex eorum manibus eripi,vt bene declarat & comprobat Lucas de Penna *in l.quoties,col.7.ver. Aut eos, qui capiendi potestatem non habent,C.de exact.trib.li.*10.vbi tamen notabiliter hanc limitationem sublimitat procedere,quando notorium esset,quòd isti capti,seu capiendi essent tales,qui possent impunè occidi, aliter secus,vt ibi per eum.

AMPLIA IIII. Supradictam secundam principalem limi- 77
tationem (& pariter illatiuè ex ea) † vt procedat etiam in casu, in quo de iure appellatio esset admittenda,& non obstante interposita appellatione infra legitima tempora, Iudex damnatum mitteret ad supplicium : tunc enim cùm per dictam interpositam appellationem sit ablata Iudicis iurisdictio, volénsque propterea exequi talem condemnationem, dicatur sine iurisdictione agere:ideo non punientur illi, qui ex manibus familiæ hunc sic damnatum & adsupplicium ductum pendente dicta appellatione eripiant, vt per Bald. *in l. addictos,n.2.C.de Epis.audien.* Ang.*de malefi.in d.verbo. Quod fama publica præcedente,n.56.* & latiùs *in verbo,præsente dicto Caio,& appellante, n.29. vers. quid autem si non obstante appellatione,*& ibi August. *in additio.* Carrer. *in pract. crim. in tract.de appellat.§.undecimus casus est.n.quinto,* Guido Pap æ *decis.579.n.3.vers. Aduertendum tamẽ* Mars.*in l.1.in prin.n. 16.in fi. ff. de q. & in l.lege Cornelia, n.79. ff.ad leg.Cornel.de sicar.*cum aliis,quos in proposito allegaui *infra,num.*108.vbi generaliter posui de resistente Iudici volenti suam sententiam exequi pendente appellatione.

SVBLIMITA Hanc secundam principalem limitationem, sicut suprà pluribus modis ampliatam,vno modo,sed notabiliter: † vt tunc demum eximens ex manibus familiæ iniustè 78
captum minimè puniatur, dummodo de iniustitia capturæ notoriè constet:aliter secus, vt per Luc.de Penna *in l.quoties, col.pen.n.6.ver.Secũdo casu,& paulò infra,in ver. Tertio casu, C.de exact.trib.lib.*10.vbi magistraliter distinguẽdo in materia dixit,aut est certum quem capi contra ius,aut est dubium: si est certum, & tunc eripiens nulla pœna punitur, *vt in l.1. cum tribus seqq.ff.ne quis eũ.qui in ius voc.est, vi exim.*Si verò est dubiũ,& tũc si captura fit de mãdato Iudicis,vel etiam sine mandato,dummodo capientes sint Officiales ad id publicè deputati:illicitum est captũ ab ipsorum manibus eripere, & eripientes puniuntur,quia non est subditorum Iudicũ,pro quibus de iure præsumitur, examinare processus. Et in dubio semper pro his, quæ agũtur ab eo qui publicam habet potestatẽ,præsumendum est,*l.seruo inuito,§.cũ Prætor, ff.ad Treb. l.si Prætor.ff.de iudi.& l.fi.ne quid in loco publico,*cum aliis ibi per eũ allegatis,à quibus nec discrepare videtur Alb. *in l.addictos,n.1.C.de Epis.audien.*vbi declarando id quod suprà affirmauimus,*n.67.* videlicet clericos posse impunè è manibus familiæ eripere eum,qui iniustè damnatus mittitur ad supplicium, dixit hoc tunc demum procedere, quando manifestè apparet de iniquitate condemnationis,aliter secus Et id quod dicere solent multi clerici,eorum scilicet officium esse iuuare positos in necessitate,*vt in l.1. C.de Epis. audien.* intelligendum est pariter, dummodo iuuent non eripiendo, sed supplicando Et ita residet ibi Albericus, prout etiã & hoc idem expressè firmauit Cagnol.*in l.1.§.is non videtur,n.28.ff. si quis ius dicent.non obtemper.*vbi facit generalem conclusionem, quòd eripiens reum criminis punitur nulla habita distinctione vtrum fuerit iustè captus, nisi notoriè de iniustitia constaret,vt per Dom.Alex.& Dec.in locis ibi per eum allegatis:quod & idem voluit Dec. *in tract.crim.tom.2.li.7.c.11. n.15.in fine.*Ergo vbi notoriè non constat de iniustitia capturæ,conclusio remanet firma.Et faciunt ad hæc ea,quæ *infra n.*118.generaliter dicam de resistente Iudici,vel eius Officialibus iniustè exequentibus.

LIMITA III. Et principaliter propositam regulam in pulchro

79 pulchro casu, † de quo per Clar. *in pract. dicta quæst. 29. vers. quæro etiam, in fine*, quando videlicet vxor ex manibus satellitum eripit maritum etiam capitaliter damnatum, fuit enim, inquit Clarus, eo loci diu disputandum in Senatu, an talis vxor esset punienda? Et tandem non fuit diffinitiuè absoluta, aut condemnata, sed tantummodo ordinatum, eam non esse molestandam, donec aliud in contrarium per eundem Senatum non fuerit dispositum. Sed ad hæc vide, quæ dixi in simili de vxore eximente ex carcere maritum carceratum *supra, q.30. num.118.* & ex ibi traditis videtur hanc mulierem propter intensum amorem, quo prosequitur virum suum, & propter obedientiam quam eidem viro præstare tenetur, fore excusandam à pœna ordinaria: sed ab extraordinaria & in totum vix credo in practica obtineri posse.

80 LIMITA IIII. Eandem regulam, † vt tunc demum eximens captum ex manibus familiæ puniatur, dummodo probetur ereptio plenè & concludenter alio modo quàm ex dicto satellitum; nuncio enim ac birroario asserenti sibi fuisse exemptum ac erepum reum captum, seu aliàs fuisse in exequutione impeditum, minimè creditur, ex traditis per Alciat. *in tract. de præsump. regul. 3. præsumpt. 14. n. 7.* vbi bene respõdet contrariis Et ampliat hanc limitationem, etiam quòd sic asserentes nuncij aut birroarij essent plures: Mill. *in prac. cri. persequen. fol. mihi 50. n. 31. & 32.* Bosi. *in tit. de denunciat. n. 12.* vbi & iure & ratione hanc comprobat limitationem, dicitque, quòd apud ipsum hæc conclusio nullam habet difficultatem, licèt quotidie multi pauperes ex solis dictis satellitum indebitè vexentur, nec dissentit Menoc. *de arb. q. lib. 1. casu 115. n. 15.* vbi referendo Alciat *vbi supra*, loquitur etiam quando nuntij seu birroarij sic referentes sunt plures, Pau. Granut. *theorem. 19. n. 6.* & nouissimè Mascard. *de prob. lib. 2. concl. 115. n. 8.* & post Masc. addo Hectorem Æmil. *in tract. de test. in verbo, Testis birroarius, n. 30. f. 336. luera B. par. 1.* & * est communis. * & dixi *in tract. de test. q. 56. n. 376.*

81 AMPLIA Hanc quartam limitationem, † vt & idem iuris sit in nuncio seu birroario asserẽte se verberatum, vel aliqua alia verbali seu reali iniuria affectum ab eo, qui verbaliter citari vel realiter, & sic capi debebat: nec enim isto casu, immò multò minùs eidem credendũ est vt per Frãc. *in cap. cum parati, n. 35. in fi. extra de appellat.* Card. *in clem. si ante, de dolo & contu.* Io. And. *in addit. ad Spe. tit. de contumacia, in additione magnã, in ve si. Circa secundum*, Guid. Papæ *dec. 557. Aliquis verberat procuratorẽ, ver. Sed iuxta hoc quæro*, Imo. *in l. si finitia, §. plures, in secunda colu. ff. de dãno infec.* quos omnes refert & sequitur Alciat. vbi suprà allegatus, *d. reg. 3. præsum. 14.* vbi respondet Floriano contrarium affirmanti, & eius rationibus, Ias. *in l. age cum Geminiano, col. penult. C. de transact. & in l. properandum, §. si quidem, in 6. not. C. de iud.* Marsi. *sing. 560. ad finem, vers. Ducit postea.* Mill. *in pra. crim. persequen. f. mihi 50. n. 31.* Menoch. *de arbit. quæst. lib. 2. d. casu 312. n. 11.* Fran. de March. *dec. Delphina. 51. n. 2. & seqq. part. 1.* Tiraq. *de retrac. consanguin. §. 8. gl 9. n. 14.* Paul. Granut. *theorema. 19. sub n. 6.* Ceph. *cons. 241. n. 69. & sequentib. vol. 2.* Petr. Roiizi. *dec. Lituan. 2. n. 72.* Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 188. n. 6. & concl. 1115. n. 5. lib. 2.* licèt aliqui ibidem relati, *n. 6.* contrarium dixerint. Hæc enim ampliatio, vt vides, magis communiter * recipitur, [& eam etiam sequitur nouissimè Hector Æmil. *de test. verbo, Testis birroarius, num. 29. fol. 336.*] & dixi *in tra. de testib. q. 56. n. 377.*

82 SVBLIMITA I. Hanc quartam limitationem † sicut suprà ampliatam, vt licèt plenè non credatur nuntio, seu birroario sic asserenti de resistentia sibi facta, vel iniuria illata: creditur tamen quoad qualem præsumptionem, quæ isto casu aperiet Iudici viam ad inquirendum, hoc est assumendum informationes super eo quod deponit ipse nuncius, vel birroarius, vt bene declarat Bosi. *d. tit. de denunciat. sub n. 12. vers. Si igitur essem Iudex*, vbi dicit, quòd si ipse esset Iudex, tali casu solum reciperet dicta horum nunciorum & birroariorum ad instructionem, vt ex ea deueniri possit in cognitionem veritatis, cùm sic ad instructionem, & vt inde possint alij examinari ad habendum veritatem, recipiantur ac examinentur etiam inimici & omnes alij inhabiles, vt ibi per eum, *d. n. 12. & n. 13.* vbi testatur, quòd à certo tẽpore citra Senatus Mediolani statuit, quòd duo aut plures nuncij vel birroarij non nisi, vt suprà, ad inquirendum sufficiant, vel ad capturam. Addo & Iodoc. *in pract. crim. cap. 15. tit. de citat. reali, id est, captura, n. 31.* vbi quòd exequutori referenti de iniuriis, violentiis, aliisque excessibus in exequutione suæ commissionis perpetratis, nulla alia maior per Iudicem dabitur fides, quàm quoad talium iniuriarum veritatem inquirendam, & idem etiam affirmarunt Asin. *in practi. §. 9. cap. tertio, n. quinto, in fine, vers. Et id ne maleficium.* Paul. Granut. *dict. theorema. 19. num. sexto*, & Cephal. *cons. 241. n. 71. lib. 2.* Ex quibus potest dici sic communiter * à Doctoribus receptam fuisse: dixi etiam *in tract. de * testib. q. 56. n. 395.*

83 SVBLIMITA II. Eandem quartam limitationem † non procedere, quando cum dicto nuncij, vel birroarij sic vt suprà referentis concurreret aliqua alia coniectura: nam tunc crederem tale dictum non solùm facere iudicium ad inquirendum, vt in præcedenti limitatione dixi, sed etiam ad torturã, vt colligitur ex traditis in proposito per eundem Alciat. *de præsumpt. d. reg. 3. præsumpt. 14. n. 6. in fine, vers. Puto primam opinionem.* Sequitur Mascard. *de probat. d. concl. 189. n. 6. lib. 1.* vbi loquitur, quando concurreret dictum alterius testis fide digni, *& concl. 1115. n. 7. lib. 2.* nec dissentit Menoch. *d. casu 112. n. 14.* vbi referendo Alciat. in loco suprà citato censet in hoc non parum versari Iudicis arbitrium, inspecta nuncij & citati persona existimabit, an verisimile sit, nẽne, nuntium ab illo citato verberatum fuisse, aut non. [sequitur Hector Æmil. *vbi suprà, de testibus, dicto verbo, testis birroarius, n. 80. n fin. fol 336.*]

84 LIMITA V. Et principaliter propositam regulam † non procedere, in eo qui non eximit captum ex manibus familiæ, sed tantummodo conatus est vi eximere, licèt enim de iure cõmuni affectus puniatur eadem pœna etiam nõ sequuto effectu, *ad l. si quis nõ dicam rapere, C. de Episc. & cler. & in cap. furtũ, 14. q. 6. & in l. 1. §. Diuus, ff. ad l. Cornel. de sicar.* quia tamen hæc iuris conclusio non procedit de generali & communi * consuetudine, vt suo loco Deo dante dic am: idcirco * non sequuta effectuali ereptione, non videtur esse locus pœnæ ordinariæ impositæ contra eripientes captos de manibus satellitum, de qua in regula *supra n. 2.* sed mitior imponenda est pœna, prout in terminis scripsit Mill. *in pract. crim. persequen. fol. mihi 50. n. 34. & seqq.* [& post hæc scripta reperio idem consuluisse Marc. Ant. Eugen. *cons. 31. n. 40. & seq.*]

85 Sed † certè, quicquid sit de iure, in Vrbe & statu ecclesiastico hoc minimè obtineretur, nisi cum difficultate vigore præallegatæ Bullæ sanctiss. D. N. Sixti V. punientis non solùm eos, qui effectu eximunt captũ ex manib. exequutorum, sed etiam eos, qui illos insequuti fuerint. Item eos, qui minis aut aliàs eosdem exequutores perterrefecerint. Quæ verba sunt adeò generalia, vt comprehendant omnes se opponentes curiæ, etiam quòd re ipsa captum non eripiant.

Et hæc sufficiant dicta in primo huius Quæstionis capite.

REGVLA secunda sit in secundo huius Quæstionis capite, † quòd Iudici vel eius Officialib. aut exequutorib. re- 86
sistere minimè licet, *c. qui resistit, 2. q. 3. l. addictos, C. de Episc. aud.* facit tex. *in c. noli, in fi. 23. q. 1. & c. patet. 9. q. 3. gl. in c. præsentiũ. 7. q. 1. & in l. vt vim, ff. de iustit. & iu.* cum aliis concordãtibus adductis per Soc. *reg. 442.* & per Diaz *reg. 381. in pri.* & per Duen. *regul. 193. in 4. limitatione*, & per Pet. à Placha *in epit. delict. c. 28. post n. 9.* & ante istos per Parid. de Put. *in trac. de synd. in ver. resistẽtia, c. 1. n. 5. f. mihi 267. à tergo. col. 2. in prin.* vbi quòd quãdo Iudex officium suum exercet, nõ potest sibi resisti, *per l. milites agrũ, §. irruens, ff. de re milit.* semperque præsumitur quòd ratione officij faciat, quando facit ea, quæ sine iurisdictone exerceri non possunt, *l. Prætor, §. si publicanus. ff. de vi bon. rapt.* cum aliis ibi per Paridem allegatis. Et idem tradit Mill. *in praxi crim. persequen. fol. mihi 50. n. 27.* Fel. *in c. si quando, n. 2. extra de off. deleg.*

87 Resistens † autem Iudici, vel eius Officialibus & exequutoribus de iure communi extra ordinem Iudicis arbitrio puniendus est propter turbatam iurisdictionem, vt pluribus cõprobaui *supra, n. 7. 24. & seqq. 27. & seqq.* vigore autẽ Bullæ, de qua suprà sæpius mentionem feci, & sic in Vrbe & statu ecclesiastico punitur tanquã reus criminis læsæ maiestatis in pœnã vltimi supplicij & confiscationis omnium bonorum.

88 LIMITA I. Et principaliter hanc secundam regulam, † vt nõ procedat, quãdo Iudex ipse, vel eius Officiales & exequutores iniustè agunt vel exequuntur: nã tunc licitè, & impunè illis

illis resisti posse,per textũ *in l.prohibitum,de iure fisci.lib.*10.& *in l.deuotum, C.de metat.& epedimet.lib.*12. scripserunt Dyn. *in cap. Quod quis, n.*5.*de reg.iur.in* 6. Bart.*in d.l.prohibitum, n.*2.& ibid.Luc. de Penna *n.*9.vbi quòd priuatus non solùm impunè potest resistere Officiali,cum aliquid facit contra iura,immò quòd punitur,si nõ resistit, *per l.omnes, C. de decur. eodem li.*10.Paris de Put.*in tract.de synd. in verbo, resistentia, c.*1.*n.*1.& 2.Amad.*in simili trac.de synd.in ver.sed pone,miles. n.*101.*fol.mihi* 52. *col.* 2. *in fine*, vbi testatur ita pluries fuisse iudicatum,Mille.*in praxi cri.persequen. fol.mihi* 49. *n.*22.& 23.vbi iura & rationem adducit,Deci.*in l.non videntur data, §.qui iussu,n.*4.*ff.de reg.iu.*Cagnol.*ibidem,n.*5.Petr.Duen.*re.* 190.*decuriones & constituti in dignitate,in* 8.*ampliatione*,Pet. à Placha *in epit.delict.c.*38.*n.*7.*in fine*, vbi alios adducit concordantes,& iterum *in c.*28.*n.*9.vbi testatur hanc sententiam * frequentiori * Doctorum calculo receptam esse,& alios plures allegat.Faciunt,que pulchrè scripsit Mar.*in sua disputatio.* 1.*n.*16. & 17. & *n.*22 & *seq.* vbi hanc limitationem com-
89 probando argumentatur sic. † Quilibet Iudex dicitur minister Dei in terris *c.non solùm,& cap.qui malos,* 24.*quæst.*5.eiusque iudicium censetur prodire de vultu Dei,*c.vt nostrum, in prin.de appellat.c.*1.*in prin.extra vt Ecci.benef.*de vultu autem Dei non potest egredi, nisi iustitia & veritas. cùm Deus ipse dicat, *Ego sum via,veritas,& vita*,vt habetur *Io.c.*14 ergo quamdiu Iudex sequitur veritatem & iustitiam , non Dei,
90 sed Diaboli minister efficitur, † nec tunc dicitur Iudex *c. iustũ*, 23.*q.*2. gl.*in c.cum æterni,in ver.Iudex,de re iud.in sexto*, & dicit Cassiodorus *lib.*3. *epistola* 28. tamdiu Iudex dicitur, quamdiu iustus putatur,immò Iudex,qui non facit iustitiam, non solùm non dicitur Iudex , verùm etiam nec homo , sed cõnumeratur inter animalia bruta,teste Aristotele *primo Politic.* vbi ait, sicut optimum animalium est homo lege fruẽs: ita pessimum animaliũ est homo à lege & iustitia separatus.

Vnde ad rem redeundo,si Iudex dum non facit iustitiam, ampliùs Iudex non est,sed priuatus,sicut cuilibet permittitur resistere aduersus violentiam sibi factam per priuatum, *l.vt vim.ff.de iust.& iur.l.*1.*C.vnde vi*,ita pariter & resistere licebit aduersus Iudicem , vel eius Officiales iniustè agentes & exequentes , cùm sic agendo & exequendo habeantur pro priuatis personis,vt dixi, & demum hanc eandem limitationem pluribus comprobat & latè prosequitur nouissimè Seraph.*in tract.de priuileg.priuil.*132.*n.*37.*& seqq.*[& post hęc impressa addo in simili exornantem Osascum,*cons.*64.*n.*15. vbi & alios adducit concordantes.]

91 Contrarium,†quòd immò resistere non liceat Iudici, vel eius officialibus ac exequutoribus etiam iniustè exequentibus suaderi videtur ex iis, quæ in proposito adducit idẽ Luc. de Penna *in l.quoties, col.*1.*n.*5. *vers.subditi enim, C.de exact. trib.li.*10.vbi quòd subditi nedum impedire nequeunt,quòd lata per iudicantem sententia exequutioni mandetur, sed etiã iniustas sententias exequi de iure tenentur,*ca.pastoralis.§.penult. ext..de offic.deleg.* nec subditorũ est inquirere an lata per Iudices competentes sententia iusta sit, nécne. Si enim causam,cur sic lata sententia sit,nesciant,interrogare nõ debent, cùm satis plena ratio sit quòd superior iubet,vt per Innoc. in locis ibi citatis per Lucam de Penna. *dict. n.*5. & 6. *ad finem, vers.Neque etiam*,&c.pariter, quòd subditorum non est iudicium,pro quibus de iure præsumitur examinare processus, & facit *Eccle.*8. *Non iudices contra Iudicem, quoniam quod iustũ est iudicat*.Itẽ faciunt relata per Felin.*in cap.si quando,n.*1. *vers.Secundò nota,extra de offic.deleg.*per quem textum notãdum duxit,quòd delegato etiam iniustè procedenti non resistitur de facto,& est gl.*in l.vt vim.in prma gl. ff. de iustit. & iure* quæ dixit,quòd vim vi repellere licet,scilicet contra priuatum,non autem contra Iudicem cui subditi sumus. Et hãc contrariam opinionem sequuti sunt plures Doctores relati per Placham(quos tamẽ ipse non sequitur)*in epitom.delict.c.* 29.*n.*9.*ver.tametsi non desint Doctores*,sed bene etiam sequitur Clar.*in pract.§.fin.q.*29.*vers. Sed hic incidenter quæro.* vbi quòd proposita regula permittens posse Iudici iniustè procedenti de facto resisti,sic absolutè intellecta,est valde periculosa,ideo ipse distinguit , quòd si Iudex , & sic sub velamine iustitiæ,vt dicit Felin.*in dict.cap.si quando,post n.*1.*ff.de offic. delegat.*& tunc nullo modo debet ei resisti, nisi vellet inferre aliquid in præiudicium irreparabile:secus si Iudex procederet eo modo,quo solent procedere priuati, quia tunc licet ei impunè resistere,iuxta gl.*in l.non videtur,§.qui iussu,ff.de reg. iur.*quam dixit communiter * approbatam Bolench.*in repet. l.capitalium, §.famosos, post n.*143.*ff. de pœnis* , & ita omnes Doctores in hoc cõcordare testatur Claud.*in lect.d.l.vt vim, n.*27.*&* 28.*& in repet.eiusdem legis.n.*48.*ff.de iusti. & iure.*

Tenendo † primam opinionem , quæ magis communiter 92
* à Doctoribus recipitur , & in iure etiam sustentabilis est, * declarata tamen,prout infrà.

AMPLIA illam † multò magis procedere,quando agere- 93
tur de damno irreparabili:tũc enim Iudici iniustè exequenti ac eius Officialibus & exequutorib.posse de facto resisti,admittunt omnes*,etiam ex iis,qui,vt suprà relati,*num.*9. con- *
trarium defendunt, & aperrè scripserũt Paris de Put. *in trac. de synd.in ver.resistentia, c.*1.*an si Iudex. post num.secundum, vers. Et item si fit exequutio irretractabilis, fol.mihi* 279.*col.*1. *in princ.& ibidem,n.*3.*ad finem, ver. Et dixit Bal. &c. col.*2. *pariter,in fine*,Aug.ad Ang.*de malef.in verbo, Quod fama publica præceden.post n.*56.*vers. Et vera est ista conclusio*, Fel. *in cap.si quando,col.*2.*n.*2. *vers.tertio fallit , extra de offic. deleg.* vbi quòd hæc cõclusio procedit indistinctè:& testatur,quòd ita tenent omnes* *in d.c.si quando*,& iurib.& Doctorum au- *
thoritatibus illam comprobat, prout & idem etiam plur; bus ibidem comprobauit Dec. *n.*5.*& seqq.* vbi ponit exempl um, quando iudex mandaret aliquem suspendi,vel torqueri,iuxta ea quæ scripsi *n.*66. † Et hoc ampliat duobus modis ; Primò, 94
etiam quòd dubium sit,an præiudicium sit irreparabile, néene:nam in dubio ad hoc vt resistentia sit licita, debemus iudicare damnum irretractabile.† Secundò,etiam quòd non 95
fuerit appellatum, nam data irretractabilitate præiudicij non est necessaria appellatio,vt ibi per eum:licèt Bal.*in d.l.vt vim, in* 7.*q.ff.de iustit.& iu.*contrarium dixerit;& eum Dec.contra Bal.sensit etiam Maran.*in sua* 1.*disput.n.*35.*ver.*2.*Casu principali*;vbi testatur hanc primam ampliationem non solùm esse communiter*receptam, sed etiam ab ea neminem discrepa- *
re.† Addo & Socin.*in regula* 442.*in* 2.*fallent.*vbi ampliat a- 96
lio modo,videlicet etiam quòd dubium sit,an Iudex iustè agat,néene,quod erit ad declarationem eorum,quæ infra dicentur,*n.*118. Mille.*in prac. fol.*49.*n.*20.Marsi.*in Lege Cornelia,n.*82.*ff.ad.l. Corne.de sicar.* nec ab hac ampliatione dissentit Clarus suprà,in contrarium allegatus *in d.q.*26. *eodem vers.Sed hoc incidenter quæro.*

LIMITA II.Eandem secundam regulam (& hæc limita- 97
tio prout etiam cæteræ omnes infrascripræ , illatiuè venit ex præcedenti prima limitatione principali) non habere locum, quãdo Iudex procederet iuris ordine non seruato:tunc enim dicitur iniustè agere & exequi,vt per Ioan. Andr. & Gemin. *in capit.delicto,de sent.excommun.in* 6. Angel.*in l.*1.*ff. ne quis enim.qui*,quos refert & sequitur Maran.*in l.*1.*in princ.n.*18.*ff. de quæst.& in l.lege Cornelia,num.*86 *ff.ad l. Corn.de sicar.* & Marsi.*vbi supra*,pariter & refert,& sequitur Conrad. *in prac. tn.de carceratione.n.*16.*in fi.f.mihi* 276.*col.*2.faciunt,quæ suprà de iniusta carceratione dixi *in q.*30.*n.*134.*&* n.136.*&* q. 27.*n.*111.†Et propterea illi non solùm isto casu posse resisti, 98
sed eundem & Iudicem teneri ad reuocandum de facto ea, quæ sic de facto & iuris ordine non seruato fecit.Et gl.*in l.si minor,ff.de euict.*cum pluribus aliis concordantibus relatis per eundem Marsi.*vbi supra.in d.l.*1.*in princip.eodem n.*18.*ff.de q.*
†Et est ratio, quia dum Iudex procedit iuris ordine non ser- 99
uato,dicitur tollere ius tertij gl .*in c.statutum, de hæret.in* 6. tollere autem ius tertij est solius supremi Principis,non autem Iudicis,vt notatur *in c.constitutus,de relig.domi.*Gram.*cons.ciuili* 84.Aym.*cons.*302.*in princ.*& facit pro hac limitatione alia conclusio, quòd scilicet Iudicis procedentis ordine iuris non seruato,iussus & authoritas non excusat obedientem illi,de qua dixi *in titul.de pœn. temperan. q.*97.*numero* 116. *& sequentibus.*

LIMITA III.Eandem secundam regulam†non procede- 100
re in Iudice volente exequi sententiam nullam:nam tũc,cùm iniustè agere dicatur,idcirco posse ei de facto resisti dixerunt Paris de Put.*in tract.de synd.in verbo,resistentia,c.*2. *Excedũt plerumque exequutores, n.*3.*fol. mihi* 280. *à tergo,col.*1. *in fin.* Bernard.de Landriano *in addit.ad Ang.de malef.in ver. Quod fama publica præceden.post n.*56.*litera B,in fi.*Maran.*in* 1. *sua disputatione,n.*36. vbi quòd quãdo Iudex vel exequi sentẽtiã

ipso

ipso iure nullam.vel notoriè iniustam,quo casu pro nulla habetur, potest de facto resisti Officialibus exequi volentibus dictam sententiam nullam;ibique plures adducit cõcordantes:& ampliat procedere, etiam quòd potuisset alia via reparari,scilicet per appellationem dummodo sententia sit vel ipso iure nulla, vel aliàs notoriè iniqua, vt præfertur, de quo etiam dicam *infra,n.*119. Addo pro hac eadem limitatione Barba post alios *in c.ex literis*, per illum text.iuncta gloss. *n.*14.*extra de offic.deleg.*quem textũ etiam ad hoc refert Franc. de March.*decis.*72.*n.*9.*vol.*1 *&* *decis.*260.*n.*4.*eo.vol.*1. Asin. *in pract.iudic.*§.31.*cap.*2. *in prima limitatione principali*, *n.*4. *ver.Rursus etiam*,quem in proposito referendo sequitur Rober Lancellot.*in tract.de attem.c.*17.*n.*51.*fol.mihi* 365.*col.*1.

101 LIMITA IIII.Quia etiam Officialibus & exequutoribus excedentibus modum suæ exequutionis potest de facto resisti,vt singulariter dixit Corset.*in suo singulari*1.*verbo Officialis* 2.*incipiente,Officiali excedenti modũ*,&c.allegans tex.*in l.cõtra nostra,C.de executor.& exact.lib.*12.vbi Bar.dicit illã legẽ esse notandam contra baiulos & nuntios, qui sunt destinati ad pignorãdum aliquem, quia licitè poterit eis resisti si accipiant pignora vltra modum debitũ, & etiam debent puniri, quod & idem affirmauit Paris de Put.*in tract.de syndi.in ver. resistentia,cap.*1. *An si Iudex,n.*8.*vers. Facientibus exactionem vltra modum,fo.mihi* 280.*col.*1.*& ibid.c.*2.*excedũt plerumque exequutores,n.*2.*ad mediũ.vers. Nam exequutores cõtra leges, & n.*4,*vers.Sic etiam Officiali Potestatis.* Sequitur Maran. *in d.sua* 1.*disputat.n.*28.Marsi.*in l.fin.n.*46.*ff. de iurisd.om.Iud.* cum aliis relatis per Mascard. *de probat.lib.*1.*concl.*189. *n.*26.

102 SVBLIMITANDO Hanc † quartam limitationem vide, quæso, in proposito magistralem distinctionem, quam facit more suo Luc. de Pen. *in sua prælegata l.contra nostra, n.*2. *C.de exeq.& exact.li.*2. quam etiam referre videtur, sed non perfectè,idem Paris de Put.*in verbo,existentia,c.*2.*post.n.*2.*ad finem*,ex quorum dictis colligitur, tres casus figurandos esse in materia propositæ limitationis. Primus erit, quando certum est Officialem non excedere modum in suo officio : se-
103 cundus,quando dubium est, an excedat, vel non : tertius, † quando certum est quòd excedit : Primo casu res non habet difficultatem, quòd Officiali non excedenti in suo officio non solùm resisti non potest, sed etiam resistens puniendus est,*vt in l.non potest videri,ff.de reg.iur.& l.contumacia*,§. *fi. ff.de reg.iud.*cum aliis suprà allegatis *in* 2.*regula*,*n.*86.

Secundo autem casu quando est dubium, & tunc distinguẽda est qualitas,Officialis,si est in dignitate, vel in magna administratione positus,& tunc non debet resisti, sed in dubio est ei parendũ,& non parens,punietur,*l si quis ex aliena, ff.de iud.l.*1.*ff.si quis ius dicen.non obtemp.l.*2.*ff. si quis in ius voc.non ierit.*& est ratio,quia pro talibus semper est prẽsumptio,quod bene faciãt,nec excedãt,*l.*1.*ff.de offic.præfecti præt.*
104 *& l.*1.*ff.de off.ciuil.iudic.* † Si autẽ Officialis sit in vili officio, & non in dignitate, & tunc quia cessat pro eo talis præsumptio,imò præsumptio est contra eũ, quòd excedat in officio: necessariò sequitur,quòd in dubio ipsi resisti potest,nisi superioris mandatũ ostendat,*d.l.prohibitum,C.de iure fisci,li.*10.*& l.defensionis,in fi.& in Auth.Vt lic.matri & auiæ*,§.*is quoque, & in l.nulli,C.quorũ appel.*In tertio verò casu, quando certũ est quòdOfficialis excedit,alia etiam faciẽda est distinctio,nã si excedit,non deueniendo ad factum,& tunc resisti non debet,quia resistentia,quæ consistit in facto,non est necessaria, *l.*3.*C.de desert.lib.*12.Sufficiet solùm nõ obtẽperare,*vt in l.*1. §.1.*ff.de fer.*Si verò non excedit deueniendo ad factum, & tũc aut excedit officium,aut in officio excedit officium, quia putà habens certum officium intromittit se de alio ad eum non pertinente,& tunc licitum est de facto ei resistere, *vt in d.l.contra nostra,C.de exeq.& exact.li.*12,*& in d.l.prohibitũ, C.de iure fisci,li.*10.*& in l.deuotũ,C.de metat.& epid.li.*12.faciũt quæ infrà dicã de Iudice agente sine iurisdictione,*n.*10. & est ratio,quia in eo quòd Officialis exercet extra officium, dicitur priuatus.*l.fin.ff.de iurisd.om. Iudicum,l.*3.*de off. Præsid.* priuato autẽ vim inferenti resisti potest,*l. vt vim,ff.de iust.& iure*,& non solùm potest resisti,verùm etiã Officialis sic excedẽs puniri potest & corporaliter, prout ex textu *in d.l.contra nostra*, ponderando verbum, *correptum* ibi positum, scripsit idem Luc. de Penna *n.*1. Si verò non excedit officium, sed in officio, & tunc resisti non potest, vt in iurib. allegatis *suprà in* 1.*casu huius distinctionis*,*n.*103.† licèt benè illi obe- 105
diendum non sit,cùm mandet ea quæ sunt contra iustitiam, *c.siquis præposterа,in* 50.*dist.c.non.n.*11.*q.*3.& hãc distinctionem licèt non sic per separatos casus distributam reperies, vt suprà apud Luc.de Penna *in d.l.contra nostra*, *C.de exeq. & exact.li.*12.† vbi etiam,*n.*1.*in verbo,legitimè & in fi.legis* dat 106
regulam,quòd in omni casu,in quo suprà in hac distinctione dictum est,posse resisti Officiali excedenti,intelligendum est de resistentia legitima,non autem effrenata,per text.*in ca. ad hæc*,16.*q.*1,quòd etiam idem scripsit Paris de Put.*de syn.d. verbo,resistentia,c.*2.*n.*3.

LIMITA V.† Eandem secundam regulam non procede- 107
re,quando Iudex sine iurisdictione ageret aliquid extra officiũ sibi commissum:nam tunc cùm nulliter agere dicatur,idcirco ei impunè resisti posse scripserunt Innocen.*in ca.si quãdo,num.*2.*extra de offic.delegat.*vbi dixit,quòd Iudicibus malè procedentibus,scilicet circa ea,quæ non sunt sibi commissa, non solùm resistere possumus,verùm etiam competit contra eos interdictum vnde vi,argument.tex.*in l.prohibitum, C.de iure fisci,libro decimo*, Fel.*in d. c.si quando,col.*2.*vers.*2.*fallit*, in discursu, vbi pluribus comprobat hanc limitationem, & inter alia iura adducit tex.*in c.*2.*in fi. de constitu.in* 6. vbi habetur,quòd extra territoriũ ius dicentis cum eo casu sine iurisdictione agatur, potest quis Iudici non parere,& sic resistere,& vbi datur alicui aliqua prærogatiua ratione certi officij,nihil dicta prærogatiua operatur, quando aliquid extra illud officium gerit,vt per Bart.*in extrauag.qui sint rebelles,super verbo,rebellando,in princip.*vbi quòd non est rebellis ille, qui resistit Officiali aliquid facienti extra officium, sed bene esset rebellis,si resisteret facienti in officio. Addo pro hac eadẽ limita.Parid.de Put.*in tract.de synd.in verbo,resistentia*, *c.*1.*An si Iudex,n.*3.*ad mediũ,ver.Et adde,&c.f.mihi* 379.*col.*1.*& ibidẽ,vers.Et dixit Innocent,&c.& c.*2. *Excedunt plerũque exequutores,n.*3.*ad fi.vers.Quod est verum, fol.mihi* 180.*à tergo,col.*1.*in medio*,vbi loquitur in eo,qui habet certum officium, & intromittit se in alio officio ad se non pertinente:nã tunc non solùm impunè ei resisti potest, sed etiam ille Officialis puniendus est, *vt in l.contra nostra*, vbi præcipuè Luc. de Penna, *n.*2.*ver.si excedit officium,C.de exact. & exequut. li.*12.*& dixi sup. n.*104. Addo & Maran.*disput.*1.*n.*35.vbi quòd Iudici resisti potest, non solùm quando extraiudicialiter procedit,sed etiam quando iudicialiter,si negotio sibi nõ commisso aliquid exequatur : quia tunc cùm respectu illius negotij non commissi iurisdictionem non habeat, potest ei impunè resisti,vt per Abb,*d.c.si quando,in* 2.*notabili*, Bart.& Innocent.in locis suprà citatis.

LIMITA VI. & illatiuè ex præcedenti limitat. quòd cùm 108
per appellationem dicatur ablata iurisdictio Iudici, qui sententiam tulit,idcirco si ea interposita & pendente(in casu tamẽ in quo de iure appellatio recipi debet)Iudex de facto vellet suam sententiam exequi, tunc pariter & de facto posset ei resisti,tanquam sine iurisdictione & iniquè agenti, vt per Innoc.*in c.si quando,n.*2.*ver.Et ex quo per appellationem, extra de offi.deleg.*Paris de Put.*in tra.de synd.in verbo,resistẽtia, c.*1.*si Iudex.n.*2.*ver. Et idẽ si exequatur appellatione pendẽte, f.mihi* 270.*col.*1.*& ibid.n.*3.*in prin.ver.Et vide Bal.col.*2.*ver. Itẽ si procedat.*Faciunt quæ suprà dixi in eximente ex manib. satellitũ condemnatum & ductum ad supplicium pendente appellatione,*n.*77.Dec.*in d.c.si quando,n.*13.*& seqq.* vbi huius limitationis eam reddit rationem, quia post appellationẽ Iudex remanet,vt priuatus, ideo ei impunè resisti potest, ex Oldrado, Ancharano. Castr. & aliis ibi per eum allegatis. † 109
Et hoc ampliat duobus modis. Primò, etiam quòd non sit certum appellationem tenere, cùm in dubio pro appellatione præsumatur,vt admittenda sit *gl. in c.vt debitus*, *extra de appellat.*quicquid in contrarium Abb.ibidem senserit.† Secũ- 110
dò etiam quòd non appareat notoriè, quòd grauamen illatũ per sententiam sit iniustum : quod faciet ad declarationem eorum quæ infrà dicentur,*n.*118.Addo pro hac eadem limitatione,Maran.*in sua* 1. *disputat.n.*38. Roland. *cons.*77.*n.*6. *lib.*2.Guido Papæ *in tract.de appellat.q.*120.*col.*7.*vers. Quid autẽ non obstare*,Cæpol.*cau.*6.*incip.Potest adhiberi*, Catelliã. Cotta.*in suis memorab.in ver.appell. interposita*,Vira.*in tract. clausu.in clausula, Nil nouari appellatione pendente, sub n.*18. *vers.Et adde quod*,cum aliis allegatis per Robert.Lancell. *in tract.de*

*tract.de attẽtat.c.12.in20.ampliatione,n.1.& seqq.& in prima limitatione,n.100.c.18.*quibus adde etiam quę dixi *infra,in 2. part.it.de var.quæst.101. n.6.*

111 AMPLIA Hanc sextam limitationem,† vt non solùm impunè resisti possit Iudici volenti exequi suam sententiam post interpositam appellationem, verùm etiam Iudex is exequi volens puniri debet: nam quando causa est ciuilis, & Iudex non obstante appellatione interposita suam exequitur sententiam,& sic non detulit appellationi in casu, in quo deferre debebat, puniendus est de iure ciuili in 30.pondo auri, *l.*

112 *quoniam Iudices*,& ibi Doct. *C. de appellat.* † de iure verò canonico arbitraria pœna puniendus est,*ca.de priore*, & ibi pariter Doct. *extra de appellatio.* Si verò causa est criminalis, de iure ciuili tenetur de vi publica,*l.lege Iul.la prima,ff.ad l.Iul. de vi publica*,quæ quidẽ pœna est aquæ & ignis interdictio, *l.qui dolo*,§.1.*ff.ad l. Iul. de vi publica.* cuius loco hodie successit deportatio,vt ibidẽ declarat gl.*in verbo,aqua & igni.*De iure autẽ canonico Iudex isto casu pœnam deportationis patitur,*c.decreto*,& ibi Archidiac.*2.quæst.6.* & ita reperio communiter* concluſum per Doctor.prout respectiue videre poteris in primis apud Doctores tam Iuristas, quam Canonistas in iuribus suprà allegatis, & vltra eos apud Guido. Papæ *in tract.de appellat.quæst.2. & quæst.20. col.4. vers.Quæro an appellatione interposita* Conrad.*in prac.ciuili, in ru.de appella. n.6.f.mihi 200.col.1.* Aret.& Fab.*Inst.de oblig.quæ ex quasi delicto nasc.in princ.* Boër.*dec.153.n.4.* Maranta *in Speculo, in 2. actu principali vltimæ par.n.199.* Menoch.*de arb.quæst.lib.2. casu368.* Contar.*in l.vnica,C.si de moment possess.in q.19.* Pœna Iudicis,*n.1.& seq.* vbi etiam de materia, Robert. Lancellot.*in tract.de attentat.c.31.n.242. & pluribus seqq.* vbi pari-

113 ter de materia. † Et inter alia dicit aduertendum quòd prædictæ pœnæ non procedunt, nisi Iudex non solum deferat appellationi,verùm etiam si exequatur suam sententiam non obstante appellatione:alioquin si post non admissam appellationem nihil attentaret,pœnas prædictas non incurreret,sed aliàs mitiores,de quibus *in dict.l.quoniã Iudices.& in l.A proconsulib.C.de appell.* super quibus non insisto, quia hodie de consuetudine Iudici ob solam non admissionem appellationis nulla imponitur pœna.

114 AMPLIA Rursus præcedentem ampliationem, † quia quando causa criminalis est capitalis, & Iudex non obstante appellatione suam sententiam exequitur, & condemnatum suspendere facit, videtur quòd etiam ipse capitaliter puniendus sit, vt per Ang. *de malefi. in verbo, præsente dicto Caio & appellante,ver.Quid autẽ si non obstante appellatione,n.29.* de quo dicit esse casũ *in l.lege Iulia,§.fi.ad.l.Iul.repetũd.* nec dissentire videtur Menoch.*de arb.q.li.2. dicto casu 368. n.3. in fi.* vbi dixit, quòd isto casu Iudex puniendus est eadem pœna, qua punitus fuit is condemnatus ex Boer.*in d.dec.153.n.2.*

115 Sed† vide Boër.ibi vbi plenè examinando hunc articulũ, non videtur admittere hanc conclusionem, nisi duobus cõcurrentibus vltra non admissionẽ appellationis. Primò,quòd is fuerit iniustè damnatus ad mortem;secundò,quòd dolosè & per sordes:tunc enim talis Iudex punitur eadem pœna:secus si sententia fuerit iusta, licèt eam exequutus fuerit non obstante appellatione,quod non debebat facere, & idem si fuerit iniusta, dummodo non dolosè & per sordes illum morti tradiderit,quià his duobus vltimis casibus vel pecuniaria pœna punitur Iudex,vel aliàs Iudicis arbitrio, vt latè prosequitur ibi *n.6. & seqq.vsque ad n.20.* vbi examinat intellectum *d.l.leg.Iulia,§.hodie ff.ad leg.Iul.repetund.* & hac de re dixi etiam aliquid infrà,*sub tit.de var. qq.q.101.n.5.*

116 LIMITA VII. Dictam†ecundam regulam non procedere, quando Iudex aliquid faceret non tanquam Iudex, nec sub velamine iustitiæ,sed extraiudicialiter, & vt priuatus:tũc enim ipsi impunè resisti potest,sicut pariter & impunè resistitur cuilibet priuato, per ea quæ latè in proposito retulit Fel. *in cap.si quando,col.2.n.2.in 2.fallent.per totam,extra de offic. deleg.* & ibi etiam hoc notat Dec.*n.4.* vbi plures adducit concordantes Marsi.*in l.lege Cornelia, n.83.ff.ad l.Cornel.de sicar.*

* assentitur Clarus, qui testatur de communi* opinio. *in d.q. 29.sub ver.Sed hic incidenter in fin.* nec dissentit Menoc. qui alios plures adducit,*in 8.remed. recuper.possess.n.9.*& hæc cõclusio nullam prorsus habet difficultatem, & procedit indistinctè,sicut in quolibet priuato,vt bene declarat Maran.qui etiam plures Doct.idem affirmantes refert *in d.sua prima disput.n.54.* vbi testatur, quòd in hoc omnes * Doctores concordant & nullus discrepat,& ampliat siue grauamen sit irreparabile siue reparabile, quia sẽper Iudex sic extraiudicialiter procedendo, dicitur procedere vt priuatus, ergo semper ei resisti potest,iuxta gl.*Non videtur,§.qui iussu,ff.de re.iu.*cũ aliis ibi per eum allegatis. Et facit pro hac septima limitatione quia Iudicibus, seu Officialibus præcipentibus ea quæ nõ spectant ad eorum officium, sed sunt extra illud, non solùm parendum non est,sed etiam impunè resisti potest secundùm glo.*in l.non videntur data,§. Qui iussu,in ver. Qui iussu, vers. Quimò vero non exequatur, iuncto vers. In casibus non solum non obedire,ff.de reg.iur.& in c.quod quis,in 1.glos.vers.Si verò non exercet officium suum, eodem tit.de reg. iur.in 6.* & hæc nota ad declarationem, quæ infrà dicentur,*sub n.121.*

LIMITA VIII. (& hæc limitatio non multùm differt à 117 secunda limitatione suprà posita,*n.97.*) vt † eadem secunda regula non habeat locum, quando Iudex procederet sine causæ cognitione: nam tunc cùm iniustè agere dicatur, immò etiam tanquam priuatus reputetur:ideirco impunè ei resisti potest, vt Cardi.Felin. & Abb. in locis per eum allegatis scripsit Marsil. *in l.lege Cornelia, n.83.ff.ad l.Cornel.de sic. & singul.195.Nemo,* Dec.& Cagnol.*in reg.factum a Iudice,ff.de reg.iur.* Franc.Hercul *in tract.de cautel.de non offenden. c.5.n.7.*& Iudex procedendo sine causæ cognitione non solùm dicitur procedere vt priuatus, sed etiam dicitur facere violentiam gl.*in cap.fin.de iur.cal.in 6.* Gram.*cons.ciuili 150. n.38. & 41.* Aym.*cons.302.n.4.* cum aliis adductis per Seraph. de Seraphi.*de priuil.iura.priu.132.n.36.*

SVBLIMITA I. Et generaliter præcedentes omnes limi- 118 tationes huius secundæ regulæ, vt procedant si notoriè constat,quòd Iudex & eius exequutores volunt iniustè agere & exequi,secus si sumus in dubio:tunc enim resisti non potest, vt bene scripsit Luc.de Penna *in d.l.prohibitũ col.2.n.9.C. de iure fisci.* vbi notat ex eo textu, quòd priuatus potest impunè resistere Officiali, quando aliquid facit contra iura: deinde hoc declarat procedere, quando certum est ipsum Officialẽ inique agere & manifestè contra legem,secus in dubio, quia in dubio obediendum est Iudici. vt ibi per eum, *d.n.9.& n.* 29.vbi quòd quando certum est,vel esse potest,quòd præceptũ Iudicis iustitiam non continet,licitum est non sibi obedire,secus si non est certũ,quòd & ante eum voluit Dynus,quẽ ipse allegat in regula,*Quod quis,de reg.iur.in 6.* sequitur Paris de Put.*in tract.de synd.verbo, resistentia,c.1. An si Iudex,n.2. ver.Et hoc cùm certũ est,* Soc.*reg.442.n.2.fallent.* Mill. *in pra. crim.persequen.fol.mihi 49.n.22.*ibi,*& hoc si manifesta constet, & n.36.* vbi quòd si manifestè non constat actum esse nullũ, in illo dubio obediendum est exequutori,*per l.nec Magistratus, ff. de iniur.* Felin.*in cap.si quando, col.2.n.2.post 3.fall.* ibi, *si est dubium debet supplicari,&c.& paulo infra,col.3.in 4.fall. per totam,* vbi concordantes allegat.† Et sentire videtur,quòd 119 quando notoriè constat de iniustitia, tunc non sit necessaria appellatio,nec quòd damnum sit irreparabile: quod nota ad declarationem eorum, quæ mox dicam in sequenti sublimitatione, & faciunt quæ scripsi de damno irreparabili *supra, n.95.*& quòd idem affirmauit Dec.*in dicto ca.si quando, n.8. & seqq.* vbi etiam quando dicatur notoriè constare de iniustitia,& ibi concordantes adducit Maran. *in d.sua dusputa.1. n.36.& 37.& 44.in fine,* vbi pluribus cõprobat hanc ampliationem,dicens quòd licet impune resistere Iudici volẽti exequi suam sententiã vel ipso iure nullam, vel notoriè iniquã, & hoc indistinctè siue sit appellatum, siue non,& siue damnum sit irreparabile, siue etiam reparabile: at si non constat notoriè de iniquitate sententiæ, & sic sumus in dubio, obediendum est, nec potest resisti propter authoritatem Iudicis, qui habet præsumptionen pro se. Faciunt ad hanc sublimitationem, quæ magis in specie de eximente ex manibus familiæ eum, quem indebitè fuisse captum notoriè constat, dixi *supra n.78.*

Et † ad declarationem eiusdem sublimitationis vide pari- 120 ter *supra n.104.* vbi posui, quòd quando Officialis seu exequutor est vilis, & in nulla dignitate constitutus, tunc etiam in dubio,& quòd notoriè non constet de iniustitia actus, ei impunè resisti potest,nisi ostendat superioris mandatum.

SVBLIMITA II. Pariter & generaliter omnes præmissas

limitationes

112 limitationes dictæ 2. †regulæ, vt tunc demum procedant, quãdo scilicet Iudicis & Officialium iniustę exequutioni alio modo occurri & obuiari non potest, nisi resistendo: vnde secus quando alio modo magis ciuili & sine resistentia posset reparari, vtputà appellando: tunc enim resistere non licet impunè, & sic resistentia in casu iniustæ exequutionis erat admissa in subsidium, & nõ aliter. Textus est, qui hoc bene probare videtur *in d.l. iudicios*, & ibi præcipuè Bal. *in summario, C. de Epis. aud.* Paris de Put. *in tract. de synd. d. verbo, resistentia, C. 1. An si Index post n. 3 ver. Tamẽ quo ad eũ fol. mihi* 279. *col. 1. in fi.* vbi quòd nũquam etiam in casu licito potest resisti exequutoribus, quando aliàs ciuili modo & sine armis reparari potest, quod & idem post Bartol & Cyn. *in l. ab exequutorib. C. quorum appellat.* voluit Mille. *in pra. crim. persequen. fol. mihi* 50. *n.* 15. vtputà appellando, quia appellari debet, & non resisti vt per eundem Paridem, *ibidem, col. 2. vers. Sed si non est appellatũ, per ea si quando, de offic. delega.* & ibi hoc notat Innocent. *n. 2. ver. Sed si aliter*, Felin. *n. 2. in prima fallent. vers. Considera quoniam, &c. col. 2. in princip.* Augu. ad Ang. *de maleficiis. in ver. præsente dicto Caio, & appellante, post n. 29. ver. Et pro hac sententia facit*, &c. Pluribus hanc sublimitationẽ comprobat Maran. *in dicta sua 1. disputat. n. 13. &* 14. vbi inter alia, quòd quando Iudex aliquid iniustum facit, non debemus statim recurrere ad resistentiã, & alia remedia de facto, quia habemus remedium iuris generale, videlicet appellationẽ, quæ propriè inuenta est ad releuanda grauamina illata per Officiales, *ca. suggestum. & ca. cum speciali, § porrò, de appellat.* At si appellatio non sufficit, & ea non obstante Iudex vult exequi, tunc licitum est de facto resisti, vt suprà dixi, *n.* 108. & vide ad declarationem huius sublimitationis, quæ nuper dixi, *n.* 119. vbi posui, posse etiam absque appellatione resisti, quãdo constat notoriè de iniustitia exequutionis: item vide ea, quæ pariter dixi *supra num.* 95. vbi posui, etiam appellatione non esse opus, quando agitur de damno irretractabili.

ARGVMENTVM.

Carceratus an, & quando sit fideiussoribus relaxandus: & fideiussore non existente soluendo, an Iudex, vel Notarius pro eo teneatur.

SVMMARIVM.

Carceratus relaxatur fideiussoribus, quando delictum est leue, & pœna pecuniaria, n. 1.

Clericus carceratus relaxatur fideiussoribus, quando pœna est pecuniaria, n. 2.

Carceratus quando relaxatur sub fideiussore, fideiussio debet esse de standō in certo loco, & inde non recedendo, n. 3. *Sed quod sufficiat fideiussio de repræsentando, vel de iudicatum soluendo, n.* 4. *&* 5.

Carceratus si non habet fideiussores, & loco fideiussorum offerat pignora, relaxandus est: alias Iudex tenetur, n. 6.

Iudex non relaxans carceratum sub fideiussione in casu in quo de iure relaxare tenetur, conuenitur in syndicatu actione iniuriarum, n. 7. *declara, vt n.* 8.

Carceratus si cõfessus est delictum, de quo inquiritur, non relaxatur cũ fideiussione, n. 9. *Amplia primò etiam in cõuicto, n.* 11.

Amplia secundò etiam in non sponte confesso, n. 13. *Amplia tertiò etiam in confessione extraiudiciali, n.* 14. *Sed contra, n.* 15. *& seq. Declara, vt n.* 17. *Amplia quarto, etiam quòd confessus dicat se per errorem confessum esse, n.* 18.

Debitor fisci, quando debitum est liquidum, non relaxatur sub fideiussione de soluendo, sed debet soluere, n. 10.

Paria sunt, quem esse confessum, vel legitimè conuictum, n. 12.

Confessio iudicialis sufficit ad condemnandum, n. 15.

Confessio extraiudicialis non sufficit ad condemnandum, n. 16.

Carceratus non relaxatur fideiussoribus etiam in pecuniariis pœnis, quando iam est condemnatus, n. 19.

Appellans a pecuniaria condemnatione relaxatur sub fideiussoribus ex carcere in quo detinebatur in prima instãtia, n. 20. *& seqq. quid vigore Bullæ, n.* 23.

Appellatio interposita à carcerato regulariter non operatur illius relaxationem, n. 21. *declara, vt n.* 22.

Confessus non appellat vigore Bullæ, n. 23.

Appellans à condemnatione corporali non relaxatur ex carcere, etiam quòd offerat fideiussores: & signatura isto casu nunquã signat supplicationem appellationis, nisi oratore in carceribus constituto, vel sine præiudicio exequutionis, n. 24.

Carceratus non relaxatur sub fideiussore, quando ipse distulit dare talem fideiussorem vsque ad sententiam, n. 25.

Debitor carceratus relaxatur nõ fideiussore, sed solutione, n. 26.

Sequestrum tollitur satisdatione, declara, vt n. 27.

Debitor carceratus de æquitate relaxatur cum fideiussione de soluendo, licèt non sic cum fideiussione de iudicio sisti, n. 28.

Debitor carceratus tanquam suspectus de fuga ralaxatur sub cautione de se repræsentando, n. 29.

Carceratus in crimine falsi, an & quando fideiussoribus relaxetur, n. 30. *& seqq.*

Specialia non sunt multiplicanda, nec trahenda in consequentiam, num. 33.

Falsi pœna est arbitraria, & sic aliquando corporalis, & aliquãdo pecuniaria, n. 33.

Carceratus non relaxatur fideiussoribus, quando iam ex carcere alias aufugisset, n. 34. *Declara, vt n.* 35.

Carceratus non relaxatur fideiussoribus, quando est repertus in flagranti crimine, vtputà cum delatione armorum, vel alias delictum est notorium, n. 39. *& seq. licèt aliqui ibidem relati, n.* 37. *contrarium dixerint.*

Carceratus non relaxatur sub fideiussoribus, quãdo est indiciatus ad torturã, siue pœna sit corporalis, siue pecuniaria, n. 38. *&* 39.

Testes carcerati, & torquendi, vt dicant veritatem non relaxantur fideiussoribus, n. 39.

Carceratus si non habet fideiussorem, detinetur in carcere, n. 40.

Fideiussor debet præstari in loco iudicij, & non extra, n. 41. *declara, vt n.* 42.

Carceratus non habens fideiussorem, an & quando admittatur ad iuratoriam cautionem, n. 43. *& seqq.*

Fideiussorem non habens admittitur ad iuratoriam cautionem in ciuilibus, n. 43. *Idẽ in criminalibus, n.* 44. *Idem in muliere, n.* 45. *Sed de consuetudine contrarium seruatur in criminalibus tam in viro quàm in muliere, n.* 46. *Declara, vt n.* 47.

Mulier carcerata si fideiussorem non habeat, an relaxetur sub iuratoria cautione, n. 45. *& seqq.*

Carceratus nõ relaxatur fideiussoribus quãdo delictũ est graue, & agitur de pœna corporali, n. 48. *licèt aliqui contrà, n.* 50.

Fideiussor non potest se pro alio obligare ad pœnam corporalem, n. 49.

Carceratus non relaxatur fideiussoribus, quando pœna est corporalis in defectum pecuniariæ, n. 51. *Amplia quòd isto casu nõ admittitur fideiussor de soluẽdo, n.* 52. *vbi etiam an admittatur depositum in pecunia numerata: limita quando statutum mandaret, quem corporaliter puniri non in casu, in quo pœnã pecuniariam non soluerit, sed in casu, in quo illam non possit soluere: quia tunc dato idoneo fideiussore relaxatur, n.* 53.

Carceratus non relaxatur fideiussoribus, quando pœna est arbitraria, n. 54.

Carceratus non ralaxatur fideiussoribus, quando agitur de pœna exilij, n. 55.

Item nec relaxatur sub fideiussoribus, quando agitur de pœna infamiæ, n. 56.

Carceratus non relaxatur sub fideiussore, quando agitur de pœna fustigationis, n. 57.

Clericus non relaxatur fideiussoribus, quando pœna est corporalis de iure ciuili. Itẽ nec relaxatur, quado agitur de aliquo delicto enormi quod mereatur pœnã depositionis, vel detrusionis in carcerem perpetuum, aut monasterium, n. 58. *& seq.*

Nobilis, & diues carceratus relaxatur fideiussoribus, etiã quòd pœna sit corporalis, n. 60. *& seqq. Intellige si Iudex illum innocentem viderit, aliàs secus, n.* 63. *& seq.*

Nobili carcerando potest dari palatium, seu camera loco carceris cum militum custodia. n. 61.

Illustres personæ in causa criminali non cõguntur dare fideiussorem. sed creditur eorum iuratoriæ obligationi, n. 62. *cõtrarium seruatur de consuetudine: præsertim vbi agitur de graui delicto, & Iudex procedit ex officio, n.* 64.

Carceratus potest relaxari fideiussoribus, quando est in casu absolutionis, & Iudici constat de eius innocentia, n. 65. *sine fideiussoribus autem nec etiam isto casu relaxatur, n.* 66.

Carceratus nõ relaxatur fideiuss. etiã quòd in processu nõ adsint

contra.

contra eum indicia: si tamen illa Iudex habere sperat, n.67.

Reus in capitalibus nunquam absoluitur, nisi ipso constituto in carcerib.num.68.

Carceratus relaxatur fideiussoribus, etiam quòd simus in dubio, an innocens sit, n.69.

Carceratus nunquam relaxatur fideiussoribus, nisi finito processu, num.70.

Carceratus an sit fideiussoribus relaxandus, nécne, Iudicis arbitrio remittitur, n.71. Hoc tamen arbitrium non est absolutũ & liberum, sed regulatum ex iusta causa, n.72. & 73. vbi etiam quòd Iudex causam hanc debet exprimere in decreto relaxationis, alias teneretur.

Membrorum suorum nemo est dominus: ideo nemo se obligare potest ad pœnam corporalem: licet bene possit se obligare sub pœna confessati criminis, amissionis gratiæ, & exilij, n.44.

Carceratus relaxatur fideiussoribus, etiam quod agatur de pœna corporali, quando sic cauetur aliquo statuto, constitutione, vel consuetudine, n.71. & seq.

Fideiussor potest se etiam ad pœnam corporalem obligare, quando sic se obligat aliquo statuto, constitutione, vel consuetudine per ntiare, n.75.

Carceratus relaxatur fideiussoribus, etiam quòd de pœna corporali agatur, quando fideiussores obligant se vt custodes, n.76.

Fideiussor de repræsentando carceratum punitur etiam corporaliter quando obligauit se vt custos, n.76.

Carcerati quomodo relaxentur in diebus Paschatis, & Natalis, n.77.

Carceratus tam pro debito ciuili, quàm pro causa criminali, quomodo relaxetur, sub prætextu infirmitatis, n.78.

Carceratus si relaxandus est sub fideiussore, debet intelligi de fideiussore idoneo, n.79.

Fideiussor idoneus dicitur ille, qui tantum habet in bonis, quantum valet causa, n.79.

Fideiussor immobilia possidens dicitur idoneus, n.80.

Fideiussor non possidens immobilia non dicitur idoneus, n.80.

Fideiussor possidens apothecam, vel bona mobilia, quæ de facili asportari non possunt, vel nomina debitorum, dicitur idoneus fideiussor, n.82.

Iudex, qui relaxat carceratum sub non idoneo fideiussore, potest iterum illum carcerare, & non per hoc est liberatus fideiussor non idoneus, n.82.

Iudex relaxans carceratum sub non idoneo fideiussore, tenetur de suo in syndicatu, n.83.

Notarius recipiens fideiussorem non idoneum de mandato Iudicis, non tenetur, n.84. & 90.

Iudex non tenetur, si relaxauit carceratum cum fideiussore minus idoneo, quando ille fideiussor fuit approbatus ab aliquo idoneo, n.85. & seqq.

Iudex non tenetur relaxando carceratum sub fideiussore non idoneo, quando habuit informationem in scriptis, quod erat idoneus, n.86.

Fideiussorem approbans tenetur de suo, si fideiussor non est idoneus, n.87.

Notarius recipiens fideiussores non idoneos tenetur de suo, n.88. Fallit primò, si recipit approbatorem, n.89. Fallit secundò, si recipit de mandato Iudicis, n.90. Fallit tertiò, quando principalis est multum diues, n.91. Fallit quarto, quando recepisset de consensu partis expresso vel tacito, num.92. Fallit quintò, quando erat soluendo tempore fideiussionis, licèt ex post fuerit effectus non soluendo, n.93. vbi de materia.

QVÆSTIO XXXIII.

1 REGVLA I. sit in proposita Quæstione, † quòd in leuibus delictis, & vbi agitur de pœna non corporali, sed pecuniaria, carceratus relaxandus est sub fideiussoribus. text. est *in l. Diuus, in prin. ff. de cust. reo.* & item est tex. *in l. 1. in verbo, fideiussoribus*, & ibi gl. & Bar. *n. 1. in fi. vers. Si verò crimen non cõfiteatur, & c. eod. tit. ff. de cust. reor.* Bald. *in l. nullus, n. 3. vers. aut confiteatur*, & ibi etiam Ang. *n. 3. in princ. Cod. de exhib. reis, & in l. sed si is, n. 1. vers. Aut venit imponenda pecuniaria. ff. de in ius voc.* Ang. *de mal. in verbo, Quod fama publica præced. post n. 66. v. Si autẽ pœna non sit corporalis, & in verbo, Pro quibus Antonius fideiussit, n. 11. vers. Scis etiam quod fideiussoribus quis est relaxandus*, vbi loquitur, siue pœna sit pecuniaria de iure communi, siue etiã vigore statuti, Bonif. de Vital *in opere suo malef. sub tit. de carceribus priuat. n. 2. ver. Si autem non confiteatur, & n. 11.* Ghirl. *de relax. carcer. sub tit. fideiuss. reor. n. 1. vers. Aut non fuit confessus, neque conuictus, & n. 7.* Pract. Papien. *in forma inquisitionis, in verbo, Hæc est, & c. n. 17.* Franc. Cason. *post trac. de indic. & tortura, c. 9. rub. de captura, & carcere, sub n. 7.* Conrad. *in pract. tit. de carcer. n. 5. in fi. vers. Nam vbi non venit imponenda pœna corporis afflictiua, fol. 274. col. 2. & ibid. n. 10. & n. 12.* Iodoc. *in pract. crim. cap. 19. rub. de relaxat. carc. n. 5. in princ. fol. mihi 43. & cap. 20. rubr. de fideiussione, in materia crim. n. 1. ver. Aut nec confessus, nec conuictus fuit.* vbi reddit rationem, quia scilicet pœna non minùs satisfieri potest fisco per fideiussorem, quàm per principalemmet, argumento tex. *in l. denique, & l. seq. ff. de iure fisci.* Rursus & idẽ Iodoc. idem hoc firmat, *d. c. 20. n. 3. v. Aut certè crimen leue est, & n. 10. vers. Aut si non confiteatur*, Didac. *var. resol. lib. 2. c. 8. post n. 8.* Bertaz. *cons. 12. n. 1. & cons. 13. pariter n. 1. lib. 1. criminalium*, Roder. Soarez *in suis allegationib. in tract. de fideiuss. in cau. crim. n. 1.* & est communis, * vt testatur Ant. Gomez. qui pro ea plura adducit concordantia iura, *var. resolut. tom. 3. cap. 9. de captura reorum, n. 8. in pr. in.* Boss. *in tit. de carcerato fideiuss. committ. n. 1. & 2.* Menoch. *de arbit. lib. 2. casu 303. n. 3.* vbi ex Mars. *in pract. in § at ig im n. 1. & in rubr. de fideiuss. n. 247.* Et ex aliis pluribus Doctorum authoritatibus, quos allegat, pariter de cõmuni * opinione testatur, prout * etiam & sic testatur Clar. *in pract. §. fin. quæst. 46 sub vers. In hac autem materia, & in ver. Vbi verò tantummodo*, & Clar. refert, & sequitur Bonacos. *in suis com. in pin. par. 1. vers. Carceratus vbicunque, post princ. fol. 20. col. 2.*

AMPLIA I. Hanc primam regulam, † vt multò magis pro 2
cedat in clerico, secundùm Foller. *in pract. crim. canon. in verbo, & in carceribus manicipatis, cap. 12. n. 6.* qui quidem si offerat fideiussores de stando iuri, & de se repræsentãdo in casu, in quo veniret imponenda pœna pecuniaria, vel alia corporis non afflictiua, relaxandus est, ex Felino, quem alleg. *in cap. legebatur, in princ. n. 1. extrà de maior. & obed.* & hoc non habet difficultatem: quia si regula procedit in laicis, multò magis procedere debet in clericis, contra quos ad carcerationem cum maiori deliberatione, & magis temperatè semper deueniendum est, quàm contra laicos, vt ibid. per Foll. *n. 5.* & dixi *supra hoc eo. tit. q. 27. n. 73.*

AMPLIA II. Hanc eandem regulam, † vt licèt Bar. *in d. l.* 3
1. n. 1. in fi. ff. de cust. reor. dixerit fideiussorem hunc, cuius fide relaxatur carceratus pro leui delicto, & pro pœna pecuniaria, debere esse non de repræsentãdo, aut de stando iuri, & iudicatum soluendo, sed de stando in certo loco, & in non recedendo sine Iudicis licentia, & Bar. sicut suprà dicentẽ refert Iodoc. *in pract. crim. d. cap. 20. n. 7. ver. Qui erunt fideiussores*, &c. & Conrad. *in pract. d. tit. de carceratione, n. 10. & n. 12. fol. mihi 275.* † verius tamen est, vt isto casu sufficiant fideiussores de repræsentando, & de stando iuri & iudicatum soluendo, prout scripsit Bal. *in d. l. nullus, post n. 3. vers. vel dic sic, & c. & d. ver. Aut non confiteatur*, &c. & Baldi opinionem pluribus comprobat Pau. Ghirl. *de relax. carcer. dict. tit. de fideiuss. reor. n. 7.* Roder. Soarez *in d. tract. de fideiuss. in caus. crim. num. 4. vers. Qui fideiussores debent promittere*, & facit gl. *in d. l. 1. in verbo, vel sibi. ff. de custod. reo.* dum allegat tex. *in l. cum clerici, §. 1. & §. ipse verò, C. de Epis. & cler.* qui quidem textus, si rectè inspiciatur, propriè loquitur in fideiussore de se repræsentando, & de stando iuri, & iudicatũ soluẽdo, prout etiam benè considerat Iodoc. in hoc sibi contrarius, *d. cap. 20. num. 10. vers. Aut si non confiteatur.* † Et cum Bal. pertranseunt in proposito Bonif. de Vitalin. *in rub. de captura priuata, d. n. 2. vers. Si autem non confiteatur, & n. 11.* Clar. *in d. q. 46. eo. v. Vbi verò.* &c. vbi amplius dixit, quòd quando agitur de pœna pecuniaria, reus solet dimitti cum sola fideiussione de iudicatum soluendo: & apud nos isto casu, quando in processu non est probatum delictum, & sic quòd dummodo reus est in casu absolutionis, iuxta ea quæ infrà dicam in secunda limita. secundæ regulæ, poterit etiam cum simplici cautione de repræsentando relaxari: & ita communiter * seruatur, quando delictum est leue, & agitur de pœna pecuniaria, secundùm terminos huius primæ regulæ. *

AMPLIA III. Quia † isto casu, in quo quis, vt præfertur, 6
relaxatur sub fideiussione, vel de se repræsentando sub certa pœna, vel de stando iuri, & iudicatum soluendo, si carceratus non habet fideiussores, & offerat pignora, potest dictis pignoribus

ribus acceptis relaxari, etiam quòd fideiussores non præstet: imò hoc casu videtur magis consultum fisco, cùm melius sit incumbere rei, quàm obligationi, secundùm Marsil. qui in terminis hanc ponit ampliationẽ, *in pract. §. attingam, n.* 11. quã dixit probari authoritate gl. *in l. more Romano, in verbo, lucis,* & ibi Pau. de Cast. *ff. de fer.* imò isto casu secũdum Bart. *in l. si vero §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisd. cogan.* si reus, qui debet relaxari fideiussoribus, vult dare pignora loco fideiussorum, & Iudex non vult eum relaxare, poterit agere contra ipsum actione iniuriarum, quod & idem scripsit Conrad. *in pract. d. tit. de carceratione, n.* 13. *fol. mihi* 275. *col.* 2. & faciunt quæ infrà mox dicam in sequenti ampliatione.

7 AMPLIA IIII. Quòd † si Iudex in casu, in quo carceratus de iure venit fideiussoribus relaxandus, illũ relaxare recuser, tenebitur ei in syndicatu actione iniuriarũ, argum. tex. *in l. si verò pro condemnato, §.* 1. *ff. qui satisd. cogan.* cuius tex. verba sunt hęc: *Qui pro rei qualitate euidentissimè locupletẽ, vel si dubitetur .pp. obtulũ fideiussorẽ iudicio sistẽdi causa non acceperit, iniuriarum actio aduersus eũ esse potest.* Et ibi hoc no. Bar. Ang. * Castr. Alex. & cõmuniter * Doctores, teste Ant. Gomez. qui sic, vt suprà, hanc ponit ampliationẽ, *in tom. 3. suarũ var. resol. c. 9. ub. de captura reorũ post n.* 8. *vers. Et in tantũ hoc esse verum.* Roder. Soarez *in suis allegat. in tr. de fideiuss. in can. crim. n* 2. & ante istos idẽ etiã affirmarũt Bar. Ang. & alij relati per Ang. *de mal. in verbo, Quod fama publica præced. n.* 66. *in fi. & in verbo, Pro quib. Ant. fideiussit, n* 9. & ibi Aug. *in add.* Paris de Put. *in tr. de syn. verbo, fideiussor officialiũ, c.* 3. *Si iudex maleficiorũ, n.* 12. *fol. mihi* 188. *col.* 3. Ama. *de syn. n.* 219. *v. Et adueriè* Marsil. *in pract. §. attingam, n.* 17. Franc. Cas. *post tract. de ind. & tor. q.* 9. *rub. de captura, & carc. n.* 7. *ver. Et si Iudex non relaxabit,* Pau. Ghirl. *in tr. de relax. carc. tit. de fideiuss. reor. n.* 2. Iodoc. *in pract. crim. d. c.* 20. *n.* 2. Faciunt quæ mox scripsi *in præced. n.* 6. *& sup. q.* 27. *n.* 146. *& seq.* Et cũ istis assentit Clar.
8 *in pract. §. fi. q.* 46. *vers. Plerũque vero.* † Vbi declarãdo hãc ampliationem dicit esse animaduertendum, vt qui pro reo intercedit, & petit eum sub fideiussore relaxari, faciat etiam hanc petitionem poni in actis cum obligatione idonei fideiussoris: alias enim Iudex non relaxando potest in syndicatu conueniri, prout ita aliàs in facti cõtingentia iudicatum fuisse testatur Affl. *super 2. par. const. Regni, rub.* 10. *n.* 3. & Clar. *vbi supr.* refert & sequitur Bonac. *in comm. opin. par. 1. vers. Carceratus vt è carceribus fideiussoribus relaxetur, fol. mihi.* 20. *col.* 1. *in fin.*

9 LIMITA I. Hanc primã regulã, † nõ procedere in reo vel confesso, vel conuicto: is enim etiã quòd de pecuniaria pœna agatur, vt relaxetur, non fideiussione, sed solutione opus est, partes enim Iudicis isto casu in alio non esse quàm in ipsum condẽnando, & interim debere in carceribus retineri, optimè probat tex. *in l. si confessus, ff. de cust. reo.* dũ per hæc verba disponẽdo dicit, *Si confessus fuerit reus, donec de eo pronũcietur, in vincula publica coniicẽdus est,* & per hunc tex. limitationẽ hanc firmarũt Bar. *in l. 1. n.* 1. *ff. de cust. reo.* Bal. *in l. nullus post v.* 3. *vers. Aut venit imponẽda pœna pecuniaria, C. de exhi. reis.* Aret. *in l. si quis post accusationẽ, in fi. v. Et adde ad prædicta. ff. de test.* vbi loquitur Paris de Put. *in tr. de syn. in verbo. fideiussor officialium, c.* 3. *Si iudex maleficiorũ, post n.* 11. *fol. mihi* 188. *col.* 2. *in prin.* Aug ad Ang. *de mal. in verbo, Pro quibus Antonius fideiussit post n.* 1. *in add. post prin. vers. idẽ secundum Bal.* &c. Fran. Cason. *post tract. de indic. & tort. q.* 9. *rub. de capt. & carc. n.* 11. *vers. tertiò, si confitetur sponte delictum.* Pau. Ghir. *in tract. de relax. carc. rub. de fideiuss. reor. n.* 1. *& n.* 6. *in fin. ver. Si autẽ est imponenda pœna pecuniaria.* Foll. *in pract. crim. in verbo, examinati liberentur sub fideiussor. n.* 2. *& n.* 12. *& in verbo, etsi confitebuntur, in* 1. *par.* 3. *partis princip. n.* 73. Iod. *in pract. crim. d. c.* 20. *n.* 1. *& n.* 30. *vers. Si autem imponenda sit pœna pecuniaria,* Cont. *in pract. rub. de carcer. n.* 13. *in fin. vers. Item nõ est relaxandus fol. mihi* 176. *col.* 1. Ferran. Gargiar. *inter cons. crim. diuers. cons.* 125. *n.* 26. *vol.* 1. *in folio,* Mars. *in pract. §. attingam, n.* 4 Bonif. de Vital. *tit. de carcer. priuat. n.* 2. *in prin.* Roder. Soarez *in d. tract. de fideiuss. in causa crim. post n.* 4. *v. Quod*
10 *limita. nisi accusatus confiteretur crimen.* Nec ab hac limitatio-
* ne, quæ cõmuniter * ab omnibus recipitur, dissentit Menoch. *de arb. q. d. lib.* 2. *casu* 303. *n.* 4. *& seqq.* licèt dicat quòd textus *in d. l. si confessus, ff. de cust. reo.* cùm loquatur in causa capitali, non bene videatur illum probare, & propterea nouam affert distinctionem, quæ non est contraria limitationi, vt ibi per eum videre poteris: vbi enim reus est confessus, iam constat eum esse debitorem: ad quid ergo, inquit Menochius eo loci, differenda est exactio cum datione fideiussoris, si, cùm liquidum sit debitum, debet statim soluere? A d quod etiam faciunt scripta per Bald. *in l. sed & si is, in* 2. *lectura. in fin. ff. de in ius voc.* dum docuit, debitorem fisci non esse relaxandum, si debitum est liquidum, sed cogi debere, vt soluat, prout etiã scripsit Foller. *in pract. crim. in verbo, Vel carcerentur, n.* 10. *in fi. ver. Tertius est carcer.* † Quare nõ recedas à proposita limi- 11
tatione, quæ, vt prædixi, habet locum non solùm in reo confesso, sed etiã in conuicto, vt per Ghirl. Foller. Iodoc. & Gargiar in locis prȩcitatis. † Et est ratio. quia paria sunt quem esse 12
confessum, vel legitimè conuictum, *l. fin. C. de custod. reo. l. qui sententiam,* & ibi Doct. *C. de pœnis,* Gramm. *decis. 36. sub n.* 61. † Et procedit hæc eadem limitatio non solùm in reo spõ- 13
te confesso, prout loquuntur Doctores prælegati, sed in cõfesso per torturam, dummodo confessio fuerit sponte ratificata: quia, vt suo loco dicam, paria sunt, quem esse sponte cõfessum, vel sponte etiam ratificasse confessionem in tortura emanatam, & vtroque casu militat ratio huius limitationis. [& rursus procedit non solùm de iure communi, sed etiam de iure constitutionum summorum Pontificũ. videlicet Pauli IV. de qua in prima parte Bullarij, *constit.* 50. *incip. licèt ex iuris communis dispositione, ver. Nullus etiam. qui crimen in iudicio confessus fuerit fol.* 639. necnon & Pij V. de qua *in eodem Bulla. part.* 2. *constit.* 184. *incip. Cùm sicut accepimus, ver. In leuioribus autem delictis, fol.* 1189.]

AMPLIA I. Hanc † primam limitationem, vt procedat nõ 14
solùm in confessione iudiciali, sed etiam in extraiudiciali: nã & extraiudicialiter confessus delictum, pro quo imponitur pœna pecuniaria, non est sub fideiussoribus relaxandus, vt post Affl. & Ifern. quos allegat scripsit Foller. *in pract. crim. in verbo, Et si confitebuntur, in* 2. *par.* 3. *partis principalis, n.* 36. *v. Decimoquinto operatur, & in verbo. Examinati liberentur sub fideiussor. n.* 6. vbi loquitur de confessione extraiudiciali facta coram actuario, & non coram Iudice, nec in forma iudicij, & hoc ampliat duobus modis, Primò, etiam quòd talis extraiudicialis confessio reuocetur in iudicio: secundò, etiam quòd sit probata per testes examinatos parte non citata: & ab hac ampliatione non dissentire videtur Menoch. *de arbit. q. d. lib.* 2. *eodem casu* 303. *n.* 7. *vers. Et non solum intelligo;* vbi reddit rationem, quia scilicet confessio extraiudicialis testibus probata parem vim habet ac iudicialis, vt tradunt omnes * secun- *
dùm eum *in l. vltima, C. de famil. ercis.* & alibi sæpe.

Contrarium credo verius: nam verum non est, quòd con 15
fessio extraiudicialis etiã concludẽter per duos testes probata parem vim habeat ac iudicialis, præsertim in criminalibus, quia iudicialis sufficit ad condẽnandũ, vt omnes sciunt, & cõmuniter * tradunt Doctores *in d. l. si confessus. ff. de cust. reor.* *
in l. 1. *C. de confess. in l. proinde ff. ad l. Aquil. in l. cum sententiam, C. de pœn.* & alibi sæpè, & nos, Deo dante, dicemus infr. *in* 2. *lib. sub tit. de reo confesso & conuicto.* † Extraiudicialis verò 16
minimè ad condemnandum sufficit, secundùm communem *Doctorum opinionem, de qua testatur Alber. *in l. quoniam,* *
n. 1. *ff. de infam.* & post Parid. de Put. quem allegat testatur etiam Clar. *in pract. § fin. quæst.* 55. *in prine.* vnde cessante in Iudice potentia condẽnandi, ex qua Doctores suprà relati moti fuerunt ad dicendum, quòd reus confessus non est fideiussoribus relaxandus, sed condemnandus & cogendus ad soluendum: nihil video quod impediat relaxationem sub fideiussore in isto extraiudicialiter confesso. Nec mouet me authoritas Follerij suprà in contrarium allegata: quia ipse, & Afflictus ac Isernia per Follerium allegati *in constitutio. humanitate. sub rub. de his, qui fideiuss. dare poss.* loquũtur non solum de iure Regni Neapolis, quod extra illud Regnum extendi minimè debet: sed in causis capitalibus, prout loquitur dicta constitutio, *humanitate.* & ibi notat Afflict. *in quinto notab. n.* 16. ideo non inferendum, vbi agitur de pœna pecuniaria, prout sunt termini propositæ ampliationis. Quando enim agitur de pœna capitali, tunc reus, qui extraiudicialiter confessus est delictum, non debet sub fideiussore relaxari, quia talis confessio extraiudicialis licèt non sufficiat ad condemnã- *
dum, sufficit tamen ad torquendum: & quando reus est torquendus, non potest sub fideiussore relaxari, vt ibi per Afflictum, & dicam *infr. in* 8. *limitatione huius primæ regulæ.*

Non

Non sic in causa pecuniaria,in qua regulariter ex confessione extraiudiciali,aut ex quolibet alio legitimo indicio nõ potest deueniri ad torturam,ne maior sit pœna torturę,quàm
17 delicti. † At si simus in aliquo speciali casu,in quo possit deueniri ad torturã,etiã quòd pœna sit pecuniaria, de quo dicam *infra,in d.8.limitatione:*tunc bene possit procedere opinio Menochij,quòd extraiudicialiter confessus non sit fideiussoribus relaxandus, sed torquendus.

18 AMPLIA II.Eandem primam limitationem,†vt procedat etiam quòd reus dixerit suam confessionem erroneam:nam cùm error in confessione non præsumatur,sed semper confessio præsumatur vera,*l.cum scimus,§. sin autem, C.de agric. censit.ibi.*1 1.*l.nõ putauit,§.si quis sua,ff.de bon.pos.cont.tabul.* Foller.*in pract.crim.in verbo, Et si confitebuntur.parte prima, n.*86 ideoque per confitentem error probari debeat, secun-
* dùm communem,*de qua post Boll.*in tit.de confess.n.*59.*& seqq.*testatur Clar.*in pract.§.fi.q.*55.*ver.vltimo.*sequitur quòd eo vsque quo ipse reus allegatum suæ confessionis errorem probauerit, in carceribus retinendus est, nec fideiussoribus committendus,vt per Foll.*in pract. crim.d.verbo, Examinati liberentur sub fideiuss.n.*5.& Menoch.*casu* 303.*n.*7.*in fi.*

19 LIMITA II.Eandem primam regulam † non procedere, quando reus esset cõdemnatus:nam tũc pariter,vt se à carceribus liberet,nõ fideiussione,sed solutione opus est,*l.*4.§. *ait Prætor,ff.de re iud.*vbi diffinitum extat cõdemnatum soluere minimè liberari dando idoneos expromissores, *l.quod si non soluere,ff.de pign.actio.l.item liberatur §.qui paratus,ff.quibus modis pignus vel hypoth.solu.cap.cùm alicuis,extra de re iudic.* vbi pariter diffinitur, quòd condemnatus ad possessionem tradendam, minimè liberatur fideiussores præstando, aut pignora dando:& per ista iura & alia,quæ allegat,hanc limitationem firmare videtur Petr.à Placha *in epi. om.delict.lib.*1.*c.* 2.*n.*18.*in princ.& ver. Hinc intellectui facit,&c.* vsque ad finem numeri,& ita credo esse veritatẽ:nam si simpliciter confessus,aut etiam conuictus ante sequutam condemnationem non relaxatur fideiussoribus,vt suprà probaui in antecedenti limitatione, multò minùs debet sic cum fideiussoribus relaxari,qui condemnatus est,postquã est vel confessus,vel conuictus; & plus est quem esse condemnatum, quàm confessum,aut conuictum,vt de se patet.

20 SVBLIMITA Hanc secundam limitationẽ†,vt non procedat,quando carceratus condemnatus in pœnam pecuniariam appellaret à condemnatione : nam tunc si fideiussores offerat de se repræsentando,ac de soluendo condemnationẽ in casu succumbentiæ relaxandus omnino est , prout apertè probat text.sumpto argumento à contrario sensu, *in l.eos,§. super his,*ibi,*vt inopia idonei fideiussoris in custodia retenti,&c. C.de appell.& in l.minimè, in fin.*ibi,*fideiussoris idonei copiam non habeat,C.eodem.*Et hæc sublimitatio erit etiam communis cum præcedenti prima limitatione : tunc enim reus vel confessus,vel conuictus,vel etiam condemnatus fideiussoribus non relaxatur , quando acquiescit suæ confessioni , aut condemnationi contra eum latæ.

At si contradicit prætendens,putà non potuisse ex sua cõfessione,vel ex probationibus in processu deductis condemnari,& sic vel iniquè se condemnatum absolutè dicat,vel saltem grauatum in quantitate pœnæ,& ob id appellet,relaxa-
21 tur fideiussoribus,vt in dictis iuribus bene probatur.†Et licèt non ignorem solam appellationem interpositam à carcerato non posse,nec debere de sui natura aut potentia operari eius relationem,vt bene concludit Guido Papæ *decis.*235.*Si quis incarceretur & appellet*, vbi seruari testatur de generali consuetudine omnium curiarum Delphinatus,quod & idem etiam affirmarunt Bald.*in l.*2.*vers.Sed incidenter,C.de Episcop. audien.*Specul.*in tit.de appell.§.nouissimè,col.prima,ver.Tertius.*Alciat.*conf.*16.*incip.Licuerit,sub n.*14.*ver.*1. *Quia,lib.*2. vbi pariter dixit appellantem post appellationem esse in carceribus detinendum duplici ratione.Primò,quia talis detentio tendit ad faciliorem expeditionem causæ,cùm aliàs carceratus potuisset aufugere. Secundò, quia si talis detentio erat licita in prima instantia , ita pariter debet reputari licita post appellationem,vt latiùs ibi per eum,quem & alios in proposito refert Robert. Lancellot. *in suo tract.de attentat. cap.*12.
22 *ampliatione* 4.*n.*21. *& seq. & ibidem in* 4.*limit.n.*16. † Hæc
* tamen conclusio , quæ ab omnibus*recepta est,prout testari videtur Lancellot.*d.c.*12.23.*limitatione, n.*3. intelligẽda est, secundùm propositam sublimitationem,quando scilicet carceratus non habet fideiussores,vt *infra dicam in* 10.*limitatione huius* 1.*regulæ*,aliter secus.Et ita loquuntur Doctores prẽcitati,vt bene declarat idem Lancellot. *in d.*23. *limitatione, eo.n.*3. nec de hoc dubitari oportet , quia habemus textum ferè expressum *in d.l.minimè,C.de appellationib.*

Et licèt rursus non me lateat,†multa posse considerari & 23
adduci contra præfatam declarationem,à qua tãquam & iuri consona & æquitati valde proxima,nunquam in consulendo & iudicando recederem vbique locorum,in Vrbe tamen, & statu ecclesiastico omnis difficultas sublata est,per Bullam Pij V.aliarum Bullarum declaratoriam,de qua *in Bullario,in 2.parte,folio mihi* 1182.*& est in ordine constit.*180.qua quidẽ Bulla cauetur,quòd si reus carceratus,vel etiam non carceratus(generaliter enim loquitur Bulla)condemnatus sit per Iudicẽ ex sua propria confessione, & tunc nullatenus exequutionem condemnationis impediat ex quacunque appellatione interposita,fideiussione seu cautione oblata.At si reus appellans non sit confessus , audiatur in appellatione ; si dives est,facto actuali depositi;si pauper,quod Iudicis arbitrio remittitur,præstita idonea cautione in forma depositi de soluẽdo pœnã,in qua condemnatus extitit,& seu respectiuè de se repræsentando toties.Igitur dum fueris Romæ,& in statu ecclesiastico,serua Bullam,dum fueris alibi, serua ius cõmune.

LIMITA Præcedentem sublimitationem , † vt procedat, 24
prout loquitur,videlicet in condemnato in pœnam pecuniariam,& appellante:vnde secus in condemnato in pœnã corporalem:nam tunc,vt latiùs infrà demonstrabo , in secũda regula,reus minimè fideiussoribus relaxatur , ne condemnatio reddatur elusoria propter nullitatẽ fideiussionis in pœnis corporalibus,ad quas nemo se obligare potest. Quæ ratio viget pariter tam in primo iudicio,quàm in secunda instantia.Et licèt textus suprà in sublimitatione allegatus,videlicet *in l.eos, §.super his,C.de appellat.*loqui videatur non solùm vbi agitur de pœna pecuniaria,sed etiam de capitali , prout etiam animaduertit Menoch *de arb.q.lib.*2.*casu* 303.*n.*2.crederem tamen posse responderi ad illum textum , quòd loquatur non de fideiussore ad effectum liberandi condemnatum ex carcerib.in secunda instantia,prout nos loquimur,sed de eundem carceratum conducendo ex carceribus Iudicis à quo,ad carceres Iudicis ad quem, prout hanc sentiens difficultatem adnotauit Salic.*in d.§.super his,in princ.*ideo cessat contrarium, prout etiam de intellectu illius textus forsan aliquid dicam *infra,in* 2.*reg.n.*50.& propterea sicut in prima instantia reus carceratus nõ relaxatur fideiussoribus,quando pœna est corporalis,secus si pecuniaria : ita pariter erit in secunda instantia,& sic in causa appellationis,vt post Bal. Calder.& Anan. quos allegat,tradidit Boss.*in tit.de carc.fideiuss.commit.n.*1.*v. Quæ conclusio.*& Bossium refert Menoch. *de arbit.q.lib.*2.*d. casu* 303.*n.*3.*in fin.*& quidem ita semper vidi seruatum,quòd in casu in quo reus condemnatus in pœnam corporalem fuit auditus appellans,nunquam signatura appellationis referiptũ signauit,nisi oratore in carceribus constituto,& quandoque etiam sine præiudicio exequutionis,vt in pœna exilij vel triremium : quod quomodo procedat,& quando fieri debeat, particulariter dicam,si dicendi tempus summus Deus largietur,*infrà lib.*4.*sub tit.de var.& extraord.crim.q....in materia admittendæ vel reiiciendæ appellationis in criminalibus:*vbi est propriè locus suus.

LIMITA III.Propositam primam regulam (& hæc quar- 25
ta limitatio venit ampliatiuè ad antecedentem secundam limitationem)vt non procedat,quando causa iam est in calculo ferendæ sententiæ:si enim reus carceratus distulit, vel recusauit fideiussorẽ dare vsque ad sententiam,non potest postea sub oblatione dicti fideiussoris relaxationem obtinere,secundùm Ang.*in l.*2.*col.*1.*post n.*1.*vers.Et si à principio non dedit,C.de exhiben. reis.* vbi magistraliter dixit, quòd si reus in principio causæ non dedit fideiussores , & postea illos dare velit,audiendus est,saluo nisi multùm tarde illos exhibuerit, vtputà prope sententiam,& quando est in articulo condemnationis, per textum,quem allegat, *in l.*2.§.*primo*, *& in l.si quis.ff.de cust.reor.*& Angelũ eo loci sequuti sũt Augustinus *in additio.ad Ang.de malef.in verb.Pro quibus Antonius fideiussit,in primaad.in prin.*Fran.Cason.*in tr.de ind.& tormen.*

in fi.tract.in quæstionib.c.9.rub.de captura & carcere,n.11.v. 2.Marsil.*in pract.crim.§. attingam,n.3.* vbi alias adducit rationes,Menoch.*de arbitr.q.lib.2.d.casu* 303.*n.*8.vbi etiam allegat Soarez *in tract.de fideiuss.crim.n.4.ver.In tantum quòd si,* & reddit rationem,quia scilicet in articulo ferendæ sententię iam constat carceratum esse reum & fisci debitorem:ideo nō relaxandus,per ea quæ in simili de confesso & conuicto dicta sunt suprà in prima limitatione, à qua in sui ratione non multùm differt hæc tertia limitatio.

26 LIMITA IIII.Vt † eadē regula procedat in criminalibus, in quibus quis coniicitur in carcerem ante sententiam,secus in ciuilibus, in quibus cùm debitor in carcerem coniiciatur, non nisi post sententiam,quæ etiam transitum fecerit in iudicatum,& non aliàs,prout optimè probat text.*in l.minimè, in fi.C.de app.* idcirco si sit condēnatus debitor,& in carceribus,vt soluat,restrictus fideiussorem offerat, vt ex dictis carcerib.liberetur, minimè eum audiendū esse probat text.*in l.4. quæ incipit,Qui condēnare potest,§.ait Prætor,* & ibi præcipuè Castr.*ff.de re iud.*vbi condemnatus ad soluendum,non liberatur dando expromissorem pariter de soluendo.Item *& text. in l.quòd si non soluere,ff.de pignor.action.*dum per hæc verba dicit:*Quòd si non soluere,sed alia ratione paratus est satisfacere,forte si expromissorem dare vult,nihil ei prodest,*quod etiam affirmauit Iurisconsultus *in l.item liberatur,§. qui paratus ff. quibus modis pign.vel hypoth.soluitur, & in l.promissor,§.fi.ff. de const.pec.*ibi,*Constitutio satis non facit,qui soluturum se constituit,si offerat satisdationem.*gl.*in l.vlt.§.1.in verb.cogēdum.* ibi,*simpliciter, &c.ff. si certum pet.* vbi quòd qui simpliciter promiserit,non liberatur dando fideiussores,per quæ iura sic, vt suprà ponderata,& post Bald.quem allegat *in Margarita sua,in verb.debitor,col.2.ver.Si debitor propter delictum.* Hāc firmat limitationem Pet.à Plac.*in epit.delict.c.2.n.18.per tot. in discursu,lib.*1.quod & voluit ante eū Bar.*in l.neque impuberes,*per illum tex.*n.1.vers.nota casus,ff.de in ius voc.& in l. consentaneum,col.4.n.15.vers. Ad quod aduertas,Cod.quom.& quam Iud.*Nec dissentit Boss.*in tit.de carc.fideiuss. committ.n.* 28.& in terminis etiā asseruit Franc.Curt.*in tract. de sequest.*

27 *in* 14.*q.n.55.ver.2.limita.* † Vbi loquens in materia sequestri, dixit, quòd licèt regulariter sequestrum satisdatione tollatur, cùm sequestri medicina sit satisdatio,*l.fi.C.de ordine cogn.c.2.* * *de sequest.possess.& fruct.* Et vtrobique communiter*Doctores,istud tamen erit intelligendum, vt procedat in sequestro facto ad litem agendam,secus si in exequutionem sententiæ condemnatoriæ,& vt debitor soluat,quia tunc opus est solutione,& non satisdatione,per tex.*in l.pecuniæ,§.fin.ff. vt in possess.legat.*cum aliis ibi per eum allegatis. Quod & in sequestro voluit etiā Catellian.Cotta in suis memoralibus,post Ias. Alex.Felin.& alios,quos allegat,*in verbo,Fideiussor de iudicio sisti,in fine,ver. Et propterea in sequestris*; vbi etiam declarat, an & quando concedatur huiusmodi sequestrum,vt debitor soluat.Addo & pro hac eadem limitatione Conrad.*in pract. in tit.de carcer.n.13.v. Item non est relaxandus.fol.mihi* 275. *col.*2.vbi loquitur in casu,in quo extaret statutū mandans carceratum debitorē non debere relaxari,nisi priùs creditori satisfaciat:nā tunc non relaxatur fideiussione,sed effectuali solutione,vt per Bart.Bal.& alios pariter ibi per eum allegatos.

28 SVBLIMITA I.Hanc quartam limitationem,vt intelligatur in fideiussore de iudicio sisti, quem etiam quòd præstare velit,carceratus debitor relaxandus non est:secus in fideiussore de soluendo,quem si idem debitor dare voluerit, potest per Iudicem relaxari,vt præsupponit Bal.*in c.dilectis, col.4.n.* 12.*ver. Nota bonam practicam,de appell.*vbi propterea admonet Officiales, vt caueant ne relaxent carceratos pro debito sub fideiussore de iudicio sisti,quia tales fideiussores liberantur per sententiam condemnatoriam,*l.Græce,§.sed post litem, ff.de fideiuss.*sed debent recipere fideiussores de soluendo debitum,aliàs ipsis contingit,quod aliàs contigisse testatur cuidā Potestati,qui hæc ignorans pro incauta relaxatione cuiusdam carcerati fuit cōdemnatus in syndicatu,& desolatus.Et hanc Baldi conclusionē pro cautela reassumit Cæp.*cau.*98. *Noteni bonam practicam,*& ante Cæpolā hoc idem affirmauit Rom.*sing.*142.*vnus vult fideiubere,*vbi etiā allegat Odofred.*in l.neque impuberes,§.2.ff.de in ius vocan.*quos & alios plures concordantes refert,& sequitur Catelliā. Cotta *in suis memoral.in verbo,Fideiussor de iudicio sisti per tot.*Et licèt contra hāc sublimitationem de directo obstent iura, & authoritates supià deductæ *n.*25.*&* 26.quibus apertè probatur non debere relaxari debitorem carceratū pro debito seruatis seruandis,& in exequutionem sententiæ,ac rei iudicatæ,nisi cū effectuali solutione debiti,reiecto omni fideiussore,per regulam quòd aliud est soluere,aliud autem fideiubere de soluēdo,& sic etiā loqui videantur omnes ferè Doctores per Catellian.Cottā *in loco citato:*non per hoc tamen ab ea recedas, quia omissa pro nunc disputatione super illius veritate, satis est,quòd propter eius summam æquitatem de facto seruatur per Iudices,& ita semper seruari vidi etiam in tribunali Illustriss.Domini Auditoris Camerę,cuius ciuilis Locum-tenens passim etiam carceratos pro debito relaxari mandat sub fideiussione de soluendo in forma depositi.

SVBLIMITA II.Eadem † limitationem procedere,prout 29
loquitur in debitore carcerato seruatis seruandis,& in exequutionē diffinitiuæ sententiæ,secus in carcerato tanquā suspecto de fuga:is enim relaxatur sub fideiussione,*l.fideiussor, §.fin.*& ibi cōmuniter*Doctores,*ff.qui satisd.cogan.*Rol.*cons.* * *65.n.3.lib.3.* & apud nos vigore decretorum Pij V.in facultatib.concessis visitatoribus carcerum in relaxatione carceratorum,de quibus in Bullario 2.*par.fol.* 197.*& est in ordine constitutio* 189.*illius Pontificis in* 8.*decreto,*debitor carceratus tanquàm suspectus de fuga,data cautione de se repræsentando sub pœna debiti relaxatur.

LIMITA V.dictam primam regulam † non procedere in 30
crimine falsi,in quo etiā quòd vigore statuti, seu aliàs Iudex arbitraretur non fore imponendam nisi pœnam pecuniariā, non per hoc tamē debet ipsū relaxare sub fideiussore,& hoc propter criminis turpitudinem,& propter multa illius specialia:sic enim sentire videtur Marsil.*in pract.crim.in §.attingam, n.7.in fi.vers. Addo etiam quòd fortè posset dari alius casus,& in rub.ff.de fideiuss.n.*232.vbi post Bar. Anch. & alios, quos allegat,dixit, statutum loquens de carceratis relaxandis, non extendi ad carceratos pro crimine falsi,Dec.*cons.*143.*n.*5.*vol.* 1.Ferran.Gargiar.*cons.crim.diuers.*125.*n.*25.*vol.*1.*in fol.*Menoch.*de arbitr.q.lib.*2. *casu* 303.*post n.*12. Gram. *cons. ciui.* 109.*col.*2.Hieron.Magon.*decis.Lucens.*42.*n.*1.*&* 2.*par.*1.

Contrarium credo verius:† licèt enim, vt Marsilius in lo- 31
co citato affirmat,crimen falsi habeat multa specialia propter eius enormitatem,quod & ego non inficior:non per hoc tamen sequitur,quòd habeat hoc aliud speciale,videlicet,quòd non debeat fideiussoribus relaxari,quando pœna est pecuniaria prout in terminis aduertit Foll.*in pr.crim.in verbo, Examinati liberentur sub fideiuss.n.*19.*v.Tu autem adde.*Si† enim 32
valeret argumētatio Marsilij,vtique esset multiplicare,extendere,& in consequentiam trahere priuilegia & specialia,cōtra textum *in l.quod verò contra,& in l.Ius singulare.ff.de legibus,*cum aliis per Nattā *in cons.*613.*n.*6.*& seq. vol.*3. & per Ceph. *in cons.*75.*n.*53.*& cons.*117.*n.*36.*vol.*1. Et propterea non sine ratione idē Marsilius,suprà pro limitatione originaliter allegatus,loquitur dubitatiuè,videlicet per verbū, *forte,* prout etiam Menochius *vbi suprà,* dubitat de eadem limitatione.Nec facit authoritas Dec.*in d.cons.*143.quem sequitur Gargiar.*in d.cons.crim. diuers.*125.*n.*25. quia Dec. loquitur, quando pro crimine falsi venit pœna corporalis imponenda, quo casu non est dubium;& generaliter etiam in quocūque crimine carceratum non relaxari fideiussoribus, vt infrà dicam in secunda regula.Dico igitur, quòd quando statutū in aliquo casu pro crimine falsi non imponit aliam pœnam,nisi pecuniariam:& tunc carceratus pro tali crimine relaxatur fideiussoribus,per ea quæ suprà allegata sunt *in regula,n.*1.nec in hoc crimē falsi debet habere aliquod speciale:quia in materia de qua agitur non attenditur titulus criminis,sed pœna quæ pro crimine imponēda est,& iuxta illius qualitatem Iudex relaxat,& non relaxat carceratū fideiussoribus. † Si verò 33
statutum nihil disponat,simúsque in puris terminis iuris cōmunis,& tunc quia de iure cōmuni pœna falsi est arbitraria, & sic aliquando pecuniaria,& aliquando etiam corporalis secundùm veriorē, & magis communem*opinionem Doctorum,de qua per Clar.*in pract.in §.falsum,ver.Sed quæro,quæ* * *sit pœna,*& per Meno.*de arbit.q.casu* 306.*lib.*2.Idcirco si Iudex in proposito præuideat falsitatē,pro qua quis est carceratus,mereri pœnā corporalē,non vtique ipsum fideiussoribus relaxabit,iuxta ea,quę scripsit Dec.*d.cons.*143.*n.*1.secus si nō,

nisi pecu

nisi pecuniariam pœnam infligi posse arbitretur, per ea quæ latiùs infrà dicam de carcerato relaxando in casu imponendæ arbitrariæ pœnæ, in 2. ampliatione 2. regulæ huius quæstionis. Et ista est veritas, prout etiam videtur fuisse de mente Bertazz. *in cons.* 12. *n.* 2. *lib.* 1. vbi consuluit etiam in vero crimine falsi carceratum esse fideiussoribus relaxandũ, quando vigore statuti pœna est pecuniaria.

34 LIMITA VI. Vt dicta prima regula † nõ procedat, quãdo carceratus aliàs, vel ex carcere, vel sub fideiussore relaxatus aufugisset: nam tunc facit se indignum, vt iterum sub fideiussore relaxetur, etiam quòd agatur de pœna pecuniaria, vt bene probat Paris de Put. *in tract. de synd. in verbo carcer, & carceratus, c.* 1. *Iudex potest de plano, n.* 2. *fol. mihi* 140. *col.* 1. *& in verbo, fideiussor Officialium, c.* 3. *si Iudex maleficiorũ, n.* 11. *in fine*, & est gl. *in l. lex Cornelia*, quam ibi ad hoc ponderarunt, & singularem dixerunt Bal. & Rom. *ff. ad Syllan.* quos refert, & sequitur Aug. ad Ang. *de malef. in verbo Quòd fama publica præced. post n.* 67. & tradidit etiam idem Ang. *ibid. in eodem verbo*, vbi etiam Aug. *in add. n.* 83. *v. quæro, notandum est* idem Aug. ad Ang. *in verbo, Pro quibus Antonius fideiussit, n.* 1. *in prima additione, in medio.* Fran. Cason. *post tract. ut. de indic. & torm. in quæst. c.* 9. *de captura & carcer. n.* 11. Boër. *dec.* 215. *n.* 22. *ante medium* Foller. *in pract. crim. in verbo, Examinati liberentur fideiussor. n.* 17. Marsil. *in pract. §. attingam, n.* 7. Tiraq. *de pœn. temper. caus.* 31. *n.* 14. vbi ampliat etiam quòd reus sit nobilis, Bossi. *in tit. de carcerato, fideiuss. commut. n.* 15. *in fine*, Roder. Soarez. *in tract. de fideiuss. in cau. crim. n.* 33. *& seq.* vbi bene hanc limitationem comprobat, Mascar. *de probat. concl.* 1003. *n.* 57. *lib.* 2. Menoch. *de arbit. q. lib.* 2. *d. casu* 303. *n.* 9. *&*
35 *seq.* vbi aliis similibus hanc comprobat limitationem, † & deinde dicit non per hoc esse sublatum arbitrium Iudici illum relaxandi sub fideiussoribus, si voluerit, & sic secundùm eum poterit isto casu Iudex etiam carceratum, qui aliàs ex carcere aufugeret, fideiussoribus relaxare, & non relaxare, prout sibi visum fuerit.

36 LIMITA VII. In † reo reperto in flagranti crimine, vt puta cum delatione armorum, vel aliàs vbi delictum est notoriũ, & manifestum: quia tunc etiam quòd agatur de pœna pecuniaria, non est fideiussoribus relaxandus, vt per Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, Quòd fama publica præced. post n.* 67. *vers. Et adde pulchra verba*, vbi allegat Bald. *in l. sed si is, ff. de in ius vocan.* Franc. Cason. *post tract. de indic. & tor. in quæst. c.* 9. *rubr. de captura & carcere, n.* 11. *v.* 4. *Si repertus est in flagranti crimine, siue cum armis*, Marsil. *in pract. §. attingam, n.* 5. *&* 6. vbi licèt asserat Baldũ in loco suprà citato non affirmare id, ad quod allegatur per Augustinũ, sed contrariũ; non per hoc tamen ipse discedit à proposita limitatione, sed pro ea alios adducit. Foll. *in pract. crim. in verbo, Examinari liberentur fideiuss. n.* 7. *&* 8. vbi loquitur tam in eo qui est repertus in flagranti, quã etiã in omni casu, in quo delictũ sit notorium: sed loquitur de iure Regni *per const. humanitate, in tit. de his, qui fideiuss. da. pos.* Menoch. *de arbit. q. lib.* 2. *casu* 303. *n.* 12. *&* 13.
37 Et † licèt in reperto cum armis contrarium in specie asseruerit Bal. *in d. l. sed si is, in prin. vers. Vnde inuẽti cum armis ff. de in ius vocan.* dicens inuentũ cum armis nõ debere duci ad palatiũ, si offerat idoneos fideiussores de se repræsentãdo: quod etiã affirmauit Ang. *in l. si verò pro condemnato, §.* 1. *n.* 1. *in fin. vers. Eodẽ modo cauent milites ff. qui sat. cog.* vbi ampliùs, quòd si milites ducunt inuentum cum armis, & offerentem fideiussorẽ ad carceres, possunt conueniri & tenentur in syndicatu, & Bald. & Ang. in loc. præcit. referat & sequatur idem Aug. ad Ang. *de malef. in verb. pro quib. Antonius fideiussit, n.* 9. Roder. Soarez *in suis allegationib. allegatione vltima, in tr. de fideiuss. in cau. crim. n.* 3. *& n.* 4. Prima tamen opinio apud nos indistinctè seruatur, eo præsertim, quia vigore bannimẽtorum pœna delationis armorum non solùm est pecuniaria, sed etiam corporalis, videlicet trium ictuum funis in publico: ideo sic cum armis inuenti ducuntur ad carceres per birroarios, etiam quòd fideiussores offerant.

38 LIMITA VIII. Et hæc est pulchra limitatio, † dictam primã regulam non procedere, quando reus esset indiciatus ad torturã: nam tunc ante torturam inflictam minimè relaxandus est fideiussoribus, etiam quòd agatur de pœna pecuniaria, per doctrinã *in l. si quis post, vers. Item est detinendus vbicunque est torquẽdus, ff. de testam.* per tex. *in l.* 2. *Cod. de exhib. reis.* Facit tex. *in l. eos, §. super his, & in l. minimè in fine C. de appell. & in l.* 2. *in prin. ff. de cust. reo.* per quæ iura etiam hoc idem firmarunt Ang. *de malef. in verbo, pro quib. Antonius fideiussit, n.* 16. & ibi etiam Aug. *in add. & in seq. verbo, Qui Iudex dictum Caium detineri & carcerari iussit, n.* 4. *ver.* 4. *semper est detinendus*, Ghirl. *in tract. de relax. carc. rub. de fideiuss. reo. q.* 1. *n.* 2. *v. Fallit regula ista.* Iodoc. *in pract. crim. c.* 20. *n.* 3. Roder. Soarez. *in tract. de fideiuss. in causa crim. post n.* 3. *ver. Aut non inueniunt fideiussorem*, Conrad. *in pract. tit. de appell. n.* 21. *ver.* 3. *Si condemnatus de crimine, fol. mihi* 207. *col.* 1. qui loquitur etiam in causa appellationis, per textum *in d. l. eos, d. §. super his.* Plures alios pariter & in materia appellationis concordantes adducit Rob. Lancellot. *in tract. de attent. c.* 12. *limitatione* 33. *n.* 1. *& seq.* Clar. *in pract. §. fi. q.* 46. *vers. In hac autem materia, in fine*, vbi quòd ita seruatur.

AMPLIA I. Hanc nonam limitationem †, vt per Clar. *in* 41 *d. q.* 46. *in vers. Pone, quòd Papiensis*, in tantum esse veram, vt fideiussor debeat præstari in loco iudicij: quòd si carceratus eo loci fideiussores non reperiat, minimè relaxatur, etiã quòd illos dare offerat in alio loco, & ita seruari testatur, prout etiam de eadem obseruantia fidem facit Afflict. *super* 2. *par. constit. Regni, rub.* 10. *n.* 6. & Clarũ vbi suprà refert & sequitur Bonacost. *in com. opin. par.* 1. *sub ver. Carceratus vbicunque ad finem*, ibi, *Et debet semper dari fideiuss. in loco iudicij &c. fol. mihi* 20. *a tergo, col.* 1. † Et certè verũ dicit Clarus, quãdo car- 42 ceratus vellet dare fideiussorem extra locum iudicij in aliquo alio loco non subdito Principi seu Domino loci, in quo carceratus est, vt in exemplo per eum posito de Papiense, qui

Mediolani carceratus offert dare fideiussores Papæ: tũc enim non admittitur talis oblatio, vt ibi per eum. At secus credo, quando offert fideiussores in aliquo alio loco extra locũ iudicij, suppositio tamen iurisdictioni, & potestati eiusdem Principis: quia tunc data impotentia reperiendi fideiussores in loco carceris, sæpissimè vidi tales fideiussores receptos, etiam extra locum carceris.

43 AMPLIA II. Eandem nonam limitationem †, vt licèt regulariter fideiussores non inueniens admittatur ad iuratoriã
* cautionem, ad text. vbi communiter* Doct. *in aut. generaliter, C. de Episc. & cler. & in l.* 1. vbi præsertim latè Ias. *n.* 22. *&* 23. *ff. qui satisd. cog.* Bald. *in l. fin. n.* 6. *C. de ind. vid. tollen.* cum aliis
44 per Osasc. *dec. Pedem.* 90. vbi de materia. †Et hęc conclusio
45 procedere † videatur de iure nõ solùm in ciuilibus, sed etiam
* in criminalib. prout de communi * testatur Marsil. *in rub. de fideiuss. n.* 166. *& seq.* Assentit Boss. *in tit. de carcerato fideiuss. committend. in fine, n.* 71. *& seq.* & ita in magna Curia Vicariæ
* cõmuniter * practicari testatur Foll. *in fragmen. post pra. crim. rub. de fideiuss. n.* 165. & præsertim in muliere, prout in terminis dixit Bald *in d. l. Sed et si is, ante n.* 1. *ver. Aut non inueniũt fideiussorem, ff. de in ius voc. & in l. si quis, post ver. Sed iste quartus casus fallit in muliere. ff. de test.* Amad. *de syndic. n.* 210. *sub ver. Et qui non inuenit,* Facit tex. *in* §. *necessarium, vers. si verò crimen, in Auth. vt nulli Iud.* iuncto tex. *in auth. Hodie nouo iure, in v. Si verò tale sit crimẽ. C. de cust. reo.* cũ aliis suprà relatis, *q.* 27. *n.* 44. & per Claud. Bertazz. *in add. ad cons. Bartholom. patris, cons.* 13. *litera A, lib.* 1. & per Roder. Soarez *in d.*
46 *tract. de fideiuss. in cau. crim. n.* 3. *v. mulier autem, &c.* †de consuetudine tamen tã in muliere, quàm in viro, non admitti in criminalibus iuratoriã cautionẽ, ex eo quòd carceratus non inueniat fideiussores, & propterea eum minimè relaxandum esse cum dicta iuratoria cautione post apostillã ad Bald. *in d. auth. Hodie nouo iure.* & Boër. *dec.* 349. *col. fi. v. Tamen sunt,* & in fine illius decisionis, quos allegat, affirmat Clar. *in pract.* §.
47 *fin. d. q.* 46. *ver. Sed agendum.* †vbi tamen dicit, quòd quando carcerati non sunt multùm grauati in processu, & re vera non habent fideiussores, consulto Senatu apud eum, vel etiam non consulto, quando delictũ est leue, relaxantur sub iuratoria cautione & præcepto in faciẽ cum cõminatione pœnæ Iudicis arbitrio, & istã practicã esse optimã & laudabilẽ testatur: cùm iniquum sit permittere, vt iidẽ carcerati ob eorũ paupertatẽ & impotentiã inueniendi fideiussores, in carceribus marcescant: & ita etiam sæpissimè in Vrbe à iustis Iudicibus seruatum vidi, & passim à visitatoribus carcerum.

48 REGVLA secunda sit in proposita Quæstione, † quòd quando delictũ est graue & atrox, taliter quòd pro eo imponenda venit pœna sanguinis, vel etiam alia pœna corporalis, carceratus minimè fideiuss. relaxatur. Tex. est *in l. Diuus ff. de cust. reo.* dum per hæc verba disposuit: *Diuus Pius ad epistolam Antiochensiũ Græcè rescripsit, non esse in vincula coniiciendum eum, qui fideiussores dare paratus sit: nisi tam graue scelus ipsum admisisse constet, vt neque fideiuss. neque militibus cõmitti debeat.* Et per illũ text. præcipuè hãc firmarunt regulã Bar. *in l. 1. n. 1. ff. de cust. reo.* Bal. *in l. sed si is, in princ. ver. in gl. vltima, ff. de exhiben. reis, & in l. eos,* § *super his, in fine, ver. si autẽ esset causa capitalis, C. de appell. & in l. nullus post n.* 3. *ver. Si est pœna determinata,* & ibi etiam Ang. *n.* 3. *ver. Si verò pœna est corporalis, C. de exhib. reis.* Paris de Put. *in tr. de synd. verbo, carcer, & carc. c.* 13. *An si plures carcerati, n.* 16. *fol. mihi* 143. *col.* 2. *& in verbo, Fideiussor Officialẽ, c.* 3. *Si Iudex maleficiorũ, post n.* 11. *fol. mihi* 188. *col.* 2. Ang. *de mal. in verbo, Quod fama publica præced. n.* 66. & ibidẽ Aug. *post n.* 67. *post medium additionis, vers. Et ideo menti sententiam Baldi, & in verbo, pro quibus Antonius fideiussit n.* 1. *& n.* 11. *ver. Si verò est pœna corporalis,* Franc. Cas. *post tract. de indic. & tort. in quæst. c.* 6. *rub. de captura & carcere, n.* 7. Ghirl. *de relax. carc. rub. fideiuss. reor. q.* 1. *n.* 3. *v. Quando verò crimen est atrox, & n.* 6. *v. Primo casu,* Bonif. de Vital. *in rub. de carc. priuat. post n.* 2. *vers. Sed si crimen est graue:* Conrad. *in pract. tit. de carcer. n.* 8. *fol. mihi* 275. *col.* 1. Foller. *in pract. crim. verbo, Examinati liberentur fideiuss. n.* 4. Marsil. *in pract. crim.* §. *attingam. post n.* 1. *ver. Et primo fallit, & in rub. ff. de fideiuss. n.* 247. *ver. Et ex supradictis, sub* 28. *q.* Iod. *in pract. crim. c.* 20. *n.* 3. *ver. Aut crimen est atrox, & ibid. n.* 10. *v. Primo casu,* &c. Boss. *in tit. de carcerato fideiuss. committ. post n.* 1. *ver. Et primo casu,* Osasc. *decis. Ped.* 18. *n.* 4. Didac. *var. resol. lib.* 2. *c.* 8. *post n.* 8. Roder. Soarez *in tr. de fideiuss. in cau. crim. post n.* 8. *v. Et sic concludiuè dicas,* & latiùs *n.* 13. *& seqq.* & est cõmunis, * sicuti testatur Anton. Gomez. *var. resol. tom.* 3. *c.* 9. * *rubr. de captura reorũ, n.* 8. *ver. Si verò venit imponenda pœna corporalis,* Clar. *in pract. crim.* §. *fi. d. q.* 46. *v. In hac autem materia, in princ.* vbi etiã quòd huic conclusioni applaudit consuetudo, vt testatur Card. Alex. *in c. quisquis, 2. q.* 8. & Clar. *vbi supra,* refert Bonacos. *in comm. opin. par.* 1. *in verbo, carceratus vbicunque, in princ. fol. mihi* 20. *col.* 2. Men. *de arb. q. lib.* 2. *casu* 303. *n.* 15. vbi alios adducit concordantes *iuncto n.* 21. *in fi. & n.* 22. *pariter in fine,* vbi ab hac communi opinione Iudicis minimè recedendum post Soarez, quem allegat, affirmat: licèt in puncto iuris contrariam opinionem, de quo mox dicam, forsan sustineri posse verius crediderit ibidem, *n.* 17. *& seq.* & hanc regulam communem* etiã appellauit Quin- *
til. Mandos. in loco relato per Bonacos. *in suis comm. opin. par.* 2. *vers. Fideiussor non admittitur, fol. mihi* 29. *col.* 2. *in fine.*

Ratio huius secũdæ regulæ ea potissimùm à præfatis Do *
ctoribus communiter* adducitur, †quia si vbi veniret impo- 49
nenda pœna corporalis, reus sub fideiussore relaxaretur, facile esset, quòd in casu condemnationis idem reus aufugeret, ne dictam corporalẽ pœnam pateretur, & sic eluderet iudicium, delicta remanerent impunita, cùm fideiussor ad hanc corporalẽ pœnam se obligare nequeat, & obligatus tanquam nulliter obligatus conueniri non possit, eo quia membrorum suorum nemo est dominus, *l. liber homo,* vbi Bart. & alij, *ff. ad legem Aquil.* ita post Bart. *in l. si quis reum. C. de custodia reor.* in specie concludit Rom. *sing.* 129. *incip. Tuscis quòd in causa criminali in prin.* Paul Ghitl. *de relax. carc. rub. de fideiuss. reo. n.* 3. *in fine, & seq.* Mars. *in pract.* §. *attingam, n.* 2. & latiùs *in rub. de fideiuss. n.* 140. *& seqq. in* 29. *q.* Cæpol. *cons. crim.* 39. *n.* 56. Neuiz. *cons.* 61. *n.* 22. Franc. Cason. *post tract. de indic. & tortur. quæst. c.* 9. *rub. de captura & carcere. n.* 9. *&* 10. Iod. in *pract. crim. c.* 30. *n.* 4. *& n.* 6. vbi etiam de principali carcerato, qui licèt possit se obligare sub pœna confessi criminis, amissionis beneficij seu gratiæ, exilij subeundi, aut similium, non potest tamen se ad pœnam capitis, aut alicuius membri abscissionem obligare, vt ibi per eum, Anton. Gomez. *var. resol. tom.* 3. *c.* 9. *rub. de captura reo. n.* 8. *ad medium ver. Confirmatur quia,* & est gl. *in c. cùm homo, in verbo, supplicium,* 23. *q.* 5. quam glossam frequentissimè omnium * consensu receptam * esse testatur Didac. *var. resol. cap.* 8. & ita communiter seruari testatur Alb. *in* 1. *par. statut. q.* 51. prout illum refert Marsil. *in rub. de fideiuss. n.* 244. *& in l. infans, n.* 16. *ff. ad l. Corn. de sicar.* quos pariter refert, * & sequitur Clar. *in pract.* §. *fi. d. q.* 46. *v.* * *Sed nunquid poterit.* Pluribus comprobat Roder. Soarez *in tr. de fideiuss. in cau. crim. n.* 21. *& seqq.* Bonacos. *in suis com. opin. par.* 1. *fol.* 70. *col.* 3. *in fi. ver. Fideiussor non intercedit,* vbi allegat Emanuel Soarez *in sua collecta comm. opin. verbo, Fideiuss. n.* 145. Menoch. *de arb. q. lib.* 2. *d. casu* 303. *n.* 16. *& n.* 21. *& sequenti,* vbi dicit ab hac communi opinione minimè recedendum esse in iudiciis, licet forsan in puncto iuris non transiret sine difficultate, vt ex allegatis per Mars. *in d. rubrica de fideiuss. n.* 243. *& seq.*

Et licèt † contra regulam prædictam senserint Spec. Ang. 50
& Soarez, in locis relatis per Menoch. *de arbit. q. d. casu* 303. *n.* 20. *in fin.* & pro hac contraria opinione multa considerari possint, quæ fuerunt deducta per Menoc. ibidẽ, *n.* 17. *& seqq.* & inter alia multùm stringere videtur text. *in d. l. eos,* §. *super his, C. de app.* cũ quo etiam concordat alius tex. *in l. minimè, in fi. C. eod.* non per hoc tamẽ recedas à proposita regula, à qua nec etiã recedendum esse arbitrati sunt Menoc. & Soarez *in locis præcitatis,* licèt de ea dubitauerint, & ad text. *in d. l. eos,* §. *super his,* optimè ibidem respondet Sal. prout illum suprà retuli, *sub n.* 24. *ad tex. verò in d. l. minimè.* respondet ibi gloss. *in verbo, Perseueret. vbi videas.* [& concordat Bulla Pij V. incip. *cum sicut accepimus, in ordine* 184. *in* 2. *parte Bullarij, fol.* 639. vbi Summus Pontifex aufert facultatem excarcerandi reos sub fideiussoribus non solùm Iudicibus, sed etiam carcerum visitatoribus quando agitur de capitali delicto.]

AMPLIA I. Hanc secundam regulam † vt procedat non 51
solùm quando pœna est corporalis simpliciter, sed etiam quando est corporalis in defectum pecuniariæ: vt putà quando statutum pro aliquo delicto mandaret reum soluere scuta centum, quæ si non soluerit infra tale tempus, transmittatur

ad rrire

ad triremes, vel quid simile: tunc enim nec etiam fideiussoribus relaxandus est, vt apertè scripsit Bar. *in l. 1. n. 1. & seqq. ff.*
52 *de cust. reo.* † Vbi amplius, quòd reus isto casu non est relaxãdus, etiam quòd vellet dare fideiussores de soluendo, imò nec etiam quòd vellet pecuniam in depositum: & hoc, quia esse pôtest quòd interim fideiussores efficiantur nõ soluendo, vel quòd depositata pecunia fortè periret; & sic reo illo iam relaxato, nolente amplius comparere, pœna eluderetur: vnde ipse Bar. dat ibi pro cautela ad hoc vt in præsenti casu reus relaxetur, At soluat pecuniã fisco, transferendo in eum dominiũ, sub conditione tamen, si condemnabitur, *vt in l. si sub condine, ff. de solut.* Hoc enim modo non potest accidere, quòd pœna non sit soluta, quoniã non est depositata in specie. sed soluta in quantitate, ideo perire non potest, vt ibi per eum, quẽ etiã sequuti sunt Ang. *in l. nullus, n. 5. C. de exhib. reis.* vbi dicit, quòd dictũ Bartoli quoad pecuniã deponendã est verum in se, quando deponeretur in specie, vtputà in sacculo; secus si deponeretur in genere, quia scilicet fuerit numerata: quia tunc transit dominiũ in fiscũ, & sic non potest perire, *l. dies sponsaliorum, §. 1. depositi.* & consequenter poterit stante dicto depósito relaxari carceratus, vbi pœna est corporalis, in subsidiũ. Ang. *de malef. in verbo, Quod fama publica præced. n. 67. per totum,* vbi refert & sequitur dicta per Bart. & Ang de Pèrusio in locis præcitatis. Rursus & idem Ang. *de malef. in verb. Pro quibus Antonius fideiussit, n. 1. & n. 11.* Bonif. de Vital. *in tit. de carc. priu. n. 11. & ibi in add. litera B,* Iodoc. *pract. c. 19. rub. de relax. carc. n. 5. v. Neque etiam relaxandus, fol. mihi 43. & c. 30. n. 9. in fine, vers. Quod si per defectum pœnæ pecuniariæ. fol. 47.* Petr. à Placha *in epit. delict. c. 2. n. 18. in discursu, lib. 1* Conrad. *in pract. tit. de carc. n. 13. vers. Non est tamen quis fideiussoribus relaxandus,* Petrasan. *sing. 63. n. 2. vers. Sed in contrarium, fol. mihi 275. col. 2. in fine,* Pau. Ghirl. *de relax. carc. rub. de fideiuss. reor. q. 1. n. 5. in fi. vers. Sed quæritur, quid si,* Menoch. *de arbit. quæst. lib. 2. d. casu 303. n. 31. & seqq.* vbi inter alios, quos adducit concordantes, allegat etiam Soarez *in d. tract. de fideiuss. in cau. crim. n. 4.* quid autem si pœna esset pecuniaria, *& n. 23. vers. & in tantum,* Osasc. *dec. Pedem. 18. n. 1. & seqq.* vbi pluribus rationibus hanc comprobat ampliationem, & respondet contrariis, Hieron. Magon. *decis. 110. Lucen. 42. n. 3. & seqq. par. 1.* Claud. Bertazz. *in addit. ad cons. patris 12. litera A, vol. 1.* vbi alios adducit concordantes, ex quib. omnino apparet, eandem hanc ampliationem commu-
* niter* esse ab omnibus receptam.

53 LIMITA Hanc primam ampliationem, † vt procedat, quando statutum loqueretur per verba denotãtia actum soluendi; putà dicendo, *Quæ si non soluerit, transmittatur, &c.* Tunc enim, cùm requirat actualẽ solutionẽ, ideo nõ sufficit satisdatio datis expromissoribus vel pignoribus, *l. item liberatur, §. qui paratus, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluitur, l. solutam, ff. de solut. l. solutionis verb. ff. de verb. sign.* cum aliis allegatis, *supra, n. 16.* & in istis terminis procedit ampliatio prædicta, secundùm doctrinam Bart. *in d. l. 1. ff. de cust. reo.* secus si statutũ loqueretur per verba denotantia nõ actũ solutionis, sed potentiã soluendi, vtputà si diceret: *Quæ si soluere non potuerit, transmittatur, &c.* Tunc enim reum carceratũ posse fideiussoribus relaxari, si fideiussores habeant bona verisimiliter non peritura, putà immobilia, & sic sint idonei: dixit idem Bar. *in d. l. item liberatur, §. qui paratus, n. 3.* & ibi etiam Salic. *ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol.* quẽ sequuti sunt Ioan. de Anan. *in cons. 21.* & ibi Lud. Bologn. *in add.* Ang. *de malef. in v. Quòd fama publica præced. post n. 67. ver. Nam in dicta quæst. & in verbo, Quas si non soluerit, n. 9. ver. Quid autem,* Fel. *in cap. ad nostram, n. 12. de iureiur.* Alex. *in l. si se non obtulit, §. si ex conuentione, in 1. notab. ff. de re iudic.* Ias. *in cons. 9. n. 9. ver. Vnde dicit notanter, lib. 1.* Petras. *sing. 63. n. 3. vers. vide tamen,* Bart. Roder. Soarez *in tract. de fideiuss. in caus. crim. n. 23. in fin. ver. Sed hoc intelligo esse verum,* Osasc. *decis. Pedem. 18. n. 4. ver. In contrarium verò facit, & n. 5.* vbi optima cum ratione demõstrat, quòd licèt hæc distinctio inter actum soluendi, & potentiam soluendi, videatur prima facie potiùs verbalis, quàm realis, est tamen in se realis & vera, & quòd ita Senatus apud eum iudicauit, & Osascum *in d. dec. 18.* refert in proposito, & sequitur Menoch. *de arbit. quæst. lib. 2. d. casu 303. n. 36.* & Menochium pariter refert, & sequitur Hieron. Magon. *d. decis. Lucen. 42. n. 3. prima parte,* ex quibus patet etiam & hanc li-

mitationem esse communiter* receptam. *

AMPLIAA II. Eandem secundam regulam, † vt procedat 54
etiam in pœna arbitraria: † bi enim pœna vel à lege, vel à statuto est Iudicis arbitrio remissa, Iudéxque ille vel quia in alio simili casu viderit consuetum esse imponi pœnam corporalem, vel aliàs ex aliqua alia causa verisimiliter præuideat locum esse impositioni pœnæ corporalis, non autem pecuniariæ: non vtique isto casu reum sub fideiussoribus relaxabit, etiam quòd agatur non de pœna corporali determinata: licèt secus esset, si non nisi pecuniariam pœnam infligendam esse verisimiliter crederet. Ista fuit originalis distinctio Bald. *in l. nullus, in 2. col. post n. 3. v. Aut pœna est arbitraria, C. de exhib. reis,* & Baldũ sequuti sunt Paris de Put. *in tract. de synd. verb. Fideiussores Officialium, cap. 3. si Iudex maleficiorum, n. 11. fol. mihi 188.* Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, Pro quibus Antonius fideiussit, n. 11.* Pau. Ghirl *in tract. de relax. carc. rubr. de fideiuss. reo. q. 1. n. 5. & n. 7. in fine, ver. Secundo verò casu* Iodoc. *in pract. crim. d. cap. 20. n. 8. & seq. & n. 18. in fine, vers. Tertio verò casu,* Conrad. *in pract. tit. de carcer. n. 13. in fin. ver. Item non est relaxandus, fol. mihi 276. col. 1.* Mars. *in rubr. de fideiuss. n. 247. in fine,* Soarez *in tract. de fideiuss. in cau. crim. in n. 4. in fine. vers. Sed quid si pœna sit arbitraria & numer. 25.* & licèt Gramm. *in cons. 55. n. 5. & 7.* absolutè dixerit carceratum ob pœnam arbitrariam non esse fideiussoribus relaxandum: malè tamen illum sensisse, affirmat Menoch. *de arb. q. lib. 2. d. casu 303. n. 39. & seqq.* vbi etiam dixit, quòd si isto casu Iudex relaxet carceratum sub fideiussore, tacitè censetur declarasse animum suum, scilicet se non velle imponere aliam pœnam, quàm pecuniariam.

AMPLIA III. Vt † & idem sit, vbi agitur de imponenda 55
pœna exilij, quæ pœna cùm corporalis sit, vt in terminis demonstrat, & aliàs se fuisse expertum testatur Boss. *in lit. de carcerato fideiuss. commun. n. 7* imò si exilium sit perpetuum, capitalem pœnã censeri dixit communem Soarez *in sua collecta commun. opin. verbo, capitalis, n. 8.* cum aliis allegatis *supra, in titul. de delict. & pœnis, q. 19. n. 17.* Idcirco vbi de tali pœna agitur, carceratũ non esse fideiussorib. relaxandum, dixit Fran. Cason. *post tract. de indic. & torm. quæst. c. 9. rub. de capitura, & carcere, n. 8. vers. Et aduertendum est, &c.* sensit Boss. vbi suprà, *d. n. 7. & n. 8.* vbi ibid. etiam, vbi agitur de pœna infamiæ, † licèt contrarium in exilio sensisse videatur Iodoc. *in pract.* 56
crim. cap. 19. de relax. carcer. num. 4. vers. Itidem is &c. sed rectiùs intuendo verba Iodoci, eo loci apparet eum non loqui de relaxatione cum fideiussoribus, sed quòd is qui in aliam pœnam condemnandus non est, quàm exilij, non diu in carceribus detinendus est: ideo non recedas ab ampliatione.

AMPLIA IIII Vt † pariter, & idem sit in pœna ictus fu- 57
stium, quam nos fustigationem vulgò appellamus: talis enim pœna licèt capitalis non sit secundùm communem, *de qua *
post Bart. & Maran. quos allegat, testatur Clarus *in practica, §. fin. quæst. 70. vers. Est etiam pœna, in fine:* negari tamen non potest, quin sit corporalis, vt per Diaz *in pract. crim. canon. c. 155. n. quarto* Clarus *dicta quæst. 8. vers. Mitræ quoque impositio,* vbi, quod plus est, loquitur etiam in pœna mitræ, quæ non sic affligit corpus, sicut fustigatio: non solùm pœnam hãc corporalem esse, sed etiam valdè ignominiosam, & infamatoriam, cùm non nisi pro turpibus & infamatoriis delictis irrogari soleat, probat tex. *in l. ictus fustium, ff. de his, qui notan. infam.* cum aliis per nos relatis *supra, in tit. de delict. & pœnis, q. 19. n. 29.* & vbi agitur de pœna infamiæ sola, carceratũ non esse fideiussoribus relaxandũ, dixi suprà ex Bossio allegato *in anteceden. n. 56.* ergo multò minùs relaxandus est, vbi agitur de pœna infamatoria, & corporali, prout in terminis in pœna ictus fustium scripsit Bald. *in l. si quis post, in primo nota. ff. de testam.* quem textum etiam in proposito notabilem & singularem ponderauit Soarez *in tract. de fideiuss. in cau. crim. n. 18. vers. facit notabilis textus,* refert & sequitur Menoc. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 303. num. 23. & 24.* vbi infert ad statutum Papiæ.

AMPLIA V. Eandem secundam regulam † procedere ne- 58
dum in laico, sed etiã in clerico: licèt enim clericus carceratus relaxetur fideiussorib. quando agitur de pœna pecuniaria, vt suprà probaui *in prima ampliatione primæ regulæ, n. 2.* vbi tamẽ agitur de pœna corporali, certũ est eum nõ esse fideiussoribus cõmittendũ, vt probat tex. *in c. si clericos, de sent. excom.*

*in 6.*vbi cauetur,clericũ,si fideiussores offerat,non posse carceribus detineri,nisi delictum sit enorme.Enorme autem delictum exemplificãt ibi Doctores, quando pro eo ipse clericus traditur Curiæ seculari, prout est crimen falsificationis literarũ Apostolicarum,hæresis, & homicidij in personam sui Episcopi, de quibus dixi *in tit.de inquisit.supra,q.*8.*n.*75.& expressè legitur apud Ioan. And.*in d.c.si clericos,col.*1.*in ver. excommunic.*& ibi etiam Archid.*post n.*3.Fran.*n.*5.& Gem.*n.*9. ex quorũ authoritatibus bene proposita ampliatio probatur, quam etiam probarunt Boss.*in tit.de carc.fideiuss.commiti.n.*13.& Foll.*in pract.crim.canon.in verbo,Et in carceribus mancipatus,c.*12.*n.*6.*ver.Sed si veniret imponenda pœna corporalis*, vbi in id allegat tex.*in c.cum homo,*23.*q.*5.gl.*in c.arguta,*2.*q.*6.Fel.*in c.legebatur,in princ. extra de maiorit.& obed.& in c. ex parte,n.*13.*ext.de rescript.*& aduerte quòd isto casu pœna corporalis vel ei similis,an imponatur,nécne pro delicto, pro quo clericus detinetur,inspicienda est dispositio iuris ciuilis,
59 non autem canonici,vt ibi per Fol. † & propterea ad hoc ne clericus fideiussorib. relaxetur,sufficit de iure canonico delictũ reputari graue,& enorme,iuxta tex.*in d.c. si clericos* etiã quòd non imponatur eo iure pœna corporalis, vt post alios, quos allegat,optimè concludit Boss,*vbi supra,n.*10.*& seqq.* vbi infert ad pœnã depositionis,vel detrusionis in perpetuos carceres,aut in monasterium:iis enim casibus,vt ibi per eum.

60 LIMITA I.Propositam huius quæstionis secundam regulam†non procedere in persona nobili,magnæ scilicet existimationis,& diuite;is,inquã,etiam quòd agatur de pœna corporali,quòd possit fideiussoribus relaxari.probat Salic. *in l.si quis reum,n.*9.*ff.de cust.reo.*& latiùs Pau.Ghirl.*in tract.de relaxat.carc.de fideiuss.reo.q.*1.*num.*8.vbi ponit quæstionem de quodam nobili viro & magnæ conditionis,& diuitiis copiosissimo,imputato de crimine,pro quo de iure communi, vel ex forma statutorum venit imponenda pœna corporalis : qui citatus comparet, & examinatus negat : Iudexque vult eum detinere, donec perficiatur processus & purgentur indicia. Nobilis replicat,paratum se obligare,vel etiam dare fideiussores sub pœna pecuniaria,de se repræsentando toties,quoties, ac etiam de standoiuri & iudicatum soluendo : quæritur,an debeat carcerari, an verò cum fideiussorib.oblatis dimitti & relaxari?Dicit ibi Ghirl. quòd verius est posse isto casu Iudicem,si sibi videbitur,hunc nobilem relaxare,vel sub iuratoria cautione,vel sub fideiussoria obligatione, vel de non discedendo ex certo loco,vel aliàs, prout magis expedire putauerit:& hoc quia Iudex circa custodiam,& modum detentionis reorũ magnũ habet à lege cõcessum arbitriũ,prout dicit Iurisconsultus *in l.*1.*ff.de cust.reor.*(& dicam *infra, in* 3.*limitatione huius secundæ regulæ*) & hoc Iudicis arbitrium maximè versari debere in considerando honores & facultates carcerati expressè cauetur *in eadem l.*1.& si delictũ, de quo nobilis iste inquiritur,est tale,quòd pro eo imponenda est pœna,nedũ corporalis,sed mortis,poterit etiã isto casu Iudex,si sibi videbitur,illũ non carcerare,sed loco carceris vnam cameram in palatio sibi assignare cum custodia militũ, vt per eundem Ghirl.*vbi supra,q.*2.*n.*1.quem in proposito refert & sequitur Conrad.*in pract.tit.de carc.n.*15.*fol.mihi* 276.*col.*1. & Iod.*in pract.crim.c.*20.*n.*11.Bernard.de Landriano *ad Ang.de malef. in verbo*, *Quòd fama publica,post n.*67. *in Additione*, *litera*
61 *A.*†& generaliter posse propter qualitatem, & nobilitatem personæ assignari per Iudicem carcerato aliquam camerã in palatio, seu palatiũ ipsum loco carceris cum custodia militũ, vel etiã sub fideiussione,quòd de dicto loco non recedet,& quádoque etiam totam ciuitatẽ, si ita sibi visum fuerit, vltra præallegatos scripserunt etiã Ang.*in l.nullus,num.*5.*in fi.C.de exhib.reis*, Tiraq.latè *in tit.de pœnis temper. cauſ.*31.*n.*10.*& sequentib.* Soarez *in loco citato*,per Clar. *in pract.crim.* §.*fi.q.*36.*sub vers.In dubio autem,videlicet in tract.de fideiuss.in cau. crim.n.*10.*& seq.* vbi ita in practica seruari testatur,& plurib. hanc firmat cõclusionẽ,*& n.*29.Sylu.de Arcer.*cons.crim.*71. *n.*6.*vol.*2.*inter cons.crim.diuer.in fol.*Boss.*in tit.de carc.fideiuss.*
62 *commiti.n.*4 Berta.*cons.*12.*n.*5.*in fi.& seq.lib.*1.† Imò,quãdo personę sunt illustres,de iure nõ videtur posse cogi ad pręstãdũ fideiussorẽ in causa crim. sed dimitti debẽt iuratoriæ cautioni,vt est tex.*in l.quoties,C.de dignit.li.*12.cũ aliis per Osasc. *dec. Ped.*70.*n.*3.*in prin.*& ante Osasc tradidit Paris de Put. *in tr.de synd.in verb.Fideiussores Officialiũ,c.*3.*Si Iudex maleficiorũ,n.*10.*fol mihi* 188.*col.*2. Vide *supra q.*31.*n.*145.*& seq.*

SVBLIMITANDO Hanc primam limitationem aduerte tu,qui es Iudex,†ne præmissis Doctorum authoritatibus, & 63
carcerati nobilitati confisus, deceptus ab ea remaneas sine carcerato cum muscis,vt dici solet,in manu, & cum maxima tua verecundia & iustitiæ nocumento, prout aliàs annis præteritis contigit in quodam illustrissimo viro, qui de mandato ad homicidium imputatus,& propter eius nobilitatem habilitatus à cõmissario Iudice ex Vrbe transmisso,vt loco carceris staret per totam arcẽ Viterbij, sub fideiussione pecuniaria de inde non discedendo, vitæ suæ periculum pecuniis præferendo aufugit ex dicta arce.Prædictam enim limitationem tunc demum ego credo verã,quando iuncta cum nobilitate carcerati vel inquisiti concurrit etiam illius innocentia : tunc enim si Iudex illum innocentẽ videt,nec indicia grauia contra ipsum habet,aut habere sperat poterit,si vult,illum vel latiorib.stantiis in aliquo palatio,vel alibi loco carceris detinere,vel etiã fideiussoribus cõmittere:& ita in casu innocentię, si bene ponderabis illius verba, loquitur præcipuè Ghirl in loco præcitato vnà cum aliis Doctoribus præallegatis.Et tex. *in l.*1.*ff.de custod.reo.*non simpliciter dicit in reorum custodia esse habendum respectũ ad honores & facultates carceratorum sed etiam ad eorum innocentiam : ergo vbi innocentia nõ concurrit,nulla in nobili debet dari prærogatiua,nec circa illius relaxationem,nec circa custodiam. licèt bene in carceribus crederẽ debere sibi assignari nobiliores,& commodiores stantias,dummodo tamẽ custos de eius persona tutus sit, per ea quæ in simili dixi *supra,q.*31.*n.*146.*& seq* Ita etiam se ipsum expressè declarauit Ghirl.in loco præcitato, *d.q.*2.*n.*2. vbi propterea dixit, quòd in proposito Iudex debet maximè considerare non solùm qualitatem,& conditionem personæ, sed etiam illius innocentiam, vel culpam coniecturandam ex qualitate,& quantitate indiciorum.Si enim viderit indicia esse leuia,& non grauia,nec sufficientia ad torturam:& tunc poterit hunc nobilem in palatio,vel aliqua camera cũ militum custodia retinere:si verò indicia sint grauia & vrgentia, & tunc secus.vt ibi per Ghirl. ad quæ etiam optimè faciunt, quæ suprà allegaui *n.*38.*& seq.* † Nec obstet tex.sup.in con- 64
trariũ allegatus *in l.quoties,C.de digni.lib.*12.qui videtur contentari sola iuratoria cautione illustris personæ in causa criminali:nam,vt dicit Fab. à Monteleone *in sua praxi arbitra. fol.*485.*n.*12.expositio dictæ *l. quoties*, recessit ab aula,& in practica non seruatur,& vt dicit Clar.*in d.q.*46.*v.Scias autẽ*, quicquid sit de iure,contrarium seruat consuetudo,vt scilicet illustres non solùm isto casu cogantur dare fideiussores, sed etiã detrudantur in carcerem. Vel etiam potes respondere, prout post Lucam de Pen.*in d.l.quoties* respondet Osasc.*dec. Ped.*70.*n.*3.*v.Sed præmissis obstat* quòd illa lex loquitur,quãdo agitur de leui crimine,& quando proceditur ad accusationem alterius:secus si procederetur ex officio,vel ageretur de delicto graui,prout sunt termini nostræ limitationis:& sic vides quòd in hoc nobilitas,& diuitiæ nullã fe è tribuunt prærogatiuã quia in casu innocẽtiæ,& nõ existẽtiũ indiciorũ,etiã nõ nobilis relaxatur sub fideiussore,vt mox dicã *in seq.lim.*

LIMITA II.Eandem secundam regulam†nõ procedere, 65
quando carceratus non esset in casu innocentiæ & absolutionis:quia tunc etiã nõ expectata sententia, ac etiã quòd agatur de pœna corporali,fideiussorib. relaxari potest & debet, textus est *in l.nullus,in fi.*ibi, *donec reperierit &c. C.de exhib. reis*:quẽ textũ in terminis ad id adnotauit Bald. & singularẽ dixit *in l.sed & si is,in fi.v.Et dicit Iac.Butr.ff.de in ius voc.*Ias. *in l.naturaliter* § *nihil commune,n.*110.*ff.de acq.poss.*Paris de Put.*in tr.de synd.v.fideiussores Officialiũ.c.*3. *Si Iudex maleficiorum,n.*12.*fol.mihi* 188.*col.*3. plures adducit concordantes Mars.*in pract.crim.*§. *attingam.n.*16.vbi inter alia affirmat se ita pluries habuisse in facto,& obtinuisse in pract.Rursus & hoc idem Marsilius scripsit *in tract.de banm.in verbo.Carcerati,n.*34.*& in sing.*381. *& in l.vnica n.*96.*&* 97. *C.de rapt. virg.*Nec dissentit Paul. Ghirl. *in tract.de relax.carc.sub rub. de fideiuss.reor.q.*1. *sub n.*4.*& sub n.*8 vbi generaliter dixit in relaxatione carceratorũ Iudicẽ maximè attẽdere debere eorum innocentiã,per tex.*in d.l.*1.ibi,*vel pro innocentia persona, ff.de cust.reor.*& in specie hanc eandem limitationem posuerũt etiã Cyril.*in sum.crim.par.*1.*rub.*12.*de cust.reo.*§.1.*n.*3.*in fi.fol.mihi* 56.*col.*2. Rom.*sing.* 496. *accusatus de crim .cap.*& ibi Nicol.

ibi Nicol.Pignorat.*in addit.*& alios plures adducit concordantes Bos.*in tit.de carcerato fideiuss.commit.n.*15.*&n.*21.*&in tit.de senten.n.*61.Soarez *in tra.de fideiuss.in cau.cri.n.*25. *in fi.ver.*2.*limit.*Menoch.*de arb.q.lib.*2.*d.casu* 303.*n.* 34. Alex. Stiat.*inter consi.cri.diuer.consi.*119.*n.*2.*vol.*1.*in folio,* Clar. *in pract.cri.q.*46.*verb.pariter etiã*,vbi plures alios adducit concordantes,ex quibus negari non potest hanc limitationem
* posse dici communiter * à Doctoribus receptam, prout de communi Bonac.quem allegat,testatur Hier Magon.*dec.Lucen* 42.*n.*12.*&* 13.*par.*Berta.*consi.suo crim.*367.*n.*1.*lib.*2.

66 SVBLIMITANDO Hanc secundam limitationem,† aduerte ad multa:& primò,quòd licèt Alex.Stiat.*d.cons.*119.*n.* 2.dixerit,quòd isto casu Iudex potest relaxare carceratũ etiã sine fideiussoribus.hæc tamen ampliatio non placet Iulio Claro *in pract.§.fi.d.q.*46.*ver.pariter etiam*, vbi firmata conclusione prædicta,quòd relaxandus sit carceratus, quando ex processu apparet eum non esse culpabilem de delicto,de quo imputabatur,ad tradita per Boër.Chassan.Gramm. & Carauit.in locis ibi per eum allegatis: hoc deinceps sic intelligendum putat,datis fideiussoribus,non sine;& ita seruari testatur,& testantem refert Boss.*in tit.de sent.n.*61.

67 Aduerte secũdò,†quòd imò si crimen sit graue,&Iudex licèt non habeat in processu releuantia indicia contra carceratum,habere tamen sperat,non debet illum sub fideiussore relaxare,prout idem Clarus *in d.vers.pariter etiam*,bene credidit ex Carauita *super* 40.*ritu magnæ Curiæ circa princip.super ritu* 41.*n.*5.

68 Aduerte tertiò,† quòd in omnem casum tempore quo ferenda est sententia diffinitiua,reus iam sub fideiussore relaxatus debet reuocari in carcerem,ne forsan si sequatur corporalis condẽnatio,illam possit fugiendo eludere, vt ibidem per Clarum qui hæc omnia bene explicat *in d.ver.pariter etiam*,& pro cuius dictis faciunt,quæ scripsi *supra tit.de inquisit.q.*4.*n.*25.*ver.limita præcedentem ampliationẽ*.Et certè omnia prædicta,quæ ibidem firmat Clarus, passim etiam apud nos sic seruari testari possum.

69 Aduerte quartò †quòd licèt carceratus sit relaxandus sub fideiussoribus,non solùm quando clarè constat de eius innocentia,sed etiam quando sumus in dubio,quia in dubio semper quis præsumitur innocens, vt in terminis scripsit Paul. Ghirl.*de relaxa.carc.titulo de fideiuss. reor. quæst.* 2.*n.* 2.*ad fi.* Clar.*d.q.*46.*v.In dubio autem*, vbi notabiliter dixit,quòd in dubio semper Iudex in mitiorem partem inclinando debet potiùs carceratos sub fideiussoribus relaxare,quã illos in carceribus detinere,& hoc vt minùs quàm fieri potest,subditos impensis grauet:quicquid in cõtrarium faciãt alij Iudices ex seueritate gloriam affectantes,& malè.

70 Hoc tamen intelligendum est cum grano salis,† videlicet completo & perfecto processu,&non priùs:non enim potest dici,quòd Iudici constet de innocentia carcerati,vel quòd ea sit dubia,nisi processu formato, vt in terminis sic materiam hanc bene iudicio meo declarat, & Doctorum authoritatibus declarationem comprobat,Hiero.Magon.*d.dec.Luc.*42. *n* 13.1.*parte*,quicquid obiter in contrarium etiam non finito processu sentire videatur Bertazzo.*d.consi.*367.*in prin.*quæ verba *non finito processu* ibi per Bertazzolũ posita,sunt intelligenda,ni fallor,hoc est,non expectata sententia,& talẽ credo illius doctissimi viri fuisse mentem,& præsertim quia allegat Marsi. *in d.singul.* 381. quia sic expressè loquitur ante sententiam,& publicato processu,& ita etiam credo esse intelligendum Clarum *in d.vers.pariter &c.* cum ibi allegatis per eum,dum dicit,*pendente processu*:satis enim processus dicitur pendere,quando iam illo formato Iudex non pronunciauit,& pariter sic publicato processu sed ante sententiam, bene loquitur & declarat materiam Soarez *in d.tract.de fideiuss.in cau.crimin.n.*25.*in fi.vers.* 2. *limita.* & declarat Fran. March.videndus *decis.Delph.*799.*per totam,parte* 1.

71 LIMITA III.Dictam secundam regulam, † quia etiam quòd agatur de pœna corporali, Iudicis tamen arbitrio remissum est,an velit carceratos sub fideiussoribus relaxare: & sic hæc materia detentionis vel relaxationis carceratorum videtur arbitraria,prout per plura cõcludit Pau.de Cast.*in cons.* 328.Clarum est in iure,per totum,*lib.*2.vbi loquitur etiã ſtãte statuto,quòd quis debeat personaliter detineri.Et Castren. *vbi sup.*refert.& sequitur Bernard.de Landr.ad Ang.*de malef. in verbo quòd fama publica præced.post n.*67.*in addit. litera A*,faciũt scripta per Ghirlan.*de relaxand.carc. rubr. de fideiuss.reor.quæst.prima,n.*9.vbi dixit,quòd Iudex circa custodiã & modum detentionis reorum, habet magnum arbitrium, *per l.*1.*ff.de cust.reor.*& idem etiã affirmauit Iodo. *in practica crimin.capitulo*20.*n.*8. *iuncto n.*11. *Concludendum est igitur*, Franc.Cason.*post tracta.de indic.& tortu.in quæstionibus,capitulo nono,rubric.de captura,& carcere,n.duodecimo*,vbi quòd hæc materia relaxationis carceratorũ reducta est ad libitum iudicantium,Conrad.*in pract.titulo de carceratione,post num.* 15.vbi pariter ex Ghirlan. *in loco præcitato*, facit conclusionem,magnũ in hoc esse Iudicis arbitriũ:nec dissentit Cyrill. *in summa cri.part.*1.*rubr.de cust.reor.post n. tertium, vers.in summa.&c.*& est de mente Menoch.*de arb. q.lib.* 2. *d. casu* 303 *n.*2.vbi id totum à Iudicis arbitrio ferè pendere concludit,Bonac.*in commun.opin.par.*1.*verbo,Carcerandus an sit reus,fol.mihi* 19.*à tergo,columna* 2.vbi propterea infert,quòd cùm sit Iudici arbitrariũ, non potest idem Iudex redargui, cũ sẽper præsumatur moueri ex iusta causa:assẽtit etiãRode. Soarez *in tract.de fideiusso,in cau.crim.n.*26.*ver.*4.*aduerte.*

SVBLIMITA Hanc tertiam limitationem,† quia Iudicis 72
hoc arbitrium non erit liberum,& absolutũ,sed à iure,& ratione regulatum,& ideo Iudex non poterit reum pro pœna corporali detentum fideiussoribus relaxare,nisi ad sic illum relaxandum de aliqua iusta causa moueatur, prout iustã causam semper præsupponit Castr.*in d.cõs.*328 quem cæteri suprà allegati sequũtur:†imò quando Iudex suo arbitrio rela- 73
xat carceratum pro delicto graui ex aliqua causa contra secũdam regulam suprà formatam,*n.*48.debet dictam causam ponere in actis & in decreto relaxationis,ne in syndicatu redarguatur,vt in terminis cõsuluit Cast.*d.cõs.*328.*in fi.*&ipsũ referendo sequuntur Bernardinus de Lãdriano & Bonacos.in locis præcitatis;& verum dicit,quia generale est,quòd quãdo Iudex ex aliqua causa recedit à reg.iuris communis,debet semper facere,vt de illa causa appareat in actis,aliàs tenetur, vt plenè dixi suprà,*in præced.tit.de delict.& pœnis,q.*17.*n.*62. *&* 63.& si bene perpendantur verba tex.*in l.*1.*ff.de cust. reo.* in quo text.fundatur per Doctores proposita limitatio, apertè ex eo colligitur,quòd Iudicis arbitrium in custodia & retentione reorum Iudici concessum non est liberum & absolutum,sed restrictum ad iustas causas,videlicet ad qualitatem criminis,ad honorem & facultates carcerati,& ad illius innocentiam,de quibus omnibus sufficienter suprà diximus.

LIMITA IV. Quia † etiam vbi agitur de pœna corpora 74
li,carceratus relaxatur fideiussoribus,quando sic cauetur aliquo statuto constitutione,seu consuetudine,secundùm Bernar de Lãdriano ad Ang.*de malef.in verbo quòd fama publica præced.post n.*67.*in addi.litera A*, vbi post Anan.& Cæpol. quos allegat,talem consuetudinẽ valere,ait Foller.*in practica cri.in verbo,examinati liberentur sub fideiuss.n.*7.vbi loquitur in terminis constitutionis Regni, volentis inquisitos de criminib. imponentibus pœnã vltra relegationem paratos dare fideiussoriam cautionem,nõ carcerari,nisi in decẽ casibus in dicta constitutione positis:refert & sequitur Meno.*de arb.lib.* 2.*d.casu* 303.*n.*22.*&n.*15.*post tit.de carcer. fideiuss. commit. post n.*5.Claud.Bertaz.*in add.ad cõs.patris,cons.*12.*litera B,li.* 1.†Et facit pro xac limitatione viua ratio: quia licèt aliàs de 75
iure cõmuni nemo fideiubendo possit pro altero se obligare ad pœnã corporalẽ, vt suprà probaui,*n.* 49. & fideiussio tali casu sic præstita,nulla & inualida sit,vbi tamen in cõtrarium adest aliqua cõsuetud ,valet vtique talis fideiussio,secũdùm gl.*in d.c.cùm homo,*23.*quæst.*5.quam sequuti sunt Rom.*sing.* 124.*tu scis quòd in causa criminali,vers.sed an valeat consuetudo*,& ibi *in addit.Aug.ad Ang.de malef.in verbo,pro quibus Am.fideiuss n.*1.*in* 1.*add.in fi. ver.Dicas,nisi consuetudo esset in cõtrariũ* Marsi.*in §.attinga,n.*9.Cæpol.*cõs.*39.*incip.Lucius Cynus cõsil.n.*56. *& seqq.*Fel.*in c.cognoscentes,n.*3.&ibi etiam Dec.*n.*4.*in* 2.*lect.ext.de const.*idẽ Fel.*in c.*2.*n.*8.*de prob.* Bos. *d.tit.de carc.fideiuss.cõmitt.post.n.*5.Soarez *in tracta. de fideiuss.in cau.crim.n.*26.*vers.*3.*limita.& post n.*34. *vers.& tene menti.*Faciũt quę pulchre ad cõprobationẽ huius rationis cõsiderat Couar.*var.res.li.*2.*c.*8.*post n.*8.*vbi licèt in fi.d.n.*8.idẽ Didacus ab illa dissentire videtur.dicẽs vèrius esse,quòd nec consuetudo,nec statutum efficere possit, vt quis pro altero obligetur ad pœnã corporalem,non tamẽ ab eadem ratione,

* tanquam communi*in iudicãdo recedendum esse dixit idem Menoc.*d.casu* 303.*eod.n.*35. Et in omnem euentũ apud nos cessat omnis difficultas,cùm siue agatur de pœna corporali, siue de pœna pecuniaria,fideiussores non obligent se,nisi ad pecuniam loco pœnæ,quam in casu contrauentionis exigi posse *infra in seq.qu.*34.latiùs demonstrabo.

76 LIMITA V. Eandem secundam regulam,& multùm egregie,vt dixit Meno.*de arbit.q.lib.*2.*d.casu* 303.*n.*37.vt nõ procedat quando darentur fideiussores,qui non tanquam fideiussores simpliciter se obligarent repræsentare reum carceratum sed tanquam custodes & commẽtariensses eundem carceratum ub eorum custodia reciperent, iuxta doctrinam Salic.*in d.l.ad cõmentariensem post n.*3.*C.de cust.reo.*cum aliis per nos relatis *supra,q.*30.*n.*60.*&n.*182.tunc enim cessat ratio suprà deducta,*n.*49 quòd scilicet fideiussor se obligare nõ potest pro carcerato ad pœnam corporalem: nam isto casu fideiussor censetur obligatus vt custos,& propterea tenetur non reducendo reum ad carceres iuxta formam suæ promissionis ad eandem pœnam,pro qua detinebatur ille,pro quo fideiussit,etiã quòd corporalis sit,vt in terminis tradit idem Sali.*vbi supra,d.n.*3.*versi sed latius dic.*Ideo cessante ratione, cessare debet etiã iuris dispositio,& propterea isto casu posse Iudicem,etiam quòd de pœna corporali agatur, relaxare carceratum fideiussoribus sic se tanquam custodes obligantibus post Soarez,quem allegat *in d.tract.fideiusso.in cau.crim. n.*26.*versi.*5.*considera,&n.*28.scripsit Menoc.*d.casu* 303.*eod. n.*37.vbi hanc cautelam notabilem testatur, quando Iudex vult amico carcerato fauere. Quam tamen cautelam ego nunquam in practica seruari vidi, prout nec apud eum admissibilem credidit Clarus *in pract.§.fi.d.q.*46.*versi.sed nunquid,in fin.*licet Soarez *vbi supra,d.n.*28.*versi.& hanc theoricam,*testetur se vidisse illam de facto seruari.

77 LIMITA VI. Vt † eadẽ secunda regula non procedat in diebus Paschalibus & Natalitiis,in quibus relaxantur carcerati,etiã quòd agatur de pœna corporali, nisi crimen grauissimũ sit,ad tex *in l.*3.*C.de Episc.aud.*per hæc verba disponẽ. tem:*vbi primum dies Paschalis extiterit,nullũ teneat carcer inclusum,omnium vincula dissoluantur:*ac deinde ea lege excipiũtur ab hac indulgentia *sacrilegi, adulteri, stupratores, incestum committentes,raptores,sepulchrorũ violatores,malefici,venefici, monetary,homicidæ,parricidæ,& rei læsæ maiestatis.* Sed an isto casu carcerati liberi dimittantur,an verò cum fideiussore vt reuertantur vel ponantur in latioribus carceribus, textus non aperit. Et propterea Doct.ibi vario modo loquuti sunt,prout adnotauit Bos.*in ti.de carc.fideiuss.commit.n.*27.vbi cõcludit, quòd quicquid sit de iure,apud eum seruatur, vt relaxentur carcerati in iis diebus,vel sub fideiussore de reuertendo post festa, vel denõ discedẽdo ex ciuitate, quæ loco carceris ipsis assignatur,& hoc,quando magnitudo criminis nõ repugnat, & indicia non sunt multùm vrgentia,aliter secus. Et Bossium vbi suprà refert & sequitur,Clar.*in pra.crim.§.fi.q.*46.*ver.solent etiam,*& Clarũ pariter refert & sequitur Meno. *de arbit. q.d.casu* 303.*n.*38.& apud nos seruatur,quòd omnes detenti pro causa ciuili,in iis diebus relaxãtur sub cautione sub pœna debiti de se repræsentando in iisdem carceribus. post festa, à quindecim scutis suprà à quindecim verò scutis infrà, facta obligatione per eos & interim nec etiam possunt exequi alia mandata contrà debitores: detenti verò pro causa criminali, si delictum non est atrox vel si indicia non sint grauia, relaxantur sub fideiussore de se repræsentando post eadem festa, vel de habendo domum pro carcere aut aliàs arbitrio DD. Visitatorum carcerum qui iis temporibus omnia prudenter inspiciunt,& piissimè agunt, quæ practica non est differens à consuetudine Mediolani, de qua testantur Boss. Clar. & Menochius in locis nuper citatis.

78 LIMITA VII. In causa infirmitatis: † non enim videtur æquum,vt carcerati (licet pro delicto graui) in carceribus moriantur ob carcerum incommoda ideo dixit Foll.*in pract.cri. in verb.Vel carcerẽtur,n.*16.*in fi.* quòd si aliquis est carceratus pro causa criminali, infirmitate superueniente, si commodè in carcere non potest curari,& infirmitas est grauis,habita fide medici de hoc,debet liberari sub fideiussorib. de redeundo recuperata sanitate: si verò carceratus quis sit pro debito ciuili,& infirmus fideiussores non habeat,vel si habeat, non sunt idonei,isto casu debet Iudex facere præceptum creditoribus,vt illum recipiant in eorum domo & custodia, & gubernari faciant quòd si creditores hoc facere recusent, idem Iudex vel carceratum ad hospitale mittet, vel illum fideiussoribus consignabit,etiam quòd non sint idonei, vt per eundem Fol.*in verbo,Notatos capiat de persona,n.*30.*in fin.* Et faciũt pro hac limit.scripta per Lud.Gomez.*super reg. cancell. in reg.de infirm.resigna.in* 78.*priuil.* vbi inter alia infirmitatis priuilegia,voluit infirmitatem esse legitimã causam dispensandi cum aliquo super pœna delicti, secundùm gloss.*in clem. 1.in verbo,Necessitate,§.Si qui vero,de priuil.* ergo multò magis reputari debet legitima causa dispensandi super carcere, prout in proposito sic argumentatur idem Foll. *d.verbo, vel carcerentur,n.*28.*in fi.versic.Est tamen bene verũ.*& aduertas in proposito,quòd licet idem Foll.*d.n.*18.iis non obstantibus tam vigore pragmaticarum Regni,quàm etiam de iure communi,validissimè defendat carceratum pro causa criminali non esse fideiussoribus relaxandum sub prætextu infirmitatis,quando in carceribus adest infirmaria,vel aliqua alia camera,in qua infirmus potest cõmodè curari,apud nos tamen semper vidi infirmos carceratos,si infirmitas sit cum periculo vitæ,relaxari sub fideiussore de habendo aliquam domum, in qua commodè curari possint,pro carcere, & de redeundo recuperata sanitate, vel ad omne mandatum Iudicis, etiam quòd in Vrbis carcerib.adsint infirmariæ,vel alia cõmodiora loca,ac etiam quòd de pœna corporali ageretur, nisi grauissimi criminis qualitas,vel indiciorum multitudo repugnaret: in debitore autem infirmo,& fideiussorem non habente,habemus Bullam Pij V.volentis isto casu eidem per creditorem esse præstanda alimenta & medicamẽta,aliàs recepta solùm ab ipso debitore iuratoria cautione de redeundo habita reconualescentia,relaxatur sine alio fideiussore,*vt in Bullario, 2.par.fol.*197.*const.*189.*versicu.*4.*in casu infirmitatis.*

SVBLIMITA generaliter omnes prædictas limitationes † 79
& casus,in quibus dixi carceratum relaxari sub fideiussoribus,vt intelligi debeant de fideiussoribus idoneis,non autem de non idoneis,& hoc non habet difficultatem, cùm paria sint in effectu nõ præstare fideiussorem,vel præstare,& non idoneum,*l.*1.cum ibi notatis per Ang.& Alex.*ff.in ius voc.vt eant.* Foll.*post pract.crim.in fragm.rub.de fideiussore,n.*266.*in fin.* Ang.*in l.quoties,ff.qui satisd.cog.* Bonac. *in commun. opin. par.*1.*ver.fideiuss.relaxatur.fol.mihi* 70.*col.*2.*in princ.*

Et in proposito fideiussor idoneus dicitur is, qui tantum habet in bonis,quantum importat causa,seu pœna, pro qua promittit,ad gl.*in l.fideiussor,in iudicio.in glo.* 1.*ff. qui satisd. cog.*& notat Paris de Put.*in tracta.de syndic.in verbo,fideiussores Officialium,capitulo* 3.*si Iudex maleficiorum,n.*6.*fol.mihi* 187.2.*facie,col.*2.*in fi.*

Quæ bona fideiussoribus † si immobilia sint,nulli dubium 80
quòd illum idoneum reddunt,*l.*2.*in princ.& d.l.sciendum.ff. qui satisd.cogan.* Marsi.*in rub. de fideiussoribus, n.* 289.& est cõmunis * vt per Mandos.*in addit.ad Rom.consil.*67.*litera B,* * prout illum refert & sequitur Bonacossa *in suis com.opin.par.* 2.*versi.fideiussor dandus.fol.mihi* 29.*col.*2.*in fi.* secus videtur, si bona per fideiussorem possessa,immobilia non sint: fideiussor enim non possidens immobilia,nõ potest dici idoneus, ad gl *in auth.de exhib.reis,§ fuscepto,in verbo personali.coll.*5, *&in l.si si quis stipulatus ff.de ver.obl.* Spe.*in tit.de satisd.§.dicto,versi.Sed si scholaris,* Bald. *in c.coram,n.*8. *de offi.deleg.* Ias. post Bar.*in l.sciendum,in princ.n.*30.*ff.qui satisd.cogan.* vbi testatur de communi, * cum aliis pleniissimè cumulatis per * Marsi. qui ad saturitatem materiam declarat *in d.rubr. de fideiuss.n.*268.*& pluribus seqq.*

Si † tamen mobilia per fideiussorẽ possessa talia sint, vt de 81
facili exportari nõ possint,vt putà quando fideiussor teneret in aliqua ciuitate magnam apothecam seu mensam, vel ibi haberet multa nomina debitorũ;& tunc etiam quòd immobilia non possideat fideiussor idoneus, vt per Bar. Ang. & alios *in d.l.sciẽdũ,* Barto. & Imo *in l.facere posse, ff.solut. matr.* cum aliis per Marsil.*in dict.rubr.de fideiusso.n.*286.*& seq.* & ita in terminis seruari testatur Carauita *super ritu magnæ curiæ* 160.*n.*7.*in fin.* quem in proposito refert & sequitur Clar. *in practica crim.d.quæst.*46.*ver.caterum debet Iudex in fin.*& Clarum vbi suprà pariter refert & sequitur Bonacos. *in suis cõmu.opi.cri.*1.*fol.*20.*col.*3.*sub ver.carceratus vbicũque.fol.*70. *col.*2.*in princ.sub ver.fideiussor.relaxatur reus.* vbi generaliter

de

de omni mercatore possidente mobilia.

32 Igitur redeundo ad propositum, †si Iudex carceratum relaxauerit sub fideiussore non idoneo, poterit ipsum sic relaxatum tanquam non bene relaxatum iterum capi facere, & per talem captura nō sunt liberati dicti fideiussores. vt per Bald. *in l.1.col.1.ff.si quis in ius voc.non ierit.* Aug. ad Ang. *de malef.in ver.quòd fama publica præced.post n.67.in fi.addit.* Marſ. *in pra.§.attingam,n.10.* Foll. *in pract.crimi.ver.examinati liberentur sub fideiussoribus,n.20.* Fran. Caſon. *post tract.de indic.& tort.in q.c.9.rub.de captura & carcere,n.12.*

83 Si † verò idem Iudex relaxatum sub fideiussore non idoneo recarcerare non potest ita quòd fugiat, tenetur de suo & in syndicatu cōuenitur, *l.1.§.fi.Magistrat.ff.de Magistrat.cōuen.§.sciendū, Inst.de satisd.tuto.iūcta l.Imperatores.ff.de re iudi.* quæ iura esse ad hoc vulgaria dixit Bos. *in tit.de carc.fideiuſſ.commit.n.70.* vbi testatur se vidisse quendam magnum virū cogi ad soluendum pœnam, quam promiserat fideiussor repertus non soluendo, *& n.71.* vbi ampliùs quòd Iudex debet animaduertere non solùm ad idoneitatem fideiussoris, sed etiam ad formam qua concipitur fideiussio ad hoc vt sit bene concepta (de qua fideiussionis forma dicam in sequenti quæstio.) & Bos. *vbi supra* refert & sequitur Clar. *in pract.§.fi.d.q.46.vers.Caterū debet Iudex, in prin.* nec dissētit Aym. qui alios adducit cōcordātes, *in sua pr.§.32.in 39.ampliatione,n.1.in fi.*

84 asserit Ioseph. Lud. *in sua dec. Luc.33.n.14.1.par.* vbi dixit, † quòd quando Notarius recepit fideiussores de mandato Iudicis, tenetur Iudex, & non Notarius, si fideiussor non est idoneus: & ante istos hanc eandem conclusionem latè firmauit Paris de Put. *in tract.de synd.in 2.ver.fideiussor Officialium,c.3.si Iudex,n.1.& seqq.in discursu.* Ang. *de malef.in verbo pro quibus Ant.fideiussit,n.13.* & ibi Aug. *in addi.* idem Aug. *ibi n.6.* vbi in idem allegat Ang. *in l.2.§.in fideiussorem,ff.qui satisd.cog.* & Catald. *in tract.de synd.in q.241.sed in lib.meo est q.255.incip.adde, quòd si Iudex maleficiorum,n.mihi 171.* addo & Amad. *de synd.n.210.ver.Postremò aduerte tu Iudex.*

85 LIMITA I. Hoc, †quod dixi, Iudicem teneri, si fideiussor receptus non sit idoneus, vt non procedat, quādo ipse Iudex recepisset laudatorem & approbatorem fideiussoris: tūc enim Iudex liberatur ab isto periculo, & eius loco subintrat laudator. Sic in terminis scripsit Amad. *de synd.d.n.219.ver.& ideo cautela est*, Ang. *de malef.in ver.pro quibus Anton. fideiussit,n.13.* vbi dicit hanc esse pro Iudice bonam cautelam, & ita de cōsuetudine seruari per Italiam testatur, & refert, & sequitur Bos. *d.tit.de carc.fideiusso.committen.n.70.vers.& ideo cautela est*, Clar. *in pract.d.q.46.sub eodem vers.Caterum debet Iudex.* vbi etiam in id allegat Maria. *in c.qualiter,& quando, post n.136.extra de accus.* Bonac. *in comm.opi.par.1.fol.mihi 20.col.2.in fin.sub vers.Carceratus vbicunque.* Et ante istos addo Paridem de Put qui in materia criminali facilè iudicio meo principatum obtinet, *in tract.de synd.ver.fideiussor Officialiū,c.3.si Iudex,n.2.in fine,vers.quod est verum.fol.mihi 187.à tergo,col.*

86 *1.in fi.* †Vbi amplius dixit, quòd nec Iudex tenetur fideiussore non existente soluendo, quando illum recepisset cum debitis cautelis: quia scilicet de illius idoneitate habuisset informationem in scriptis argumento tex. *in §.ex his, Inst.de auth.*

87 *tut.* cum aliis ibi per eum allegatis. †Et quidem hæc limitatio non patitur difficultatem, quia generale est, quòd laudator loco fideiussoris subintrat, vt per Par.de Put. *d.verbo, fideiussor Officialium,c.3.si Iudex maleficiorum,n.7.vers.si tamen aliquis commendat, fol.mihi 188.col.1.* est tex. *in l.cū ostendimus, §.fi.in fi.* & ibi Bal. *ff.de fideiuss. tut.& in l.si verò, §.1.* & ibi Ang. *post princ.vers.in textu.* ibi, *approbatum, ff.qui satisd.cogan.* cum plenissimè cumulatis per Ceph. *in cons.437.per totum, lib.3.* quem adeas in materia, quia bene explicat, an, & quando is fideiussoris laudator, seu approbator teneatur.

88 LIMITA II. Vt †Iudex non teneatur, quando receptus fideiussor non est soluendo, vbicunque Notarius illum recipit non de Iudicis mandato, sed ex sua propria ceruice, prout ho-

* die apud nos communiter* seruatur: Iudex enim facit decretum, carceratum putà esse relaxandum sub fideiussione de se repræsentando sub pœna scutorum ducentorum, & in alio se non intromittit: sed Notarius habens curam dictū fideiussorē recipiendi, aduertit vt sit idoneus: quia eo idoneo nō existente, nō Iudex, sed ipse tenebitur, *d.l.1.§.sciendū.ff.de Magist.1.conuen.§.sciendū, Inst.de satisd.tut.* quę iura licèt loquā-

tur in fideiussore pupilli, habent etiam locum in fideiussore reipublicæ, quia pupillus & respublica æquiparantur, *l.Imperatores, ff.de re iudica.* & in terminis dixit Amad. *de synd.post n.210.vers.Postremò aduerte.* & Amad. in proposito refert & sequitur Iosep. Lud. *dec.Luc.33.n.1.& seqq.pa.* vbi etiā generaliter dixit, quòd in omnibus casibus tam ciuilibus, quā criminalibus, quibus priuatæ personæ læduntur ex facto Notarij, Notarius illis tenetur ad interesse, & ita testatur esse totius mundi communem* practicam. Nec dissentit Clar. *in d.q.46.* * *sub eo vers.caterū debet Iudex*, vbi pariter testatur, quòd apud eum non Iudices, sed Notarij criminales recipiunt fideiussores, & ipsi tenentur in subsidium, quando dicti fideiussores non sunt idonei, & hanc practicam optima ratione fuisse introductam affirmat, cùm vt plurimùm Iudices sint forenses, Notarij verò municipes, & magis notos habentes eos, qui faciunt pro reis fideiussiones, eorúmque facultates, & ante istos hoc idem scripsit Paris de Put. *in tract. de syndicat. in verbo, fideiussor Officialium,c.3.si Iudex maleficiorum, sub n.2.*

SVBLIMITANDO Rursus præcedentem secundā limi- 89
tationem aduerte, †quòd plures dantur casus, in quibus Notarius non tenetur, etiam quòd receperit fideiussores non idoneos. Primus est, quando ipse etiam vsus esset cautela, de qua *supra,n.8.* videlicet quòd recipit laudatorem & approbatorem fideiussoris, prout in terminis etiam in Notario loquitur Amad. *de synd. post d.n.210.vers. & ideo cautela est, quòd Iudex & Notarius.* & de huiusmodi stylo approbandi fideiussores recipiendos per Notarium in causis tam criminalibus, quàm ciuilibus in prouincia Marchiæ Anconitanæ, & in ciuitate Perusina testatur Ioseph. Ludouic. *d.dec.Luc.33.n.8.& sequen.*

Secundus est casus, †quando Notarius recipit aliquem in 90
fideiussorem de mādato Iudicis: quia tunc tenetur Iudex, & non Notarius, *supra*, dixi, *n.84.* & ab isto mandato apud nos Iudices regulariter se abstinent in causis arduis, ne teneantur ipsi fideiussore reperto non soluendo: sed in causis leuibus, & in quibus quodammodo possent carceratum etiam sine fideiussore, relaxare, solent aliquando sic mandare.

Tertius est casus, †quando principalis esset multùm diues, 91
& soluendo, quia tunc videtur excusatus Notarius si recipit fideiussorē minus soluendo, cū paupertas fideiussoris supplea-
tur per diuitias & facultates principalis, vt per Parid.de Put. *in tract.de synd.ver.fideiuss.Officialiū c.3.si Iudex maleficiorum. n.3.ver.& limita prædict.* Faciunt scripta per Marſ. *in sub. de fideiusso.n.269.& seqq.* & in terminis tenet Ioseph.Lud. *d.dec. Luc.33.n.14.* Et iste casus non habet difficultatem, quia Notarius fideiussore non existente soluendo tenetur in subsidium: ergo si alia via succursum est fisco, aut parti, putà in bonis principalis, Notarius non tenetur.

Quartus est casus, †quando Notarius accepisset fideiusso- 92
res de consensu fisci, vel partis: nam tunc illo non existente soluendo pariter non tenetur ipsi parti, aut fisco, qui consensit, vt per Parid.de Put. *in trac.de synd.ver.fideiuss.Offic.c.3.si Iudex malefic.n.2.* vbi loquitur non solùm, quando pars expressè consensit, sed etiam quando tacitè, putà si sit præsens receptioni fideiussoris, & non contradicit. argumento tex. *in l. si ab arbitrio, ff.qui satisda.cogan.* Et generaliter vbicunque is, cui debet dari fideiussor, acceptat minùs idoneum, sibi præiudicat *l.inter causas §.abesse.ff.si quis in ius voc.l.si fideiussor, ff.qui satisd.cogan.* quæ iura in proposito adducit Paris de Put. in loco præcitato, & Paridem refert Ioseph. Lud. *d.decis.Luc.33.n.61.*

Quintus & vltimus est casus, †quando fideiussor erat sol- 93
uendo tempore fideiussionis: nam si est factus non soluendo tempore exactionis, Notarius non tenetur, prout videtur fuisse de mente Paridis de Put. *d.c.3.si Iudex maleficiorum, n.2. versi.si tamen longè post reperiantur fideiussores non soluendo*, vbi tamen dicit quòd fideiussor hodie non soluendo, præsumitur & retro fuisse non soluendo, & contrarium asserenti incumbit onus probandi, *l.non est necesse, ff.de probat.* vide tamen in proposito Mazzo. *in cons.26.n.25.* vbi tamen videtur tenere, quòd Iudex, de cuius mandato recipitur fideiussor tenetur etiam quòd ille sit factus non soluendo post tempus fideiussionis.

Et in hac materia receptionis fideiussoris non idonei, non multùm

multùm insistere volui, quia videtur potiùs ciuilis, quàm criminalis, & de ea latiùs dixi in Quæstionibus ciuilibus.

ARGVMENTVM.

Carceratum sub fideiussore de repræsentando relaxatum, si fideiussor requisitus non repræsentat, an, & quando, & ad quam pœnam teneatur.

SVMMARIVM.

Fideiussor de repræsentando si non repræsentat reum, quem promisit, tenetur ad pœnam in fideiussione expressam, num. 1. & 2.

Fideiussio de repræsentando aliquem sub certa, & determinata pœna valet, etiam quòd agatur de delicto, pro quo venit infligenda pœna corporalis, n. 2.

Fideiussor de repræsentando si in fideiussione non est expressa certa pœna, punitur pœna pecuniaria Iudicis arbitrio, si reum, quem promisit, non repræsentauit, n. 3.

Fideiussor non repræsentans reum, quem promisit repræsentare, punitur eadem pœna pecuniaria, qua puniendus erat reus non repræsentatus, n. 4.

Fideiussor de repræsentando punitur secundùm consuetudinem loci si reum, quem promisit, non repræsentauit, n. 4.

Fideiussor de repræsentando tenetur etiam ad interesse partis vltra pœnam: quando reum, quem promisit repræsentare, non repræsentauit, quod an verum sit, & quando, n. 5. & seqq.

Fideiussor, qui suscepit in se carcerati custodiam punitur corporaliter si illum non repræsentat, n. 8.

Fideiussor, qui dolo desiit reum exhibere, vt promiserat, punitur corporaliter, & extra ordinem Iudicis arbitrio, n. 9.

Fideiussor non repræsentando reum sicut promiserat, potest per Iudicem mulctari, etiam vltra modum, de quo in l. eos, C. de modo mulctarum, n. 10.

Fideiussor de repræsentando in casu non repræsentationis potest se obligare ad pœnam etiam excedentem modum, de quo in l. eos, C. de modo mulctarum, n. 11.

Fideiussoria obligatio transit ad hæredes, n. 12. præsertim si sit pœnata, n. 14. & præsertim si Notarius etiam hæredes expresse obligauit, n. 15.

Fideiussoria obligatio pro maleficio, mortuo fideiussore expirat, nec transit ad hæredes, n. 13. declara, vt n. 14. & 15.

Fideiussor de repræsentando non excusatur à pœna, etiam quòd probet se fecisse omnem suam diligentiam, & non potuisse reum repræsentare, n. 16. & seqq.

Promittens factum alienum non excusatur faciendo suum posse, n. 16. sed contra, n. 17. declara vt n. 19.

Difficultas excusat à pœna in conuentionalibus stipulationibus, & extra iudicium: secus in iudicialibus, & prætorys, n. 19.

Fideiussor non dicitur repræsentare reum, nisi illum legitimè repræsentauerit, & quando præsentatio dicatur legitima, num. 20. & seqq.

Fideiussor dicitur repræsentare reum, quando illum corporaliter, & præsentialiter exhibet, n. 21.

Fideiussor non dicitur repræsentare reum legitimè, nisi illum intra carceres repræsentet, n. 22.

Fideiussor si minus legitimè reum repræsentauerit, adhuc est liberatus, si Iudex illam repræsentationem pro legitima acceptauerit: tenetur tamen isto casu Iudex, n. 23.

Fideiussiones de repræsentando quomodo hodie concipiantur, num. 24.

Fideiussori competunt exceptiones, quæ competunt principali, n. 25. Fallit in causis criminalib. in quibus requiritur præsentia personæ, n. 27. At in pecuniarys, & non corporalibus pœnis, in quibus reus per procuratorẽ auditur, fideiussori cõpetunt exceptiones principalis, etiã quòd simus in causa criminali, n. 28.

Fideiussor iudicio sisti si non potest reum, quem promisit, in iudicio sistere, potest tamen iudicium in se suscipere & experiri easdem exceptiones, quæ competebant principali, n. 24. & 26. declara, vt n. 27. & seq.

Fideiussor de repræsentando si non repræsentat, conuenitur ad pœnam Iudicis officio, & contra ipsum procedituer executiuè, n. 29. & 30.

Officium Iudicis semper nascitur ex omni contractu iudiciario, ideo tunc Iudex semper agere potest, etiam nemine petente, num. 30.

Fideiussor non tenetur repræsentare reum quem promisit, nisi pro ea causa pro qua promisit, n. 31. & Iudici asserenti se reum velle ex antiqua causa non creditur nisi iurauerit, n. 32. fallit si fideiussor expresse promiserit repræsentare etiam ex noua causa, quia tunc ex quacunque causa repræsentare tenetur, n. 33.

Fideiussor de repræsentando non tenetur reo principali mortuo, n. 34. fallit 1. si reus mortuus fuerit dolo & culpa fideiussoris, num. 35. fallit 2. si reus obierit post moram fideiussoris, num. 36. fallit 3. in fideiussore quantitatis, putà de soluendo condemnationem & iudicatum: nam & is tenetur etiam de mortuo principali, n. 37.

Fideiussor de repræsentando liberatur per mutationem status rei principalis, vt puta quando de laico euadat clericus, & sic mutet forum, n. 38.

Fideiussor non tenetur repræsentare reum quem promisit, si is fuerit bannitus & condemnatus, n. 30. & sequentibus, vbi plures adducuntur rationes, & quid si solum accusatus, vide in seqq. versic.

Promissio omnis intelligitur, & habet in se tacitam conditionem, rebus sic stantibus, & nihil de nouo superueniente, numero 42.

Promissio omnis, etiam iurata, non trahitur ad ea, quæ si promittens fuisset in specie interrogatus minimè se obligasset, num. 43.

Pœna sine mora non committitur, n. 44.

Difficultas superueniens excusat à mora & pœna, & etiam non superueniens in obligationibus facti, n. 44. & seq.

Mora non committitur per eum qui facto aduersary impeditus est implere, n. 46.

Impeditus facto Iudicis non incidit in moram, n. 56. & seq.

Mors ciuilis æquiparatur naturali, vbi est idem effectus, & eadem ratio, n. 49.

Iudicis præceptum impossibile nullum est, n. 50.

Citatus ad locum non tutum, & vbi est timor mortis, comparere non tenetur, n. 51.

Promissio omnis intelligitur, nisi superueniat iusta causa contraueniendi, n. 52.

Officialis non tenetur repræsentare in syndicatu suum familiarem si ante syndicatum illum banniuit, vel condemnauit pro aliquo delicto, n. 53.

Fideiussor de repræsentando non tenetur repræsentare reum, qui pro nouo delicto est accusatus vel inquisitus, etiam quod non sit condemnatus, n. 54. & sequentib. sed contra, n. 59. resolue vt in n. 62. & seqq. & quid si reus fuit citatus, vel bannitus, primo banno purgabili, non tamen condemnatus, vide ibid. n. 57. 58. 60. & 61. & 69.

Banniendus de proximo habetur pro bannito, n. 55.

Fideiussor de repræsentando non tenetur repræsentare de proximo banniendum, n. 55.

Fideiussor de repræsentando non tenetur repræsentare reum, qui nouum commisit delictum quando illud est notorium, n. 56.

Fideiussor non tenetur repræsentare reum, quando nulla superuenerunt cõtra eum indicia, nec Iudex habet iustam causam illum reuocandi, n. 63. & seqq.

Reus sub fideiussore relaxatus non potest amplius molestari, nisi nouis superuenientibus indicijs, n. 64.

Fideiussor in plus teneri non potest, quam teneatur principalis, n. 65.

Fideiussio de aliquem repræsentando toties quoties, intelligitur secundùm naturam iudicij, hoc est, quoties opus fuerit, num. 66.

Fideiussio de repræsẽtãdo expirat statim atque reus amplius molestari nõ potest pro causa pro qua fuit præstita fideiuss. n. 67.

Fideiussor de repræsentando non tenetur repræsentare illum reum, qui est in casu innocentiæ, & qui repræsentatus esset absoluendus, n. 68.

Fideiussor non tenetur repræsentare reum condemnatum pro alio delicto etiam commisso ante præstitam fideiussionem, n. 70. licèt aliqui contrarium dixerint, vt ibid.

Fideiussor de repræsentando non tenetur repræsentare reum bannitum & condemnatum, etiam quòd ei offeratur saluus conductus, n. 71. & seqq. licèt alij contrà, n. 75.

Saluo

Saluo conductui nemo credere tenetur, quando agitur de periculo vitæ, n.72. & seqq.

Saluus conductus est fragilis cautela, ideo ei non est confidendum, num.73.

Bannitum occidens non punitur, etiam quòd occidens habuisset saluum conductum non publicatum, n.74.

Fideiussor de repræsentando non tenetur repræsentare reum bannitum & condemnatum, etiam quod ille sit bannitus, & condemnatus ab alio Iudice, n.76. quod declara, nisi essemus sub diuersis Principibus, ita quòd bannitus ab vno Iudice posset tutè venire, & stare coram alio Iudice, vbi fuit præstita fideiussio, n.77.

Fideiussor de repræsentando tenetur repræsentare reum bannitum, & condemnatum, quando ante bannum, & condemnationem fuit requisitus ad repræsentandum, & non repræsentans fuit constitutus in mora, n.78. & 79. declara, vt n.82.

Fideiussor de repræsentando non liberatur propter bannum, vel condemnationem rei principalis affectatam, & procuratam, n.81. & sequent.

Affectata causa, & affectatum impedimentum non prodest affectanti, n.82.

Fideiussor non liberatur à præsentatione rei, quem præsentare promiserat: etiam quod is fuerit bannitus, & condemnatus, quando bannum, & condemnatio processerit ex eadem causa, & delicto pro quo fuit præstita fideiussio, n.83. licet aly cõtra, n.85. Sed hoc declara, nisi vltra bannum, & condemnationem fuissent etiam confiscata bona ipsius rei, quia tunc liberatur fideiussor sequuto banno etiam pro eadem causa, n.84.

Fideiussor de repræsentando non tenetur repræsentare, quando reus esset carceratus ab alio Iudice, n.86. declara, nisi carceratio esset procurata & affectata, n.87.

Carceratio est iustum impedimentum non comparendi, n.87.

Fideiussor de repræsentando reum inquisitũ pro vulnere, non tenetur illum repræsentare morte vulnerati sequuta, n.89. & seq. vbi etiam quòd in fideiussore de soluendo iudicatũ in casu vulneris. Declara, nisi vulnus fuisset lethale, vel nisi inquisitio expresè loqueretur etiã de morte, vel nisi nulla præcessisset inquisitio, aut accusatio: nam iis tribus casibus fideiussor de vulnere tenetur etiam in casu mortis, n.91.

Fideiussor de repræsentando, vel de tuto carcere, liberatur, quãdo reus per Iudicẽ in artiores carceres detruditur, vel captus est pro eadem causa, pro qua fuit fideiussum, n.92. etiã quòd post capturam aufugisset, n.93. fallit in fideiussore de repræsentando toties quoties, quòd non liberatur etiam quòd reus captus pro eadem causa aufugiat, n.94. Sed contrarium est verius, vt n.95. & seq. præsertim quando aufugerit culpa, & facto Iudicis, vel alia concurrant pro fideiussore, n.97.

Fideiussor de repræsentando non liberatur, quando reus captus pro diuersa causa, pro qua fuit fideiussum, aufugerit, num.98.

Fideiussor de repræsentando liberatur, quando reo capto etiam pro diuersa causa protestatur coram Iudice, quòd illum intendit haberi pro repræsentato, n.99. & seq. Sed contrarium videtur verius, vt n.101. præsertim quando est promissum repræsentare toties quoties, n.102.

Fideiussor potest repræsentare reum etiam non requisitus à Iudice, n.100. sed contrà, n.101. præsertim si promisit repræsentare toties quoties, n.102.

Fideiussio de repræsentando semper regulanda est ab æquitate, sicut aliæ iudiciales, & prætoriæ stipulationes, n.97.

Fideiussor de repræsentando reum toties quoties, non liberatur per protestationem, quòd reum captum pro alia causa intendit habere pro repræsentato, n.102.

Fideiussor de iudicio sisti, & de repræsentando, non tenetur repræsentare post sententiam, n.103. Amplia primò etiam in criminalibus, n.104. licèt aly contra, n.105. Amplia secundò idem esse in fideiussore de standi iuri, ac de parendo mandatis Iudicis, n.107. Limita primò, in fideiussore de soluendo iudicatum, n.107. Limita secundò, in fideiussore de repræsentando toties quoties, vel quandocunque, n.108. vbi de communi, licèt aly contrà, n.109.

Fideiussor de iudicio sisti, ac de iudicatum soluendo, non tenetur in causa appellationis, n.110. & seqq. Amplia primò, siue prima sentẽtia sit absolutoria, siue etiam condemnatoria, n.113. & seqq. Amplia secundò, etiam quod in fideiussione non sit expressum nomen Iudicis, n.115. licèt aliqui contrà, n.117. Limita primò, nisi expresè sit dictum, fideiussorem teneri per quemcunque Iudicem fuerit iudicatũ, n.111. Limita secundo, nisi fideiussor promisisset sistere toties quoties, n.112. Limita 2. nisi Iudex appellationi pronũciauerit in causa desertæ, 118.

Appellationis Iudex exequitur suam sententiam, & non Iudex a quo, quado prima sententia infirmatur, confirmatur, vel reformatur, n.115. secus si pronũcietur super desertione, n.119.

Fideiussor de iudicio sisti non tenetur peremptæ instantiæ, n.120. Amplia 1. tã in ciuilibus, quam in criminalibus. n.121. Amplia 2. etiam peremptæ instantiæ statutariæ, n.122. Amplia 3. etiam in fideiussione iurata. n.123. Limita, nisi sit promissum repræsentare toties quoties, quia tunc etiam peremptæ instantiæ tenetur repræsentare, n.124.

Fideiussor de repræsentando, non tenetur repræsentare nisi fuerit requisitus, etiam quòd promiserit repræsentare in certo tempore, n.125. & seqq. sed contra, n.129. & seqq. resoluto, vt n.133. & sequent.

Mora non committitur sine interpellatione, n.126.

Iudex, qui non faciendo aliquid infra certum tempus punitur in aliqua pœna, illam pœnam non incurrit, nisi fuerit requisitus, n.127.

Pœna in factis negatiuis non incurritur, nisi præcedente monitione & requisitione, n.128. sed contra, n.130. vbi quòd sufficit esse lapsum tantum tempus, in quo illud factum potuerit expticari, etiam quòd monitio non interceserit.

Hæres tenetur vindicare mortem defuncti, quam primùm poterit, alias priuatur hæreditate, n.129. & seq.

Interpellatio non requiritur vbi in contractu est apposita dies, & pœna, quia interpellat pro homine, n.131.

Interpellatio non requiritur in promissionibus iuratis, n.132.

Fideiussor de repræsentando potest moram purgare, n.135. Amplia 1. etiam post condemnationem, n.136. Amplia 2. etia interueniente iuramẽto, n.137. & seq. vbi respondetur cõtrariis. Limita primò, in plur. ib. casibus, de quibus remissiuè, n.142. Limita secundò, quando mora esset geminata, n.143.

Moræ purgatio impeditur per iuramentum, n.139.

Moræ purgatio semper admittitur de æquitate canonica, n.140. Amplia non solum in foro poli, sed etiam in foro fori, ac etiam in terris ecclesiasticis, n.141. Limita 1. pluribus modis remissiuè, vt n.142. Limita 2. quando mora est geminata, n.143. & 144.

Fideiussor ad repræsentandum reum habet semestre, de quo in l. sancimus, C. de fideiussor. n.145. Limita 1. dummodo sit promissum repræsentare infra sex mẽses, secus si infra minus tempus, quia tũc non datur nisi tantundẽ tẽporis, quantũ in fideiussione fuit præfixũ, n.149. Limita 2. quado fuit promissũ repræsentare sine tẽporis adiectione, quia tunc datur tẽpus arbitrio Iudicis, n.147. & seq. vbi de materia. Limita 3. quado est promissũ repræsentare toties quoties, & ad omnẽ Iudicis voluntatem, n.149. & 152. Limita 4. nisi sit renunciatũ dispositioni d.l. sancimus, n.150. vbi tamen quòd talis renunciatio debet esse expressa, & nõ sufficit tacita, & n.151. vbi etiã quòd per iuramentum non dicitur renunciatũ d.l. sancimus.

Fideiussori citato ad repræsentandũ reum absentem debet dari tempus ad illum perquirendum. & certiorandũ Iudicis arbitrio, iuxta facti & personarum qualitatem ac loci distantiam, n.147. & n.148. vbi quòd ab isto arbitrio non datur appellatio, sed recursus ad Principem.

Fideiussor de repræsentando simpliciter, per vnicam repræsentationem est liberatus, n.153. Limita pluribus modis, vt infrà in seqq. versiculis.

Fideiussor de iudicio sisti non liberatur per vnicam repræsentationem, quia tenetur pluries & quoties opus fuerit repræsentare vsque ad sententiam, n.154. & seqq.

Fideiussor de iudicio sisti in quo differat a fideiussore de repræsentando, n.155.

Fideiussor de repræsentando ad certam causam seu litem, tenetur pluries repræsentare, nec liberatur per vnicam repræsentationem, n.156.

Fideiussor de repræsentando reum quandocunque, vel quotiescunque, tenetur pluries repræsentare etiam in infinitum, n.157.

Fideiussor de repræsentando semel & rursus, vel semel & iterum, liberatur per bimam repræsentationem, n.158.

Fideiussor

Fideiussor de repræsentando pluries vel pluribus vicibus, non tenetur nisi bis repræsentare,n.159.si verò promisit repræsentare pluries,& pluries,tenetur vsque ad quatuor vices, & non vltrà,n.160.

Fideiussor de repræsentando reum toties,quoties,tenetur in infinitum repræsentare,n.161.& sequent.sed contrà,quòd imò per binam repræsentationem liberetur,n.163.Distingue, vt n.164.sed verius dic,quòd prima opinio est verior indistinctè,vt n.165.

Fideiussor de repræsentando ad omnem Iudicis voluntatem,per binam repræsentationem non censetur liberatus,n.162.

Fideiussor de repræsentando non tenetur ad pœnam conuentam, quando reus aufugit propter minas & metum illatum à Iudice,n.166.

Fideiussor de repræsentãdo,an teneatur,quãdo reus aufugit ex eo quòd sibi denunciatum fuit a Iudice,vel satellite,quod erat carcerandus,& quòd propterea aufugeret:vide n.166.& seq.

Fideiussor de repræsentando reum,non censetur liberatus.si Iudex de facto mittat satellites ad reum capiendum,& ipse aufugiat,n.169.& seq.

Fideiussor de repræsentando reum in vno loco,an teneatur repræsentare in alio,n.171.

Fideiussorem dare promittens tenetur illum dare in loco in quo fuit facta promissio,n.171.in fi.

Fideiussor,qui promisit repræsentare corã vno Iudice seu Tribunali,non tenetur repræsentare corã alio,n.173.ideo finito officio Iudicis,corã quo fuit fideiussum,censetur etiam finita fideiussio,n.172.etiam quòd sit iurata,n.174 sed hæc procedũt in fideiussione præstita coram Iudice delegato,n.175.vel etiã corã ordinario sub nomine proprio ipsius Iudicis,n.176.secus si sub nomine officy vel dignitatis,n.177.Itẽ secus si de mandato Cameræ Apostolicæ,n.178.Sed quid si cũ nomine dignitatis sit etiam adiectũ nomen proprium ipsius Iudicis,n.179.

Fideiussor non tenetur repræsentare reum,qui fuerat indebitè captus,n.180.Sed contrarium verius præsertim quando fuit promissum repræsentare,non obstante quacunque exceptione, n.181.

Fideiussorem de repræsentando in dubio non teneri adsoluendum pœnam conuentam,iudicandum est,n.182.

Fideiussor non tenetur ad pœnam conuentã ob non repræsentationẽ rei,quando bona eiusdẽ rei sunt fisco incorporata,n.183.

QVÆSTIO XXXIV.

1 REGVLA sit in proposita quæstione, † quòd fideiussor, qui promisit repręsentare reum sub certa pœna,si illum non repræsentat,teneatur ad dictam pœnam,textus est *in l.si quis reum*,ibi,*quãtũ as certè comprehensa est*,sumendo ex illis verbis argumentum à contrario sensu,& ibidem hoc expresse adnotarunt Bar.in summario,Ang.*n.2.& n.8*,ac cæteri cõ-
* muniter*omnes scribentes,*ff.de cust.reo*.Sal.*in l.ad commentariensem,col.fi.post n.3.ad mediũ,& vers.& illa,quam promisit*, *C.eodem*,Spec.*in tit.de accusat.§.sequitur,n.13.in princ.& ver. secus si certa pœna fuit cõprehẽsa*,Cæpol.*cons.cri.25.n.2.ver. & si promisit in certa quãtitate,& ibi in addit.litera A*,Marãta.*disp.7.n.3*.Bonif.de Vital.*sub tit.de car.priua.n.11*.Boss.*in tit.de carcerat.fideiussor.ralaxã.n.65.in princip*.Ant.Gomez. *var.resol.tom.3.c.9.rub.de captura reo.n.8.post mediũ vers.si*
* *verò de facto*,vbi testatur de communi*opinione,& alios adducit cõcordantes,de quibus etiam aliquid dixi *sup.in quæst.*
2 *30.n.56.& seq.*†hanc enim promissionẽ de aliquem repræsentando sub certa,& determinata pœna, non solùm valere dubium non est,ex gl.*in l.sed & si quis,§.fi.in verbo,plus,quã statutum est.ff.si quis caut*.Bart.*in d.l.si quis reũ,n.3.ver.quæro vtrũ fideiussor*,& ibi Ang.*n.6.vers.sequitur in textu ff.de custod.reor*,Boss.*vbi sup.n.69*.Osasc.*dec.Pedẽ.70.n.8.iũcto n.16.*
* Sed ita etiam hodie vbique & in omnibus fideiussoribus cõmuniter * seruari notissimum est,& testati sunt Alb.*in d.l.si quis reum,n.1.ff.de custod.reor*. Carauita *super 44. ritu magnæ Curiæ,n.8.in fi*.Clar.*in pract.§.fi.q.46.vers.quæro, quæ debeat esse forma,in fi*.& Bonacos.*in comm.opi.par 1. vers. carcerantur etiam viri illustres,post prin.fol.mihi 20.col.3.in fi.*

3 AMPLIA I.Propositã regulam, † vt etiam pœna in fideiussione non expressa teneatur fideiussor, non repræsentãdo reum,quem promisit ad aliam pœnam pecuniariam Iudicis arbitrio infligendam,vt bene probat idem text. *in d.l.si quis reũ,in fi.in illis verbis,præses de modo pecuniæ,quã inferri oporteat,statuet*,& ibi Bart.& Ang.*in summario*,&idem Ang.*n.7.*
* *in fi.*ac cæteri scribentes cõmuniter, * *ff.de cust.reor*.Bal.*in l. qui crimen,n.12.C.qui accusa.non poss*.Salic.*in l. ad commẽtariensem,col.fi.post n.3.vers.alias iudicantis arbitrio,C.de cust. reo.idẽ Ang.in l.fideiussor.§.in fideiussorẽ,in fi.n.5.ff.qui satisd. cog*.vbi post gl. ibi facit generalẽ cõclusionẽ,in quantũ nõ sistit,intelligitur se obligare in quantitatẽ declarandã perludicem,etiam quòd sic in fideiussione non exprimat: quod & idem adnotauit etiam Paul. de Castro *in d.§.in fideiussorem, col.2.5.vers.sed ex dispositione legati*,Spec. *in tit.de accusa. §. sequitur,n.15.vers.aut non promisit suo pœna*,Foll.*in pract. in fragmẽ rubr.de fideiussor.n.259*.vbi post Spec.quem allegat, *in titul.de accusat.§.sequitur videre,n.15*. dicit ampliùs pœnã arbitrariam imponendam esse,secundùm qualitatem & conditionem personæ,Boss.*in tit.de carcerat.fideiusso. committen. n.65.ver.alias vbi*,vbi declarãdo dicit,quòd hæc eadẽ pœna arbitraria debet esse pecuniaria,non autem corporalis: quia pro sola cõtumacia nõ imponitur pœna corporalis,*c.in summa,4.q.2.c.cùm homo,33.q.1*.cum aliis ibi per eum allegatis, Roder Soarez,post suas allegationes *in pract. de fideiusso. in caut.crim.n.22*.Antonius Gomez.*var.resol.tomo 3.c.9. rubr. de captura reorum,n.8.post medium*,vbi adducit concordãtes,
* & testatur de communi*opinione,de qua etiam per Ioseph. Cumiam *super ritu Curiæ Siciliæ,c.65.n.9*.

4 LIMITANDO,seu potiùs declarando præcedentem primam ampliationem,†in qua dixi à Iudicis arbitrio pendere moderationem pœnæ infligendæ fideiussori ob non repræsentationem rei in casu,in quo certa pœna promissa non est, aduerte quòd tale Iudicis arbitrium cessat in duobus casibus, etiam quòd per fideiussorem certa pœna promissa non sit. Primò scilicet,quando à consuetudine esset determinata talis pœna:quia tunc habetur pro expressa,nec eam Iudex alterare potest.Secundò,quãdo reus,quem in iudicio sistere fideiussor promisit,inquirebatur pro delicto,pro quo erat imponẽda certa pecuniaria pœna:nam tunc pariter illa eadem pœna,qua reus exhibendus puniendus erat,plectendus est à Iudice fideiussor reum illum non exhibens non aliter ac si fuisset in fideiussione expressa & determinata,& sic iis duob. casibus cessat Iudicis arbitrium, cùm pœna dicatur expressa, si non ab homine,saltẽ à lege.Primum huius sublimitationis caput bene probat idem textus *in d.l.si quis reũ,in illis verbis, nec consuetudo ostendetur,quæ certam formam habeat*,arguẽdo à contrario sensu,& ibid gl.*in verbo, cõsuetudo* Bar.*in summario*,Ang.*n.6.*& cæteri scribentes communiter,* *ff.de custod.* *
reor.Sali.*in d.l.ad commentariensem,post n.3.vers.vel secundũ morẽ regionis,C.eodẽ*,Castren.*in d.l.fideiussor,§. in fideiussorẽ, post n.5.vers.alias secundum consuetudinem.ff.qui satisda. cogan*.Boss.*in tit.de carcerat.fideiuss.committen.post n.65.vers.& hoc,nisi cõsuetudo habeat aliã formã*,Anton.Gomez.*variar.resolut.tomo 3.cap.9.rub.de captura reorum,n.8.post mediũ,versic.nisi consuetudo tali casu certam pœnam inducat*.vbi cõcor-
* dãtes adducit,& testatur de communi* opinione, ad quam faciunt etiam,quæ posui *suprà,in titul.de delict.& pœnis,quæstio.17.n.18.& q.18.n.38*.Secundũ caput propositæ declarationis probatur authoritate Ang.*in dicta l.si quis reum, n.2. vers.si autẽ pecuniaria,ff.de custo.reorũ*,Castren.*in d.l.fideiuss. §.in fideiussorẽ,n.5.ff.qui satisf.cog*.Ios.Camię *super ritu Curiæ Sici.d.c.65.eo.n.9*.& est de mẽte Cacher.*in dec.Ped.70.n.17*.

5 AMPLIA II.Eandẽ regulam,†quòd licèt quando certa pœna in fideiussione expressa est,fideiussor non nisi ad illam pœnam teneatur ob non exhibitionem rei,& sic non possit cõtra ipsum agi ad aliud interesse partis,vbi tamẽ certa pœna expressa non est,tunc etiam ad interesse partis tenetur:ad textum qui ad literam hæc omnia probare videtur *in d.l.2.§. in fideiussorem*,& ibi præcipuè Angel.& Castren.*in summario, ff.qui satisd.cogã*.iuncto text.*in l.si*.& ibi gl.*in verbo interest. ff.si quis in ius voca.non ierit*.Maranta *dispu.7.n.4*.& est de mẽte Clari *in d.q.46.ver.quæro,quæ debeat esse forma,in princ.*

6 Imò etiã in casu,in quo per fideiussorem certa pœna promissa est,eundem fideiussorem ob nõ exhibitionem rei non solùm teneri ad pœnam promissam, sed etiam ad interesse partis:ita aliàs fuisse decisum per cõsilium Regium Neapolitanũ,testatur Afflict.*in d.decis.234.incip.fideiussor de iudicio sisti*,& Afflictum *vbi suprà*, refert & sequitur Foll. *in practica*

ctica crim.in fragmen.n.160.& pro Afflicti opinione, secundùm Vrsillum *in add.ad dict.dec.*234.facit:nam licèt fideiussio sit stricti iuris,tacitè tamẽ & semper fideiussor se obligare censetur in casum & causam,quæ ex natura negotij procedit,*l.si seruum,§.nunc videamus,& l.si mora.ff.de ver.oblig.*cũ aliis relatis per Aym.*in cons.*272.*n.*2.5.*&* 7.&licèt rursus regulariter ex eodem delicto nemo debeat duplici pœna puniri,*l.Senatus,ff.de accusat.*gl.*in l.*2.*C.de iure emphyteo.*non tamen est absurdum,duas exigere pœnas diuersis respectibus debitas, prout in casu nostro,in quo vna debetur ratione contemptus,altera autem ratione interesse;prout respondet gl. *in authenti.de iudic.§.quia verò,& in cap.quæcunque,§.si Eccl.in verbo,obtineat,*25.*q.*2.præsertim quando vna pœna imposita est à lege,altera autem ab homine.

7 Sed certè†opinionem Afflict.in casu,in quo certa pœna promissa est, ego nunquã in pract.seruari vidi,nec à fideiussore de repræsentando aliud exigi posse crederem, quã pœnam promissam,iuxtam opinionem Angeli&Castrẽsis *in d.l.*2.*§.in fideiussorẽ,ff.qui satisd.cog.*& proprerea diuersimodè in eodem Concilio Neapolitano,& cõtra illam Afflicti decisionem fuisse iterum decisum & resolutum,testatur Tho.Gram. *in addit.ad eundem Afflictũ*,ibi *in ver.vltra pœnam,ver. tamẽ præsenti anno.*Nec Vrsillus eandem Afflicti resolutionem affirmare audet,sed cogitandum relinquit: at vbi nulla est expressa in fideiussione pœna,tunc Iudicem posse etiam vltrà pecuniariam pœnam fisco applicandam, fideiussorem condemnare ad damna & interesse partis,ob non repræsentationem rei principalis,bene crederem,vt suprà firmaui *n.*5.

8 AMPLIA III. Quòd aliquando fideiussor de repræsentando,si reum quem repræsentare promisit,non repræsentat,puniri potest etiam corporaliter (quando certa pœna promissa non est)in duobus casibus.Primò,quando fideiussor non solùm se obligasset repræsentare reum:sed tanquã custos eundem reum sub sua custodia recepisset,iuxta doctrinam Salic. *in l.ad commentariensem,post n.*3.*C.de custod.reor.*& iuxta ea quæ suprà retuli,*q.*30.*n.*60.*&* *n.*171. Tũc enim sicut custos ex fuga carcerati potest etiam corporaliter puniri,vt suprà latè deduxi,*q.*31.*n.*2.*&* *seq.*ita & pariter punietur talis fideiussor,qui in sui custodiam carceratum recepit,si illum pro corporali pœna inquisitum ad carceres, iuxta formam suæ promissionis,non reduxerit,vt per eundem Salic.*in d.lege ad commentariensem,d.n.*3.*versi.sed latius dic,&c* & suprà tetigi *in quæst.*33.*n.*76.

9 Secundo casu†punitur etiam corporaliter & extra ordinẽ Iudicis arbitrio fideiussor,quando eius dolo reus aufugiens non repræsentatur:& sic quando ipse est causa,vt non repręsentetur,vt bene hoc idẽ probat tex.*in d.l.si quis reum,in illis verbis,Puto tamen si dolo non exhibeat,etiam extra ordinẽ esse damnãdum.*vbi Bar.& Ang.*in sũmario*,&cæteri scribẽtes cõ-
* muniter,**ff.de cust.reo.*idem Ang.*ibid.n.*4. vbi pœnam hanc extraordinariam dicit esse vel fustigationis,vel relegationis, Sal.*ad l.ad commentariensem,post n.*3.*ver.Si tamen de dolo deprehenderetur*, *C.eod.* Rod. Soarez post suas allegationes *in trac.de fideiussor.in causa crim.post n.*22.Boss.*in tit.de carcerat.fideiussor.committen.n.*65.*ad finem,versiculo & prædicta, si nullus dolus interuenerit,&c.*vbi pariter cum Angelo *vbi supra*,scripsit fideiussorem dolosè non repræsentantem reum, quem promisit, puniendum esse vel relegatione ad tempus, vel fustigatione, vel fortè acriùs,quod & ante istos voluit Specul.*in titulo de accusat.§.sequitur,n.*15.*versiculo,si autem dolo facit.*

10 AMPLIA IV. Quòd† licèt plures Doctores dixerint,Iudicem in arbitrando pœnam fideiussori ob non repræsentationem rei,non posse excedere modum & summam,de qua *in l.eos,C.de modo mulct.*& de quo in specie dixi *sup.in t.de delict.&pœn.q.*18.*n.*30.vt videre est apud gl.fi.*in d.l.si quis reũ*, &ibiBar.*n.*3.*in fi.*Ang.*n.*7.*pariter in fi.ff.de cust.reo.*Sal.*in d.l. ad cõmentarien.post.n.*3.*ver.quæ tamen nõ potest excedere modum,C.eodem*,Iosep.Cumian. *sup.ritu curiæ Siciliæ,c.*65.*n.*6. quia tamen hodie modus mulctãdi,de quo *in d.l.eos*,recessit ab aula,vt post antiquiores,quos suprà allegaui *d.q.*18.*n.*31. tradiderunt Boss.*in tit.de mulctis,n.*8.*in fi.&seq.*Meno.*de arb. q.lib.*2.*casu* 280.*n.*2.Roland.*cons.*47.*n.*13.*&* *seqq.vol.*2. idcirco pœnam hanc per Iudicem arbitrandam in fideiussorẽ, qui reum iuxta formam suæ promissionis non repræsentauit, posse excedere modum,de quo *in d.l.eos*,dubitandũ non est per prælegata,& in specie post Dynum quẽ allegat, bene considerauit Alber.*in d.l.si quis reũ,in fine*,vbi propterea dixit textum *in d.l.eos*,nõ facere ad propositum,quia loquitur de mulcta imponenda ratione inobedientiæ, non autem ratione alicuius contractus,vel premissionis præcedentis, prout in casu nostro.

Et † quicquid in casu non expressæ certæ pœnæ & in Iu- 11
dice Doctores prælegati dixerunt,quãdo tamen certa promissa est pœna per fideiussorem,tũc talem promissionem valere,etiam si excedat modũ,de quo *in d.l.eos* per rationem ab Alberico consideratam,scripserunt Alex.ad Bart.*in d.l.si quis reum,n.*3.*litera A,in add.incip.quæro vtrũ,vers.sed an si in casu huius legis promittatur,ff.de cust.reo.*Bal.*in l.qui crimen, n.*18.*C.qui accus.non poss.*Boss.*in ti.de carcera.fideiussor.committen. n.* 67. Franc.Marc.*dec. Delphinat.*797.*n.*6.*versi. & ibi etiam.*Rodetic,Soarez post suas allegationes, *in tract. de fideiusso.in causa cri.n.*34.*ver.& si promittatur.*

AMPLIA V. Quia fideiussoria obligatio pœnatà transit 12
etiam ad hæredes:sic enim regulare esse in omni fideiussoria obligatione,probat tex.*in l.*4 *§.fideiussor,in fi.ff.de fideiussor.* *§.fideiussor,Instit.de fideiussor.l.fideiussores,C.eodem tit.*cũ aliis allegatis per Marsi.*sing.*159.*oblig. fideiussor. in prin.* sequitur Roland.*consil.*58.*n.*1.*vol.*1.&propterea reo non exhibito iuxta formam promissionis pœnam in promissione contentam nedum à fideiussore,sed ab eius hærede exigi posse,dubitandum non est per prædicta.† Et licèt glo.*in d.§.fideiussor,* 13
*Inst.de fideiussor.*dixerit,fideiussionem factam pro maleficio morte fideiussoris extingui nec ad hæredes transire, & cum ista glo.simpliciter pertransire videantur Boss.*in tit.de carcer. fideiuss.committen.n.*64.Tiber. Decian. *consilio* 72. *n.*7.*in fin. libr.secũdo*,& Iosep.Cumia.*super ritu magnæ Curiæ Sicil.c.*65. *n.*25.*in fine,&* *seq.*†Dictum tamẽ glossæ intelligendum est, 14
vt procedat,quando quis simpliciter fideiussit pro tali maleficio,secus si in fideiussione certam pœnam in casu contrauentionis promiserit,licèt dicat pro tali maleficio: nam tunc pœnalis hæc stipulatio etiamsi qualificata sit,& siue pura, siue in diem,transit ad hæredes,*l.ad diem*,& ibi Bartol.Angel. & Imola *ff.de verbo.oblig.*& in terminis sic distinguendo materiã hanc declarant Aret.*in d.§.fideiussor.Instit.de fideiuss.* *& in opere suo malefic.in verbo,pro quibus Antonius fideiussit,* *n.*17.Marsi.*in d.sing.*159.*&* *in rub.ff.de fideiussor.in* 20. *quæst. ad finem,num.mihi* 186.*versicu.& in hac materia vnam tenementi*,latè Roland.*d.consi.*58.*n.quinto,&* *seqq. libro prim.* † 15
Et hodie omnis cessat difficultas,cùm Notarij semper stipulationibus obligent non solùm principalem fideiussorem promittentem,sed etiam omnes,& quoscunque suos hæredes,& successores.

AMPLIA VI. Quia† si fideiussor non repræsentãdo reum, 16
sicut promisit,non excusatur à solutione pœnæ,etiam quòd probet se feciss omnem diligentiam : promittens enim factum alienum sub pœna,si factum promissum non præstetur, tenetur ad pœnam,etiam quòd maximam curam,& diligentiam de illud præstãdo adhibuerit,vt pet Bal.*in §.si quis aliũ, Inst.de inut.stip.*Cur.*in cõs.*124.*n.*19.Alc.*in l.*4.§.*Cato,n.*132. *ff.de verb.oblig.*Couarru.*in c.quamuis pactum,*2.*par.*§ 5.*n.*5. *conclu.*7.*de pact.in* 6. Quorum authoritate Emanuel Soarez hanc dixit receptissimam*opinionem *in sua collect.commu.o-* *
*pin.litera F, n.*7. † Contra quam,licèt non ignorem plures 17
alios sensisse Doctores relatos per Soarez in loco citato, & vltra eos latissimè contrarium defendentem viderim etiam Ludo.deAlfer.*inter cons.crim.diuer.cons.*145.*&alijs* *seqq.consilijs,vsque ad consiliũ* 150.*lib.*1.qui omnes pariter de magis communi* opinione testantes,& plures adducentes concor- *
dantes acerrimè contendunt,promissorem facti alieni etiam cum iuramento non teneri ad pœnam promissam,quando omnem suam fecit diligentiam,saltem de æquitate iuris canonici,quod in terris Ecclesiæ seruandum est.†Et in terminis in 18
fideiussoribus de repræsentando sic in specie, quòd ad pœnã in fideiussione expressam minimè reneãtur,si omne suum posse fecerunt de reum repræsentãdo,& non potuerunt,sensisse videantur Cephal. *in consilio* 164.*num.*25.*&* 26.*libro* 2. Iosep.Cumia.*super ritu curiæ Sicil.c.*65.*n.*21.Hier. Gab.*cons.* 181.*n.*24.*lib.primo* quem refert & sequitur Bonac.*in cõmun. opin.parte* 1.*versiculo fideiussores tenentur repræsentare reũ ad*

medium,

mediũ, folio mihi 71. colu. 1. non per hoc tamen recedas à proposita ampliatione, quæ & ab vsu & practica apud nos recepta est: nunquam enim vidi aliquem fideiussorem de repræsentando excusatum à solutione pœnæ, ex eo quòd dixerit, facta omni & quacunque diligẽtia non potuisse reum, quem promiserat, repræsentare; & si hanc excusationem Iudices admitterent, nunquã esset locus solutioni dictæ pœnæ, quia omnes fideiussores sic se excusarent. & facile iis esset probare diligentiam adhibitam, & omissa pro nunc discussione, quænam ex prętitatis contrariis opinionibus verior sit, admissaque sine veri præiudicio illorum sententia, qui dixerunt promittentem factum alienum etiam cum iuramento excusari à pœna, si fecerit suum posse: adhuc tamen pro sustentatione propositæ ampliationis aduertendum puto, quòd Doctores, qui sententiam illam sequuti sunt, loquuntur in stipulationibus conuentionalibus, & extra iudicium, in quibus certũ est, quòd difficultas excusat à pœna, vulgata *l. si vehẽda, §. pen. ff. ad l. Rod. de iact.* cũ aliis per Maran. *in sua disp. 7. n. 11.* 19 & per Docto. *in l. quod te, ff. si cert. pet.* † Vnde secus in prætoriis & iudicialibus stipulationibus, prout est fideiussio de repræsentãdo, in qua speciale est quòd difficultas non excusat à pœna nisi interueniat mors eius, qui præsentandus est, vt in terminis, videtur tex. *in l. sancimus, C. de fideiussor.* ponderãdo verbum, *non poterat*, circa principium illius legis positum, vbi si quis promisit rè præsentare aliquẽ sub pœna, licèt non possit illum repræsentare, adhuc tamen tenetur soluere pœnam, saltem elapso semestri, de quo in ea lege. Ergo difficultas non excusat fideiussorem istum, prout etiam in terminis ex Doctoribus qui voluerunt promittentem factum alienum excusari faciendo suum posse, sic limitando & declarando materiã apertè scripserunt Maran. *d. 7. disput. n. 3. iuncto n. 21.* & Sylu. de Arcer. *d. cons. cri, diuers. 245. n. 3. iuncto n. 15. lib. 1.*

20 AMPLIA VII. Quia † ad hoc vt fideiussor de repræsentãdo excusetur à pœna, vel conuentionali, vel legali, non sufficit reum, sicut promiserit, coram Iudice repræsentare, nisi etiam legitimè illũ repręsẽtauerit: vbi enim loquimur de actu, de legitimo intelligitur, *l. 4. §. condemnatum, cum similib. ff. de re iudi.* Ergo non dicitur quis repræsentare reum, ni præsentatio sit legitima. Boss. *in tit. de carcerat. fideiussor. committen. n.* 21 *36.* repræsentare enim aliquem tunc fideiussor dicitur, quando illius corporalem præsentiam exhibet, glo. est *in clem. dudum, in verbo, Præsentari, de sepult. no.* Abb. per illum tex. *in c. cùm parati, n. 5. vers. item nota, extra de appellat.* & Abbatè remissiuè refert & sequitur Ioseph. Cumia *super rit. curiæ Siciliæ,* 22 *c. 67. n. 13.* † at repræsentatio quãdo dicatur legitima, & quãdo non, declarat Boss. *d. n. 36.* inquiens repræsentationem nõ dici legitimam, quãdo is, qui tenetur repræsentare intra carceres reum, consignat collaterali vel barisello, siue famulis & 23 birroariis, † ità quòd fugerit: nam tunc fideiussor non est liberatus, nisi Iudex illam repræsentationem acceptauerit pro legitima, quia eo casu liberatur fideiussor, sed tenetur Iudex, qui sic imprudenter illam consignationem acceptauit, vt per Bar-24 to. & Corn. in locis ibi per Bossium allegatis. † Et hodie in stipulationibus & fideiussionibus, quæ passim apud nos recipiuntur, omnes cessant difficultates, quia clarè concipiuntur, vel de præsentando reum intra carceres, &c. vel de prẽsentãdo coram Iudice, adiecta clausula, *& ab eo non discedẽdo sine licentia* &c. vel de parendo eiusdem Iudicis mandato: itaque etiam in casu, in quo fideiussor tenetur reum repræsentare non in carceribus, sed coram Iudice, non erit liberatus fideiussor, nisi reus repræsentatus eiusdem Iudicis voluntati paruerit. & quando in diebus Natalis & Paschatis relaxantur carcerati, sub fideiussione de repræsentando, iuxta ea quæ suprà scripti, *q. 33. n. 77.* obligant se fideiussores de eo repræsentando, non solùm in iisdem carceribus, sed etiam in iisdem statu & terminis, in quibus tunc carcerati reperiuntur. Quæ omnia tu, qui es Notarius, bene nota, vt scias concipere formam istius fideiussionis de repræsentando.

25 AMPLIA VIII. Quòd † licèt regulariter exceptiones cõpetentes reo principali, competant etiam fideiussori, *l. omnes, ff. de except. l. excepit. La seconda, §. rei, ff. eodem, l. fi. §. fi. C. de vsur. rei iud. l. 1. in princ. ff. vt in posse. lega. l. defectiones, C. de excep.* cũ aliis concordan. relatis per Cyr. *in sum. cri. part. prim. rub. de* 26 *fideiussor. §. 4. n. 4. folio mihi 63. col. 1.* † Et ob id possit etiã regulariter fideiussor, qui non potest in iudicio sistere reum quem promisit, si putà aufugerit iudicium in se suscipere, & eundẽ reum defendendo prosequi exceptiones, quæ ipsi reo competunt, ad text. *in l. si eum, in prin.* & ibi cõmuniter * Do- * ctores, *ff. si quis caut. & in l. sancimus, §. sed si quidẽ post sistatum, C. de fideiussor.* prout etiam adnotauit Marsil. *rub. ff. de fideiussor. in 14. q. n. mihi 156.* † Quia tamen prędicta non vidẽ- 27 tur locum habere in criminalibus causis, in quibus est necessaria persona rei principalis, *l. 2. §. si quis in iudicio. vers. cum enim, ff. si quis caut.* & bene adnotando declarauit Ias. *in d. l. si eum, n. 2.* & ibi etiam Bar. ac cæteri Doctores * cõmuniter, *ff.* * *eod.* sequitur Boss. *in tit. de carcerat. fideiussor. cõmitten. n. 52. ad finem, vers. Tamen in quæstione proposita.* Ioseph. Cumia *super ritu magnæ curiæ Sicil. capitulo 66. n. 1.* secus si esset necessaria persona præsentia. Idcirco fideiussor de repræsentando reum inquisitum pro causa, in qua illius persona requiritur, si illum non repræsentat, debet omnino soluere pœnã, etiam quòd offerat se velle iudicium in se suscipere, & rei principalis exceptionibus vti: non enim, vt dixi, id iura concedunt in causis, in quibus persona rei necessaria est, vt per Boss. & Cumiam *in loco citato*; & ante eos, idem adnotauit Spec. *in tit. de accusa. num. 16.*

LIMITANDO Propositam ampliationẽ, aduerte, † quòd 28 illa procedit non in omnibus causis criminalibus, sed tantùm in illis, in quibus requiritur de necessitate persona rei inquisiti, secus in aliis causis, putà pecuniariis, & in quibus reus corporaliter puniẽdus non est: nam in iis causis, cùm quis in procuratorem admittatur, & consequenter non requiratur præsentia personæ, ad communiter * notata per Doct. *in l.* * *pen. §. ad crimẽ, ff. de publ. iud. & in l. seruum quoque, §. publico, ff. de procur.* ideo in illis si fideiussor non potest reum, quem promisit, repræsentare, non prohibetur ad effugiendum pœnam eundem reum defendere, & iudicium in se suscipere, vt per Ioseph. Cumiam, *d. c. 66. per totum*, vbi latè prosequitur, ampliat & exemplificat hanc declarationem.

AMPLIA IX. Quia † ad exactionem pœnæ contra fide- 29 iussorẽ de repræsentando procedit summariè, exequutiue, & sine libello; Barto *in l. si quis reũ, in fine ff. de custo. reor.* vbi ampliat, quòd isto casu Iudex procedit ex officio, argu. rex. *in l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. & ibi Bal. in d. l. si quis reũ*, hoc idẽ no. Ang. *n. 7.* vbi alia adducit iura concordantia: dicitq; se ita de facto consultum respondisse in quodam Bononiẽsi, qui promisit quẽdam reum capitis præsentare sub pœna, & nõ præsentauit, idẽ Ang. *in l. 2. §. in fideiussorem, n. 1. ff. qui satisd. cogã.* Et in proposito bene loquitur Bal. *in l. qui crimẽ, n. 13. & seq. C. qui accusa. non poss.* vbi quòd fideiussor potest cogi ad soluẽdum pœnam officio Iudicis, non solùm sine libello, sed etiã sine aliquo ordine iudiciario plurib. rationibus. Primò, quia contractus factus in iudicio, habet vim cõfessionis, *l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pac.* In cõfessum autẽ iudicij ordo nõ requiritur, sed sola restat exequutio, *l. si confessus. ff. de cust. reo. cum similib.* Secundò, quia dũ requiritur fideiussor ad repræsentandum & sistendũ reum quem promiserat, id fieri dicitur ad expeditionem processus, & causæ principalis: vnde non debet operari nouam litem, *l. terminato, in fi. ff. de fruc. & lit. expen.* cùm ordo principalis causæ sufficiat pro omnibus causis, quæ incidãt in ea, arg tex. *in l. nullũ. ff. de testib.* præsertim cõtra fideiussorem cõtumacem in repræsentando, à quo pœna soluenda habetur loco mulctę, & in mulcta nõ desideratur strepitus, seu ordo iudiciorũ. † Tertiò, quia regulare est, 30 ex omni cõtractu iudiciali oriri officium Iudicis, in quo exequutiuè & nemine petente procedi potest, *l. fi. C. de vsur. rei iudi. l. si verò, §. Maurus. ff. manda. l. eũ, pro quo ff. de in ius voc. l. si quis, §. fugitiuũ. ff. de furt. auth. generaliter, C. de Episc. & cl.* Quartò, quia in criminalibus, ex quo Iudex semel est aditus, omnia potest, nec circumscribitur edictum, licèt accusatus sit absens, *l. quamuis indubitati, C. de adult.* & per has rationes & authoritates hanc eandem ampliationem ex recentioribus firmarunt etiã Boss. *in tit. de carcerat. fideiussor. committ. n. 60.* vbi alios allegat, Cyril. *in sum. cri. parti. 1. rub. de fideiussor. §. quinto, n. 1. & seq.* vbi refert dicta Bal. *in d. l. qui crim.* Nicol. Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, quæst. 128. n. 11.* Ioseph. Cumia *super ritu magnæ curiæ Sicil. capitul. 65. n. 10.*

LIMITA I. Eandem propositam regulam, † vt fideiussor 31 de repræsentando non reneatur ad aliquam pœnam, quando promisit reum repræsentare ex voa causa, & Iudex illum

intendit

intendit habere ex alia causa,vt in terminis ex recentioribus consuluit Hier.Gabriel.*in cons.*173.*n.*11.*lib.*2.& latiùs *consil.* 181.*n.*4.*&* 5.*lib.*1.alios adducit concordantes,& concludit, quòd etiam quòd non sit expressum per fideiussorem, semper eius fideiussio & promissio cẽsetur restricta ad eam causam,pro qua inquirebatur,seu detinebatur reus, pro quo fuit præstita fideiussio,*per.l.*2.cum ibi notat.per Doctor.*ff.si quis caut.*& aliis ibi per eum allegatis, [quod & post hæc impressa affirmauit idem Marc.Ant.Eug.Perusin. *in consil.*68.*n.*38. *lib.*1.] quibus pariter & in terminis addo Franciscum Hercu. *in tract.de caut.de non offenden.capit.*23.*n.*20. Roland.*consil.* 58.*n.*10.*lib.*1. Foller.*in pract.crim.in fragmen.nu.*252.Ioseph. Cumia *super ritu magnæ Curiæ Sicil.cap.*95.*num.*18.vbi facit conclusionem, quòd fideiussio cùm sit stricti iuris, non extenditur nec ad personas nec ad causas extraneas,*l.si vnus*,§. *ante omnia,ff.de pact.l.*2.*in fin.ff.de fideiusso.* Addo & Thob. Non. olim præceptorem meum dulcissimum,*in suo cons.*103. *num.*1.*& seq.*vbi & idem allegat Rom.*in cons.*210.*circa pri-*
32 *mum,in princ.*& Cuman.*in cons.*32.*inculpatus.*† Ampliatque hanc limitationem in tantum procedere, quòd si Iudex dicat se velle reum non ex noua causa, sed ex antiqua. hoc minimè ei creditur,nisi medio iuramento suam confirmauerit assertionem,ex Follerio in fragmen. *vbi supra,d.nu.*252. & ex Alb.Bruno *in cons.*87. *Circa primum,col.fin.* Quibus & nouissimè addo Honded.*in consil.*111.*num.*17.*& pluribus seqq.* Ibi latissimè & iure, & rationibus, & auctoritatibus demonstrat, quòd fideiussor de repræsentando reum,& cum clausula *toties,quoties*, non tenetur repræsentare,nisi pro ea causa, pro qua fideiussit, & ad dictam causam semper eius fideiussio restringenda est.

33 SVBLIMITA Hanc primam limitationẽ † non procedere,quando fideiussor expressè promisisset reum repræsentare ex quacunque noua & superueniente causa : nam tunc non valebit ei excusatio,quòd causa,propter quam requiritur repræsentatio, est diuersa ab ea, pro qua reus inquirebatur, seu detinebatur : succedit enim conclusio,pacto conueneristi mecum,*l.*1.*ff.de pact.l.*1.*ff.de constit.pecun.*& si spopondisti,non potes dici illaqueatus, nisi verbo oris tui,vt ex Prouerbio 5. refert Neuizan.*in consil.*11.*n.*10. &,si ita voluisti,non potes conqueri de iniuria,*c.scienti,de reg.iur.in* 6.nullàque est maior iustitia,quàm illa quæ oritur ex pacto, Bald.*cons.*366.*incip.pactum,lib.*3.minùs potes dicere te fuisse deceptum, quia scienti non decipitur, *l.nemo videtur*,vbi gl.& Doct.*ff.de reg. iur.* cum mille similibus, quæ in proposito adduci possent. Quare licèt aliàs superueniens difficultas seu noua causa excuset promittentem à mora & pœna,*l.si vehenda*,§.*pen.ff.ad l.Rhod.de iactu*,Maranta *disp.*7.*n.*11. Paris *cons.*110.*num.*26. Affli.*decis.*295.*n.*3. cũ aliis relatis per Ludo.de Alfer.*in cons. crim.diuers.*145.*n.*14.*lib.*1.*in folio*,non tamẽ eadem difficultas excusabit, quando à principio fuit per contrahentes præuisa,*l.si quis domum*,§.1.*ff.loca.*ergo multò minùs excusabit, vbi quis expressè se obligauit, etiam in casu superuenientis difficultatis & nouæ causæ,aduerte,quòd licèt rursus aduersus hanc sublimitationem facere videantur allegata per eundem Hercul.*in tract.de caut.de non offenden.d.capit.*23.*n.*20. *& capit.*42.*nu.*30. & per Horat.Lutium *in consil.crim.diuer.* 163.*n.*2.*iũct.n.*21.*lib.*1. volentes nouam causam excusare fideiussorem, etiam quòd expressè se obligauerit in casu nouæ superuenientis causæ, horum tamen opinio nec vera est, nec in practica recipitur, ideo sublimitationi adhæreas, [ex doctrina Salic.*in l.penult.versic. Aut promissio est facta*, *C.de fideiussor.*dum inquit,quòd quando nulla subsistente lite inter partes,qui alterum sistere in iudicio promittit,intelligitur tacitè promissio referri ad futurũ, & est perpetua,ergo multò magis vbi quis expressè se ad futuram causam obligauit: licèt quo ad tacitam istam promissionem contrarium videatur affirmare Eugen.*d.consil.*68.*num.*1.*& sequentibus, iuncto num.*13.*in fin.& seqq.*]

34 LIMITA II.Eandem regulam,†quia reo mortuo fideiussor illum non repræsentãdo non tenetur ad aliquam pœnam, nec legalem,nec conuentionalem,ad text.*in l.si decesserit,ff. qui satisd.cog.*cuius textus verba sunt hæc.*Si decesserit,qui fideiussorem dederit iudicio sistendi causa,non debebit Prator iubere exhiberi reum. Quòd si ignorans iusserit exhiberi,vel post decretum eius ante diem exhibitionis decesserit,deneganda actio erit.* & per istum text. hanc limitationem approbarũt ibidem Bart.Bald.Angel.& Castren.*in summario*, Alber.*nu.*6.*in fin.* Alex.*pariter in summario,&n.*3. idem Castren.*n.*9.*versic. & ex istis collige*, Ias.*num.*1. idem Bart. *in l.si vero pro condemnato,nu.*1.*in fin.versic. Ratio, quoniam fideiussor,eod.tit.ff.qui satisd.cogan.* Castren.*in l.*2.§.*in fideiussorem,num.*4.*in fine ff. eod.*idem Castren.*in l.sed & si quis,post num.*2.*vers. Si tamen ille sistendus mortuus erat naturaliter, ff.si quis caut.* ad idem text.*in l.sancimus,vers.Sin autẽ & secundum tempus*,ibi,*Vt si infra primum tempus,quod statutum est,reus principalis ab hac luce fuerit subtractus,tũc ei penitus ab exactione pœnæ liberum eum custodiri oportet*,& ibi etiam cõmuniter*notant omnes, * *C.de fideiussor.*Et est ratio,quia,vt inquiunt præcitati Doctores, sistere, est factum quod cohæret personæ defuncti,non obstãte quòd iudicium inchoatum transeat ad hæredem, vel successorẽ,*l.si eum hominem,ff.de fideiuss. l.*1.*um ex contractib. ff.de iudic.* & vltra præfatos eidem limitationi, & quæ, vt vides,communis* est,& in clara iuris dispositione fundata, as- *
sensserunt etiam Maranta *disput.*7.*n.*24.Cyrill.*in summ.crim. part.*1.*rub.*13.*de fideiuss.*§.4.*n.*3.*ver.Idem si decesserit*,Horat. de Callio *inter consil.*163.*n.*1.*in fin.iunct.n.*3.*& n.*7.*& n.*14. *& n.*21.*lib.*1.*in folio*,Cephal.*cons.*187.*n.*9.*vol.*2.Ioseph.Cumia *in ritu magnæ Curiæ Sicil.capitul.*67.*num.*18.Hier.Gabr. *cons.*180.*sub num.*19.vbi pariter testatur de communi * opi- *
nione,*in* 1.*volum.*Franc.Hercul.*in tract.de caut.de non offenden.cap.*23.*n.*23.*vers.*5.*&c.*Franc.Marc.*decis.Delphinæ.*297. *num.*4.*vers.& idem.& num.*5.*vers.& quando,&c.*

SVBLIMITA I.Hanc secundã limitationem† non procedere,quãdo reus principalis dolo aut culpa fideiussoris obierit,tunc enim quia dolus cuiquã suus patrocinari non debet, ideirco etiam ipso reo mortuo fideiussorẽ teneri ad pœnam dixit glos.prima *in d.l.si decesserit,ff.qui satisd.cogan.*per text. apertum *in l.si eum*,§.*homo*,& ibi etiam glo.*in verbo.periit*,*ff. si quis caut.*inquit enim ibi textus : *Homo sisti promissus, ante diem,dolo promissoris periit:certo iure vtimur,non ante pœnam peti posse,quam dies venerit,tota enim stipulatio in diem collata esse videtur.* Et per istum textũ hoc idem voluerunt Bart. *in d.l.si decesserit,in princ.in* 1.*opposit.* Bald.*ibid.col.*1.*in vers. in glos.quæ incipit, &c.* vbi reddidit rationem, quia scilicet idem operatur culpa, quod mora, *l.si fideiussor.ff.de dolo.l.si seruum.*§.1.*ff.de verb.oblig.*idem Bart.*in l.si verò pro condemnato,in fin.n.*2.*vers.Quoniam si mors contingit culpa fideiussoris,eod.tit.ff.qui satisd.cogan.* Alber.*in d.l.si decesserit,num.*3. Ang.*col.*2.*nu.*5.*vers.Sequitur in glo.Culpa siue mora,&c.* Castren.*n.*2.*in* 2.*not ab.& n.*12.*vers.Si verò est mortuus*, Cyril. *in summ.crim.part.*1.*rubr.*13.*de fideiussor.*§.4.*post nu.*3.*vers. Nisi homo sisti promissus fol.mihi* 62.*col.*4.nõ solùm est communis, sed & hæc sublimitatio nullum habet contradictorem, quem viderim. 35

SVBLIMITA II Eandem secundam limitationem † non procedere,quãdo fideiussor esset in mora repræsentandi reũ, nam illius mors superueniẽs post moram fideiussoris,fideiussorẽ non excusat à pœna *d.l.si decesserit. in fin.qui satisd.cog.* ibi,*sin autem post diem exhibitionis decesserit,aut amiserit ciuitatem,vtiliter cogi potest.* Item & text.*in l.sancimus.pariter in fin.C.de fideiussor.*ibi, *Quòd si secũdo tempore instante mortuus fuerit,nihilominus pœna iam commissa à fideiussore exigatur.*& per ista iura hoc idẽ voluẽre *in d.l.si decesserit*,Bart.*in summ.* Bald.*col.*1.*vers.in textu*,ibi,*agi,&c.* Alber.*n.*1.*in fin.& nu.*6. *pariter in fin.* Ang.*ante n.*1.*vers.secus si post moram*, Alexan. *in princ.vers.si vero post moram*, Castr.*post n.*1.Cyril.*in sum. crim.part.*1.*rub.*13.*de fideiussor.*§.4.*n.*2.*vers.si autẽ post diem exhibitionis.fol.mihi* 62.*col.*4. & hæc limitatio, sicut præcedens,non solùm est communis, * sed etiam ab omnibus approbatur,ad quam faciunt etiam ea,quæ infrà dixi,*n.*78. 36

SVBLIMITA III.Eandẽ limitationem† procedere,prout in ea dicitur,in fideiussore de iudicio sisti,ac de repræsentando reum: tunc enim eo mortuo liberatur fideiussor,quia (vt dixi) sistere reum,est factum cohærẽs personæ,ideo extincta persona,extinguitur & ipsum factũ.vnde secus in fideiussore de soluendo iudicatum vel condemnationẽ, non enim morte rei cõdemnati,vel condemnandi talis fideiussio expirat:sic enim textum *in l.si verò pro condemnato,in princ.ff.qui satisd. cogan.*intellexerunt ibidem Bart.*in summario*,dicens generaliter fideiussorẽ quantitatis, non liberari reo ciuiliter vel na- 37

turaliter mortuo, & *ibid.num.1.in fin.* vbi reddit rationem diuersitatis inter fideiussorem de iudicio sisti, & fideiussorem quãtitatis, quia scilicet fideiussor de iudicio sisti, reo mortuo non potest implere illud, quod promisit, cùm in iudicio esse non possit, & ideo ad impossibile non tenetur, fideiussor autem quantitatis etiam reo mortuo potest soluere quantitatem, & ita etiam illum textum *in d.l. si verò pro condemnato*, summat Alex. *in princ. & infr. col.1. vers. In ea*, ibi, *vel dic quòd hic satisfecit iudicatum solui, &c. num.4. in fin.* vbi refert & sequitur Bart. *in l. sed & si quis, num.4. ff. si quis caut.* & Alber. *in d.l. si decesserit, post nu.6. eod.tit. ff. qui satisd. cogan.* vbi magistraliter loquẽdo disputat, an & quando per mortem ac mutationem status rei principalis liberetur fideiussor: & in distinguendo cum Bart. vbi suprà dicit, liberari fideiussorem, quãdo id quod promisit, impossibile est præstari reo mortuo, vel in alium statum commutato, secus si etiam morte, vel alia mutatione sequuta fideiussor potest præstare id quod promisit, sed mors ipsius rei principalis non impedit, quin fideiussor soluere possit id, quod promisit, si consistit in quantitate, ergo, &c. Addo & Ang. *in d.l si verò, in princ.* vbi quòd licèt ille text. habeat varios intellectus, de quibus in gl. magna, ibi, *verus tamen intellectus est iste*, quòd loquatur in fideiussore quantitatis, Castren. *in d.l. si decesserit, post n.6. vers. idem in fideiussore iudicatum solui*, Ias. *nu.4.* vbi & idem in fideiussore, qui copulatiuè promisit, & in iudicio sistere & iudicatũ soluere: quamuis enim per mortem rei liberetur fideiussor ab illa parte promissionis de iudicio sisti, non tamen liberatur ab altera parte de soluendo iudicatum, quod & latiùs affirmauit idem Ias. *in d.l. si verò, n.1. & 2.* vbi etiã quòd iste intellectus ad illam legem est verus, planus, & sine violatione literæ, & *in d.l. si quis, n.1. in fin.* Assentit & Boss. *in tit. de carcer. fideiussor. committen. nu.51.* ex quibus facilè etiam dicere possumus, intellectum hunc & declarationem ad illam *l. si verò*, * esse per Doctores magis communiter * receptam, prout de communi intellectu testatur Horat. Lut. de Callio *inter conf. crimin. diuersor. conf.163. nu.18. lib.1. in fol.* & ante eum Ias. *in dicta l. si decesserit, sub num.4.*

38 LIMITA III. Propositam regulam † non habere locum quando reus principalis mutauit statum, putà quia existens laicus tempore fideiussionis factæ euaserit postea clericus: tunc enim cùm muret forum, nec possit ipse ampliùs conueniri coram Iudice laico, coram quo fuit præstita fideiussio, idcirco fideiussorem liberari, pluribus comprobat Marsi. *in rub. ff. de fideiussor. in 12. quæst. n.1 ; 2. & pluribus seqq.* quibus addo Horat. Lutium *in text. consil. crim. diuersor. conf.163. n.11. vol.1. in fol.* vbi authoritate Diui Thomæ *2.2. quæst.110. art. 3. ad fin.* generaliter dixit excusari quẽ ab inobseruantia promissorum, quando sunt mutatæ conditiones personarum & negotiorum, argumento text. *in l. si filius, ff. de tut. & ration. distrah.* Raynal. Perusin. *inter eadem conf. crim. conf.194. nu.3.* * *eod. lib.1.* vbi testatur de communi * opinione, Felix Phœbe. de Asculo *inter eadem conf. lib.2. conf. vlt. n.45.* Boss. *d. tit. carcerat. committen. num.42.* Cephal. *conf.187. nu.8. lib.2.* [Marc. Ant. Eug. quem post hæc impressa habui *in consil.2. num.28. lib.1.*] sed certè in hac materia mutationis status recurre ad distinctionem Alber. *in l. si decesserit, post num.6. ff. qui satisd. cog.* & quam suprà posui, *num.37.*

39 LIMITA IV. Regulam pariter † non procedere quando reus principalis esset bannitus & condemnatus pro aliquo delicto capitaliter: tunc enim fideiussor non valens istum reum sicut promiserat repræsentare, excusatur à pœna, sicut * bene probat text. qui ad id cõmuniter * allegari semper solet, *in l. sed & si quis, in princip. ff. si quis caut.* dum per hæc verba prorumpẽs dicit. *Sed & si quis rei capitalis ante condemnatus, in iudicio sistere non potuit, meritò & huic ignoscitur. Rei capitalis condemnatum accipere debemus, qui morte exilióve coërcitus est. Dixerit aliquis, quid ergo hæc exceptio damnato proderit? Sed respondebitur, fideiussoribus eius esse necessariam: aut si fortè in exilium, salua ciuitate, abiit, vbi defensoris eius exceptio ista proderit.* Et per hunc textum hanc limitationem firmarũt ibidem Batt. *in summario*, Alber. *post n.2. vers. Vel dic quòd hic fuit fideiussor facti*, Ang. Paul. de Castro, & Alexan. pariter in * summario, Alber. *in l. si decesserit, num.13. qui satisd. cogan.* vbi quòd ita communiter * seruatur idem Alexand. *in l. si decesserit, num.6. vers. ita non potest sistere deportatum, & in l. si verò pro condemnato, in fine princip. vers. Tamen Baldus hic, ff. qui satisd. cogan.* Angel. *in l.2. §. qui exhibendi, num.4. ff. de custod. reor.* Spec. *in tit. de accusat. §. sequitur, num.17. in fin. vers. Secus autem esset, si propter aliud maleficium, &c.* latè Marsi. *in rubric. ff. de fideiuss. quæst.19. num.171. & seqq* Foller. *in pract. crimin. in fragmen. num.257.* vbi reprobata distinctione Bart. *in l. si vero, ff. qui satisd. cogan.* distinguentis, an bona rei sint confiscata, nẽcne, & an ea fiscus acceptauerit, vel non (quam distinctionem videtur etiam sequi Bertaz. *consil.500. num.6. lib.2.*) simpliciter & indistinctè cum Specul. in loco per eum citato tenet, sic fideiussorem liberari, quando reus bannitur alio maleficio, Cyril. *in summ. crim. part.1. rubr.13. de fideiuss. §. quarto, num.3. fol. mihi 62. col.4.* vbi testatur ita aliàs fuisse iudicatum Gandin, *de malefi. in titul. de aliquibus quæstionibus variis, num.19. versic. Item pone quæstionem*, Boss. *in titul. de carcerat. fideiuss. committen. num.41.* vbi quòd ita tenent communiter * Doctores. Horat. Lutius Callien. *inter consil. crim.* * *diuers. consil.163. per totum, lib.1.* vbi latè & iure & ratione & Doctorum authoritatibus hoc probat, & respondet contrariis. Raynald. Perus. *consil.163. num.1.* vbi testatur de receptissima * opinione, Thob. Non. *consil.165. num.1. & seqq.* * Nicol. de Gualdo *cons.166. num.1. & seqq.* idem Horat. Lut. *consil.167. num.1.* omnes *inter eadem cons. crimin. cons. vltim. lib.2.* Clar. *in pract. §. fin. quæst.46. versic. Quæro, pone, in princ. & in fin. versic.* vbi sic communiter * teneri, & communiter etiam seruari testatur ex Alber. *in 4. part. statuto. quæst.63.* Cephal. *cons.187. per totum, lib.2.* Thob. Non. *cons.103. nu.3. inter sua propria cons. lib.1.* Bertaz. *cons.436.* Dominus Nicolaus Benadasius, *num.2. lib.2.* Nicol. Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, quæst.128. n.12. & seqq.* Bonae. *in suis commun. opin. verbo, fideiussor in prima instantia, post princ. fol. mihi 70. col.1. & fol.71. col.2. sub vers. Fideiussores rei delicti liberantur.* Ioseph. Cumia *in ritu magnæ Curiæ Siciliæ, cap.65. nu.17. & num.25. & cap.67. num.9.* Hieron. Gabriel. *in consil.181. num.6. & num.12. & seq. & num.10. & seqq. & num.25. lib.1.* vbi pluribus hanc comprobat limitationem, *& consil.173. num.11. & omnibus seqq. volum....* Hercul. *de caut. de non offenden. cap.23. num.15.* vbi adducit concordantes, Francisc. Marc. *decis. Delphinat.797. num.4. versic. secus autem*, Tiber. Decian. *cons.29. num.66. vol.2.* & hanc limitationem omni prorsus carere difficultate, quando reus principalis fuit condemnatus, dixit Flam. Cartar. qui pariter suprà citatos Doctores de communi * opinione testantes refert *in suo tract.* * *de exequut. senten. capto bannito, cap.1. nu.468.* (Marc. Anton. Eugen. *d. cons.67. n.1. & cons.68. num.10.*) quicquid in contrarium subtiliter consideretur per Bertazz. *cons.500. num.2. & seqq. lib.2.* qui tamen loquitur in casu, in quo reus principalis non est condemnatus, sed tantummodo accusatus, de quo mox dicam.

Rationes huius limitationis plures sunt, † quas breuiter 40 referre non absurdum putaui, cùm hæc limitatio sit clauis propositæ quæstionis.

Prima est ratio, quia iam, vt suprà firmaui, *n.31.* fideiussor nõ censetur se obligasse ad repræsentãdum reum, nisi ex causa pro qua tempore fideiussionis erat, vel inquisitus, vel carceratus, ergo nouo superueniente delicto, quod præbet Iudici causam etiam nouam reuocandi reum, fideiussor non potest conueniri, cùm ad illum casum, ac ad illam causam se obligasse non censeatur.

Secunda est ratio, † quia pariter, vt suprà firmaui, liberatur 41 fideiussor, quando reus, pro quo fideiussit, statum mutauit: excusatur enim quis ab inobseruantia promissorum, quando sunt mutatæ conditiones personarum, *l. si filius, ff. de tut. & ration. distrahen.* sed condemnatione & banno subsequuto propter nouum delictum satis dicitur mutata conditio rei principalis, pro qua fuit præstita fideiussio, ergo fideiussor liberatur, prout hanc rationem in specie, & ad propositum considerarunt Marsil. *in rubric. ff. de fideiussor. post num.171.* Horat. Lut. *consil. crimin. diuersor.163. numero vndecimo, libro primo*, Cephal. *consilio 187. numero octauo, libro secundo*, & ante istos Alber. *in dicta l. sed & si quis, in principio, num.2.* & ibi Bald. in fine, Roman. *numero primo, ante medium*, Ias. *numero primo, versic. in gloss.* Angel. *ante numer.1.* Iacobin. de sancto Georg. *numero secundo.* Fulgos. *numero secundo, ff. si quis caut.*

Tertia

42 Tertia ratio, † & à præcedenti non multùm dissimilis ea est, quia scilicet omnis promissio etiam si iurata sit, habet in se tacitam conditionem, rebus sic stantibus,& aliquo de nouo non superueniente,*cap.cùm inter P.Gaufredi,extra de renunciat.cap.quemadmodum,& c.clericus, de iureiur.l.fin.ff.qui satisd.cogan.l.fin.ff.ad municip.l.fin.C.de non nu.pecun.* cum aliis per Tiraq.*in l.si vnquam,in princip.nu.*162.*C.de reuoc. dona.*sed banno ac condemnatione superueniente in persona rei principalis,pro qua fuit fideiussum, res nõ stant in eodem statu & terminis, in quibus reperiebantur tempore præstitæ fideiussionis,ergo,&c. Et hanc rationem pariter in terminis & in specie ad propositam limitationem considerarunt Marsi. *in d.rubr.ff.de fideiuss.n.*173.*& seq.*Cyril.*in sum.crim.part.*1.*rubr.*13.*de fideiuss.*§.4.*n.*2.*vers.item sponsio de quopiam exhibendo,folio mihi* 62.*col.*1. Nicol.Gualden.*inter cons.crim. diuers.cons.*166.*n.*4.*lib.*1. Cephal.*cons.*187 *nu.*1.*lib.*2. Hieron. Gabriel.*d.cons.*181.*num.*6.*lib.*1.*cons.*173 *num.*12.*lib.*2.

43 Quarta est ratio,& præcedẽti cognata,†quòd omnis promissio,quantumuis generalis & iurata, non trahitur ad ea,ad quæ verisimiliter promittens,si in specie interrogatus fuisset, minimè se obligasset,*l.obligatione,ff.de pignor.c.cum iuramento*,& ibi gl.*de homicid.*cum aliis relatis per Tiraq.*in d.l.si vnquam,in præfatione,nu.*171.*alias* 166.*C.de reuocan.donat.*sed sic est,quòd si fideiussor fuisset interrogatus, an vellet etiam se esse obligatum in casu, in quo reus pro nouo delicto condemnaretur,& banniretur, negatiuè respondisset, ergo ad illum casum eius obligatio minimè trahenda est, sicuti per hanc rationem ita in terminis dixerunt Horat.Lut. *d. consil. crimin.diuers.*163.*num.*26. Hieron.Gabriel. *d.cons.*181.*post num.*6.*lib.*1.*& cons.*173.*num.*13.*& num.*15 *lib.*2.

44 Quinta ratio est,†quia sine mora non committitur pœna, *l.*2.*ff.si quis caut.*glos.& Docto.*in l.& si post tres,ff.eod.*Bald. Ang.& Salic.*in l.sancimus,C.de fideiuss.*A mora autẽ excusat non solùm difficultas superueniẽs, secundùm Ias.*in l.stipulatio ista in princ.n.*10.*ff.de verb.oblig.* Sal.*in d.l.sancimus,n.*3. Soc. *cons.*288.*n.*31.*vol.*2. qui expressè loquuntur in promis-
45 sione sistẽdi: † verùm etiam difficultas,quæ aderat à principio,quãdo sumus in obligationibus facti,& ne soluatur pœ-
* na,Curt.*in l.quod te,n.*39.*ff.si cert.pet.*& communem * dixit Hieron.Gabriel.*cons.*181.*lib.*1.Sed propter bannum & condemnationem subsequutam in persona rei principalis, illius repræsentatio facta est nedum difficilis,sed ferè impossibilis, ergo cessat mora & subsequẽter pœna,quæ vt dixi,sine mora non committitur,prout etiam in propositis terminis sic rationem hanc impossibilitatis latiùs deduxerunt Marsi.*in rubr. ff.de fideiuss.n.*178.183.*& seq.*Cyrill.*in sum.crim.part.*1.*rub.* 13.*de fideiuss.*§.4.*n.* 3.*vers.Impedimentũ namq; superueniens, fol.mihi* 62.*col.*4. Horat.Lut.*cons.crimin.diuers.*163.*num.*20. 23.24.25.*&* 27.*vol.*1. Cephal.*cons.*187.*num.*7.*lib.*2. Thob. Non.*cons.*103.*n.*3.Hier.Gabr.*d.cons.*181.*n.*12.*& seqq.lib.*1. *& cons.*173.*n.*17.18.*lib.*2. & ante istos Alber.*in d.l.sed & si quis,in princ.n.*2.*vers.vel dic,* Fulgos.*post n.*2.Rom.*n.*1.*vers. Aliquãdo verò,*Iacobin.de S.Georg.*n.*2.*in fin.*Paul.de Castr. *nu.*2.*&* 3.*ff.si quis caut.* sed huic rationi multùm obstant ea, quæ scripsi *suprà,num.*19.Considera & cogita tu subtilis.

46 Sexta ratio est, † quia quoties per alium fit,quominus id quod promissum est impleatur,perinde habetur ac si impletum fuisset, *l.iure ciuili, & l.cùm pupillus, ff.de condit.& demonstra.l.*4.*ff.de condi.instit.l.*3.§.*fin.ff.de condict.cau.da.cau. non seq.l.in iure ciuili,ff.de reg.iur.*cum aliis in proposito relatis per Cyril.*in summ.crim.partic.*1.*rubr.*13. *de fideiuss.*§.4. *n.*3.*vers.Item si fortè in exilium,fol.*62.*col.*4.Sed sic est,quòd fideiussor non repræsentando reum capitaliter bannitum & condemnatum, non solùm videtur impeditus per alium, verùm etiam per Iudicem ipsum qui reum condemnauit, ergo,&c. Et ita per hanc particularem rationem propositam limitationem, vltra Cyrillum in loco præcitato, firmarunt Marsil.*in d.rubr.de fideiuss.sub num.*171.*vers.Item faciunt dicta per Speculatorem,*Horat.Lut.*cons.crim.diuers.*163.*num.*1. *vers.Sexta,quia non stetit per fideiussor.* Nicol.Gualden. *inter eadem consil.*166.*num.*3.*lib.*1. & si dixeris, isto casu difficultatem seu impedimentum superuenire non facto Iudicis,sed potiùs rei, qui delictum commisit,& pro quo fideiussor promisit, respõde cum Claro *in pract.*§.*fin.quæst.*46.*vers.quæro, pone,in fin.* quòd quamuis isto casu factum Iudicis processerit ex culpa & facto ipsius rei,non propterea debet fideiussor teneri,cùm tempore debito monitus nõ fuerit,vt reum consignaret. † Et vt dixit Nicol.Moron.*in tract.de fide,treug.&* 47 *pace,q.*128.*num.*13.licèt aliàs factum Iudicis dicatur iustum, pro culpa tamen reputatur,etiam quòd culpa careat,*l.si merces,*§.*culpæ,ff.loca.* cum aliis ibi per eum allegatis,& per Frãc. Hercul. qui bene etiam loquitur in hoc puncto, *in tract.de caut.de non offenden.cap.*23.*num.*15.

Septima ratio sumi potest ex suprà traditis,*n.*34.*in* 2.*limitatione*,†in qua diximus fideiussorem non teneri ad pœnam, 48 quando repræsentatio rei est facta impossibilis per eius mortem naturalem,*l.si decesserit, ff.qui satisd.coga.l.si homo mortuus,ff.de verb.oblig.*cum aliis *supra,in d.n.*34.allegatis. Ergo idẽ quando reus est mortuus ciuiliter,quia exules loco mortuorum habentur,*l.*1.§.*filium, ff.de bonor.possess.contra tabul. l.actione,*§.*publicatione,ff.pro socio.*Et † vbi est idẽ effectus,& 49 eadẽ ratio, mors ciuilis æquiparatur naturali. glos.*in clemen. ne Romani,in verbo,moriente.de elect.* Cy.post Dyn.*in l.Deo nobis,circa principium,* & ibi Bald.& alij,*C.de Episc.& cleric.* ideo sicut per mortẽ naturalem liberatur fideiussor, eo quia nõ potest sistere eum, qui mortuus est naturaliter:ità pariter liberari debet, quando non potest sistere eum, qui mortuus est ciuiliter,& sic bannitus & condemnatus,qui nec in ciuitate, nec in iudicio stare potest, *l.relegati,ff.de pœnis,l.is,qui reus, ff.de publ.iudic.* & paria sunt,quid esse impossibile iuris vel naturæ,*glos.in l.fin.ff.quæ sententi.siue appellatio.rescinden.* & condemnatio seu exilium dicitur impossibilitas iuris:mors verò impossibilitas naturæ, vt declarat per illum textum Paul.de Castro *in l.sed & si quis,in princip.ff.si quis caut.*

Præceptum†autem Iudicis impossibile,vel iuris vel natu- 50 ræ impossibilitate,tanquam nullum seruandum minimè est, Bald.*in l.si decesserit,ff.qui satisd.cogan.* Ruin.*cons.*81.*num.*8. *vol.*5.Neuiz.*cons.*61.*num.*3.est text.*in d.l.fin.ff.quæ sent.siue appellat.rescinden.*cum aliis in proposito in specie adductis & cumulatis per Horat.Lutium *in d.cons.crimin diuers.*163.*n.*4. *& pluribus seqq.lib.*1.Cephal.*d.cons.*187.*post num.*9.*lib.*2.

Octaua ratio deduci potest in hunc modũ:† nam certum 51 est,quòd ad locũ non tutum nemo cõparere tenetur,rex.est *in clem.Pastoralis,*§.*esto,cum seq.extr.de re iud.cap.venerabilibus, vers.& hoc ipsum,de sent.excomm.in* 6. cum aliis suprà per nos relatis *in tit.de inquisit.q.*11.*n.*55.*& seqq.*Ergo bannitus & cõdemnatus pro vno delicto,iustã habet causam nõ comparẽdi,si reuocetur pro alio delicto,& præsertim si esset cõdemnatus capitaliter,quia cõparendo vltrò se morti offerret, quod quàm detestabile sit pluribus demõstrat Tiraquel. *in tract.de nobilit.c.*31.*& seq.* si excusatur reus principalis,ergo excusari etiam debet fideiussor, cùm fideiussio tanquam accessoria ad principalem obligationem illius naturam sequi debeat,vt per Horat.Lutium, qui in terminis hãc deducit ratione,*d.cons.*163.*n.*12.quẽ refert & sequitur Felix Phœbeus de Asculo *inter ead.cons.crim.diuers.cons.*vlt.*n.*42.*lib.*2.

Nona est ratio, & ea quidẽ generalis & relatiua ad omnes 52 præcedẽtes,† quòd quælibet promissio faciẽdi,vel non contraueniendi,intelligi semper debet, nisi quis ex iusta & legitima causa,& lege permittente contrauenit,*l.quidam cum filium*, & ibi Bart. *ff.de verb.oblig.l.si libertus, ff.de oper.libert. cap.Quintauallis, de iureiur.l.fin.C.qui satisd.cogan.* Ioachin. Minsing.*obseru.*2.*centu.*19.Bost.*tit.de carcer.fideiuss.cõmitten. nu.*48.Bertaz.*cons.*80.*n.*6.sed ex omnibus præcitatis rationibus, & præsertim propter difficultatem ac impossibilitatem facti satis apparet fideiussorem habere iustam causam non adimplẽdi promissa,ergo,&c.sic in specie scripsit Horat.Lut. *d.consil.crim.*163.*num.*22.*lib.*1.*inter cons.crim.diuers.in folio.*

Decima & vltima † ratio deducitur ex iis, quæ in simili 53 scripserunt,post Bald.Specu.Paridem de Put.& alios,quos allegant,Marsi.*in d.rub.ff.de fideiuss.q.*12.*n.mihi* 132.*vers.Facit etiam quod voluit,* Bal.Horat.Lutius *d.cons.crim. diuers.*263. *n.*17.*lib.*1.Ceph.*cons.*187.*n.*6.*lib.*2.cõcludentes,quòd si Potestas tenetur exhibere familiares suos, aut soluere: si vnus eorum commisit delictum,adeò vt eum Potestas exilio affecerit, non tenebitur ampliùs illum repræsentare,quæ decisio est multum similis propositæ limitationi.

AMPLIA 1.Hanc 4.limitationem,†vt procedat nõ solùm quando reus principalis est condemnatus, vt dicit text.*in d.l. sed & si quis,ff.si quis cau.* sed etiam si non sit condemnatus:

sufficit enim ad liberationem fideiussoris denunciatio vel accusatio noui delicti per reum cõmissi, cuius timore aufugiat, etiam quòd nondum sit bannitus vel condemnatus; sic enim videtur de mẽte Marsilij vbi suprà allegati *in rub. de fideiuss. d. quæst. 19. n. 171. & seqq.* vbi loquitur generaliter non solùm quando reus est bannitus, sed etiam quãdo est simpliciter accusatus, & timẽs capi fugam arripiat. Et Marsilium *vbi supra* refert & sequitur Horat. Lut. *inter conf. crimin. diuers. d. conf. 163. n. 15.* vbi pariter loquitur quando reus est inquisitus de aliquo nouo delicto etiã quòd non sit condemnatus, Thob. Non. *d. consil. 103. nu. 3. lib. 1.* vbi etiam, quod plus est, loquitur magis generaliter quando reus cõmisit nouum delictum, etiam quòd nondum sit inquisitus, aut accusatus. Ceph. *cons. 187. per totum, lib. 2.* vbi similiter loquitur in casu sequutæ
55 solùm accusationis, & ibi *num. 9.* reddit rationem, † quia de proximo banniendus habetur pro bannito, *l. pen. ff. de milit. testamen.* Castren *in l. 3. §. si seruus, ff. de acquir. possess.* cũ aliis ibi allegatis per eum, quem etiam in proposito refert Nicol. Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, quæst. 128. post n. 14.* Addo & Ioseph. Cumiam *in ritu magnæ Curiæ Siciliæ, c. 65. n. 17.* vbi etiam loquitur reo simpliciter accusato, & demum addo Hieron. Gabr. *vbi supra* allegatum *in d. cons. 181. n. 6. & seqq. 12. & seqq. 19. & seqq. lib. 1. & cons. 173. n. 11. & omnib. seqq. vol. 2.* In quibus cõsiliis acerrimè defendit ampliationẽ hanc prævalere debere, saltem in casu, in quo iam constat & noto-
56 rium est reum, † pro quo fuit præstita fideiussio, commisisse delictũ, de quo sit inquirendus, & condemnandus: tũc enim, inquit ipse, nimis absurdum & inhumanum est, cogere fideiussores ad pœnam, si eum nõ repræsentant, qui ad mortem certissimam proficisceretur; & opinio eorum, qui contrarium dixerunt, declaranda est, inquit Gabrielus eo loci, vt procedat quando non constat de delicto nouiter commisso, vel quando requiritur repræsentari reum coram alio Iudice, coram quo potest tutè comparere absque timore noui delicti: aliàs generaliter intellecta tanquam minùs rigorosa sequẽda non est. Et quidem qui hanc sustinere voluerit opinionem, adducere etiam poterit, quòd pro ea stringunt, si non omnes, saltem maior pars rationum suprà pro limitatione relatarum, *num. 40. & sequentib.* quæ rationes, si restrictè considerentur, sunt generales, & militant, siue reus sit cõdemnatus, siue non [& post hæc impressa peruenit ad manus Marc. Ant. Eugen. *in d. cons. 2. n. 54. & seqq.* vbi pluribus hanc eandem comprobat ampliationem, quòd & idem expressè affirmauit *in cons. 67. n. 1. & seqq. & cons. 68. n. 10. & seqq. & n. 41. & seqq.* vbi cum Hier. Gabriel. *vbi supr.* respõdet text. *in d. l. sed & si quis, §. illud, ff. si quis caut.* qui, vt mox dicam, solet in contrarium allegari, quòd scilicet loquatur non de reo, qui est accusatus coram eodem Iudice, sed coram alio diuersi territorij, & iurisdictionis, quo casu nisi sit condemnatus, potest tutè comparere, quia non potest timere puniri de delicto per se commisso, vnde secùs si quis accusatur corã eodem Iudice, à quo puniri potest, cùm timor videtur iustus, & per consequens excusatur si non compareat. & ibi, *num. 9. in fin. iunct. nu. 25.* testatur de veriori, æquiori, & humaniori sentẽtia, adducens in dictis consiliis, idem Eugen. ad propositum Bullas Pij II. & Leonis X. volentes homicidas, & alios similes delinquentes, ipso iure haberi pro condemnatis in pœnas in eis cõtentas, vnde iuris condemnatio supplet condemnationem hominis. Et in eodem casu, in quo consuluit Eugen. reperio latissimè etiam consuluisse, & sensisse Honded. *in consil. 111. nu. 12. & seqq. 17. & seqq. 30. & omnib. seqq. lib. 1.* ibi in idem adducit Menoch. *cons. 246. nu. 8. lib. 3.* Ioan. Cottam, *cons. 30. num. 2. iuncto num. 9. & seqq. lib. 1.*

57 Et † quãdo vltra acculationem, vel inquisitionem deuentum est ad aliquam citationem contra reum, putà ad respondendum inquisitioni; tunc etiam quòd ipse reus non sit bannitus, vel cõdemnatus, eo magis videtur fideiussor liberatus, quia isto casu propriè subintrat ratio considerata *suprà, n. 46. & seq.* ea scilicet, quòd fideiussor videtur impeditus facto Iudicis, prout in reo sic citato in terminis loquitur Herculanus referendo Marsilium in loco præcitato, *in suo tract. de caut. de non offenden. cap. 23. n. 15. in fin.* & cõsuluit Bertaz. *cons. 436. lib. 2.* & ante istos multum bene loquitur Angel. *in d. l. sed & si quis, §. illud. num. 1. in princ. & n. 2. ff. si quis caut.* vbi in specie quærit, an citatio in causa capitali sit iusta causa reum non sistendi. Et cõcludit per illum textum, solam citationem non excusare fideiussorem: deinde conclusionem hanc declarat procedere, quando fideiussor potest reum sistere, non obstante quòd sit citatus in causa capitali: secus vbi non potest sistere reum sic citatum, quia tunc sola citatio operabitur idem, quod condemnatio, vt ibi per eum.

Et rursus † quando reus vltra citationem positus est in 58
banno, quod, vt aliàs admonui *in tit. de inquisit. sub 11. quæst.* Doctores vocant primum & purgabile bannum, & sic quando non fuit condemnatus diffinitiuè, licèt bannitus, tunc eo magis fideiussorem liberari scripsit Ioseph. Cumia *in ritu magnæ Curiæ Siciliæ, capit. 67. sub num. 9. vers. Sed ego puto*, expressè dicens fideiussorem non posse cogi ad exhibendum reum bannitum non solùm banno inexpurgabili (prout est, quando fuit condemnatus, primúmque bãnum in condemnationem transierit) sed etiam bannitum banno purgabili. Et reddit rationem, quia iam ille reus, qui bannitus est propter aliud crimen sibi imputatum, positus est in fuga, culpa & facto Officialis. Et licet præcesserit culpa & factum rei principalis, qui delictum commisit, hæc tamen culpa attendenda non est, quia fideiussor non fuit monitus tempore debito, videlicet ante delictum, ideo nõ tenetur, vt per Specula. Nell. Boss. Carauitam, & alios in locis ibi per eum allegatis. Addo & Alber. *in l. si decesserit, num. 13. qui satisdare cogantur*, vbi simpliciter loquitur, nulla facta mentione condemnationis de banno inflicto ante moram fideiussoris, dicitque per illum liberari fideiussorem, & quòd ita communiter * ✱ seruatur.

Contrarium, † quòd immò ad liberandum fideiussorem 59
non sufficit rei principalis sola accusatio vel inquisitio, sed requiratur condemnatio, probari videtur *in d. l. sed & si quis, §. illud, ff. si quis caut.* dum per hæc verba disponit: *Illud sciendum est, eum, qui idcirco non stetit, quia capitis reus factus est, in ea causa esse, vt exceptione vti non possit.* Iste §. ad hoc ne sit cõtrarius principio suæ legis, exponitur per gloss. *ibi in verbo, Reus*, vt loquatur in eo, qui factus est capitis reus non per condemnationem, vt in principio *dict. l. sed per accusationem*, argumento text. *in l. reum, C. de procurat. & in l. Pannonius. §. Rei, ff. de acquirend. hæredita.* & ita per istum textum iuncta gloss. prædicta ad liberãdum fideiussorem de repræsentando solam accusationem aut inquisitionem delicti post fideiussionem per reum commissi, non sufficere scripserunt Bartol. *in dicto §. Illud, in principio*, Castren. *ibidem in summario*, vbi generaliter loquitur in omni pendentia processus, *& in dicta l. sed & si quis, in princip. vers. Secus si non erat condemnatus*, Alexand. *in eod. §. illud, vers. in gloss. in verbo, Possit.* vbi expressè dicit, quòd ille §. ponit differentiam inter accusatum & condemnatum, de quo in principio *illius, sed & si quis*, idem Francis. Hercul. *in tract. de caut. de non offenden. d. cap. 25. nu. 16. in fin.* vbi quòd timor ex sola inquisitione non prodest, *& n. 17. vers. Et tunc aut pendet processus.* Ioseph. Cumi. *in ritu magnæ Curiæ Sicil. cap. 65. n. 18. vers. Contrarium, quòd fideiussor, &c.* vbi concludit, fideiussorẽ semper teneri, quando reus se absentat ex solo timore delicti per ipsum perpetrati, & ita communiter * per Doctores teneri non inficiatur * idem Hieron. Gabriel. *cons. 181. num. 20. lib. 1.* quem refert Bonacossa *in suis commun. opin. part. 1. 2 vers. Fideiussores rei delicti, fol. mihi 71. col. 2.* Bertaz. *cons. 500. num. 7. & seqq. lib. 2.* & nouissimè Flamin. Cartar. *in suo tract. de exequ. sent. capto bannito, cap. 1. num. 472. & seqq.* vbi testatur de veriori & magis communi * opinione. *

Et in specie contra ea, † quæ suprà relata sunt, *n. 57.* quòd 60
nedum inquisitio aut accusatio, sed quòd nec citatio rei principalis post porrectam contra ipsum accusationem aut formatam inquisitionem, non excuset fideiussorem eiusdem rei repræsentatione, expressè tradiderunt Bart. & Alex. *in d. l. sed & si quis §. illud ff. si quis cau.*

Et etiã in casu, † in quo vltra citationẽ interuenit bannum, 61
si tamen non est sequuta condemnatio, quòd pariter fideiussor non sit liberatus, expressè etiam scripsit Angel. *in d. l. sed & si quis, in princ. vers. Vnde si non esset condemnatus, ff. si quis caut.* inquiens, quòd si reus non est cõdemnatus, sed exbannitus, potestq; suam moram purgare, & cõparere, non ignoscitur nec ei, nec fideiussoribus, quoniã cessat ratio excusans fideiussorem, videlicet impossibilitas sistendi, & hoc dictum

Angeli

Angeli refert & sequitur in proposito Flam. Cartar. *vbi supr. d.cap.1.num.470.*

62 Quid dicendum? Prima opinio est multùm æqua, secunda * autem est communior: * ideo pro resolutione distinguẽdum esse putarem in hunc modum, quòd aut reus, pro quo fuit præstita fideiussio, est simpliciter accusatus, denunciatus, vel inquisitus, aut verò etiam citatus, vel bannitus, licèt nondum condemnatus. Primo casu, si superuenium̃t noua indicia de delicto, pro quo reus erat inquisitus vel incarceratus tempore præstitę fideiussionis, & sic Iudex habet iustam causam reuocandi reum pro antiquo delicto, quem etiam reuocasset, etsi nouum delictum non commisisset: & tunc subsistente dicta legitima causa requirenda, crederẽ posse sustineri communem opinionem (licèt iudicio meo multùm duram & rigorosam) quòd scilicet illum non repræsentando fideiussor teneatur ad conuentam pœnam, etiam quòd ipse reus sit inquisitus vel accusatus pro nouo delicto capitali, & multò magis si nondum fuerit accusatus aut inquisitus: non enim debet hoc delictum delinquenti patrocinari, nec fideiussori, qui pro eo promisit, & secundùm istos terminos potest admitti prædicta communis opinio, quam (vt verum fatear) sæpius etiam in practica seruari vidi contra fideiussorem, per * text. & communem * intellectum *d.l.sed & si quis.§.illud*, & ibi glos. *ff.si quis caut.* cum aliis allegatis *supra, num.59.*

63 Si verò † commisso nouo delicto per reum nulla superuenerint indicia super antiquo delicto, pro quo idem reus fideiussorem dederat, nullámque iustam causam habeat Iudex illum reuocandi pro eo delicto, pro quo aliàs fuerat vel inquisitus vel condemnatus, de qua re dixi *supra, in tit. de inquisit. qæst.4.num.25.* & tunc cùm dignoscatur aperta Iudicis malitia, qui reum re vera habere intendit non ex antiqua causa, sed ex noua, propter nouum commissum delictum, ad quam nouam causam fideiussor minimè se obligasse censendus est, vt suprà probaui, *num.31.* ideirco eundem fideiussorem isto casu minimè teneri repræsentare reum, etiam quòd pro nouo delicto nondum condemnatus sit, nec citatus, nec etiam accusatus, aut inquisitus, multò verius crederẽ, præsertim delicto existente notorio, prout in terminis hoc idem affirmarunt Thob. Non. *d.cons.103.num.5.* Hier. Gabriel. *d.cons.181.*

64 *num.25.lib.1.* certum enim est, † quòd reus sub fideiussore relaxatus, eò quia contra ipsum nihil releuans fuerat deductum, non potest per Iudicem reuocari ad carceres, nisi nouis superuenientibus indiciis, & illis quidem vrgẽtioribus primis, vt per Foller. *in pract.crim.in fragmen.n.251.* Boss. qui ita seruari testatur, *tit.de sent.nu.61.* Thob. Non. *d.cons.105.n.5.* &

65 reuocatus nõ tenetur comparere. † Ergo nec tenebitur fideiussor, qui regulariter in plus teneri non potest, quàm teneatur ipse principalis, *l.Græce.§.illud, ff.de fideiussor.* Boss. *in tit.de carcer.fideiuss.committen.n.52.vers.non enim potest obligari fi-*

66 *deiussor.* † Promissio enim de repræsentando aliquem etiam cũ clausula *toties quoties* intelligenda est secundùm naturam iudicij id est, toties, quoties opus fuerit, & donec opus fuerit, vt sistatur, vt declarat Nell. *in tract.de bannit.part.1. secundi temp.q.15.* & tradunt post Bart. Doctores *in l.si quis reum, ff.de custod.reor.* sed nouis non superueniẽtibus indiciis, non est opus amplius reum repræsentare, vt dixi: ergo fideiussor

67 eo casu minimè tenebitur, argumẽto tex. *in l.2.ff.si quis caut. & in l.cùm quærebatur.§.pen.ff.iudic.sol.* quibus iuribus probatur, fideiussorem de aliquem sistendo expirare statim atq; reus condemnari amplius non potest occasione illius causæ,

68 pro qua fuit præstita dicta fideiussio. † Et propterea si reus etiam quòd repræsentaretur esset absoluendus, tunc cessante fisci interesse, non potest ob illius non repræsentationẽ fideiussor conueniri ad soluendum pœnam conuentam, vt plurib̃us docet idẽ Gabriel. *d.cons.181.n.6.& 7.lib.1.* sed nouis non superueniẽtibus indiciis reum etiam repræsentans non posset nisi absolui, ergo illius non repræsentatio non facit incidere fideiussorem in pœnam. Quare, vt ad propositum redeam, concludo, quòd quando reus aliàs pro vno delicto detentus etiã sub fideiussore relaxatus, quia nihil releuans contra ipsum deductum erat, cõmisit aliud delictum, præsertim notorium, ob quod timens curiam aufugiat, etiam quòd nondum pro illo nouo delicto fuerit per eandem curiam citatus, bannitus, aut cõdemnatus: sed solummodo accusatus, aut denunciatus, & etiam non accusatus, nec denunciatus, & ob di-

ctam fugam non possit fideiussor illum repræsentare, tunc si idem reus reuocetur à Iudice nullis superuenientibus nouis indiciis super delicto, pro quo fuit præstita fideiussio: non tenetur fideiussor illũ non repræsentando ad aliquam pœnam, & Iudici agenti ad hanc repræsentationem obstabit exceptio *l.dolo facit, ff.de doli excep.* cum vulgaribus, & in istis terminis potest procedere ampliatio suprà posita, *n.56.* & declarari opinio illorum, qui contrarium magis cõmuniter testati sunt *supra, n.59.* & quidem (vt verum fatear) est distinctio multùm æqua & rationabilis. & in consulendo ac iudicando tenenda, licèt bursæ fiscali non multùm amica, & secundùm eam aliàs obtinui in tribunali illustrissimi Vicarij Vrbis coram reuerendissimo tunc Vicegerente Domino Pirro Taro, dum vixit, viro quidem sapientissimo & integerrimo.

Secundo verò casu, † quando scilicet reus non solùm est 69 accusatus vel inquisitus, sed etiam citatus aut bannitus primo banno expurgabili, licèt nondum condemnatus, & tunc licèt varij varia dixerint, vt suprà retuli, *num.56.& seq.& num.60. & seq.* veriorem & æquiorem tamen eorum opinionem crediderim, qui dixerunt indistinctè fideiussorem non teneri, quando reus ob talem citationem vel bannum aufugit: talis enim fuga videtur causata culpa & facto Iudicis, ideo fideiussorem excusat, per ea quæ suprà scripsi, *num.46.& seq.* & concordat communis * cautela Doctorum, de qua paulò infrà dicam *num.79.* volentium, antequam reus citetur vel banniatur, fideiussorem requiri & constitui in mora, & tacitè ob id sentientium, fideiussorem non teneri, si prius citetur vel banniatur ipse reus. *

Et licèt istud factum Iudicis sit iustum & causatum culpa rei delinquentis, culpa tamen non caret, cùm fideiussorem non requisiuerit tempore debito, vt suprà probaui, *dicto num. 46.47.& num.58.an fin.* vbi tradita hic repetere non est necesse.

AMPLIA II. Eandem 4. limitationem † procedere non 70 solùm, quando reus prius condemnatur pro delicto commisso ante fideiussionem præstitam, sed etiamsi condemnetur pro delicto nouo post datum fideiussorem parato, quicquid in contrarium dixerit glos. *in l.sed & si quis, §.illud, in verbo, Vt non possit, vers.ic. Vel dic quod est verius, ff.si quis caut.* & post glos. Bald. *in d.l.sed & si quis, in principio legis, & in a.§. illud*, vbi per illum textum facit conclusionem, quòd condemnatio superueniens ex causa præcedenti, excusat non comparentem in alia causa, & eius fideiussorem, secus si emanat ex culpa subsequenti.

Aut enim, inquit Baldus, promissio præcedit culpã, & tunc non excusatur promittẽs, quia culpa sequens ordinatur ad impedimentum sistendi, si verò culpa, ex qua sequuta est condemnatio, præcedit promissionem, & tunc excusatur fideiussor quoniam ista culpa præcedens non ordinatur ad impedimẽtum sistendi: iste enim glossæ & Baldi intellectus ad illum textum communiter, * sed tacitè reprobatur per omnes Do- *
ctores allegatos *supra, nu.39* qui præsertim loquuntur, quando reus post præstitam fideiussionem, nouum commisit delictum, & expressè eidem intellectui non assentit Bart. *in d.§. illud, in fin.vers.Vel dic.* & ibidem Angel. *nu.2.* vbi propterea dicit, quòd licèt culpa fuerit commissa post fideiussionem, & per eum impediatur repræsentatio, non tamen debet nocere fideiussori, quoniam non fuit principaliter ad istum effectum impediendi repræsentationem ordinata, argumento text. *in l.2.§.si non propter, ff.si quis caut. l.si vebenda, §.idem iuris, ff. ad l.Rhod.dè iac. in l.fin autẽ, §.si homo, ff.de rei vend.* (si enim fuisset principaliter ad id ordinata, & sic affectata, tũc sine dubio non excusaret fideiussorẽ, vt paulò infrà dicã in sublimitationibus huius quartæ limitationis) & per eãdem rationem hanc ampliationem firmarunt etiam *in eod.§.Illud*, Castr. *sub num.2.* & Alex. *ante num.1. in vers.in gl.in verbo, Possit, &c.* vbi & idem tenentes allegat etiam Fulgos. & Romanum, ex quibus, vt prædixi, facilè dici potest glossæ & Baldi intellectũ communiter * reprobari, & ampliationem magis cõmuniter * esse receptam, [prout & post hæc impressa reperio idem testantem Mar. Eugen. *d.cons.68.n.8. iunct.n.48.& seqq.*]

AMPLIA III. Dictam 4. limitationem † procedere, etiam 71 quòd reo principali condemnato capitaliter offeratur saluus conductus super delicto, de quo est condemnatus: adhuc enim si ille non obstante oblatione dicti salui conductus

non intendit comparere, excusatur fideiussor, qui ipsum repræsentare promisit, vt in terminis scripserunt Gandi. *in tit. de aliquibus quæst. variis, num. 20. vers. Sed pone quod Potestas,* Horat. Lut. *cons. crim. diuers. 163. num. 15. in fin.* & latiùs *cons. 197 per totum, lib. 1.* Thob. Non. *inter cad. cons. crim. cons. 165. nu. 2. vers. Nec obstat, eod. lib. 1.* Franc. Hercul. *in tract. de cau. de non offenden. cap. 23. num. 16.* Bertaz. *cons. 436. nu. 3. lib. 2.* Honded. *cons. 111. num. 61. & seqq. lib. 1.*

72 Non † enim tenetur quis credere literis salui conductus, quando agitur de periculo capitali, *cap. accedens, il secondo,* & ibi Felin. *n. 3. vt lite non contestata,* gl. *in cap. ex parte, in verbo, periculosum, de appellat.* Imol. *in l. si quis reus, col. fin. ff. de publ.*
73 *iudic.* Affli. *decis. 289. n. 21.* † & saluum conductum frag lem esse cautionem probatur *in l. qui ita, §. 1. ff. ad Treb.* & experientia, quæ est rerum magistra, id quotidie nos docet: quare excusandum eum, qui vbi agitur de periculo vitæ, non vult comparere sub fiducia salui conductus, probat pariter text. *in l. de ætate, ff. eod. tit.* & in omnem euentum, prout bene considerat Horat. Lut. *in d. cons. 167. nu. 11. & seq* dato etiam quòd saluus conductus iustissimum redderet condemnatũ in loco, in quo cõdemnatus est, & in quo citatur ad comparendum: non tamen eundem tutum reddet in itinere, quin tanquam capitaliter bannitus & condemnatus possit impunè occidi. Banna enim & condemnationes sunt publica & manifesta,
74 saluus conductus autem paucis innotescit: † ideo occidens bannitũ habentem saluum conductum non publicatum, minimè puniri potest, Alber. *in tract. statut. 4. part. q. 37. in fin.* Alex. *cons. 65. ad fin. vol. 3.* Gozad. *cons. 61. per tot.* Bald. *cons. 9. vol. 3.* Castr. *cons. 99. vol. 1.* & dato rursus quòd iste saluus cõductus publicaretur etiam in loco, in quo ille fuit bannitus & condemnatus; non per hoc tamen erit tutus ipse reus, qui iam ad longinquas partes propter bannum & condemnationem aufugit, quin in longo itinere non possit occidi ab aliis, qui dictæ publicationis nuper factæ, & nondum notorię no-
75 titiam non habent. Igitur † cùm in omni casu saluus conductus non reddat tutum hũc condemnatum, non comparendo excusatur & ipse, & fideiussor, & licèt cõtra hanc ampliationem apertè senserit Ang. *in l. si decesserit, post n. 5. vers. idem dicam,* vbi concludit fideiussorem non excusari, quãdo cessat impossibilitas repræsentandi reum, vtputà quòd ei detur fi-
* dantia, prout communiter * fieri testatur: labitur tamen Angelus, dum credit per oblationem salui cõductus cessare impossibilitatem sistendi: quia, vt prædixi, iustè reus condemnatus timere potest de illius obseruantia: nec omnino saluus cõductus ipsum tutum reddit, vt suprà probaui, saltem in itinere, & ampliùs iam ista repræsentatio facta est difficilis facto, & culpa Iudicis, qui reum posuit in fuga illum banniendo, & cõdemnando, quare non debet teneri fideiussor requisitus post bannum & condemnationem, & sic in non debito tempore ad ea, quæ scripsi *supra, nu. 46. &* 47. & propterea non obstante Angeli doctrina fideiussorem excusari, si facta diligentia de repræsentando reum condemnatum cum oblatione salui conductus, illum repræsentare non potest, in terminis cõsuluit Hier. Gabr. *d. cons. 181. n. 24. & 25. lib. 1.* quem refert & sequitur Bonacos. *in comm. opin. part. 1. sub vers. Fideiussores tenentur repræsentare reum fol. mihi 71. col. 1.* relatus etiam per Flam. Cartar. *in tract. de exequut. senten. capto bannito, capit. 1. n. 471. in fin.* & faciũt ad hanc ampliationem, quæ, vt suprà scripsi, *in titul. de inquisit. quæst. 11. sub num. 56.* vbi posui de simili saluo conductu oblato nolenti comparere ad locum non tutum ob capitales inimicitias.

AMPLIA IV. Eandem quartam principalẽ limitationem,
76 † vt procedat nõ solùm quando reus cõdemnatus est ab illo eodem Iudice, coram quo fuit præstita fideiussio; sed etiam si condemnatio sit ab alio Iudice: adhuc enim fideiussorem non teneri illum repræsentare propter difficultatem superuenientem, & quia res non permansit in eodem statu, in quo erat tempore fideiussionis, & pluribus aliis rationibus consuluit idem Horat. Lut. *consil. crim. diuers. 163. num. 29. lib. 1.* & inter eadem *cons.* Raynal. Perusin. *cons. 164. sub n. 2.* & ibidẽ Nicol. Guald. *cons. 166. nu. 5.* & hæc ampliatio sine dubio procedit, quando condemnatus à diuerso Iudice non posset tutè venire, vel stare in loco illius Iudicis, vbi præstita fuit fideiussio; vel quia omnia loca sint sub eodem Principe, vel dubitetur de remissione, vel aliàs quomodocunque: sic enim in istis ter-
minis loquuntur præfati consulentes, & verum dicunt.

At † si loca sint diuersa, & sub diuersis Principibus posita, 77
ita quòd condemnatus in vno loco, potest tutè venire, & stare in loco præstitæ fideiussionis absq; vllo periculo vitæ suæ, & sine timore remissionis: tunc contrarium fortè videtur verius, prout videtur etiam de mente Hieronymi Gabriel. *in d. cons. 181. num. 20. versic. Quia si leges ipsæ rectè considerentur, lib. 1.* vbi quòd si rectè consideretur textus *in dicta l. sed & si quis, 1. ff. si quis caut.* volens fideiussorem non liberari ex eo, quòd capitis reus factus sit: apparebit, dictum textum loqui de eo, qui sistendus est coram alio Iudice, coram quo potest tutè comparere, secus si coram eodem Iudice, qui ipsum capitis reum fecit, & coram quo non potest tutè comparere, licèt in alio proposito, videlicet, an sola rei accusatio vel inquisitio excuset fideiussorem, textum illum interpretando generaliter, etiam si reus sistendus sit coram eodem Iudice, verius crediderit Flam. Cartar. *de exequut. senten. capto bannito, capit. 1. num. 475.* de quo latiùs dixi *supra, numer. 54. & seqq.*

SVBLIMITA I. Propositam quartam principalem limita- 78
tionem, † vt non procedat, quando reus bannitus & cõdemnatus est post moram fideiussoris iam commissam in illum non repræsentando: ista enim mora non tollitur, nec excusat fideiussorem propter subsequens bannum, vel condemnationem, vt bene probat textus inductus in alio proposito *supra, n. 36. in l. si decesserit, in fin. ff. qui satisd. cogantur, & in d. l. sed & si quis,* & ibi gloss. *in princip.* quæ ponderat verbum, *Ante,* in textu positum, *ff. si quis caut.* & per ista iura hoc firmarunt Alber. *in d. l. si decesserit, num. 13. & in d. l. sed & si quis, num. 3. in fin. vers. Si autem post moram promissoris,* Bald. *in l. si verò pro condemnato, num. 1. versic. Secundò opponitur, & n. 3. vers. Et tunc aut præcessit mora, ff. qui satisd. cogan.* Angel. *in eadem l. sed & si quis, in princ. versic. Et eodem modo, & in l. 2. §. qui exhibendi, nu. 4. vers. An fideiuss. C. de custod. reor.* Spec. *in tit. de accusat. §. sequitur, num. 17. in fin. versic. Nisi fuisset in mora.* Gandin. *in tit. de aliquibus quæst. variis, num. 19. in fin. versic. Sed contrà videtur,* Bost. *in tit. de carcerat. fideiussor. commut. num. 66. in fin.* Horat. Lut. *inter consil. crimin. diuers. dicto consil. 163. num. 18. ad medium. lib. 1.* Franc. Hercul. *in tract. de cau. de non offenden. cap. 23. num. 16. vers. Limita tamen hoc dictum, & num. 17. in fin.* ex quibus facilè cognoscitur, hanc sublimitationem esse communiter * receptam.

AMPLIA Hanc primam sublimitationem, † vt procedat 79
non solùm, quando delictum fuit patratum per reum post moram fideiussoris (quo casu eadem limitatio nullam prorsus habet difficultatem, nec de iure, nec de facto) sed etiam quando delicto commisso ante moram dicti fideiussoris, Iudex tamen illum requirit ad repræsentandum reum, & ob non repræsentationem constituit in mora antequam reum citet, banniat vel cõdemnet pro delicto per eum commisso: moram enim fideiussoris in proposito considerant Doctores non ante delictum commissum, sed ante condemnationem, citationem vel bãnum, & ideo cautela est, vt patrato delicto per reum, pro quo fuit præstita fideiussio, Iudex antequam eundem reum citet, vel condemnet, requirit fideiussorem ad ipsum repræsentãdum, & si illum non repræsentauerit, pœnam exiget, etiam quòd velit se excusare propter nouum delictum à reo commissum: condemnatio enim est illa, quæ excusat fideiussorem & non delictum, secũdùm magis communem, * de qua testantur suprà relati Doctores, *n. 59.* & in * terminis prædictam cautelam approbauit præcipuè Alber. *in l. si decesserit, num. 13. ff. qui satisda. cogan.* vbi testatur communiter * vidisse seruari, quòd si principalis banniatur ante- *
quam fideiussor fuerit in mora repræsentandi, liberatur fideiussor. Et ideo, inquit Albericus, cauti Iudices antequam procedant ad bãniendum principalem, requirunt fideiussores de repræsentando, & illis præcipiunt, vt intra certum terminum reum repræsentent, & si non repræsentant, procedũt ad dandum bannum ipsi principali, & non per hoc excusantur fideiussores, qui iam erant in mora: erãtque per eos cõmissa pœna ante bannum datum, quod & idem affirmarunt plures consulẽtes *inter cons. crimin. diuers. cons. 164. n. 2. & cons. 166. pariter num. 2. volum. 1. & cons. vlt. num. 47. in fin. vol. 2.* Bost. *in tit. de carcer. fideiuss. commuten. num. 51. in fin.* vbi refert & sequitur Albericum *in loco citato,* Clar. *in pract. §. fin. quæst. 46.*

sub

sub vers. Quæro,pone,ibi *propterea Iudex,&c.* & paulò infrà ibi,*solet enim primo citari fideiuss.&c.*Hercu.*in tract.de caut. de non offenden.cap.23.num.16.ad fin.vers. Et datur cautela*, Nicol.Moron.*in tract.de fide,treug.& pace,q.128.nu.11.* vbi quòd ita faciunt practici Officiales, Ioseph.Cumia *in ritus magnæ Curiæ Siciliæ,capit.67.num.10.* vbi testatur,quòd hodie practicatur non solùm in Regno Neapolis, & Siciliæ, sed etiam in omnibus aliis Curiis, prout idem testatur Carauita relatus per Clarum *vbi supra, super ritu magnæ Curiæ*, 158. *num.3.in fin.* Bertazz.*cons.*500.*num.8.& seq.lib.2.* & notissimè hanc cautelam communem*tradi per Doctores,testatur
* Flam.Cartar.*in tract.de exeq.sent.capto bannito,cap.1.n.478.*

80 LIMITANDO Hanc ampliationem, † quæ negari non
* potest,quia communiter * recepta sit per Doctores,& etiam in practica,aduerte quòd contra eam facere videntur omnes ferè rationes suprà consideratæ,*num.40.& seqq.* quæ habent locum statim quòd repræsentatio est facta impossibilis, vel difficilis propter fugam principalis rei delinquentis,etiá quòd fideiussor postea sit requisitus, & constitutus in mora: item contra eandem limitationem etiam sentire videntur omnes Doctores suprà allegati,*nu.59.* volentes,fideiussorem liberari ex sola accusatione,vel inquisitione rei principalis,ex quo tacitè infertur,quòd non potest cõstitui in mora fideiussor,qui citatur ad repræsentandum eum,quem de iure repræsentare non tenetur, & præfatam cautelam ad illaqueandas animas Iudicum,non sine ratione inuẽtam fuisse dixit Hieron.Gabr. *d.consil.*181.in figuratione casus illius consilij *lib.*1. ideo pro illius declaratione vide ea quæ dixi *supra,n.62.& seqq.* concludásque, quòd si post cõmissum delictum reus principalis aufugiat,& pro illo antiquo delicto, pro quo fuit præstita fideiussio,nulla superueniant indicia, quibus iure possit Iudex fideiussorem requirere ad repræsentandum reum, tunc quia eiusdem Iudicis dolus,& malitia est aperta,quòd illum intendit habere nõ pro antiqua causa,pro qua fuit promissum, sed pro noua, ad quam fideiussor non censetur se obligasse, vt suprà dixi,*n.*31.poterit sine dubio fideiussor doli exceptione se tueri,nec vllo pacto potest dici,quòd cõstituatur in mora, cùm citetur ad repræsentandũ eum,quem de iure repræsentare non tenetur,iuxta ea,quæ deduxi *supra, nu.63.& seqq.* quòd si forsan super antiquo delicto,pro quo fuit præstita fideiussio,superuenerint noua indicia,quib. potest Iudex reum reuocare,& isto casu potest admitti cautela prædicta,licèt iudicio meo multùm dura & rigorosa, cùm iam repræsentatio sit facta difficilis propter fugam dicti rei: sed postquam ita communiter Iudices fisci voluntati,vt plurimùm,adhærẽtes, cautelam prædictam admiserunt,aduerte tu Iudex,post hæc scripta, vt nunquam illam admittas nisi in casu, in quo noua superuenerint indicia, vt dixi, aliàs esset expressa malitia, in qua persistens illaqueares eum cautela prædicta animam tuam,& non fideiussorem,vt dicit Hier.Gabr.*in loco citato.*

SVBLIMITA II. Eãdem quartam principalem limitatio-
81 nem † non procedere, quando bannum & condemnatio rei principalis fuisset procurata & affectata per fideiussorem:nam tũc fideiussor liberatur,argumẽto tex.*in l.2.§.fi.ff.si quis cau.* vbi probatur,quòd detentus ab vno Iudice non excusatur à non cõparendo coram alio Iudice,quando talis detentio fuit affectata & procurata. Item & arg.*l.si eum,*§.1.*ff.eo.*cum aliis suprà allegatis,*num.*35.vbi probaui,nõ excusari fideiussorem ob mortem naturalem rei principalis,quãdo illa fuit procurata & affectata per dictum fideiussorem.Ita pariter nõ excusabitur in morte ciuili affectata,& per ista iura hanc sublimitationẽ optimè cõprobat Bart.*in l.si verò pro condemnato,n.2. ff.qui satisd.cogan.*vbi ponit quæstionem in quodam Doctore Bononiẽse,qui promiserat repræsentare quendam scholarem, scholaris aufugit, ille Doctor fecit ipsum scholarem exbanniri ex alia causa,postea cùm Iudex præcepisset ipsi Doctori, vt scholarem exhiberet,dixit Doctor,Domine,sum liberatus per bannum datum ipsi scholari,inquit Bart.in hoc themate, in quo præsupponitur, illum scholarem fuisse exbãnitum ad procurationem Doctoris fideiussoris,& minimè liberatũ esse ipsum fideiussorem,quicquid in contrarium sensisse videatur Guliel.de Cuneo ibi per eum relatus.Et hanc Bartoli opinionem contra Guliel. & propositam sublimitationem respectiuè sequuti sunt Alber.*in l.sed & si quis,in princ.n.3. ff.si quis caut.& in l.si decesserit,n.3.vers.Et ex ista solutione, ff.qui sa-*

tisda.cog. vbi dicit quòd iste Doctor Bononiensis,de quo per Bart.vocabatur Aldricus,Ang.*in d.l.si decesserit, num.5. vers. sed certè si posset doceri*, Alex.*in præallegata l.si verò,n.*3.& 4. vbi respondet rationibus Fulgosij,qui cum Gulielmo de Cuneo contra Barto.tenebat,Castren.*in d.l.sed & si quis,num.*3. *in fin.*Bald.*in ead.l.sed & si quis,*§.*illud,versic. Et hoc nota,* vbi dat vnum simile, Iason *in dicta lege si verò, num.6.& seqq.* vbi refert rationem Bartol.Fulgosij,& Alexand.in locis præcitatis,deinde dixit opinionem Bartoli esse tenendam,per regulam, † quòd factum,quod aliàs de iure cõmuni prodesset 82
& liberaret, non prodest & liberat, quando est affectatum, *per l.si seruus plurium,*§.*si quis ante,ff.de leg.& per d.l.2.* §.*fi. in verbo,Nã si ipse affectauit,*& ibi Bart.& alij,*ff.si quis caut.* cum aliis ibi per eum allegatis, & per Marsil.qui pariter pluribus hanc comprobat conclusionem, *in rubr.ff.de fideiuss.in 19.quæst.nu.175.vers. Quod est intelligendum & limitandum, & seqq.* Cyril.*in summ.crim.part.1.rubr.13.de fideiussor.*§.4. *num.3.versic.Simili modo exceptio datur,folio mihi 62.a tergo,col.2.*Boss.*in tit.de carcer.fideiuss.committen.num.41.in fin.* Fran.Hercul.*in tract.de caut.de non offenden.cap.23.num.16. Nisi hoc fideiuss.procurasset.* ex quibus patet,hanc sublimitationem posse dici communiter * receptam,quicquid in con- *
trarium senserint idem Ang.*in l.2.*§.*qui exhibendi,n.4.in fin. vers.Audi ergo tu,qui fideiussisti,ff.de cust.reor.* & Horat.Lut. *cons.crim.diuers.163.num.16.lib.1.*

SVBLIMITA III. Vt tunc demum propter bannum & 83
condemnationem rei principalis liberetur fideiussor,quando illud bannum,seu condemnatio datur pro diuerso delicto ab eo, pro quo fuit præstita fideiussio, vnde secus si bãniretur & condemnaretur pro eodem delicto,quia non per hoc liberatur fideiussor: sic enim post glo. & Spec.quos allegat, *in d. tit.de accusat.*§.*sequitur,n.*17. concludit Ang. *in l.si verò pro condemnato,in fin.princip.vers. Si verò reus condemnaretur,ff. qui satisd.cog.& in l.sed & si quis, in princ.vers. Nam si pro illa condemnaretur,ff.si quis caut.*Foller.*in pract.crim.in fragmen.n.254.in fin.vers.Secus si esset bannitus pro eodem delicto,* Ioseph.Cumia *super ritus Curiæ Sicil.c.65.n.*17. Fran.Hercul. *de caut.de non offenden.c.23.n.*17.Boss.*in tit.de carcer.fideiuss. committẽ.n.*41.*vers.& hoc,quando propter idem delictum,&c. & n.*43.† vbi declarat hanc sublimitationem non procedere, 84
quando etiam confiscarentur bona ipsius rei principalis,quia tũc liberatur fideiussor sequuto banno,etiam ex eadem causa,pro qua fuit fideiussum,*l.in fr.eadem* §.*principalis,ff.de iure fisci.*Bart.*in l.capitis.ff.de fideiussor.& in d.l.si verò,in princip. col.fin.ff.qui satisd.cogan.* cum aliis ibi per Bossium allegatis, & aduerte, † quòd licet contra hanc sublimitationem sensé- 85
rit Clar.*in pract.*§.*fin.quæst.46.sub versic. Quæro, pone*, ibi,*sed contrarium tenuit,&c.*allegans Bald.*in l.qui crimen,nn.12.C. qui accus.non poss.* & ita etiam apud eum de facto seruari refertur,& cum hac contraria opinione videatur obiter pertransire Franc.Marc.*decis.Delphina.797.n.*4 non per hoc tamen crederem ab ea recedendum:quia,vt vides,magis communiter * à Doctoribus recipitur. Nec Bald.per Clarum allegatus *
*in d.l.qui crimen, n.*12. dicit in libro meo id, ad quod allegatur, & si apud eum ita de facto seruatur, non sic ego testari possum apud nos de facto seruari, cùm nunquam meminerim casum contigisse,quia non sunt ita fatui Iudices, vt cùm habeant fideiussorem de repræsentando, omisso fideiussore velint cum citationibus & bannis reum ponere in fuga pro eodem delicto,pro quo fuit præstita fideiussio,licèt bene aliquando omisso fideiussore dubitantes de rei fuga, soleant ipsum carcerari mandare, quo casu an fideiussor sit liberatus per attentatam capturam,nẽcne,infrà videbimus.

LIMITA V.Et principaliter regulam suprà positam † non 86
procedere, quando reus principalis, pro quo fuit præstita fideiussio,esset carceratus tempore,quo fideiussor requiritur ad illum repræsentandum: nam tunc si illum non repræsentet, excusatur,ad text.*in l.sed & si quis,*§.*illud,versic.Planè si vinculis vel custodia militari impeditus ideo non stetit, in ea erit causa,vt exceptione vtatur:*& ibi hoc notant cõmuniter Do- *
ctores omnes, *ff.si quis caut.* & in specie post Doctor.ibi Ioseph.Cumia *in ritus magnæ Curiæ Sicil.n.65.num.19.& capit. 67.num.12.* † Carcerationem enim præstare instam causam 87
non comparendi dixerunt Specu. *in tit.de citatio.*§.1. *versic. Item quod est detentus a Magistro.* Afflict.*decis.*182.*num.*4.

& num.7. Ruin.*cons.24.num.5.lib.4.* probat text.*in l.2.Cod. ex quibus cau.m.uor.*& plura adduximus *supra,tit.1.de inquisit.q.11.num.54.& seqq.*

88 SVBLIMITA Hanc quartam limitationem † non procedere, quando carceratio rei principalis fuisset ad hunc effectum, ne pœna in fideiussione cõtenta solueretur, procurata & affectata vel per ipsum reum, vel per fideiussorem: nam tunc ex illa minimè ipsum fideiussorẽ excusari, quin pœnam soluat, dubitandum non est, per ea quæ in simili suprà dixi, *nu.81.& sequen.*& in specie probat text.*in l.2.§.fin. ff.si quis cau.*dum per hæc verba disponit; *Simili modo datur ei, qui cum ad iudicium venire volebat, a Magistratu retentus est sine dolo malo ipsius: nam si ipse hoc affectauerit, vel causam præstiterit, non ei proderit exceptio, & ipsius quidem dolus ei oberit.* Et ibi * hoc notant glossa,& communiter* Doctores omnes.

89 LIMITA VI. Propositam regulam, † vt pariter non procedat in fideiussore de repræsentando eum, qui detinebatur pro vulnere illato: nam si vulneratus decesserit post præstitam fideiussionem, nõ tenetur fideiussor ampliùs illum reum repræsentare: tum quia omnis promissio intelligitur rebus sic stantibus, & nihil denuò superueniente, vt suprà probaui, *n.42.* tum etiam quia fideiussio semper censetur restricta ad illam causam, pro qua reus tempore præstitę fideiussionis inquirebatur, vt pariter dixi *supra, n.31.* & in specie tradiderũt Boss.*in tit.de carcerat.fideiuss.commit.num.55.* vbi allegat Ias. *in l.1.col.fi.ff.de in lit.iuran.* Hercu.*de caut.de non offend.c.50. n.22.* vbi alios adducit concordantes, Hier.Gabr.*in cons.181.* * *n.5.* vbi quòd ita sentiunt omnes, & communem * ex Gabr. in loco citato dixit Bonac.*in suis com.opin pa.1.1.uersic.Fideiussor promittens repræsentare reum, fol.mihi 70.in fin.* [Nec dissentit Marc.Anton.Eug.*in Sapius allegato cons.68.num.46.*

90 vbi refert Gabr.*in loco præcitato.*] † Et in simili, stante statuto, quòd pro vulnere imponatur pœna centum, pro homicidio autem imponatur pœna mille; fideiussor, qui promisit soluere iudicatum pro inquisito de vulnere, non tenebitur ad mille, sequuta morte vulnerati, quia fideiussor pro vulnere nõ censetur fideiussisse pro morte, vt post glos.Spec.& alios, quos allegat, scripsit Ias.*in l.2.§.in fideiussorem, num.17. qui satisd. cogan.*& apud nos rarò, aut nunquam contingit dubitare de hac limitatione, quia nunquam Iudices solent reum pro vulnere inquisitum sub fideiussore relaxare, nisi sint bene certi ex fide peritorum, & medicorum, quòd vulneratus est extra omne periculum vitæ.

91 SVBLIMITANDO Hanc † sextam limitationẽ, cuius materia tractatur per Docto.*in l.fideiussores Magistratum, ff.de fideiuss.& in l.damni infecti,§.Sabini, ff.de damn.infe.* aduerte, * quòd in ea magis communiter* Doct.distinguere videntur in hunc modum, quòd aut accusatio, vel inquisitio non est astricta ad vulnus simpliciter, sed etiam ad mortem, quatenus ex vulnere sequatur, & tunc etiam morte sequuta tenetur fideiussor. Et idẽ, si nulla proposita accusatione, vel inquisitione fuerit ipse fideiussor receptus, si verò accusatio, & inquisitio specialiter de vulnere loquitur, & non de morte; & tũc si vulnus erat lethale, tenetur fideiussor etiam morte sequuta: secus si vulnus nõ erat lethale. Ad quam distinctionem vide generaliter, & in simili scripta per nos *tit.1.de inquisit.q.1.n.711. & tit.2.de accus.n.28.& seqq.* Bar.*in d.l.fideiussores Magistratum,* vbi pulchrè omnino Luc.de Penna *in l.si quis Decurio, n.16.per totum, C.de Decurion.lib.10.* Foller.*in pract.crim.in fragmen.n.262.* Clar.*in pract.quæst.46.uers.Sed quæro, pone.*

92 LIMITA VII. Regulam † non procedere, quando reus fuit captus à Iudice pro illa eadẽ causa, pro qua fuit præstita fideiussio: nam tunc liberatur fideiussor, quia non refert, qualiter quid fiat, dummodo fiat, *l.cùm seruus, ff.de verb.oblig.*& sic nõ refert, an reus ad carceres repræsentetur per fideiussorem: an verò per Iudicem, & eius Officiales, quam rationem post Ioan.And.quem allegat, considerat Marsil.*in rubr. ff.de fideiuss.in 16.q.n.161.uers.allegat rationem,*& per hãc rationem sic limitationem hanc firmarunt Rode.Soarez post suas allegationes,*in tract.de fideiuss.in cau.crimin.n.50.in fin.uers. Liberabitur etiam fideiuss.* Cyrill.*in summ.crim.part.1.rub.13. de fideiuss.§.4.n.1.in fin.uersic.Immò videtur quòd ex sola detentione.fol.mihi 62.col.2.* vbi aliam reddit rationem, quia scilicet quãdo Iudex relaxat reum acceptis fideiussoribus, eundem reum illorum custodiæ tradere videtur, *l.1.ff.de custod. reor.* vnde si iterum reum Iudex coniicit in carceres, statim fideiussores illius custodia liberantur, per id quòd in simili dicimus de domino rei depositæ, vel commodatæ: qui si mittit aliquem nuncium ad accipiendum depositum, vel commodatum à depositario, vel commodatario, re nuncio tradita liberatur depositarius, vel ipse cõmodatarius, *l.cum qui, §.fin. & l.seq.ff.cõmoda.* Nec dissentit Ant.Gomez.*var.resol.tom.3. cap.10.rub.de capt.reor.num.9.ad fin.uers.Dubium tamen est circa prædicta,* vbi aliam adducit rationem, quia scilicet liberatur debitor, etiam quòd solutio sit facta ab alio, ipso inuito, *l.soluendo.ff.de neg.gest.l.solutionem, ff.de solut.* cum aliis ibi per eum allegatis.

Addo & Thob.Non, *consil.130. num.8.* vbi alios adducit concordantes, Ioseph.Cumiam *super ritus magnæ Curiæ Sicil. cap.67.num.2.& 3.* & cùm non inuenerim contradictorem, limitatio potest dici cõmunis * vera, declarata tamen, vt mox * dicam, in illius sublimitationibus. [& pro limitatione adde ea quæ latè deduxit Lud.Pegue. post hæc scripta habitus, *in decis.crimin.47.n.2.per totum,* & latè etiam consulit Hippol. Riminal.*cons.738.num.21.& seqq.iuncto num.33.& seqq. & num.42.lib.7.* vbi post Thob.*in cons.103.num.10.* & Menoc. *cons.212.nu.29.& seqq.*] loquitur non solùm in casu, in quo quis fideiussit repræsentare, sed etiam in casu, in quo fuit promissum de tuto carcere: nam adhuc reo ad carceres arctiores per Iudicem reuocato censetur liberatus fideiussor. Et quid si reus non ad arctiores, sed ad latiores carceres licentietur, an per bonam licentiam sit liberatus fideiussor de tuto carcere, vide Bertaz.*cons.63.lib.1.per totum,* cum allegatis per eum. Et ibi *in addit.* per Claudium.

AMPLIA Hanc limitationem, † vt isto casu fideiussor sit 93 liberatus, etiam quòd reus captus per Iudicẽ, vt dixi, pro eadẽ causa, pro qua fuit fideiussum, aufugerit: sic enim ampliationem hanc pariter à Doctoribus cõmuniter* receptam vi- * deo, postquam eam sequuti sunt Ioan.And. *in addit.ad Spec. in tit.de accus.§.sequitur, num.17.in addit.litera L, in verbo, exceptionẽ, incipiendo, Odofredus super l.sed & si quis, &c.* Bald. *in l.qui crimen, n.19.qui accus.non poss.* vbi multò magis, quãdo reus fuit repræsentatus in carceribus per fideiussorem, & deinde aufugit: Alex.ad Bartol.*in l.si quis reum, ff.de custod. reor.* Ang.*in l.2.qui exhibend.n.1.in princ.ff.eo.* Roma.*in l.stipulatio ista, §.inter certam diem, num.4.ff.de verb.oblig.* Nell. *de bannit.2.part.secundi temporis.q.15.in princ.* Marsil.*in rubr. ff.de fideiuss.q.16.num.161.in princ.& ibidem in uersic.Subdit etiam, & n.162.* vbi pariter loquitur in fideiussore de repræsentando debitorem: qui si debitorem repræsentauerit iuxta formam suæ obligationis in carceribus, liberatur fideiussor, etiam quòd postea aufugerit, Afflict.*decis.130.per totam.* vbi latè Foll.*in pract.crim.in fragmen.n.257.* Boss.*in tit.de carc. fideiuss.commit.n.31.& n.39.* Hippol.Rimin.*inter cons.crim. diuers.cons.82.num.19.vol.2.in folio,* vbi præsertim loquitur, quãdo reus, qui aufugit, fuerat indebitè & iniustè carceratus, ad quam faciunt quæ dixi *supra, q.30.n.62.* Ant.Gomez.*var. resol.tom.3.cap.10.de capt.reor.num.9.ante fin.uers. Dubium tamen est circa prædicta,* Cyrill.*in summ.crim.part.1.rub.13. de fideiuss.§.4.n.1.uers.Item liberatur, si reum Iudici repræsentasset, fol.mihi 62.col.2.* Thob.Non.*d.cons.103.num.8.* Horat. Mand.*in addit.ad cons.Roman.139.in prin.& in fine additionis,* Ioseph.Cumia *in ritus magnæ Curiæ Sicil.cap.67.n.3. & n.7.* Franc.Marc.*dec.Delphina.792.num.4.uers.Io.And.&c.*

SVBLIMITA I. Hanc 7. limitationem sic vt suprà ampliatam † non procedere, quando fideiussor promisisset reum re- 94 præsentare toties, quoties: nam tunc si reus captus aufugerit, non censetur liberatus ipse fideiussor, vt ait ipse Luc.de Penna, qui pluribus similibus hanc declarationem comprobat, *in l.si quis decurio, nu.12.C.de decurion.lib.10.* Ang.*in l.2.§.qui exhibendi, num.6.ff.de custod.reor.* Nell.*de bannit. in 1.par.2. temp.q.15.uers.Intelligit amplius verum esse,* Marsil.*in rubr.de fideiuss.in 16.quæst.num.161.in fine, uersic. Quam tamen ipse restringit,* Boss.*in tit.de carcer.fideiuss.commitien.nu.35.uers. quod procedit.*

Et licèt contra hanc sublimitationẽ scripserit Afflictus, vt etiam mox illum referam, *in sua decis.130.* opinio tamẽ communis * videtur contra Afflictũ, prout testatur Vrsil.*in addit.* * *ad illam dec.* vbi alios adducit concordantes. Et facit pro hac sublimitatione, quia, vt infrà dicã, *n.161.* fideiussor de repræ-

sen

sentando reum toties quoties, non liberatur per vnicã repręsentationem, sed tenetur semel & pluries illum repræsentare, etiam post sententiam, vt pariter *infrà, num.* 108. ergo dato quòd liberetur per capturam, non erit liberatus per vnicam capturam, cùm non plus possit operari captura Iudicis, quàm fideiussoris præsentatio , & faciunt Doctores suprà allegati, *num.* 102.

95 Contrarium , † quòd immò fideiussor de repræsentando reum toties quoties sit liberatus, si idem reus captus per Iudicem pro eadem causa, pro qua fuit fideiussum, aufugiat ex carcere, latè defendit Afflict. *in d. decis.* 130. vbi refert omnia argumenta Lucæ de Penna *in l. si quis decurio, C. de decurio, li. decimo* (licèt, vt suprà eum retuli, & bene aduerit Additionator Vrsil. ad illã Afflicti decisionem, Lucas de Penna contrarium concludat) refértque se bis tempore suo ita vidisse resolutum & determinatum in consilio Neapolitano, & hanc Afflicti decisionem sequuti sunt Cagnol. *in l. quod te, n.* 24 *ff. si certum petatur*, Horat. Mandos. *in addit. ad cons. Romani* 1, 7. *in fin. additionis*, Tho. Non. *dicto cons.* 103. *n.* 9. *&* 10. [Franc. Hereu. *in tracta. de caut. de non offenden. c.* 23. *n.* 19. Foller. *in prac. cri. in fragm. n.* 257. Ioseph. Cum. *super ritus mag. Cur. Regni Sicil. cap.* 67. *n.* 10. Bott. *cons.* 38. *n.* 1. Gasp. Gaballin. *ad constitu.* Marc. *lib.* 4. *c.* 1. *in fine.*] Hier. Gabr. *d. cons.* 181. *n.* 15. *vers. Tamen contrarium, lib.* 1. [& post hæc impressa addo Ludou. Peguer. *in dec.* 47. vbi relatis aliis opinionibus, hanc dicit veriorẽ, & in praxi magis apud eũ in regio criminali Cataloniæ Consilio seruatam , & loquitur nedum quando reus captus aufugiat, sed etiam si aliter Iudicis mandato relaxetur. Sufficit etiã ad liberãdum fideiussorem captura rei fideiussore nõ requisito, vt ibi per eum, qui & iure, & ratione hãc comprobat opinionem: & nouissimè nõ dissentit Io. Vincen. Hõded. *cons.* 111. *n.* 34. *lib.* 1. & plenè cõsuluit Hippol. Riminal. *consil.* 38. *per totum, in discursu, lib.* 7. & in casu fugæ,] vltra consideratã per Afflictũ, pro hac cõtraria opinione maximè facit, † quia ista clausula de repræsentando reum toties quoties, licèt generalis sit, videtur tamen restringenda ab æquitate, *l. qui æquitate*, & ibi glo. *C. de doli mali excep.* & est tex. in specie, *in l. secunda, §. penult.* ibi, *ex bono & æquo exceptio accommodanda est, ff. si quis cau.* cum aliis in proposito adductis per Horat. Lutium *inter cons. crim. diuers. cons.* 163. *n.* 26. *& sequen. li.* 1. *in fol.* & per Hieron. Gabr. *in dicto cons.* 181. *n.* 17. *& seqq.* quem refert, & sequitur Bonacossa *in suis commun. opin. par. prima, vers. fideiussores tenentur repræsentare reum, in fine f. mihi* 71. *col.* 1. Sic enim in iudicialibus , & Prætoriis stipulationibus æquitatem fore seruandam, & nõ iuris rigorem, dixit Gramma, *cons.* 66. *n.* 64. *in ciuilibus*: sed nulla æquitas suadet, vt fideiussor ampliùs teneatur, si reus in carceres deductus, & repręsentatus aufugerit, ergo, &c. Et quòd æquitas nõ suadet, facilè demõstratur; nam dum reus ex carcere aufugit, committit nouũ delictum, scilicet fugiẽdo ex carceribus, quo casu fideiussor ampliùs nõ tenetur, quia subintrãt omnes rationes suprà cõsideratæ, *n.* 19. *& sequ.* Nec isto casu Iudex potest prętendere ignorantiam huius delicti, quia est sibi notissimum.

97 Et licèt † fideiussor de repræsentando reum toties quoties, non liberetur per vnicam repræsentationem, non per hoc sequitur, quin liberetur per fugam rei sequutam post dictam repræsentationem, ex qua fuga, & nouum dicitur commissum delictum, & repræsentandi iterum difficultas oritur, & alia subintrant, de quibus *suprà, n.* 40. *& seqq.* vnde hanc contrariam opinionem omnino in consulendo, & iudicando tanquam magis consonam æquitati, quæ in iudicialibus, & Prętoriis stipulationibus, vt dixi, seruanda est, sequendam esse arbitrarer: præsertim quando alia concurrerent ad fauorem fideiussoris, & ad illius liberationem, vt in casu, in quo consuluit Gabriel. *dicto consil.* 181. *n.* 16. vel quando reus carceratus aufugisset culpa, & facto Officialis , ac Iudicis sæuientis, aut minantis vel velle facere mori dictum reum, aut aliàs metum, & terrorem incutientis, ob quam fugere disposuerit, iuxta ea, quæ in terminis pro concordia harum opinionum considerat idem Vrsill. *in addit. ad decis. Afflicti* 130. *num.* 3. & dicam *infrà, num.* 166.

98 SVBLIMITA II. Dictam 7. limitationem † procedere, prout loquitur, quando scilicet reus captus est pro eadem causa, pro qua fuit præstita fideiussio: vnde secus si pro diuersa causa: nam tunc fideiussor non liberatur, etiam quòd captus aufugerit, secundùm Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. in ti. de accusat. §. sequitur, post n.* 17. *litera L, in ver. exceptionem, vers. Si verò ex alia causa*, quem sequuti sunt in hoc communiter * * Doctores, vt videre est apud Ange. *in l.* 2. *§. qui exhibendi, n.* 6. *vers. Sed si fuisset captus pro alia causa, ff. de custod. reor.* Marsi. *in rubr. ff. de fideiussor. quæst.* 16. *numer.* 161. *vers. secus si fuit captus pro alia causa*, Afflict. *decis.* 130. *num.* 5. [Boss. *in ti. de carcere fideiussor. committen. num.* 39. *vers. Aut pro alio delicto.* Foller. *in pract. crim. in fragmen. numer.* 257. *vers. At secus si fuisset captus*, Ioseph. Cumia *in ritus magnæ Curiæ Sicil. capitulo* 65. *num.* 28. Anton. Gomez. *varia. resolut. tomo tertio, cap.* 10. *rubr. de captura reor. n.* 9. *ad finem, vers. Si verò talis reus postea fuit captus ex alia diuersa causa*, Franc. Marc. *dec.* 267. *n.* 4. *vers. Si verò ex alia causa*, Roder. Soarez post suas allegationes, *in tract. de fideiusso. in cau. crim. n.* 30. *in fine, vers. Si verò ex alia causa.*

LIMITA Hanc 2. sublimitationem , † vt non procedat, 99 quando reo capto etiam pro alia causa, fideiussor vadit ad Iudicem, eidémque protestatur, quòd non intendit ampliùs stare in obligatione , & quòd propterea eũdem reum habet pro repræsentanto : tunc enim videtur liberatus fideiussor, etiam quòd reus esset captus pro alia causa, ideo si post talem protestationem reus aufugiat, non tenetur ampliùs, vt post Odofred. quem allegat, scriptit originaliter Io. And. *in addi. ad Spec. in tit. de accusa. §. sequitur, in* 17. *litera L, in verbo, exceptione, vers. Subdit quòd si Titius*, & Ioan. And. sequuti sunt magis cõmuniter * Doctores, vt videre est apud Ang. *in l.* 1. *§. qui exhibendi, n.* 5. *vers. Nisi fideiussor, ff. de custo. reo.* Marsil. *in rubr. ff. de fideiusso. sub* 16. *q. n. mihi* 161. *vers. Subdit tamen*, Afflict. *dec.* 130. *post n.* 5. *vers. Nisi fideiussores, & n.* 6. *vers. sed in cons.* Roma. *cons.* 134. *in fi.* & ibi Horat. Mandos. *in addi. vers.* idém- que cõcludit, Boss. *in ti. de carce. fideiussio. cõmit. n.* 39. *in fine, & n.* 40. *in prin.* Anton. Gom. *varia. resolu. to.* 3. *c.* 10. *rubr. de captura reor. n.* 9. *ad finem, vers. Consilium tamen est*, vbi dicit hoc esse notabile, & quotidianum in practica, & in idem allegat etiam Barba. *in rubr. de fideiusso. col.* 1. *n.* 4. Franc Marc. *decis. Delphinat.* 797. *n.* 4. *in fine*, Cyril. *in summa crim. partic.* 1. *rubr.* 13. *de fideiusso. §.* 4. *n.* 1. *vers. Item si a Iudice. fol. mihi* 62. *col.* 2. Thob. Non. *cons.* 103. *n.* 10. Ioseph. Cumia *in ritus magnæ Curiæ Sicil. c.* 65. *n.* 28. *& c.* 97. *n.* 5. Foll. *in pract. cri. in fragm. n.* 237. *in fine, & n.* 258. *pariter in fine.* Nicol. Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, q.* 128 *n.* 15 Roder. Soarez post suas allegationes *in tracta. de fideiuss. in cau. crim. n.* 31. *& n.* 32. † vbi 100 reddit rationẽ huius limitationis, quia scilicet fideiussor, qui accusatum repræsentare promisit ad omnem Iudicis requisitionem , liberatur repræsentando eum, etiam antequam à Iudice requiratur , & allegat Rom. *cons.* 137. *in fine consilij, in ver. Præmissis tamen non refragantibus.*

Contra hanc limitationem licèt, vt præfertur communis 101 *sit, fortiter vrget, quia si vera esset , necessariò sequeretur, * quòd fideiussor haberet potestatem repræsentandi reum etiã non requisitus à Iudice, vt modò dixi in anteceden. *num.* 100. Consequens est falsum, ergo & antecedens. Falsitas cõsequẽtis apparet ex magistraliter scriptis per Rom. *in l. stipulatio ista, §. inter certam diem, n.* 4. *ff. de verb. obl.* vbi expressè dicit opinionem Ioan. Andr. quem suprà relati Doctores sequuti sunt, esse falsissimam in eo , quòd dicit admittendam esse fideiussoris protestationem, quòd reum habet pro repræsentato , vt suprà: inquit enim Rom. eo loci , quòd vbi dies solutioni faciendæ est adiectus fauore creditoris, siue certus, siue incertus sit, inuito creditore ante diem ei solui non potest, *d. l. stipulatio ista §. inter certã diem, ff. de verb. obligat. & l. eum, qui*, aliàs incip. *Iabolenus, ff de annu. lega.* Sed dies appositus in promissione de repræsentãdo , siue certus, siue incertus sit, adiectus est in fauorem Iudicis, qui quodammodo tanquam creditor sequutus est fidẽ fideiussoris, *l.* 1. *ff. si cer. peta.* ergo Iudice inuito fideiussor non potest reũ repræsentare. Præterea tempus cõgruum repræsentationis illud est, in quo Iudex fideiussorẽ requirit, vt reum repræsentet, vt patet in forma fideiussionis, quæ regulariter concipitur de repræsentando accusatum ad omne mandatum, vel voluntatem, vel requisitionem Iudicis: ergo si repræsentatio fiat ante Iudicis mandatum, & requisitionem, tanquam facta tempore incongruo repræsentantem non liberat. *l. creditor, & l. si soluturus, ff. de solu.* Tertiò certum est, quòd fideiussor nõ potest cogi ad repræsentandum reum

antequam sit à Iudice requisitus. *l. eum, qui calēdis, ff. de verb. obli, l. 1. C. de condi. ex lege,* & dicam *infra, n.* 125. ita pariter videtur non posse cogi Iudicem ad acceptandam repræsentationem rei pro inducenda fideiussoris liberatione antequam ipse requisierit: & hoc, vt inter contrahentes æqualitas seruetur, *l. cum pro pecunia, C. de solut. l. si de meis, in prin. & l. si cùm vies, § si in aliquem, de arbit.* & ita inquit Roma. cùm quæstio occurrisset in ciuitate Bononiæ, ter se consuluisse testatur licèt propter authoritatem Ioan. And. imperitissimus ille assessor illius consilium curare noluerit: & cum hac contraria opinione videntur pertransire Foller. *in pract. crim. in fragm. n.* 258. & Ioseph. Cumia *in ritus magnæ Curiæ Sicil. c.* 66. *n.* 1. qui ambo Doctores allegant Roma. non in lectura, in loco nuper per nos citato, sed *in cons.* 137. licèt eo loci in contrariam partem idem Roma. per alios adducatur, vt suprà retuli, *n.* 99. & 100.

102 Et hæc † contraria opinio sine dubio locum habet & in practica seruatur apud nos quando fideiussor promisit repręsentare reum, non simpliciter ad Iudicis voluntatem, mandatum, aut requisitionem, vt sunt termini propositæ limitationis, sed toties quoties; prout communiter fit: tunc enim non liberatur fideiussor per protestationē factam à Iudice, quòd reum captum pro diuersa causa intendit habere pro repræsentato: talis enim protestatio deridetur à Iudicibus, quia, vt infrà dicam, *n.* 161. fideiussor de repræsentādo toties quoties, non liberatur per vnicam præsentationem; ideo nec minùs liberatur, si sic, vt præfertur, pro diuersa causa captus reus aufugiat post protestationem prædictam. Sic enim ex suprà citatis Doctoribus, qui limitationem defendunt, eandem limitationem declarando scripserunt Ang. *in d. l. 2. § qui exhibendi, n. 6. vers. Et credo eius opinionem veriss imam, ff. de custo. reo.* Marsil. *in rubr. ff. de fideiuss. q. 16. n. 261. in fine, vers. Quam tamen ipse restringit,* Boss. *in tit. de carc. fideiuss. commun. n.* 40. *ver. limitando tamen,* vt ibi per eum. Nec dissentit Thob. Non. *d. cons.* 103. *n.* 6. & 10. vbi declarat dicta Angeli *in d. §. qui exhibendi.* Ioseph. Cumia *in ritus magnæ Curiæ Sicil. c.* 67. *n.* 6. concordant Doctores *supra* allegati, *n.* 94. quicquid reo capto pro eadem causa in contrarium suprà verius crediderimus *n.* 95. & *seq.*

103 LIMITA VIII. Propositam regulam † vt fideiussor de repræsentando reum in iudicio, non teneatur illum repræsentare post sententiam: durat enim fideiussio de iudicio sisti vsque ad sententiam, & non vltra (licèt secus sit in fideiussio. iudicatum solui, vt infrà dicā) textus est capitalis, & expressus *in l. Græcè, §. 2. ff. de fideiuss.* per hæc verba disponens: *An ergo condemnato reo exceptione vti fideiussor possit, quæritur: ma & ipso iure non liberatur, & si quidem indicati actionis acceptus non est, sed tantùm litis exercitationis, rectissimè dicetur vti eum exceptione posse.* Et per istum textum hanc confirmarunt limitationē, post glos. ibi, *in verbo, exercitationis,* Doctores omnes * communiter, * & vltra eos glo. *in l. si quis reum, in gloss. 1.* & ibidem Bart. *n.* 2. Ang. *n.* 7. *de custo. reo.* Bald. *in l. qui crim. nu.* 9. *C. qui accus. non poss.* Luc. de Penna *in l. si quis Decurio, n.* 11. *in princ. C. de Decu ion. li.* 10. idē Bald. *in l. si verò, n.* 1. *in 1. oppositione, ff. qui satisd. cogan.* Ang. *in l.* 2. *§. in fideiussorem,* & ibi etiā Castr. *n.* 4. *in princ ff. eod.* Cremen. *sing. u.* 11. *incip si quis promiserit repræsentare,* Ang. *de malef. in verbo, Pro quibus Antonius fideiussit, post n.* 4. *vers. Idem si fideiussor de repræsentando,* relati per Marsi. *in rub. ff. de fideiuss. in* 15. *q. post n.* 159. *vers. licèt secūdum Romanum,* Foller. *in pract. crim. in fragm. n.* 261. *vers. & licèt iura dicant.* Petr. Calephat. *inter cons. crim. diuers. cons.* 87. *n.* 15. *lib.* 2. *in quarto.* Thob. *dicto cons.* 103. *n.* 4. vbi loquitur in casu sequutæ sententiæ absolutoriæ ad fauorem rei, pro quo fuit præstita fideiussio, Franc. Marc. *dec. Delph.* 797. *n.* 2. *ver. Et talis cautio, & n.* 6. & *n.* 8. Bonacoss. *in commu. opin. par.* 1. *sub vers. Carceratus vbi imponitur, fol.* 20. *col.* 4. & *in vers. fideiussoribus relaxatur reus, ad medium* : ibi, *& caueant Officiales &c. f. mihi* 70. *col.* 2. *in fine.* † Ex quorum authorita-
104 tibus patet, limitationem hanc procedere non solùm in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, prout expressè etiam in criminalibus loquitur Ias. *in l.* 2. *§. in fideiussorem, n.* 9. *vers.* 2. *ampliа. ff. qui satisd. cogan.* ex Bald. *in cap. dilectis, n.* 12. *extra de appella* & expressè etiam tradit Pet. Calephat. *inter cons. crim. diuers. cons.* 87. *n.* 28. *vol.* 2. *in quarto fol.* † quicquid in contra-
105 rium dixerint per eundem Marsi. *vbi supra, d. n.* 159. *vers.* 2. *ipse Ludouicus, &c.* Cæpol. *cons. crim.* 15. *n.* 2. *vers. Si hoc casu, quando pro cautione officij, in criminali,* & ante istos Castr. *in d. §. in fideiussorem, n.* 4. *vers. Si verò pro securitate officij.*

AMPLIA Præcedentem octauam limitationem, † vt pro- 106
cedat non solùm in fideiussione de iudicio sisti, & de repræsentando, sed etiam in fideiussione de stando iuri, ac de parendo mandatis Iudicis: nam & is non nisi vsque ad sententiam tenetur, vltra autem non, secundùm Alb. *in l. si quis reū, n.* 3. *vers. Nota quod qui fideiubet pro accusato, ff. de custod. reo.* vbi præcipuè loquitur in fideiussore de stando iuri, Alexand. ad Bart. *in d. l. si quis reum, in additione, sub litera A, incipien. Quæro, vtrùm,* vbi post Bald. *in addi. ad Spec.* quem allegat, loquitur in fideiussore de stando, & parendo mandatis Iudicis: & ita etiam loquitur Ias. *in d. l.* 2. *§. in fideiussorem, vers.* 3. *ampliа, ff. qui satisd. cog.* Ange. *de malef. in verbo, Pro quibus Anton. fideiussit post n.* 4. *vers. Idem si esset fideiussor,* Franc. Marc. *dec. Delphi.* 797. *n.* 8. & idem, si quis promiserit parere mandatis curiæ.

SVBLIMITA I. Hanc 8. limitationem † non procedere in 107
fideiussore de soluendo iudicatum; is enim tenetur etiam post sententiam, donec iudicatum soluat, vt per Alb. *in dicta l. si quis reum, n.* 3. *vers. Vnde quidam Iudices, ff. de custod. reor.* vbi quòd ad hoc, vt fideiussor teneatur etiam post sententiam, solent Iudices in fideiussione addere, quòd fideiussor non solùm stabit iuri, sed etiam quòd parebit sentētiæ, soluétque id omne, quod in sententia continebitur, sed fatui sunt, inquit Alb. fideiussores, qui in tali satisdatione se ponunt. Ad idem Bald. *in capitu. dilectis, num.* 12. *extra de appellat.* vbi quòd caueant Officiales, ne relaxent carceratos cum fideiussore de iudicio sisti, qui per sententiam condemnatoriam liberatur, *dicta l. Græce, §. & post litem ff. de fideiuss.* sed debent recipere fideiussorem debitum solui. Et quidam Potestas, qui hoc ignorabat pro incauta relaxatione cuiusdam carcerati fuit condemnatus in syndicatu, & desolatus, vt ibi per Baldum, quem in proposito referendo sequitur Ias. *in dicta l.* 2. *§. in fideiussorem. n.* 9 *vers. Sed debent accipere fideiussores, qui satisd. cogan.* vbi & idem in fideiussore de soluendo iudicatū, Franc. Marc. *d. decis.* 797. *n.* 8. *vers. Secus si fuerit promissum soluere,* vbi propterea sentit, quòd fideiussor de soluendo non liberatur per sententiam, Bonacos. *in commu. opin. par.* 1. *sub ver. fideiussoribus relaxatur reus, ante medium,* ibi, *debent recipere fideiussores, &c. fol. mihi* 70. *col.* 2. Iodoc. *in pract. crim. ca.* 20. *sub rub. de fideiussore in re. crim. n.* 12. *vers. Verùm illa fideiussio.* vbi quòd fideiussio de soluendo, ac parendo iudicato, nunquam cessat, nec extinguitur, nisi postquam fuerit dictæ sententiæ per solutionem paritum.

SVBLIMITA II. Eandem octauam limitationem † non 108
procedere, quando fideiussor promisisset repræsentare reum toties quoties, vel quandocunque, quia tunc tenetur illum repræsentare etiam post sententiam, vt bene declarat Bart. *in l. si quis reum, n.* 2. *vers. Sed quando fideiussor, ff. de custod. reor.* vbi quòd quando fideiussor accipitur de repræsentando reū quandocunque, tunc non dicitur simpliciter fideiussor de iudicio sisti, ideo non intrant termini *d. l. Græcè, §. & post litem ff. de fideiuss.* & sic quādocunque requiritur persona rei, etiam post sententiam, tenetur repræsentare & si non repræsentat, tenetur ad pœnam, quod & idem in fideiussore de repræsentando toties quoties, dixit ibidem Ange. *n.* 7. *vers. Secus si promisisset præsentare reum, quoties Iudici placuerit.* Luc. de Penna *in d. l. si quis Decurio, n.* 12. *in fine, vers. Et is, qui conuenitur ad exhibendum, col.* 4. & *ibid. n.* 13. propter hæc siquidem verba, vbi quòd per verba, toties quoties, fideiussores videntur accepti, non tam in litis exercitationem, quàm etiam in causa iudicati: ideo tenentur repræsentare etiam post sententiam, *dicto §. & post litem, vers. An ergo,* & hanc declarationē satis in se rationem habere ibi testatur Ias. *in l.* 2. *§. in fideiussorem, n.* 6. *in fine, vers.* 2. *limita, ff. qui satisd. cogan.* Marsil. *in rub. ff. de fideiuss. in* 15. *q. n.* 159. *in fine, vers. Et hîc adde etiam,* vbi loquitur de fideiussore de repræsentādo reū quotiescunque, Foller. *in pract. cri. in fragm. n.* 261. *vers. Sed si dicatur, &* * *vers. Secus vbi dictū sit, quoties,* vbi testatur de cōmun. * opin. Cæsar. Vrsill. *in addi. ad Afflictum dec.* 130 *sub n.* 1. vbi pariter testatur de communi, * Hier. Gabr. *cons.* 181. *n.* 3. *lib.* 1. Ni * col. Moron. *in tracta. de fide, treug. & pace, quæst.* 128. *nume.* 2. Hier de Monte *quæst.* 28. *n.* 7. *in princ. & in fine numeri,* Franc. Marc.

Marc.*dec.Delphin.*357.*n.*4.*& decis.*797.*n.*5.*vers. Si verò es-*
109 *set dictum.* † Et licèt contra hanc sublimitationem in fideiussore scilicet de repræsentando reum toties quoties contrarium senserit Bal.*in l.qui crimen,n.*10.*C.qui accus.non poss.*cum aliis per Marsi. *vbi supra,d. num.*159. *in fine,*& per Foller.*in fragm.dicto n.*36.*in prin.*& per Augu.ad Ang.*de malef.in verbo,Pro quibus Antonius fideiussit,n.*6. & per Franc.Marc. *dicta deci.*797. *n.*6.*in prin.* vbi etiam loquitur in fideiussore de repræsentando reum quandocunque; quibus addo etiam Cremen. *singu.*11. qui loquitur in fideiussore de repræsentando toties quoties;& Thob.Non.*dicto cons.*103.*n.*4.*in fine,* non per hoc tamen recedas à communi opinione, quæ apud nos in pract.recepta est.

SVBLIMITA III. in casu aliàs per Rotam decisо coram Illustrissimo nunc Cardinali de Arigonio in vna Romana fideiussionis de repræsentãdo die Lunæ 24.Ianuarij 1594.cuius Decisionis tenor est,vt infrà, videlicet.Propoui difficultatem super fideiussione facta per D.Quesadam de repręsentando Georgium Proanam ad fauorem D.Ioan.Antonij Radij post duos menses in eisdem statu & terminis, in quibus tunc temporis reperiebatur sub pœna debiti pro quo detinebatur.An per sententiam postea latam ad fauorem Radij cõtra Proanã fideiussio huiusmodi expirasset, quia cùm Proana fuisset carceratus,vt liberaret Radium à quadam fideiussione aliàs facta in impositione cuiusdam cẽsus. Ideo vt ex carceratur non sufficiebat fideiussio de iudicio sisti,quę solet expirare lata sententia.Nam per talem fideiussionem non implebatur causa ob quam erat carceratus, sed requirebatur liberatio,vel saltem dare fideiussionem de liberando,ad tradita per Bar.*in l.neque impuberes,n.*2.& Ias.*sub n.*5.*ff.de in ius voca.* & ibidem Pau.de Cast.*in* §.*qui in ius,n.*3.*vers.Item scias,*& Socin.*n.*4.*vers.secundo limita,*& Iacobin.de sancto Georg. *n.*3. *&* 4.Et tradit Bald.*in c.dilectis, n.*12.*vers. Nota bonam practicam,de appellat.*Rom.*in sing.*142.& meritò in casu de quo agitur hæc fideiussio de repræsentando intelligenda,& interpretanda est,prout de iure veniebat præstanda.Et sic non de iudicio sisti,quia carceratio hoc non desiderabat, sed vt ipse Radius liberaretur, cùm semper sit accipienda illa interpretatio secundùm exigentiam rei,& secundùm subiectam materiam,*l.si vni,in princ.*& ibi Bartol.*ff.locat.*Calderin.*in cons.*11.*colum.fina. vers. Quia subiecta materia.* Quod procedit etiam in materia stricta, & opus esset impropriare verba, vt post alios per Dec.*in cons.*388.*n.*4.& ita tollũtur omnia, quæ deducuntur pro D.Quesada,nempe fideiussionem de repræsentando habere eandem vim,quam habet fideiussio de iudicio sisti,& expirare pro lata sententia, *l.Græcè,* §.*post litem,ff. de fideiuss.& trad.*Ias.Iacob.de sancto Georg.& alij *in l. eum pro quo, de in ius vocan.* quia loquuntur in fideiussione facta parti, vel Iudici respectu litis,vel iudicij, & quia per sententiam finitur iudicium, & finitur lis, censetur etiam finita illa fideiussio,prout dicit Bald.*in l.fideiussor,* §.*in fideiussorem,sub n.*3.*vers.quia post sententia non dicitur iudicium,ff.qui satisdar. cogan.*& eodem modo loquuntur Paul. de Cast.*in l.*1.*sub n.* 5.*ff.si quis in ius vocat.non ier.& in l.penul.sub n.*2. *C.de fideiusso.*& alij in contrarium allegati,quæ non applicantur fideiussioni,quæ non erat facta respectu iudicij,vel litis pro assecuratione, vt Radius liberaretur, ob quam etiam causam Proana erat carceratus,quæ causa durabat post latam sententiam, & consequenter non poterat dici extincta fideiussio, sed potiùs durare,cùm duraret eadem causa, & faciunt trad. per Paul.de Cast.*in d.l.fideiussor,* §.*in fideiussorem,sub num.*4. *vers.Si verò pro securitate officij* vbi etiam Socin.*n.*11.qui dicunt fideiussionem de repræsentando, quæ non fuit data respectu litis vel iudicij,sed pro securitate officij,vel Curiæ,durare etiam post latam sententiam. Non obstat Proanam fuisse captum & carceratum tanquam suspectum de fuga, quo casu pro illius excarceratione satis erat præstare fideiussionẽ de iudicio sisti, quia quamuis secundùm terminos iuris hoc possit recipere difficultatem,& Paul de Cast.*in dicta l.neque impuberes,* §.*qui ius,ff.de in ius vocan.*dicat reum captum tanquam suspectum de fuga relaxandum esse cum fideiussione de stando iuri suppletur, & de iudicatum soluendo, & apparet etiam ex deductis per Caccialup.*in tract.de debuo.suspect.* 99. tamen, prout ibidem tradit idem Caccialup. secundùm praxim,non sufficit cautio de iudicio sisti. Et eo minùs sufficiebat in casu isto,quia prout apparet ex decreto, non solùm fuerat carceratus tanquam suspectus de fuga, verùm etiam pro liberatione Radij.Nec obstat statutum Vrbis,*ca.*98.*lib.*1. quia vltra quòd loquatur in capto ob solam suspicionem fugæ,quod non erat in casu isto, cùm captura fuerit facta quoque pro liberatione. Nihilominus cùm dicat debitorem relaxandum esse cum fideiussione de stando iuri, & se repræsentando,ex huiusmodi expressione colligitur,fideiussionem de repræsentando considerari à statuto tanquam diuersam à cautione de stando iuri.

LIMITA IX. Et principaliter eandem propositam regulam (& hæc limitatio venit illatiuè ex præcedenti octaua limitatione) † vt fideiussor de iudicio sisti non teneatur in 110
causa appellationis sistere, secundùm glo. *in Authen. de his, qui impe. ad appellan.in princ.* Bart. *l.cum apud Sempronium, ff.iudi.sol.* Ang. qui propriè loquitur in fideiussore de iudicio sisti,*in l.*2.§.*in fideiussorem,n.*3.*ad finem,vers.Nec cogitur talis fideiussor sistere,ff.qui satisd.cogan.* Et ibidem hoc etiam notat Cast. *nu.*4.*pariter ad finem, vers. Et si fuerit appellatum, &c.* vbi quòd fideiussor non tenetur exhibere reum, quem promiserat in causa appellationis,Ias.*n.*9. *vers. Secundus effectus est*, & ibi communiter * alij scribentes, Angel. *de malef. in* * *verbo,Pro quibus Antonius fideiussit,numer.*1. *& num.*4.*in fine.* † Vbi propterea ad hoc vt fideiussor teneatur etiam in 111
causa appellationis, ponit formam talis fideiussionis, vt scilicet fideiussor promittat stare, parere, pati,& soluere omnem condemnationem de eo,& ex dicto processu in omnem causam, quotiescunque, qualitercunque, & quandocunque, & per quemcunque fuerit iudicatum, vel promittat, si per dictum Iudicem fuerit iudicatum,vel per alium, qui loco eius successerit,vel etiam per Iudicem appellationis: Aliàs autem (inquit Aretinus eo loci, nisi ista verba in fideiussione apponantur,statim cùm fuerit appellatum, fideiussor est liberatus. Ad quæ optimè facere videtur textus *in dicta l. cum apud, ff. iudic. solui* dum per hæc verba disponit: *Cum apud Sempronium Iudicem datum reus defenderetur,stipulatione cautum est, vt quod Sempronius Iudex iudicasset,præstaretur,a cuius sententia petitor appellauit; & cùm apud competentem appellationis Iudicẽ res ageretur,defensore condemnato,quæritur,an stipulatio commissa esset? Respondit,secundùm ea quæ proponerentur, non esse iure commissum.cautiùs igitur in stipulatione adiicitur, Quive in eius locum substitutus erit.* Quod & idem voluit idẽ Aretinus *in* §.*sed hodie,n.*3.*Instit.de satisd.* Marsil.quia alia iura, & concordantes adducit,*in rub.ff.de fideiuss.in* 10. *qu. nu. mihi* 130.Grat.*cons.*102.*n.*5.*lib.*1.Clar.*in prac.*§.*fin.q.*46.*ver. Sis tamen cautus,* vbi hanc limitationem dicit communem * * ex Boër. *in decisio.*315.*n.*2.& ex Paris.*cons.*171.*n.*30. *lib.*4. Franc.Marc.*dec.Delphin.*157. *per totam,vbi n.*3. æquitur in fideiussore non solùm de soluendo, sed etiam de sistendo in iudicio,seu de repræsentando,† quia non tenetur sistere, aut 112
repræsentare in causa appellationis, nisi fuerit dictum, *toties quoties,*vt ibi per eum,*n.*4.quia tunc talis fideiussio durat post sententiam,vt dixi *supra n.*108.& sic etiam in causa appellationis.Addo & pro prædictis Bonacos. *in commun. opin. par. prima,in vers.fideiussor in prima instantia,fol.mihi* 69.*in fine, & parte* 2.*vers.fideiussor in criminali,f.mihi* 29.*col.*1.*in fine.*& Gabr.*cons.*53.*n.*1.*& seqq.lib.*1.vbi vltra limitationem per me infrà positam, *nu.*118 hanc conclusionem declarat pluribus aliis modis,quos ibi per eum videas.

Et aduerte,quòd post hæc scripta vidi Cæsar.de Grass.*dec.* 142.*alias* 2.*n.*7.*tit. de fideiussor.*vbi testatur,quòd licèt quòd posita nona limitatio tam in ciuilibus, quam etiã in criminalibus sit communiter recepta, Rota tamen aliàs inclinauit in contrariam opinionem,quòd scilicet talis fideiussio duret,& in secunda instantia,& ad idem peruenit ad me decisio Thesaur.*decis.Pedem.*202. vbi latissimè disputat materiam, dicitque quòd licèt eadem limitatio sit magis cõmuniter recepta,non est tamen seruata in iudiciis. Quia contrarium seruauit Rota Auenionen. Rota Romana, Senatus Parisiensis, Parlamentum Burdegalen. & consilium Neapolitanum, dictáque communis opinio est potiùs subtilis, & sophistica, quàm vera;caret iure,ratione, & æquitate; cámque pluribus improbat,& respondet iuribus,quę pro ea adducuntur:&nihilominus ponit ibi decem casus distinctè, quibus bene declarat, quando fideiussio de iudicio sisti, & iudicatum solui

dicatur

dicatur cassa & non liget in causa appellationis,& secundùm casus prædictos potius declarare hanc limitationem habere, & non habere locum.

113 AMPLIA I. Hanc nonam limitationem, quatenus eam tanquam communem sustinere volueris, vt procedat non solùm, quando prima sententia, à qua appellatum est, lata fuerit ad fauorem rei, & sic absolutoria, prout loquitur text.*in d.l.cum apud, ff.iudi.solui. in illis verbis, A cuius sententia petitur appellauit,&c.* quo casu & fideiussorem liberatum admittit Thesaur.*in d.decis. Pedemon.*202.*numero* 7.*iuncto numero* 19. *versicul. Vltimus casus.* vbi quòd ita aliàs Senatus Pedemontanus iudicauit; sed etiam, quando est condemnatoria, quia si ab ea reus appellauit, adhuc fideiussor non tenetur in causa appellationis, vt per Aret. *Instit. de satisd.* §. *sin autem per procuratorem, num.*4.vbi eam reddit rationem, quia etsi Iudex appellationis confirmet condemnatoriam sententiam primi Iudicis, tamen actio oritur non ex prima sententia confirmata,sed ex secunda confirmante,*l.asse toto.ff.de haredib.instituen.*

114 Et † licèt contra hanc ampliationem indistinctè senserit Guliel.de Cuneo *in l.Iulianus.ff.qui satisda. cogan.*& Gulielmi hanc contrariam opinionem saltem in casu, in quo tãtum fuit prima sententia confirmata (secus si ei aliquid esset additum, vel detractum per Iudicem appellationis, prout etiam declarare videtur Thesaur.*d.dec.Pedemont.*102.*n.*9.) sequtus fuerit Bal.*in d.l.Iulianus*, ac etiam ibidem Bar. sicut eum refert,ac sequitur Ang.*de malef. in verbo, Proquibus Antonius fideiussit,n.*2.*in fine,verf. Adde tamen*;ea nempe ratione moti, quia quando secunda sententia simpliciter confirmat primam,tunc agitur ex prima:sed si in parte infirmat,&in parte confirmat,tunc agitur ex secunda, & sic primo casu fideiussor non sit liberatus,sed possit conueniri,secundo autem casu secus,vt per Bald.& Ang.*de malef.in loco præcitato*: ac etiam per Grat.*in cons.*34. *n.*5.*&* 7.*lib.*2. & refert etiam hos contrarios Franc.Marc.*dec.Delphin.d.decis.*357.*n.*2.

Non per hoc tamen recedas à proposita ampliatione,quæ
** communis est,prout testatur idem Franc.Marc.*d.dec.*357.
115 *eodem n.*2.vbi concordantes allegat.Et est ratio,† quia quando prima sententia per Iudicem appellationis est confirmata,infirmata,vel reformata,Iudex,qui de appellatione cognouit,exequi debet,& non primus,secundùm communem * opinionem,de qua post alios,quos allegat Lucas Petus *in pra. Capitolini fori, in tit.de exequ. rei iudicatæ,n.*13. testatur Alexand.*in l.præcipimus,n.*20.*C.de appellat.* & non solùm communem, sed etiam veram post alios quos pariter allegat, testatur Octau.Vestr.*in sua practica,eodem titul.de exequ.rei iudica.n.*9.*verf. Quòd si non in tempore, & n.*10. *& ibi in addit. per Nicol.Grau.n.*31.*in fin.*

Vide tamen in proposito Cæsar.de Graff.*decis.*142.*aliàs* 2. *n.*7.*in tracta.de fideiussor.*vbi testatur,quòd aliàs hoc articulo proposito in Rota, & consideratis rationibus hinc inde adductis,eidem Rotæ magis placebat opinio Guliel.de Cuneo, & Bald.*in dicta l.Iulianus, ff.qui satisd.cogan.* licèt non fuerit capta resolutio, & quidquid secus senserit Senatus Pedemontanus relatus per Thesaur. *decis. Pedem.*202.*n.*7.*&* 19. quando reus fuit per primum Iudicem absolutus, tamen quando fuit condemnatus, & sic in casu propositæ ampliationis dixit veriorem, & in iudiciis magis seruatam opinionem esse, vt non censeatur liberatus fideiussor,& ibi pluribus hanc comprobat opinionem,& respondet contrariis:eum omninò videas.

116 AMPLIA II.Eandem 9. limitationem † procedere non solùm, quando in fideiussione est expressum nomen Iudicis, coram quo vertitur causa,prout videtur loqui text.*in d.l.cum apud Sempronium Iudicem,ff.iudic.solui*, sed etiam si nullum sit Iudicis nomen expressum:adhuc enim fideiussorem non teneri in causa appellationis scripserunt post gl.Doctores omnes *in l.2.C.de procurato.*relati per Gabriel.*in tit.de fideiussor. conclus.*4.*n.*2.*in prima ampliatione*,Angel.Aret.*in* §.*sin autem per procuratorem per illum textum,in fine,n.*4.*Institu.de satisd.* Ang.ad Ang.*de malef.in verbo,pro quibus Antonius fideiussit, post n.*2.vbi plures alios adducit concordantes. Nec dissentit
117 Franc. Marc.*d.decis. Delphin.*357.*n.*1. & † licèt contra hanc ampliationem,senserint Bald.*in l.Iulianus,col.*4.*verf. secundo quæritur,ff.qui satisda.cogan.*Alber.*in dicta l.cum apud,in prin. iuncto verf. Iacobus de Arena,ff.iudica.solui.*Fulgos.*in d.l.*2.*C. de procurat.* Ioan.Andr.*in aduit. ad Specul.in tit. de satisda.* §. *expeditio, in additione incip.de hoc*, glo. & alij nonnulli relati per Gabriel. *dicta conclus.*4.*n.*2.*verf.Contrarium, &c.* Prima tamen opinio videtur communis, * vt testatur idem Fulgos. * *in d.l.*2.& patet ex relatis per Gabr.*in loco citato*,& per Augu. & Angel.*de malef.vbi supra.*

Verùm post hæc impressa conuenit forsan mutare sententiam.*ex decis.Pedemont.* relata per Thesaur. *in decis.*202.*per totam,&* præsertim *n.*5.*&n.*15.vbi aliis relatis cõcordantibus bene demonstrat, quòd tex. *in d.l. cum apud Sempronium, ff. iudic.solui*, loquitur quando fideiussor proprio nomine Iudicem nominauit,coram quo suum principalem sistere promisit, secus si simpliciter fideiusserit: & hanc opinionem dixit veriorem,& in iudiciis magis seruatam,licèt contrariam communem esse non inficietur. 118

SVBLIMITA Dictam 9.limitationem,† vt non procedat, quando causa appellationis esset deserta:quia tunc adhuc fideiussor tenetur, nec per interpositam appellationem liberatur.secundùm Ange. Aret.*in* §.*sin autem,n.*4.*verf.secus si reus principalis appellasset,& non fuisset prosequutus appellationem, Instit.de satisda.*Franc.Marc.*d.decis.*357. *n.*2.*verf. Et hoc verum,vbi appellatio non est deserta.*vbi ad id allegat Bart.*in d.l. cum apud Sempronium. ff.iudic. solui.* Nec dissentit Thesaur. *dicta decis.*202. *n.*12. Ratio est, † quia appellatione deserta datur actio ex prima sententia, *l.si contra minorem, & l.quoniam nonnulli,C.de appellat.authen.ei,qui, & l.fi.*§.*illud etiam, C.de tempor.appellat.* illamque Iudex à quo non autem Iudex appellationis exequitur, etiam quòd super desertione pronunciasset,vt perArchid.*in caput.Romana,*§.*fina.*& ibi etiam Gemin. *in verf.In fine glo.ibi, si vero Iudex, de appellat.in* 6. Bal.*in auth. si quis litigantium*, *C. de Episcop. audien.* & est communis, * vt per Ias.*in l.res iudicata, n.*14. *ff.de re iudica.* * cum aliis relatis per Vestr.*in pract.tit.de exequt.rei iudica.n.*9. *& ibidem in additio.* per Nicol. Grauat. *n.*31. & per Lucam Petum in formula Capitolini fori,*eodem tit.de exequtio. rei iudica.n.*24.*verf.tertio casu.* 119

LIMITA X.Regulam,† vt fideiussor de iudicio sisti,ac soluendo iudicatum, non solùm non teneatur post sententiam; sed etiam nec ante sententiã, quando peremptra est instantia. tex.est *in d.l.*2. *iudicat. solui.* dum per hæc verba disponendo dicit.*Cum hic mortua nulla res sit:ideo constat fideiussores ex stipulatu iudicatũ solui non teneri.* lis autem mortua dicitur non solùm solutione, transactione,vel alio simili modo, sed etiam peremptra instantia,iuxta terminos *l.properandum, C.de iudic.* vt bene in proposito declarat glo.*in d.l.*1.& ibidem Bart. *sub* n.2.item glo.penult.*in fine,verbo,liberari*,& glo.fin.*in verbo, Proscriptura,in l. penult.quæ incip.si fideiussor, C. fideiusso.* vbi dixit,quòd fideiussor,qui fideiussit in scriptis, vel in publica causa in præsentia tabellariorum, perpetuò tenetur, vel saltem vsque ad triennium, in quo durat instãtia iudicij,& hæc vltima glossæ opinio, quòd non nisi durante instantia teneatur,placet Baldo ibi in fine, *in verf.in glo.*ibi, *vsque ad triennium*,& Ang.*in l.*2.§.*in fideiussorem.post n.*4.*ff.qui satisd.coga.* & communiter * à Doctoribus approbatur,vt testatur Petr. * Caleph.*inter cons.crim.diuers.in* 4.*fol.tomo* 2.*cons.*87.*n.*25.*&* 48. vbi respondet contrariis, & latè hanc defendit limitationem tanquam veram, & communem, quam etiam sequuti sunt Ias.*in d.l.*2.§.*in fideiussorem, post n.*9.*verf. Amplia istam regulam,ff.qui satisda.cogan.& in l.si decesserit,in prine.sub n.* 3.*ff.eodem.*Felix.Phœb.de Asculo.*inter cons.crim.diuers.in fi. tomo* 2.*cons.vlti.n.*36.*verf.Ideo si cautiones*, Fran.Marc.*decis. Delphin.*797.*n.*2.*verf.Vel nisi.* 120

AMPLIA Hãc 10.limitationem tribus modis. Primò † vt procedat non solùm in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, per ea quæ suprà allegata sunt,*num.*104. & in specie scripsit Petr. Calephat.*dicti. cons.crim.diuers.*87. *n.*28. *tomo* 2.vbi testatur de communi*opin.[& Marc.Ant.Euge.*in d.cons.*2.*nu. 18.*& seqq.*quem post hæc impressa præ manibus habui.] 121 *

AMPLIA II.Non † solùm peremptra instantia de iure cõmuni,quæ triennalis est, *dicta l.properandum, C.de iudic.* sed etiam peremptra instantia statutaria, vel consuetudinaria, vt post Georg.Nattam *in repet.clem.sæpe,in* §.*quæ omnia, colum. fina.de verbo significat.*scripsit idem Calephat.*dicto consil.*87. *num.*32. 122

AMPLIA

AMPLIA III. Etiam † quòd fideiussio sit iurata: licèt enim iuramentum actionem temporalem faciat perpetuam, ad
* communiter* tradita per Doctores *in l. nam & postea, §. is, qui temporali, ff. de iureiurand.* id tamen intelligendum esse respectu principalis, non autem respectu fideiussoris de iudicio sisti, cuius promissio respicit instantiam, & sic cum instantia finitur. Instantia autem causæ non potest prorogari etiam de consensu partium, ac etiam cum iuramento, secundùm aliam
* communem,* de qua per Doctores *in d. l. properandum*, vbi præsertim Iason. *numero 21. versicu. Tertio ampliat, C. de iudic.* & in terminis considerat idem Calephat. *cons. 87. numero 37. & seqq.*

124 SVBLIMITA Hanc 10. sublimirationem, † vno modo videlicet, vt non procedat, quando fideiussor promisisset reum repræsentare toties quoties: nam tunc tenetur repræsentare etiam peremptа instantia, per ea quæ dixi *supra, n. 108. & 112.* & in terminis consuluit Hieron Gabriel. *cons. 181. n. 2. lib. 2.* [licèt contrarium sensisse videatur Eugen. *dicto cons. 2. num. 23. & seqq. lib. 1.*]

125 LIMITA XI. Principalis huius quæstionis regulam, vt nõ teneatur ad pœnam fideiussor ille de repræsentando, qui cùm promisisset reum infra certum tempus repræsentare, illum non repræsentauit in tempore conuento, eò quia ad repræsentandum non fuerat requisitus. Requisitionem enim isto casu fore necessariam ad hoc vt fideiussor constituatur in mora, & teneatur ad pœnam, scripserunt Roma. *in l. stipulatio ista, §. inter certam diem, n. 4. vers. 3. quoniam sicut non posset cogi ipse fideiussor, ff. de verborum obligat. & in cons. 137. n. ver. Præterea, &c.* Anton. de But. *in capit. 2. col. 2. n. 11.* & ibi etiam Abb. *num. 19. extra de iudic* idem Abb. *in cap. finem litibus, n. 34. de dolo & contumac.* Paul. de Castro. *in rub. C. quomodo & quando Iud.* & melius *in cons. 100. incip. Videtur quod dictus Ioannes Paulus, lib. 2.* vbi in specie loquitur de fideiussore, qui promisit reum repræsentare infra octo dies, Alexand. *in l. properandum, n. 8. C. de iudic.* Felin. *in caput. sin autem, num. 4. de rescrip.* Ioan. de Plat. *in l. penult. num. 4. Cod. de annon. & tribut. lib. decimo*, Iason. *in l. vniuersa, num. 6. C. de precibus Imperat. offeren.* Ripa *in l. 3. §. hoc autem iudicium. n. 10. ff. de damno infecto*, Marsi. *in rub. ff. de fideiussor. in 18. quæst. nume. 164. & seqq.* vbi pluribus similibus hanc comprobat limitationem, Foller. *in pract. crim. in fragm. num. 275.* Bossi. *in titul. de carcer. fideiusso. committen. num. 61.* Nicol. Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, quæstio. 128. n. 5.* Ioseph. Cumia *in ritus magnæ Curiæ Siciliæ, ca. 65. n. 29.* Roland. *cons. 58. n. 14. vol. primo*, Cæsar Vrsil. *in addit. ad Afflict. dec. 234. n. 1.* Franc. Hercul. *in tract. de cau. de non offenden. c. 23. n. 26.* Hieron. Gab. *cons. 73. n. 5. & seqq. lib. 2.* vbi ampliùs, quòd debet requiri principalis reus, pro quo fuit præstita fideiussio, ex quibus negari non
* potest limitationem hanc magis communiter* esse à Doctoribus receptam, licèt, vt mox dicam, aliquos habeat contradictores.

Vrgent autem pro hac communi conclusione plures ra-
126 tiones, quas breuiter referre non inconueniens putaui: † &
* primò facit pro ea communis* Doctorum conclusio, volens quòd promittens aliquid dare vel facere sub pœna, ad hoc vt in mora constituatur, & in pœnam incidat, interpellatio requiritur, *l. si pœnam, ff. quando dies leg. ced. l. fideiuss. obligari, §. fi. ff. de fideiuss.* Bart. *in l. ita stipulatus, in 6. quæst. principali, n. 5 1. ff. de ver. oblig.*

Secundò facit tex. *in l. fin. C. vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur*, vbi habetur, quòd causa criminalis coram Iudice tractata, debet finiri, & terminari infra duos annos, aliàs Iudex punitur, vt ibi: & tamen dicit ibi text. quòd hoc debet intelligi, si petatur à parte, & non aliàs, & ex eo
* textu sumitur ibi communiter* per Doctores regula, † quòd
127 pœna imposita Iudici, ex eo quòd aliquid non faciat intra certum tempus, debet intelligi præcedente partis requisitione, aliàs secus.

Ad idem tex. *in l. properandum, §. sin autẽ vtraque, C. de iudi. & in Auth. hoc amplius, C. de fideicommis. & in l. debitorib. ff. de iud. & in l. 1. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto.* cum aliis relatis per Marsi. *vbi supra in dicta rub. ff. de fideiuss. in 18. quæst. n. 146. & sequentib.* & facit optimè gl. *in cap. quoniam frequentes, §. porro, in ver. Canonibus, vt lite non contest.* vbi canonicus absens ad certum tempus de licentia Episcopi, si non redeat tempore statuto, non constituitur in morà, nisi fuerit interpellatus.

Tertiò † principaliter facit singularis doctrina Innocent. 128
in ca. extirpandæ, in 1. col. ad medium, de præben. vbi facit generalem conclusionem quòd in factis & dispositionibus negatiuis, ad hoc, vt quis in pœnam incidat, requiritur Iudicis monitio, & ibi hoc idem adnotarunt Hostien. *col. penult.* Ioan. Andr. *colum. fin.* Cardi. *columna 3.* Anton. de Butrio *colum. fin.* Imo. *columna 5.* Abb. *columna fin.* Anchara. *colum. 2.* & communiter* omnes, Archidiac. *in cap. 25. quæstio. 1.* Bald. Imo. & alij, *in l. si mora, ff. solut. matrimon.* Alexand. *in leg. ita stipulatus, num. 13. ff. de verbor. oblig.* Felin. *in cap. 2. num. 4. de magistr.*

Contrarium, † quòd immò fideiussor de præsentando in- 129
fra certum tempus, teneatur reum, quem promiserat, repræsentare, etiam nulla præcedente requisitione, aut interpellatione, & non repræsentando quòd incidat in pœnam, facilè suaderi potest ex infra scriptis rationibus, & primò ex gl. iunctõ tex. *in l. 1. C. de his quibus vt indig.* vbi dicit quòd si hęres non vindicauerit mortem defuncti infra tempus, infra quod vindicare potuit, priuatur hæreditate. Et ex illa gl. colligitur ibi per Doctores communiter* notabilis doctrina, † quòd in*
factis & delictis negatiuis ad incurrendum pœnam, sufficit 130
quòd labatur tantum tempus, infra quod commodè actus potuerit expediri, vt per Bartol. *num. 4.* Paul. de Castr. *num. 6.* Salicet. *num. 9.* Alexand. *num. 7.* Iason. *num. 9.* Iacob. de sancto Georgio, *nu. 12.* Bartol. *in l. in cognitione*, & ibi etiam Roma & alij, *ad Syllan.* Alexand. *in l. ita stipulatus. n. 12. ff. de verborum obligat.* Felin. *in cap. 2. col. 2. de magist.* Et ad primum argumentum, licèt plures recitentur responsiones per Anton. Gomez. *variarum resolut. tomo 3. cap. 9. rub. de captura reor. sub. n. 9. vers. Nec huic sententiæ, & conclusioni, &c.* ex quibus responsionibus vltima tantùm eidem Gomezio placeat si tamen eandem vltimam responsionem ibi per eum positam bene consideraueris, illa minùs placere debet quam cæteræ: ideo argumentum subsistit.

Secundò facit alia communis* Doctorum conclusio, † q; *
quando in contractu est apposita dies & pœna: non requiri- 131
tur interpellatio ad constituendum debitorem in mora, quia dies interpellat pro homine, *l. magnam* & ibi Bartol. Bald. & communiter omnes, *C. de contrahen. & commit. stipul. capi. ii in iunctis, §. cum verò, extra de elect. cap. 2. de conuers. præben. ca. licèt canon, de elect. in 6. capi potuit, de locato, & conduct. l. 2. C. de sponsa.* Bartol. *in l. 4. §. hoc autem iudicium, in prima oppos. ff. de damno infecto*, Felin. *in cap. prohibeas, n. 4 de magistr.* Aff. *decis. 150. n. 1.* Dec. *cons. 452. n. 8. & 9.* & magis in terminis videtur facere text. *in l. sancimus, C. de fideiusso.* vbi aduertus, promittentem aliquem infra certum tempus exhibere, lapso tempore datur actio pœnalis, & sic constituitur in mora per lapsum primi temporis, licèt infra idem tempus posset moram purgare, &c.

Tertiò facit, † quia in fideiussoribus, qui hodie recipiuntur, 132
interuenit semper iuramentum, quod quidem iuramentum habet vim interpellationis continuæ, vt post Ioan. Andr. scripsit Abb. *in cap. breui. num. 5. de iureiuran.* Iason. *in l. quod te, n. 22. & 24.* & ibi Dec. *n. 11.* vbi testatur de communi* opinio- *
ne, *ff. si certum pet.* Bauer. *in tract. de virtute iuramen. priuileg. 7.* Ripa *in l. 4. §. Caio, num. 58. & in l. si insulam, n. 91. ff. de verbor. obligat.* Gozadin. *cons. 57. post num. 11.* Aym. *cons. 57. nu. 2.* Afflict. *dec. 174. n. 5.* Viui. *in commu. suis opin. verbo mora*, vbi pariter testatur de communi* opinione, quibus addo nouissi- *
mè Seraphinum de Seraphinis *in suo tract. de priuileg. iuramen. priuileg. 47.*

Quid dicendum? † Prima opinio est magis communis.* li- 133 *
cèt plures Doctores pro ea allegati loquãtur non in fideiussore, qui promisit repræsentare infra certum tempus, prout sunt termini propositæ limitationis, sed ad voluntatem Iudicis. Secunda autem opinio in puncto iuris forsan magis sustineri potest, prout eam sustinet Ant. Gomez. *var. resolu. tom. 3. ca. 9. rubr. de captu. reo. num. 9.* vbi respondet contrariis. Nec dissentire videtur Osasc. *in deci. Pedem. 49. incipiẽ. Cum patet*, vbi pariter respondet contrariis, & demum *num. 9. & 10.* fœdere distinctionis vtramque opinionem insimul conciliare

conatur

conatur inspiciendo verba promissionis, hoc modo: Quod aut tempus in fideiussione ad repræsentandum reum oppositum est gratia differendæ repræsentationis:& tunc dies interpellat pro homine,nec alia requiritur requisitio lapso tempore ad repræsentandum constituto, ad hoc vt fideiussor constituatur in mora,iuxta tex.*in l.magna,C. de contrah. & commit.stipul.*cum aliis supra allegatis.Si verò tempus in fideiussione appositum est gratia finiendæ obligationis.vtputà quia voluerit fideiussorem non teneri ad repræsentandum reum, nisi infra certum tempus:vel etiam si idem tempus collatum est in voluntatem Iudicis:& tunc requiritur interpellatio infra tempus,tempus est statutum,vel quandocumque:si temporis non est statutum initium,& hoc vltimo casu potest procedere prima opinio: & hanc distinctionem inquit Osasc. probari ex traditis in proposito per Cast.*dicto cons.*100. Dec. *cons.*145.& Rip.*in l.*4.§.*hoc autem iudicium,n.*11.*ff.de damno infecto.*

Sed ad tollendum difficultates, passim in Vrbe seruatur,
134 † quòd isto casu fideiussor promittit reum repræsentare,putà infra mensem, etiam irrequisitus;per quæ verba, *etiam irrequisitus*, cessant omnia dubia, & sic nulla requiritur requisitio.Sed an pro hoc mora possit,vel non possit purgari,audies in sequenti limitatione.

135 LIMITA XII.Quia † fideiussor,qui in tempore conuento reum non repræsentauit, potest adhuc moram purgare, si fisci aut partis interesse habetis ius factum non est deterius, per tex.qui optimè probat hanc conclusionem & ibi latè ponunt materiam Bar.Bal. Alb.Ang Ias.& cõmuniter* omnes, *in l.& si post tres,ff. si quis caution.*Inquit ibi Iurisc5sultus, *Et si post tres,aut quinque pluréſve dies, quàm iudicio sisti se reus promisit,secum agendi potestatẽ fecerit, nec actoris ius ex mora deterius factũ sit, consequens est dici, defendi eũ debere per exceptionẽ.* Facit optimè alius tex.*in l.apud Celsum,*§. *Labeo ait, ff.de doli excep.* vbi sic dicitur: *Labeo ait,si de homine petito secundũ actorẽ fuerit iudicatũ,& iussu Iudicis satisdatũ sit,hominẽ intra certum diem tradi:& si traditus non fuisset pœnãq; stipulatus sit:petitorem qui & hominẽ vendicat, & pœnã petit,exceptione esse repellendũ:iniquũ enim esse,& hominem possidere,& pœnã exigere.*Facit tex.*in l.sancimus,C.de fideiussor.*vbi ad purgandũ istam morã datur fideiussori semestre, de quo in specie dicã in sequenti 13.limitatione. Et per ista iura præsertim vltra Doctores ibi,hanc eãdem limitationem firmarunt Bald. *in l.qui crimen,n.*20.*C.qui accusa.non poss.* vbi declarat, dummodo repræsentetur cõgruo loco & tempore.Paul.de Cast. *in l.*2.§.*in fideiussorem,post n....vers. Et ex hoc,ff.qui satisd.cogan.*Ripa post Bart.*in l.si insula,n.*92.*ff.de verbo.obliga.*Foller. *in pract.crim.in fragm.n.*273.Bosi.*in tit.de carcer.fideiusso.cõmitt.n.*66.Felix Phœb.de Asculo *inter cons.crim.diuers.cons. vltimo,n.*46. *vol.*2.*in fol.* Ioseph Cumia *in ritus magnæ Curiæ*
* *Sicil.cap.*65.*n.*13.*& seqq.* vbi testatur de communi* opinio-
136 ne.Et† illam ampliat,vt possit fideiussor moram purgare,etiã post condemnationem quandocunque ante solutionem: eo quia condemnatus ad quantitatem respectu certæ speciei, dando ipsam speciem ante quantitatis solutionem liberatur, *l.si verò negotium.*§.*fin.ff.solu.matrimo.*glo.*in l.duobus,* §.*si ei, in verbo,exhibuerit ff.de iureiuran.*cum aliis ibi per eum allegatis,Franc.Marc.*dec.Dephin.* 797. *n.*5.*in fine.* Nec dissentit Osasc.*decis.Pedemon.*49. *n.*11. *&* 12.& latè probat Grammat.*decis.*95.*per totam,* vbi plures affert rationes,quas ibi per eum videas.

137 AMPLIA Hanc limitationem,† vt procedat etiam in fideiussione iurata: sic enim etiam iuramento accedente loquuti sunt ex suprà citatis Doctoribus,Bald.*in d.l.qui crim.n.*20. *C. qui accus.non poss.*Alexand.*in apostill.ad l.sancimus,C.de fideiusso.*Ias.*in l.*1.§.1.*n.*7.*ff.qui satisd.cogan.& instit.de actio.*§.*si quis postulante,n.*16.Grammat.*d.dec.*95.*n.*5.*in fi.*Boss.*in tit. de carce.fideiuss.commit.n.*66.*vers.Etiam si cum iuramento.*Felix Phœb.*d.cons.cri.diuers.vltimo,sub eo.n.*46.*vol.*2.*in fo.*Ioseph. Cumia.*in ritus magnæ Curiæ Sicil.d.cap.*65,*n.*13.Franc.Marc.
138 *dec.*797.*n.*5. *in fi.* à quibus † licèt discedere videatur Osasc.
* *decis.Pedem.*49.*n.*12.*vers.Sed difficultas in duobus consistit.* ea
139 quippe motus ratione communi,* quia scilicet† iuramentum regulariter impedit moræ purgationem, argum. text. *in l.si quis maior, C.de transactio.* & tradunt Doctores *in l. si insulam,*& præsertim Bart.*colum.si.* Ias.*n.*35. Ripa,*n.*62.*&* 91.*ff. de verbo.oblig.*Bauer.*in trac.de virtu. iuram. priuileg.*6 Rub. *cons.*113.*n.*1.Ias.*in l.Duobus reis, n.*12.*ff.de iureiuran.* Guido Pap.*sing.*554.Grat.*resp.on.*93.*n.*69.*li.*1 Ripa *in l.si vnquam,q.* 32.*Cod.de reuocan.donat.*& de communi* post plures ex prę * allegatis testantur Gabriel.*tit.de transact.concl.*1.*nu.*10. Viui. *in suis commun.opin.verbo,donatio ex quinque causis, vers.mora purgatio,* cum aliis, de quibus per Seraphin. de Seraph. *in tract.de priuileg. iuram. priuileg.*48. *n.*1.*& seqq.* vbi pluribus rationibus comprobat hanc conclussonem. Non tamen per hoc crederem recedendũ à proposita ampliatione,quia prędicta conclusio in contrarium cõsiderata per Osascum in loco prędicto procedit de iuris rigore,non de æquitate præsertim canonica,† secundum quam etiã in promissionibus iura 140
tis admittitur purgatio moræ,vt in terminis scripsit Bal.*in dicta l.qui crim.n.*20.*C.qui accusa.non p.s.*Ias.*in d.*§.*item si quis postulante,n.*16.*Insti.de actio.* Marsil.*sing.*463. Grammn. *dicta dec.*95.*ad finem* Gozad.*cons.*66.*n.*13. *vers. quarto principaliter,*Ruin.*cons.*188.*post n.*4.*vol.*1.facit tex.*in c.potuit, loca.* Et in practica per totam Italiam seruari testatur Bolognet.*in dicta l.si quis maior,post.n.*92.*ad finem, C.de transa.*cum aliis in proposito consideratis per Seraphin.de Seraraphin. qui Bolognettum sicut vt suprà testantem refert *in dicto tract. de priuileg.iuram.dicto priuileg.*48.*n.*8.*& seqq.*† vbi etiam defendit 141
eandem conclusionem procedere de æquitate canonica non solùm in foro poli sed etiam in foro fori;& non solùm in terris Ecclesiæ, sed vbique: quia vbi tractatur de materia iuramenti, ius canonicum seruandum est, etiam per laicos Iudices,*c.primo.de noui ope. nuncia.*

SVBLIMITANDA esset hæc 12.limitatio sic vt suprà ampliata pluribus modis,† in quibus de iure nec etiam de æqui 142
tate canonica iurata præsertim promissio non recipit purgationem moræ:sed illos omitto, quia non intendo discedere ex criminali materia;forsan ea de re dicam *in ciuilibus Quæst. lib.*4.*tit de mora,* vbi est locus suus & pro nunc te remitto ad Seraph. de Seraph. *de priuil.iuram.dicto priuileg.*48. *n.*11. *& seqq.* vbi ponit decem & octo casus, in quibus moræ purgatio non admittitur in promissionibus iuratis, nec etiam de æquitate canonica,ex quibus quidem casibus præcedens ampliatio non solùm valdè restringitur, sed iudicio meo ferè in totum destruitur:ideo in occurrenti casu eum adeas.

Et inter alios casus † ille potissimùm in proposito consideri- 143
rabilis est,quando scilicet mora esset multùm geminata:tunc enim non videtur per fideiussorem admittenda purgatio moræ,vt in terminis scripsit Boss.*in tit.de carce.fideiussor.commit. n.*36.*vers.Est verum,quod vbi fideiussor,& n.*66.*vers.Non tamen admitteretur,* quibus in locis loquitur, quando fideiussor repræsentauit reum non solùm post terminum, sed post plures interpellationes & moras. Regulare enim est, † vbi 144
mora est geminata, nec etiam de æquitate canonica illam posse purgari,Rom.*cons.*352.*in* 2.*dubio,*Gozad.*cons.*57.*n.*18. Boër.*cons.*22.*n.*3.*& seqq.*

LIMITA XIII. Regulã & hæc limitatio venit ampliatiuè ad præcedentem limitationẽ, † vt mora possit purgari per fi- 145
deiussorem,nõ solùm infra breue tempus,& paucos dies,prout videtur loqui tex.*in d.l.& si post tres.ff.si quis caut.*sed etiã infra plures dies,videlicet infra sex.menses,ad tex.qui ad literam limitationem hanc probare videtur,*in l.sancimus,C.de fideiussor.Sancimus,* inquit Imperator,*si quis pro alio spopõderit, quatenus eum intra certũ tempus tradat, vel certam pecuniarũ quantitatem pro eo inferat,& tempore statuto iã effluẽte nõ poterit eũ repræsentare,nõ statim pro eo pecunias stipulatas inferre, sed competere quidem post temporis lapsum omnimodo pœnalem actionẽ,non autẽ statim summã,pro qua fideiussor admissus est, profligari:sed si quidem vsque ad sex menſium spacium,tempus statutum sit:aliud tantum ei indulgere sancimus, intra quod si possit personam exhibere,& eam tradere,pœna sit liberatus.* Et per istũ textum fideiussorem de repræsentando habere semestre ad purgandum moram scripserunt Bart.*in lege si quis reũ, num.*5. *in principio,* Alber.*numero* 1.*vers. Ad tertium respondeo,*Angel.*numero* 6.*versicul. Nec debet compelli incontinenti,ff.de custo.reo.*idem Alb.*in dicta l.sancimus,n.*2. vbi bene & magistraliter disputat de intellectu illius *l.sãcimus, ac l. & si post tres,pluréſve dies,ff.si quis caut.*vbi dicitur quod mora potest purgari per tres pluréſve dies,& sic infra tẽpus,non autẽ intra semestre,*vt in dicta l.sãcimus.* Et pro cõcordia ha-

tum

rum legum,relatis aliis intellectibus, adhæret intellectui glo. quòd videlicet tex.*in d.l.& si post tres* loquatur non in fideiussore,sed in principali;textus autē *in l.sancimus*,loquatur in fideiussore.Ratio differētiæ est,quia durior est causa principalis quam fideiussoris *l.mora,ff.de verbor.oblig.* refert etiam ibidē Alber.alium intellectum Domini Ricardi, quem putat verū,quòd scilicet tex.*in d.l.& si post tres*,loquatur in fideiussore de iudicio sisti, text.autē *in l.sancimus*, loquatur in fideiussore de repræsentādo,qui propriè nō dicitur fideiussor, secundū eum:sed certè primus intellectus gl.videtur magis cōuenire d.legi *& si post tres*,& eum sequitur Bart.& cōmuniter*Doctores, vt testatur Ripa *in l.si insula,n.62.ff.de verborum oblig.*sed quicquid sit circa intellectum, & differentiam earū legum, de quo poteris ad plenum videre Doctores *in dicta l.sancimus*:satis est,quòd in proposita limitatione cōueniunt omnes, quòd fideiussor de repræsentādo habet semestre ad purgandum moram & ad repræsentandum reum,*per dict. l.sancimus*, quæ lex procedit non solùm in ciuilibus,sed etiā in criminalibus, vt post Bart.& Imo.in locis per eum allegatis scripserunt Boss.*in tit.de carce.,fideiussor.committen. n. 66. vers.& procedit etiam.* Hercu.*in tract. de caut.de non offenden.c.23.n.23.vers.4. quia sex mensēs*,vbi & in idem allegat Maran.*in Specu.de ordi.iudic.in 8.membro,n.186.* Nec dissentire videtur,Franc. Marc. *in decis. Delphin. 797. n. 2. in prin.*ex quibus facilè dici potest hanc limitationem esse communiter*receptam,licèt Menoc.*de arb.quæst.lib.2.casu 40.n. 2.& seq.*censuerit text.*in dicta l.sancimus*,non loqui in fideiussore, sed in ipso principali debitore:sed labitur in hoc meo iudicio consultissimus ille vir,quia, nisi etiam ego fallor,tex. in dicta *leg. sancimus*, expressè loquitur in fideiussore de aliquo præsentando sub certa pœna, vt patet in principio illius legis,dum dicit : *Si quis pro alio sponderit sic:quatenus eum intra certum tempus tradat, vel certam pecuniarum quantitatem pro eo inferat*,& quæ sequuntur.

146 SVBLIMITANDO I. Hanc 13. limitationem notabiliter aduerte,†quòd textus *in dicta l.sancimus*,videtur loqui in casu, in quo fidei ussor promiserat tradere reum infrà sex menses,vt patet ibi,*si quidem vsque ad sex mensium spatiū statutum sit.* & isto casū in fideiussione est præfinitum tēpus semestris ad repræsentandum reum, lex indulget ad purgandū moram aliud semestre, & sic tantūdem tempus, quantū fuit in dicta fideiussione præfinitū, vt patet ibi,aliud tantū indulgere sancimus.Vnde inferendo & declarādo dico,quòd quādo in fideiussione est expressum minus tempus, putà quòd fit dictum, *infra octo dies*,tunc crederē ex lectura illius legis, non nisi alios octo dies concedi fideiussori ad reum repræsentādū,ex Bal.Ang.& aliis *in dict.l.sancimus*, Paul.de Castr. *in dicto cons.100.in prin.lib.2.* Alc.*pareg.lib.3.c.21.* quos in proposito refert,& sequitur Osasc. *dec. Pedem. 47. n.13.*licèt Bart.*in d.l.sancimus*,quem sequutus est Ripa *in d.l.si insulam, n.62.*dixerit indistinctè dari istud semestre,sed cōtra Bar.Senatū Pedemontanū iudicasse refert Osascus in loco prælle-
147 gato. Similiter † si fideiussor promisit aliquem repræsentare simpliciter non adiecto tempore, & citatus ad repræsentandum petat sibi à Iudice dari tempus, in quo possit reū repręsentare,allegans putà illius absentiam,prout quotidie contingit tunc nec etiam crederem,esse concedendum semestre,de quo *in dicta l.sancimus*,sed bene aliud tempus ad perquirendum reum, quem fideiussor asserit absentem Iudicis arbitrio præfigendum considerata loci distantia, vbi dicitur commorari reum,personarum,seu alterius impedimenti pro parte fideiussoris,allegati qualitate, ad tex.qui conclusionem hanc bene probare videtur *in Auth.de fideiussor.§.si verò interceſſor*, ibi,*& causæ præsidēs Iudex dat tēpus*,& paulò infrà, *oportet enim tēpus a Iudice finiri.*per quem textum sic affirmarunt gl. ibi *in verbo, dat tēpus*, ac etiā Bar.Ioan.And.*in addi.ad Specu. in tit.de accus.§.sequitur, n.16.vers.in 2. autem,in addi. incip. Odofredus in ver.Exceptione,litera D.*Iacob.Cuiacius *in comment.de termin. & præscrib.c.fi.* Andr. de Isernia *in cōment. ad constitut.Regni sub rub.de literis citatorius, in gl.in verbo, Allegata probare,col.penu.vers.Sed quid si non adiicit locū.*Quos in proposito refert,& sequitur Menoc.*de arb.q.li.2.casu 40.*vbi
148 plura notabiliter dicit in materia,& inter alia, † quòd ab ista termini præfixione per Iudicem facta non datur appellatio, licèt bene detur recursus ad Principem.

Et si fideiussor promiserit reum repræsentare toties quo- 149
ties,& ad omnem Iudicis requisitionem, prout hodie omnes fideiussiones sic communiter recipi notum est, & tunc sine dubio tempus,de quo *in d.l.sancimus*,præfigi non debet,secundùm Clar. *in pract. in §.fi. q.46.vers. Sed hic quæro*, vbi propterea dixit,apud eum dispositionem *d.l.sancimus*,non esse in vsu, & Clarum vbi suprà refert Ioseph Cumia *in ritus magnæ Curiæ Sicil.c.67.n.11.*& certè etiam apud nos Iudices desiderent illos aduocatos,vel procuratores, qui stante fideiussione,vt suprà recepta,peterent semestre,de quo *in d.l.sancimus*, ad reum repræsentandum; sed bene vidi allegata absentia eiusdem rei sæpissime concedi fideiussoribus competentem dilationem ad perquirendum & certiorandum reum, iuxta ea quæ proximè dixi. Vide *infra, n.152.*

SVBLIMITA II.Eandem 13.limitationem,† vt dispositio 150
d.l.sancimus,non procedat, quando illi renunciatum est, secundùm Bart. *in d.l.si quis reum,sub n.5.*& Ang.*suo n.6.in fi. ff.de cust.reo.* Franc.Marc.*dict.dec.797.sub n.2.* Clar.*in pract. §.finu.d.q.46.eodem vers.Sed hic quæro*,Franc.Hercul. *in trac. de caut.de nō offenden.c.23.n.18.* Boss.*in tit.de carcer.a.fideiuss. committen.n.66.vers.Vnde fiscus,& vers.Et aduerte.*†vbi de- 151
clarando hanc sublimitationem dicit aduertendum, quòd ad hoc,vt talis renunciatio operetur,debet esse expressa,& non tacita:quod etiam affirmauit idem Fran.Hercul.*vbi supra,de caut.de non offenden.c.27.n.10.* vbi amplius,quòd per solum iuramentum non dicitur renunciatum dispositioni *d.l.sancimus,& n.21. in fi.*†vbi etiam,quod plus est,quòd nec d. legi 152
censetur renunciatum per clausulam, toties quotics, in fideiussione appositam. Et sic contra Clarum allegatum *vbi sup. n.149.*sed nihil est contra:quia Clarus loquitur,quando promissum est repræsentare non solùm toties quoties, sed etiam ad omnem Iudicis voluntatem, quo casu omnino cessat dispositio *d.l.sancimus.*

LIMITA XIIII. Quia † fideiussor de repræsentādo simpli- 153
citer,vel ad Iudicis voluntatem,si semel repręsentauit,liberatus est, nec amplius ad repræsentandum compelli potest : sic enim post gl.*in d.l.duobus,§.si ei,qui debitorē*,& ibi gl.*in verbo,exhibuit*, ac ibidem Paul.de Cast. quē allegat, tradidit Alexand.*in l.si finita,n.2.vers.Vbi autem,& vers. Ipsemet Paulus de Castro,ff.de damno infec.*vbi etiam refert contraria, sed demum in hac videtur residere conclusione, ea potissimum ratione,quia in dubio omnis oratio intelligitur de prima vice, *l.boues.§.hoc sermone,ff.de ver.signi.l.Dotis, la terz. ff. de iure dot.*cū aliis ibi per eū allegatis,Ias. post Bar.*in l.1.n.1.in prin. ff.si quis in ius voca.nō ierit,& in l.2. §.in fideiussorē,n.8. vers. secundo limita,ff.qui satisd.coga.*& latiùs,*in d.l.duobus.eodem §. si ei,qui n.2. & seqq.* vbi pluribus similibus hanc probat limitationem,Marsil.*in pract.§. quoniam, n.11.& in rub. de fideiussor.n.112.& seq.n.157.*vbi plures alios adducit concordantes,Diaz.*reg.614.in prin.*Franc.Hercul. *in trac.de cau.de non offenden.cap.23.*Franc.Marc.*dec.Delphinat.797.n.5.vers. Alias vbi simpliciter fuisset dictum*, Rol. *cons.57.nu.2.vol.1.* ex quibus sine dubio dici potest, limitationem esse communiter * receptam, licèt Rom.in locis allegatis per Alex.& Ias. * *vbi supra*.contrarium dixerit.

SVBLIMITA I.Hāc 14.limitationem,†vt procedat in fi- 154
deiussore de repræsentando,secus in fideiussore de iudicio sisti, qui datur pro certa causa,lite,vel negotio:nam tunc cùm talis fieiussor successiuè & pluries teneatur sistere, & vsque ad sententiā,iuxta tex.*in l.Græcè,§. & post litem,ff.de fideiusso.* & ea quæ suprà posui, *n.103.*ideo per vnicam repræsentationē non liberatur : sic enim eādem limitationē reperio declaratā per eundem Alexand.*in d.l.finita, n.4.vers.Sed istud, & vers.Quod videtur verum*,vbi etiam ad cognoscendum, quādo quis dicatur fideiussor de iudicio sisti,vel simpliciter fideiussor de repræsentando, remittit se ad notata per Bart.*in l.1. in prin.ff. si quis in ius vocatus non ierit*, & ante Alex.fuit de mēte Lucę de Penna *in l.si quis Decurio,col.4.n 11.vers. Amplus fideiuss.datus,C.de Decurion.li.10.*bene declarat Ias.post Bart.*in d.l.in prin.ff.si quis in ius voc.nō ierit.*†Vbi in propositi- 155
to cōsiderat differentiā inter fideiussorē de iudicio sisti, ac fideiussorē de repręsētādo:dicitque quòd fideiussor de iudicio sisti, est ille quem oblato libello reus dare tenetur,& qui promittit quòd reus stabit in iudicio vsque ad finem litis,de quo loquitur tex.*in Authē.offeratur,C.de li.cōstet.& in l.1.& per to-*

tum,

tum ff.qui satisd.cogan.& sic tenetur sistere à principio causæ vsque ad sententiam fideiussor autem de veniẽdo seu de repræsentando,est ille,de quo loquitur totus titulus,*ff.in ius vocati vt eam.* & qui quam primum reum , quem promisit. in iudicio repræsentauit, liberatus est iuxta gl. *in d.l.duobus, §.si ei,ff.de iureiurá.* cũ aliis nuper allegatis,*n.*153.quod & rursus affirmauit idẽ Ias.*in d.l.*2.*§.in fideiussorẽ,n.*7.*&* 8.*ff.qui satisd. cogan.& in d.l.duobus §.si ei,qui,n.*19.*ff.de iureiuran.*vbi eãdem distinctionem adhibet etiam in fideiussore de repręsen-
156 tando:dicens , † quòd si quis promisit repræsentare simpliciter,& non contemplatione alicuius iudicij vel litis ; tunc per vnicam repræsentationem liberatur: secus si promisit repræsentare respectu certi iudicij vel litis. Et ibi exemplificat quãdo dicatur quis promittere repræsentare respectu certi iudicij& litis,& quando non.Et hanc Iason. distinctionem refert & sequitur Diaz *dicta regu.*614.*in prima limitatione,* quibus addo etiam Franc.Marc.*dec.*357.*n.*3.*par.*3.

157 SVBLIMITA II.Eandem 13.limitationem,vt non procedat, quando fideiussor promisit repræsentare reum non solũ ad Iudicis voluntatem seu requisitionem,sed quãdocunque: tunc.n. nõ liberatur per vnicam repræsentationem etiã in infinitum,vt per Crema.*in sing.*11.*inci.Si quis promiserit repræsentare,vers.Sed quid adiecerit quandocunque,* Marc.*in rub.ff. de fideiusso.in* 9 *quæst.n.*117. vbi propterea dixit,quòd verba, *quandocunque, & quotiescũque,* sunt apta importare infinitatẽ ex Alexãd & aliis ibi per eum allegatis Felix Phœb.*inter cons. cri,diuers.cons.vltimo,n.*32.*&* 34.*lib.* 2.vbi licet contrarium sentiat in fideiussore de repræsentando toties quoties, quãdo tamen promissum est repræsentare quandocũque, sine dubio tenet illum non esse liberatum per binam repræsentationẽ: & hoc quia verbũ *quandocunque*, est aptum importare infinitatem,ad tex.qui in propriis ferè terminis hanc probare videtur sublimitationẽ,*in l.si ita stipulatus.ff.de fideiussor.* dum sic dicit: *Si ita stipulatus a Seio fuero, quatam pecuniam Titio quandocunque credidero,dare spondes? & fideiussores accepero, deinde Titio sæpius credidero. Nempe Seius in omnes summas obligatus est,& per hoc fideiussores quoque, & id quod ex bonis eius seruari potest, omnibus æquo iure proficere debet.*Et per istũ textum hoc idem senserunt,Rolan.*in cons.*58.*n.*4.*lib.*1.&Vrsil.*in addit.ad Affli.dec.*130.*n.*2.*vers.licèt Franciscus.*Et apud
* me hæc sublimitatio non solùm est communis , * sed etiam non habet contradictorem,quem viderim.

158 SVBLIMITA III. Quãdo†fideiussor promisit repręsentare *rursus vel iterum*:nam tunc semel repræsentando, non liberatur,licèt bene liberetur per binam repræsentationem:sic enim videtur de mente Alexand. *in l.si finita , n.*3.*vers. Sed dictum Angeli, n.*4.*in princip.ff.de damno infec.* Anton. Gab. *lib.*7.*de criminalibus, conclus.*15.*in prima limitatione, num.*5. vbi loquitur, quando fideiussor promisit repræsentare semel & rursus , vel semel & iterum , dicitque isto casu per binam repræsentationem esse liberatum, & allegat Bal.*in c.sua in fi. de appella.*Imo.*in d.l.si finita,col.*1.& Boër.*dec.*131.

159 Et idem † si dictum sit, *pluries,vel pluribus vicibus*,quod per binã repræsentationem liberetur fideiussor, scripsit Gabr. *d.concl.*15.*n.*6.*in* 2.*limitatione*,ex Bald. & Natta ibi per eum
160 allegatis,*& n.*7.*in* 3.*limitatione.*Vbi secus,†si dictum est *pluries,& pluries*,quia tunc propter illam distinctionem,*pluries*, geminatam tenetur fideiussor per quatuor vices repræsentare vt ibi per eum.

161 SVBLIMITA IIII.In fideiussore,†qui promisit eũ repręsentare toties quoties:nam is non solùm non liberatur per vnicam repræsentationem,sed nec etiam per binam, & sic in infinitum tenetur repręsentare, vt per Doctores *in l.si finita,* & ibi præcipuè Imo.*n.*4.Roma.*n.*3.*&* 7*eqq.* Alexand.*n.*3.*per*
162 *totum in discursu,ff.de damno infe.*† imò secundùm Rom.*vbi suprà*,etiam quòd non sit dictum *toties quoties* ; sed simpliciter *ad Iudicis voluntatẽ* tenetur fideiussor & *bis & pluries & quoties Iudex voluerit* reum repræsentare. Non enim, inquit Roma finitur voluntas ex bina vel trina vice:ergo multò magis,quãdo expressè dictum est *toties quoties*:tunc enim res videtur clarior, vt ibi per eũ;& per Lucam de Penna,qui huic conclusioni etiam adhærere videtur, *in l.si quis Decurio, col.* 4.*vers.Dico fideiussorẽ teneri,n.mihi* 12.*C.de fideiussor.lib.*10.ac per eundem Alexan.*in l.qui bona fide,§.fi.*& ibi etiam Soc.*n.* 16.*&* 17.*qui satisd.cogan.* Dec.*in l.duobus,§.si ei,qui,sub n.*16. *ff.de iureiuran.*vbi quòd dictũ Angeli *in d.l.si finita, in principio*,volentis fideiussorem de repræsentãdo *toties quoties*, liberari per binã repræsentationem,communiter,*reprobatur,* & verum dicit,quia cõtra Angeli opinionẽ,& proposita sublimitatione cõcurrunt etiam relati per Marsil.*in rubr.ff.de fideiussor. in* 15.*quæst.n.*158.*vers. Sed Ioan.de Imo. & n.*159. *vers.Tamẽ postea,& vers. Adducit etia.& in nona quæst.n.mihi* 117.*&*119 Foller.*in pract.cri.in fragmẽ.n.*261.*in fine,vers. Sed in hoc vltimo dicto,* Tiraquel.*de retract.lin.*2.*§.*1. glo.2.*n.* 18.*& seq. & in l.boues, & hoc sermone, limitatione* 26.*n.*4 *& seqq.ff.de ver signif.*Horat.Mandos.*in addit.ad Roma.cons.*15. *in vltima additione,litera B,vers.Sed contrarium tenet:*vbi pariter de cõmuni* testatur ex Ias. vbi suprà allegato *in dicta l.* * *duobus,§.si ei,qui,n.*19.*ff.de iureiuran.* &, de communi etiam testatur Vrsil.*in additio.ad Afflict.decis.*130.*n.*2.Bossius *in tit. de carcerat.fideiussor.cõmitten.n.*35.*vers. Quod procedit, & in fine numeri,vers.Sed Iason,*&c.vbi sequitur opinionem Iasonis,*vbi supra* relatam *in dicto §.si ei,qui.* Franc.Hercul.*in tra. de cautela de non offenden.cap.*23.*n.*20. *vers.licèt ex clausula,* vbi pariter testatur de cõmuni opinione, cui etiam adhærere videtur Ant.Gabriel.*lib.*7.*de cri.concl.*15.*n.*3.*vers. Contrariũ tenuit,n.*1.*& seqq.vol.*2 *& cons.*58.*n.*2.*& seqq.vol.*1.Hier.de Monte.*q.*28.*sub n.*7.*& sequentibus,*Fran Marc.*decis.*797.*n.*7. [Addo pro sublimitatione relatos per Ludou. Peguer. *decis. crimin.*47.*num.*1.]

Contrarium,† quòd imò fideiussor de repręsentando reũ 163
toties quoties,per binã repræsentationem liberatus sit,ad euitandam infinitatem, tenuit originaliter Ang.*in l.*3. *§.qui exhibendi, nu.*6.*ff.de custod.reor.& in l.si finita, n.*1.*ff.de damno infec.*Rom sibi contrarius *in cons.*15.*in fin.n.*5.*vers. Si enim promittat quis,& in rubr.ff.de arbitr.n.*45.Bald.*cons.*112.*præmisso,col.*4.*n.*3.*lib.* 3. Coci pariter sibi contrarius *in l.vnica, n.* 33.*C.de sentẽ.quæ pro eo,quod interest.*Iacob.de Sancto Georg. *in l. cùm proponas, vers. Et nota quod ista clausula, C.de transact.* Marsi. *in pract.§.quoniam. n.*12. *vers. Et idem etiam est,* Afflict.*decis.*46.*n.*4. relati per eundem Marsil.*in rub.ff. de fideiussor.in nona quæst.n.*114. *&* 115.*& in* 16. *quæst.n.*158.*in prin.& n.*159 *pariter in prin.* Boer.*dec.*131.*n.*19. *& seqq.* vbi exornat Ioseph.Cumia *super ritu magnæ curiæ Sicil.c.*67.*n.*7. Et hanc opinion. tanquã veriorem & magis cõmunem, * & * in pract.sicut dicit,seruatã defendit Felix Phœb.*inter cõs. cri. diuers.cons.vlt.n.*31.*& seqq.& n.*37.*&* 38.*lib.*2.*in fol.* [& tenent relati per Ludou.Peguer.*d. decis.cri.*47. *n.*1.*vers. Angelus vero,& n.*2.*vers.pariter quoque,* vbi, quod plus est, affirmat hunc fideiussorem non teneri nisi semel repræsentare, *per l.qui bis idem,ff.de verb.obligat.* Quod vltimum omnino falsum & communiter reprobatum credo.]

In hac contrarietate reperio distinguẽtem Nellum *in tra-* 164
*cta.de bannit.in prima par.secundi tempo.quæs.*15.vbi dixit,† quòd aut fideiussor intercessit ante sententiam, aut post sententiam. Primo casu tenetur etiam pluries, ac etiã vltra duas vices vsque ad sententiam repræsentare:secundo autem casu per binam repręsentationem liberatur,& sic opinionem Angeli intelligit posse procedere & saluari in fideiussore dato post sententiam, secus ante sententiam;& hanc Nelli distinctionem approbare etiam videtur Felix Phœb. de Asculo *inter cons.crim.diuers.d.cons.vltimo,n.*36.*vol.*2. vbi ampliùs dicit,quòd ita communiter* practicatur. *

Sed parcat mihi consulens iste,†nec opinio Angeli com- 165
munis est, nec Nelli distinctionẽ communiter practicari credo,vt ipse asserit;illáque Nelli cõclusio, quòd fideiussor intercedens ante sententiam, teneatur etiam pluries repræsentare vsque ad sententiam,procedit etiam quòd non sit dictũ, *toties quoties*:& in fideiussore de iudicio sisti,dato ad certã litẽ seu causam,secus in fideiussore de repræsentãdo dato simpliciter,vt suprà allegaui, *n.*154. *&seq.* & prout sunt termini propositæ sublimitationis;& quãdo fideiussor promisit repręsentare *toties quoties*, tũc nõ solùm tenetur pluries repræsentare vsque ad sententiã,prout Nellus cõcludit, sed etiam post sententiã,secundùm communẽ, * de qua suprà dixi , *n.* * 168.*& seqũti*,& quòd opinio Angeli magis cõmuniter sit reprobata, ex suprà allegatis *n.*161. facilè dignosci potest. Bene verum est,quòd ego testari non possum, quænam opinio sit apud nos magis practicata,quia nunquàm vidi cõtingere casum,q̃ facta bina repræsentatione causa non fuerit expedita,

& opus

& opus fuerit iterum vocare reum: sed si casus contingeret, non vtique recederem ab opinione contra Angelum, quæ mihi videtur magis communis, cùm eam esse communem plures Doctores testentur: opinionem autem Angeli communem esse non nisi ille consulens dixit.

166 LIMITA XV. Vt † fideiussor de repræsentando, ob non repræsentationē illius quem repræsentare promiserat, minimè teneatur ad pœnam in fideiussione contentā, quando ille aufugerit propter minas & metum sibi à Iudice illatū: tūc enim Iudex videtur in culpa; & Iudicis culpa nō debet nocere fideiussori, per ea quæ in simili optimè posuit Paris de Put. *in tr. de syn. in verbo, fideiussor Officialium, c. 2. incip. subitcio & vtilem quæstionem:* vbi dubitat, an fideiussor Officialis in syndicatu ex illius fuga teneatur, quādo is aufugerit propter minas & metū sibi illatū à syndicatore dicente, putà quòd ipsū Officialē laqueo suspendi facere in exemplū aliorū intendebat: & iure & rationibus pluribus cōcludit, isto casu fideiussorem non teneri. Et per istam Paridis conclusionē sic in terminis in materia fideiussoris de repræsentando, quòd minimè teneatur, quando reus aufugit propter sibi illatas à Iudice minas, cōsuluerunt Diomedes, Maricūda, & Colocias Copula, Aduocati Neapolitani, quorū consiliū positū est inter consilia ciuilia Thomæ Gram. *conf. 66. n. 71. & seq.* refert & sequitur Petr. Calephat. *inter consilia c-im. diuer. in 4. folio, conf. 87. n. 47. vol. 2.* Foller. *in pract. crim. in fragmen. n. 255.* vbi ponit exemplum, quando Iudex dedit causam fugæ ipsius rei, ex eo quòd iactabat se eum velle malè tractare, & sit solitus similia facere cū effectu: tunc enim, inquit ipse, non tenetur fideiussor per id, quod in simili dicitur, inquisiti & accusati fugam ac contumaciā minimè ei nocere, quando causata est culpa accusatoris, vt per Anch. *conf. 409 probata tanta sæuitia.* & per Gram. *in conf. primo, n. 25. post suas decisiones,* cum aliis ibi per Foller. consideratis. Addo, & pro hac eadē limitatione Cæsar. Vrsil. *in addit. ad Affl. decis. 130. n. 3.* Bertazz. *conf. 436. n. 2. vol. 2.* vbi generaliter loquitur, quando reus, pro quo est fideiussum, aufugit propter metum illatum à superiore, Ioseph. Cumia *in ritus magnæ curiæ Sicil. capitulo 67. n. 10.* vbi loquitur, quando reus aufugit propter minas Officialis, Hier. Gab. *conf. 181. n. 9. lib. 1.* [Marc. Ant. Eugen. *d. conf. 2 n. 40. lib. 1.* vbi loquitur quando Iudex annotauit, vel sequestrauit bona ipsius rei, vel fecit carcerare assertos complices, aut quid simile, ex quibus idem reus perterritus fugam arripuit *& in conf. 67. post n. 8. & conf. 68. n. 26. & seqq.* vbi generaliter loquitur impedimento præstito ad repræsentandum per Iudicem eius culpa & facto.]

167 SVBLIMITANDO, seu potiùs declarando præcedentē limitationem aduerte, † quòd illa intelligi debet, prout loquitur, videlicet quando Iudex dedit causam fugæ ipsius rei cum minis & metu, & isto modo minando & metum incutiendo fuerit in culpa: tūc enim est liberatus fideiussor, vt probaui. Vnde secus, si fecerit fugere reū, ei expressè denūciādo quòd volebat ipsū capi facere, & ob id ipsi persuadēdo vt fugeret: tunc enim si pœna fideiussione contenta ipsi Iudici applicanda est, liberatus est fideiussor. nec potest ad illā pœnam conueniri ab illo Iudice, qui dolo vt pœnā lucraretur, dedit causam fugæ. Si verò pœna non applicatur Iudici, sed Principi, prout quotidie tales pœnæ applicantur; & tunc ex fuga rei sic dolo Iudicis causata non excusatur fideiussor; quia isto casu Iudex non denunciauit vt Iudex, sed vt priuatus & scelestus vir, illiúsque fraus ac scelus non debet fisco ac Principi obesse; & sic nō liberatur fideiussor licèt bene idē Iudex teneatur releuare indemnē ipsum fideiussorē, qui pœnā soluit culpa & facto ipsius Iudicis, vt per Bossium, qui post Cæpol. quē refert *in conf. crim. 25. Cū per Ser Iacobam, n. 1. & omnib. seqq.* prædicta omnia bene cōprobat *in tit. de carcerat. fideiuss.*

168 *committ. n. 92.* † Vbi pariter loqnitur, quando reus aufugit ex eo, quòd captura sibi denūciata fuit ab aliquo ex satellitibus, refert & sequitur Ioseph. Cumia *in ritus magnæ curiæ Sici. c.* * 65. *n. 22. & seq.* vbi testari videtur de cōmuni* opinione, licèt Ceph. *in conf. 127. n. 5. vol. 2.* (corruptè ibi per eum allegatus) contrariū senserit, sed bene contrarium sentire videtur, licèt cogitandū relinquat, Foll. *in pract. crim. in fragm. n. 255.* sed quicquid sit, non curo disputare de veritate harum opinionū, quia etiā admissa Bossij opinione, quòd fideiussor teneatur, debet releuari indēnis ab ipso Iudice, vt per Anch. *conf. 341.*

viso themate, in fine quē Bossius ibi refert & sequitur, & hoc est satis ipsi fideiussori, sed si non haberet releuatorē, vt quia Iudex non esset soluendo, res non transiret sine difficultate, vt per Hier. Gabr. *d. conf. 181 n. 11. vol. 1.*

Sed † quid si Iudex nihil denunciat reo capiēdo; sed omissa 169
via agendi contra fideiussorē, vt reum repræsentet (quia putà dubitabat fideiussorē velle potiùs soluere pœnā, quàm reum repræsentare; vel quia Curiæ magis expediebat reum ex improuiso in manib. habere, quàm instructum & repræsentatū à fideiussore) mittat satellites ad illum capiendū, sed non captus aufugit, an fideiussor dicatur ex hoc liberatus, quia impeditus ad repræsentandū facto Iudicis, qui nō debebat mittere exequutores ad capiendū reum, sed debebat citare & requirere ipsum fideiussorem ad illum repræsentādū. Quæstio est subtilis, in facto contingibilis; & ad fauorē fideiussoris videtur posse considerari, quia quādo Iudex vt Iudex, & sic per viam iudiciariam dat causam fugæ rei, fideiussor videtur liberatus; licèt secus quando causaret fugam, vt priuatus: sic enim est de mente Cæp. Boss. & aliorum citatorum suprà *in antecedenti, n. 167. & seq.* sed quando Iudex mittit satellites ad capiendū reū, iudicialiter procedit, & non vt priuatus aut scelestus vir, prout cōsiderat Boss. *in loco prælegato.* ergo, &c. & pro hac opinione faciunt scripta per Franciscū Hercul. *in tract. 11. de caut. de non offenden. cap. 23. n. 17. in fine,* dum dixit fideiussorem videri liberatum, si reus aufugit, dum Curia vadit ad ipsum capiendum. & ita etiam sentire videtur Hier. Gab. *in d. conf. 181. n. 8. in fine, vers. 4. cum Bariselli, & seqq. vol. 1.*

In contrarium † cōsiderari potest, quia quando Iudex mit- 170
tit satellites ad capiendū reū, iure medio hoc facit; vnde non dicitur in aliqua culpa, qui iure suo vtitur, *l. factum, §. non videtur, ff. de reg. iur. cū vulgaribus,* & iam fideiussio ad hoc data est, vt si quando Iudex voluisset reū repræsentare, potuisset, vt bene post Cæpol. considerat Boss. *in d. tit. de carc. fideiuss. committen. eodē n. 62.* & id quod suprà dictū est fideiussorem liberari, quando Iudex per viam iudiciariā facit fugere reū, intelligi debet, quando procedit iniustè, putà persuadēdo reo vt fugiat, & illi denunciando quod volebat ipsum carcerare; secus si iure medio id agat, vt patet ex suprà allegatis, *n. 83.* dū dixi, fideiussorem non liberari, quando reus aufugit ex eo quòd citetur ac moneatur, seu etiā condēnetur, vel bāniatur à Iudice pro eodē delicto, licèt bene secus esset, si pro diuerso delicto, prout in diuerso delicto loquitur Hier. Gab. *d. n. 8.* suprà in contrariū allegatus; tūc enim intrant omnia superiùs allegata, *n. 39. & seq.* & ita crederē esse iudicandū pro veritate, prout etiā sensit Cæp. *d. conf. 25. in prin.* figuratione casus, vbi vnus Iudex misit ad capiendum reū, & tamen vult fideiussorē teneri etiā quòd ille aufugerit ex dolo alterius Iudicis.

LIMITA XVI. Vt † fideiussor datus in vno loco de repræ- 171
sentando reū, nō teneatur illū repræsentare in alio; sic in terminis consuluit Rolan. *conf. 38. n. 15. & seqq. vol. 1.* vbi etiam quòd conditio repræsentādi reū in loco in quo fuit fideiussū, & nō alibi, tacitè ineat & subintelligitur à iure, etiā quòd expressè nō fuerit dictū; valet enim argumentū, inquit Rolan. de re ad locū, *l. si. ff. de tritic.* Ias. *in l. is, qui certo, in prin. ff. de eo, quod certo loco,* vbi dixit quòd sicut aliud pro alio nō cogitur inuitus creditor recipere, *l. 2. mutui datio, ff. si cert. pet.* ita pariter nō inuitus cogitur solutionē recipere in alio loco, quā in illo, qui solutioni destinatus est. Sic & è contrà nō cōpellitur inuitus soluere debitor in alio loco id, q̄ debet & soluere promisit, *l. vsuras, ff. de solut.* facit textus *in l. non à Iudice, §. 1. ff. de iudic.* vbi quòd stipulatio iudicatū solui euanescit, siue mutetur Iudex, siue causa, siue res, siue actio: ergo idē ex mutatione loci, argumētādo vt suprà de re ad locū. Itē faciūt notata per Bar. & alios *in l. fideiuss. §. si necessaria, qui satisd. cog.* per. Marc. *in l. de minore, & §. plurimū, n. 32. ff. de quæst.* & per Boër. *dec. 99. col. fin.* dū dicunt, quòd promittens dare fideiussorē, intelligitur promisisse dare in ea ciuitate in qua promisit, ergo idē dicendū est, vt qui promisit præsentare reū delatum & inquisitū in vno loco, non teneatur repræsentare in alio.

LIMITA XVII. Quia finito officio illius Iudicis, coram 172
quo fuit fideiussū de repræsentando reū, expirat etiā dicta fideiussio, nec ampliùs ab alio Iudice successore cogi potest ad repræsentandum, ad textum *in l. cùm apud. ff. iudic. solui. & in dict. l. non à Iudice, §. primo. ff. de iudic.* vbi quòd propter mutationem Iudicis stipulatio iudicatum solui euanescit, Bartol.

in d.l.cùm apud,col 2.in princ.verſ. Tu dic breuiter, vbi dixit quòd quando poſt interpoſitam ſatiſdationem eſt receſſum à primo Iudice,& itur ad tribunal alterius Iudicis, ſtipulatio non committitur,*per l.tertia,ff.eodem*,Rol.*d.conſ.*58.*n.*11.*&ſequentib.volum.*1.vbi alia adducit ad comprobationem hu-
174 ius limitationis. † Facitque concluſionem generalem,quod promittens repræſentare coram vno Iudice ſeu tribunali,nõ tenetur repræſentare coram alio.Addo pro hac eadem limitatione Rom.*conſ.*210. *circa primum dubitationis articulum, n.*1.*verſ. Aut præſtita fuit*,Marſil.*in rub.ff.de fideiuſſor.in* 13. *quæſt.n.mihi* 154. *verſ. Aut talis fideiuſſio præſtita fuit*. Felix Phœb.de Aſculo *inter conſilia crim.diuerſ.vol.2.in folio,conſ. vltimo,n.*19.*&ſeq.& n.*28. vbi aliam reddit rationem, quia ſcilicèt Præſes prouinciæ non poteſt præuidere vltra tempus
175 ſuæ adminiſtrationis, *l.fin.ff. de pœnis*,† ampliátque hanc cõcluſionem procedere,etiam intercedente iuramento, vt ibidẽ,*n.*5.*iuncto n.*39.*&ſequentibus*:licèt enim dici ſolet, quòd iuramentũ actionem perpetuet, ad Bart. & alios,*in l.nam & poſtea,*§.*ſi quis pro temporali.ff.de iureiur.*id tamen intelligẽdum eſt, vt perpetuet contra principalem promittentem, ſecus contra fideiuſſores, vt per Calephat. *inter conſ.crim. diuerſ.in* 4 *folio.lib.*2.*conſ.*87.*n.*37.

175 SVBLIMITANDO Hãc 17.limitationẽ aduerte,†quòd illa procedit vel in fideiuſſione data coram Iudice delegato, prout in delegato expreſsè loquuti ſunt Rom.*d.conſ.*210.*poſt n.*1.*v.Breuiter dicendum*, Marſ.*in rubrica.ff.de fideiuſſ.quæſt.* 13.*d.n.*154.*in princ.*Anton.Gabr.*lib.*3.*titulo de fideiuſſ.concl.* 4.*in* 2.*ampliatione,in fin.verſ.limita hoc vltimum,n.*8. Rolan.
176 *conſ.*58.*n.*13.*volumine* 1.vel etiam in ordinario.†Quando in fideiuſſione expreſſum eſt nomen proprium Iudicis, prout pariter loquuntur Rom.Marſ.& Roland.& alij ſuprà allega-
177 ti *in limitatione* 17.*n.*172.vnde ſecus,†quãdo fideiuſſio eſſet recepta non coram delegato, ſed coram ordinario:& nõ ſub nomine proprio ipſius Iudicis,ſed ſub nomine dignitatis:tũc enim finito officio illius Iudicis,coram quo fuit præſtita talis fideiuſſio, non liberatur fideiuſſor, ſed eius obligatio tranſit ad ſucceſſores,putà dignitas officialis in genere nunquam perit,donec nomen illius officij durat,& licèt vnus ſuccedat in locum alterius, idem tamen tribunal, & idem iudicium eſſe cenſetur,*l.proponebatur,ff.de iud.* & poſt Bart. & Spec. quos allegat,tradit Roman. *d.conſ.*210.*n.*1.*verſ. Aut non eſt adiectum proprium nomen*, Roland. *d.conſ.*58.*n.*13.*vol.*1. Felix Phœb.de Aſculo *inter conſ.crim.diuerſ.lib.*2.*iuncto n.*3.*& n.*
178 21.*& n.*29. *in fin.* vbi ampliùs, † quod ad hoc,vt fideiuſſio dicatur concepta coram præſide ſub nomine dignitatis, non ſufficit pœnam eſſe ſtipulatam & applicatam Cameræ Apoſtolicæ,vel alterius Principis, quæ ſemper durat, ſed debet ſtipulari de mandato dictæ Cameræ:tunc enim dicitur concepta fideiuſſio ſub nomine Cameralis dignitatis, aliàs ſecus:
179 † & quid ſi cum nomine dignitatis eſt etiam adiectum nomen proprium ipſius Iudicis,vide eundem Rom.*d.conſ.*210. *poſt n.*1.*in fin.verſ. Aut in ſatiſdatione eſt adiectum*,Marſ.*d.n.* 154.*in fine, verſ. Aut in ipſa ſatiſdatione vtrumque nomen*, Felicem Phœb.*conſ.vlt.n.*26.

180 LIMITA XVIII. Propoſitam regulam † non procedere, quando quis fideiuſſit pro eo, qui fuerat indebitè captus:tũc enim fideiuſſor illum non repræſentando, ſicut promiſerat, nõ poteſt cogi ad ſoluendam pœnam, dummodo nõ ſit ipſe fideiuſſor in aliquo dolo,ſeu culpa. Sic enim confutatis contrariis & iure & ratione hanc comprobat limitationem Marſ. *in l....ff.de fideiuſſ.q.*14.*n.mihi* 156.& latè in pulchra facti ſpecie conſuluit Ceph. *conſ.*164.*per totum lib.*2. & faciunt quæ
181 ſcripſi *ſuprà hoc eodem titulo,quæſt.*30.*n.*67.*& ſequentibus*, † verùm in practica difficile eſſet obtinere quòd fideiuſſor citatus ad repræſentandum reum iuxta formam ſuæ obligationis,poſſet dicere de nullitate carcerationis rei, pro quo eſt fideiuſſum:vbi enim carceratus in relaxatione præſtat fideiuſſores de repræſentando, cenſetur approbaſſe capturam, nec ampliùs poteſt dicere de illius inualiditate vt *ſupra* dixi, *hoc eod.tit.qu.*27.*n.*150. Ergo nec etiam id licebit fideiuſſori,præſertim ſi in fideiuſſione renunciauit omni & cuicunque exceptioni ſibi competenti:tunc enim non prodeſt fideiuſſori exceptio nullitatis in carceratione rei, prout pariter fatetur Marſ.*d.n.*159.*ve ſ.Et idem dicas.*

182 LIMITA XIX. Eandem regulam,† vt procedat quando certum eſt fideiuſſorem teneri ad reum repræſentandum:tũc enim non repræſentando ſoluit pœnam in fideiuſſione contentam: ſecus ſi ſumus in dubio,quia ſi in dubio per regulã legis,*Non puto,ff.de iure fiſci* fideiuſſorem nõ teneri iudicãdum eſt,vt in terminis conſuluerunt Calephat.*inter conſ.crimin.diuerſ.lib.* 2 *in* 4.*folio,conſ.*87.*num.* 17. & Hieron. Gabr. *conſ.*181.*n.*26.*& ſeq.volum.*1.*& conſ.*173.*num.*4.*& num.*23. *volum.* 2.

[LIMITA XX. Quando fiſcus accepiſſet poſſeſſionem 183
bonorum confiſcatorum ipſius rei, quem quis repræſentare promiſerat: nam tunc fideiuſſores videntur liberati, cùm ſit confuſa actio,nec poſſint ipſis cedi actiones contra principalem, & ipſi ſoluentes repeterent ab eodem fiſco, quod non permittitur.*l. Vranius,& l.hæres a debitore,*§.*quòd ſi ſtipulator,ff.de fideiuſſ.*cum aliis per Marſ.*in rub.de fideiuſſ.quæſt.*48. *n.mihi* 407.*alias* 345.& per Mar.Ant. Eug.*d.conſ.*2.*n.*33.cx quorum dictis poſt hęc impreſſa addidi hanc vltimam limitationem.]pro qua eſt etiam tex.*in l.in fraudem.*§.*ſi principalis*,& ibi gl.1.*ff.de iur.fiſci*.& ante iſtos adeſt *conſ.* Raph.Cuman.32.*incip.Inculpatus,in vltimo dubio.*

ARGVMENTVM.

Carcerati contractus & obligatio, an & quando valeat.

SVMMARIVM.

*Carcerati contractus minimè valet,num.*1.*licèt alij contra,numer.*2.

*Carcerati contractus eſt nullus ipſo iure.n.*3.*&* 4.

*Verba nullius momenti important nullitatem ipſo iure,n.*4.

*Carcerati contractus non valet, etiam quòd ſit extractus extra carceres, ſed cum cuſtodia militum,n.*3. *amplia etiam quod dicatur in inſtrumento, quòd poſitus in libertate contraxit, num.*6.

*Contractus factus in carcere non firmatur iuramento,num.*7.*& ſeqq.debet tamen peti abſolutio.n.*12.

*Iuramentum firmat contractus inualidos,nu.*7.*ſed non inualidos,ipſo iure.num.*8.

Iuramentum firmat contractum metu celebratum,n 9. *ſed contrà,n.*10. *Diſtingue,vt de iure ciuili non firmet ſecus de iure canonico,ideo abſolutio petenda eſt,n.*12.

*Carcerati contractus non valet, etiam quòd in eo dicatur, quòd non vi aut metu ſed ſponte contrahii,n.*13.*& ſeq.*

*Metus non purgatur per clauſulam.ſponte,&c.in contractu appoſitam,n.*14.*& ſeqq.*

*Contractus principalis quando eſt nullus, nõ validatur per clauſulas in illo contractu appoſitas,n.*15.

*Confeſſio facta in carcere dicitur metu facta,n.*16.*ſed contrà,n.* 17.*concorda,quia prima opinio procedit in ciuilibus,ſecundà autem in criminalibus,n.*8.

Carcerati ſolutio facta ſuo creditori carceranti minimè valet, 19. *Quod intellige ſi carceratio erat iniuſta.ſecus ſi iuſta,numer.*29.

*Carcerati contractus factus in carcere priuato nec etiam valet, n.*21.*& ſeqq. vbi etiam de talea promiſſa a captiuis in bello, vel a latronibus.*

*Talea promiſſa per captiuum non debetur, quando bellum eſt iniuſtum: ſecus ſi iuſtum, & de materia,numer.*22. *& ſequenti.*

*Bellum quando dicatur iuſtum,& quando iniuſtum, remiſſiuè, num.*23.

*Carcerati contractus non valet,etiam quòd quis detineatur domi ſibi aſſignatæ loco carceris,n.*20.

*Carcerati contractus ſicut non valet,ita etiam nec valet fideiuſſio facta pro ipſo carcerato,n.*24.*& ſeq.*

Fideiuſſio non tenet,vbi principalis contractus nullus eſt,numero 25.

*Carcerati contractus ſicut non valet, ita nec valet factus ab eo, qui timebat carcerari,n.*26.*& ſeq.*

*Metus ſuſpicio æquiparatur ipſi metui,n.*27.

Carcerati contractus non valet,quando carceratio eſt iniuſta,n. 28. *vbi*

28.*vbi etiam quando dicatur quis iniustè carceratus.secus si carceratio sit iusta,n.29.*

Carcerati contractus cum Iudice,custode carcerum seu alio Officiali,minimè valet,etiam quòd carceratio sit iusta,n.30.

Carcerati contractus non valet, quando est celebratus cum ipso carcerante,& ad ipsius commodum,n.31.secus si est celebratus cum alio tertio,n.32.

Carcerati contractus celebratus cum tertio participe carcerationis,nec etiam valet,n.32.33.

Carcerati contractus cum tertio ad instantiam carcerantis, qui dedit causam illi contractui,iminimè valet,n.34.

Carcerati contractus factus ad sui vtilitatem valet & tenet,numero 35.

Carcerati contractus, promissio seu obligatio facta ad fauorem alicuius pro ipsius carcerati liberatione valet & tenet, etiam quod quis sit carceratus in carcere iniusto,n.36.

Carcerati fideiussor,qui pro carcerati liberatione aliquid soluit, solutum repetit,& debet indemnis releuari ab ipso carcerato, n.36.& seq.vbi hoc declaratur.

Carcerati contractus validatur per subsequentem ratificationem,n.38.declara,nisi duret eadem causa metus tempore ratificationis:quia tunc ratificatio nihil operatur,n.39.

Metus purgatur per subsequentem ratificationem, n.38.fallit, nisi duret eadem causa metus, n.39.

Carcerati contractus cum altero carcerato valet & tenet,num. 40.

Carceratus potest facere testamentum,n. 41. declara,vt n. 42. & seq.

Carcerati contractus valet de consuetudine,num.44. declara,vt num.45.

QVÆSTIO XXXV.

1 REGVLA constituenda est negatiua,†quòd scilicet omnis promissio, obligatio, seu contractus à carcerato in carceribus factus minimè valet:textus est *in l. qui in carcerẽ, ff.quod metus causa.* Qui *in carcerem*(inquit Iurisconsultus) *quẽ detrusit,vt ei aliquid extorqueret,quicquid ob hanc causam factum est,nullius momenti est.* Et per hunc textum hanc firmarunt regulam Bartolus ibi,dum summando illam legem,dixit ex eo probari,quòd carcer est iustus metus,& promissio facta in carcere detinenti, nullius est momenti, Baldus ibidem,*in d.lectura,parter in summario.*vbi quòd non valet contractus factus cum eo,qui detentus est in carceribus,& in 2. lectura, vbi quòd promissio & traditio facta in carcere in effectu nõ valet. Angelus etiam in summario, ac cæteri Doctores com-
* muniter*non solùm *in d.l.qui in carcerem sed in l.qui à latronibus,*post g.ibi,*in verbo,Possunt,ff.de testam.* Cyn. *in l.2.C. quod met.causa;*idem Baldus,*in rubrica,C.de rescinden.vend. n.4.*vbi quod ad validitatem contractus requiritur,vt ille,qui contrahit non sit in carcere, sed sit sui proprij corporis in libertate:qua vbi non est libertas corporis,ibi non præsumitur esse libertas mentis, Alex.*cons.241.in fin.n.10.vol.6.*vbi testatur,quòd ita tenent omnes scribentes *in d. l.qui in carcerem, & in l.falsis,col.penult.C.de furt.*Ruin.*consil.113.n.6.vol.5.* Fulg.*cons.76.*Iacobus *gest.col.1.vers.Cæterum his non obstantibus.* Cuian.*cons.68.in præsenti,n.2.* Marsi.*in pract.§.attingam,* * *n.2.*vbi etiam testatur de communi opinione : *& in tractatu a bannito,in verbo,carcerati, n.15.* quẽ refert Clar. *in pract.§.finali, quæst.46.vers.plerumque,ad finem.* Neuizanus *cons.n.47.* Guido Papæ *quæst.54.* Natta qui pluribus hanc regiam probat,*in cons.451.n.1.& seqq.li.2.* & latè etiam Rolad.*cons.2.n.47.& sequentib.vol.1. & cons.57.n.38. & sequenb.volum.3.*Steph.Lambert.*in tract. de contract.eorum,&c.*lo.10.*n.26.* Brunor.à Sole *in suo vnico cons.crim. n.191.*Cud.Battand.*in regul.crim.55.in fine,* vbi de magis
* commur*Menoch.*de arbit.quæst.casu 136.n.5.lib.2.cent.4.* Sforz.Odus Perusin.*in tract. de restitutio.in integrum.parte 3.quæs.n.38.*Petr.Nicol.Mozzius *in tract. de carcer.subtit.de naralibus contractuum, articulo quarto,n.69.fol.mihi 7.col.pria,& titulo quom. contract. deficiat,artic.7.n.33.fol. 9.colum.in fine,* Mascard. *de prob. conclus.1051.n.30.lib.2.*
2 & † lit contra propositam regulam apertè tenuit Ang. *in l.qui latronibus ff.de testamen.*vbi facta conclusione,quòd existens in carcere publico, & testari, & contrahere possit, subdit postea ex hoc deridendos esse eos, qui dicunt carceratos non posse contrahere,& Ang.referat Bonacosi.*in suis comm.opin. crim.parte prima,vers.Carceratus si infirmatur,in fine versiculi,fol.mihi 20.col.1.*non per hoc tamen ab ea recedas,quæ communis*est & verissima, declarata tamen,vt in- *
frà in limitationibus dicam:& Angeli dictum sic simpliciter tellectum in se verum non est, & repugnat iis quæ dixit in summario in dicta lege, *qui in carcerem*, & in locis infrà in discursu quæstionis allegandis.

AMPLIA I. Regulam propositam,†vt contractus à car- 3
cerato in carceribus factus non solùm sit nullus, sed etiam nullus ipso iure:prout bene probat tex.*in d.l.qui in carcerem, ff.quod met.can.*ponderando illa verba in textu posita, *nullius momenti.*†quæ verba important nullitatem actus ipso iure,*l.* 4
si quis Sempronium.ff.de hæred.instituen.capitulo ordinarij, in fine,& ibi notat.Anch.*de offi.ordinar.*Ias.*cons.122.col.3.in fin. vol.4.* & in specie ex virtute dictorum verborum ampliationem posuerunt Card. *cons.137.col.1.* Abb. *in cap.2. col. penult.vers. Excipiendo duodecimum casum,extra quod met.can.* vbi præpositis vndecim casibus, in quibus actus factus per metum,est nullus ipso iure,addit & duodecimum casum,qui cõprehendit sub se multos alios casus, in iis scilicet,quæ geruntur per ipsum carceratũ cum ipso detentore:quòd & dixit Fel.*in capitulo Rodulphus,columna 6.vers.alioquin,&c.extra de rescrip.* vbi referendo sequitur Card. *vbi supra* allegatum Natta *cons.451.n.25.*vbi allegat etiam Ang.*in l.si mulier, §.si dos,ff.quod met.can.* dicitque id probari apertè *in d.l. qui in carcerem*, & quòd ille textus ad hoc cauillari non potest, Roland.*cons.2.n.82.& seqq.vol.1.& cons.57.num.46.& seqq. volum.3.*

AMPLIA II.Vt †nec valeat cautela,qua vtuntur aliqui in 5
faciendo ponere carceratum extra carceres,sed cum custodia militum,& ab eo sic extra carceres posito contractũ seu promissionem extorquent,facta autem promissione ad carceres reducitur:talis enim contractus non aliter est, ac si in carcere factus esset, vt bene adnotarunt Bart. *in dicta l.qui in carcerem,n.1.in fine,ff. quod met. caus.* vbi quod istud extrahere carceratum ex carcere,donec faciat contractum, nihil valet, quia donec contrahens habet custodem,adeò quòd non potest ire quò vult, dicitur esse in carcere,*per l.qui neque,* & ibi Iacob.de Arena,*ff.de verb.signif.*quod & voluit Bal.*in d.l.qui in carcerẽ,in prima lectura,vers.Et dicitur detineri ille, qui nõ potest recedere,*Alb.*ibidem.post numerum secundũ.vers.Hoc nõ est verũ,*vbi quòd ex quo sic contrahens non est in libertate sua,adhuc dicitur carceratus, Ang.*pariter post numerum secũdum,ver.& si datur custodia dicuur in vinculis,*idem Ang. *in l.qui à latronibus,n.1.in fin.vers. Et ideo deridendi sunt ff. de test.*vbi deridet istam cautelam extrahendi ex carcere carceratos,vbi possint contrahere,Castren.*ibidem,n.3.in fine,v. Nec aliquid valet illa cautela.*Fel.*in capitulo ergo N.col.4.extra de iureiurand. & in cap.innouamus, circa princip.de treug. & pace.* Additio ad Parid.de Pu.*in rub.de captura,capitulo 4. Si Iudex processit post n.3.litera B,in ver.Persequutio,fol.mihi 138.col.2.*Abb.*in capitulo accedens,in 3.not.ab..procurat.* facit tex.*in l.succurritur,ff.ex quibus cau.maior.* vbi habetur quòd qui aliquo modo distringitur, vt euadere non possit, dicitur carceratus.Facit Bal.*in l.fi.ver.collige,C.de postlimi.reuer.*vbi dixit,quòd ille dicitur detineri inuitus, qui non permittitur abire,cum aliis in proposito consideratis,per Marsi. *in practica,§.attingam,n.24.& seqq.* Quibus addo pro hac eadem limitatione Ruin.*cons.113.n.3.vol.5.*Foller.*in pract.crim.verbo,Vel carceremur,n.19.ver.Et quid de cautela,*Fab.de Monte *in tract.de emp. & vendit.quæst.13.n.20.vers.licèt quidam ad cautelam,* Cagnol. *in l.libertas,n.3.ff.de reg.iur.* Cyril. *in summa crim.partic.3. rubr.de pœna Iudic. malè iudican.§ secundò,n.5.post vers.præterea captus per iniuriam,* Franc. Cas. *post tract.de indic.& tort.rub.de captura & carcere, capit.9.n.* 17. Steph. Lamb.*de contractibus eorum,&c.glos.11.n.27.*vbi tamen,quòd debet probari extra carceres positum,dum cõtraxit,adhuc fuisse sub militum custodia,ex quibus facilè patet,ampliationem hãc communiter*, ab omnibus receptam, *
& pro ea faciunt,quæ in simili suprà scripsi,*quæstio.27.n.11.* Natta *cons.451.num.15. & seqq. & num.18. volum.5.* † vbi 6
ampliat etiam quòd in instrumento fuerit dictum, quòd in

libertate constitutus se obligauit:illo enim timore, quo quis inducitur ad se obligandum, eodem inducitur ad sic affirmandum,*l.doli*,§.*diuersum.ff.de nouat.*Aretin.*cons.*14.*in tertio dubio.*

7 AMPLIA IIII. Vt † nec contractus in carcere factus firmetur iuramento:licèt regulariter iuramentum soleat validare contractum aliàs inualidum & nullum, *vt in capitulo cum contingat,extra de iureiur.& in capit. licèt mulieres,eod. titulo in 6.& in cap.2.de pact.in 6.*notant Doctores *in l.si quis maior,C.de transact.*Canonistæ *in capitulo Abbas,extra quod metus causa.*† Vbi tamen contractus est nullus ipso iure (prout
8 in casu nostro esse huiusmodi contractum probaui *supra*, *n.3.& seq.*(tunc iuramentum nihil operatur,ad glos.*in authen. si qua mulier,in prin.C.ad Velleia.*Fran.*in d.capitulo quamuis, de pact.in 6.*Rom.*in repet.l.1.column.6.verſ.Et audi duas notabiles cautelas,ff.de vsucap.*Anch.*cons.*138.*Retento ordine dubiorum*, Abb. post glos.*in capitulo secundo de eo, qui duxit in matrimonium,*Soc.iun.*cons.*44.*n.17.& n.20.volum.2.* vbi de
9 magis communi.† Et licèt rursus dici soleat,quòd iuramentum etiam metu extortum obliget iurantem,ad gl.*in capitulo verum,extra de iureiur.*saltem de iure canonico,cui in materia iuramenti standum est,licèt bene peti possit absolutio, & concedi debeat iuxta notata *in cap.si verò,& in d.capitulo*
10 *verum,de iureiur.*ac per Bart.& alios *in l.2.ff. quod met.cau.*† verius tamen videtur, quòd etiam nulla petita absolutione, iuramentũ in meticuloso contractu nihil operetur,quia præsumitur eodem metu extortum,quo extortus fuit principalis contractus, vt per Innocen. & alios in *capitulo super hoc,extra de renunciat.*Panormit.& alios *in d.capit.Verum extra,de iureiur.*Brun.*cons.*82.*per tot.* Affl.*decis.*263. vbi refert,quòd ita aliàs consilium Neapolitanum iudicauit, Neuiz. *in cons.*
11 22.*n.*39.Boër.*decis.*100.*n.*14. † & in terminis,quòd in contractu facto per carceratum iuramentum nullas habet vires, tradidit Card.*in d.cons.*137. vbi latè consuluit,quòd iuramẽtum metu extortum à carcerato,non sit obligatorium,nec in foro iudiciali,nec in foro pœnitentiali, Mart.*in cons.*525.*col.7.vol.*2. vbi loquitur in instrumento dotis facto per metum à carcerato,quod cùm sit nullum ipso iure,ideo iuramentum non validatur,cùm tale iuramentum non habeat aliquid validum,super quo possit stare,prout illum in proposito refert & sequitur Roland.qui pluribus in specie probat ampliationem,*in cons.*2.*n.*75.*& seq.lib.*2.*& cons.*57.*n.*55.*& seq.vol.*
12 3.& latè etiam Natta *in d.cons.*451.*n.*23.*& seq.vol.*2.† Sed quicquid præfati Doctores dicant, quorum conclusiones procedunt potiùs de iure ciuili,quàm de canonico,non desinas in occurrenti casu,iuramenti scilicet per metum extorti à carcerato vel ab altero petere & obtinere absolutionem, quam idcirco fore necessariam,post plures,quos allegat Doctores,scripsit Octa.Simoncel.*in tract.de decreto,lib.*3.*titulo*
* 8.*num.*174. & de communi* & practicata opinione testatur *in constitut. Marchiæ,glos.*2.*num.*19

13 AMPLIA IIII. Vt † carcerati contractus,ac obligatio tanquam metu facta minimè valeat,etiam quòd in eodem contractu dicatur,quòd non vi aut metu;sed sponte se obligauit: eodem enim timore,quo carceratus inductus fuit ad contrahendum,censetur etiam inductus ad sic affirmandum, quòd sponte contrahit, licèt re vera per metum faciat,*l.doli* §.*di-*
14 *uersum.ff.de doli except.* † Nec per clausulam,*sponte*,*&c.*probari potest actum fuisse sponte factum, vt declarat Ioan.de Imola *in capitulo sollicitæ,extra de restit. spolia.* quẽ refert & sequitur Aret.*in cons.*14.*vol.fi.*Fulgos.*cons.*176. Æmilia.*cons.*58.*n.*8.*& cons.*73.*n.*33.*& seq.*Alb.*cons.*77.facit gl.*in l.si patronus*,§.*Patronum,in verb.Fauianæ,ff.si quid in frau.patron.* vbi vult, quòd si principale negotiũ est factum in fraudem, eadem fraude præsumatur etiã opposita omnis clausula.Ideo sicut principalis contractus à carcerato factus præsumitur,
15 † ita eodem metu aliæ clausulæ adiectæ præsumuntur,ad notata per Bartol.& post Bart.communiter* Doctores *in l.nemo potest,col.*2.*ff.de legat.*1.& in simili tradiderunt Paris.*cons.*53.*n.*12.*volumine* 1.*& cons.*86.*n.*35.*vol.*3.Ceph.*cons.*118.*n.*32.*volumine* 1. præsertim in clausula,*sponte*,*&c.*quæ potiùs in instrumentis scribitur de stylo Notariorum,ac consuetudine, quàm de contrahentium voluntate,vt post Abb.quem allegat,docuit Bero.*in capit.*2.*num.*40.*verſ.Sed contra,extra de restitut.spoliat. cum pluribus similibus in proposito consideratis allegatis* per Menoch.*de recuperan.possess.remed.*1.*n.*191.*& sequen.*Roland.*cons.*100.*n.*133.*& sequen.vol.*4. & in terminis Natta *cons.*451.*n.*28.*vol.*2.ac idem Roland.*cons.*2.*n.*71.*seqq.vol.*1. ex quibus facilè dici potest, ampliationem hanc communiter* à Doctoribus receptam esse. *

AMPLIA V. Vt † nec valeat confessio facta in carcere:so- 16
lus enim carcer facit præsumere confessionem etiam sponte factam,metu extortam fuisse,secundùm gl.*in l. qui in carcerem,ff.quod met.caus.*Alber.*ibidem ante num.*2.plenè Marsi.*in pract.*§.*attingam,n.*19.*& in tract.de bannit.in verbo carceratus,n.*30.*& seqq.*vbi relatis & reprobatis contrariis,testatur de veriori & rationabili opinione;*& cons.*12.*nu.*29.*& cons.*18.*n.*21.*& cons.*29.*n.*33.*& cons.*48.*n.*29.Boss.*in tit.de carcer.n.*22.*verſ.Et ideo detentus,*Roland.*cons.*17.*n.*191.*& seqq.& n.*34.*vol.*3.vbi ampliat etiam in cõfessione geminata,decitque, ab hac sententia nec in iudicando,nec in consuluendo recedendum esse,Anch.*cons.*20.*n.*4.cuius opinionem dixit communem* Alex.*cons.*52.*n.*3.*lib.*3. prout illum refert Neuiz.*in* *
sylua nupt.in parte,non est nubendum,§. *deueniendo igitur ad quæstionem folio mihi.*51.*n.*64. est enim carcer species torturæ,secundùm Bal.*in l.si clericus,col.*2.*ver.Et primò,quæritur, C.de Episc.audien.& in l.*1.*C.qui ad libertat.peruen.nõ possunt.* & dixi *suprà hoc eodem tit.qu.*27.*sub n.*2. Ideo sicut confessio facta in tortura sine indit iis,dicitur facta metu tormentorũ, & confitenti non præiudicat:ita pariter nec præiudicare debet cõfessio facta in carcere.† Et licèt cõtrariũ senserint Bal. 17
in l.qui in carcerẽ,in 2.*lectura,n.*1.*&* 2.ac ibidẽ etiã Ang.*in fi. ff.quod met.cau.*Lanfranc.*in capitulo quoniam contra,in verbo, confessio,n.*22.*de prob.*Brun.*in tract.de indic.& tortu. parte* 2. *quæst.*2.*n.*4.*idem.* Alex.*cons.*119.*n.*8.*volumine* 7. Cæpol.*cons.* 40.*in* 7.*quæst.*idem Boss.*in tit.de confess.sub n.*76.Conrad.*in pract.tit.de confessione criminis.n.*5.*post medium.verſiculo voluit tamen Bald.folio mihi* 281.*col.*1.Clar *in practica*,§.*finali, quæst.*64.*sub verſ.Sed an fortè,*vbi dixit non esse verum quòd cõtraria opinio sit communis,prout testatur Neuiz.& Alex. in locis suprà allegatis, & non solum affirmat eam non esse 18
communem, sed nec etiam veram,nec in practica seruatam: † nihilominùs pro concordia,& quatenus attinet ad præsentẽ materiam, distinguere potes inter confessionem ciuilem & criminalem:in ciuilibus enim confessio carcerati facta ad fauorem carcerantis minimè valet,sicut nec etiam valet con- *
tractus & obligatio:in criminalibus autẽ ex solo carcere confessio non potest dici nulla secundum magis * communem opinionem, de qua sic distinguendo testatur Claud. Battan. *reg.crim.*55. & ita pro nunc teneas remittẽdo ne ad ea,quæ latiùs dicam *infrà,in* 2.*libro*, *in materia confessionis emanatæ metu tormentorum*, vbi latiùs hanc quæstionem reassumam, sub titulo de reo confesso & conuicto.

AMPLIA VI. Vt † non solùm non valeat contractus,obli- 19
gatio, seu confessio facta per carceratum in carere ad fauorem carcerãtis,sed nec etiam valeat solutio,vt pot Bal.quem allegat *in l.falsus,col.finali,C.de fur.*consuluit Rolnd.*in cons.* 2.*n.*51.*vol.*1.*& in cons.*57.*n.*42.*vol.*3.& est de mente eiusdẽ Baldi *in dicta l.qui in carcerem,in* 2. *lectura*, *in princ.ff. quod met.caus.* vbi summando illum textum dixit non solùm promissionem, sed nec etiam traditionem factam in carcere,in effectu valere, & bene probat textus *in dicta lege qui in carcerem*,ponderando verbum,*extorqueret*, quod dolui natura sonat etiam ineffectualem receptionem.

AMPLIA VII. Vt † nõ valeat contractus nõ solùm factus 20
ab eo,qui est in carcere publico,sub militum custoia;sed etiam nec ab eo, qui sub fideiussione, vel sua obligione habet aliquam domum pro carcere, prout aliàs fuisse decisum testatur Guido Papæ *decis.*253. *Si quis dedit fideiussores,versic. Et hæc sunt singularia*,& sequitur Menoch. *de arbit.quæst. lib.*2. *casu* 301. *numer. decimo*, *cent.*4. & faciunt iæ suprà scripsi *hoc eodem titulo,quæst.*30.*n.*2. vbi probaui ceratum dici non solùm eum,qui sub clauibus & clausura tinetur, sed etiam qui ad sui libitum discedere non potest,prout videtur is qui stat sub præcepto,obligatione,vel fideiussione de non discedendo ab aliquo loco sibi pro carcere ãgnato.

AMPLIA VIII. Vt † multò minùs valeat promissio,seu cõ- 21
tractus factus in carcere priuato,vt per Ab.*in dic.l.qui carcerem,post n.*3.*ff.quod met.causa.*Afflict.post Io.de Ana,quẽ allegat *in dicta l.qui in carcerem,in dec.*140.*In causa agistri*

Pnedis,

*Palamedis,n.*1.Follet.*in practica crim.in verbo,vel carcerentur,n.*19.*ver.Aut est carceratus in priuato carcere*, vbi adidē allegat Bal.*in cons.*227.*lib.*2.& Aret.*in cons.*14.Fab.de Mōte.*in tract.de empt.& vendit.in* 13.*quæstione*, *post numerum* 20.vbi dixit quòd tex.*in dicta l. qui in carcerem* propriè loquitur in detento in carcere priuato, nec dissentit Vmbert. Locat.Placentin.*in sua praxi Iudic. inquisitorum*, *in vers.ad carcerem dum quis condemnetur.* ibi, *& nota quòd in carcere priuato detentus,&c.folio mihi* 38.vbi loquitur generaliter etiam in omni carcere iniurioso & iniusto, vtputà à latronibus,
22 vel tyranno:& in specie de capto ab hostibus,†vel latrunculis,quòd non valeat promissio pecuniæ illis per captū facta: quā nos hodie taleam vocamus,posuit idem Afflict. *in dicta dec.*149.*n.*2.vbi quòd sic hanc taleā promittens,nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur,quando bellū est iniustū,secus si es-
23 set iustum:sed quādo bellum dicatur,†seu præsumatur iniustum, & ad alia ad materiam ad hoc vt ista talea possit exigi ab illā promittente,vide latè per Boss. *in titulo de captura,n.* 57.*& seqq.*& an tertius promittens,vel soluens taleā, vt captiuū ex manibus hostiū,vel latronū liberet, possit illam repetere ab ipso capto,& liberato,dicam,*infra,n.*36.*& seq.*

24 AMPLIA IX. Vt†nec valeat fideiussio facta ad instantiā carcerati aliquid promittentis,vt in terminis tradidit Afflict. *dicta decis.*149.*n.*2.*ad finem*, *vers.Et si non valeat contractus.* Ratio ampliationis duplex est.Prima,quia vbi nō valet principalis contractus,tunc nec etiā valeat accessorius fideiussionis,*l.si sub impossibili,ff.de fideiuss.l.cùm lex.ff.eodem*,cum aliis relatis per Anton. Gomez. *var.resol. tomo* 2.*tit.de fideiuss.n.* 1.& per Crot.*in cons.*135.*n.*25.*& omnibus sequentibus*, vbi
25 latè.†Secunda est ratio,quia omnes exceptiones competentes principali contrahenti,competunt etiam fideiussori,*l.omnes,ff.de except.l.exceptiones*, *la seconda*,§.*rei,ff.eodem*, cum aliis suprà relatis *in anteceden.quæst.*34.*n.*25. sed sic est quòd principali carcerato aliquid promittenti competit exceptio metus,de qua *in d.l.qui in carcerem*,ergo & illa eadem exceptio competere debet fideiussori. Sed isto casu,an fideiussor valens se tueri exceptione,& nihilominus possit solutum repetere à principali debitore, vide *infra n.*39.*& seq.*

26 AMPLIA X.Regulā†vt procedat non solùm in carcerato,sed etiam in carcerando:fingamus enim quòd quis extorqueat ab altero aliquam promissionem,seu obligationem,eidem incutiendo metum,quòd aliàs illum carcerari,vel ad instantiam alterius forsan carceratum arrestari faciet:tunc sine dubio talis promissio, seu obligatio sic per metum cōminati carceris extorta minimè valebit,nec exequutionē merebitur, etiam quòd sit vallata guarētigia, aut alio exequutiuo priui-
27 legio:†vbi enim est iusta suspicio metus,ibi dicitur esse iustus metus,Bal.*in l.finali,col.*1.*in fin.C.de iure deliberand.*& quæliber probabilis suspicio metus æquiparatur ipsi metui, Iacob. Æmil.*consilio* 2.*n.*9.Et paria sunt,aliquid coactè facere, vel metu ne cogatur,*l.nouissimè*, & ibi Bald.*ff.quod cum falso tuto.*Decius *cons.*690.*n.*10.post Anchar& Andr.de Isern. ibi per eum allegatos, Bartol.*in l.*2.*in* 2.*lectura vers.Debetis scire,C.de his,quæ vi metúsve causa fiunt*,Paris.*cons.*139.*n.*17. *vol.*4. Bossius *in titulo de carcere, post numerum* 22.*vers. In contrarium facit*, Roland.*cons.*2.*n.*72.*sequenti vol.*1. Ossasc. *decis.Pedem.*177.*n.*2. Mascard. *de probatio.lib.*2.*concl.*1051. *n.*26.Et hoc non credo habere difficultatem.

28 LIMITA I.Propositam regulam,† vt procedat in carcere iniusto,secus in carcere iusto;sic enim in iniustè carcerato intelligi debent omnes Doctores suprà allegati ad comprobationem regulæ,in qua propterea generaliter distingui potest, quòd si carceratus est iniustè carceratus, eius promissio ac obligatio prorsus nulla sit, vt in terminis de iniustè carcerato loquuti sunt Alb.*in dicta l.qui in carcerem.post n.*3.*quod met.*
* *cau.*Alex.*cons.*241.*num.*10.*vol.*6.vbi testatur de * communi opinione,Roman.*cons.*116.*n.*1.*in fine*,& ibi Hor.Mandos.*in addit.*Ruinus*in cons.*113.*n.*6.*vol.*5. Additio ad Guido.Papæ *decis.*253. *litera C*,Natta *cons.*451.*n.*1.*lib.*2.Roland.*cons.*2. *n.*47.*vol.*1.*& cons.*57.*n.*38.*vol.*3.Afflict.*dec.*149.*post n.*1.vbi ampliùs in proposito,iniustè carceratum dicit non solùm eū, qui debitor non est,sed etiam illum,qui licèt debitor,sit,non tamen ritè ac iuris ordine seruato captus est.

29 Si verò † carceratio est iusta & tunc valeat obligatio, vt per Bald.*in rubr.C.de rescinden.vendit.n.*4.*in fine*.Bartol.*in d.l.qui in carcerem,post numerum primum,ff.quod met.cau.* Bal. *ibidem,in prima lectura,vers. Item etiam cum detinente licitè: & in* 2.*lectura,vers.Quòd si quis est iustè detentus, in* 3.*lectura,in fine,vers.Secus si licitè*, Alb.*in d.l.qui in carcerem,per totum*, vbi ponit quæstionem de iustè carcerato dante in solutum suo creditori aliquam rem: disputátque an talis datio in solutum valeat; & reprobatis contrariis concludit quòd sic, Ang.*ibidem n.*3.idem Bart.*in l.qui à latronibus,sub num.*2.& Castren *post numerum* 3.*ff.de testam.* idem Bart.post gloss.*in l.qui neque*,§.*solutum.ff.de verborum significatio.*Paris *de syndic.verb.compositio, capit.*7.*n.*5. Marsi.*in pract.*§. *attingam,n.* 22.*ad finem,vers.Vel si cum illo non sit indebitè carceratus, & n.*23.*vers.Item fallit,& in tractatu de bannit.in verbo, carcerati,n.*15.*vers.Vel si contrahat,& n.*16.*vers.Item fallit*, Fab.à Monte *in tractatu de empt.& vendit.in* 13. *quæst.post numerum* 20.Bossius *in titulo de carcer.n.*22.*vers. Est quæst.de pane quarendo*,vbi testatur de communi*opinione Doctorum, *
Horat.Mandos.ad Rom.*d.cons.*216.Stephan.Lamb.*in tract. de contractibus eorum,&c. glossa* 10.*n.*27. Franc. Cason. post tractatum *de indic.& tort.in quæstionibus,captura* 9.*de captura & carcere,post n.*17.Mascard.*de probatio.lib.*2.*concl.*1051. *num.*31.

SVBLIMITA Hanc limitationem,†vt procedat prout loquitur,videlicet quando iustè carceratus aliquid promittit ad fauorem illius, qui eum carcerari fecit; vnde secus si ad fauorem Officialis,vtputà Iudicis vel custodis eum detinentis: quia tunc licèt carceratio sit iusta, promissio tamen carcerati non valet,vt in terminis disputando concludit Boss. *in tit.de carcere,n.*22. *&* 23. vbi ampliùs dicit, quòd licèt Officialis aliquem in carcere non detineat, adhuc tamen contractus cum suo subdito factus minimè valet, *per l.principalibus*, & ibi Ias.*ff. si cert.pet.*quia præsumitur per metum factus,*l.si per impositionem,C. quod met.cau.*cum aliis ibi per Bossium allegatis. 30

LIMITA II.Vt†regula procedat in carcerato contrahente cum ipso carcerante,& ad ipsius carcerantis vtilitatem:secus in contrahente cum altero tertio,qui non carcerauit, & ad illius tertij vtilitatem. Primo enim casu contractus minimè valet,prout vltra Doctores suprà allegatos ad comprobationem regulæ in specie de contrahente ad vtilitatem & cōmodum carcerantis loquuti sunt Bart. *in l. qui à latronibus, post num.*2.& ibidem Castrens.*post.num.*3.*ff. de testam.* Bald. *in rubr.C.de rescinden.vendit.post num.*4. Rom. *cons.*216.*n.* 1.*in fin.*Alexand.*cons.*241.*in fine,vol.*6. vbi testatur de communi,*Foller.*in pract.crim. verbo,carcerentur post n.*19.*ver.* * *& tunc aut sit contractus ad vtilitatem carcerantis*.Natta *cons.* 451.*n.*1.*vol.*2.Roland.*cons.*2.*n.*47.*vol.*1.*& cons.*57.*n.*38.*&* 43.*vol.*3.Fabian.de Monte *in tract.de empt.& vendit.in* 13.*q. post n.*20. Stephan. Lambert.*in tract. de contractibus eorum,* *&c.*gloss.10.*num.*27. 31

Secundo autem casu, † quando contrahitur cum tertio non carcerante,valet contractus,sicuti expressè declarant gl. *in d.l.qui in carcerem*,& ibi Bar.*sub n.*1.Bald.*in* 1.*lectura,ver. Secus si cum tertio,ff.quod met.cau.*idem Bart.*in l.qui a latronibus,post n.*2.Alb.*n.*1.*in fine,vers.Et sic intelligo*, Castren.*n.* 3.*ff.de testamen.*Ruin.*cons.*113.*n.*7.*vers.& istud confirmatur, vol.*5.Vrsil.*in addit. Afflict.decis.*246.*n.*8. Marsi.*in practica*,§. *attingam,post num.*22.*& in tract.de bannit.in verbo,carcerati,num.*75.*vers.Et primò fallit*,Foller.*in practic. crim.in verb. carcerentur,num.*19.*vers.Sed dubium stat*, Natta *cons.*451.*n.* 5.*volum.*2.Additio ad Guid.Papæ *decis.*253.*si quis dederit fideiussores,litera G,in principio additionis*. Stephan. Lambert. *in tractatu de contractu eorum,&c.glossa* 10.*n.*27.Mascard.*de probatio.concl.*151.*n.*32.Ex quibus sine dubio dici potest,declarationem hanc communiter * à Doctoribus receptam es- *
se,& pro ea bene facit textus *in l. metum*,§.*sed licèt.ff. quod met.cau.* 32

SVBLIMITA I. Hanc 2. limitationem † non procedere, quando ille tertius, ad cuius fauorem & commodum carceratus contrahit,fuisset etiam particeps illius carcerationis:nā tunc nec valet contractus ad eius fauorem factus,quia eadem ratio, quæ militat in carcerante, procedit etiam in participe carcerationis, sicut etiam in participe expressè loquuti sunt Bartol.*in d.l.qui carcerem,n.*1. Bald.*ibidem in prima lectura, in principio,versicul.Secus si cum tertio,qui causam detentioni,* 33

ff. quod met. caus. Guid. Papæ *dicta dec. 253. litera C. in princ. additionis*, Afflict. *d. decis. 149. post n. 4.* Bos. *in titulo de carcere, n. 25. in fine*, Menoch. *de arbitrio quæst. lib. 2. casu 136. n. 5.* & faciunt quæ mox dicam in sequenti sublimitatione.

34 SVBLIMITA II Eandem 2. limitationem † non procedere, quando carceratus contraheret cum illo tertio ad instantiam carcerantis: tunc enim nec etiam talis contractus valet, sicut in specie per textum, qui hanc sublimitationē bene probare videtur, *in l. non interest.* & ibi Castren. & communiter* omnes, *C. quod met. cau.* tradiderunt Alex. ad Bart. *in d. l. qui in carcerem, in vers. Secus si alteri, litera C, ff. eod. tit. quod metus causa.* vbi quòd valet contractus factus cum altero quam cum detinente: nisi sit factus ad instantiam detinentis, Marsil. *sing. 306. Materia carcerati, vers. Scias tamen*, vbi post Castr. *in dicta l. non interest*, ponit casum in Tyranno, qui vt à suo subdito pecuniam extorqueret, illum carcerari fecit, & non habens carceratus pecuniam, cū qua se liberaret, fuit coactus vendere vnam possessionem alteri tertio: qui emens pecuniā exbursauit venditori, & à venditore illam postea extorsit Tyrannus, inquit ibi Marsilius, post Castrens. *in loco prædallegato*, quòd poterit isto casu carceratus venditor recuperare illam possessionem ab emptore, etiam non restituto ei pretio, & verum dicit, quando ille emptor emit ad instantiam Tyrāni carcerantis, qui sic carcerauit, vt bona sua venderet, deditque propterea causam immediatam contractui, & venditioni; aliàs secus, vt infrà dicam, *n. 36. & seq.* & in specie Castrensis doctrinam sic optimè declarat Ruin. videndus dicto *cons. 113. n. 4. & n. 6. vers. Secundus casus, & n. 7. post medium, ver. Et pro prædictis facit, & vers. Et est aliud, & ver. Quod est intelligendum, vol. 5.* in quibus locis optimè declarat, an & quādo non valeat contractus factus cum tertio etiam non participante de metu illato per carcerantem: quando tamen metus fuit causa immediata illius contractus. Et idem dixit Bos. *in titulo de carcere, n. 25.* vbi facit generalem conclusionem, quòd quando metus est causa proxima obligationis, obligatio nihil valet, etiam facta cum tertio nō participante de metu. Addo & pro hac eadem ampliatione Vrsil. *in addit. ad Afflict. d. decis. 149. n. 1.* vbi sequitur doctrinam Castren. *in dicta l. non interest.* Placentin. *in praxi Iudic. Inquisitorum, sub versiculo, ad carcerem dum quis condemnatur, &c. fol. mihi 38.* vbi quòd valet contractus factus cum alio, quàm cum ipso detentore, nisi ad hoc detineatur vt contrahat.

35 LIMITA III. Vt † non valeat contractus factus à carcerato ad vtilitatem ipsius carcerantis; vnde secus si contractus respiceret carcerati vtilitatem, quia tunc valet: sic enim est de mente omnium Doctorum allegatorum *supra, nu. 31.* & in specie scripserunt Bal. *in rubrica, C. de rescind. vend. n. 4. in v. Et hoc est verū, nisi cōtractus sit vtilis ipsi carcerato.* & ibi And. Barb. *in addit. litera D, in verbo, in carcere, vers. Fallit tamen si ille contractus sit vtilis carcerati.* Alia additio ad Guid. Papæ *dec. 253. in litera C, verbo, Non subsidit, in fine addit. in v. Istud tamen in omni casu fallit, quando contractus tendit in vtilitatem carcerati*, Decius *cons. 691. n. 5. volu. 5.* Fab. de Monte *in tract. de emptio. & vendit. quæst. 13. n. 20.* Marsil. *in pract. §. attingam, n. 23. vers. Item fallit, nisi in vtilitatem ipsius carcerati, & in tract. de bannit. in verbo, Et carcerati, n. 16.* Masc. *de probatio. lib. 2. conclusione 1051. n. 33.* vbi etiam & in idem allegat Comen. *cons. 81.* Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 4. n. 14.* & Card. Alban. *in suis lucubrat. ad Bart. in l. qui in carcerem, in fine, n. 2.* ex quibus haud dubiè apparet, ita communiter * à Doctoribus teneri.

36 LIMITA IIII. Et hæc limitatio venit illatiuè ex præcedēti limitatione, † vt regula non procedat in promissione facta per carceratum non carceranti, sed alicui tertio pro sua liberatione: nam non solùm valet talis promissio facta liberatori alicuius captiui etiam ab hostibus, seu latronibus: verum si ille liberator pro liberando captiuum, aliquid de suo proprio soluerit quod soluit, repetit, prout benè hæc probantur *in l. nam & Seruius, ff. de negot. gest.* dum per hæc verba disponit. *Cum à Lusitanis tres capti essent, & vnus ea conditione missus, vt pecuniā pro tribus afferret: & nisi rediisset, vt duo pro eo quoque pecuniam darent, isque reuerti noluisset, & ob hanc causam illi pro tertio quoque pecuniam soluissent: Seruius respondit æquū esse, Prætorem in eum reddere iudicium.* Ecce ergo, quòd ille, qui pro captiuo fideiubet, ac soluit, debet ab ipso indēnis relevari: tum quia est is qui incarceratum teret, ideo subintrat allegata *supra, n. 32.* tum etiam, quia eius fideiussio & solutio tendit ad captiui liberationem & vtilitatem, vt modò dixi *supra, n. 35* & ad idem facit etiam alius textus *in l. metum, §. sed licèt, ff. quod metus causa*, dum pariter in eo sic dicitur. *Sed licèt vim factam à quocunque Prætor complectatur, eleganter tamē Pomponius ait, si quò magis te de vi hostium, vel latronum, vel populi tuerer, vel liberarem, aliquid a te accepero, vel te obligauero, non debere me hoc edicto teneri, nisi ipse hanc vim tibi submisi. Cæterùm, si alius vim submisit, teneri me non debere, ego enim operæ potiùs meæ mercedem accepisse videor.* Et ex hoc textu pariter apertè probatur, valere promissionem ac obligationem factam alicui tertio non participi illati metus à captiuo, & carcerato etiā in carcere priuato, vel aliàs iniusto, vt ipsum ex carceribus liberaret. Quare iuncto textu prædallegato *in d. l. nam & Seruius*, dici potest non solùm valere talem promissionem, seu obligationem, sed etiam si quid adhuc effectum per fideiussorem, seu alium solutum fuerit, posse repeti; & ita per hæc iura limitationem hanc in specie firmarūt Ang. *in l. qui in carcerem, n. 3. ff. quod met. cau.* vbi generaliter dixit, quòd omnis promissio facta per carceratum etiam in carcere iniusto facta tertio, vt eum ex carcere eximat, valet & tenet: Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. qui in carcerem, in verbo facere testamentum, litera E*, vbi dixit, quòd licèt regulariter valeat promissio facta à carcerato in carcere, valet tamen vt quis se ab hostib. redimat, etiam quòd sit facta in carcere priuato. Et idem consulendo tradidit Rom. *in cons. 316. n. 1. &* 2. Dec. *cons. 661. n. 5. & seq. vol. 5.* vbi pluribus exornat hanc limitationem: meliùs exornat ac declarat Ruinus videndus *in d. cons. 113. n. 7. per tot. vol. 5.* vbi respondet ad contraria, & præsertim ad ea, quæ suprà scripsi *n. 34.* vbi feci conclusionē, quòd nec ad fauorē tertij valet promissio facta per carceratum, quando metus carcerantis fuit immediata causa illius promissionis seu contractus. Adeas, vt dixi, Ruinum eo loci, quia bene declarat materiam. Et pro hac eadem limitatione est decisio Afflict. 149. *n. 3. &* 4. vbi magistraliter resoluit, an & quādo fideiussor soluens taleam pro captiuo, illam repetere possit: dicitque quòd si fideiussor non fuit particeps captiuitatis, & coactè soluat, sine dubio potest repetere à captiuo liberato, & hoc non habet difficultatem. † Si verò soluat sponte, cùm posset solutionem effugere, ac defendere se exceptione metus illati in principalem, † iuxta ea quæ suprà posui, *num. 24. & seqq.* & tunc recurrendum est, inquit Afflictus, ad materiam *l. creditor. ff. de solut.* & ad ea, quæ ipse idem scripsit *in dec. 150.* & ad ea, quæ ipse idem scripsit Afflictus *in decis. 149.* vide etiam Cæsarem Vrsil. *ibi, in addit. n. 5. 6. & 7.* vbi refert etiam consuluisse in occurrenti facti specie. 37

LIMITA V. Nisi † carceratus postquam ex carcere fuit liberatus contractum ratificauerit: valere enim ratificationem, dixit *gloss. l. qui in carcerem, ff. quod met. caus.* facit tex. *in l. 2. C. eodē, & in l. si ob turpem. ff. de condic. ob turp. cau.* & quod scripsit Bald. *in rub. extra quod metus cau.* vbi dixit, per spontaneū actum purgari metum, vbi quis est in loco tuto. Refert, & sequitur Natta *in d. cons. 451. n. 19 vol. 2.* † Vbi tamen hanc limitationē declarat procedere, nisi ratificatio vel verbis expressa, vel facto per aliquem actum tacita fiat in tempore, in quo adsit eadem causa metus, quia metus causa durante, quælibet subsequuta ratificatio contractum retro metu factum minimè validat, vt ibi per eum, & communiter* à Doctoribus recipitur, vt colligi potest ex traditis per Cynum *in l.... Cod. quod met. caus. in 2. quæst.* prout illum refert, & sequitur idem Natta *d. cons. 451. n. 16. & 17.* Foller. *in pract. crim. verbo, vel carcerētur, n. 19. ad finem, vers. metus carceris durat*, vbi loquitur in terminis de ratificatione facta contractus carcerati per subsequentem solutionem. Et ita etiam ad propositum plurib. exornat & concordantes adducit Roland. *cons. 2. n. 87. & seq. vol. 1.* aliósque plures refert & sequitur Brunor. à Sole *in suo cons. crim. vnico, n. 183. & n. 192.* aliósque plures cumulat Masc. *de prob. lib. 2. concl. 1051. num. 34. & 36.* & vltra alias decisiones est *decisio Pedemon. 177. n. 8. & seq. & decisio Lucen.* Ioseph. Ludou. 8 *num. 1. & seq. prima par.* vbi etiam testatur de communi* opinione. 38 39 *

LIMITA VI. Vt † valeat cōtractus factus ab vno carcerato cum altero carceratorsic enim per tex. *in d. l. nā & Seruius, ff. de negot.* 40

*nego.gest.*scriptum reliquit Bald.*in d.l.qui in carcerem,in 2.lectura,ante n.1.ff.quod met.cau.*Prosp.Carauita *in ritus magnæ Curiæ, ritu 106.ad fin.n.11.* vbi propterea dixit post Bartol. quem allegat *in l. Romanus,ff.de tutor. & curator.dat.ab his,* posse carceratos ad inuicem fideiubere,& ita apud eum seruariteſtatur.

41 LIMITA VII.Vt†carceratus non prohibeatur facere testamentũ ad text.*in l.qui à latronibus,ff.de testam. Qui a latronib.*(inquit Iurisconsultus)*capti sunt,cum liberi manẽt,possunt facere testamentum.* & ibi hoc notat Ang. & Imola,idẽ Ang.*in l.si quis post,ff.eod.*Bar.post gl.*in d.l.qui in carcerem,n.2.*& ibi idem Bal.*in 1.lectura pariter sub n.2.ff.quod met.cau.*

42 SVBLIMITA Hanc limitationem†non procedere,quando carceratus faceret testamentum ad commodum detinentis,quia tunc nec valet eius testamentum,vt per eundẽ Bartol.*in d.l.qui in carcerem,*& ibi etiam Bal.*in 2.lectura,*ambos *sub n.2.ff.quod metus causa.*Alber.*in l.qui a latronibus,etiam n.2.*& ibi etiam Angel.& Castr.*ff.de testam.*

43 LIMITA rursus prędecedentem sublimitationem†non procedere in carcerato iustè;nam & is non prohibetur testari etiam ad fauorem detinentis, vt expressè declarat Bald.*in d.l. qui in carcerem,in 1.lectura,sub n.2.ff.quod met.caus.* Bart. & Castren.*in l.qui à latronibus,ff.de testam.* Stephan. Lamb.*in tract.de contract.eorum,&c.gloss.10.n.27.*Bost.*in tit.de carcere,post n.22.*vbi testatur de communi*opinione.Et sic vides, vt prælegati Doctores etiam animaduertunt,quòd nulla in effectu est differentia inter contractum, vel testamentum carcerati: quia etiam carcerati contractus valet factus ad fauorem carcerantis, quando carceratio erat iusta,vt suprà adnotaui,*n.29.in 1.limitatione.*

LIMITA VIII.Vt†quicquid sit de iure,de consuetudine 44
tamen valeat contractus etiam factus in carcere,sicuti testatur Alber.*in d.l.qui in carcerem,ad finem.ff.quod met.cau.*vbi dixit ita continuè seruari in practica, quòd existens in carcere publico cõstituit procuratores,satisdat,& alios contractus facit. Et Albericũ *vbi suprà,*refert,& sequitur Clar.*in pract. q.46.vers.Plerumque verò,in fine,*& Clarum pariter refert,& sequitur Bonacos.*in commun.opin.parte 1.vers.Carceratus de consuetudine,fol.mihi 20.col.2.in princip.*

Sed circa hanc limitationem aduerte,ne erres, † quia Al- 45
bericus, cuius authoritatem originaliter referunt Doctores præfati, loquitur expressè in casu, in quo carceratio est iusta & licita: nec vllus metus, aut vis contractus etiam de iure communi validus est.At vbi carceratio est iniusta, & ad fauorem carcerantis, qui vim & metum carcerando intulit, contractus celebretur:tunc quòd de consuetudine talis contractus valeat; nec Albericus hoc dicit, nec si diceret eius opinioni standum esset,quia consuetudo talis,etiam quòd in aliquo loco vigeret,minimè attendenda esset tanquam irrationabilis & contra bonos mores.

Sit laus Deo semper. Cùm hodie,qui est dies decimusoctauus mensis Februarij anni 1588.sedente summo, sanctissimóque Pontifice Sixto V.& anno ætatis meæ quadragesimoquarto.Quæstionum & communium opinionum criminalium huic primo libro supremam apposuerim manum;faciat idem Deus pro sua infinita misericordia, vt in posterum pro communi, & publica vtilitate, magis pacato animo, quàm hucusque feci, posſim ad operis ac aliorum trium librorum perfectionem deuenire;sed vtinam! Ars longa, vita breuis;sed omnia potest Deus.

Finis Tituli de Carceribus, & Carceratis.

LAVS DEO.

LAUS DEO

PROSPERI FARINACII

IVRISCONSVLTI ROMANI,

VARIARVM QVÆSTIONVM,

ET COMMVNIVM OPINIONVM CRIMINALIVM.

LIBER SECVNDVS.

De Indiciis, & Tortura, Titulus V.

ARGVMENTVM.

Indicium quid,& quotuplex sit,quid præsumptio, quid suspicio, quid coniectura, quid argumentum, quid signum, quid adminiculum, quid opinio, quid dubitatio, quid fictio, quid probatio, & quid semiplena probatio, quomodo hæc inter se differant, & in quibus conueniant.

SVMMARIVM.

Doctrina omnis,& omnis disciplina rectè à vocabulorum cognitione incipit,n.1.

Termini sunt priùs intelligendi, antequam aliquid determinetur, n.2.

Natura ab elementis incipit, ita & ars exordiri debet,num.3.

Probatio pluribus modis à Doctoribus diffinitur seu describitur,n.4. & seq.Vbi referuntur definitiones.

Probatio est rei dubiæ per argumenta ostensio,n.5.

Probatio est extrinseca demonstratio rei dubiæ,per modos à iure statutos,n.6.

Probatio est rei dubiæ per testes,vel instrumenta,& plerumque per indicia,& præsumptiones ostensio,n.7.

Probatio est fides veri legitimis modis,& temporibus facta cognitori causæ,n.8.

Probatio est ostensio rei dubiæ,per legitimos modos Iudici facienda in causis apud ipsum Iudicem controuersis, numero 9.

Definitiones rerum in legali scientia parum vtilitatis afferunt, n.10.

Probationum plures distinctiones referuntur, numero 11. & seq. Alij enim dixerunt esse quinque probationum species, numero 12. Alij duodecim, numero 13. Alii sex,numero 14.& numero 18. Alii nouem,numero 15. Alii decem,n.16. Alii septem,n.17.

Probatio alia est plena,alia est semiplena,n.19.

Probatio plena est illa,quæ tantam fidem facit, quanta ad finiendum controuersiam sufficit.n.20.

Probatio semiplena dicitur ea,per quam rei gestæ fides aliqua fit Iudici,sed non tanta,vt iure eam debeat sequi in sententia,n.21.

Probatio semiplena inducitur quatuor modis,nempè per depositionem vnius testis de visu,per comparationem literarum, per scripturam priuatam,& per præsumptionem non vrgentem,n.22.

Probatio alia est vera,alia est præsumptiua,n.24.

Probatio alia est inartificialis,alia artificialis,n.24.

Probatio inartificialis est ea,in qua nominatim,sine hominis arte,reperitur quod intendimus,n.25.

Probatio artificialis est ea,quæ tota in arte consistit,& versatur n.26.

Probatio alia euidentissima,alia euidens,& alia minùs euidens, n.23.

Probatio euidentissima est ea,quæ fit per priuilegia,vel per instrumenta indubitata,n.23.

Probatio euidens est ea,qua fit per testes, vel per facti euidentiam,n.23.

Probatio minùs euidens est ea,quæ fit per hominis coniecturas, n.23.

Indicium est signum alicuius maleficii commissi,vel alterius rei de qua agitur,n.27.

Indicium est coniectura ex probabilibus,& non necessariis orta, à quibus potest abesse veritas,sed non verisimilitudo,n.28.

Indicium est comprehensio veritatis rei tacitæ pro expressa, post n.29.

Indicium est probabilis suspicio ex probabilitate coniecturæ consurgens,post n.29.

Indicia aliquando cogunt Iudicis conscientiam ad iudicandum secundum ea,n.28.

Indicium est præsumptio minima hominis boni seu dicLans argumentum à specie probationis,n.29.

Indicia accipiuntur pro quibusdam circumstantiis verisimilibus,& probabilibus,n.28.in fine.

Indicium dicitur ab indicando,n.30.

Indicium est demonstratorium adminiculum ad veritatem indicandam,n.31.32.

Indicium est præsumptio fortiter mouens animum Iudicis ad aliquid credendum,vel non,n.33.

Indicium strictè sumptum est signum informans animum Iudicis ad suspicandum,n.34.

Indiciorum plures distinctiones recensentur,n.35.& seqq.

Indicium aliud est indubitatum & plenum,aliud verò dubitatum & semiplenum,n.35.

Indiciũ indubitatum & plenũ est illud,quod arctat mentem Iudicis,vt omnino credat,nec possit in cõtrariũ inclinare,n.36.

Indicium indubitatum & plenum est demonstratio rei per signa sufficientia, per quæ animus aliquo tanquam in proprio existente quiescit, & plus inuestigare non curat, n.37.
Indicium semiplenum & indubitatum est præsumptio fortior mouens animum ad aliquid credendum, vel discredendum, n.38.
Indiciorum indubitatorum exempla plura remissiuè, n.39.
Indictum indubitatum dicitur illud, quod a lege approbatum est, n.40.
Indicium indubitatum resultat ex pluribus dubitatis indicijs, n.41.
Indicia indubitata sufficiunt ad torquendum, n.42.
Indicia indubitata ad sufficiant ad condemnandum, remissiuè, n.43.
Indicium aliud proximum, & aliud remotum, n.44.
Indicium proximum dicitur quo posito ponitur criminis effectus, & quo remoto remouetur & ille, n.45.
Indicium proximum dicitur illud, quod respicit veritatem rei immediatè per sensum visus, vel auditus, n.46.
Indicium remotum est illud, quod non respicit immediatè veritatem rei sed circunstantias, n.47.
Indicium remotum est illud, quod non tangit negotium, n.48.
Indicia alia leuia, alia grauia, alia grauissima, n.49.
Indicium aliud est simplex, aliud vrgens, & aliud indubitatum, n.50.
Indicia leuia sufficiunt ad capturam, & ad inquirendum, n.51.
Indicia grauia sufficiunt ad transmittendum inquisitionem, & ad torquendum, n.52.
Indicia grauissima sufficiunt ad condemnandum, n.53.
Indicium leue est illud, quod frequenter, & facilè contingit abesse, n.54.
Indicium graue est illud, quod frequenter, & facilè contingit adesse, n.55.
Indicia grauissima sunt ea, quæ frequentissimè, & facillimè contingunt adesse, n.56.
Indicia quæ oriuntur ex confessione rei sunt grauiora aliis, nu. 57.
Indicia alia sunt necessaria, alia credibilia, alia verisimilia, alia vera non repugnantia, n.58.
Indicium necessarium quod dicatur, n.59.
Indicium necessarium sufficit non solum ad torquendum, sed etiam ad condemnandum, n.59.
Indicium credibile seu verisimile quod dicatur, n.60.
Indicium credibile seu verisimile sufficit ad torquendum, sed non ad condemnandum, n.60.
Cadauer occisi si sanguinem emittat coram aliquo, facit contra eum indicium, quod is occiderit, n.61.
Indicium non repugnans dicitur leue, & præsumptiuum indicium, n.62.
Indicium non repugnans quod dicatur, n.62.
Indicium non repugnans de se solum, & sine adminiculis non sufficit ad torturam, n.62.
Furti indicium oritur contra eum, qui solus fuit in loco vbi res subiracta est, n.63.
Indicium oritur contra eos, qui versantur in domo, vbi est commissum homicidium, n.64.
Indicia alia sunt facti, alia sunt iuris, alia iuris tantum, alia hominis, & alia iuris, & de iure, n.65.
Indicium facti dirigit Iudicem in viam præsumptionis, numero 66.
Indicium iuris dirigit Iudicem aliquando in viam quæstionis, & aliquando in viam condemnationis, n.66.
Præsumptio multis modis definitur, seu describitur, n.67. & seq.
Præsumptio est conceptus in mente causatus ab aliqua probabili coniectura, n.67.
Præsumptio nascitur ex coniectura, n.68.
Præsumptio est cognitio veritatis ex circunstantijs resultans, n. 69.
Præsumptio augetur, & minuitur ex circunstantijs, n.70.
Præsumptio est suspicio in animo Iudicis, vel alterius, causata ex varijs argumentis, coniecturis, vel indicijs, n.71.
Præsumptio est coniectura, seu diuinatio in rebus dubijs collecta ex argumentis, vel indicijs per circunstantias frequenter euenientibus, n.72.
Præsumptio est ratiocinatio à verisimili sumpta, n.73.
Præsumptio veritati accedit, & verisimilitudo appellatur, num. 74.
Præsumptionis natura est abhorrere ab irrationabili, & inuerisimili, n.75.
Præsumptio est rei dubiæ rationabilis coniectura à lege approbata ad aliquid in animo sigendum, n.76.
Præsumptio aliud non est, quam veritas verisimilis, & non certa, n.77.
Præsumptio est motus animi, per quem cogimur apparentiam sequi, donec contrarium probetur, n.78.
Præsumptio est coniecturalis probatio, n.78.
Præsumptio est verisimilitudo veritatis necessariò non astringens, n.80.
Præsumptio est alicuius facti dubij ex quodam indicio, aut plena, aut semiplena probatio, n.81.
Præsumptio est argumentum ad credendum vnum factum surgens ex probatione alterius, n.82.
Præsumptionis etymologia, n.83.
Præsumere verbum habet plures significationes, de quibus remissiuè, n.84.
Præsumptio alia est iuris tantùm, alia hominis, & alia iuris, & de iure, n.85.
Præsumptio iuris est similitudo quædam sufficiens ad rem dubiam, de qua creduntur credenda, n.86.
Præsumptio iuris est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, quæ alio non adducto pro veritate habetur, n.87.
Præsumptio iuris est, quado lex aliquid præsumit, & vlteriùs nõ procedit super præsumptione aliquid statuendo, n.88.
Præsumptio iuris est, cum aliquibus positis verisimiliter, atque probabiliter, non autem necessario sequitur quod intendimus, n.89.
Præsumptio iuris est applicatio animi legislatoris ad verisimile onus probandi transferens, n.90.
Præsumptio iuris est animi applicatio ad alteram partium, n.91.
Præsumptionis iuris plura exempla remissiuè, n.92.
Præsumptio hominis est quidam conceptus causatus in mente ab aliqua probabili coniectura, n.93.
Præsumptio hominis est suspicio causata in animo Iudicis vel alterius ex varijs coniecturis, argumentis, vel indicijs, n.94.
Præsumptio hominis an sit, quando ius aliquid de homine præsumit, n.95. & seq.
Præsumptio hominis est ea, quæ in iure expressa, & approbata non est, n.96. & seqq. vbi respondetur contrarijs.
Præsumptio hominis, Iudicis arbitrio remissa est: quia in ea non potest dari certa doctrina, cũ nascatur ex varijs causis, n.98.
Præsumptionis hominis plura exempla remissiuè, sub n.99.
Præsumptio hominis quo ad affectum quandoque æquiparatur præsumptioni iuris, sub n.99.
Præsumptio iuris & de iure est status à iure promulgatus ex indubia coniectura, n.100.
Præsumptio iuris & de iure est dispositio legis aliquid præsumens, & super præsumpto, tanquam sibi comperto statuens, n.101.
Præsumptio iuris & de iure dicitur, quando lex super præsumpto firmat pedes, & statuit, n.102.
Præsumptio iuris & de iure, quare sic dicatur, n.103.
Præsumptionis iuris & de iure plura exempla remissiuè, numer. 104.
Præsumptio iuris & de iure, est fidei certitudo, non ab euidentia rei, non a ratione ducta, sed ab authoritate credibili, numero 105.
Præsumptio iuris & de iure, est applicatio animi legislatoris ad verisimile confirmata sanctione, n.106.
Præsumptio iuris & de iure, est ea, quæ in lege scripta est, & ita ab ea sancitum, ne contrarium probari possit, n.107.
Præsumptio iuris & de iure, potest etiam induci à statuto, num. 108.
Præsumptio iuris & de iure, ad hoc vt inducta dicatur, non est necesse, quòd lex prohibeat admitti probationem in contrarium, n.109.
Præsumptio alia leuis, alia vehemens, & alia violenta, numero 110.
Præsumptio leuis est inclinatio quædam animi boni viri ad eligendum alterutrum extremorum ex intellectu proueniens, & coniectura mobili, n.111.

Præsumptio leuis est ea, in qua parua adest coniectura mali, & magna boni, multáque sunt signa boni, & parua mali, num. 112.

Præsumptio vehemens est applicatio animi boni viri ad valde verisimile, n. 113.

Præsumptio violenta est ea, ex qua animus iudicantis in contrarium persuaderi non potest, nec eius intellectus in oppositam conscientiam verti, n. 112.

Præsumptio violenta vehemens etiam appellatur, n. 115.

Præsumptio violenta dicitur, quando omnis coniectura apparet mali, nulla autem boni, & sic omnia signa sunt mali & nulla boni, n. 116.

Præsumptio violenta dicitur præsumptio iuris, item iuris & de iure, n. 117.

Præsumptio alia est temeraria, & alia est probabilis, n. 118.

Præsumptio temeraria est ea, quæ oritur ex leui causa, & coniectura, vel ex vilibus personis, n. 119. 120. & 122.

Præsumptio probabilis est ea, quæ oritur a grauibus personis, & ex graui causa, vel coniectura, n. 120. & 122.

Præsumptio probabilis dicitur etiam ratione loci, vel temporis, n. 121.

Præsumptio temeraria est, quando omnia signa sunt boni, & nulla mali, n. 218.

Præsumptio probabilis est, quando multa signa sunt mali, & parua boni, n. 124.

Præsumptio alia est naturæ, alia autem non naturæ, sed ab humanis principijs sumpta, n. 125.

Præsumptio ab humanis principijs sumpta est ea, quæ nascitur ab indicijs, & coniecturis humana lege, & ratione probatis, n. 126. exemplum, vt n. 127.

Indicium maximum oritur contra illum, qui visus est exire cum gladio nudo, & sanguinolento ex domo vbi quis occisus fuit, n. 127.

Præsumptio naturæ est ea, quæ non ab humana ratione, seu coniectura ducitur, sed à naturali, n. 128.

Præsumptionis naturæ exempla ponuntur in n. 129.

Præsumptio necessaria dicitur, cum aliquibus positis necessariò sequitur quod intendimus, n. 131.

Præsumptio necessaria dicitur præsumptio iuris & de iure, & præsumptio naturæ, n. 131.

Præsumptio verisimilis, seu credibilis est ea, cùm aliquibus positis verisimiliter, & probabiliter, non autem necessario sequitur quod intendimus, n. 132.

Præsumptio non repugnans quæ dicatur, n. 133.

Præsumptio iuris, an dicatur dispositio hominis, vel legis, num. 134.

Fictio multis modis definitur, de quibus in n. 135. & seq.

Fictio est in re certa contrariæ veritatis pro veritate assumptio, n. 135.

Fictio est in re certa eius, quod est possibile contra veritatem pro veritate à iure facta assumptio, n. 136. & seq.

Fictio non cadit super impossibili, n. 137.

Fictio est indubitatæ falsitatis pro veritate assumptio in casu possibili, & vt ex iusta causa ad inducendum aliquem iuris effectum æquitati naturali non repugnantem, n. 138.

Fictio est falsitas pro veritate accepta ex specialissima, & iustissima causa iure expressa, n. 139.

Fictio est contra naturalem veritatem terminorum super eo, quod quandoque fuit possibile, & non verum, n. 140.

Fictio est in re certa ad vtrumlibet possibile in contrarium veritatis legis authoritate pro veritate accepta, n. 141.

Fictio est iuris dispositio, per quam non verum, possibile tamen esse verum pro vero accipitur, n. 142.

Fictio est contra veritatem rei, quæ fuit, vel est possibilis à iure ex bono, & æquo pro veritate assumptio, n. 143.

Fictio est legis aduersus veritatem in re possibili ex iusta causa dispositio, n. 144.

Fictio alia est inductiua, alia priuatiua, alia translatiua, n. 145.

Fictio inductiua est, quando lex singit esse id quod non est, num. 146.

Fictio priuatiua est, quando lex fingit id quod est, non esse, num. 147.

Fictio translatiua est, quando lex fingit id quod est vno modo, esse alio modo, n. 148.

Fictio inductiua est in re certa non existente possibili, pro veritate à iure facta assumptio, n. 149.

Fictio priuatiua est in re existente possibili non existere, pro non existente à iure facta assumptio, n. 150.

Fictio translatiua est in re certa vno modo existente, pro existente alio modo possibili a iure facta assumptio, n. 151.

Coniectura a pluribus modis definitur, seu describitur, num. 152. & seq.

Coniectura est acceptio, seu reputatio veri, & ex aliquo alio sic verisimiliter ordinato, n. 152.

Coniectura est opinio veri ex signo probabili deducta, numero 153.

Coniectura non à necessarijs, sed à probabilibus oritur, numero 153.

Coniectura est de re dubia, n. 153.

Coniectura est verisimilitudo quædam probabilis animum Iudicis inducens ad aliquid opinandum, n. 153.

Coniectura est rationabilis argumentatio a verisimilitudine fidem faciens, non autem necessariò concludens, n. 153.

Coniectura est rei latentis indicium per rationes, signa & tempora sumptum, n. 154.

Coniectura est rationabile vestigium latentis veritatis, vnde nascitur opinio sapientis, n. 155.

Coniectura est vera sapientum opinio, n. 156.

Coniecturæ tres etymologiæ ponuntur, n. 157. & seq.

Coniectura dicitur quasi connexura seu colligatura, n. 157.

Coniectura dicitur a coniectu, id est, directione quadam rationis ad veritatem, n. 158.

Coniectura dicitur à coniecto, coniectas, frequentatiuo, quod idem est, quod existimo, vel diuino, n. 159.

Coniectura alia est hominis, alia iuris tantùm, alia autem iuris & de iure, n. 160.

Coniectura hominis est ea, quæ in iure non est expressa, sed Iudicis arbitrio remittitur, n. 161.

Coniectura iuris est ea, quæ ab ipsa lege inuenta, & approbata est, n. 162.

Coniectura iuris & de iure est dispositio legis aliquid præsumentis, & super præsumpto, tanquam sibi comperto statuentis, n. 163.

Coniectura alia leuis, alia grauis, seu vehemens, & alia violenta, n. 164.

Coniectura leuis quæ sit, remissiuè, n. 165.

Coniectura vehemens quæ sit, n. 166.

Coniectura violenta est ea, quæ habet persuadendi necessitatem, n. 167.

Coniectura alia est temeraria, & alia est probabilis, n. 168.

Coniectura temeraria est ea, quæ ratione caret, & longè a verisimili distat, n. 169.

Coniectura probabilis est ea, quæ à verisimili deducitur, & in ratione fundatur, n. 170.

Probabile quid dicatur, n. 171

Suspicio est aliqualis animi applicatio ad aliquid cum vehementi titubatione, n. 172.

Suspicio est motus quidam mentis ad aliquid cum vehementi titubatione, n. 173.

Suspicio est animi passio aliquid firmiter non eligentis, n. 174.

Suspicio dicitur leue indicium, quia oritur ex leui indicio, & argumento, n. 175.

Suspicio est opinio mali ex leuibus indicijs procedens, n. 176.

Suspicio licèt probanda sit ex leuibus signis, ista tamen signa sunt concludenter probanda, n. 177.

Suspicio alia leuis, vel temeraria, alia vehemens, seu verisimilis, alia autem violenta, n. 178.

Suspicio leuis, & temeraria, est quædam animi passio cum præcisa extremorum ignorantia, n. 179.

Suspicio leuis, & temeraria oritur ex aliquo leui admodum indicio, & cum dubitatione, n. 180. 184. & 187.

Suspicio vehemens, seu verisimilis est animi motus cum hæsitatione aliquid eligentis, oriturque non ex leuibus indicijs, & cum aliquali, seu modica dubitatione, num. 181. 183. & 185.

Suspicio violenta oritur ex vrgentibus & grauibus indicijs, & absque vlla dubitatione Iudicis, n. 183. 186. & 189.

Suspicio leuis est ea, quæ oritur ex raro contingentibus, numero 190.

Suspicio vehemens est ea, quæ oritur ex frequenter contingentibus, n.191.
Suspicio violenta est ea, quæ oritur ex semper contingentibus, n.192.
Opinio est idem, quod vehemens, seu verisimilis suspicio, n.193.
Opinio est animi motus, cum hæsitatione aliquid eligentis, num.194.
Opinio est ratificatio de re dubia, n.195.
Opinio est adhæsio vnius partis cum formidine alterius, post n.195.
Opinio vehemens quæ sit, n.196.
Dubitatio est principium inuestigationis certitudinis, & fidei, n.197.
Dubitare quando propriè dicatur Iudex, quando suspicari, & quando opinari, n.198.
Argumentum dicitur quasi argutè inuentum, n.199
Argumentum dicitur leue indicium, n.200.
Argumentum est propositio ex aliquibus existentibus resultans ad propositum ostendendum, vel concludendum, n.201.
Argumentum est plurium collatio ad vnam conclusionem, num.201.
Argumentum est rei dubiæ ostensio in gradu materiæ subiectæ possibili, n.202.
Argumentum est ratio, quæ rei dubiæ fidem facit, n.203.
Argumentum est probabile inuentum ad faciendam fidem, nu.204.
Argumentum est ratio per ea, quæ certa sunt fidem dubiis afferens, n.205.
Argumentum est inuentum ex aliquo genere rem aliquam, aut probabiliter ostendens, aut necessario demonstrans, n.206.
Argumentum aliud est necessarium, aliud autem probabile, n.207.
Argumenta accipiuntur pro indiciis indubitatis, &c. n.207. in fine.
Signum est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aut aliquid faciens ex se cognitionem venire, n.207.
Signi altera definitio, n.209.
Signum aliud est necessarium, & aliud non necessarium, num.210.
Signum aliud est naturale, & aliud non naturale, n.211.
Signum naturale, & non naturale, quid sit, n.212.
Adminiculum aliud est vehemens, & aliud non vehemens, nu.213.
Adminiculum non vehemens est aliqualis confirmatio rei probabilis, n.214.
Adminiculum vehemens est suppletio defectus probationis per se solum non operans, sed bene cum aliis, n.215.
Adminicula licèt de se non probent, imperfectam tamen probationem iuuant, n.216.
Adminicula vehementia in totum supplent defectum probationis, n.217.
Indicium est minus, quàm semiplena probatio, & ad torturam potest deueniri, etiam quod non adsit semiplena probatio, n.218. sed contra, n.219.220. & 221. distingue, vt in n.222. reprobatur distinctio, n.223. ideo tene secundam opinionem confirmatam, n.224. & seq. vsque ad n.239.
Indicium ad torturam ex iis, quæ in ciuilibus faciunt semiplenam probationem, n.220. Et è contra ea quæ in ciuilibus non faciunt semiplenam probationem, in criminalibus non faciunt indicium ad torturam, n.221.
Testis vnus de visu, & super veritate delicti non facit indicium ad torturam, nisi sit omni exceptione maior, n.225.
Testis vnus regulariter facit semiplenam probationem, n.229. etiam in criminalib. n.229. & seq. licèt aliqui contra, n.227.
Probatio semiplena in criminalibus, an inducatur ex semiplena probatione in ciuilibus, n.227. & seqq.
Semiplena probatio, vide infrà, versic. Probatio Semiplena.
Testes duos etiam in criminalibus inducunt plenam probationem, n.230.
Indicia ad torquendum, licèt sint Iudici arbitraria, illa tamen non possunt esse minus, quam semiplena probatio, n.232.
Probatio semiplena nunquam inducitur ex argumentis, & coniecturis, n.233. sed contrà, n.234. & seq.
Præsumptiones plures coniunguntur ad effectum torturæ infligendæ, n.234. item coniunguntur ad effectum puniendi pœna extraordinaria, & pecuniaria, licet secus corporali, & ordinaria, n.235.
Indicium est minus, quàm præsumptio, in n.236. sed contrà 237. distingue quòd 1. opinio procedit in præsumptione iuris, secùs autè in præsumptione hominis: vel quòd prima opinio procedat in iudicio leui, secunda autem in iudicio graui, n.239.
Præsumptio est probatio non probata: indicia verò sunt probatio probata, sub n.236.
Præsumptio est cognitio ex circunstantiis resultans, n.238.
Indicium differt a suspicione, quia ex indiciis oritur suspicio, n.240.
Præsumptio est minus quàm probatio, n.241.
Præsumptio est minus, quàm semiplena probatio, n.242.
Fictio cadit super re certa & non vera, præsumptio autem cadit super re dubia, & quæ potest esse vera, & non vera, n.244.
Fictio directè non admittit probationem in contrarium, n.245.
Præsumptio siue iuris, siue hominis, admittit probationem in contrarium, n.246.
Præsumptio iuris, & de iure, non admittit probationem in contrarium, n.247.
Præsumptio iuris & de iure, admittit in contrarium partis confessionem, n.248.
Fictio non admittit in contrarium confessionem partis, n.249.
Fictio per indirectum admittit probationē in contrariū, n.250.
Fictio, & præsumptio, in quibus differant, nu.243. & sequentibus.
Fictio, an & quando cum præsumptione concurrere possit, remissiuè, n.243.
Fictio quibus verbis denotetur, & quibus præsumptio, numer.243.
Suspicio est minus, quàm præsumptio, n.251. & seqq.
Suspiciones plures faciunt vnam præsumptionem, n.252.
Suspicio tantum homini conuenit, præsumptio autem homini & legi, n.253.
Suspicio inducitur ex leuioribus indiciis, quàm præsumptio, n.254.
Coniectura est minus, quàm semiplena probatio, n.255. & seqq. vbi declaratur.
Coniecturæ plures faciunt semiplenam probationem, & quando faciunt euidentissimam probationem, n.255. & seq.
Coniectura est minus quam præsumptio, n.157.
Coniectura, & præsumptio differunt in effectu, n.258. & 259.
Præsumptio nascitur ex coniecturis, n.258.
Argumentum est minus, quam præsumptio, n.260.
Argumentum est minus, quam suspicio, n.261.
Argumentum a signo quomodo differat, n.262.
Indicium, Argumentum, Præsumptio, Suspicio, & reliqua similia nomina inter se confunduntur, vnumque pro alio ponitur, n.263.
Indicium quandoque in iure appellatur præsumptio, n.264.
Indicium & suspicio vnum pro altero ponitur, n.265.
Indicium, & coniectura sunt synonyma, & de materia, numero 266.
Indicium & argumentum idem sunt, & de materia, numero 267.
Indicium, adminiculum, & circumstantia, idem sunt, n.268.
Signum, & indicium idem sunt, n.269.
Indicium de iure quandoque accipitur pro probatione, numero 270.
Argumentum, & præsumptio, idem sunt, n.271.
Suspicio, & præsumptio, idem sunt, n.272.
Coniectura, & præsumptio, idem sunt, n.273.
Signum, nota, vestigium, & coniectura, idem sunt, n.274.
Adminiculum, & coniectura, idem sunt, n.275.
Suspicio, & argumentum, idem sunt, n.276.
Argumentum accipitur pro quacunque probationis specie, nu.277.

QVÆSTIO XXXVI.

INDICIORVM & Torturæ materiam tractaturus, nõnulla ad terminorum, & vocabulorum cognitionem præmittenda hoc ideo duxi in hac prima Quæstione: nam, vt inquit Bald. *in l. liberti, n.5. C. de oper. libert.* quem sic exordiendo refert

1 fert Mãtica *in simili tra.de coniectur.lib.1.tit.1.n.1.* † Omnis doctrina,& omnis disciplina rectè à vocabulorum cognitione incipit,& secundùm Ang.*in cons.*110.*sanctissima,in prin.*
2 †turpe est priùs determinare,quàm terminos intelligere:† sic
3 enim & natura ab elementis incipit,ita etiam & ars exordiri debet,teste eodem Bald.*in 1.constitutio.Digestorũ,n.1.* Igitur pro cognitione terminorum,& vocabulorum,quæ in proposita materia sæpissimè deducentur,videdum primo loco est, quid & quotuplex sit probatio, quid semiplena probatio, quid indicium,quid præsumptio,quid fictio,quid cõiectura, quid suspicio quid argumentum,quid signum,quid adminiculum,quid dubitatio,& quid opinio:& his cognitis,videndum secundo loco erit,quomodo hæc inter se differant,& an pariter è contra insimul aliquam habeant communionem,& identitatem,& his præmissis ad vtiliora me conferam in sequentibus quæst.

4 PROBATIO † itaque pluribus modis à Doctoribus nostris definitur,seu potiùs describitur, vt facilè videre poteris apud Marsil.*in rub.C.de prob.n.1.* & post eũ apud Mascar.*in suo tracta.de prob. quæst. 2. n.1.& seqq.lib.1.* Nam Accursius
5 *dict.rub.Cod.de prob.* Azo & Hostiens.†idem dixerũt, quòd probatio nihil aliud est,quàm rei dubiæ per argumẽta ostensio &hæc definitio licèt à Baldo impugnetur, eam tamen à Baldi impugnationibus bene defendit Dec.*in rub. de prob. colum.6.vers.Prædicta saluatur*,prout illum refert Mascard. *vbi supra,dict.quæst.2.n.10.*vbi ex Hostiens.ibi per eum allegato non solùm & ipse eandem defendit definitionem,sed
* amplius testatur illam*communi omnium consensu receptã
6 esse per Abbat.&alios *in d.rub.C.de probat.* dixit,† Probationẽ esse extrinsecã demonstrationẽ rei dubię per modos à iure statutos. Aliam affert definitionẽ Goffredus inquiens:† Pro-
7 bationem esse rei dubiæ per testes vel instrumenta,&plerũque indicia,& præsumptiones ostensionem Quã tamen definitionẽ mancam,&imperfectam impugnãt Host.*vbi supra*, Abb.& cæteri *in rub.de prob.* licèt Decius eundẽ Goffredum ab istis impugnationibus defendat. Vnde quarto loco Bal. *in*
8 *dict.rub.C.de prob.* suam affert definitionẽ dicens:† Probationem esse fidem veri legitimis modis & temporibus factã cognitori causæ. Et hęc Baldi definitio est multũ cõformis cum secunda definitione Nicolai de Matarel.*supra* relata,quæ licèt & ipsa aliquam patiatur difficultatem, adhuc tamen defẽdi potest,vt videre est apud Mascard.*in d.q.2.n.13.&seqq.* Vbi etiã & ipse marte suo aliã proposuit definitionem, eámque defendit,& declarat,singula illius verba ponderando,in-
9 quiens scilicet quòd† *Probatio est ostensio rei dubiæ,per legitimos modos iudici facienda in causis apud ipsum Iudicem cõtroversis.* Quæ quidem Mascardi definitio,vt vides,non est multùm differens à Baldi proximè relata definitione: adeò quòd
10 resoluendo cum Salic.& cum Marsil.*in d.rub.C.de prob.n.1. in fine* cùm† in definitionibus in nostra legali scientia parũ, aut nihil insit vtilitatis)poteris ex suprà relatis, quam volueris tenere:& non insistendo in illarum veritatis discussione, satis nobis fuit illas breuiter pro nunc retulisse.

11 PROBATIO pariter†in plures species,pluribúsque modis à Doctoribus distincta reperitur,de quibus per Marsil.*in rubr.C.de prob.n.2.* sed multò latiùs per Mascar.*in eodẽ tract. de prob.q.4.per tota,lib.1.*
12 †Nã Nicolaus de Matarel.perBald.*in d.rub.C.de prob.* relatus,probationem ad quinque modos reduxit,videlicet ad testes,scripturã,iuramentum,confessionem & ocũlorum inspectionẽ.Sed† Spec.*in tit.de prob.§.vi-*
13 *dendũ*,ad duodecim probandi modos probationem redegit, videlicet ad testes,confessionẽ,instrumenta, euidentiam facti,præsumptionem,famam,iuramentum, libros antiquos, literas in lapidibus sculptas,sigillum,denunciationem, communem opinionem,& indubitata indicia. Tãcredus verò re-
14 latus per Mascard.*dicta quæstione quarta. post n.2.*† sex tantùm probationum species posuit:Primã scilicet per euidentiam facti,secundam per famam,tertiam per præsumptionẽ, quartam per iusiurandum , quintam per testes, sextam per instrumenta Nouem probationum species sub his carmini-
15 bus Hostiensis claudi voluit.

Affectus,sculptum,testis,notoria,scriptum,
Iurans,confessus,præsumptio,fama probauit.

16 AT Bal.*in d.rub.C.de prob.* decẽ† esse voluit. Primò per instrumẽta,secundò per testes,tertiò per confessionem, quartò per iusiurandum, quintò per rem iudicatã, sextò per rei euidentiam,septimò per vehemẽtem opinionem,octauo per rationem naturalem,nonò per rationem cõiecturalem,decimò per hominis coniecturam,& cum ista Baldi distinctione pertransire videtur Marsi.in rub.*C.de prob.n.2.vers.sed Bald.hic.* Verùm multùm eleganter iudicio meo in proposito loquutus est Masc.*vbi supr.in d.4.q.n.1.iunct.n.*15.dũ dixit,quòd scilicèt stante multiplici,& varia Doctorum distinctione adhuc sub ludice lis sit,quænam illarum melior sit. Verè† tamen in 17
septẽ species probatio distingui potest,nẽpe in testes,in scripturam,in confessionem,in euidẽtiam facti,in iuramentũ, in præsumptionẽ &in famam.Cæteri enim probandi modi *sup.* relati cõmodissimè sub istis septem cõprehenduntur,vt bene 18
ibidem declarat.Nec†demũ omittenda est Menochij distinctio,qui *in suo tra.de præsum.li.1.q.1.n.3.ex Fab.li.5.Inst.or.* probationem in sex diuisit species,nẽpe in præiudicia,rumores,tormenta,tabulas,iusiurandũ,& testes,*& ibid.n.4.& omnibus seq.* bellissimè singulas distinctionum partes declarat.

PROBATIO rursus,†nõ habito respectu ad speciales pro- 19
bandi modos,prout fecerunt Doctores prælegati,sed tic in genere sumpta, etiam vario modo à nostris Doctoribus distincta reperitur.Alia namque dicitur plena probatio,alia autem semiplena,iuxta tex.*in l.3.§ quidam quoque*,& ibi gl.*in verbo,spectem.ff.de test.* Plena 20
illa est probatio, quæ tantam fidem facit,quantam ad finiendum cõtrouersiam sufficit. Semiplena† verò est illa,per quam rei gestæ fides aliqua fit Iu- 21
dici, non tamen tanta,vt iure eam debeat sequi in sententia dicenda.Plena distinguitur vel potiùs inducitur septem modis,secundùm opinionem Mascardi,vel tam *supra*,n.17. Semiplena†autem inducitur quatuor modis,primò per depositionem vnius testis de visu,secundò per comparationem literarum,tertiò per scripturam priuatam,quarto per præsumptionem non vrgẽrem,vt bene hæc omnia declarat ibidem Mascard.*vbi supr.in d.4.q.n.11.15.16.17.& q.11.n.1.* Verùm nonnulli alij,prout fuit Afflictus *in const.eam,sub rub.deleg. parte subi.* probationem † pariter in genere sumptam in tres 23
species diuiserunt.Primò nempe in euidentissimam,& clarissimam,eam scilicet,quæ fit per priuilegia,& per instrumenta indubitata,iuxta tex.*in c.pia,de except.in* 6.Secundò in euidẽtem,& clarã,quæ fit per testes,vel facti euidẽtiam,iuxta tex. *in c.cum,de cohabit.cler.& mulier.& in c.* vbi gl. *& in c.scelus*, 2.*q.*1.Tertiò in minùs euidentem,& minùs claram,eam scilicet,quæ fit per hominis coniecturas,iuxta tex.*in c.asserre, de præsumpt.*†Et demum Menoc.*in suo tra.de præsump.lib.1. in* 24
præfatione. probationes in duas tantùm distinxit species,in veram,& præsumptiuam,vel,vt ipse loquitur . in artificialem iuxta distinctionẽ Arist.*in* 1.*Rhet.* Ciceronis *in Topicis*,Fabij *li.5.Inst.orator.c.*1.& Franc.Duare.*lib.*1.*diffini.annotat.c.*2. Probatio†inartificialis est ea,in qua nominatim sine hominis 25
arte reperitur,quod intendimus. Artificialis,† quę tota in arte 26
consistit,& versatur,vt bene ibidem declarat & exemplificat Menochius.

INDICIVM autẽ†pariter,& multis modis à Doctoribus 27
definitur,seu describitur:nam Gandinus *in tit.de præsump.& ind.dubita.n.*14.*ver.Et quidem indicium*,quem in proposito refert Aug ad Ang.*de malef.in v.Quòd fama publica præceden.n.*9.*v.Et dicitur signũ* dixit,*signum alicuius maleficy commissi,vel alterius rei,de qua agitur*,à qua definitione nõ multum discrepat Io.And.*in addit.ad Spec.in tit.de prob.§.fi.ver. Itẽ per indicia*,dũ dixit,*Indiciũ est notabile signũ maleficy, vel alterius rei ad ipsius veritatem habenda.* Refert hos Bru.*in tr. de ind.& tort.post præfationem,in* 1.*pa.*1.*q.n.*1.Nouell.*in pra. cri.in prin.sub.rubr. Indicia quæ præcedere debent, post n.*34. *ver.Et dicitur indicium*,vbi etiam allegat in id tex.*in c.*3.*loco, extra de prob.*& Fel.*in cons.*47.*n.*11.*inter cons.cri.diuers.vol.* 1.sequitur etiam hanc definitionẽ Fran.Cason.*in tra.de indic.in præmissis,cap.7.de definitione & genere indiciorum,n.*1. Mascard.*de prob.lib.*1.*q.*15.*n.*1.2.*&.*3.vbi etiam allegat Bos. *in tit.de ind.& considerat.ante tort.n.*2. Baldus autem *in l.nõ hoc,sub n.*1.*v.Est enim indiciũ,C.vnde cognati* dixit† *Indicium* 28
esse cõiectura ex probabilibus & nõ necessariis ortã,à quibus potest abesse veritas,sed non verisimilitudo,&quæ quandoque iudicantis mentem ita perstringit, vt cogat Iudicis conscientiam secundùm eam iudicare.Et hanc Baldi definitionẽ retulerunt & sequuti sunt Fel.*in c.in præsentia,col.*8.*extra de*

prob.

*prob.*Cur.sen.*in l. Admonendi,n.*187.*aliàs* 290.*ff.de iureiur.* Ruin.*in cons.*36.*n.*9.*vol.*1.Catellian.Cotta *in suis memorabilibus,versi.Indicium est coniectura,fol.mihi* 324. *in fin.* Meno. *de præsumpt.lib.*2.*q.*7.*n.*6. vbi tamen doctè considerat isto casu Baldum,dum dicit quòd ex indicio quandoque Iudicis conscientia cogitur ad sic iudicandum, sumpsisse indicium potiùs pro præsumptione iuris, quàm pro proprio indicio, quod de sui natura differt à tali præsumptione,vt ibi per eum) Petr.Ant.de Petra *in tra.de fideicommiss.qu.*9.*n.*134 Mant. *de coniectur.titul.*1.*n.*7.*versi.Similiter etiam indicium, & tit.* 2.*n.*4.*versi.& indicia,lib.*1.Vbi propterea ex Bal. *in l.fin.n.*7. *C.famil.erciscun.*dixit,quòd indicia accipiuntur pro quibus-
29 dam circunstantiis verisimilibus,& probabilibus.†Rursus & idem Bal.*in rubr.C.de prob.n.*4.dixit indicium, esse præsumptionem nimiam hominis boni, seu distans argumentum à specie probationis,*Sed Alb.in l.siue possideris, post n.*7. *C. de probatiõ.* duas alias attulit definitiones.Prima est,quòd indicium sit probabilis comprehensio veritatis rei tacitæ pro expressa.Secunda est,quòd indicium sit probabilis suspicio ex
30 probabilitate coniecturæ consurgens.† Alij verò ponderantes etymologiam indicij,quod ab indicando,hoc est demonstrando dicitur,*l.qui vas,§.qui furem ff.de fur.*& per Curt.*in d.l.admonendi,n.*290. *ff. de iureiuran.* Gand. *in titu.de præsumpt.& ind.dubit.post.n.*14.Ang.*de malef.in verbo,Quòd fama publica præced.n.*9.*v.Nam indicium dicitur*,& ibi Aug.*in addit.vers.& subdit,quod indicium dicitur*,Brun.*de ind.*1.*p.a.* *q.*1.*n.*4.*ver.Dicitur autem indicium*,Capra *in tract. de notor.*
31 *in præfatione,n.*16.aliam inferendo diffinitionem dixerunt,† *Indicium esse demonstratorium adminiculum ad veritatem indicandam*,vt per Paul.de Leaz.*in c.grauis,in fi.extr.de depositi.* quem refert Brun.*vbi supra,d.q.*1.*post n.*1.*& post n.* 4. Ang. *de malef.d.n.*9.Vbi tamen quòd hæc est potiùs indicij descriptio,quàm definitio.Mascard.*de proba.d. q.*15. *post n.*3. Vbi
* quod in hoc omnes*conueniunt,† indicium scilicet esse de-
32 monstratiuum adminiculum delicti.Hipp.Rimin. *consilio* 88. *n.*39.*libr.*1.Ioseph.Lud.*in suis commun.opin. concl.* 45. *versicu.*
33 *Et sicut indicium*,Menoc.*de præsumpt.lib.*1.*q.*9.*n.*19.*&* 20.† Nec desunt Doctores,qui ab eis diuersimodè loquêtes dixerunt,indicium esse præsumptionem fortiter mouentem animum Iudicis ad aliquid credendum vel non,per tex.*in l.cùm prob.tio*,& ibi glo.& Doct.*ff.de prob.*& in specie hanc attulit definitionem Pet.Ant.à Petra *in dict.tra.de fideicomm.d.q.*9. *n.*123.& ante eum Conrad.*in pra.in tit de nega.cri.& torm. n.*17.*fol.mihi* 291.*col.*2.vbi & in idem allegat Ghirlan.*in tr. de q.& tor.q.*3.*n.*1.& Aym.*consil.*233.*n.*17.& demum Capra *in d.tract.de notor.in præfatione,n.*17. *fol. mihi* 75. *col.* 4.
34 dixit,quòd †indicium propriè & strictè sumptum,est signum informans animum Iudicis ad suspicandum. Quare ex suprà relatis omnibus definitionibus teneas,quam volueris;quia vt vides,licèt per diuersa verba sint deductæ,omnes tamen ferè tendunt ad eundem finem & effectum.

35 INDICIVM quotuplex†sit,vt bene scias scias etiam quòd plures per Doctores afferuntur distinctiones,quarum prima illa se offert,quòd aliud est dubitatum & non plenum, aliud verò indubitatum & plenum:sic enim indiciorum qualitatè distinxit præcipuè Bal.*in l.ea quidem, n.* 8. *C. de accusat.* &
* Baldi distinctionem communiter*sequuti sunt scribentes,vt videre est apud Ang.*de malef.in verb.Quòd fama publica præced.sub n.*9.Boër.*dec.*164.*n.*4.Bru.*de indi.& tort.i.par.q.n.*3. Ghirl.*de q.& tort.q.*3.*n.*1. Nouel.*in pract. crim. in prin. sub. rub.*indicia,quæ præcedere debeant,*post n.*34.*ad finem,in figura indiciorum,fol.mihi* 29.*n.*37.*fol.*30. Mascard. *de probat. lib.*1.*q.*15.*n.*9.Menoch.*de præsumpt. lib.* 2. *q.* 7. *n.* 14.Petr.
36 Ant.à Petra *in trac.de fideicom.q.*9.*n.*123.Indicium † indubitatum & plenum, teste Paul.de Castro *in l fin.n.*15. *C.de prob.*quem in proposito refert, & sequitur Conrad. *in pract. in ti.de nega.crim.& torm.n.*48.*fol.mihi* 305 *col.*1.nec dissentit Boër.*in præallegata dec.*164.*n.*3.*&* 4.illud est,quod arctat mentem Iudicis,ita vt omnino credat nec possit in contrarium inclinare,& propterea dixit Iac.But.*in l.fina.in fi. C. de prob.*quia vbicunque possibile est rem aliter se habere, tunc non dicitur indicium indubitatum; refert & sequitur Ant. Gomez.*tract.de delict.c.*12.*rub.de prob.delic.n.* 25. *post vers.* Ex quibus infert Mascard.*de probat.lib.*3.*conclus.* 122. *n.* 49. & faciunt quæ dixi *inf.in ti.de reo confes.& conuic.q.*86.*n.*67.

Vel † sic,indicium indubitatum & plenum est demonstra- 37
tio rei per signa sufficientia,per quæ animus in aliquo tanquã in proprio existente quiescit,& plus inuestigare nõ curat secundùm Bal.*in d.l.ea quidem sub n.*8.*C.de acc.*Ang.*de malef. d.n.*9.*v.Indicium vero plenum*,Carrer.*in pract.in 2.tra.de indic.& tor.*§.*Indicium autem indubitatum,n.*1.Brun.*de ind.& tort.q.*1.*n.*3.*simili v.Indiciũ verò plenum par.*1.Ghirl.*de q. & tort.q.*3.*n.*2.Conr *vbi supr.d.n.*48.Menoc.*d.q.*7.*n.*16.Mas. *de prob.libr.*1.*d.q.*15.*n.*11.Petr.Ant.à Petra *in tract.de fideic. d.q.*9.*sub n.*123.Indicium † verò dubitatum & semiplenum 38
est præsumptio fortiter mouens animum ad aliquid credẽdũ vel discredendum,iuxta ea quæ supra posui,*n.*33. & in proposito tradiderunt Bal.Ang de malefi.Brun.Ghirl. Menoch. Mascar.& Petra in locis proximè allegatis,& Carrer.*vbi supra,in §.dubitatum est,n.*1.

INDICIORVM indubitatorum,†exempla vide *inf.q.*37. 39
*n.*50.*& seqq.& q.*52.*n.*50.*& seqq.*& alia exẽpla ponũtur per Guid.de Suzzar.*in tra.de indi.& tort.n.*99.*& seqq.vsque ad n.*104.& ibi Ludou.Bologn.*in add.*Alia plura referuntur per Gandin.*in tit.de præsumpt.& indic.indubitat.n.*1.*& omnibus seqq.*per Felin.*in c.afferte,n.*10.*&omnib.seqq.extr.de præsum.* Ant.de Butr.*in c.tertio loco,n.*20.vbi ponit tria exempla, quæ eadem repetit ibidem Abb.*n.*9.*& seqq.de probat.*Bald.*in l.fin. n.*3.*&* 4.*C.eodem*.& ibi etiam Alb. *n.* 2. Pau. de Cast. *n.* 5. Ang.*de malef.in verbo,Quòd fama publica,n.*13.*& seqq.*&ibi Aug.*n.*28.Brun.*de indic.& tort.par.*1.*q.*4.*n.*4. *& seqq.*Mars. *in rub.C.de prob.n.*253.remissiuè per Carrer.*in pr.cr.d.*§.*ind. autem indubitatum,n.*2.& latiùs per Conrad.*d. tit.de neg.cri. & torm.n.*49.*& omnibus seqq.*Boss.*in tit.de conui. n.* 28. quæ hic replicare non curaui,quia de iis sigillatim *infra.in sequentibus Quæstionibus* tractabimus. † Hoc vnum te admonitum 40
velim generaliter,quòd quando aliquod indicium reperitur à lege approbatum,tum vtique illud dicitur indubitatum,vt bene concludit Brun.*in tra.de indic.& tort.par.*1.*q.*4.*n.* 3.*& n.*5.Vbi ponit exemplum *in l.si qui,C.de adult.*& latiùs dixi *in tit.de reo confess.& conu.q.*86.*n.*52.*& seqq.*†Et rursus,quã- 41
do contra aliquem inquisitum vrgent plura dubitata indicia, tunc pariter ex illa multitudine indiciorum dubitatorum resultat vnum indicium indubitatum,vt etiam declarat Brun.*d. n.*5.sed melius hoc comprobant, & exemplificant Ludoui. de Suzzar.*vbi supra.n.*100.102.& ibi Ludo.Bolog.*in addit.* latè Gandin. *d.tit.de ind.indubita.n.*1.&rursus *n.*12.Conrad. *in eodem ti.de negat.cri.& tormen.n.*50.*in* 10.*&* 11.*exemplo, fol.mihi* 305.*col.*1.*in fin.*Hippol.Riminal.*cõs.*88.*n.*19.*vol.*1.& dixi *inf.in ti.de reo confess.& conuict.d.q.* 86. *n.* 59. *& seqq.* vbi declaraui. †Et quòd ex indubitatis indiciis possit reus 42
tormentis subiici,dubitandum non est,vt pariter dixi *in d.tit. de reo confess.& conuict.d.q.*86.*n.*64.*& seqq.*†Sed an ex illis 43
dict.possit condemnari,dixi *infra hoc eod.li.in d.ti.de reo confesso & conuict.q.*86.*n.*55.*& seqq.*

INDICIORVM alia etiam per†Doctores communiter* 44
* affertur distinctio,quòd scilicet aliud est proximum,aliud autem remotum,vt in specie per Franc.Cason.*in tract.de indic. in præmissis,c.*7.*n.*6.Nouel.*in pract.cri.in princ.in rub. indicia,quæ præcedere debeant,post n.*34,*in fi.figura indiciorum.fol. mihi* 29.*& fol.*30.*n.*37.Osasc.*decis. Pedem.* 79. *n.* 19. Iosep. Ludo.*in suis commun.opin.concl.*45.*v. Animaduertendo quod duplex* Franc.Bec.*cõs.*67.*n.*10.*vol.*1.& ibi passim Doctores:† 45
Indicium proximum dicitur,quo posito ponitur criminis effectus,& quo remoto illius effectus remouetur,vt per Panor. & Cæpo.in locis allegatis per Nouel.*vbi sup.n.*38.Vel sic,Indicium proximum est illud,quod tangit negotium & ipsum delictũ,vt per Cason.*vbi supra,n.*7.Blanc.*in simili tr.de ind. n.*47.Iosep Ludo.*d.concl.*45.*vers.Indicium propinquum est.*† 46
Vel sic,Indicium proximum est illud : quod respicit veritatem rei & delicti immediatè per sensũ visus vel auditus iuxta subiectam materiam:& aliàs,vt pulchre exemplificat Osasc. *decisio.Pedemon.n.*15.Franc.Bec.*d.consil.*67.*n.*10.Indicium† 47
verò remotum est illud,quod non respicit immediatè veritatem delicti,sed circunstantias,*d.decisio.Pedemon.*79.*eodem n.*15 *in fine*,Becius *dicto n.*10.† Vel sic, Indicium remotum 48
est illud,quod non tangit negotium, vt per Blanc. Franc. Cason Ioseph Lud.*in locis nuper allegatis*, & Paul. Granut. *Theorem.*23.*n.*9.Vide quæ dicam *infra,in seq.q.*37.*n.*42.

INDICIA Rursus†alia sunt leuia,alia grauia;alia autẽ gra- 49
tia

uissima; vt per Clar. *in prac. q 20. sub princ.* ibi, *Nihilominus, vt materia*, &c. & refert & sequitur Pet. Ant à Petra *in tra. de fideic. q. 9. n. 133.* †Vel (quod idem est) aliud est Simplex, aliud
50 †Vrgés, aliud Indubitatum, vt per Conrad. *in pract. d. titul. de*
51 *neg. cri. & tormen. n. 17. fo. 291. co. 2.* Leuia indicia apud Clar. in loco citato, sũt illa quæ sufficiũt vel ad capturã, vel ad inqui-
52 rẽdũ informationes super delicto. †Grauia sunt illa quæ sufficiũt vel ad trãsmittẽdũ inquisitionẽ absenti, vel ad ipsũ tor-
53 quẽdũ. †Grauissima autẽ quæ sufficiũt ad cõdẽnãdũ. Sed hæc Clari declaratio respicit potiùs effectũ indiciorũ, quã illorum substantiam: ideo meliùs dicas, quòd †indicium leue est illud
54 quod frequẽter & facilè cõtingit abesse. †Indiciũ verò graue,
55 quod frequenter & facile cõtingit adesse, vt per Bal. *in l. non hoc in fi. C. vnde cog.* Cyn. *metum, C. de dolo*, cũ aliis relatis per Blanc. *de indic. ad l. ti. ff. de q. n.* 10. quem etiam in proposito Carrer. *in prac. cri. in 2. tract. de ind. & tor. 1. §. Sed an vnum indicium, n.* 5. Conrad. *in pra. ti. de negat. cri. & tormen. post n.* 29.
56 *fo. mihi* 297. *col.* 1. † Et si frequentissimè & facillimè aliquid
57 contingat adesse, illud vtique ex præmissis poterit dici grauissimum. †Et in proposito aduertas, quòd indicia, quæ colliguntur, & sunt probata ex propria ipsius rei confessione sunt graviora aliis, vt per Bal. *in l. cenica, col. 4. ff. de confess.* Gram. *cons. 5. n. 7.* Mas. *de probat. lib. 1. q. 15. n. 13.*

58 Indicia præterea †ex Menoch. *in tract. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 270. n. 7.* distinguuntur alio modo, quia scilicet, aliud est necessariũ, aliud credibile seu verisimile, & aliud non re-
59 pugnãs. †Necessarium dicitur indiciũ, quãdo ex eo q̃ instrumẽto vel alio simili cõtinetur necessario cõficimus q̃ intẽdimus: & hoc indicium sufficit nõ solùm ad torquẽdũ, sed etiã ad condemnandũ, vt ibidem per Meno. *n. 8. & seqq.* Vbi ponit exemplum in eo qui accusatur quòd falsum scripserit instrumẽtum, in quo dicatur, sub die 8. Septembris huius anni, ipsum Patauij mutasse centum cõronatos: si Titius probat se eo tẽpore Romæ fuisse, vtique ex hac probatione necessariũ oritur indicium falsitatis dicti instrumẽti, iuxta tex. *in l. opima*,
60 cum ibi notatis per Bal. *C. de contrahen. & commit. stip.* †Indicium credibile seu verisimile, (quod etiam proximum nũcupari dicitur à Menoc. *vbi sup. n. 13. & seqq.*) est illud quod nõ
61 ad cõdemnandũ, sed ad torquendum tantùm sufficit. † Et de eo potest poni exemplum, quando homicida coram cadauere ducitur, & ex cadauere ac eius vulneribus sãguis emittitur: ex hoc enim credibile & proximũ oritur indiciũ, quòd ille fuerit homicida, iuxta trad. per Boss. *dec. 166. n. 1.* Marc. *in pra. §. diligenter, n. 8.* Bl. *de ind. ad l. fi. n. 408. ff. de q.* & nos latiùs ex-
62 plicabimus infrà suo loco. † Indicium verò non repugnans, quod pariter leue vel præsumptiuum appellatur, vt ibidẽ per Meno. *n. 20. & seqq.* est illud, quod sola suspicione vel leui iuris præsumptione nititur, teste Duareno, *li. 1. disp. anniu. c. 17.* & non proximum, sed remotũ appellatur, & per se solũ sine aliis adminiculis non sufficit ad torturã: vt putà quando agi-
63 tur †de furto, & probatur te vnum domi fuisse cũ res subtracta est. Hinc aliqua cõtra te insurgit suspicio, sed leuis & præsumptiua, ad trad per Bal. *in l. 1. n. 6. C. loc.* Ias. *l. si quado, n. 39.*
64 *C. vnde vi.* † Vel si agatur de homicidio, oritur indiciũ contra eos, qui in domo morantur. *l. 1. ff. ad S. C. Syllan.* Sed erit vt suprà indicium leue præsumptiuum, licet non repugnans, & ob id, vt dixi sine aliis adminiculis ad torquendum non sufficiet, iuxta trad. per Bar. *in l. fi.* & ibi etiam Marc. *n. 4. ff. de q.* & latiùs *infra, suo loco* declarabimus.

65 INDICIA demum †distinguũtur, quia alia sunt facti, & alia iuris. Alia rursus iuris tantum, alia hominis: alia iuris & de iure, vt per Nouel. *pra. cri. in prin. sub rub. Indicia quæ præcedere debeant post n. 3. ad fi. In figura indiciorum, fol. mihi* 29. Gandin. *in ti. de præsump. & ind. dubi. n. 3.* Vbi declarat, quid sit indicium seu præsumptio facti, Bru. *in tra. de ind. pa. 1. q. 1. n. 4.* vbi pro hac distinctione adducit etiã Bal. *in l. seruos, C. de test.*
66 †Et quòd ex indicio facti dirigitur Iudex in viã præsumptionis: ex indicio autẽ iuris aliquando dirigitur in viã quæst. aliquando autem in viam cõdemnationis, Ang. *de malef. in verbo, Quòd fama publica præcedente, n. 9 vers. Quæro quid sit indicium*, vbi etiam & ipse bene hanc distinctionem declarat, in qua non multùm immoror, quia spectat potiùs ad materiam præsumptionum (de qua mox dicam) quàm indiciorum.

67 PRÆSVMPTIO etiam multis modis †à Doctoribus definitur & describitur. Alij enim dixerunt quòd præsumptio est cõceptus in mẽte causatus ab aliqua probabili coniectura, vt per Nouel. *in pra. cri. in princ. sub rub. indicia quæ præcedere debeant, n. 34. post medium. fol. mihi* 28. & ante eum per Bal. *in l. ea quidem, n. 6. C. de accus. per l. continuus. §. cum ita, ff. de ver. oblig.* sicut illum refert Mantica *in tract. de coniect. lib. 1. tit. 1. n. 5.* †Vbi propterea infert præsumptionem nasci ex con- 68
iectu, sicut etiam probat tex. *in cap. accusatus, §. Licet verò, de hæret. in 6.* expresse dixit idem Bal. *in l. pen. n. 4. C. communia. diuidun.* †Alij verò dixerũt præsumptionem esse cognitionem 69
rei veritatis ex circunstantiis resultantem, vt per Calder. *in c. vestra, de cohab. cler. & mulier. lex. cõ. 89. n. 11. vol. 3.* Gram. *dec. 28. n. 21.* Capra *in tract. de notor. in præfatione, n. 18.* †Vbi 70
propterea quòd præsumptio variatur, fortificatur, & debilitatur plus & minus, prout suadent circunstantiæ ex quibus resultat. sequitur Mascar. *de probat. lib. 1. q. 10. n. 9.* Mantica *vbi sup. n. 18. vers. Item*, Ioh. Calder. Petr. Anton. à Petra *in tract. fideicom. q. 9. n. 74.* † Et ab ista definitione seu descriptione 71
non multùm differt altera definitio eorum, qui dixerunt, præsumptionẽ nihil aliud esse, quàm suspicionẽ in animo Iudicis seu alterius causatam ex variis argumentis, coniecturis, vel indiciis, quæ prout magis vrgent, eò magis firmatur suspicio, vt per Abb. *in c. 4. loco. e cit. de præsum.* Sequitur Sylua. *cõ. 86. n. 10. in prin.* & Natta *cõ. 358. n. 12.* quos sic etiam refert Petr. *de fideic. d. q. 9. n. 79* Mantica *d. tit. 1. n. 8. vers. Item præsumpt. est quædam opin.* Et † admodũ prædictis similis est altera eo- 72
rum definitio, qui dixerunt præsumptionem esse coniecturã seu diuinationem in rebus dubiis collectam ex argumẽtis vel indiciis per circũstantias frequẽter euenientibus, vt per Masc. *de prob. d. q. 10. n. 8. li. 1.* †Alij rursus alter definiendo scripse- 73
runt, præsumptionem esse ratiocinationem à verisimili sumptam, vt per Bal. *in rub. extr. de prob. in pri. 4.* quẽ sic refert Mantica *d. tit. 1. n. 8. v. Similiter in fi.* Mascar. *d. q. 10. n. 8. & n. 13. & n. 15* vbi propterea infert quòd præsumptio proximè 74
veritati accedit, verisimilitudóque appellatur, *ca. constituimus, li. 1.* ibi *quia verisimile nõ videtur, ex. de test.* †Et natura præ- 75
sumptionis est semper abhorrere ab irrationabili & inuerisimili, vt per Bal. *in c. 1. §. si verò vassallus, qui sit inuest.* Soc. *cõs. 169. n. 13. v. præterea, vol. 2.* Vel secũdùm alios dic, †Præsum- 76
ptionem esse rei dubiæ rationabilem coniecturam à lege approbatam ad aliquid in animo fingendum, vt per Mãtic. *d. t. 1. n. 8. v. Hẽ præsumptio est rei dubiæ.* †Vel dic, quòd præsum- 77
tio aliud non est quàm veritas verisimilis & nõ certa, vt per Corn *cons. 197. n. 7. in pri. vol. 3.* †Vel quod est quidam motus 78
animi, per quẽ cogimur apparentiam sequi donec contrariũ probetur, secundùm Bal. per illum tex. *in l. pen. C. si seru. exp. ven.* vel quòd aliud non est quàm coniecturalis probatio, vt per Aret. †*in l. qui posthumos, §. si quis ita, n. 5. ff. de liber. & posthum.* vel quod †est quædam verisimilitudo veritatis neces- 79 80
sariò non astringens, vt per Corn. *cons. 51. n. 1. vol. 1.* quas omnes diffinitiones refert Mantica in loco citato, *d. tit. 1. n. 8. & seq.* Vel dicas, quòd præsumptio, est alicuius facti dubij ex
quodam †indicio aut plena aut semiplena probatio: vt per lo- 81
doc. *in sua pra. ciuili, c. 178. n. 3.* †Vel quòd est argumentum 82
ad credendũ vnum factum surgens ex probatione alterius, vt per Spec. *in ti. de præsump. §. 1.* quem sic refert Mascar. *d. q. 15. n. 11. lib. 2.* Ex prædictis definitionibus sumas quã velis, quia omnes tendunt ad idem, licèt per diuersa verba.

PRÆSVMPTIONIS etymologia † ponitur per Sim. *in* 83
li. cath. inst. ti. 50. de præsumpt. n. 4. & dicta est à dictione *præ*, idest, ante, & *sumptio*, quia ante legitimas probationes aliquid sumit pro vero: refert & sequitur Meno. *de præsump. li. 1. q. 7. n. 4.* Mascar. *de prob. li. 1. q. 10. n. 1. & seq.* † vbi etiam refert 84
varias significationes huius verbi, *præsumere.*

PRÆSVMPTIONIS prima † & principalis diuisio hæc est 85
q̃ alia iuris, alia hominis, alia autem iuris & de iure, secundũ Bal. *in rub. C. de prob. n. 4. & in l. ea quidem, n. 5. C. de acc.* quem sequuti sunt Nouel. *in pra. cri. in princ. rub. indicia quæ præcedere debeãt, n. 34. post medium. v. Quæ quidem præsumptio duplex est. fol. mihi* 28. *iũcto fol. 36. n. 49. & 50.* Mãtic. *de coniect. vlt. vol. lib. 1. tit. 2. rubr. Coniectura in quot species distinguatur n. 1. v. Præsumptio autem habet tres species*, Masc. *de prob. lib. 1. q. 10. n. 17.* Men. *de præsum. lib. 1. q. 2. n. 3. & n. 11.* Vbi distinctionem hanc tanquam rectiorem & ferè omnium *cõsensu * receptam, reiectis quibusdam aliis distinctionibus sequendã affirmat Petr. Ant. à Petra *in tra. de fideicom. q. 9. n. 81. & seq.*

PRÆSVM

86 PRÆSVMPTIO Iutis, †secundùm Bal. *in l.ea quidem,n.* 5.*C.de accus.* est similitudo quædam sufficiens ad rem dubiã, de qua creduntur credenda,& Baldũ sequuti sunt Nouel.*in pra.cri.in princ.n.*34.*post medium,vers.prima est, fol.mihi* 28. vbi & allegat text.*in l.*1.*C.de contrab.& commit. stipula. & & l.iurisgentium,*§.*quod ferè,ff.de pact.*& Menoc.*de præsum. lib.*1.*q.*4.*n.*3.*& q.*8.*sub n.*1.*vers.præsumptio verò iuris.*† Vel
87 dic,quòd præsumptio iuris est probabilis coniectura ex certo signo proueniẽs,quæ alio non adducto pro veritate habetur,secundùm Alciat.*in tract.de præsum.in præsum.p.*3.*n.*1. quem sequuti sunt Simanc.*lib.cathol.instit.tit.*50.*de præsum. lib.*1.*q.*4.*n.*5.*& q.*8.*sub n.*1.*ver.s.Vel est probabilis,*& Mantica *de coniect.vlt.volunt.lib.*1.*tit.*12.*n.*8.*in fin.vers. Nam & præsumptio iuris.* Mascar.*de prob.lib.*1.*q.*10.*n.*34.*& seqq.* Vbi pon-
88 derat singula verba huius definitionis,& eam defendit.† Vel aliàs,secundùm Gand.*in tit.de præsump.& indic.dubitatis, n.* 8.dicas,iuris præsumptionem esse,quando lex aliquid præsumit,& vlterius nõ procedit aliquid statuẽdo,iuxta tex.*in l.pactũ ff.de pact.in l.Quintus Mutius,ff.de don.int.vir.& vxo.in l.*1.*C.ad exhib.& in l.siue possidetis,C.de prob.* Sequitur Masc. *de prob.tit.d.q.*10.*n.*32.*libr.*1.*& conclus.*1221.*n.*1.*lib.*2. Vel secundùm Fabium,*lib.*5.*Instit.orat.c.*9. quem in proposito refert Menoch.*de præsumpt.d.q.*4.*n.*1.*vers.Et verè illa esse dici-*
89 *tur,* diças præsumptionem iuris illam verè † esse,cùm aliquibus positis verisimiliter atque probabiliter, non autem necessariò sequitur quod intendimus.Et demum secundũ Bal.
90 *in rub.C.de prob.n.*4.dici potest,iuris pręsumptionem † esse applicationem animi legislatoris ad verisimile onus probandi transferens: &ab hac vltima definitione non multùm differt illa Sal.*in eadem rub.C.de prob.*& cum eo Mayner.*in l.*1.*in obscuris,n.*4.*ff.de reg.iur.*dum simpliciter dixerũt,præsumptio-
91 nem † esse animi applicationem quandam ad alteram partiũ.
92 †Exempla autem plura huius præsumptionis iuris tantum,vltra ea,quæ in iuribus pręallegatis expressa sunt,ponuntur per Iurisconsultum in aliis legibus allegatis per Mascard. *de prob. lib.*3.*quæst.*1221.*n.*1.& per Menoc.*de præsump.li.*1.*d.q.*4.*post n.*1.*vers.Res exemplis fit clarior,& n.*2.

93 PRÆSVMPTIO hominis,†secũdũ Bal.*in d.l.ea quidẽ,n.* 4.*C.de accus.* est quidã conceptus causatus in mẽte ab aliqua
94 probabili coniectura.Vel † secundùm Abb.*in c.quanto,n.*4.*de præsump.* est suspicio causata in animo Iudicis vel alterius ex variis cõiecturis,argumẽtis,vel indiciis.Sed hæc secũda definitio nõ multũ placet Meno.*in tra.de præs.lib.*1.*q.*5.*n.*16.propter verbũ *suspicio,* quæ,vt infrà suo loco dicetur,est quid minus ipsa præsumptione.Vel secũdũ Mascar.*in tract. de prob.*
95 *li.*1.*q.*10.*n.*24.*&* 25.illa † etiã dici solet hominis præsumptio, cũ ius de homine aliquid præsumit:vt putà ꝙ homo nõ prę sumitur iactare suum,*l.Campanus,ff.de ope.li.* Quod in dubio quilibet præsumitur bonus, & non malus,*c.duabũ,de præsum.* & similia.Sed nec ista Mascardi opinio mihi placet,quia quãdo ius expressè præsumit,dicitur præsumptio iuris &non hominis,vt suprà probaui *n.*88. & vt etiam animaduertit idem
96 Mascard.*ibid.n.*23.post Bald quem allegat *in l.sine possidetis, n.*6.*C.de prob.*† illa propriè est hominis præsũptio,quę à iure expressa non est,sed Iudici committitur,vt inspiciat quid sibi videatur,iuxta *l.Minor* 25.*annis adito præs.ff.de mino.l.verũ, ff.de donat.inter vir.& vx.& l.ob carmen,*§.*si testes,ff.de test.* & faciunt in proposito allegata per Menoch.*d. q.*5. *n.* 4. *& seqq.* Vbi ponendo differentiam inter præsumptionem nomi-
97 nis;†dicit,quod iuris præsumptio ideo iuris appellatur, quia à iure,&à lege approbata sit:hominis verò dicitur pręsũptio, quia nullo iure confirmata reperitur,vt per Bald.*in rub.C.de prob.in fi.& in rub.extra de præsump.n.*3. quem sequuti sunt Fel.*in c.quanto,col.*2.*præsump.* Bero.*in rub.extr.de prob.n.* 42. Castr.*con.*299.*visa inquisitione suprascrip.col.*3.*li.*2 Nõ enim præsumptiones,quas homo facit,potuit lex approbare, quia
98 variæ multæque † sunt,& ex variis causis oriri solẽt:&ideo in Iudicis arbitrio positas esse dixerunt Bal.& alij præcitati Doctores:Dec.*in l.*1.*n.*7.*C.de testam.milit.* Euerar.*in loco a verisimili,n.*18.& secundùm Abbat.*in d.capit.quanto,n.*3.*de præsump.* in hac hominis pręsumptione non potest dari certa do-
99 ctrina:&licèt contra prędicta apertè sentiat Sarmiẽ.*Select.interpret.lib.*1.*c.*1.*n.*9. volens,† nullam dari hominis præsumptionem,quę etiam lege non nitatur:& pro hac Sarmienti opinione multa stringunt exempla tradita per Gandin.*in tit.de præsump.& indic.Dubitatis,n.*6.vbi apparet,omnes præsumptiones hominis ibi per eum expositas fundari in aliqua lege. Pro responsione tamen dici potest secundùm Bal.*in rubr.extra de præsum.n.*3.& per Menoch.*dict.q.*5.*n.*17.*v.Sed vellẽ,* quòd iuris præsumptio illa est,quæ in lege scripta est,nõminis verò est ea,quæ etsi à lege,& ratione non discrepat,in lege tamen expressè scripta non legitur, & sic non est absurdum,quòd hominis præsumptio in lege scripta nõ sit,à lege tamen vel eius ratione non discrepet. Bene tamen verum erit,quòd etsi aliqua hominis præsumptio nõ sit in lege scripta, & expressa : si tamen magnam cum scripta affinitatem habeat,& similitudinẽ,quod poterit cõtingere ob eandẽ vel maiorem rationem:& tunc de ea idem iudicandum erit quoad suum effectum, quod de ipsa scripta : cùm clarum sit in iure,de similibus ad similia procedi posse,*l.non possunt, ff. de legibus.* Quare non recedas à declinatione seu descriptione tradita per Bal.*in d.l.ea quidem.C.de accu.*

PRÆSVMPTIO † autem iuris , & de iure, secundùm 100
eundem Bald.*in d.l.ea quidem,n.*6.*C.de accus.* est status à iure promulgatus ex indubia coniectura per text.*in l.cùm ostendimus.*§.*fi.ff.de fideiussor.*& Bald.sequuti sunt Nouel. *in pract. cr.in princ.rubr.indicia,quæ præcedere debent,n.*34.*post mediũ, v.iuris,& de iure,fol.mihi* 28.Menoc.*de præsumpt.lib.*1.*q.* 3. *n.*19.*& q.*8.*n.*1.Petr.Ant.à Petra *in tra.de fideicom.q.*9.*n.*82. *in fi.*†Vel secundùm Alciat.*in tract.de præsumpt.par.*2.*n.* 3. 101
dicas,quòd est dispositio legis aliquid præsumens , & super præsumpto tanquam sibi comperto statuẽs.Et Alciatum pariter referunt,& sequuntur Menoch.vbi *supra,d.qu.*3.*n.* 17. *& d.qu.*8.*post n.*1.*v.vel est dispositio* , Mantica *de coniect. vlt. vol.lib.*1.*tit.*2.*rubr.coniectura in quot species distinguatur,n.*3. vbi quòd hæc diffinitio probatur *in cap.is qui fidem,cum ibi notat.extra de sponsal.in glo.in l.sine possidetis,C.de proba.* per Abb.Feli.& alios *in c. Quanto , extra de præsumpt.* vbi enim lex aliquid præsumit,& super præsumpto nihil statuit , nec vlteriùs procedit:dicitur tunc iuris præsumptio , vt suprà deduxi,*n.*88.†At vbi præsumit,& super præsumpto firmat pe- 102
des,& super eo statuit tunc dicitur præsumptio iuris , & de iure , vt per Gandinum,qui ita materiam declarat *in tit.de præsump.& ind.dubitatis,n.*9.Nouel.*vbi supr.n.*50. Mascar. *de prob.tit.*3.*concluſ.*1222.*n.*1.Menoc.*d.q.*3.*n.*18.vbi pro-
ptereа † ideo dicit appellari præsũptionẽ iuris,& de iure,quia 103
à lege non solùm introducta est,sed quia super tali præsumptione lex inducit firmum ius,& eam habet pro veritate, vt per Bald.*in l.sine possidetis,n.*6.*Cod.de prob.*& per Felin.*in c. quanto.n.*3.*de præsump.* & per Alciat. *de præsump. in prælu. n.*3.sequitur Mascard.*d.q.*10.*n.*48.†Et exempla plura huius 104
præsumptionis iuris & de iure,tam à iure ciuili, quàm canonico inductæ ex eo,quòd lex præsumit,& super præsumpto statuat & figat pedes,ponuntur per Gandin.Nouel.& Masc. in locis præcitatis,& per Menoc.*c.de præsump.li.*1.*q.*97.*n.*2.*& seqq.videlicet in c.is,qui fidem,de sponsal.in cap.de illis, de desponsat.impub.in c.per tuas.de cond.app.in cap. significauit, de eo qui dux.in matr.quam poll.per adul. in c.insuper, qui matr. accus.poss. in l.fi.C.ad Macedo.in l.fi.C.arbitr.tut.in Antiquæ, Cod.ad Velleian.in* §. *penult.in Auth. vt lic.mat.& auiæ* , & alibi sæpius,in iuribus citatis per præfatos Doctores. † Nec 105
desunt aliæ huius præsumptionis definitiones relatæ per eũdem Menoc.*d.q.*3.*n.*14.vbi etiam quòd præsumptio iuris,& de iure cõgruo nomine appellari potest,fidei certitudo nõ ab euidẽtia rei,non ratione ducta , sed ab authoritate credibili: quæ quidẽ descriptio nec ab aliis dissona est.† Potes etiã di- 106
cere secundùm Bal.*in rub.C.de proba.n.*4.quem sequutus est Curt.iun.*cons.*4.*n.*15.*cõs.*50. *n.* 5. Pręsumptionẽ iuris & de iure,esse animi legislatoris applicationẽ ad verisimile confirmatã sanctione.†Et demũ secundùm eundẽ Bald.*in rub.ext.* 107
*de præsump.n.*1. ‖Innoc. *in c.quia verisimile,n.*2.*de præsumpt.* Alex.*in l.int.stipulantẽ,*§.1.*n.*3.*ff.de verb.oblig.* dicere potes, quòd pręsumptio iuris & de iure est ea,quæ in lege scripta est & ita ab ea sancitũ,ne cõtrariũ probari possit:quòd&voluit Rom.*in l.si duo,n* 8.*ff.de acquir.hæred.* vbi ex hoc infert, †quòd si statutũ introduceret aliquod gen.probationis,vel- 108
létque illud esse plenã probationẽ plenãque fidẽ facere,talis probatio esset præsumptio iuris & de iure,vt per glo.&Bald. ibi per Romanũ allegatos,& per Card.Alexan.*in c.is qui fidem n.*23.*extra de sponsa.*& alios quos in proposito adducit

Menoc.

109 Menoc.*in d.q.3.n.10.& seqq.* vbi † etiam ponit, quòd ad hoc vt dicatur præsumptio iuris & de iure, non est necesse, quòd lex seu statutum prohibeat probationem in contrarium, sed sufficit, quòd illã habeat pro certa & plena probatione: quòd postea contra eam non admittatur probatio, venit ex natura præsumptionis absque eo, quòd exprimatur, *l. antiquæ, C. ad Velle. l. à diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iud.* cum aliis, de quibus latiùs dicam *infra hoc eodem lib. sub tit. de reo confessio & conuicto:* vbi bene tractabo, an & quando iuris præsumptio, vel iuris & de iure admittat, vel non admittat probationem in contrarium.

110 * PRÆSVMPTIO hominis distinguitur etiam &* cõmuniter per Doctores in leuem, seu non vehementem, grauem, seu vehementem, item & in violentam. vt videre est apud Anch.*in cons.* 302.*n.*1. Soc.sen.*in cons.* 160.*in prin. vol.* 2.& *cons.* 192.*n.*2.*co. vol.* Dec.*cons.* 21.*col.* 2.*Talis, &c.* & ante istos apud Bal.*in rub. C. de prob. n.* 4.& *in l. siue possideris, col. fi. vers. Quæro nunquid sit, de prob.* sequitur Nouel. *in pract. crim. in prin. sub rubr. Indicia quæ præcedere debent post n.* 50.*ver. Hominis verò præsumptio, fol. mihi* 37. Mant.*de coniect. vlt. vol. lib.* 1.*tit.* 2.*rub. de coniect. in quot species distinguatur, n.* 5. Bolog.*in tract. de differentiis iuris & facti n.* 106. Menoc. *de præsump. lib.* 1.*q.* 5.*n.* 11.& *n.* 13.& *n.* 14. vbi tamen quòd ista leuitas, seu grauitas præsumptionem non inducit de iure inter eas specificam differentiam, quia plus & minus non facit differre specie *l. si. ff. de fundo instru.& instrum. leg.* & cum Menochio sensit etiam Abb.*in cap. quanto, col. fi. de præsumpt.* dum dixit hæc vocabula.*leue, graue, vehemens, violentũ*, esse potiùs magistralia vocabula, quàm quòd inter ea sit specifica differentia: sed siue differentia sit specifica, siue non, videmus pro terminorum cognitione, quomodo isti præsumptionum gradus

111 inter se differant. † Dicas quòd leuis, seu non vehemens præsumptio est *inclinatio quædam animi boni viri ad eligendũ alterum extremorum ex intellectu prouenientes, & cõiectura nobili,* secund. Bal.*in rub. C. de probat. n.* 4. quem refert Menoch. *vbi*

112 *suprà, d. q.* 5.*n.* 13.& *q.* 8.*n.* 1.*in fine.* † Vel melius secundùm Alex. de Ales, præstantissimum Theologũ, *in summa, par.* 3. *q.* 45.*membro septimo, col. pen.* quem sic refert Menoch. *vbi suprà, q.* 2.*n.* 4.& *n.* 8. dicas leuem præsumptionem esse, *in qua parua adest coniectura mali* (si malum est id de quo præsumendum est) *& magna boni, vt quia multa sunt signa boni, &*

113 *nulla, aut parua mali:* † Exemplũ pone, vt ibi per eum. Vehemens & non leuis præsumptio, est applicatio animi boni viri ad valde verisimile, secũdum Bal.*in d. rub. C. de prob. n.* 4. quẽ refert Menoc.*d. q.* 5.*n.* 13.& *q.* 8.*sub n.* 1. per tex.*in c. fide fuc-*

114 *cess. ab inteſt.* † Violenta autẽ præsũptio quã aliqui Doctores dixerunt idẽ esse quod indiciũ indubitatũ, secundùm Marſ. qui alios refert *in rub. C. de prob. n.* 248.*Verum scias*, & Monticel.*reg. crim.* 11.*n.* 5. est ea ex qua animus iudicantis in cõtrariũ persuaderi nõ potest, nec eius intellectus verti potest in cõscientiã oppositã, secundùm Bal.*in cons.* 249.*in fi. lib.* 1. quem sic refert & sequitur Ioseph. Lud.*in suis com. opin. lib.* 1.

115 *concl.* 54.*vers.* † *Et præsumptio violenta.* nec dissentit Aym.*cõs.* 178.*n.* 9. vbi etiã hanc præsumptionẽ vehementẽ appellat, prout illũ refert Petr. Ant. à Petra *in tract. de fideicom. q.* 9.*n.* 91.& Mant.*de coniect. lib.* 1.*d. tit.* 2.*n.* 7.*vers. quauis vehemens,*

116 *&c.* † Itẽ secundùm Alex. de Ales, *vbi suprà* relatum, & per Menoc.*d. q.* 2.*n.* 7. præsumptio violẽta dicitur quando omnis coniectura apparet mali, nulla autẽ boni, & sic omnia signa

117 sunt mali, & nulla boni. † Item violẽta dicitur præsumptio ea quæ iuris est, & multò magis ea, q̃ est iuris, & de iure, vt per Bal. *in l. siue possidetis, n.* 5. *C. de prob.* Alex.*cons.* 15.*n.* 10.*vol.* 1. Gand.*in tit. de præsu.& indic. dubitatis, n.* 12. Guid. de Suzzar. *in tr. de ind.& tort. n.* 98. Masc.*de prob. lib.* 1.*q.* 10.*n.* 32. Meno. *vbi* sup.*q.* 3.*n.* 1.& *q.* 4.*n.* 6. Mant.*de cõiec. lib.* 1.*tit.* 2.*n.* 7.*in fi.*

118 PRÆSVMPTIO † hominis rursus distinguitur in temerariã, & probabilẽ, vt per Gand.*in tit. de præsumpt. & indiciis dubitatis, n.* 10.& *seq.* quẽ sequuti sunt Nouel. *in pract. crim. in prin. sub rub. indicia quæ præcedere debent, post n.* 50.*fol. mihi* 103. Capra *in suis concl. in tract. de notor. præfat. n.* 19.*fol. mihi* 75.*a tergo*, Masc.*de prob. lib.* 1.*q.* 10.*n.* 17. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 1.*tit.* 2.*n.* 5.*in fin.* Menoch.*de præsu. lib.* 1.*q.* 2.*post n.* 4.

119 † Temeraria est illa præsumptio, quæ ex leui causa, & coniectura, vel à vilibus, & leuib. personis oritur. Probabilis verò,

120 † quæ à grauibus personis, vel à nõ leui causa coniectura oritur. Sic námq; hos terminos bene declarat, & iurium authoritate comprobat Gand.*vbi* sup.*d. n.* 10.& 11. vbi etiam dicit, quod probabilis dicitur præsumptio ratione loci, vel temporis: si enim † quis visus fuerit in loco supecto, aut in hora su- 121
specta, in quo loco, aut in qua hora crimen fuit commissum, oritur contra illum, sic in illo loco, & hora visum probabilis suspicio ipsius criminis, *arg.* tex.*in l. facta, §. tempus, & §. locus, ff. de pœnis, in l. Gracchus, C. de adult. & in c.* 3.*in c. literis, extra de præsum.* † Et Gandini hanc descriptionem probabilis, & te- 122
meratiæ præsum.*q.* 5.*n.* 15. vbi etiã allegat Spec.*in tit. de præsum. §. species, n.* 1. & Mascar. *d. q.* 10.*n.* 27.& *seqq.* vbi bene exẽplis demonstrat temeritatẽ præsumptionis, in quibus consistat. † Vel secundùm Alex. de Ales, quẽ refert Menoc.*d. q.* 123
2.*n.* 6.*iunct. n.* 10. dicas temerariam præsumptionẽ esse, quãdo omnia signa sunt boni, & nulla mali. † Probabilẽ verò quãdo 124
sunt multa signa mali, & parua, vel exigua boni, vt in exẽplis ibi per eum positis, & in proposito, vide quę in simili de probabili, & temeraria coniectura infrà dicuntur, *sub n.* 68.

PRÆSVMPTIO † autem iuris & de iure alia sumitur ab 125
humanis principiis, alia autem à naturalibus, quæ naturæ præsumptio à Doctoribus nuncupatur. † Præsumptio, quę ab hu- 126
manis sumitur principiis, est ea quæ nascitur ab indiciis, & coniecturis humana lege, & ratione probatur: & istæ coniecturæ ex quibus nascitur hæc præsumptio, sunt coniecturæ apparentes, ex quibus secundùm Bald.*in rub. C. de prob. n.* 6. *v. Exẽplũ de secundo*, oritur quædã necessitas legitima. † Exẽ 127
plũ afferri potest de eo, quem probatũ est eximisse de domo, vbi postea occisi cadauer repertum fuit cum nudo & cruento, ac districto in manibus gladio, vnà cũ vestibus sanguine madefactis: hinc enim necessaria, & legitima, secundùm Bal. *vbi sup.* oritur præsumptio ab humana ratione, & apparentibus coniecturis ducta, quòd ille sic egrediens homicidium cõmiserit, ad trad. per eundem Bal. *in l. Iur est, n.* 2.*ff. de iust* Boër.*q.* 106.*n. septimo* Gram.*decis.* 41.*n.* 4. Ant. Gomez.*var. resol. tom.* 3.*n.* 11.*in fin.* Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 270.*n.* 18.*lib.* 2. Clar.*in pract. q.* 21.*ver. si aliquis*, Io Mar. Monticel. *in pract. crim. reg.* 11.*n.* 15. Sarmien. *Select. interpret. lib.* 1.*c.* 1. *sub n.* 9.*vers. item indicium*, Mascard.*de prob. lib.* 1.*concl.* 23.*n.* 2.& *concl.* 867.*n.* 25.26.*lib.* 2.& *concl.* 1220.*n.* 12.& *concluſ.* 1221.*n.* 58.*lib.* 3. & latiùs *infra suo loco* explicabimus, *videlicet in q.* 56.*n.* 50.& *seqq.* † Præsumptio autẽ naturæ & quę, vt 128
dixi, à naturalib. principiis nascitur, & quæ etiam necessaria à Doctoribus appellatur, ea est, quæ non ab humana ratione, seu coniectura ducitur, sed à naturali. † Exemplũ poni potest 129
in muliere lac habente in mammis: hinc enim oritur violenta naturæ præsumptio, mulierẽ istam corruptam, secundùm Bal.*in rub. C. de prob. n.* 6.*v. exemplum de primo.* Natura enim & non hominis ars efficit, vt lac habeat in mammis mulier propter generationem, ideo hæc naturæ præsumptio meritò nuncupabitur. Item potest poni exemplum secundùm Bal.*in loco nunc citato* in homine cui fuit caput amputatũ: inde enim necessaria oritur naturæ præsumptio, quòd mortuus fuerit, quia natura non patitur, quòd homo viuat sine capite: etiam huius naturalis præsumptionis aliud potest poni exemplum, si dicamus, fumus ex domo exiuit, ergo ignis adfuit. Natura enim hoc effecit, ideo & naturæ dicetur præsumptio, secundùm Menoch. qui aliis pluribus exemplis hanc distinctionẽ declarat *in suo tract. de præsumpt. lib.* 1.*q.* 3.*n.* 2.& *pluribus sequentibus* sicut etiam facit Mant.*de coniect. vlt. vol. lib.* 1.*tit.* 2. *n. octauo*, Mascard. *de prob. lib.* 1.*quæst.* 10.*n.* 17.& *seqq. lib.* 2. *concluſ.* 1219.*n.* 2.& *seqq.* apud quos optimè hanc materiam declaratam reperies.

PRÆSVMPTIO † demum, secundũ Fab. Quintilian.*lib.* 130
5.*instit. orator. c.* 8. quem sequutus est Franc. Duaren.*lib.* 1.*disput. anniuer. c.* 27. quos ambos pariter refert & sequitur Menoc.*de præsum. lib.* 1.*q.* 2.*n.* 1. distingui potest alio modo, quòd scilicet alia sit necessaria, alia credibilis, seu verisimilis, alia autẽ non repugnans. † Necessaria dicitur illa præsumptio, cùm 131
aliquibus positis necessariò inde efficimus quod intendimus, secũdùm Menoc.*vbi suprà, q.* 3.*n.* 1. prout est præsũptio iuris & de iure, & naturæ, de qua mox dixi. † Credibilis, seu verisi- 132
milis præsumptio ea est, cùm aliquibus positis verisimiliter, & credibiliter non autẽ necessariò, sequitur quod intendimus, secundùm Menoc.*ibid. q.* 4.*n.* 1. vbi ponit exemplũ in præsũptione iuris tantùm. † Non repugnãs autẽ præsumptio, aliud 133

nō est nisi hominis præsumptio, secundū Menoc. *vbi sup. q.* 5. *n.* 1. *& seqq.* quæ quidē hominis præsumptio, in quibus differat à credibili, ac verisimili præsumptione, & sic à præsūptione iuris, dixi *suprà, n.* 93. *& seqq.* Ideo hîc non repeto. † Sed si vis scire, an iuris præsumptio dicatur dispositio legis vel hominis, vide plures casus distinguentem eundem Menoch. *vbi suprà, q.* 46. *n.* 1. *& pluribus seqq.*

135 FICTIO † multis modis à Doctoribus nostris diffinita reperitur, quod hîc breuiter referre non absurdum putaui. Prima definitio Cyni, *in l. si is, qui pro emptore ff. de vsucap.* quòd sc. fictio sit in re certa contrarij veritatis pro veritate assūptio: sed hæc definitio reprobatur per Bar. *ibi in* 1. *q. n.* 21. plurib. rationibus, quas bene refert Ias. in eodē loco, *n.* 167. & post
136 Ias Masc. *de prob. lib.* 1. *q.* 16. *n.* 1. *& seqq.* † Secunda fuit Bar. *in d. l. si is, qui pro emptore, dicentis, quòd fictio est in re certa eius quod est possibile cōtra veritatē pro veritate à iure facta assumptio,* & ibi singula huius definitionis verba bene pōderat, &
137 declarat, & præsertim illud verbū, *possibile,* † quia super impossibili nō cadit fictio, vt per gl. *in l.* 3. *ff. pro socio, in l. Gallus,* §. *si eius ff. de lib. & posthu.* & per eundē Bar. *in l. sub conditione, n.* 2. *ff. de cond. & demonst.* & eiusdē definitionis etiā singula verba ponderat idē Masc. *d. q.* 16. *n.* 6. *& seqq.* & licèt hæc Bart. diffinitio, non transeat sine difficultate, vt apparet ex relatis per Masc. *ibid. n.* 9. *ver. Etsi ista Bart. diffinitio, & seqq.* negari tamen non potest, quin cæteris aliis magis veritati accedat, & propterea cùm omnis definitio in iure nostro periculosa sit, *l. omnis diffinitio, ff. de reg. iu.* eam ideo sequēdā esse idē affirmat
* Masc. *d. q.* 16. *n.* 14. Eandémque magis* cōmuniter receptā esse testatur Cur. iun. *cons.* 4. *n.* 15. sicut illū refert Menoc. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 4. Tertia fuit definitio Ang. *in d. l. si is, qui*
138 *pro emptore,* vt scilicet fictio sit † indubitatæ falsitatis pro veritate assumptio in casu possibili, & ex iusta causa ad inducēdū aliquē iuris effectū æquitati naturali nō repugnantē, & cum hac Angeli definitione trāseunt Imola, Raph. Cuman. Lud. Roman. *in d. l. si is, qui pro emptore.* vbi etiā Ias. *d. n.* 167. *vers. Tertiam definitionem,* singula eiusdē definitionis verba pōderat, & declarat, illámque cæteris aliis plenioré dicit Menoch.
139 vbi suprà, *d. q.* 8. *n.* 6. † Quarta succedit definitio Bald. *in l. ea quidem, n.* 7. *C. de accusa.* dum dixit, quòd fictio est falsita spro veritate accepta ex specialissima, & iustissima causa à iure expressa, & hāc Bal. diffinitionē refert Ias. *vbi supra, n.* 167. *ad finē ver. Quarto modo, &c.* Petr. Anton. à Petra *in tr. de fideic. q.* 9. *n.* 87. & Mas. *d. q.* 16. *n.* 11. *& seqq.* vbi tamen dicit, & etiam demonstrat, quòd in multis claudicare videtur, vt ibi per eū.
140 † Quinta datur definitio per eundē Bal. *in l. siue possidetis, C. de prob.* quòd scilicet fictio sit contra naturalē veritatē terminorū super eo, quod quandoq; fuit possibile, & nō verū. sed & ista quoq; definitio manca reputatur per Mas. *d. q.* 16. *nu.*
141 13. † Sexta subintrat definitio Card. Flor. *in cap. is, qui fidem, in* 1. *q. de spons.* quòd fictio sit in re certa ad vtrūlibet possibile, in cōtrariū veritatis legis authoritate pro veritate accepta. Verū & hęc etiā diffinitio imperfecta probatur per eūdē Mas.
142 *d. q.* 16. *n.* 3. *vers. Hinc Card. Flor.* † Septima affertur diffinitio eiusdē Card. *in clem. quod autē, in* 14. *de elect.* sicut illum refert Ias. *in d. l. si is, qui pro emptore d. n.* 167. *ad finē, vers. Sexto modo, &c.* dicentis, quòd fictio est iuris dispositio, per quā nō ve-
143 rū, possibile tamē esse verū, pro vero accipitur. † Octaua datur diffinitio Sali. *in d. l. siue possidetis, C. de probat.* quòd fictio sit contra veritatē rei, quæ fuit vel est possibilis à iure ex bono & æquo pro veritate assumptio. Sed & ista Sal. definitio tanquā mutilata reiiciēda videtur, vt per Masc. *d. q.* 16. *post n.*
144 13. *v. Postremo loco, &c.* † Nona & vltima reperitur definitio Alciati *in tr. præsump. in prælud. par.* 1. *n.* 2. quē sic refert Menoc. *de præsump. lib.* 1. *d. q.* 8. *n.* 7. quòd fictio sit legis aduersus veritatem in re possibili ex iusta causa dispositio. Vides ergo quantū inter se controuertāt DD. in traditione veræ huius diffinitionis. Sed certè, vt dicit Iurisconsultus *in d. l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur.* difficile est in iure nostro dare definitionē ex omni parte absolutā, & iuxta Dialecticorum propositiones perfectā: ideo vel secūdùm Ias. *in d. l. si is, qui pro empt. n.* 167. *in fi.* teneas quā velis ex suprà relatis definitionibus, vel
* nō recedas ab illa Bart. tanquā magis communiter* recepta.
145 FICTIONIS triplex est species, † secundùm Bar. *in d. l. si is, qui pro emptore, n.* 25. *ff. de vsuc.* nēpe alia est inductiua, alia
146 priuatiua, & alia translatiua, seu extensiua. Inductiua † fictio est, quando lex fingit esse id quod nō est. Priuatiua, † quando 147
è cōtrà fingit esse id quod est, nō esse. Translatiua † vel extē- 148
siua est, quādo lex fingit id quod est, vno modo esse alio modo. Et sic quælibet istarū fictionū ab efficienti causa nomen sortitur. Diffiniamus modò magis particulariter singulas fictionis propositas species. Fictio † inductiua, secundùm Bar. in 149
loco citato, est in re certa non existente possibili pro existēte à iure facta assumptio. Fictio † priuatiua est in re existente possibili non existere, pro nō existēte à iure facta assumptio. † Fi- 150
ctio autē translatiua siue extensiua est in re certa vno modo 151
existente, pro existēte alio modo possibili à iure facta assumptio: sic namque singulas fictionis species post Bart. *vbi suprà* diffiniendas putauit Mascar. *d. q.* 16. *n.* 15. *& omnibus seqq.* ad quem in materia recurras, quia bene illam declarat.

CONIECTVRA Vt quid † sit bene dignoscas, audi varias Doctorū descriptiones, ne dicam definitiones. Bal. *in l. ea* 252
quidē, n. 10. *C. de accus.* dixit, *Coniecturam esse acceptionē seu reputationem veri ex aliquo sic verisimiliter ordinato,* vt putà per circulū hospitij reputamus tabernā, & per habitū meretricē, *in l. apud Labeonē,* §. *si quis virginem, ff. de iniur.* & Baldum referendo seq. sunt Nouel. *in pract. crim. in prin. post n.* 34. *litera E, vers. aliquando iudicij, fol. m. hi* 28. *in fi.* Menoc. *de præsum. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 31. Petr. Ant. à Petra *in tr. de fideic. q.* 9. *n.* 93. *vers. Et cōsensit Bal.* Mant. *in tr. de coniect. lib.* 1. *tit.* 1. *rub. coniectura vnde dicatur, & quid sit, n.* 5. vbi ex Baldi sentētia in loco citato dixit cōiecturā esse † veri opinionē ex signo probabili de- 156
ductā. Et rectè quidē dixit, *ex signo probabili,* quia propriè cōiectura ea dicitur, quæ à nō necessariis, sed à probabilibus oritur: si enim à necessariis oriretur, nō dubia, sed certa res esset, & sic cōtra naturā coniecturæ, quæ est de re dubia, & habet se ad esse & ad nō esse, secūdū Cor. *in cōs.* 275. *n.* 2. *vol.* 4. facit ratio, quia in claris nō est opus cōiecturis. *l. cōtinuus,* §. *cum ita, ff. de verb. obl.* docet Mant. vbi sup. *n.* 11. & explosa contraria sentētia eorū qui dixerūt cōiecturā esse præsūptionē à naturæ necessariis prouenientē bene declarat Meno. *d. q.* 7. *n.* 25. *& seq.* & cū ista diffinitione multū cōuenit alia diffinitio Tiberij Deciani, sicut testātur Mant. vbi sup. *n.* 8. *in fi.* dicētis cōiecturā esse verisimilitudinē quandā probabilē animū inducentē ad aliquid opinādū. Ité & cū ea cōuenit altera diffinitio relata per eundē Manticā *ibid. n.* 9. *ad fi.* dum dixit, cōiecturā esse rationabilē argumentationē à verisimilitudine fidem-
facientem, non autem necessariò concludentē. Omnes enim istæ diffinitiones licèt per diuersa verba, in idē tamen ferè tēdunt, videlicet quòd de natura coniecturæ sit, nō plenè & de necessitate cōcludere, sed verisimiliter & probabiliter opinari. Rursus & idē Bal. *in d. l. continuus,* §. *cum ita in fi. ff. de verb. ob.* per illū textū dixit, quòd cōiectura est quidā mētis cōceptus indiciis vel iuris authoritate comprobatus. Et secundum Speusippum, qui fuit Platonis ex sorore nepos, teste Masc. *de prob. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 3. cōiectura † est rei latētis indiciū per ratio- 154
nes, signa & tēpora sumptum, refert Menoc. *de præsum. d. q.* 7. *n.* 27. *&* 28. & Mantica, *d. tit.* 1. *n.* 8. *in fi. vers. sunt etiam.* Et † demū relatis omnibus prædictis definitionibus aliam marte 155
suo tradidit definitionē Mant. *in loco citato, n.* 9. *& seqq.* volēs cōiecturā esse rationabile vestigiū latentis veritatis, vnde nascitur opinio sapientis. Ibiq; singulas huius definitionis partes examinat, & illā ex genere & specifica differentia, ac vndiq; perfectā esse demonstrat. Quòd † enim cōiectura sit vera sa- 156
pientū opinio, scripsit etiam Bal. *in l. de quib. n.* 33. *vers. quoad quintam, ff. de legib.* sequitur Franc. Niconit. *in rub. C. de edendo, n.* 41. & Per. Ant. à Petra *in tract. de fideic. d. q.* 9. *n.* 93.

CONIECTVRA † autē vnde dicatur, vide Bal. *in l.* 1. *n.* 6. 157
circa medium, vers. vnde quæritur, C. de priuil. dot. vbi dicit coniecturas dici quia cōiunguntur origini suæ, & esse quasi cōnexuras & colligaturas, & Baldū sequuti sunt Curt. sen. *in l. admonēdi, n.* 187. *alias* 290. *ff. de de iureiur. & in cons.* 69. *n.* 2. *vers. sed præmissis,* quem refert pariter & sequitur Mant. *in tr. de coniect. vlt. vol. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 2. & Manticam refert Mascar. *de prob. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 6. Nec dissentit Menoc. *de præsum. lib.* 2. *q.* 7. *n.* 23. † Dici etiā potest coniecturā dictā esse à coniectu, 158
id est, directione quadam rationis ad veritatem: vnde M. Tullius ad Herennium, statum coniecturalem appellat, cùm per coniecturas quæritur, an aliquid factum sit, vel non, & hanc etymologiam ponit Fab. Quintilian. *lib.* 3. *Instit. ora. c.* 7. quē referunt Menoc. *d. q.* 7. *n.* 30. & Mant. *d. tit.* 1. *eo. n.* 2. *vers. Sed*

Quinti

159 *Quintilianus.* † Et demum secundùm Menoch. *in locis nuper citatis*, dicere etiã possumus coniecturam dictam esse à coniecto, coniectas, frequentatiuo, quod idem est, quod existimo vel diuino, vnde Teren. in Eunucho *Neque scio quid dicam, aut quid coniectem:* & vnde etiam dicti sunt, secundùm Fabiũ *vbi sup.* somniorum, atque omnium coniectores.

169 CONIECTVRA† & præsumptio, vnũ & idẽ sunt, vt *inf.* demonstrabo *in hac ead. q. n.* 27. ideo coniectura casdẽ recipit diuisiones, quas recipit præsumptio. Igitur coniectura, alia est hominis, alia iuris tantùm, alia autem iuris & de iure, sic nempe primo loco distinxit Mant. *in tract. coniect. vlt. vol. lib.* 1. *t.* 2. *rub. Coniectura in quot species distinguatur, n.* 1. & Manticam

161 refendo sequutus est Masc. *de prob. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 16. † Coniectura hominis, secundùm eundem Manticam *d. n.* 1. *ver. prima autem hominis dici potest ea, quæ in iure non expressa, sed Iudici committitur, vt inspiciat quid sibi videatur, & an aliquam fidẽ faciat, iuxta leg. minor* 25. *annis adito præside, ff. de minor. & l. vtrùm, ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ob carmen, §. si testes, ff. de testib.* & per Bald. *in l. siue possidetis, n.* 6. *C. de probat. & in rubr. extra de præsum. n.* 3. vbi hanc ponit differentiã inter cõiecturã iuris, & coniecturã hominis, quia iuris coniecturæ in legibus scriptæ sunt, Iudicũ verò (& sic hominis) coniecturæ non possunt describi, quia pendẽt ex diuersis animi motibus, quod & suprà explicaui in materia præsumptionis, *n.* 96. &

162 *seqq.* † Coniectura iuris secũdùm eundẽ Manticã, *d. n.* 1. *vers. Secunda autẽ coniectura aliud non est, quam ea quæ ab ipsa lege inuenta, aut approbata est, vt in l. cùm auus, ff. de cond. & demonst. in l. cũ acutissimi, de fideicomm. in l. generaliter §. cũ, C. de instit. & substit. in leg. licet Imperator, & in l. si seruus pluriũ. ff. deleg.* 1. & alibi sępius, vt in exemplis suprà remissiuè allegatis,

163 *n.* 92. † Cõiectura autẽ iuris & de iure, secũdùm Manticã *vbi sup. n.* 3. definiri potest, vt sit dispositio legis aliquid præsumẽtis, & super præsumpto, tãquã sibi cõperto statuentis: sic enim præsũptionẽ iuris & de iure, *sup. n.* 101. definiuimus, & præsumptionis definitionẽ posse etiã applicari coniecturæ, sentit Mant. *d. n.* 3. cùm, vt dixi, coniecturã, & pręsumptionẽ tanquã synonyma accipiat & promiscuè declaret: quare in proposito vide quæ in simili de præsũptione dixi *suprà, n.* 85. *& seqq.*

164 CONIECTVRA† etiam diuidi potest, quòd alia sit leuis, alia grauis, seu vehemens, alia autẽ violenta secundùm eundem Manticam *de coniect. lib.* 1. *d. tit.* 2. *n.* 5. vbi hanc diuisionem, quam in præsumptione ponunt Doctores relati *suprà, n.* 110. ipse applicat etiam coniecturæ ea ratione, vt dixi, quia coniectura & pręsũptio idẽ sunt, & Manticã refert, & sequi-

165 tur Masc. *d. q.* 14. *n.* 17. † Coniectura leuis quæ sit, vide *suprà,*

166 quæ de præsumptione scripsi, *n.* 111. *& seq.* † Coniectura vehemens est ea, quæ ita adhæret animo iudicantis, vt contrarium ei persuaderi non possit, secundùm. Bal. *in cons.* 299. *in fi. vol.* 1. Aym. *cons.* 178. *n.* 9. Mant. *d. tit.* 2. *n.* 7. *in fine*, sed certè hæc definitio competit potiùs coniecturæ violentæ, de qua mox dicam, quàm vehementi, licèt vehemens. & violenta cõiectura aliquando per Doctores confundatur, *vt supra dixi, n.* 115. ideo vehementem coniecturam definias, vt suprà de

167 præsumptione dixi, *n.* 113. † Coniectura autem violenta dicitur ea, quæ habet persuadendi necessitatem, vt quia verisimile, *de præsump. & in l. non est verisimile, ff. quod met cau.* Bal. Aym. & Mantica in locis præcitatis.

168 CONIECTVRA tertio† loco distingui potest, quòd alia est temeraria, alia autem probabilis (sic enim & præsumptionem diuisam suprà reperies, *n.* 118. *& seqq.* vbi videas) secundùm Ias. *in l. potest, n.* 9. *ff. de vulg. & pupil.* & Rip. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.* 17. *& 64. ff. ad Treb.* quos sic refert Masc. *de prob. lib.* 1. *qu.* 14. *n.* 17. *in fin.* Mant. *de coniect. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 6.

169 † Temeraria ea est, quæ ratione caret, & longè à verisimili

170 recedit. † Probabilis autẽ, quæ à verisimili deducitur, & quæ in ratione fundatur, secundùm Bald. *in l. Barbarius, n.* 11. *vers. quæritur ergo, de off. prætor.* Mant. *d. tit.* 2. *n.* 6. *vers. Nam coniectura,* Masc. *eadem q.* 14. *n.* 18. *&* 19. † Et in proposito aduertas, quòd non omne id, quod videtur probabile, est probabile, sed illa tantùm probabilia sunt, quæ sic videntur omnibus,

171 aut pluribus, aut sapientib. & his vel omnibus, vel pluribus, vel maximè notis, & præcipuè ex Arist. *lib.* 1. *Topicorum, cap.* 1. quem sic refert Mant. *d. tit.* 1. *n.* 12. *vers. Neque id omne.*

172 SVSPICIO† definitur per Bal. *in l. ea quidem, n.* 3. *C. de accusa.* quod sit aliqualis animi applicatio ad aliquid cum vehementi titubatione. & Baldi hanc definitionẽ præter alios refert Nouell. *in pract. crim. in princ. sub rub. indicia quæ præcedere debent, n.* 34. *post mediũ, fol. mihi* 28. Alb. *in tract. de agnosc. asser. cathol. q.* 34. *n.* 43. *ad finẽ, vers. & aliquando,* vbi propterea dicit, quòd suspicio mouet animũ Iudicis, non tamen totam remouet dubietatẽ, argumento tex. *in l. Aquilia, si deletum ad suspicionem Iudicis, ff. ad l. Aquil. & l. absentẽ, ff. de pœnis,* Pet. Ant. à Petra, *in tract. de fideic. q.* 9. *n.* 103. † vbi pariter ex Bal. 173
in loco citato dixit, quòd suspicio est motus quidã mentis ad aliquid cũ vehementi titubatione. Nec dissentit idẽ *in rub. C. de prob. n.* 4. dum dixit, suspicionẽ † esse animi passionem ali- 174
quid firmiter nõ eligentis. Facit Bart. *in l. admonendi, n.* 21. *ff. iureiur.* vbi magistraliter concludit, suspicionẽ esse, quæ animum Iudicis aliquo leui argumento in aliquã partẽ inducit, nõ tamẽ omnẽ excludit dubitationẽ. concordat Gem. *in c. habuisse, in* 3. *not. ab.* 32. *distinct.* volens suspicionem esse speciem quandam probationis inducentẽ animum Iudicis ad aliquid credendum, non tamen esse talem, vt certè & fixè eiusdẽ Iudicis animum ad vnã partẽ applicet, sed bene eum ambiguũ reddere, comprobant prædicta Menoch. qui bene more suo loquitur in materia, *in tract. de præsumpt. lib.* 1. *qu.* 7. *n.* 41. *& seqq.* † Et sic ex prædictis habes, quòd suspicio dicitur leue in- 175
dicium, cùm, vt modò dixi, ex Bar. & Menoch. in locis citatis oriatur ex leui argumento. Nec dissentit Clar. *in pract. crim. §. fi. q.* 20. *post princ. vers. & huiusmodi indicia,* vbi dixit, quòd quando indicia non sunt multùm vrgentia, rectè possunt appellari suspiciones, sequitur Alb. *vbi supra, d. q.* 34. *n.* 43. *ad fi. vers. sed inducit.* † Vbi tenet suspicionem procedere ex aliquo 176
leui indicio, seu argumento: quo fit, vt suspicio describi possit alio modo, videlicet, quòd sit opinio mali ex leuibus indiciis procedens secundum D. Tho. 2. 2. *q.* 60. *art.* 3. quem sequutus est Simanc. *in lib. cathol. instit. tit.* 50. *rub. de præsum. n.* 22. *& in pract. contra hæret. tit.* 41. *n.* 1. quos pariter refert & sequitur Menoch. *d. q.* 7. *n.* 43. Pet. Ant. à Petra *d. q.* 9. *n.* 108. † Vbi 177
tamen magistraliter dicit, quòd licèt ad suspicionem probãdam leuis sufficiat probatio, quia ex leuibus signis potest oriri, ea tamen signa debent plenè probari, secundùm Oldrad. quem allegat *in cons.* 210. *in princ.*

SVSPICIO Habet† tres gradus, secundùm Menoch. qui 178
bene post alios declarat, vt dixi, materiam *in tract. de præsum. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 46. *& sequentibus,* ex cuius verbis eliciuntur pariter tres suspicionum species. Alia nẽpe leuis est seu temeraria (non enim in suspicione facit idem Menoc. differentiã inter leuem, seu temerariam, quia si leuis est suspicio, eam temerariam credit, vt ibi per eum *n.* 59.) Alia † vehemens, seu veri- 179
similis. Alia autem violenta. Temeraria seu leuis suspicio, est quædã animi passio cum præcisa extremorum ignorantia, secund. Sal. *in rub. C. de pro.* & Guliel. Mayner. *in l. obscurus, n.* 3. *ff. de reg. iur.* prout illos refert Menoc. *d. q.* 7. *n.* 50. *in fi.* † Et est, 180
quando ex aliquo admodũ leui indicio seu argumẽto Iudex animũ suum in alterã partẽ flectit, sed cũ dubitatione, & hæc propriè suspicio appellatur, vt suprà scripsi, *nu.* 172. *& seq.* & expressè tenet Menoch. *ibid. d. n.* 50. Vehemens † seu verisimi- 181
lis suspicio est illa, quæ non ex leuibus admodũ indiciis, sed ex fortioribus oritur, & ex quibus Iudex animũ suum in vnã partem inclinat cum aliquali seu modica dubitatione, & propriè opinio appellatur secundùm Capram *in tract. de notor. in præfatione, n.* 27. & Coras. *in l. admonẽdi, par.* 1. *n.* 105. *ff. de iureiur.* & Rip. *ibidem, num.* 91. vbi † quòd est animi motus cum 182
hæsitatione aliquid eligentis, sequitur Menoch. *vbi suprà, n.* 53. † Violenta autẽ suspicio dicitur ea, quæ ex vrgentibus ori- 183
tur indiciis, ita vt Iudex constãter & sine dubitatione vni parti potiùs quàm alteri adhæreat, vt bene comprobat idem Menoch. *vbi suprà, n.* 56. Et sic † ex præmissis apparet, quòd leuis 184
seu temeraria suspicio, continet in se dubietatem simpliciter. Vehemens † seu verisimilis continet pariter in se dubium, sed 185
modicum. Violenta † autem nullam prorsus continet dubita- 186
tionem. Rursus si indicia sunt admodum leuia, faciunt suspi- 187
cionem temerariam seu leuem. † Si grauia & vrgentia, illam 188
faciunt vehementem seu verisimilem. † Si grauiora & vrgen- 189
tia eandem reddunt violentam, & ad torturam sufficientem, argumento tex. *in l. prima, §. si quis in villa,* ibi: *suspicionẽ cædis,* & ibi hoc præcipuè notat Roman. *in prin. ff. ad Syll.* Alio modo & etiam bene iudicio meo hos terminos declarat Arnal. Alb. *in tract. de agnoscen. assert. catho. & hæret. quæst.* 34. *n.* 46.

190 Vbi †dixit leuem esse suspicionem eam quæ oritur ex iis quę
191 rarò contingunt. †Grauem seu vehementem eam quæ ori-
192 tur ex iis, quæ frequenter contingunt. † Violentam autem
eam, quæ oritur ex semper contingentibus.

193 OPINIO †quid sit, ex præmissis clarè liquet: quia, vt dixi
194 *supra, n.* 131. *& seq.* est | idem quod vehemens seu verisimilis
suspicio, & est animi motus cum hæsitatione aliquid eligen-
195 tis, †vel secundùm Bal. *in rub. de prob. extra in prin.* est ratio-
cinatio de re dubia. vel, secundùm Alb. *in l. sine possidetis, post*
n. 7. *de prob.* est adhæsio vnius partis cum formidine alterius,
196 & †secundùm eundē Bal. *in l. cum antiquioribus. n.* 3. *C. de iure*
deliber. vehemens opinio est, quando ex probabilibus coniec-
turis, quis credit id quod verum est, licèt certò non sciat.

197 DVBITATIO †autem secundùm Bar. *in rubr. ff. de iur. &*
facti ignor. & in l. de statu suo dubitans, ff. de test. non est pro-
priè aliquis probationis gradus, sed est principiū inuestigatio-
nis certitudinis & fidei, vt etiam per Capram, *in suis cōclusio-*
nib. in tract. de notor. in præfatione, n. 14. vbi post eundem Bar.
198 quem allegat *in l. admonendi. ff. de iureiur.* † dicit dubitationē
esse, quando Iudex ex deductis corā eo dubitat modò ad vnā
partem, & modò ad aliam, nec ad vnam potiùs quàm ad aliā
animum applicat, vt est quādo probationes sunt æquales. *ad*
eam nostra, extra de testib. vel quādo habēt aliquid obscuritā-
tis, *ad cap. in præsentia, extra de prob.* Et aduerte, quòd si post
hanc dubitationem Iudex inclinare incipiat in vnam partem
potiùs, quàm in aliam, tūc cessat dubitatio, & intrat suspicio,
de qua *supra* dixi, *n.* 128. *& seqq.* Et si ista suspicio oritur ex
grauibus indiciis, tunc cessat suspicio, & intrat opinio, vt pari-
ter *supra* dixi, *n.* 131. & bene etiā declarat Menoch. *de præs.*
in sæpius allegata q. 7. *n.* 47. *& seq.* vbi quòd tunc propriè du-
bitare Iudicem dicimus, quando nulla adest ratio, nullāque
causa, ex qua magis in vnam partem quàm in alterā inclinet,
secundùm *glos. in d. l. de statu ff. de testam. & in rub. ff. de iur.*
& fac. ignor. & dubius is dicitur, qui cùm duas vias habet, vtrā
eligat nescit. Iudex ergo tunc dubitare dicitur, quando non
magis animum suum ad actorem, quàm ad reum inclinat. At
si Iudex post dubitationem aliquo motus indicio, vel argu-
mento in alteram partem flectat, licèt cum dubitatione, &
tunc non ampliùs dubitare, sed suspicari dicitur, *iuxta l. in l.*
Aquilia si deletum, ff. de l. Aquil. cum aliis suprà allegatis.

199 ARGVMENTVM, † Quod quasi argutè inuētū dicitur,
& longè distat ab instrumentis, & testibus, *cap. forus, §. argu-*
200 *mentum, extra de verbor. signific.* †Et quod leue indicium, sed
non tam leue, sicut suspicio, appellat Clar. *in pract. § final.*
quæst. 20. *sub princ. vers. & huiusmodi indicia definiri*, seu de-
201 scribi possunt pluribus modis. †Nā secundùm Bal. *in l. ea qui-*
dem, n. 9. *C. de accus.* Argumentum est propositio ex aliquibus
existentib. resultans ad propositū ostendendū, vel concludē-
dum: & sic, & breuiùs secundùm Bald. ibi. est pluriū collatio
ad vnā conclusionē. Sequitur Nouel. *in pract. crim. in prin. in*
rub. ind. quæ præcedere debent, post n. 24. *sub vers. Maiores no-*
stri, fol. mihi 28. vbi propterea ponit exēplum, quando plura
indicia, vel præsumptiones, vel testes ad vnā conclusionē co-
pulantur, tunc quādo ista copulatio, seu collatio pluriū tēdit
ad vnā conclusionē, argumētum dicitur: *secundum Nouel.* ibi,
& per Menochium de præsumpt. lib. 1. *quæst.* 6. *n.* 4. *& seq.* vbi
quòd licèt apud Dialecticos varius sit argumenti vsus, nem-
pe ex syllogismo, enthymemate & epicheremate: nos autem
argumentum esse intelligimus illud quod ex quibusdam, vel
etiam multis priùs positis ducitur, & inde argumentamur
prout fit *in l.* 3. *in princip. & in §. primo, & in l. ob carmen, §.* 1.
ff. de testibus, & in leg. licèt Imperator. ff. de leg. 1. *in l. non om-*
nes §. a barbaris, ff. de re milit. & in l. cum res, C. de prob. & si-
cut ex vino & melle fit mulsum, §. *quòd si partem. Instit. de re.*
diuers. ita ex pluribus propositionibus creatur argumentum,
secundùm Petr. Ant. à Petra *in tract. de fideic. q.* 9. *nu.* 116. *&*
seqq. vbi etiam pro hac Baldi definitione allegat Gramm. *dec.*
202 23. *n.* 23. †Altera affertur definitio per Ant. de Butr. *in c. ve-*
stra duxit extra de cōhabit. cleric. & mulier. sicut illum refert
Capra in suis conclusionib. *in tract. de notor. in præfatione, n.*
15. dum dixit argumentum esse rei dubiæ ostensionē in gra-
du materiæ subiectæ possibili, cum qua definitione multùm
conueniūt verba Ciceronis in Topica, prout illū refert Me-
203 noc. *d. q.* 6. *n.* 2. †dicētis, quòd argumētū est ratio, quæ rei du-
204 biæ fidem facit, † & idem in Partitionib. dixit, argumētū esse
probabile inuētum ad faciēdum fidem. †& Fab. Quintilian. 205
lib. 5 *Inst. orat. c.* 10. dixit, argumentum esse orationē per ea,
quæ certa sunt, fidem dubiis afferens, & demum secundum
Ciceronem *in lib.* 1. *de Inuentione* prout illūin proposito re-
fert Menoc. *d. q. n.* 9. † Argumentum & inuentum ex aliquo 206
genere rem aliquam, aut probabiliter ostendens, aut necessa-
riò demonstrans. †& sic secundū istam vltimam Tullij defi- 207
nitionē dici etiam potest, quòd argumentum aliud est proba-
bile, & aliud necessarium; probabilia autem argumenta quæ
sint, alibi explicabimus credo erit *in tit. de reo confesso & con-*
uicto, q. 86. *n.* 43. *& seqq. in* 3. *libro.* Et præmissis adde quòd in
iure requisita probatio, argumento de ea, quæ per indubitata
indicia vrgentissimā sq; & apertissimas probationes, *de quibus*
in l. fi. C. de prob. inducitur, secundum Couar. *variarum resol.*
libro tertio, capitulo tertio, n. quinto, in fine, & vide quæ in simi-
li dicam materia assassinij, quod pariter probabilibus argumē-
tis probatur in tex. *in c. pro humani, de homicid. in* 6. *in d. tit. de*
reo confess. & conuict. d. qu. 86. *eodem n.* 43. *& seqq.*

SIGNVM est † res præter speciem quam ingerit sensibus, 208
aut aliquid faciens ex se cognitionem venire, secūdùm Diuū
Aug. *in lib.* 2. *de Doctrina Christiana, relatum in cap. signum,*
de consecrat. distinct. secunda, †Vel latiùs, secundùm M. Tulliū 209
in lib. 1. *de Inuentione*, definiri potest quòd sit, id quod sub sen-
sum aliquē cadit, & quiddā significat, quod ex ipso profectū
videtur, quod aut ante fuerit, aut in ipso negotio, aut post sit
consequutum, & tamen indiget testimoniis, & maiori con-
firmatione. Huius descriptionis singula ferè verba bene de-
clarat, & exemplificat Menoch. quem videas in materia, *in d.*
tract. de præsump. quæst. 7. *n.* 31. *& seqq.* pluribus, vbi etiam re-
peries, *in n.* 36. *& seqq.* † Quod signum aliud est necessarium, 210
& aliud non necessarium, & quod dicatur signum necessa-
rium, & quod non necessarium, ibi per eum exemplificantem
videas, *& n.* 40. †Vbi etiam quòd signum aliud est naturale, 211
& aliud non naturale, datum scilicet, ac institutum ad aliquid
significandum. †Naturale signum est illud, quod quasi natu- 212
raliter aliquid significat, vt nubes pluuiam, & fumus ignem.
Non naturale, vt circulus ad significandum vinum venale, &
similia, & hæc secunda distinctio non differt ab alia præce-
denti, vt ibidem per Menoch. *d. n.* 40. *in fin.*

ADMINICVLVM † communiter * per Doctores distin- 213
guitur quòd aliud sit vehemens, aliud autem non vehemēs. *
† Non vehemens adminiculum est aliqualis confirmatio rei 214
probabilis: †vehemens ve ò adminiculum est suppletio defe- 215
ctus probationis per se solum non operans, sed bene cū aliis,
secundùm Bal. *in l. ea quidem post n.* 9. *C. de accusat.* quem in
hac distinctione sequuti sunt Nouel. *in pract. crim. in prin. in*
rub. indicia quæ præcedere debent post n. 34. *vers. interdum ad-*
miniculum fol. mihi 29. Boër. *decis.* 164. *n.* 4. Menoch. *in præ-*
sumpt. lib. 1. *quæst.* 7. *n.* 57. *& seqq.* Petr. Ant. à Petra *in tract. de*
fideicom. q. 9. *n.* 120. † Adminicula enim licèt de se non pro- 216
bent, imperfectam tamen probationē iuuant. secūdùm Ant.
de But. *in c. cum causam, n.* 12. & ibi etiam Bal. *n.* 11. *de prob.*
Abb. *in cap. præterea, de testibus,* & quando adminiculum est
vehemēs, quòd semiplenam probationem perficiat, post Bal.
in d. l. ea quidem scripserunt Io. de Anan. *cons.* 59. Marsil. *sing.*
205. Bal. *in cons.* 3. *n.* 4. *lib.* 3. *& cons.* 400. *n.* 9 *lib.* 5. quos in pro-
posito refert & sequitur Marsil. *de prob. lib.* 1. *conclus.* 55. *n.* 1. *&*
seqq. † Et sic adminicula non vehementia, non in totum sup- 217
plent imperfectam probationem, sed aliqualiter: vehementia
autem adminicula in totum supplent, prout etiam vltra præ-
fatos bene conclusionem comprobat pluribus Doctorū au-
thoritatibus, & cum ea omnes pertransire testatur Virg. Boc-
cac. *in constit. Ang. l. gl.* 8. *n.* 294. *& seqq.* An ex istis adminicu-
lis imperfectam probationem coadiuuātibus potest quis cri-
minaliter condemnari, & in quam pœnam, dicam, Deo dan-
te, *infra, in tit. de reo confesso, & conuicto, hoc eodem lib.*

Vidimus hucusque definitiones, & distinctiones proposi-
torum terminorum: videamus modò eorundem termino-
rūm differentias & communiones, & primò incipiendo à
differentiis.

INDICIVM à † semiplena probatione differre magis * cō- *
muniter per Doctores receptum est, quia indicium nō solùm 218
esse minus semiplena probatione: verùm etiam & ad tortu-
ram posse deueniri, etiam quòd indicia, seu suspiciones non
inducant semiplenam probationem, tenuit originaliter gl. *in l.*

cum

cùm probatio,in 1.gl.ff.de prob. quam sequuti sunt ibi Bal.Sal. *in 1.oppos.*Fulg.& Iacob.de sancto Georg.idem Bald.*in l.non est verisimile,in 1.lectura,n.5.ff. quod met.cau. & in l.fi.n.8.v. sed & tertia species,C.de prob.* Alb.*in l.siue possidetis.post n.7. C.eod.* Ang.*in l.fi.in prin.n.6.ff.quod met.cau.* Alex.*in l.2.§.1. nu.5.*& ibidē Castr.*pariter n.5.* Soc.*n.7.ff.si ex nox.cau.aga.* Catald.*de synd.q.137.n.7.v.istud addo,*Cor.*cons.58.n.19.vol. 2.* Bos.*in tit.de indic.& considerat.ante tort.n.7.* Aym.*cons.35. n.17.*Blanc.*de indic.ad l.fi.ff.de quæst.n.51.& n.325.& seqq.* vbi alios adducit ad Ang. *de malef.in verb. quòd fama publica præced.nu.9.*Brun.*de indic.1.par.q.1.n.2.*Conrad.*in pract.tit. de negat.cri.& torm.n.18.fol.291.& n.28.ad fi.fol.297.* Arn. Alb.*in tr.de agnosc.assert.cathol.& hæret.q.34.n.38.*Brun.à Sole *in suo cons.cri.post n.61.*dū dixit,quòd ex indicio prouenit quasi semiplena probatio,Franc.Bec.*cons.67.n.13.li.*.Prosp. Carauita *in tit.mag.cur.ritu 41.n.3.* Masc.*de prob.lib.1.q. n.4* & de cōmuni* testatur Cor.*in cons.101.n.15.vol.2.*Ant. Gomez.*var.resol.tom.3.c.12.rub.de prob.delict.n.2.v. Aduertendum,&c.13.rub.de tortura,in prin.*& ibi Emanuel Soarez *in add.lit. A*, Clar.*in pract.q.20.in prin.* ibi,*& hoc ego credo, &c.*Bon.*in cōm.opin.par.2.v.indiciū minus,fol. mihi 36.col.1.*

219 Contrarium,† quòd immò indicium ad torturam non sit, necesse debeat minus, quàm semiplena probatio,tenuit glos. per illum tex.secundùm vnam lecturam,*in l.maritus in verbo,à quæst.& in verbo,illicitè.ff.de quæstionibus,*dū voluit illicitam fuisse torturam illatam ex dicto vnius testis familiaris, & sic ex minùs perfecta semiplena probatione,& hanc glos. sequi videtur Bar.licèt in contrariā partē pro prima opinione à pluribus allegetur *in l.2.in vlt.lectura,n.7.in fi.ff. de excus. tut.*Ale.*cons.89.n.6.vol.3.*Io.Bapt.de sancto Seuerino *in rep. l.admonendi,n.72.ff.de iureiur.* quos refert, & sequitur Soc. iun.*cons.39.n.56.vol.2.*sequitur etiā Menoc.*in tract.de præs. lib.1.q.89.n.3.* vbi dixit, quòd dato etiā quòd indiciū sic in genere sumptū sit minùs quàm semiplena probatio, vt tamē sit locus quæstionib & torturæ,indicia debēt facere semiplenā probationē,& idē tradidit *in cons.283.n.4.vol.3.*Nec dissentit Hipp.Rimin.relatus *inter cons.crim.diuers.in paruis, in cons.n.15.l b.1.*Et hāc opinionē apertiùs tenuit Clar.*in pract. §.fi.q.62.in prin.*dicens quòd si reus est confessus,vel plenè conuictus,debet cōdēnari:si verò contra ipsū tantū semiplena adsit probatio, torturæ subiiciendus est:si verò nec semiplenè est conuictus,absoluitur, & sic apertè tenet, non posse quē torqueri nisi ex indiciis conficientib.semiplenā probationem,quod & referendo Clarè,vbi suprà,sic tenuit etiā Burs. *in cons.316.num.8.& 9.vol.3.*Et ante istos videtur forsan de mēte Bal.*in l.nō hoc,in fi.C.vnde legitimi,*dū dixit,quòd quando indicia sunt leuia & longè distant à necessario veri,prout fuga,colloquiū,& similia,tunc inquā sunt minùs quàm semiplena probatio:ergo arguēdo ex Baldi verbis à cōtrario sensu,

220 quando indicia sunt grauia, † & sic ad torturam sufficientia, nō sunt minùs quàm semiplena probatio, sicut in specie adnotauit Petrasa.*sing.8.n.3.ver. Et ideo ex hoc potest inferri.*Facit etiam pro hac secunda opinione,quia,vt post Bar.Aret.& Marsil.in locis per eos allegatis concludunt Conrad. *in pract. tit.de negat.cri.& torm.n.28.v.23.alde.fol.297.col.1.*& Brun. à Sole,*d.suo cons.crim.n.95.*Ea quæ in ciuilib.faciūt semiple-

221 nā probationē,in criminalibus faciunt indiciū:† & è cōtrà si in ciuilib.non faciūt semiplenā probationē,vtiq; nec in criminalibus facient indiciū ad torturā,vt per Marsil.*in pract.§.diligenter,n.5.ver.& teneas perpetua mēte,*& per Gram.qui alios adducit *in cons.21.crim.n.13.*& per Rolan.*cons.3.n.40.vol.3.* Ergo indiciū nō oritur nisi ex semiplena probatione,prout etiā ita videtur de mēte gl.*in l.si quis,in 1.gl. C.ad l.Iul.maiest.*

222 In hac opinionum † contrarietate reperio distinguentem Pet.Ant à Petra *in tract.de fideic.q.8.n.131. & seq.* vbi duobus modis concordat hos dissentientes Doctores, videlicet, vel quòd prima opinio procedat in vno indicio remoto,& sic nō sufficiente ad torturā de se solo,& hoc nulli dubiū,quòd sit minùs quàm semiplena probatio. Secunda autem opinio procedat in indicio proximo,vtpurà in teste de visu & de veritate delicti deponente, & sic proximū indicium erit semiplena probatio,vel quòd prima opinio procedat in ciuilibus,

223 *ad l.indicia,C.de rei vendic.*secunda autem in criminalibus.† Verùm hæ distinctiones mihi admodum non satisfaciūt,cùm per eas non sedentur prędictę contrariæ opiniones Doctorū;

quia,vt vides,Doctores pro prima opinione allegati loquuntur generaliter non solùm in vno indicio remoto,& solo,sed etiam generaliter in omnibus indiciis ad torturam sufficiētibus,& expressè dicunt,quòd ad illā deueniri potest ex qualibet deductione,etiam quòd non sit semiplena probatio,vnde prima distinctio corruit,prout etiā corruit secunda distinctio,quia vellem intelligere eosdem Doctores pro eadē prima opinione citatos,quòd loquātur in ciuilibus & nō in criminalibus, & pariter contra expressa eorum verba, quia loquuntur de indiciis ad torturam sufficientibus,& sic in causa criminali,non autem in ciuili.

Quid dicendum? †Secunda opinio mihi verior videtur,& 224
omnino in iudicando seruanda;& ad sic tenendū mouet me
præcipuè illa Doctorū*cōmunis sententia fundata *in d.l.ma- *
ritus.ff.de q.*†quòd scilicet ad hoc,vt vnus testis de visu indi- 225
ciū faciat ad torturā,necesse est, vt sit omni exceptione maior,cùm omnis macula, omnisque defectus ac exceptio licèt minima siue in dicto,siue in persona,hūc torturæ effectū impediat,vt videre est apud relatos per Clar.*in pract.§.fi.q.21.v. vnus testis,& q.22.v.vnū tamen,*per Rol.*cons.7.n.3.iuncto n.10.& seqq.& cons.24.n.2.& seqq.iūcto n.36.vol.1.& cons.37. n.9.& seqq.iuncto n.14.& cons.3 n.38.iuncto n.41.vol.3.* per Ceph.*cons.233.n.23.vol.2.*Brun.*inter cōs.cri.diuers. cōs.115. n.35.& seq.vol.2.in magnis,*Bru.à Sole *in suo cons.crim.n.93. & seqq.*Ant.Gom.*var.resol.tom.3.rubr.de tort.reor.n.7* Suar. *in com.opi.lit.T,n.99* Masc.*de prob.lib.2.concl.894.n.5.& lib. 3.concl.360.n.5.*& infrà latiùs dicā *hoc eod. tit.in suo loco.videlicet infra,q.37.n.58.& seqq.*Ergo nisi semiplena probatio sit perfecta,indiciū ex ea non oritur ad torturā †, cùm certū 226
sit in iure,quòd vnus testis de visu regulariter facit semiplenā probationē, vt bene probat Ant.Gomez.*vbi supra.rubr. de prob.delict.cap.12.n.2.v.animaduertendū tamen*, ibi,*aliud est semiplena probatio,&c.*Nec mihi†placet eorum sententia, 227
qui distinguendo inter causam ciuilē & criminalē dixerunt, quòd ea,quæ in ciuilibus faciunt semiplenā probationē illā non faciunt in criminalibus.†Et quòd propterea testis vnus, 228
qui in ciuilibus facit semiplenā probationē, in criminalibus non facit semiplenā probationē,sed tantummodo indicium, sicuti senserunt Cyn.*in l.fi.d.C.de q.& in l.si quis,C.ad l.Iul. maiest.*Bal.*cons.364.n.6.vol.3.*Alex.*cons.89.n.7.vol.3.* Blanc. *de indic.ad l.fi.ff.de q.n.325.*Arnal.Alb.*in tract.de agnosc. assert.cathol.& hæret.q.34.n.39.* & alij plures relati per Viu.*in com.opin.verbo,testis vnius de visu,n.2.& seqq.*†Horū enim 229
opinio non videtur substantialis in iure, & contra prædictos apertè tenuit glos. *in d.l.si quis,in verbo,conuictus,C.ad l.Iul. maiest.*vbi expressè dixit,quod vnus testis in eo crimine facit semiplenam probationē Itē Ang. *in l.2.n.2.C.de q.* vbi quòd vnus testis deponens de veritate facti,facit semiplenā probationē,& indicium ad torturam,vt bene probat Ant. Gomez. vbi suprà relatus,*sub d.ver. Animaduertendum tamen*, generaliter dicens, quòd semiplena probatio inducitur per vnum testem fide dignum,& omni exceptione maiorem,qui deponat de delicto per visum,vel alium sensum corporeū:sequitur Menoch.*de præsum. l.1.q.89.n.7.* Imò secundùm Franc. Cason.*in tr.de indic.in suis quæst.c.6.rub.de non torquendo per indicia,nisi plenè probata,n.8.*vnius testis de visu non est propriè indiciū maleficij,sed semiplena probatio. Si †enim duo 230
testes etiā in criminali causa faciunt plenā probationē, vt *in l.vbi numerus.ff.de testib.& in l.Theopompus,ff.de dote præleg. & in l.1.§.fi.ff.quemadmo.test.aper.& in c.in omni negotio,extra de testib. & in c.ex insinuatione,de procur. & in c.si.de succeff.ab inteft.*ita pariter & vnus in criminalib.faciet semiplenā probationē,prout hoc fundamento, ita etiā tenet gl ordinaria *in gl.pen.in l.admonendi,*& ibi Bar.*in 36.*Ias.*n.147.*&*cō- *
muniter Doctores,*ff.de iureiur.*itē alia glos.*in l.bonæ fidei,in gl.si.*& ibi Bal.& etiam communiter Doct.*C.de reb.cre.*& ita se habere communē opinionem testatur Bonac.*in suis comm. opi.par.2.ver.indicium est minus,in fi.fol.mihi 16.col.1.*

Concludo igitur,†quòd siue agatur de indicio proximo, 231
siue etiam de remotis,tortura nunquam potest infligi,nisi ex dictis indiciis resulret semiplena probatio : si enim dubitabitur, an reus possit torqueri ex depositione vnius testis super veritate delicti ex tunc nūquā dictus reus torquebitur,nisi idē testis concludenter deponat, & nisi etiā sit omni exceptione maior.*d.l.maritus,ff.de q.*cū aliis suprà allegatis, & sic semi-

BIBLIOTECA GRANADA

plena probatio debet esse perfecta: si verò dubitetur de infligenda tortura ex indiciis remotis, & tunc pariter nec ea infligi poterit, nisi illa indicia sint talia, quòd in Iudicis animo cõstituant semiplenam delicti, de quo quæritur, probationem. Et an talis semiplena probatio ex dictis indiciis oriatur, nécne, in Iudicis arbitrio cùm certa regula in eisdem indiciis dari
232 non possit remissum credo. † Et ita fortè declarandã arbitror
* illam* communẽ Doctorum sententiam, de qua & infrà hoc eodem ti latiùs dicam *in seq. q. in vlt. limit. num* 191. *& seqq.* quòd scilicet indicia ad torquendum sint Iudici arbitraria, vt intelligi debeat, non quòd absolutè Iudicis arbitrio remissa sint, sed dummodo semiplenam constituant probationem, vt
233 supra declarauí. † Et in hoc aduerte, quòd licèt Ang. *in l. 2. n. 2. in fi. C. de q.* dixerit, quòd nunquã inducitur semiplena probatio ex argumentis & coniecturis, & sic ex indiciis remotis: eius tamen dictum, vel non est verum simpliciter, vel saltem
234 non militat quo ad effectum torturæ. † Nam plura argumẽta pluréive coniecturas, vel præsumptiones coniungi ad effectum torturæ infligendæ, & sic perficere semiplenam probationem, scripserunt Alex. *cons. 65. in fi. vol. 1. & cons. 41. pariter in fi. vol. 2.* Soc. *cons. 54. col. 1. vol. 3.* Cæp. *cons. crim. 32. n. 16.* Gram. *de is. 34. n. 35. & cons. 3. n. 6* Ias. *in l. admonendi, n. 96. ff. de iureiur.* Gig. *de cri læsæ maiest. lib. 2. rub. quom. & per quos crim. læsæ maiest prob. q. 25. in fi.* Brun. *de indic. & tort. 1. par. q.*
235 *2. n. 6* Menoc. *de præs. lib. 1. q. 40. n. 9.* † Imò etiã quandoque coniungi etiam ad effectum condemnandi in pœnam extraordinariam, & pecuniariam, licèt secus in corporalem & ordinariam, scripserunt idẽ Cæpol. *d. cons. crim. 32. n. 16.* Gram. *d. cons. 3. n. 18.* Clar. *in pract. §. fi. q. 63. sub vers. tu scis,* Menoc. *d. q. 40 n. 13. in fi. & q 41. n. 10.* Masc. *de prob. lib. 3. concl. 1223. n. 30. & 31.* & latiùs infrà dicã, *sub tit. de reo confesso, & cõuicto.*
236 INDICIVM differt † à præsumptione, quia est minus ipsa præsumptione, secundùm Bald. *in l. 2. quæ incipit, excusatur, in prin. ver. extra quæro. ff. de excus. tut.* Aym. *cons. 35. n. 17.* Conr. *in pract. tit. de nega. cri. & torm. n. 18. fol. mihi 291. col. 2. in fi.* Pet. Ant. à Petra *in tract. de fideic. q 9. n. 78. ad finem, ver. & sic, secundùm Bal. & n. 124. & seqq.* vbi ex Bal. in loco citato duplicẽ reddit huius conclusionis rationẽ. Primò, quia præsumptio probat absque eo, quòd probetur, & sic est probatio non probata: indicia verò sunt probatio probata: & non probant, nisi probentur, *l. fi. in prin. ff. de q.* Secundò, quia præsumptio tangit directè factũ probandũ, indicium verò tãgit indirectè.
237 Contrà, † quòd imò præsumptio sit minus, quàm indiciũ, tenuerunt post alios quos allegant, Natta *cons. 499. post n. 7. vol. 3.* Nouel. *in pract. crim. in prin. rubr. indicia quæ præcedere debent, n. 48. fol. mihi 39.* Roland *cons. 37. n. 17. & seqq. vol. 3.* Matth. Brun. *inter consilia crim. diuers. cons. 155. n. 82. vol. 2. in fol.* Io Mar. Monti. *reg. cr. in. 10. n. 3. vers. Primò amplia.* Brun. à Sole *in suo cons. cri. n. 61.* Masc. *de prob. lib. 1. q. 10. n. 14.* Ioseph. Lud. *concl. 45. ver. & est maximè notandũ,* Arnal. Alb. *in tract. de agnoscen. assert. cathol. & hæret. q. 34. post n. 38.*
238 Vbi † eam huius contrariæ opinionis affert rationem, quia scilicet præsumptio est cognitio ex circumstantiis resultans, *c. ex studiis, extra de præsum.* indicium verò est quoddam intellectuale veritatis eliciendæ ex aliqua singulari circumstantia, *l. indicia, C. de rei vendicat.*
239 Pro † concordia distingue altero ex duob. modis, vel quòd prima opinio procedat in præsumptione iuris, quæ est plus quàm indicium; secunda autẽ in præsumptione hominis, quæ minus est quàm indiciũ: sic enim in præsumptione hominis loquuntur Doctores nuper citati pro d. secunda opinione, & è contrà in præsumptione iuris loquuntur alij Doctores citati pro prima opinione, & expresè sic distinguendo materiam declarant Pet. Ant. à Petra, *d. q. 9. n. 83.* & Alber. *vbi supra, d. n. 38. in fi. ver. Nisi intelligamus Baldum de præsumptione iuris* Nec dissentit Menoc. *de præsum. li. 1. q. 7. n. 6. in fi. & seq.* vel dicas, quòd prima opinio procedit in indicio leui, & non sufficiente ad torturam: secunda autem in indicio, graui & ad torturam sufficiente, secundùm eundem Menoc. *d. q. 7. n. 17.* & Petr. Ant. à Petra. *d. q. 9. n. 234.*
240 INDICIVM differt † etiam à suspicione, tanquam causa à causato, quia ex indiciis oritur suspicio, secundùm Capram in suis conclusionib. *in tract. de notorio, in præfatione, n. 15. in fin.* vbi quòd ex indiciis Iudex venit in suspicionem, &c.
241 PRÆSVMPTIO est † minus quàm probatio. Clar. *in pract. q. 20. circa prin.* sicut illum refert Mascar. *de prob. lib. 1. q. 10. n. 14.* vbi dixit, quòd præsũptio in genere sumpta est minus quàm simplex probatio, & hoc non habet difficultatem, † quia in quibusdam casibus, vt suo loco dicam, ex pluribus 242
præsumptionibus oritur probatio, imò præsumptio est etiam minus quàm semiplena probatio, vt per eundem Clar. *d. q. 20. circa princ.* & illum pariter refert, & sequitur Pet. Ant. à Petra *in tract. de fideic. q. 6. n. 75.*

PRÆSVMPTIO differt † in multis à fictione; & differẽ- 243
tias inter fictionem, & præsumptionem plures videre poteris post antiquiores apud Ias. *in l. si is, qui pro emptore, n. 268. ff. de vsuc.* Euerardum in Centuria legali, in loco à fictione, & post istos apud Menoc. *in tract. de præsumpt. lib. 1. q. 8. 9. & 10.* Vbi etiam reperies, an & quando præsumptio cum fictione concurrere possit, & quibus verbis denotetur fictio, & quibus præsumptio, & inter alias differentias à Doctoribus consideratas inter præsumptionem, & fictionem, duas tantùm principaliores referam.

Quarum † prima est, vt fictio cadat super re certa & non 244
vera, præsumptio autem super re dubia, & quæ potest esse, & non esse vera, & sic fictio nunquam conuenit cum veritate, præsumptio verò sæpe, *ad gl. in l. vnica, §. accedit, in verbo, præsumitur, C. de rei vxo. actio.* Gand. *in tit. de præsumpt. & indic. dubitatis, n. 13.* Gem. & Turrecrem. *in c. ferrum 50. dist.* Alex. *cons. 158. n. 7. lib. 2.* But. & Fel. *in c. quanto, n. 2. de præsumpt.* Ias. *in d. l. si is, qui pro emptore, eo. n. 268. ff. de vsuc.* Cur. iun. *cons. 4. n. 15.* Bero. *in c. at si clerici in prin. n. 110. extra de iud. & cons. 19. n. 14. lib. 2.* Euer. *in d. loco a fictione, n. 5.* refert & sequitur Menoc. *d. q. 8. n. 10. & n. 2. & seqq.* vbi bene hanc differẽtiam explicat, sequitur etiam Pet. Ant. à Petra *in d. tract. de fideic. q. 9. nu. 88.* Ioseph. Lud. *concl. 45. vers. Quamuis sit differentia.*

Secunda est differentia † inter præsumptionem & fictionẽ 245
ex præcedenti fluens, quòd fictio directè nunquam admittit probationem in contrarium, secundùm gl. *in c. 2. de arb. in 6.* & scripserunt Bal. *in l. ordo, n. 2. in fi. C. de exeq. rei iud.* Soc. *in l. cum auus, n. 73. ff. cond. & demon.* Fel. *in c. quanto, n. 2. de præsumpt.* Alci. *in tract. de præsum. in prælud. par. 1. q. 4.* Euer. *in d. cent. legali, d. loco à fictione, n. 5. in fi.* Menoc. *de præsum. l. 1. q. 8. n. 11. & seqq.* Pet. Ant. à Petra *in tract. de fideic. d. q. 9. n. 89.*

Præsumptio † autẽ siue sit hominis, siue sit iuris, probatio- 246
nem in contrarium admittit. *c. proposuisti, ext. de prob.* Bart. *in l. possidetis, n. 13. C. de prob. & in l. sciendum, n. 9.* & ibi etiã gl. *ff. de ver. ob.* Spe. *in tit. de prob. §. species, n. 4.* Ias. *in l. licèt Imperator, n. 2. ff. de leg. 1.* † & etiam præsumptio iuris & de iure, li- 247
cèt regulariter non admittit probationem in contrariũ, *l. antiquæ, C. ad Velleia. l. a diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iud.* Spe. *in tit. de præs. §. species autem. n. 5. ver. necessaria,* gl. & Doct. *in l. fi. in princ. ff. quod met. cau.* Soc. *reg. 384. in prin.* cum aliis allegatis per Masc. *de prob. lib. 3. concl. 1222. n. 3.* vbi quòd ita vno ore tradunt * omnes scribentes, & per Menoch. *de præsum. lib. 1. quæst. 60.* † Admitti tamen eam probationem, quæ ex con- 248
fessione partis resultat, secundùm gl. *in Auth. de æqual. dot. §. aliud, & in l. in contractib. in vers. nullo modo, C. de non nu. pec.* Mars. *in l. 1. §. ad quæstionem, n. 36. ff. de q.* & est * cõmunis, vt *
per Abb. *in c. is, qui, n. 5. de sponsa.* & per Fel. *in c. quanto, n. 3. extra de præsum.* cum aliis relatis per eundẽ Mascar. *d. concl. 122. n. 11. & seqq.* & per Menoc. *vbi suprà, q. 61. & 62.* vbi de materia. † Et tamen fictio, nec etiam hanc probationem ex con- 249
fessione partis resultantem admittit, vt per præallegatos *sub n. 245.* ac in specie per Petr. Ant. à Petra, *d. quæst. 9. eodem n. 9.*

Et ad præmissa aduerte, quòd hoc ideo dixi, quòd fictio di- 250
rectè nullam admittit probationem in contrarium, quia per indirectũ potest probari etiam contra fictionem duobus modis, de quibus per Soc. sen. *in d. l. cùm auus, d. n. 73. ff. de condit. & demon.* & per Soc. iun. *in l. 4. §. Cato, n. 136. ff. de verb. obl.* quos sic refert Menoc. *de præsum. d. q. 8. n. 14.*

SVSPICIO à præsũptione † differt, quia minus est, quàm 251
ipsa præsumptio, Dec. *cons. 575. n. 5.* & post Bar. quem allegat, Gab. *lib. 7. de cri. concl. 6. n. 3.* Natta *cons. 358. n. 12. lib. 2.* Ceph. *cons. 287. n. 20. vol. 2.* Nouel. *in pract. crim. in prin. rub indicia, quæ præcedere dicunt, post n. 48. fol. mihi 36.* Pet. Ant à Petra *in tract. de fideic. q. 9. n. 107. ad fi.* & quòd suspicio sit minus præ-
sumptione, probatur triplici ratione. † Primò, quia ex multis 252
suspicionibus cõficitur vna præsumptio, Bal. & Sal. *in auth. si quis ei, in fi. C. de adult.* Brun. *de ind. & tort. par. 2. q. 8. n. 4.* Rip.

in l. ad

in l.admonendi,n.90.ff. de iureiur. Dec.*cons.*175.*n.*5.*ad fi.& d.cons.*575.*pariter n.*5. Natta *cons.*174.*n.*8. Mant.*de coniect. lib.*1.*tit.*2.*rubr.coniectura in quot ſpecies diſtinguatur,n.*5.*ver. quia multæ ſuſpiciones,* Menoch.*de præſum.lib.*1.*q.*7.*n.*54. Pet. Ant.à Petra,*d.qu.*9.*n.*106.*& n.*107.*in fi.verſ.quod puto procedere,& verſ.immò ad faciendū vnam ſuſpicionem,& n.*111.

253 Secundò,quia *ſuſpicionis* verbum tantùm homini conuenit:*ſuſpicio* enim ab homine inducitur. Præſumptio autē conuenit homini,& legi,quia,vt ſuprà probaui præſumptio alia eſt hominis,alia iuris,alia autem iuris & de iure, Nouel.*d.nu.*

254 48.*in fi.*†Tertiò,quia ad inducendum præſumptionem, euidentiora requiruntur indicia,quàm ad inducendum ſuſpicionem,cùm primò quis ſuſpicetur,& deinde præſumat, prout conſiderauit Arnal.Alb.*in tract.de agnoſc.aſſert.cathol.& hæret.q.*34.*n.*45. ex Bar.Sal.& Alb.in locis per eum allegatis.

255 CONIECTVRA † differt à ſemiplena probatione, quia minus eſt quàm ſemiplena probatio,vt per Cur.*in l.admonēdi,n.*289.*ff.de iureiur.* vbi propterea reprobat Angelum contrarium tenentem in Auth.*de fid.inſtru.in § ſed ſi inſtrumentum,in fi.* ſed pro concordia meliùs dicas,quòd coniectura remota,& nō violenta eſt minus,quàm ſemiplena probatio,& etiam quòd ſint plures coniecturæ remotæ,& leues,non inducunt ſemiplenam probationem, ſecus autem ſi coniectura ſit proxima & violēta,quia violēta cōiectura nō diſtat à iuris præſumptione,& coniecturæ plures bonæ faciunt ſemiplenā probationē,& habent vim vnius teſtis ex Bald.*conſ.*320.*tres*

256 *ſunt caſus,n.*3.*part.*5.†Et probatio,quæ ex plurib.cōiecturis reſultat,dicitur euidentiſſima(intelligendo de bonis, & proximis coniecturis)Caſtr.*in conſ.*74 *part.*2. Iaſ.*in l.qui filiab.*§. 1.*n.*9.*ff.de leg.*cū aliis relatis per Pet.Anton. à Petra *in tr.de fideic.q.*9.*n.*100.*iūcto n.*93.*& ſeqq.* vbi ſic in propoſito diſtinguendo concordat Ang. & Curtij contrarias prædictas opi-

257 niones,†imò coniectura nō ſolùm eſt minus quàm ſemiplena probatio,ſed etiā minus quàm præſumptio,ſecundùm Pe-

258 tram *ibi n.*98.*v.& ex his patet,*& facit ratio†,quia ex coniecturis naſcitur præſumptio,ſecundùm Gram.*dec.*28.*n.*21. refert.& ſequitur Petra *ibid.n.*100.*ad fi.verſ.& ſicut ex plurib.* & probatur expreſsè ex definitione præſumptionis ſuprà tradita,*n.*93.dum dixi,hominis præſumptionē eſſe mentis conceptū ab aliqua probabili coniectura deductū,& ſic ex cōiectura deducitur præſumptio:& primò quis coniecturatur,deinde perſumit,prout etiā cōſiderauit Mant.*in tract.de coniect. lib.*1.*tit.*1.*rub.coniect. vnde dicatur,& quid ſit,n.*5.*ver.ſimili-*

259 *ter præſumptio,*†& quòd coniectura,& præſumptio differant in effectu inter ſe,tradidit magiſtraliter Bal.*in l.ea quidem,C. de accuſ.*& ſequitur Petra *d.n.*100.*verſ.differunt enim iſta.*

260 ARGVMENTVM†differt à præſumptione, quia eſt minus,quàm præſumptio.Maſc.poſt Bal.quē allegat,*de prob.lib.*1.*concl.*137.*n.*4.*ad fi.* vbi propterea infert quòd in crimine aſſaſſinij,in quo ſufficiunt probabilia argumenta,teſtis de auditu pleuè probat,quia cùm talis teſtis faciat de ſe præſumptionem,multò magis faciet argumētum,quod eſt minus quàm

261 † præſumptio,vt ibi per eum:immò etiam quòd argumentū ſit minus,quàm ſuſpicio , & quòd ex argumentis oritur ſuſpicio,per text.*in c.licèt extra de probat.* ſcripſit Capra in ſuis

262 concluſionibus *in tract.de notorio,in præfat.n.*14.*in fi.* † A ſigno autem argumentū differt,ſicut pars à toto,quia ex pluribus ſignis aliquando conficitur argumentum,*l. Procula.ff. de prob.* Menoc.*de præſumpt.lib.*1.*q.*6.*n.*6.*&* 7.

263 PRO †complemento & reſolutione propoſitæ queſtionis facias vnam notabilē concluſionē,quòd licèt præmiſſa verba,indicium præſumptio,argumentum & reliqua de propria & ſtricta ſignificatione inter ſe differant,promiſcuè tamen in iure noſtro, ac etiam per Doctores , ſæpiſſimè capiuntur,& vnū pro alio nuncupatur,prout diſcurrēdo ſingula ferè prædicta verba bene adnotauit Nouel.*in pract.crim.in prin.rub. indicia,quæ præcedere dicunt,poſt n.*34.*ver. maiores noſtri* , & * ita ſe habere* communem practicam totius mundi,teſtatur Ioſeph.Lud.*in ſuis concluſionibus,concl.*45.*ver.nihilominus ex communi,&c.* refert Maſcar.*de prob.lib.*3.*concl.*1223.*n.*39.

264 INDICIVM†itaque & præſumptio,vnū pro altero quādoque poni , apertè fuit de mente Gandini *in rubr. de præſump.& ind.* Nouel.*in pract.crim.in prin.rub.indicia,quæ præcedere debent,d.n.*34.*eo.v.maiores noſtri,litera C.fol. mihi* 28. *in medio,* Alex.*conſ.*124.*n.*8.*vol.*6. vbi indiciū præſumptionē vocat,refert Mantica *in tract.de coniect. lib.*1.*tit.*2.*ſub.coniectura in quot ſpecies diſtinguatur,n.*5.*ver.ſed indicium,* Caſ.*in pract. c.*7.*n.*2. quem pariter refert,& ſequitur Ioſeph.Lud.*d. concl.*45.*ſub verſ. & eſt maximè notandum.* vbi propterea infert , quòd ſicut in pœnam pecuniariam quis poteſt ex pluribus præſumptionib.condemnari, ſecundùm * communem * Doctorum opinionem,de qua ibi teſtatur , ita etiam poterit condemnari ex plurib.indiciis & argumentis , quia indicium denominatur etiam præſumptio,nec diſſentit Menoc.*de præſum.lib.*1.*q.*7.*n.*10. Vbi quòd quando indicium eſt receptum, & approbatum à lege,illud nominat eadem lex præſumptionem,*vt in l.qui in adulteriis.* & ibi gloſſ.*C.de adulter.*& ſcribit Brun.*in tract.de indic.& tortur.part.*2.*c.*8.*n.*3. adde & pro eadem concluſione Petr.Ant.à Petra *in tract.de fideicom.q.*9. *n.*90.*in fi.verſ.& præſumptio æquipollet indicio,& n.*127.*ver. verum eſt.quod Alex.&c.* Maſcar.*de probat.lib.*1.*q.*14.*n.*9.

INDICIVM† etiam & ſuſpicio vnum pro altero in iure 265
noſtro punitur,*vt in l.abſentem , ff.de pœnis,* ibi *ſed nec ſuſpicionibus debere aliquem damnari Diuus Traianus Auſidio Seuero reſcripſit. & in l.fi.ff.de q.* ibi, *nam quæſtio de eis habenda non eſt,niſi ſuſpicionibus arguantur* , & per iſta iura ita firmarunt Ang.*in l.cum cognitionaliter.poſt n.*3. *C.eo.tit.de q.* Nouel.*in pract.in princ.n.*34.*ſub d. verſ.maiores noſtri,folio mihi* 28.*litera B,* Brun.*de indic.& tort.*1.*par.q.*1.*ad fi.n.*5.*v.interdum nominantur ſuſpiciones,* Aym.*conſ.*35.*n.*17. Boſ.*in tit.de ind.& conſid.ante tort.n.*2. Cor.*conſ.*101.*n.*18.*lib.*2. Maſc.*de prob.li.*2.*q.*15.*n.*6. Menoc.*de præſ.lib.*1.*q.*7.*n.*18. vbi ex Corneo in loco ſuprà citato adiimat indicium à ſuſpicione differre.

INDICIVM † pariter nominatur coniectura,& non ſine 266
ratione,quia coniectura naſcitur ex probabilibus,ſicut & indicium,ex ſententia Baldi *in l.non hoc,C.vnde legit.& in rub. C.de prob.n.*4. & coniecturā idem eſſe quod indicium, ruſticóſque Papienſes appellare indicia coniecturas,ſcripſit idem Bal.*in l.*1.*col.*3.*verſ.Vnde quæritur,C.de priuileg.* faciūt ſcripta per eūdem Bal.*in l.*2.*in prin.ff.de excuſ.tut.* dum voluit,quòd coniectura æquè indirectè tangit factum probandū,ſicut indicium, ſed apertiùs hanc probauit concluſionē Curt.ſen.*in l.admonendi,n.*290.*ff.de iureiur.* expreſsè dicens quòd coniectura & indicium ſunt ſynonyma:refert hos & ſequitur Menoch.*de præſum.lib.*1.*q.*7.*n.*21.*& ſeqq.*& coniecturā ſicut præſumptionem poſſe indicium nominari ex Bal.*in l.ſi conſtante,§.ſi maritus,in fi.ff.ſolu.matrim.* ex Corn. *in conſ.*329. *n.*38.*lib.*1.& ex Fel.*in cap.ſi autem,n.*3.*extra de reſcrip.* probauit Maſc.*de probat.lib.*1.*d.q.*14.*n.*9. & idem etiam ex gloſ. per illū textum *in l.cùm citra,* & ibi Bal.*C.de iure dotiū,* & per tex.*in l.inſtrumenta,C.de prob.* dixit Mant.*de coniect.lib.*1.*tit.* 1.*rub.* coniectura vnde dicatur,& quid ſit,*poſt n.*5.*ver.Coniecturæ autem,* Pet.Ant.à Petra *in tract.de fideicom. d.q.*9.*n.*98. *quod indiciū & coniectura ſunt ſynonyma, & idem ſignificant.*

INDICIVM†item aliquando argumentum in iure nomi- 267
natur,*vt in l.*1.*in prin.ff.de q.* ibi,*cùm ſuſpectus eſt reus,& alius argumentis,&c.gl.in l.indicia,*§.*idē Cornelio,C.de rei vend.* ibi, *cauſam argumentis examinandam,l.militem,*§.*oportet.C.de q.* ibi,*ſed argumentis primùm ,& in l.vnica,*§.1.*ff.eodem,* ibi,*reus euidentioribus argumentis:* per quæ iura hanc firmatūt cōcluſionē Ang.*in l.cognitionaliter.n.*2.*& poſt n.*3.*C.de q.* Nou.*in pract.crim.in prin.indicia quæ præcedere debeant.poſt n.*34.*& poſt v.Maiores noſtri,* Bru.*de ind.& tort.*1.*par.q.*1.*n.*5 Boſſ.*de indic.& conſiderat.ante tort.n.*2. Ioſeph.Lud.*in ſuis concluſ.d. concl.*45.*ver.Et eſt maximè notandū,in fi.* Maſc.*de prob.lib.*1. *q.*15.*n.*5. Menoc.*de præſ.lib.*1.*q.*7.*n.*20.*in fi.* vbi ex Cicerone *in* 3.*oratione in Catilinam,* argumēta ſceleris indicia appellat.

INDICIVM† Adminiculum & circumſtantiam quoque 268
inter ſe confundi,*per l.fi.C.famil.erciſc.* ſcripſerunt Bal.ibi,*n.* 7. Capra *in ſuis concluſ.in tract.de notorio. in præfatione,n.*16. *v.latè verò indicium adminiculatur.* Pet.Ant.à Petra *in tract. de fideic.d.q.*9.*n.*120.*in fi.& n.*138. vbi etiam in idem allegat tex.*in l.milites,*§.*oportet,ff.de quæſt.*

INDICIVM†& ſignum pariter idem eſſe & vnū pro al- 269
tero accipi,ſcripſit Menoch.*de arbitr.quæſt.libro ſecundo,caſu* 270.*n.*7. vbi quòd indicia appellamus ea , quæ Latini ſigna appellant,& idem repetiit *in tract. de præſumpt.lib.*1.*quæſtio.* 6.*numer.*10.*& quæſt.*7.*numero* 12.*& poſt num.*31. Bru.*de indic.& tortura,par.*2.*quæſt.*8.*n.*3.*verſ. Quintò notab.* vbi quòd in crimmalibus indicium ponitur pro ſigno maleficij. Quod

intelligas impropriè, non autem propriè, vt per Menoch. *d.q. 7.num.3.*

270 INDICIVM† etiam quãdoque in iure accipitur pro probatione, *l.1.§. Diuus Seuerus*, ibi, *si nulla probatio, ff. de q. & in l.1.* ibi, *tametsi aliis quoque probationibus fides veritatis inuestigetur, & in l. quoties*, ibi, *si aliis probationibus veritas illuminari non possit, C. eod. tit. de quæst.* per quæ iura ita affirmarũt Bru. *de indic. & tort. parte prima, quæst. 1. sub n. 5.* Nouel. *in pract. in princ. rubr. indicia quæ præcedere debent, post n. 34. & post v. Maiores nostri, litera D, fol. mihi 28. in fine.* Capra *vbi supra, n. 16. vers. quandoque tamen probationem facit*, vbi adducit alia iura, Bossi. *in tit. de indic. & considerat. ante tortur. n. 2.* Mascar. *de prob. lib. 1. quæst. 15. n 7.*

271 PRÆSVMPTIO† item & argumentum idem sunt, secũdùm Gand. post Goffredum, quem allegat *in tit. de præsum. & indic. dubitat. post n. 12* Et est de mente Clari *in pract. q. 20. in prin. v. & huiusmodi indicia*, ibi, *si verò magis vrgeant, credere posse dici præsumptiones siue argumenta*, & sic non videtur facere differentiã inter prę sumptionẽ & argumentũ, Gram. *dec. 28. n. 23.* Vbi post Inn. quem allegat, dicit quòd argumenta dicuntur perspicuæ præsũptiones, refert & sequitur Petr. Ant. à Petra *in tract. de fideic. q 9. n. 117. vers. & hanc definitionem.*

272 PRÆSVMPTIO† & suspicio pariter idem sunt, secũdùm Menoc. *de præsum. lib. 1. q. 7. n. 45. in fi.* vbi secundùm Alex de Ales, *in summa, par. 3. q. 45.* nullã affirmat esse differentiã inter præsumptionẽ, facit Bald. *in l. 1. n. 37. C. qui accus. non post.* dum concludit, quòd ad hoc vt quis inter reos recipiatur, requiritur quòd aliqua Iudicis suspicio & præsumptio laboret contra eũ, & quòd ex prę sumptionibus & suspicionibus grauetur eius conditio, & sic tacitè sentit, quòd præsumptiones & suspiciones sonent in idẽ, sicut sic ponderando dicta Bald. bene demonstrat Pet. Ant. à Petra *in tract. de fideicom. d. q. 9. n. 104. & seqq.* Vbi tamen declarat hanc conclusionem procedere, dummodo suspicio sit vehemens, aliter secus.

273 PRÆSVMPTIONEM† & coniecturã idem etiã esse, & quandoque vnũ pro alio in iure accipi probatur *in l. vtrum*, & ibi gl. *ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. vnica*, vbi etiam gl. *in verb. coniect. ff. si tab. testam. extab.* per quæ iura ita scripserunt Soc. sen. *in l. cùm auus, n. 7. ff. de condit. & demonstrat.* affirmans coniecturam significare præsumptionem, Mantica *de coniect. lib. 1. tit. 1. rubr. coniectura vnde dicatur, & quid sit, n. 3.* Vbi quòd licèt coniectura à præsumptione distinguatur, secundùm aliquos, & in specie adnotauit Rom. *in l. 1. n. 7. circa medium, C. de test. milit.* non tamen impropriè præsumptio etiam coniectura dici potest, & Manticam refert, & sequitur Mascar. *de prob. lib. 1. q. 14. n. 2. & n. 8.*

274 CONIECTVRA† & signum, nota, vel vestigium vnum & idem esse colligitur ex traditis per Menoch. *de præsum. lib. 1. q 6. n. 10. & q. 7. post n. 31.* dum dixit, quòd illud quod Rhetores, ac Latini signum appellant; à nostris indicium, vel coniectura, vel nota, vel vestigium appellatur.

275 CONIECTVRA rursus† potest etiam dici adminiculum, post Bal. Fel. Cor. & alios quos allegat scripsit Mantica *de coniect. lib. 1. tit. 1. rubrica, coniectura vnde dicatur, & quid sit*, refert & sequitur Masc. *de prob. lib. 1. q. 14. n. 9.*

276 SVSPICIONEM & † argumentum, idem esse *per l. si. ff. de q.* scripsit Ang. *in l. si cognitionaliter, C. de q.*

277 ARGVMENTVM autem† etiam pro quacunque probationis specie accipi per tex. *in l. 2. C. quorum appell. non incip.* ibi, *aliis quoque argumentis, & in l. 3. §. eiusdem quoque, versiculo, Quæ argumenta, ff. de testib.* & post Aret. quem allegat *in rub. extra de prob.* tradidit Mascard. *de prob. lib. 1. q. 2. n. 10.*

Longiùs quàm putabam in hac terminorum discussione calamus scribendo me forsan protraxit sed hęc scire quandoque lectorem non pœnitebit. Non enim, credo, alibi materiam hanc sic reductam reperies. Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Tortura non legitimis præcedentibus indiciis inferri regulariter non potest; quando hoc verum sit, & quæ dicantur in proposito legitima indicia, & in discussione huius quæstionis, dilucidantur etiam infrascriptæ dubitationes, an scilicet & quomodo indicia sint Iudici arbitraria; an Iudex in atrocissimis possit iura transgredi; an reus non respondens, vel non præcisè respondendo possit torqueri; an confessus vnum furtum, vel delictum, possit de aliis interrogari pariter, & torqueri; quomodo puniatur Iudex indebitè aliquem torquens: an & quando vnus testis de visu faciat indicium ad torturam, & quot, & quales requirantur testes in probatione indiciorum.

SVMMARIVM.

Tortura inferri non potest non legitimis præcedentibus indiciis, n. 1. & seq.

Iudex non debet inchoare à tortura, n. 2.

Indicia ad torquendum debent esse verisimilia, probabilia, non lenia, aut perfunctoria. sed grauia, & vrgentia certa, clara, imò & luce, vt aiunt, meridiana clariora, in tantum, vt Iudex non solùm sit quasi certus de delinquente, sed vt nihil aliud sibi desit, quam eiusdem delinquentis confessio, n. 3.

Tortura tractat de salute hominis, n. 4. & seq.

Indicia ad torquendum debent esse non dubia, non æquiuoca, & quæ multipliciter interpretari possint, sed concludentia, & delictum inferentia, n. 6. & seqq.

Indicia non possunt sumi ex iis, quæ ex accidenti contingere solent, num. 7.

Indicium malum non potest sumi ex actu bono, n. 8.

Indicium ad torturam non potest sumi ex verbis dubiis, & obscuris, n. 9.

Indicia ad torquendum debent esse proxima delicto, nec sufficiunt remota, n. 10. sed contrà, n. 11. & seqq.

Testes vt super indiciis ad torturam probent, debent deponere de visu, vel de ipso delicto, alias non nocent, n. 10. in fi. declara, vt in n. 12. in fine.

Indicia remota debent probari per duos testes, n. 13. & seqq. & n. 14. vbi ampliat etiam in crimine hæresis, & n. 15. vbi ampliat etiam quòd vnus testis sit omni exceptione maior, & n. 17. vbi ampliat etiam in crimine læsæ maiestatis.

Adminicula etiam leuia, & minima sunt probanda per duos testes, n. 15.

Testes inhabiles, & non omni exceptione maiores, an probent indicia remota, n. 18. & seqq. vbi latè de materia.

Indicia remota sunt probanda per testes omni exceptione maiores, nu. 18. & seqq. vbi referuntur, & respuuntur contraria: amplia etiam in atrocissimis, n. 19. & n. 20. Quid si deponunt verisimilia, n. 21. Quid si sunt plures testes, n. 22.

Testis minor facit qualequale indicium sufficiens ad inquirendum, non ad torquendum, n. 25.

Testes inhabiles, & non omni exceptione maiores sufficiunt ad inquirendum, n. 25.

Testes in criminalibus, debent esse omni exceptione maiores, nu. 29.

Testes inhabiles admittũtur in atrocissimis, n. 32. intellige quoad probandum delictum principale, non quoad probandum circunstantias, & adminicula, n. 32.

Adminicula delicti non probantur per testes inhabiles etiam in atrocissimis, n. 32.

Indicia ad torturam an probentur per testes singulares, vide in n. 33. & seqq. vbi late de materia.

Testes singulares non probant indicia remota, & propterea non faciunt indicium ad torturam, n. 33. contrà, n. 34. & 36. vbi præsertim si testes singulares sunt notabiles, & probatæ vitæ. Dic quòd testes singulares faciunt indicium ad torturam, & coniunguntur tribus concurrentibus. Primò, si sint idonei, & omni exceptione maiores. Secundò, si deponat super proximis maleficio, secus si super remotis. Tertiò, si deponat super pluribus indiciis secus si super vno vel duobus, ib. n. 37. 38. & 39.

Socij criminis duo faciunt indicium ad torturam, etiam quòd singulares, n. 35.

Testes singulares probant, si ita Iudici visum fuerit, n. 35.

Indicium proximum probatur per vnum testem, n. 41. contrà, n. 40. distingue pro concordia, vt n. 42.

Indicium

Indiciũ proximũ duobus modis à Doctoribus cõsideratur,n.42.
Indicia ad torquendum debent esse plura,& vnicum non sufficit, n.43.sed contrà,n.44.declara,vt in n.45.
Indicium vnicum remotum sufficit ad torturam aliis concurrentibus adminiculis,n.45.
Indicium vnicum quandoque sufficit ad torturam, quando est valde inferens delictũ,vt in exemplis positis in n.46. & seq.
Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam,n.47.
Furata res si penes aliquem reperiatur, facit indicium contra ipsum,n.48.
Indicia an plura requirantur ad hoc vt reus possit torqueri, & an vnicum sufficiat,erit Iudici arbitrarium,n.49.
Indicium oriturindubitatum ex eo,quòd ex duobus rixantibus, & inuicẽ admenantibus vnus reperiatur vulneratus,vel occisus,etiá quòd testes nõ deponant,se vidisse vulnerare,n.50. immò ex hoc solo indicio poterit deueniri ad condemnationẽ, nedũ ad torturam,n.51.contrà,n.52.Distingue,vt in n.53.
Testis vnus de visu,etiam aliis non concurrentibus, facit indicium ad torturam,n.51.contrà quod non facit indicium,nisi alia concurrant,n.55.declara,vt in n.56.
Testis vnus facit indicium ad torturam,etiam quòd non sit omni exceptione maior,si alia concurrant adminicula n.56.
Testis vnus de visu non facit indicium ad torturam,quando eius depositioni aliqua coniectura resistit,n.57.
Testis vnus non facit indiciũ ad torturam,nisi sit omni exceptione maior,sine macula,& inuulnerabilis,n.58.licèt aliqui contrà,n.61.Amplia,vt nec inhabilis sufficiat etiam cum tortura, n.56.Amplia etiam in crimine læsæ maiestatis,& aliis criminibus exceptis,n.60.Limita primò in delictis occultis,& difficilis probationis,n.62.contrà,n.63.Declara,vt in n.64.Limita secundò in leui tortura, quæ potest inferri ex dicto testis non omni exceptione maioris,d.n.64.Limita tertiò,quando inquisitus est leuis vitæ,& malæ famæ,n.65.& seq.Limita quartò in Iudice habente amplum arbitrium, quia & is torquere poterit ex dicto testis nõ omni exceptione maioris,n.68.sed cõtra,n.69.
Testis vnus ad hoc vt faciat indicium ad torturam debet directè,& immediatè de ipso delicto deponere,secus si deponat de actu proximo ad delictum,n.70.
Testes inhabiles etiam in casibus,in quibus recipiuntur de iure, non sunt integri,& omnis fidei,n.63.
Fama mala in genere iuncto alio adminiculo facit indicium ad torturam,n.66.
Testis infamis probat contra infamem,n.67.
Tortura non potest inferri, non legitimis præcedentib. indiciis, nec etiam a Iudice habente liberum arbitrium, n.71.72. & 73.vbi infertur ad Iudices criminales Reuerendissimi Domini Gubernatoris Vrbis.
Gubernator Vrbis,ac eius Iudices criminales non habent facultatem torquendi sine indiciis non legitimis,n.73.
Tortura nec etiam de Principis mandato potest inferri non legitimis præcedentibus indiciis,& si inferatur,an Iudex puniatur,n.74.& seqq.
Iudex,qui torquet reum sine legitimis indiciis, non excusatur, etiam quòd id faciat de Principis mandato,n.74.sed contra, n.75.& seqq.Prima opinio est verior,n.77.& seqq.
Iudex Principi obediens excusatur,n.76.intellige in leuioribus, non in atrocibus,in quibus non excusatur saltem a pœna extraordinaria,n.78.
Tortura nec in atrocissimis potest dari non legitimis præcedentib. indiciis,n.79.& seqq.contrà,n.85.& seqq.prima opinio est verior,declara,vt in n.88.& seqq.
Iudex in atrocissimis potest iura trasgredi,n.86.cõtrà,n.83.Data prima opinione,illa limitatur primò,vt non procedat nisi Principe consulto,n.84.Limita secundò,vt procedat quando constat de delicto,secus vbi solùm quis imputatur,& sic in puniendo,non autem in procedendo,n.90.licèt aly contrà,n.87. Limita tertiò,vt solum habeat locum in maioribus Magistratibus,non autem in minoribus,n.91.
Tortura sine legitimis indiciis non infertur,nec etiam in crimine assassinij,n.80.& seqq.
Assassinij specialia non habent locum, nisi vbi iam constat de assassinio,n.81.
Tortura sine legitimis indiciis inferri non potest in criminibus exceptis,n.82.
Tortura debet esse grauior in delictis atrocibus,quàm quæ in leuibus,n.89.
Tortura nec etiá in crimine læsæ maiestatis inferri potest sine legitimis præcedentib.indiciis,n.92.& seq.contra,n.94.Declara,vt in n.95.vt videlicet leuiora requirantur indicia, quãdo agitur de tractatu,vel conspiratione contra Principem.
Tortura sine legitimis indiciis inferri non potest in proditionẽ patriæ,n.93.
Tortura leuis non dicitur tortura,n.100.contra, n.104.ad finem,& de materia,n.96.& seqq.
Iudex sicut non potest sine indiciis torquere,ita nec etiã terrere vel leuiter torquere,n.96.& 97.cõtra,n.98.99.& 100.Pro resolutione dicas,quòd Iudex,qui non potest torquere,potest verbaliter terrere hominẽ sagacem,& assuefactum carcerari,secus personã vilem & timidam,n.101.& 102.sed non potest facere reũ ligari,spoliari,vel duci ad locum torturæ, & multo minus eleuari,vel leuiter torqueri,nisi saltem in processu adsint legitima indicia ad terrendum,vel leuiter torquendum, n. 104. & 105.
Confessio facta metu tormentorum est nulla,sicut facta in tortura,non præcedentibus indiciis,n.96.97.& 104.
Confessio dicitur facta metu tormentorum, si reus ducitur ad torturam,vel ibi ligatur,vel spoliatur,n.97.contrarium, n. 98.Prima opinio est magis communis,n.104.
Confessio non dicitur facta metu tormentorum propter solas minas de torquendo,n.98.& n. 102.licèt aliqui contra, n. 97. Declara,vt in n.103.
Confessio dicitur facta metu tormentorum,etiam quòd sit facta in leui tortura,sub n.97.contra,n.99.Prima opinio est magis communis,declarata tamen,vt in n.105.
Tortura sine indiciis legitimis inferri non potest,etiam quod per eam sedaretur scandalum in populo,n.105.in fi.
Seruus nec etiam torqueri potest non legitimis præcedentib. indiciis,n.106.Præterquam in nonnullis casibus specialibus,n. 107.in quibus adhuc indicia requiruntur,sed leuiora,n.108.
Tortura non potest infligi non præcedentibus indiciis etiam de consensu rei,n.109.
Confessio extorta non legitimis præcedentibus indiciis est nulla, & inualida,etiam quòd sit millies ratificata,n.110.
Iudex,qui aliquem indebitè torquet,punitur,& tenetur in syndicatu,n.111.
Iudex qui dolo,& sine indiciis reum in tortura morientem torquet,punitur pœna capitis,n.112.& seq.
Iudex,qui indebitè repetit in tortura reum,si in ea tortura decedat, pœna capitis punitur,n.113.
Iudex indebitè torquendo testes punitur,ac si indebitè torqueret reum,n.114.
Iudex,qui indebitè reum torquet punitur etiam quòd ipse reus fateatur delictum pro quo torquetur, n.115.& seq.
Delinquens aut quid illicitum committens puniendus est,etiam quòd ex illo illicito sequatur bonum,n.116.
Iudici indebitè reum torquenti impunè resisti potest,n.117.
Iudex qui aliquem indebitè torsit,si occidatur a torto,occidens non punitur pœna mortis sed alia mitiori,n.118.
Iudex indebitè torquens reum punitur,etiam quod fuerit protestatus de morte sequuta,n.119.
Iudex,qui non dolo,sed culpa,& per imperitiam aliquem indebitè torquet,non punitur pœna mortis sed alia mitiori,etiam quod is tortus in tormentis obierit,n.120.& 121. vbi quod in dubio in Iudice præsumitur isto casu potius culpa, & imperitia,quàm dolus.
Iudex erras de iure, an præsumatur in culpa, vel in dolo,n.121.
Iudex,qui indebitè reũ torsit excedẽdo in tortura,aliquibus præcedẽtibus indiciis,sed non sufficientibus,nõ tenetur pœna mortis,etiam quòd tortus in tormentis decesserit,sed alia mitiori Iudicis arbitrio,n.122.Nisi dolo malo excesserit,quia tũc punitur pœna mortis,etiam quòd aliqua adessent indicia,n.123.
Iudex indebitè torquens aliquẽ nõ punitur pœna mortis,sed alia mitiori,quãdo tortus nõ decessit,sed puta fuerit aliquo mẽbro debilitatus,n.124.& 125.Vbi etiã quòd propter debilitatẽ tenetur ad damna,& interesse,contrà,n.126.concorda,vt in n. 127.sed prima opinio seruatur de cõsuetudine,n.128.& seq.
Affectus de iure communi punitur eadem pœna,etiam non sequuto effectu,n.129.secus de generali consuetudine,n.130.
Iudex,qui legitimis præcedentibus indiciis aliquem torsit, nulla pœna punitur,si casu is tortus obierit in tormentis,n.131.

Iudex in dubio non præsumitur,neq; in dolo, nec in culpa, nec in excessu,quando reum torsit:ideo contrarium dicenti incumbit onus probandi,n.132.& seqq.

Dolus in dubio non præsumitur,n.133.

Iudex & Officialis semper habet præsumptionem pro se,n.134.

Iudicis dolus,culpa seu excessus a tortura inflicta reo,an,quãdo, & ex quibus præsumatur seu probetur,& de materia,n.135. & seqq.Vbi propterea formantur decem conclusiones.

Dolus aut culpa non præsumitur in Iudice torquente reum cum legitimis præcedentibus indiciis,n.136.

Iudex non dicitur in culpa,nec in dolo,si reum torsit in loco solito per ministros solitos,& de modo consueto,n.137.Secus si modum solitum non seruauit,n.138.

Iudex nõ tenetur de morte rei torti,qui post torturã illatam recusauit sumere medicamẽta ipsi a Medico submin istrata.n.139.

Medicorum relationi standum,an tortus obierit ob immoderatam torturam,necne, 141.

Tortura,qua,qualis,& quanta fuerit reo illata,probatur per testes domesticos,n.142.

Tortura funiculus si frangatur,& tortus in terram cadens moriatur,Iudex non tenetur,n.143.

Iudex,qui de facto ad torturã deuenit,præsumitur in dolo,n.144.

Iudex debet esse præsens torturæ,alias dicitur in culpa,si tortus ex aliquo accidenti deficiat,& moriatur,n.145.

Dolus in Iudice non probatur,nisi euidentibus coniecturis, n. 146.& seq.

Iudex,qui non torquet eum,quem de iure torquere tenebatur,tenetur in syndicatu,& punitur,n.148.

Iudex non tenetur de indebita tortura,quando tortus fatetur se legitimè fuisse tortum,n.149.

Indicia leuiora ad torquendum sufficiunt in delictis occultis,& difficilis probationis,n.150.& 153.licèt aliqui dixerint,quòd imò nulla requirantur indicia,vt ibi,n.151.& aliqui, quòd imò legitima,& certa requirantur indicia,vt ibidem,n.152.

Delicta occulta,& difficilis probationis quæ sint,ponuntur plura exempla,vt in n.150.

Mandatarius assassinus potest absque aliis indiciis torqueri ad indicandum mandantem.n.154.etiam quòd non sit persona vilis,n.155.

Custos rerum furto subtractarum potest absque aliis indiciis torqueri ad indicandum furem, de quo verisimiliter notitiam habuit,alias secus,n.156.fallit in custode non vilis, & bonæ famæ,qui ex hoc nullatenus torqueri poterit,n.160.

Custos alicuius ciuitatis,vel loci potest torqueri ad indicadũ furem,si in eo loco,in quo custodiam tenebat fuit factum furtũ, & de materia.n.157.fallit in custode bonæ famæ,n.160.

Furto facto in hospitio torquentur domestici,& famuli hospitis, n.158.quod intellige,si sint viles,& malæ famæ, aliter secus, n.160.

Furtò facto in domo torquentur domestici,& soliti conuersari in ea domo,n.159.intelige,si sint viles,& non bonæ famæ.secus si bonæ famæ,n.160.

Bannitus contumax si compareat absque aliis indiciis potest torqueri,n.161.

Maritus si occidat vxorem,an possit torqueri sine indiciis, nu. 162.

Fur,qui cõfessus est vnũ furtum.potest sine aliis indiciis torqueri ad habendũ alia furta,n.163.& seqq.& n.168.sed contrà n.165.Declara,vt prima opinio sit vera,si fur sit insignis,& diffamatus,aliter secus,n.167.& 171.Declara secundò,quia hæc procedunt de consuetudine.sed de iure communi fur non potest nec interrogari,nec torqueri de aliis furtis sine indiciis, n.169.Declara tertiò,quia tortura debet esse moderata, n. 173.& seqq.Declara quartò,quia si sequatur confessio.sufficit non ad condemnandum.sed ad inchoandum nouum processum,n.166.Quid vigore Bullæ Pauli III.n.172.

Confessus vnum furtum,seu delictum,an possit,& quando, & quomodo sine indiciis torqueri ad habendum alia delicta in genere,n.163.& seqq.

Latrones possunt sine indiciis torqueri ad habendum alia latrocinia,n.167.Declara,vt in n.172.& seqq.

Bannitus famosus potest torqueri ad habẽdũ delicta in genere etiã sine indiciis.secus si non sit famosus,n.168.iuncto n.171.& seq.

Assassinus an possit torqueri sine aliis indiciis ad habendum alia assassinia,n.168.171.172.& seq.

Doctori testanti de consuetudine non creditur,nisi de consuetudine loci in quo versatus est,n.170.

Tortura non potest dari reo tanquam cadaueri,n.175.

Tortura ad habendum alia delicta in genere debet esse moderata,n.173.& seqq.

Tortura ad habendum complices,debet esse moderata,n.174.

Iuramentũ calũniæ etia in criminalib.à reo præstãdũ est,n.177.

Reus an,& quando teneatur respondere positionib.pro parte accusatoris in actis productis,n.177.

Reus non respondens,vel nõ præcisè respõdens Iudici interrogãti potest torqueri ad habendũ respõsionẽ affirmatiua,vel negatiua,n.177.& seq.Amplia 1.vt si in tortura fateatur delictũ,potest ex hac confessione cõdemnari,n.178.Amplia 2,vt ad respõdendum reo non sit concedẽda dilatio ad deliberandũ,n.179.Declara ampliationẽ,vt in n.180.Amplia 3.etiã in reo nõ præcisè respõdente super circũstantiis ipsius delicti substantialibus,nedũ super ipso principali delicto,n.182.licet aliꝝ cõtra,n.181.Limita 1.dummodo cõtra reum non præcisè respõdẽtẽ adsint aliqua indicia,aliter secus,n.183.Limita 2. dũmodo cõstet de corpore delicti,aliter secus,n.184.Limita 3. quando reus habet pro se verisimilẽ obliuionis præsumptionẽ, n.185.Limita 4. quia tortura debet esse moderata,n.187.Limita 5.quãdo reus haberet aliquã legitimã causã nõ respondẽdi,n.188.& seq.Vbi etiã quæ in proposito dicãtur legitimæ causæ.Limita 6.in causis pecuniariis,& in delictis leuibus,in quib.reus pro habẽda respõsione affirmatiua,vel negatiua,nõ torquetur,sed vel mulctatur,vel habetur pro confesso,n.191.

Terminus ad deliberãdũ reo nõ cõceditur in criminalib.an scilicet inquisitioni velit respõdere affirmatiuè,vel negatiuè,n.179.

Obliuio tam in reo principali,quam in teste,an & quando,& ex quibus præsumatur,n.186.

Iudex potest recusari,& allegari suspectus etiam in criminalibus,n.190.

Indicia ad torturam sunt Iudici arbitraria,n.192. contrà, n. 200.retenta prima opinione,illam limita,dummodo Iudicis arbitrium sit à iure & ab æquitate regulatum, n. 193. & seqq.Item dummodo arbitretur vt bonus vir,n.196.& seq. & in mitiorem partem,n.195.

Indicia ad torquendum debent esse à iure approbata,n.199.

Indicia ad torquendum debent esse talia,vt de iure subsistant, n.199.

Indicia ad inquirendum,licèt sint arbitraria,debent tamen esse à iure approbata,n.201.

Arbitrio Iudicis quando quid committitur à lege,vel ab homine,Iudex debet suum arbitrium regulare à iure,& ab æquitate,n.194.

Iudex semper debet suum arbitrium inclinare in mitiorem partem,n.195.

Arbitrio alicuius quando quid committitur,intelligitur de arbitrio boni viri,n.196.& seq.

Arbitrium boni viri quomodo intelligatur,n.198.

QVÆSTIO XXXVII.

TORTVRAM inferri minimè posse non legitimis præcedentib.indiciis(sic nempe in proposita quæstione regulam cõstituẽdam censui)bene probat tex.*in l.1.& in l.maritus.& in l.quæstionis habẽdæ*(secũdùm vnũ intellectũ,de quo per gl.)*& in l.vnius,§.in ea causa,& in l.fi.ff.de q.in l.milites,§. oportet,& in l.cum cognitionaliter,C.eod.& in c.cũ in cõtẽplatione,*& ibi gl.*in verbo Quæstionib.extr.de reg.iur.*& per ista iura sic vt sup.firmãdã cõclusionẽ scripserũt Bal.*in l.2.n.4.C.quor ũ appell.* Carrer.*in pra.cri.in 2.tra.de ind.& tort. §.circa quartum,qualiter & quando ad torturam deueniatur, n.1. & n. 4.* Frã.Casson.*in tra.de tormẽ.c.5.rub.de nõ torquen.sine ind.n.1.* Brun.*de ind.2.par.q.5.n.1.*Marsi.*sing.17. incip. ad tort. deueniri nõ potest,in pri.cons.35.n.13.*Ias.*in l.si sic legatũ,n.24. ff. de leg.1.*Alex.*cons.65.n.2.li.1.*Gig.*de cr.læsæ maiest.1.Quomodo,& per quos crimẽ læsæ maiest.prob.q.26.n.1.*Cõrad.*in pr.t. de neg.cr.& torm.n.30.fol.mihi 298.col.2.*Gram.*voto 30.n.21.* Io.Mar. Mõt.*in sua pra.cri.reg.10.n.1.* vbi alios adducit,Bal. *in ti.de ind.& cõsiderat.ante tort.n.2.* Iodoc.*in pra.cri.c. 38, n.17.*Rol.*cõs.12.n.31.vol.3.* vbi testatur de magis cõi *opin. * &n.34.* vbi valdè inuehitur contra Iudices modernos, qui suũ velle loco iudiciorũ subrogantes vt plurimũ velo leuato homines torquẽt,dicitq;tales iniquos Iudices minimè fore à superiorib.& Principibus tolerandos,Clar.*in practi.§ fi.q.64. ver sic.*

v. Dixi etiam, ad mediũ, vbi quòd ex Bolognino *in addit. ad Guid. de Suzzar. in tra. de tormẽ. n. 29.* nullus diſcrepat à propoſita regula: idem Clar. *ibidẽ in ver. Dixi quoque*, vbi admonet Iudices Deum timentes, vt ſemper præ oculis habeãt, ne aliquem ſubiiciant non ſolùm ſine indiciis, ſed nec etiã cum indiciis, niſi legitima, & ſufficientia fuerint: quod & ex noſtri temporis conſulentib. voluerunt etiam Burſa. qui pariter de communi teſtatur, *in conſ. 35. n. 1. & ſeqq. vol. 1. & conſ. 146. n. 6. vol. 2. & cõſ. 192. n. 2. & cõſ. 201. n. 39. d. vol. 2. & cõſ. 216. n. 15. & conſ. 314. n. 10. vol. 3. & conſ. 346. n. 8. volum. 4.* Hippol. Riminal. *conſ. 88. n. 51. vol. 1.* Franc. Bec. *cõſ. 67. n. 14. in 1. vol.* Tiber. Decian. *conſ. 56. n. 58. lib. 2.* Maſcar. *de prob. li. 3. concl. 1385. n. 1. & ſeqq.* vbi & ipſe poſt alios plures, quos allegat, teſtatur de cõmuni opinione, Io. Mar. Monticel. *reg. cri. 10. n. 4.* vbi loquitur in caſu, etiam quòd per indebitam torturam ſe daretur ſcandalum in populo, Bert. *conſ. 116. n. 24. lib. 1. cr.* Simon de Præt. *conſ. 191. n. 5.* Flam. Cartar. *in pra. interrog. reor. lib. 4. c. 1. n. 51.* vbi teſtatur, ita ſe habere omnium Doctorum communem & vnanimem ſententiam, pro qua etiam addo nouiſſimè Honded. *conſ. 107. n. 23. & ſeq. & conſ. 100. n. 5.*

2 RATIO †Propoſitæ regulæ ea eſt, quia ſi Iudicibus concederemus vt poſſent ſine legitimis, & ſufficientibus indiciis reos torquere, facile eſſet in eorum poteſtate in criminali iudicio à tortura inchoare, quod tanquam abſurdũ iura ciuilia, & canonica prohibuerunt, *vt in d. l. 1. in prin. ff. de q.* ibi, *& nõ eſſe à tormẽtis incipiendũ Diuus Auguſtin. cõſtituit, & in l. marius ff. eo.* ibi, *nec ſolere à quæſt. incip. & in l. milites, §. oportet, C. eod. tit. de quæſtionib.* ibi, *Oportet autem Iudices, nec in his criminibus, quæ publicorum iudiciorũ ſunt, ad inueſtigationẽ veritatis à tormẽtis initiũ ſumere, & in d. c. cum contemplatione, ext. de reg. iur.* ibi, *in ipſo cauſæ initio à quæſtionib. inchoandũ*, & per iſta iura, hoc idẽ firmarũt expreſsè Carrer. *vbi ſup. d. n. 1.* poſt Marſil. & Ghirland quos allegat Brun. *dict. q. 5. 2. parte, n. 1. & n. 2.* Menoch. *de arbitr. q. lib. 1. q. 84. n. 1.* & Clar. *d. q. 64. eodẽ v. Dixi etiam in princ.* vbi teſtatur de communi * opinione, de qua etiã teſtatur Hippol. Rimin. *d. conſ. 88. n. 52. vol. 1.* Burſa. *d. conſ. 201. n. 40. vol. 2.* Maſcar. *de prob. lib. 1. concl. 353. n. 4. ver. ratio eſt*, & Franc. Perſonal. *de indic. & tort. in princ.*

3 AMPLIA I. Hanc regulã quòd ad hoc vt indicia dicantur legitima, & ſufficientia ad torturam inferendam, illa debent eſſe veriſimilia, probabilia, non leuia aut perfunctoria, ſed grauiora, & vrgentia, certa, clara, imò & luce, vt aiunt meridiana clariora, in tantum vt Iudex non ſolùm ſit quaſi certus de delinquente, ſed, vt nihil aliud ſibi deeſſe videatur, quàm eiuſdem rei confeſſio, textus eſt, qui præmiſſa non dubiè probat, *in l. 1. in prin ff. de q.* ibi, *vt ſola cõfeſſio ſeruorũ deeſſe videatur, & in d. l. milites, eodem §. oportet, Cod. de q.* ibi, *ſed argumẽtis primùm veriſimilibus probabilibúſque vti, & ſi his veluti certis indiciis ducti, & in d. l. cùm cognitionaliter, C. eodẽ*, ibi, *ſi præſtita fuerint ex tanto ſcelere argumẽta, vt videatur accedere ad veriſimilia cauſæ crimina.* Et per iſta iura ſic, vt prædixi in ampliatione, in propoſito reſpectiuè loquuti ſunt Bal. *in cõſ. 259. n. 4. vol. 1. & cõſ. 515. n. 4. li. 5.* Cor. *cõſ. 101. n. 3. vol. 2.* Aym. *cõſ. 6. n. 12. & cõſ. 9. n. 11. & cõſ. 99. n. 1.* Soc. iun. *cõſ. 16. incip. Viſo, & diligẽter, n. 8. vol. 4. & cõſ. 39. n. 55. lib. 2.* Horat Lut. *int. cõſ. cr. diuerſ. cõſ. 81. n. 12. to. 2. in fol.* Nat. *conſ. 42. n. 1. li. 1. & cõſ. 392. n. 6. li. 2.* Carrer. *in pra. in 2. tra. de ind. & tort. §. circa quartam qualiter & quando ad torturã deueniatur, n. 5.* Marſ. *conſ. 18. n. 12. & conſ. 51. n. 6. & conſ. 63. n. 13. & in pra. §. diligẽter, n. 29. & ſeqq.* Foll. *in pra. cr. v. item quòd ſuffocauit vxorẽ, n. 22.* Nouel. *in pra. cr. in prin. rub. Indicia quæ præcedere debent, n. 40. & ſeq. fol. mihi 32.* Gabr. Saray *in addit. ad Mathef. ſing. 35. in medio additionis, in v. Et indicia quæ præcedere requiruntur*, Blãc. *de ind. ad fi. C. de qq. n. 7.* Cõrad. *in pra. rub. de neg. cri. & tormen. n. 37. ad fi. ver. 24. limita, fol. mihi 302. col. 2.* Brun. *de ind. & tort. 2. par. q. 5. n. 8.* Boſſ. *in ti. de ind. n. 17.* Menoc. *de arb. q. li. 2. caſu 270. n. 5. & 6.* Maſcar. *de prob. li. 3. concl. 385. n. 20.* idẽ Menoc. *in tra. de præſump. li. 1. q. 89. n. 3.* Flã. Carta. qui alios refert *in ſua pra. interrog. reor. li. 4. c. 1. n. 57.* & ex iunioribus cõſulentib. ſic etiã tradiderũt Rolã. *cõſ. 24. n. 23. & ſeq. vol. 1. & cõſ. 3. n. 37. vol. 3. & cõſ. 57. n. 31. & ſeqq. vol. 4.* Thob. No. præceptor meus, *cõſ. 99. n. 1. & cõſ. 101. n. 1.* Brũ. à Sole, *in ſuo ad ſui ipſius defenſionẽ vnico illo emanato cõſ. cr. n. 135. & ſeqq.* vbi alios adducit cõcordãtes, Burſat. *cõſ. 336. n. 16. vol. 3. & cõſ. 316. n. 8. 9. 15. 16. 22. in fi. & n. 39. eod. vol. 3.* vbi teſtatur de cõmuni* opinione, *& conſ. 430. n. 18. vol. 4.* Hippol. Rimin. *int. conſ. cr. diuerſ. conſ. 81. n. 19. vol. 1. in fol.* Menoch. *cõſ. 28. n. 2. & ſeq. vol. 30.* Fran. Bec. *cõſ. 85. n. 1. & ſeq. 1. par.* Vulp. *conſ. 97. n. 1.* Tiber. Decian. *conſ. 88. n. 6. vol. 3.* Frã. Perſonal. *in tr. de ind. & tort poſt n. 11.* vbi alios refert, *& n. 52.* Bertaz. *cõſ. 38. n. 1. & ſeqq. lib. 1.* Marc. Ant. Eug. *conſ. 27. n. 14. & ſeqq. in certo n. 69.* Macabrun. ab Anguil. *conſ. 50. n. 21.* Hond. *conſ. 107. n. 25. & ſeq.* Baiar. *in addit. ad Clar. q. 64. n. 56. & n. 63.*

Ratio † præcedentis ampliationis ea eſt, quia dum agitur 4
de torquendo reum, agitur conſequenter de hominis ſalute, prout conſiderarunt Bal. & alij præcitati Doctores, ideo non tibi mirum videatur, rigoroſe Iudex, ſi & iura & Doctores ſic exquiſita requirunt indicia ad torquendum, & ad id demonſtrandum tot prægnantib. & geminatis verbis vtuntur, quia, prout in propoſito conſiderauit Hipp. Rimin. *in conſ. 361. n. 67. vol. 4.* vbi maius eſt periculum, ibi cautiùs eſt agendum, *c. vbi periculum, de elect. in 6.*

Nec † mihi dicat aliquis, prout iam ſæpius audiui quen- 5
dam Iudicem amicum meum dicentem, quòd hæc ampliatio tanquam non rationabilis in pract. non eſt ſeruãda, tum quia nunquam ferè datur caſus, in quo indicia reperiantur ita clara, certa & luce meridiana clariora, prout Doctores præcitati ſupponunt, ita vt ſola ipſius rei cõfeſſio deſit, tum etiam quia quando talia reperiuntur indicia, nõ eſt locus torturæ, ſed cõdemnationi: quia vbi habemus probationes luce meridiana clariores, *iuxta l. ſi. & l. actor. C. de prob.* reus eſt condẽnandus tanquã conuictus, & non torquendus tanquam indiciatus, *l. qui ſentẽtiam, vbi Doctor. C. de pœn. l. fi. C. de cuſt. reor.* cũ ſimilib. ſed parcat mihi iſte Iudex, æquiuocat ipſe inter probationem & indicium. Non. n. dico quòd ad torturam inferendam requiruntur probationes certæ, claræ & luce meridiana clariores, ſed bene quòd requirantur indicia in genere ſuo talia, vt ſint apta ad plenè perſuadendũ, licèt nõ ad plenè probandum, & ratio eſt in prõptu, quia idẽ iuris debet eſſe de parte quo ad partem, quod de toto quo ad totum, *l. quæ de tota, ff. de rei vendica.* ſed ad condemnandũ probatio debet eſſe certa & luce meridiana clarior, *d. l. fi. C. de prob. c. Piſanũ. 5. q. fi.* ita pariter & in genere ſuo indicia debẽt eſſe certa, & luce meridiana clariora, prout bene in terminis ſic põderãdo ſcripſit Brunor. à Sole, *vbi ſup. n. 136.* & Franc. Perſonal. *de ind. & tort. poſt n. 53. v. Tamen hoc intelligas.* Et hoc ideo dicũt Doctores præfati in genere ſuo, quia bene ſciũt, quòd nõ debẽt eſſe ſic certa & cõcludentia, ſicut debet eſſe probatio ad condẽnandum ſufficiẽs, ex qua redditur certus Iudex, quòd reus deliquit: ac ex indiciis Iudex nõ reddendus eſt certus in totum, ſed quaſi certus. prout dicunt dicti Doctores. Item data delicti probatione, nõ eſt opus alia rei cõfeſſione. At ſtantib. indiciis ſola rei cõfeſſio deficit, vt iidẽ Doct. deducũt, & ſic ceſſat obiectio.

Et quando Doctores dicunt, † quòd indicia ad torquen- 6
dum debent eſſe in genere ſuo certa, & clara, dicũt etiam ex hoc inferendo communiter, * & ſe ipſos magis declarando, * quòd dicta indicia debent eſſe non dubia, non æquiuoca: & quæ multipliciter interpretari poſſint, ſed concludentia, & ad delictum inferentia: ſic in ſpecie ex præcitatis Doctorib. ſcriptum reliquerunt Bal. *conſ. 259. n. 4. vol. 1.* Aym. *conſ. 6. n. 12.* Boſſ. *d. ti. de ind. & cõſiderat. ante tort. n.* Burſa. *d. cõſ. 316. n. 22. in fi. vol. 3. & cõſ. 336. n. 16. eo. vol 3.* Frãc. Bec. *conſ. 85. n. 1. in fi.* Fran. Perſonal. *de ind. d. n. 11.* Vulpel. *conſ. 97. n. 3.* † Vbi pro 7
pterea quòd ex his, quæ ex accidenti contingere poſſunt, nõ oritur indicium † ſufficiens ad torturam, prout etiam & mul- 8
tò minùs poteſt oriri aliquod tale indiciũ ex actu bono: quia ſicut bonum non præſumitur de malo, ita nec è cõtrà malum de bono, *c. nonnulli, in fi. 46. diſt.* Spec. *in ti. de præſump. §. ſpecies, n. 10. circa finem*, Maſcar. *de probat. lib. 1. concluſ. 223. n. 3. & ſequent.* Menoch. *cõſ. 283. n. 5. & ſeqq. vol. 3.* vbi pariter plurib. comprobat, † quòd ex verbis dubiis & obſcuris, quæ 9
poſſunt inferre ad malum & delictum, ac etiam non: non oritur ſufficiens indicium ad torturam.

Aduerte tamen in propoſito ad vnum, † in quo Doctores 10
ſic literaliter intellectos, prout loquuntur, allucinatos credo, dum inquiunt, quòd ad torquendũ, indicia debent eſſe proxima delicto: non autem remota, prout dixerunt Brun. *de indic. 2. part. q. 5. n. 8.* vbi allegat text. *in d. l. 1. in 2. reſpon. ff. de q. & in l. milites, §. oportet, C. eod.* Conrad. *in pra. ti. de negat. crim. & tormen. n. 37. ad finem, verſ. 24. limita*, vbi allegat Cor.

in conſ.

*in conſ.*101.*n.*3.*lib.*2.& Aym.*conſ.*99.*n.*1.Conrad.*vbi mox illum citaui,n.*27.vbi allegat tex.*in l.de minore*, § *tormenta, ff.de quæſt.*Carrer.*in pract.in* 2. *tract. de ind. & tort.* §. *circa quartum,qualiter,& quando ad tortu*ram *deueniatur,n.*5. vbi vltra tex.*in d.l.*1.*& in d.l.milites* §.*oportet*,& Brunum in præcitato loco.allegat etiam tex.*in l.cum cognitionaliter,C.de qu.* Burſat.*conſ.*316.*n.*23.*& n.*30.vbi allegat doctrinam Bart. *in d.l.fin.ff.de quæſt.*quam vt ipſe inquit ſequutus eſt Boſſ.*in ti.* * *de indic.n.*5.*& n.*71.*& ex communi** Bombin *conſ.*47. *n.* 3. *& conſ.*56.*n.*2.Bonacoſſ.*in commun. opin. crimin. lib.*2. *ver. Tortura non poteſt adhiberi per vnum indicium remotum*,item allegat Franc.Cur.*in conſil.*41.*ſuper proceſſu*, & Riminald. *inter conſ.crimin.diuerſor.conſil.*81.*n.*19.81.*& ſequent.tom.*2. idem Burſat.*in conſ.*336.*n.*18.*eodem volum.* 3.vbi propterea etiam expreſsè dicit,quòd ad hoc vt teſtes ſuper indiciis ad torturam probent,debent deponere de viſu vel de ipſo delicto,alias minimè nocent,ex Marſi.*in conſ.*65. *n.* 33. Bertaz. *conſ.*146.*n.*4.*& ibi in addit.litera B.lib.*1. vbi pariter teſtatur de communi* ex Burſato,Bombino, & Bonacoſſa, ſuprà relatis.

11 Iſtorum † enim concluſio, quæ ſic ſimpliciter ex eorum dictis colligi prima facie videtur, quòd ſcilicet ad torquendum indicia debeant eſſe proxima,& quòd remota non ſufficiant,nec in iure vera,nec etiam probabilis eſt: quia, prout infrà in tertia Ampliatione,*n.*43,*&ſeqq.*videbimus,etiã indicia remota,ſi ſint plura ad torquendum ſufficiunt,& hoc nul- * lam prorſus habet difficultatem,ſed communiter* receptum eſt. Et ſi aliter diceremus,ſequeretur abſurdum, quod nunquam rei torquerentur,niſi quando contra ſe haberent teſtes de viſu ſuper ipſo delicto deponentes(cùm tunc propriè dicantur deponere ſuper indicio proximo,vt ſuprà probaui, *q.* 36.*n.*44.*& ſeqq.*

Et tamen etiam ex remotis indiciis,prout ſunt quando teſtes deponunt ſuper circumſtantiis ipſius delicti, vt pariter ſuprà dixi, *ad n.*44.*& ſeqq.*reos quotidie torqueri, & videmus & practicamus,vt putà ex inimicitia iunctis aliis: ex fuga iunctis aliis:ex fama iunctis aliis,& ſimilibus, de quibus infrà latiùs dicam *in hoc eodem ti.ac etiam in ti.de reo confeſſo,& conuicto*,vbi declarabo, quòd illa propoſitio Doctorum volentium,quòd in criminalibus non habeat locum regula,ſi non proſunt ſingula,multa iuuant: procedit quoad condemnãdum,non autem quoad torquendum.Et ſic plura remota indicia etiam ad torquendum ſufficere notiſſimum eſt apud criminaliſtas, & non debet in controuerſiam deduci.

12 Ea autem,† quæ ex aduerſo deducuntur,non faciunt ad propoſitum:iura enim in contrarium aliegata, videlicet text. *in l.*1.*in* 2.*reſpon.& in l.de minore*,§.*tormenta,ff.de quæſtio.& in l.milites*,§.*oportet,& in l.cùm cognitionaliter,C.eodem*, non dicunt id ad quod allegãtur,quia de proximitate indiciorum nullum faciunt verbum:immò contrarium apertè probatur *in dicta l.cùm cognitionaliter*,ibi,*vt videãtur accedere ad veriſimilia cauſæ criminalis*,& ſic indicia ſufficit quòd ſint proxima,& quòd accedãt veriſimilitudini ipſius criminis,non autẽ quòd ſint illi proxima.Brunus etiam,Carrerius & Conradus in locis præcitatis non ſimpliciter dicũt,quòd indicia ad torquendum debeant eſſe proxima facto,& delicto: ſed ſolùm alternatiuè loquendo dicũt, quòd debẽt eſſe vel veriſimilia, vel proxima,& quòd quantò ſunt proximiora, tantò etiam ſunt meliora,ergo ſufficit eadem eſſe veriſimilia abſque eo, quòd ſint proxima.Doctrina Bart.*in l.fi.ff.de q.*quam ſequuti * ſunt communiter* Doctores, teſtibus Boſſio,Bombino, & Bonacoſſa in locis per Burſatum allegatis:nec etiam facit ad propoſitum,quia Bar.& Doctores præcitati nõ dicunt,quòd nemo poſſit torqueri niſi ex proximis indiciis,ſed quòd indicium remotum non ſufficit ad torturam, niſi probatum per duos teſtes,& niſi ſit iunctum cum aliis,vel ſint plura. Quod & nos etiam admittimus,& probamus,& dicam latiùs infrà in ſequentibus ampliationibus,Riminaldus *inter conſ. crim. volum.*2.*conſil.*81.*n.*19.*&* 81.per Burſatum pariter allegatus, aliud non dicit,niſi quòd indicia, & præſumptiones ad torquendum non debent eſſe leuia,& temeraria,ſed legitima,& talia, vt ſola rei confeſſio deeſſevideatur,quod etiam & nos probauimus *ſuprà,n.*3. Ad id quod dicit Marſilius *in conſil.* 65.*n.*33.allegatus per Burſat.*in conſil.*336.*n.*18.*volum.*3.volens teſtes ad hoc vt ſuper indiciis ad torturam probent,debere deponere de viſu & de ipſo delicto,alias non noceant: reſponſio eſt facilis,quia ſcilicet intelligi debent, quãdo deponunt de indicio propinquo nõ ſi de remoto certum enim eſt,quòd quando deponere debent ſuper indicio propinquo, non afficiunt reum de viſu,directe,ac immediatè,etſi de ipſo delicto deponant, prout etiam infrà in ſequenti ampliatione demonſtrabo: at quòd teſtes ſuper indiciis remotis non noceant reo,etiam quòd ſuper delicto non deponant,nec Marſilius excludit, nec Burſatus denegat:tunc enim propriè teſtes ſuper remotis deponere dicuntur,quando non ſuper delicto,ſed ſuper illius circunſtantiis deponunt, vt dixi *ſupra, qu.*36.*n.*44. *& ſeqq.* & quòd ex remotis indicis poſſit inferri tortura,mox audies iterum.

AMPLIA II. Eandem regulam,vt indicia ad torquendũ, 13 non ſolùm debeant eſſe,vt ſuprà dixi,veriſimilia,probabilia, certa,& clara,ſed etiã plenè, & concludenter in genere ſuo per duos teſtes probata, ſecundùm gloſſ.ſingularem, & ordinariam,*in l.ſi.in verbo,vel indiciis*, *C.famil.erciſcun.* quam gloſ.ſequuti ſunt Bar.Bal.Ang.Caſtren. Salicet. & cõmuniter * Doctores,idem Bart.*in l.ſi.n.*7. & ibidem Marſ.*in* 6. & * Blanch.*n.*46.*ff.de quæſt.*Ang.*in l.fin.ff.quod mẽtus cau.* Bald. *in l.ſi quis ex argumentariis*, §.*primo,n.*4.*ff.de eden.& in cõſ.* 34.*n.*2.*vol.*2.Paul.de Caſt.*in l.cum proponebatur,col.ſi.* & ibi etiam Imola,& Doct.*ff.de leg.*2.Iaſ.*in l.admonendi,in* 2.*lectura,n.*153. *verſ. Quinto prædicta regula procedit,ff. de iureiur.* Ang.*de malefic.in verbo,Quòd fama publica præcedente,n.*10. *quæro,qualiter probetur indicium*,& ibi addentes, Marſil.*in l. de minore*,§.*plurimum,n.*90.*& in l.vnius* §.*teſtes,num.*1.*ff.de quæſt.& in conſ.*8.*n.*9.*& conſ.*15.*n.*13.*& conſ.*12.*n.*6.*& cõſ.* 72.*n.*10.*& in pract.*§.*diligenter,n.*7.*& conſ.*22.*n.*10.*& conſ.* 59.*num.*6.*& conſ.*79.*n.*10.*& conſ.*88.*num.*15.*& alibi ſæpiſſimè*,Brun.*de indic.*1.*parte,&* 2.*quæſt.n.*4.Franc.Caſon.*de tormen.cap.*6.*rubr.de non torquen. per indicia niſi plenè probata, n.*1.*& ſequent.& n.*7. Carrer. *in pract.in* 2.*tract.de indic. & tort.*§.*viſo ergo quid ſit indicium,num.*2.*&* 3. vbi aliis adducit,& ibidem *in* § *ſequen.incip. Quæ autem,& qualia debeant eſſe indicia,n.*4. Iodoc.*in pract.crim.cap.*36.*n.*14. Nouell.*paruer in pract.in princip.n.*16.Boſſ *in tit.de indic.& conſiderat. ante torturam,n.*5.18.*&* 19.Oſaſc.*deciſ.Pedemont.*79.*n.*16.*& n.*31. Ant. Gomez.*variarum reſolut.tom.*3.*cap.*13.*rubric.de tortur.reorum,n.*18.Vbi teſtatur quòd ita communiter* tenẽt * Doctores *in dicta l.fin.C.famil.erciſcun.* Conrad. *in pract.tit. de negat.crim.& tormen.n.*16.*fol.mihi* 269.*colum.*1.†vbi am- 14 pliat hoc præcedere etiam in crimine hæreſis, Clar. *in pract. quæſt.* 22. *in princip.* vbi quòd hæc ampliatio non ſolùm eſt communis, ſed tanquam indubitata non habet contradictorem,teſtibus Ioan.de Amic.*in conſ.*122.*num.*10.Ang de Caſtro *inter conſ.crim diuerſ. conſ.*94.*num.*26. *& lib.*1. & Soc. *in conſ.*54.*num.*2.*lib.*4. & Marſil. *in conſ.*59.*num.*6. † Et lo- 15 quitur Clarus etiam in quolibet leui indicio, & multùm remoto,& minimo,vel adminiculo, prout etiam ſic in leuibus & indiciis,& adminiculis loquuti ſunt Oſaſc.*dicta deciſ. Pedem.*79.*ante num.*31.Boſſ.*de indic.dicto numer.*18.19.*&* 22. & Maſc. *de prob.lib.*2.*conſ.*894.*num.*2. Addo pro hac eadem ſecunda ampliatione Menoch.*de arbit.quæſt.lib.*2.*caſu* 270. *n.*23.*& de præſump.lib.*1.*quæſt.*91.*num.*2.Hier.Magon.*deciſ. Lucen.*89.*num.*1.Paul.Granut.*theoremat.*23.*num.*10.*&* 11. †Vbi quòd vnus teſtis non probat indicium remotum,etiam 16 quòd ſit omni exceptione maior,Ioſeph.Ludou.*in ſuis commun.opin.concl.*45.*verſ. Indicium autem remotum*, & in contingenti caſu etiam conſulendo prædictam ampliationem ſequuti ſunt Fulgoſ.*conſ.*106.*ſuper eo.num.*3.*verſ. Ad tertium*, Abb.*conſ.*16.*vt claram num.*1.*verſ.Item & tertiò,lib.*1.Alexand.*in conſ.*18.*viſo proceſſu,n.*6.*ver.ſecundò & fortiùs,lib.*1. *&conſ.*280.in cauſa Angelorum,*n.*1.*&* 6.*lib.*6.*conſ.viſo proceſſu,num.quinto,verſ.Indicium autem, libro ſeptimo & conſil.* 11.*Sentio,n.*6.*lib.quarto,&conſ.*138. *Viſa copia denunciationis,n.quarto,verſ.ſecundo reſpondeo,lib.*6.*& conſ.*216.*Ponderatis his,num.*8.*verſ. Præterea poteſt dici. eodem lib.*6.*conſ.*2. *Viſo proceſſu,n.*15.*verſ.Non obſtat etiam ſi diceretur,lib.*7.*& conſ.*26.*Clariſſime Doctor,num.*21.*verſ.Quinimò vnaquæque coniectura,eodem libro ſeptimo,Corn.conſ.*260. *Viſa inquiſitione,n.*6.*&* 7.*lib.*3.*& conſ.*107.*Videtur,n.*10.*& conſ.*192.*Viſo,n.*8.*lib.*4.Cæp.*conſ.crim.*52.*n.*10. Rui.n*conſ.*7.*n.*5.*& conſ.* 137.*num.*14.

137.n.14.vol.5.Riminal.*sen.conf.*316.*n.*13.*vol.*2.*& conf.*11. *n.*26. *& conf.*93.*n.*28.*volum.*1. Grammat. *conf.*59. *n.*16. *& voto* 22.*n.*1. Alex.de Neuo *conf.*64.*n.*4.vbi teſtatur de com-
* muni, *Natta *conf.*6.*viſo,n.*7.*& conf.*42.*formata,n.*6. vbi dicit communem,Bertran. *conf.*164.*n.*5.*vol.*7.*& conf.*42. *n.*5. *& conf.*309.*n.*5.*volum.*6.*& conf.*415.*n.*6.*vol.*4. *& conf.*37.*n.* 6.*volum.*2.*& conſil.*122.*n.*2.*& conf.*173.*n.*16.*volum.*1.Mandel.*conf.*56.*n.*28.Aym.*conf.*6.*n.*12.*& ſeqq.* & ex iunioribus ſic etiam conſuluerunt Cephal. *conf.*204.*n.*19.*volum.*2. Tiber.Decian.*conf.*88.*n.*6.*volum.*3.Burſat.*conf.*126 *n.*33.*volum.* 2.*& conf.*336.*n.*14.*& n.*16.*volum.*3.*& conf.*316.*n.*22. *in fi-*
* *ne,& n.*24.*& conf.*332.*n.*9.vbi de communi, * *& conf.*315, *n.*12.*eodem lib.*3.*& conf.*146.*n.*6.*volum.*2.*& conf.*196. *n.*2. *eodem volum.& conf.*20.*n.*23.*volum.*1.*vbi pariter de communi.& conf.*346.*n.*8.*volum.*4.Vulpel.*conf.*99.*n.*7.Franc. Bec. *conf.*67.*n.*11.vbi etiam de communi,Brun.à Sole *in ſuo conſ. cri.n.*111. vbi ex Alciat. *in conf.*465.*n.*1. dixit hanc ampliationem in iudiciis,&ſcholis eſſe canonizatam,quam demum nouiſſimè comprobauit etiam Maſcard. qui & de communi plures teſtantes refert *in ſuo tra.de probat.lib.*1.*concl.* 462. *n.*
17 18.*& 19.* †vbi ampliat etiam in crimine læſæ maieſtat s, *& concl.*894.*n.*1.*& n.*4.*lib.*2.*& concl.*1385.*n.*32. *libr.*3. Marc. Ant.Eug.*conf.*27.*n.*35.vbi etiam de communi.

18 AMPLIA I. † Præcedentem ſecundam principalem propoſitæ regulæ ampliationem,vt ad probandũ indicia remota teſtes debeant eſſe non ſolùm duo,ſed etiam omni excepe
* ptione maiores,ſecundùm communem,*de qua teſtatur Bonacoſſ.*in* 2.*par.ſuar.comm.opi.crim.v.Indicia aut ſunt proxima.ſol.mihi* 35.*col.*3.*in fi.*exFranc.Bec.*in cõſ.*68.*Voluit dicere,*
* *in conf.*67.*n.*11.*lib.*1.refert & ſequitur,& pariter communẽ* dicit Burſa.*in conf.*316.*n.*25.*volum.*3.*& in conf.*35.*n.*2.*vol.*1. ex Boſſio *in t.de conſiderat.ante tort.n.*18.*& ſeq.*Alexand.de Neuo *inter conſ.crim.diuer.conſi.*97.*n.*14.*volum.*1.Bolognin. *in addit.ad Guid.de Suzzar.in tract.de tormen.n.*25. & Iulio Claro *in pra.§.fina.q.*64.*v.Dixi quinimò*, iterum idem Burſat.*in conf.*346.*n.*8.*lib.*4.*& conf.*146.*n.*6.*volum.*2. vbi etiam allegat Oſaſc.*deciſ.Pedem.*79.14.15.*voluit dicere,n.*16.Ant. Gomez.*varia.reſolut.tom.*3.*cap.*13.*de tortura reorum, n.*18. *in fine,verſ.Sed certè eorum opinio,& n.*19. vbi falſam aſſerendo opinionem contrariam tenẽtium,hanc ipſe huius ampliationis reddit rationem, quia ſcilicet ſicut ad probandum indicium propinquum teſtis vnus debet eſſe omni exceptione maior,vt paulò infrà ſubiiciam,ita etiam debent eſſe duo teſtes probantes indicium remotum,Bertaz.*conf.*39.*n.*15.*lib.* 2.Maſcar.qui alios adducit *in ſuo tract.de prob.lib.*2. *concluſ.* 894.*n.*3. Menoch. *de præſumpt.lib.*1.*q.*91. *n.*5. *& n.*6. Vbi hanc opinionem dicit probabiliorem,per rationes ab Antonio Gomezio,vbi ſuprà conſideratas, quam etiam latè contrariis Doctorum quorumdam authoritatibus ſigillatim reſpondendo defendit Hippol.Riminal. *in conf.*361. *n.* 19. *&*
19 *ſeqq. vſque ad n.* 46. *volum.*4.*& ibidem,n.* 32.*&* 33. † Vbi ampliat hoc procedere etiam in atrociſſimis, licèt Clarus in loco per eum citato contrarium dixerit:loquitur enim is, vt Riminal.dicit,non de iure communi,nec de generali conſuetudine, ſed tantùm de obſeruantia illarum prouinciarum,in quibus Clarus verſatus eſt,quæ ad alias prouincias extendi non debet,iuribus per eum ibi allegatis,& dicam infrà,*n.*30. *& ſeqq.*vide *infra,in tit.de oppoſ.contra teſt.q.*56.*n.*64.

20 Contrarium, quòd † imò ad probandum indicia remota admittantur teſtes non omni exceptione maiores,imò & infames,ſeu aliàs inhabiles,videtur glo.*in l.inuiti,la ſeconda,in verb.ſed nec pupillis,in fi. de teſt.* per quam gloſſam ſicut dixi affirmarunt Bal.*in l.cunctos populos,n.*5.*in fine*,Roma.*conf.* 451.*n.*8.Soc.*in conf.*54.*n.*9.*volum.*3.Hippol. *in pra.*§. *diligenter,n.*8.Brun.*de ind.*2.*q.*1.*par.n.*7.Nouel. *in pract. in rub. de teſtib.in materia crim.n.*15.*fol.mihi* 143. vbi alios adducit Matth.Gribal.*in ſuis regulis criminalib. inter communes opin. diuerſ.in v.Licèt ad faciendũ ſemiplenam probationem*, vbi af-
* firmat ſic communiter*tenere Doctores *in l.cunctos populos, in fi.C.de ſumma Trin.& fide cathol.*Bru. *inter conſ.cri.diuerſ.* 115.*n.*38.*vol.*2.*in fol.*Bertaz.*inter eadem conſ.cri.diuerſ.conſ.* 70.*n.*10.*eodem vol.*vbi alios refert,& inter ſua conſil. *volum.* 1.*conſ.*341.*n.*10.Paul.Meren.*inter eadem conſ.cri.conſ.* 90. *n.* 42.*dicto* 2.*volum.*Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de ind. Viſo ergo quid ſit indicium,n.*7.*vbi remiſſiuè*, Roland. *conſil.* 24. *n.* 25. *volum.*1.Paul.Granut.*theorem.*23.*n.*13.†Et præſertim quan- 21
do teſtes ſuper remotis deponentes deponunt veriſimilia, quod tunc etiam non omni exceptione maiores probent indiciũ.& fidem faciãt,ſi infamiam per torturam purgauerint, poſt Bal.Roma & Gramm.*in locis per eum citatis*,comprobat Maſcar.*de prob.lib.*2.*concl.*894.*n.*14.[dixi *infra,in* 3.*lib.q.*65. *n.*43.]†Et idem quando teſtes ſunt plures,quaſi quòd ex nu- 21
mero teſtium illorum inhabilitas ſuppleatur, quòd pariter probent indicia remota,etiam quòd inhabiles ſint,poſt Bald. Socin.Conrad.&Aym.quos allegat,tradit idem Maſcar.*ibid. n.*13.& faciunt quæ de teſte infami poſui *infra,in t.de oppoſ. contra teſt.q.*56.63.

Quid† dicendum? Articulus iſte quin patiatur difficulta- 23
tem,negari non poteſt,in quo præſertim animaduerti, quòd plures ex Doctoribus ſupra allegatis pro prima opinione, *n.* 18.non dicunt id ad quod allegantur, videlicet quòd ad probandum indicia remota,teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores,licèt bene dicant,quòd duo teſtes requiruntur,prout in ſpecie aduerti ſic loquutos Becium,Boſſium, Oſaſc. & alios relatos per Maſcardũ,vbi ſuprà citatos *d.n.*18.Nec Bologninus *in addi.ad Guid.de Suzzar. in tracta. de tormen. n.* 23.aliquid dicit,quod faciat ad propoſitum,& pariter in libro meo non inuenio Clarũ *in d.q.*64.*v.Dixi quinimò*, prout illum refert Burſatus *in conſ.*35.*n.*2.*volum.*1.*ſed bene in v.Dixi etiam.& in v.Dixi quoque*,vbi nullum facit verbum de teſte omni exceptione maiore circa probationem indicij remoti: nec verum eſt,prout Bonacoſſa,& Burſatus ſupponunt,quòd Franc.Becius *in conſ.*67.*n.*11. dicat propoſitam ampliationem communem:quia,vt dixi,idem Becius teſtatur de communi circa probationem faciendam per duos teſtes,non autem quo ad id quòd debeant eſſe omni exceptione maiores. ſimiliter Alexander de Neuo, qui expreſsè requirit hoc caſu quòd teſtes ſint omni exceptione maiores,dixit hoc probari per gl.*in l ſi.C.famil.erciſcun.*& illa gloſſa teſtatur,quod Doctores communiter ſequuntur,& tamen illa gloſ.nihil prorſus dicit, quòd illi duo teſtes probantes indicium remotum debeant eſſe omni exceptione maiores. Quare propoſita ampliatio remanet admodum debilitata authoritatibus Doctorum ſuprà ad eius comprobationem allegatorum.

Et è contra † animaduerti etiam,quòd plures ex Docto- 24
ribus allegatis pro contraria opinione *ſupra*, *n.* 20. illam minimè probant.Gloſſa enim *in dict.l.inuiti,la ſeconda ff. de teſtibus*,in qua præfati Doctores ſe principaliter fundant, dicit ſolùm quòd teſtis minor(& ſic non omni exceptione maior) facit aliquod indicium.An autem iſtud qualequale indicium intelligatur de indicio ad torquendum, prout ſunt termini propoſitæ ampliationis,gloſſa non exprimit, ideo non facit ad propoſitum.

† Quia imò veritas eſt, quòd iſtud qualequale indicium 25
reſultans ex depoſitione minoris,ſufficit ad inquirendum generaliter,& ad ſumendum informationes ſuper delicto,non autẽ ad torquendũ,ſicut reprobatis contrariis defendit Blãc. *de ind.ad fi.ff.de quæſt.n.*347.*& ſeq.*Marſil.*in l.de minore, ſub n.*42.*ff.eodem*,cum aliis per Menoch.*de præſumptio. lib.* 1. *q.* 88.*n.*14.& dicam latiùs *infra,in tit.de oppoſ.cont.teſt.q.*58. *n.* 48.ſimiliter Brunus,Gribal.Nouel & Carrer.*vbi ſupra,d. n.* 20.allegati;nec etiam dicunt quòd teſtes inhabiles & non omni exceptione maiores probant indicia remota ad effectũ torquendi,ſed tantùm ſimpliciter dicũt, quòd probant indicia remota,& hoc ego non nego,ſed addo quòd iſta† indi- 26
cia remota ſic per teſtes inhabiles probata ſufficient, non ad torquendum,ſed ad inquirendum,prout in ſpecie dixerunt Bald. pro contraria opinione allegatus *in dicta lege cunctos populos,n.*5.*in fine*,& Rom. pariter ex aduerſo allegatus *in dicto conſilio* 455.*n.*8.*&* 161. Mandoſ. *in addit.litera F*, Io. Mar.Montic.*in reper.teſt.fol.mihi* 352.*col.*2.*v.antepenul.*Hippol.Riminal.*conf.*361.*n.*8.*& ſub.n.*42.*volum.*4. Menoch. *de præſump.lib.*1.*q.*88.*n.*12.& dicam latiùs *infrà, in ti. de oppoſ. contra teſtes,q..n...* † Et demum relati per Maſcar. *in d. con-* 27
*clu.*894.*n.*13.*&* 14.loquntur,prout & ipſe animaduertit, in caſibus ſpecialibus videlicet,vel quando teſtes inhabiles ſunt plures,vel quando deponunt veriſimilia: quibus in caſibus probant tales teſtes,etiam quòd non deponant ſuper indiciis remotis,vt pariter dicam *in eodem titulo de oppoſit.contra teſtes,quæſt.... numero.... & quæſt.... numero....* Et ſic vides etiam

tiam hanc contrariam opinionem esse Doctorum authoritatibus debilitatam.

28 Re tamen † bene ruminata non recedo à proposita ampliatione tanquam veriori,& probabiliori,pro qua vltra duas illas rationes adductas per Antonium Gomezium *in rubr.de tort.reorum,n.*18.*in fi.& seq.* quas repetiit Menoch.*vbi supra de præsump.lib.*1.*q.*91.*n.*5.*&* 6.considero etiam generaliter, prout iterum superiùs dixi,quòd vbi tractatur de vita hominis,& vt experientia docet,sæpe contingere solet,quòd torti propter impatientiam doloris fateantur illa delicta quæ nunquam commiserunt,nec committere cogitarunt.*l.*1.§.*in tributorum,ver. Alij tamen,ff.de qu.* vnde vbi maius periculum,

29 ibi cautiùs agendum est,*cap.vbi periculum, de elect.in* 6.†Et propterea in criminalibus cautiùs testes regulariter,& generaliter debere esse habiles,idoneos, ac omni exceptione maiores,scripserunt Bal.*in fin.n.*4.*ver. Quædam est probatio maior,C.de prob.* Ioan.de Anan.*cons.*17.*Visa relatione,*Dec.*cons.* 429.*n.*12.*vers.*4.*in criminalibus testes.*Alex.*cons.*70.*Viso processu,lib.*1.*in discursu,* Franc.Marc.*dec.*285.*n.*4.*lib.*2. Bursat. *cons.*346.*n.*9.*lib.*4.& dicam *infrà,in tit.de oppos.contra test.q.* 62.*n.*19.*& seq.* Cur ergo in probatione indiciorũ remotorũ ad effectum inferendi torturam debeant admitti testes infames,& non omni exceptione maiores?certè causam differentiæ,& specialitatis non cognosco,& si, vt mox ostendam ad probationem indicij proximi testes debent esse omni exceptione maiores, cur etiam non tales admitti debeant in probatione indicij remoti?nec certè differentiæ rationẽ cognosco,imò eandem adesse rationem apparet manifestè, quia in vtroque casu agitur de tortura,& sic de vita, & salute hominis,propter quod Doctores,vt suprà,voluerunt in criminalibus causis requiri testes omni exceptione maiores. Non recedas itaque à proposita ampliatione.

30 AMPLIA † iterum hanc proximam ampliationem,quòd licèt dici soleat in criminalibus atrocissimis,& exceptis,testes non requiri omni exceptione maiores,sed inhabiles quandoque admitti,vt per Gemin. *in cap.mediatores,num.*3.*de testi-*

31 *bus,& attestat.* Anchar.*in cap.*1. *num.*4.*de testibus,in* 6.† & ob id Clar. *in pract.*§.1. *vers. Sunt etiam,in fine* , attestetur apud eum seruari,quòd in enormibus, & atrocibus criminibus deuenitur ad torturam, etiam si indicia non sint probata per testes omni exceptione maiores, ego tamen adhuc credo, quòd ad probandum indicia remota , & sic adminicula, testes debent esse omni exceptione maiores etiam in atrocissimis,prout bene considerauit Boss.*in tit. de indic.& considerat.ante tort.n.*15.ea motus ratione , quòd licèt aliàs in atro-

32 cissimis , † & exceptis criminibus testes non integri admittantur,id tamen intelligendum est , vt admittantur ad ipsum principale crimen probandum , non autem ad probandas circumstantias, & adminicula ipsius delicti,*cap.per tuas,il* 1. *de simon.*Bar.*in l.in quæstionibus ff.ad l.Iul.maiest.*Bal.*in auth. Si testis productus,n.*7.*vers.Sed dubitatur hîc,C.de testib.*Dec. *cons.*410.*in causa mota Mediolani,n.*15.Paris.*cons.*2.*n.*80.*&* 84.*volum.*4.Nec obstet Clarus *vbi sup.*ex aduerso allegatus, quia illi bene respondet Hip. Rimin. *d.cons.*361.*n.*32.*&* 33. *vol.*4.& dixi *suprà,n.*19. & vide *infrà q.*56.*n.*72.

33 AMPLIA II. Dictam †secundam principalem ampliationem,vt ad probandum indicia remota,testes non solùm debeant esse duo,& omni exceptione maiores,vt prædixi : sed etiam debeant esse conteſtes, & sic singulares non sufficiũt, secundùm Bal.*cons.*515. quidam fuit interfectus, *n.*2.*vol.*5. Grat.*cons.*45.*num.*11.*vol.*2.Paris.*cons.*163.*num.*11.*volum.*1. Mars.*cons.*18.*n.*12. *& cons.*41.*n.*10. *& cons.*12.*n.*10. *& cons.* 59.*num.*6.*& cons.*79.*n.*10.*& cons.*88.*n.*15.Alex.*cons.*180.*n.* 6.*lib.*2.Gram.*cons.*3.*in causa Regij fisci,n.*18.vbi plures etiam adducit Cæp.*cons.crim.*32.*n.*16.Ceph.*cons.*204.*n.*19.*vol.*2. Ant.Gomez.*d.cap.*13.*de tortura reorum,sub nu.*18. vbi alios

* plures adducit concordantes, testatur de communi,*dicítq; contrariam opinionem non esse veram nec tenendam, Carrer.*in pract.in tractat.*2.*de indic.& tort.*§.*quæ autem,*& qualia debeant esse indicia,*n.*4.*& seq.*vbi,post alios plures,quos & ipse allegat , inferendo dicit , quòd si vnus testis deponit de fama,sicut alter de confessione extraiudiciali,alter de inimicitia,& alter de fuga,& sic de similibus,ex hoc Iudex non arbitrabitur reum fore torquendum, quia in genere suo non plenè probatur;& testes singulares non coniunguntur ad faciendum sufficiens ad torturam indicium,Boss.*in tit.de indic.& considerat.ante tortur.numer.*20.*&* 22. vbi reprobato per eum Alex.*in cons.*77.*in fine,in primo volum.*& ex Marsil.*in l. vnius,*§. *testes, ff. de quæst.* facta priùs generali conclusione, quòd duo testes deponentes de duobus indiciis remotis non coniungantur ad faciendum vnum indicium perfectum:infert exinde , quòd nec pariter coniungentur ad faciendum indicium duo testes de auditu singulares , quia scilicèt à diuersis personis audiuissent,Gabriel. *in tit. de testib.concl.*2.*n.* 10.*in* 1.*ampliatione,*Ioan.Mar.Monticel.*in suo Reper.test.fol. mihi* 350.*colum.*1.*vers.testes duo probantes diuersa indicia,& fol.*352.*colum.*1.*vers. Testes singulares non probant indicium,* Brunor. à Sole *in suo cons.crim.*128.*& seq.*vbi non solùm testatur de communi opinione,sed ex Ioan.de Amic.*cons.*127. *n.*10.dicit*,quòd eadem opinio non habet contradictorem, * Burs. *cons.*35.*num.*1.*vol.*1. *& cons.*315.*num.*12.*vol.*3. Paul. Granut.*theor.*23.*sub num.*10.Menoch.*de præsumpt. lib.*1.*qu.* 91.*num.*4. Verùm opinio hæc à cæteris reiicitur, & faciunt in proposito quæ infrà dicam *in tit.de reo confesso , & conuicto,quæst...n...*vbi ponam quòd licèt quoad torquendum habeat locum regula illa,si non prosunt singula, multa iuuant: id intelligendum est dũmodo illa singula sint plenè per duos testes probata,aliter secus. Et vide etiam quæ dixi *infrà,in tit.de oppos.contra dicta test.q.*64.*n.*57.*& seqq.& in tit.de reo confes.& conuict.q.*86.*n.*95.vbi probaui plura remota indicia, non coniungi ad effectum torquendi, nisi fuerint in genere suo perfectè probata.

Contrarium,†quòd imò indicia remota probentur etiam 34 per testes singulares,qui propterea cõiunguntur ad dicta indicia probanda,allegatur originaliter Fulg. *in l.fi.ff. de quæst.* (cuius lectura hodie non reperitur,vt adnotauit Anton.Gomez *d.tit.de tortura reorum, c.*13.*n.*18.*in vers. Adde tamen)* vbi dixit, quòd licèt singula indicia debeãt probari per duos testes,negari tamen non potest quin vnus testis faciat aliquã præsumptionem , & ideo si plures sint testes singulariter de singulis indiciis deponentes,dicentur etiam plures esse præsumptiones,ex quib.non est absurdum quòd oriatur vnicum indicium ad torturam sufficiens , vnde si vnus testis dicat se vidisse Seium in terra prostratum , & interrogatus respondit vulneratũ à Titio:alter verò dicat se vidisse Titium sanguine aspersum,& cum euaginato ense fugientem;alius autem deponat eundem Titium vidisse rectõ tramite versus nemora euntem,& occultè se latitantẽ:certè hi singuli testes licèt de singulis indiciis singulariter deponant, nemo tamen sanæ mentis negabit,quin faciant plures præsumptiones generantes vnicum indicium ad torturam. Sic namque Fulgosium, *vbi suprà , in d.l.fina.ff.de quæstio.* vel , vt alij aliter allegant *in l.final.C.famil. erciscun.* dicentem referunt,& propositam contrariam opinionem sequuntur Soc. *in cons.*54.*n.*2.*vol.*3. Alex.*cons.*77.*in causa accusationis,in fine,vol.*1.*& cons.*65.*habita super contentis,n.*10.*eodem lib.primo,* Alba.*cons.*72.*n.*15. vbi rationem adducit, quia scilicet isto casu vnum dictũ coadiuuat aliud,& omnia tendunt ad eundem finem, Brun. *de indic.& tortur.par.*1.*q.*2.*n.*5.Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de indic.& tort.* §.*quæ autẽ & qualia debeant esse indicia,n.*6.Grã. *dec.*34.*n.*30.*&* 35.relati per Gabr. *tit. de test.d.concl.*2.*n.*72. *in* 8.*limit.*& per Io.Mar.Monticel.*in suo reper. de test.fol.mihi* 352.*col.*1.*v.*1.2.*&* 3.Gig.*de crim.læsæ maiest.lib.*2.*tit.quom. & per quos crim.læsæ maiest.prob.q.*25.*in fi.n.*3. Arnal. Alb.*in tract.de agnoscen.assert.cathol.& hæretic.q.*20.*&* seqq.vbi pluribus comprobat hanc opinionẽ,dicítque,quòd licèt in coniunctione præsumptionum vel indiciorum debeant singula indicia, ac præsumptiones esse in suo genere plenè probata: hoc tamen intelligendum est , vt procedat quoad condemnandum , non quoad torquendum,& ita distinguendo, respondet contrariis. † Nec dissentit Pau.Granut.*theorem.*21. 35 *num.*14.Faciunt scripta per Clar.*in pract. quæst.*21.*vers. Sed pone quod non vnus,*vbi ex Bossio per eum allegato *in tit. de indic.num.*159.concludit, quòd duo testes socij criminis faciunt indicium ad torturam, etiam quòd sint singulares ; de quo tamen magis in specie dicam in materia socij criminis, infrà,*qnæst.*43.*num.*34.*& sequentibus:*& clariùs hanc eãdem conclusionem firmare videtur idem Clar.*quæst.quinquagesimatertia,vers.Dixi etiam,*vbi quòd licèt in criminalibus, testes singulares non sufficiant ad plenam probationem bene

tamen

tamen faciunt indicium ad torturam, dummodo sint alias integri, iuxta ea quæ dixit *in q. vers. vnus testis*, & demum cum hac contraria opinione pertransit Pet. Ant. à Petra *in tractatu de fideic. q.* 12. *n.* 520. *& seqq.* vbi etiam alleg. Hier. de Monte *in q.* 14. Bart. *cons.* 213. *n.* 7. & ibi Claud. *in add. litera E, lib.* 1. *cri.*

36 Et hanc contrariam opinionem (pro qua etiam addi possunt omnes Doctor. alleg. *infra, in t. de reo confesso, & convict. q.* 86. *n.* 97. vbi de materia videtur eadem) maximè procedere quando testes singulares essent multùm notabiles & probatæ vitæ, dixerunt Brun. *vbi supra, n.* 6. Carrer. *pariter vbi supra, n.* 8. & admittit Boss. *in d. tit. de indic. n.* 23. apud quos reperies concordantes.

37 Pro concordia reperio † distinguentem Carrerium in loco *citato, n.* 9. *ver. Quod intellige*, dum dicit, quòd testes singulares coniunguntur, & faciũt indicium ad torturam, si deponũt de proximis maleficio, vt in exemplo per Fulgosium allato: secus si de valdè remotis, & hanc distinctionẽ ante Carreriũ considerauit etiam Brunus *in loco per Bossium citato, d. n.* 22 vbi tamen ipse Bossius illam reprobat, & falsam dicit.

38 Quid ergo † dicendum? vt verum fatear, diu articulus iste me ancipitem reddidit, & tandem omnibus hinc inde maturè consideratis, & Doctorum authoritatibus bene ponderatis, in hanc sententiam deueni, quæ, ni fallor, multùm rationabilis est, vt scilicet testes singulares probent indicia remota, etiam ad effectum torquendi reum, tribus tamen concurrentibus. Primo quòd sint omni exceptione maiores, & idonei, iuxta ea quæ suprà deduxi *n.* 18. *& seqq.* & multò magis si erũt notabiles, & probatæ vitæ, iuxta ea, quæ retuli *supra, nu.* 36. Secundo, quòd deponant super indiciis proximis delicto, non autem super valde remotis, prout sunt admincula, iuxta distinctionem Bruni, & Carrerij quam recitaui *in anteced. nu.* 37. Et isto casu proxima intelligo indicia, non ea solùm, quæ immediatè respiciunt delictum (quia in illis, nulli est dubium quòd vnus testis sufficit, vt mox dicam, secundùm veriorem, * & communiorem * opinionem *in sequen. ampliatione*:) sed ea etiam quæ inferunt valde verisimiliter ad ipsum delictum, quæ etiam proxima aliquomodo dici possunt, vt infrà demõstrabo, *n.* 42. Tertio requiritur, quod indicia super quibus isti singulares testes deponunt, sint plura, & talia, quæ reddãt animum Iudicis quasi certum quòd reus deliquerit, iuxta superiùs cumulata *n.* 3. Vt enim infrà demonstrabo, ad torquendum duo indicia sufficiunt, & quandoque etiam vnum, quando est valde proximum delicto, & valde illud inferens: fingamus modò quòd vnus testis singularis deponat de vno indicio remoto: alius de altero; vel duo singulares testes deponant de vno indicio: eritne ex istis depositionibus singularium testium deueniendum ad torturam? Certè non, prout etiam videtur de mente Bossij, *in tit. de indic. n.* 23. vbi ampliat etiam quòd isti duo testes deponerent de indiciis multùm propinquis. Et isto casu procedere potest prima opinio relata *supra, n.* 33. Et si aliter diceremus sequeretur destructio illius alterius verisimilis & cõmunis * opinionis, de qua *suprà, n.* 13. *& seqq.* quòd scilicet indicia remota debent per duos testes concludenter probari. Isto igitur casu nisi vnumquodque indicium habeat pro se duos testes, & contestes, ad torturam minimè deueniri poterit: si verò indicia sunt plura quàm duo, & talia quòd mentem Iudicis inclinent ad vehementissimam opinionem delicti contra reum, & tunc poterit arbitrari, quòd idem reus torqueatur, etiam quòd indicia ista plura non nisi per testes singulares sint probata, & sic sufficiet quodlibet indicium probari per vnum testem: non enim est verisimile, quòd tot testes non suspecti talia dixissent, nisi reus esset culpabilis, sicut post Turrecrem. *in c. nihilominus, 3. q. 9. col. 2. circà mediũ* considerauit Pet. Ant. à Petra, *d. q.* 12. *n.* 521. Et isto casu, videlicet in pluribus indiciis mouentibus animum Iudicis ad sic arbitrandum, loquuntur Doctores præ-

39 citati pro contraria opinione *supra, n.* 34. *& seq.* † Et facit ratio: quia licèt testes singulares regulariter non probent, probant tamen si ira Iudici visum fuerit, vt pluribus comprobat Gabriel. *de testibus, d. concl. 2. in 2. limitatione, n.* 62. & latiùs dicam *infrà, in 1. de oppos. con. test.* in materia testis singularis. Istis igitur tribus concurrentibus poterit Iudex turè ex testibus singularibus ad torturam deuenire, aliàs secus. Addo & quartum requisitum ex Blanch. *in tract. de ind. & tort. n.* 366. *& seqq.* vbi disputata quæstione ad partes ex mente Doctorũ distinguendo concludit, quòd tunc demum indicia probata per testes singulares cõiunguntur ad faciendum indicium ad torturam, quando scilicet tendunt omnia ad eundem rei finem, vnúmque coadiuuat aliud: secus si inter se sint diuersa, & vnum non inferat aliud, vt ibi per eum, vbi optimè explificat prædictam distinctionem, eum omnino videas. Et Blanchum sequitur Marc. Ant. Eugen. *cons.* 27. *n.* 63. nec dissentit Mascard. *concl.* 1223. *n.* 32. *lib.* 3. vbi de communi Brun. à Sole *in suo cons. cri. post n.* 83. *& seqq.* & ante istos Carrer. *in pra. in tra. de ind. & tort. §. Quæ autem ex quadam, n.* 4. *& seq. vsque ad n.* 9. & dixi *in ti. de reo confess. & convict. q.* 86. *n.* 100.

AMPLIA III. Eandem † secundam principalem huius 40 regulæ ampliationem, vt procedat non solùm in indiciis remotis, sed etiam in proximis: nam & etiam proxima indicia debere probari per duos testes, scripserunt Boss. *in tit. de ind. & considerat. ante torturam, n.* 18. *ver. Et eam intellige, & n.* 22. *v. Sed hæc opinio*, Alex. de Neuo *cons.* 97. *n.* 14. *vol.* 1. *inter cons. cri. diuers.* vbi de communi, * prout illum refert, & alios * adducit concordantes Burs. *in cons.* 31. *n.* 24. *vol.* 3. *& cõs.* 35. *n.* 2. *vol.* 1. vbi amplius quòd ab hoc dicto communiter obseruato, & vero nullus discrepat. Refert Mascard. *de prob. li.* 2. *concl.* 894. *n.* 9.

Contrarium, † quòd imò proximum indicium probatur per vnum testem, scripserunt glos. *in l. si quis, C. ad l. Iul. mai.* 41 quem sequuntur Bar. & Bal. *in l. fi. C. famil. erciscund.* idem Boss. *in tit. de inoic. n.* 5. Brun. *de indic. 1. par. quæst. 2. n.* 1. Mars. *cons.* 64. *n.* 33. *& cons.* 88. *n.* 21. Paris. *cons.* 151. *n.* 21. *vol.* 4. Fran. Cason. *in tract. de torm. c. ip. 6. rub. de non torquen. per indicia nisi plenè probata, n.* 7. vbi ex hoc infert, quòd si indicium proximum esset probatum per duos testes, non esset locus torturæ ex indicio, sed condemnationis ex concludenti probatione, Osasc. *dec. Ped.* 79. *n.* 9. Meno. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 91. *n.* 1. vbi alios plures adducit Franc. Bec. *con.* 67. *n.* 12 & 13. vbi pariter alios adducit cõcordantes, & testatur de receptissima opinione * idem Burs. *cons.* 46. *n.* 8. *vol.* 4. Paul. Granut. *theorem.* 23. * *n.* 6. vbi etiam testatur de communi, & bene aduertit, quòd Alex. de Neuo, & Clarus allegati per Bursatum pro contraria opinione *in d. cons.* 35. *n.* 2. non loquuntur de indicio proximo sed remoto; faciunt ad hanc eandem contrariam opinionem omnes Doctores infrà allegati, *n.* 54. materia enim ferè eadem est.

Pro concordia † & vt saluentur Bossius & Bursatus in lo- 42 cis præcitatis, in quibus repugnantia, & contraria asserere videntur, scias quòd indicium proximum potest dupliciter intelligi, & duobus modis capitur per Doctores: vno modo quando testis deponit immediate de ipso delicto, prout suprà plenè declaraui, *q.* 36. *n.* 45. *& seq.* Altero modo, quãdo deponit nõ de ipso delicto, sed de actu valde proximo ipsi delicto, & valde delictum inferẽte. Nam & in hoc vltimo casu indicia appellãtur proxima per Doctores, vt videre est apud Bart. *in l. fi. n.* 5. *ff. de q.* quem & alios refert Additionator ad practicam Carrerij *in Repert. post verbum, Indiciũ*, vbi ponit exemplum de hoc indicio proximo in confessione extraiudiciali, in eo qui visus est admenare, & similibus, & Bossium *in d. titul. de ind. n.* 23. *ad finem*, & alibi sæpissime per Doctores. Primò igitur casu indicium proximum probatur per vnum testem, & hoc non habet difficultatem. Secundo casu non nisi per duos testes, & sic prima opinio procedit in 2. exemplo, secunda autem in primo, & ita cõcordando has opiniones distinxit Clar. post alios quos allegat *in pract. q.* 22. *in fi. princ.* ibi, *Aut verò testis non deponit de visu*, quem in proposito refert, & sequitur Mascar. *de prob. lib.* 2. *concl.* 894. *n.* 10.

AMPLIA III. Et † principaliter propositam regulam, vt 43 ad torquendum indicia non solùm debeant esse talia qualia sup. explicaui, sed etiam debeant esse plura, & vnum non sufficiat, secũdũ Bar. *in l. fi. n.* 9. *ff. de q.* vbi tamen loquitur in indiciis generalibus, & remotis, & Bartoli doctrinam communiter * approbatam testantur Aug. ad Ang. *de malef. in v. Quòd* * *fama publi. post n.* 52. *v. Et est etiã ratio vera*, idem Ang. *in d. v. Quod fama publica, n.* 6. & ibi etiam Aug. *in addi.* Ioan. de Amic. *cons.* 127. *n.* 26. *& cons.* 141. *n.* 6. Blanch. *de indi. n.* 150. prout illum refert Villalob. *in suis com. opin. litera L, n.* 17. Natta *cons.* 43. *n.* 6. *lib.* 1. Boss. *in tit. de ind. n.* 71. vbi quòd saltẽ debent esse duo indicia. Ex Blanc. *in l. fi. sub n.* 6. *verb. Nã possunt esse, ff. de q.* quem communiter sequũtur Doct. quod et

idem

idem voluit Conrad *in loco mox inf.allegando n.29.* sequitur Baiar.*cons.*213.*n.*8.*lib.*1.quem etiã refert Baiar.ad Clar.*q.*64. *n.*60.Carrer.*in pract.in* 2. *tra.de ind.&tor.*§. *Sed an vnum indicium,n.*2.Conrad.*in pract.in tit.de neg.cri.& tormen. n.*30. *in fi.fol.mihi* 298. *col.* 2. quos refert,& non sequitur Clar. *in pract.*§.*fi.quæst.*64.*v.Sed quæro,quot indicia,in p.in.* Addo & prò hac eadem opinione Bonacos.*in suis commun.opin. crim. pdr.*2.*vers.Tortura non potest adhiberi per indicium remotum fol.mihi* 82.*a tergo,col.*1.*in princ.*vbi pariter testatur de com-
* muni,*ex Bombin.*in cons.*47.*n.*3.*& cons.*56.*n.* 2. Pau. Granut.*thesorem.*23.*n.*7.vbi etiam allegat Carrer.*in pract.crim.in* 2.*tract.de indic.& tort.*§.*Decimumquartum indicium, n.*4. *&* in § *Quintum indicium,n.*1.& hanc dicit esse omnium scribẽ-
* tium in vtroque iure communem.*& generalem doctrinam ex Natta *in cons.*362.*n.*6.*lib.*2. quicquid in contrarium senserit Clarus in loco præcitato. Addo & Menoch.*de arbit. q. casu* 290.*sub n.*12.*lib.*2.Hippol. Riminal. *cons.*88.*n.*8.*vol.*1. Franc.Personal.*in tract. de indic.& tortu.num.*96.*vers.Vnde*
* *succedit conclusio,*vbi testatur de magis communi*Doctorum opinione,Bursat.*cons.*336,*n.*1.*in* 3.*volum.*vbi etiam testatur de magis communi opinione,Marc.Ant.Eugen.*cons.*27. *nu.* 20.vbi non solùm testatur de communi,ex Bar.*in dicta l.fin. ff.de quæst.*& ex Ioann.de Amic.*cons.*127.*n.*26.*& cons.*131. *n.*6.sed etiam quòd ita seruatur, ex Alexand. *in consil.* 77. *n.* 12.*lib.*3.

44 LIMITANDO,seu potiùs declarando†hanc tertiam ampliationem,aduerte,quòd licèt Clarus, & per eum relati., *in d.ver.Sed quæro,quot indicia,*videantur affirmare,quod quicquid sit de iure,de consuetudine tamen obseruetur, quòd indistinctè per vnum indicium,siue proximum,siue remotum procedatur ad torturam. Horum tamen opinio ita indistinctè,& simplicitet intellecta,prout illam refert Clarus,vel nõ
45 vera est,vel venit declaranda,†dummodo cum vnico indicio remoto aliqua alia concurrant,iuxta ea quæ idem Clarus dixit *in q.*21.*de fuga.fama,inimicitia,minis & similibus:*quæ licèt sint indicia remota,iuncta tamen cum aliis sufficiunt ad torturam,vt ibi per eum,& *infra* latiùs dicam *in suis locis,hoc eodem tit.*& hoc modo intelligendo Clarum,prout semetipsum declarare videtur *in fine dicti ver.Sed quæro,quot indicia,* nulla est inter Doctores contrarietas,& verum dicit;prout in proposito bene etiam adnotauit Pau. Granut.*vbi sup.d.n.* 7. & est de mente Carrerij,Bonacos.Mascardi,& aliorum suprà citatorum Doctorum.

46 SVBLIMITANDO præcedentẽ†limitationem,&consequenter iterum,& secundo loco declarando propositam tertiam principalem ampliationẽ,pariter aduerte ne erres,quòd etiam quandoq; indicium potest esse ita proximum delicto, vel,vt melius dicam,ita inferens delictum (proximum enim
* indicium tunc magis communiter*Doctores vocant, quando vnus testis deponit immediatè de crimine,vt suprà declaraui *in anteceden.quæstio.n.*44.*& seqq.*)vt etiam quòd remotum sit,hoc est,etiam quòd non tangat immediatè delictum (quo casu pariter propriè indicium appellari remotum dixi *in d.q.*36.*eodem n.*44.*& seqq.*)sufficit tamen ad torturã de se solùm,& sine aliis adminiculis,prout voluerunt Io.And. Ias. Gram. & alij relati per Clarum *in pract.q.*64.*d.ver.Sed quæro,quot indicia;*ibi,*Cæterũ quicquid sit de iure,&c.*vbi ex præ-
* allegatis ita communiter * in iudiciis seruari testatur, & ante istos bene considerauit idem Bart.*in d.l.fi.ff.de quæst.n.*6.*in fi. ver.Sed si esset vnum indicium non remotum,*cuius dicta latiùs reassumit Mars.*in pra.*§.*diligenter,n.*177.Ang.*de malef.in v. fama publica,n.*13.*& seqq.*& ibi addentes, qui ponunt plura exempla,in quibus ex solo indicio vnico, etiam aliis non concurrentibus potest quis torqueri (de quibus latiùs *infra hoc eo.tit.in suis locis particularibus* differemus)inter quæ exẽ-
47 pla ponit Bar.de confessione extraiudiciali,&de re furata penes aliquem reperta.Hæc enim sunt de se indicia remota à maleficio,& tamen quia valde maleficiũ inferũt, vnũquod-
* que de se indicium facit ad torturam,& verũ dicit,† quia de confessione extraiudiciali habemus gl.*in l.cap. quinto , in gl. fi.ff. de adulter.* quam communiter * Doctores sequuti sunt, vt videre est apud Dec.*in c.at si clerici.sub n.*17.*extra de ind.* Boss.*in tit.de confess.n.*57.Ant.Gomez.*var.res.c.*13.*vn.de tortu.reorum,n.*8.Villalob.*in commun.opin. litera C,n.*135. Gig. *de cri.læsæ maiest.lib.*2.*tit.quom.& per quos cr.læsæ maiest.prob.* *q.*1.*n.*16.Gabriel.*in tit.de confess.concl.*1.*n.*1.*n.*53.Mars.*sing.* 3.10.Menoc.*de arb.q.lib.*2.*casu* 331.*n.*1.Clar.*in pra.q.*21.*v. confessio,*idem Menoch *de præs.lib.*1.*q.* 89. *n.* 14. *& seqq.* vbi etiam & de materia.de qua & ego etiam latiùs explicabo *infra in ti.de reo confess.& conuicto in materia confessionis extrajudicialis.*†De re autem furata inuenta penes aliquem, quòd 48
faciat regulariter indicium ad torturam , habemus text. *in l. inciuilem,& in l.ciuile est,* vbi notant omnes,*C.de furt.*& per
* ista iura sic communiter * affirmant Doctores , vt videre est apud Ant.Gomez.*vbi sup.d.c.*13.*de tort.reor.n.*12.Alciat.*de præsumpt.lib.*3.*præsumpt.*29. *n.*1. Roland. *cons.*45 *n.*39.*& seqq.vol.*1.Clar.*in pract.q.*21.*ver.Si res furata,* & alibi iterũ declarabo *infra,lib.*3.*tit.de furt.* † Erit ergo Iudici arbitrariũ 49
torquere reum ex vnico , vel pluribus indiciis,quia si indicia erunt generalia , & remota , ad torturam non deuenient,nisi sint plura,vt suprà probaui,*n.*43.secus si sint proxima,& delictum maximè inferentia.Sic enim arbitrio Iudicis hoc præcipuè remitti senserunt Bart. *in d.l.fi.n.*6.*ff.de quæst.* & Ang. *de malef.in d.verb.Fama publica , n.*13. & Carrer.*in practic. crim.in* 2.*tract.de indic. & tort.*§. *Sed an vnum indicium,n.*1. *&* 2.& Mars.*in pract.*§.*diligenter,n.*177. verùm de hoc vltimo remitto me ad ea, quæ ponam in vltima limitatione huius regulæ , *infra,n.*192.*& seqq.* vbi bene discutiam , an & quando indicia sint Iudici arbitraria.

Possunt etiã plura alia exempla dari,in quib.reus torque- 50
tur ex vnico indicio etiam aliis non concurrentibus,& etiam quòd immediatè nõ tangat ipsum delictũ, quæ,vt dixi,bene explicat Bart.*in d.l.fi.n.*6.*ff.de qu.*& post eum Ang.*de malef. d.verb.Fama publica.n.*13.*& seqq.*& prout sunt omnia indicia indubitata de quibus remissiuè dixi,*inf.q.*36.*n.*39.*&* 43.
* sed inter alia exempla illud præcipuè,& cõmuniter*afferunt Doctores, de eo scilicet qui visus est in rixa admenare,licèt non percutere:si enim finita rixa reperitur aduersarius admenantis vulneratus,vel mortuus,præsumitur ab ipso vulneratus,vel occisus , Mandell.*cons.*56.*n.*17.*lib.*1 post Io.And.ad Spec.*in loco per eum cit.* & ex hoc indicio ac præsumptione, etiã quòd vnicũ sit,ac etiam quòd alia non concurrant, siue dubio potest Iudex ad torturã deuenire,secundũ Ang.*de malef.d.ver.Fama publica præced.n.*18.*v.Et idem ibi dicit,*Nou. *in pr.crim.rub.de modo & forma cit.andi reos,n.*9.*v.Visus admenare gladium,fol.mihi* 83.Cason.*de indic.tr.*10.*c.*2.*rubr.de ind.per visum,n.*14.*& seq.*Mars.*in l.repeti,n.*29 *ff.de qu.& in rubr.C.de prob.n.*334.*& sing.*298 *dixi tibi, & cons.*115.*n.*28. Io.Mar.Monticel.*in Reper.test fol.mihi* 352.*col.*2 *ver.*2.*incip. testis si dicat vidisse Titium.* Blanch.*in tr.de ind.ad l.fi.ff.de q. n.*302.Brun.*de ind.*1.*p.q.*4.*n.*7.Carrer.*in pract crim.in* 2.*tr.ac ind.& tort.*§.*Indiciũ autem indubitatũ,n.*6.*&* §.21.*Indicium, n.*2.*v.idem si visus fuit admenare.*& in hoc nemo discrepat.

Sed†an possit deueniri ex hoc solo indicio ad condemna- 51
tionem,magis communiter* Doctores videntur tenere etiam *
quòd sic,vt in specie scripserunt Cason.Mars.Brun. & Ioan. Mar. Monticel. suprà allegati. † Sed contrarium videtur de 52
mente Angel.*de malef.* post Ioan.And.quem allegat *in dict. verb.Fama publica , eod.n.*18.*ver.Sed ibi Ioan.And.tenet.* & ibi Addit.*litera C,&* per August de Arimino,*ibid.n.*22.cum quibus etiam concurrit Blanch.*d.n.*302. vbi loquitur etiam quòd alia concurrerent.†Verùm pro resolutione dicas,quòd 53
hoc indicium non est sufficiens ad condemnandũ in pœnam capitalem,& ordinariam, sed bene in extraordinariam,& leuiorem,sicut post eundem Mars & Crot.in locis per eum allegatis bene consuluit Bursa. *cons.*346 *n.*6.*in fi.& seq.vol.*4. vbi testatur de æquiori,& magis communi*opinione, à qua *
nec dissentit Aug. ad Ang. in loco nuper cit.*n.*26. vbi quòd isto casu poterit imponi aliqua pœna,vel pecuniaria,vel leuis corporalis:sed de qualitate pœnæ , vide quæ dicam *in tit.de reo confesso,& conuicto,*in ea quæstione,in qua agam,an & qua pœna reus ex præsumptionibus , vel indiciis indubitatis possit condemnari,& erit in ordine qu.86.& sic vides quòd quandoq; vnum indicium sufficiat ad torturam,etiam quòd immediatè non tangat ipsum delictum: videamus modò de indicio proximo,& immediato delicti.

LIMITA III Conclusionem † firmatam *suprà,n.*43.*in* 3. 54
principali ampliatione, vt non procedat in indicio proximo, & immediato ipsius delicti,vt putà quando vnus testis deponit se vidisse Titium vulnerantem Seium,vel audiuisse quã-
do Titius

do Titius Seio mandabat, vt Caium occideret: (vtroq; enim & simili casu, in quo testis immediatè deponit de delicto, vel per sensum visus, vel per auditū iuxta criminum qualitatem, dicitur deponere de indicio proximo, & immediato, vt suprà declaraui, *in q.36.num.44.& seq.*) tunc enim ex dicto istius testis, licèt vnus sit, oritur semiplena probatio, vt pariter suprà probaui, *d.q.36.n.227. & seqq.* & inde oriri vnum indicium proximum, imò, vt dixi, immediatum, & ad torturam sufficiēs etiam aliis non concurrentibus vltra Doctores suprà allegatos, *nu.41.* scripserunt gl. *in l.3. in verbo, conuictus*, & ibi Bart. * Cyn. Alb. Bald. Ang. Sal. & communiter * omnes, *C. ad l. Iul. maiest.* idem Bur. & Doc. *in l.1.§. idem Cornelio, & in l. maritus, & in l. fin.* vbi etiam Marsi *ff. de quæst* Bald. *in l. milites, n.1. ff. eod.* Sali. *in l. fin. n.10. C. eod.* Abb. plost glo. ibi *in c. at si clerici, n.14. extra de iud.* Ang. *de malef. in verbo, Quòd fama publica præced. n.14.* Guido de Suzzar. *in tract. de indic. & tort. n.90. vers. Sed his non obstantib.* vbi respondet contrariis, & ibi Ludouic. Bologn. *in addit.* Afflict. *in const. Regni, in constitutione, Si damna clandestina, in 9. notabili, quæst. 2. n.30* Marsi. *cons.* 116. *n.11. & cons.* 101. *n.37.* Rom. *cons.* 451. *n.4* Plot. *in tract. de iureiur. ad l. si quando, §.53. n.2. C. unde vi*, Parisi. *cons.* 151. *n.2. vol.4.* Soc. *cons.* 54. *n.1. vol.3.* Guliel. de Bened. *in 1. part. in repet. cap. Raynutius, n.34. de testam.* Cæpol *cons.* 40. *in quarto* * *dubio, vers. Imò plus*, vbi dicit ita communiter * seruari, Boër. *decis.* 164. *n.3.* vbi pariter de communi, Alciat. *cons.* 455. *nu.1.* vbi quòd hæc opinio est canonizata tam in scholis, quàm in iudiciis Capic. *dec.* 126. *n.1.* Gram. *cons.1. n.1. & cons.* 37. *nu.1.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tortu. §. quæ autem sint ista indicia, n.2.* Rolan. *cons.7. n.3. lib.1.* vbi etiam dixit ita cōmuniter approbari Clar. *in pract. §. fin. q.21. vers. Vnus testis, ad fin.* ibi, *& huiusmodi testis, &c.* & rursus *in q.22. in princip. vers. Alia autem est gl. & vers. Breuiter tu dic*, vbi etiā de communi, & seruata opinione Anto. Gomez. *var. resolut. cap.13. de tortur. reor. n.7.* vbi etiam de communi, *& nu.18. in princ.* Viui. *in com. opin. verbo, testis vnicus de visu, n.7.* Brunor. *inter cons. crim. diuers. cons.* 115. *num.1. tom.2. in fol.* relati per Mar. Montic. *in Repert. test. fol. mihi* 349. *col.1. vers.4. pen. & vlt. & col.2. vers.4.* vbi præsertim in criminalibus exceptis, prout est falsa moneta, *& pag.* 348. *col.1. vers. fin.* Fran. Bec. *cons.70. n.12.* Masc. *de probat. lib.1. q.15. n.12. & lib.2. concl.* 894. *num.5.* Paul. Granut. theorem. 23. *num.25.* Menoc. *de præsumpt. lib.1. q.89. num.21.* Ludou. Peguer. *decis. crim.17. num.1.* Honded. * *cons.* 100. *n.13.* vbi aliis relatis, quòd ita communiter * in iudiciis seruatur.

55 Contrarium, † quòd vnus testis de visu seu aliàs immediatè de delicto deponens, indicium non faciat ad torturam, nisi fama concurrente, vel aliquo alio adminiculo, affirmarunt Marsi. *in pract. §. diligenter, num.5. & in cons.74. nu.11.* Iasi. *in l. admonendi, n.186. in fin. vers.10. prædicta regula, ff. de iureiur.* Marsi. *cons.* 102. *num.10. & sing.* 342. *in fine*, relati per Carrer. *vbi supra, d. §. quæ autem sint ista indicia, n.7.* Nouel. *in pract. in rubr. de testibus, in materia criminali, num.49. fol. mihi* 152. relati per Ioan. Mar. Monticel. *in repert. test. fol.* 349. *col.1. vers.1. & 2.* Tiber. Decian. *consil.92. num.28. vol.2.* Brun. à Sole *in suo cons. crim. num.93. & 97.*

56 Sed his † non obstantibus non recedas à prima opinione, * quæ & verior, & communior *. est, & in pract seruatur sine dubio, & adhuc pro concordia horum dissidentium Doctorum dicere potes, quòd eadem prima opinio procedit, prout mox dicam, quando testis est omni exceptione maior: secunda autem, quando testis nō est omni exceptione maior, quia tunc vt possit deueniri ad torturam, requiruntur alia adminicula, ex quibus supplebitur testis inhabilitas, vt in terminis affirmarunt Roni. *cons.* 451. *n.4.* quod consilium fuit Bald. *in cons.* 427. *quædam mulier, lib.5.* Carrer. *vbi supr. d. §. quæ autem sint ista indicia, num.7. in fin. & nu.10.* Franc. Cason. *de indic. tract.10. cap.1. rubr. de indiciis per visum, num.7.* & post istos, Menoch. *de præsumpt. lib.1. d.q.89. nu.11. vers. Conciliari fortè possunt*, vbi sic in specie conciliat præcedentes cōtrarias opiniones, & faciunt quæ infrà dicam *in tit. de oppos. contra testes, q... num... in materia testis inhabilis.*

57 Et è contrà, † quando contra depositionem vnius testis de visu etiam quòd sit omni exceptione maior, vrget aliqua coniectura, tunc non posse ad torturam deueniri, tradiderunt Cason. *in tract. de indic. & tortu. tract.10. cap.1. rub. de indiciis per visum, n.5.* Lud. Bolognin. *in addit.* ad Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. & tortu. n.92.* vbi reddit rationem, quia quādo aliqua indicia sunt pro reo excusantia, tunc indicia contra reum debent esse multùm vrgentia, vt superent illa quæ faciūt pro excusatione rei, Gramm. *voto 3. n.21. & voto 30. n.31. & voto 34. n.10.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tortu. §. quæ autem sint ista indicia ad torturam, n.7.* vbi alios plures allegat concordantes, Iodoc. *in pract. c.36. num.15.* Afflict. *in const. Regni, lib.1. rub.27. de homicid. clandest. nu.42.* Mascar. *de probat. lib.2. concl.* 894. *n.8.* Menoc. *de præsumpt. lib.1. q.89. num.10.* & fuit originalis doctrina Ioan. Andreæ, sicut illum refert Bald. quem postea Doctores cōmuniter * sequuti sunt, * *in l.2. n.4. vers. Quod intelligo, C. quorum appellat.*

SVBLIMITA I. Proximam † præcedentē limitationem, vt 58 tunc demum testis vnus de delicto immediatè deponēs indicium faciat ad torturam, quādo scilicet est omni exceptione maior sine vlla prorsus macula quamuis minima, & vndique inuulnerabilis, aliter secus: sic enim expressè hanc materiam declarant passim, & vbique * communiter Doctores, per tex. * *in l.1. §. idem Cornelio, & in l. maritus*, vbi glo. *in verbo, illicitè, in fin. ff. de quæst.* vt videre est apud Bart. & Doctores *in dictis iurib.* Ang. *in l.3. C. ad l. Iul. maiest. & in l. fin. C. de quæst.* Marsi. *in pract. §. diligenter, n.71. & 73.* Alex. *cons.* 124. *n.10. vers. Et in proposito etiam, vol.9.* Alber. *cons.72. n.8.* Aym. *cons.99. n.4. & cons.66. n.12.* Ludou. Bologni. *in addit. ad Guid. de Suzzar. in tract. de indic. & tort. n.91.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de indi. & tort. §. quæ autem sint ista indicia ad torturam, n.3. & n.5.*

Vbi † amplia etiam cum tortura, Anton. Gomez. *var. rum* 59 *resolut. tom.3. cap.13. rub. de tortu. reor. nu.7. vers. Quod tamen intellige*, Brun. *de indic.1. part.2. q.n.3.* Emanuel Soarez *in sua collecta commun. opin. litera T, n.109.* Conrad. *in pract. rubr. de negat. cri & tormen. n.25. fol. mihi* 295. Plot. *de in lit. iuran. §. 54. nu.2.* Cephal. *cons.* 233. *n.23. vol.2.* Brun. *cons. crim. diuers. 115. n.35. & seq. vol.2. in fol.* vbi exornat, prout latè etiā exornat Rolan. *cons.7. num.3.10. & seqq. vol.1. & cons.24. nu.1. & seqq. & n.36. eod. vol.1. & cons.37. n.9. & seqq. & n.14. vol.3. & cons.3. n.38. & 41. eod. vol.3. & cons.57. n.35. vol.4.* Nouel. *in pract. in rubr. de testib. in materia crimin. n.8. fol. mihi* 141. relati per Ioan. Mar. Monticel. *in Repert. testium fol.* 348. *col.1. vers.2. & fin. & col.2. vers. fin.* Clar. *in pract. §. fin. q.21. vers. Vnus testis*, vbi post Ruin. quem allegat *in cons.* 147. *post n.3. vol.5.* testatur de communi * opinione, & reprehēdit Iudices, * qui de facili ex depositione testis inhabilis, & non omni exceptione maioris reos torquent, *& in q.22. in fin. vers. Vnum tamen scias*, vbi pariter testatur de cōmuni, ex Ioan. de Anic. *in cons.37. n.6.* & ex Marsi. *in cons.* 101. *n.37.* Addo & pro hac eadem conclusione Viui. *in comm. opin. verb. Testis vnicus de visu, n.7. & seqq.* Fran. Becium *in cons.67. n.15. & in cons.85. n.3.* Mascar. *de probat. lib.2. conclus.* 894. *num.6. & concl.* 1360. *n.5. lib.3.* Menoc. *de præsumpt. lib.1. q.89. n.6.7. & 8. & n.12.*

Vbi † ampliat etiam in criminalibus exceptis, prout est 60 crimen læsæ maiestatis, & ita etiam ampliant Alex. *consil.11. n.1. & 2. vol.1.* Carrer. *vbi supra, n.10. vel 13.* Hippol. Rimin. *cons.* 361. *n.36. vol.4.* relati per Ioan. Mar. Monticel. *in Repert. test. fol.* 349. *col.2. vers.4.* Bertazz. *cons.* 332. *num.5. & 6. vol.1.* Ludou. Peguer. *decis. crim.17. n.1. vers. Quòd esset secus.* Honded. *cons.* 100. *num.14.* vbi quòd hæc opinio communiter approbatur.

Ex quibus apparet, propositam conclusionem esse in iure verissimam, & magis communiter * approbatam, quicquid in * cōtrarium † senserint Blanch. relatus per Menoc. *de quæst.* 89. 61 *n.6.* & pariter relati per Ioa. Mar. Monticel. *vbi supra, fol.* 348. *col.1. vers.4.* & Cason. *de indic. & tortu. tract.10. cap.1. rubr. de indiciis per visum, n.8.9. & 11.* vbi præsertim quando proceditur per viam inquisitionis: istorum enim opinio, nec in consulendo, nec in iudicando tenenda est, siue procedatur per viam accusationis, siue etiam per viam inquisitionis.

LIMITA I. Præcedentem † primam sublimitationē, vt non 62 procedat in delictis occultis, & difficilis probationis, in quib. vnus testis de visu faciet indicium ad torturam, etiam quòd non sit omni exceptione maior, vt in terminis voluit Franc. Cason. *de indic. tract.10. d. cap.1. num.12.* & est ratio, quia generaliter in delictis occultis admittuntur testes inhabiles, & nō omni exceptione maiores, vt infrà dicam *in tit. de oppos. contra test. in materia testis inhabilis*, & ad ibi tradita me remitto.

mitto, quia de hac limitatione multùm dubito, & pro nunc contrarium sentio (nisi alia concurrant, iuxta suprà declarata *num.16.*) † per regulam, quòd etiam in casibus, in quibus testes inhabiles admittuntur, non tamen reputantur integri, & omni exceptione maiores de qua per Marsil.*in consil.*109. *n.*15.*vol.*2.Grammat.*conf.*59.*n.*12. Hippo.Rimin.*inter conf. crim.diuers.conf.*84.*n.*9.*vol.*2.*in fol.* Ant.Gomez *variar.resol. tom.*3.*in tit.de probat.delict.n.*23.Clar.*in pract.quæst.*24.*vers. Item scias*,& in terminis Boss.*de indic.& considerat. ante torturam.n.*177.*vers.c. Non tamen credas.* Et tamen, vt suprà firmaui,*num.*58.*& seq.* testis ad hoc vt de visu deponẽs vnicus indicium faciat ad torturam, debet esse vndique & integer,& inuulnerabilis:ideo vel non sequaris propositam limitationem, vel saltem illam non ponas in practica, nisi in leui
64 tortura. † Quam inferre ex dicto vnius testis non omni exceptione maioris (dummodo non sit in totum, & ipso iure inhabilis,& non patiatur plures defectus)non absurdum credo,vt bene adnotauit Conrad.*in pract.in tit.de negat.crimin. & tormen.num.*41.*vers.c. Secundus est gradus, fol.mihi* 305. *col.*2.& ante eum Paul. Ghirland.*de quæst.& tormen.quæst.*4. *num.*4 Clar.*in pract.*§.*fin.quæst.*64.*vers.c. Debet igitur Iudex, in princip.* & post istos Franc.Personal.*de indic.& tortu. post num.*78.*vers.c. Si autem Iudex*,&c.

65 LIMITA II. Eandem sublimitationem, † vt nec pariter procedat,quando inquisitus est leuis vitæ, quia tũc ex vnico teste de visu potest contra eum deueniri ad torturam, etiam quòd nõ sit omni exceptione maior,sic in terminis post Andream de Iser.quẽ allegat,scripsit Carrer. *d.*§.*quæ autem sint ista indicia,num.*4 refert,& sequitur Menoch. *de præsumpt. lib.*1.*q.*89.*num.*6.& licet hæc limitatio non admodum arrideat Franc.Cason. *in tract.de indic.& tract.*10.*cap.*1 *rubr.de indiciis per visum,num.*6.mihi tamen rationabilis videtur,illam intelligendo, dummodo testis non sit ipso iure inhabilis,vel non patiatur plures defectus, & dummodo inquisitus sit malæ vitæ, quia putà aliàs criminosus & malæ famæ: sic enim isto casu leuẽ vitam intelligendo non de eo,qui simpliciter vilis,vel pauper sit,sed de eo, qui sit malæ vitæ, & in iis terminis potest admitti proposita limitatio triplici ratione.

Primò, quia quando habemus adminicula, tunc requiritur, quòd testis de visu sit omni exceptione maior ad hoc vt faciat indicium ad torturam,vt suprà probaui,*n.*56. & quòd leuitas vitæ, hoc est mala vita inquisiti magnam inducat suspicionem delicti de quo inquiritur, etiam quòd diuersi generis sit,dixi *supra in tiuul.de delictis & pœnis,quæst.*23.*num.* 22.*&* 23.

66 Secundò, † quia mala fama in genere iuncto teste vnico de auditu, qui minus probat, quam testis de visu, vel etiam iuncto quolibet alio adminiculo, indicium facit ad torturam,Brun. *inter conf.crim.diuers.conf.*115.*nu.*6.*&* 66.*tom.*2. *in fol* & bene adnotauit Paul Granut,*d.theorem.*23.*num.*4. vbi quòd mala fama est sicut herba betonica, quæ iuncta cum aliis indiciis non sufficientibus, illa facit sufficientia,& aliàs, prout latiùs dicam *infra, in indicio famæ,quæstio.*47. *num.*205.

67 Tertiò, † quia secundùm vnam opinionem contra hominem infamem, & malæ vitæ admittuntur etiam generaliter testes non omni exceptione maiores, vt per Ferran.Gargiar. *inter conf.crim.diuers.conf.*124.*nu.*25.*vol.*1.*in fol.* Menoch. *de arbitr.quæst.lib.*1.*q.*27.*sub nu.*7. Conrad.*in pract.de officio Prætor.in caut.ciuilib.in materia testium,rub. Personas testium aggrediendo,num.*14.*vers.c.*4. *quando infamis producitur contra infamem,fol.mihi* 78.*col.*2.cum aliis per Mascard.*de prob. lib.*1.*concluf.*462.*num.*15.*& lib.*2. *concluf.*857.*num.*4. *lib.*3. *concl.*1156.*num.*56.*&* 72.& dicam *infra,in tit.de oppositi.contra test.in materia testis infamis,q.*56.*n.*45.

68 LIMITA III.Eandem† sublimitationem suprà positam, *num.*58. nec etiam procedere in Iudice habente amplum arbitrium, quia & is torquere poterit reum ex dicto vnius testis, etiam quòd non sit omni exceptione maior, Alexand. *consil.*65. *num* 9.*vers.Et attento arbitrio,lib.*1 Gram.*decis.*34. *num.*31.Dec.*cens.*163.*n.*6.Carrer *in pract.in* 2.*tract.de indic. & tortu.*§.*quæ autem sint ista indicia,nu.*12 Menoch.*de arbit. quæst.lib.*1.*quæst.*89.*num.*4.*& sequentib.& de præsumpt.lib.*1. *q.*89.*n.*13 & ante istos fuit de mente Gandini,quem in proposito præcitati omnes Doctores sequuntur *in rubr.de quæst. & tormen.nu.*41.*p.ist medium.vers. Vnde si videris maleficia,* vbi quòd ex testibus non omni exceptione maioribus potest Iudex deuenire ad condemnationem si habeat liberum, & generale arbitrium in puniendis maleficiis,ergo multò magis poterit torquere: nec dissentit Baiard. *in addit. ad Clar. in pract.*§.*fin.q.*64.*num.*59.

Cõtrarium † videtur fuisse de mente Ioannis Turrij inter 69
*conf.crim.& diuers.conf.*81.*n.*13.*iuncto n.*66.*tom.*2.*in fol.* quẽ in proposito refert Hippol.Rimin.*in conf.*361.*nu.*46.*& seqq. vol.*4. vbi acerrimè hanc contrariam defendit opinionem,& respondet authoritati Gandini suprà ex aduerso allegati, in quo Doctores omnes præcitati faciunt originale fundamentum, & certè, vt verum fatear, prædicta proposita limitatio videtur directò contra illam communem* omnium sententiam,de qua paulo infrà dicam,*nu.*....quòd scilicet,nec Iudex habens amplum & largum arbitrium in procedendo potest reum torquere ex indiciis minùs in iure sufficientibus, quam etiam expressè probauit idem Gandinus in citato loco *n.*41. *in princ.*stante enim prædicta communi conclusione,non video quomodo iste Iudex poterit torquere inquisitum ex dicto vnius testis non omni exceptione maioris, postquam iura expressè statuerunt,vt suprà probaui.*num.*58.non oriri ex tali depositione indicium sufficiẽs ad torturam Ideo cogito, & pro nunc magis adhæreo huic secundæ opinioni. *

SVBLIMITA II.Tertiam † limitationẽ suppositam,*n.*54. 70
ad hoc vt vnus testis de visu indicium faciat ad torturam, quòd debeat directè & immediatè, & de visu deponere, ac etiam de ipso delicto, secus si deponeret de aliquo actu licèt proximo,& valde inferente ad ipsum delictum,iuxta ea quę suprà posui,*num.*50.Primo enim casu bene indicium probatur per vnum testem,vt pariter suprà dixi,*num.*41.Secundo autem casu non nisi per duos,*vt supra,n.*42. & sic propterea requiri, vt testis directè deponat super maleficio, & non super indicio ad maleficium, post gl.Bart.Bald.& Abb.in locis per eum allegatis, scripsit Ludouic.Bologn.*in addit.ad Guid. de Suzzaran tract.de indic.& tortu.nu.*91.*vers.c. Secundò limita*,Franc.Cason.*de indic.tract.*10.*cap.*1.*n.*3. vbi quòd debet testis deponere,quòd interfuerit,aliter nõ facit indicium ad torquendum, Bursat.*conf.*136.*num.*18.*vol.*3. Franc.Bec. *conf.*85.*num.*3.*lib.*1.

AMPLIA IV. Et † principaliter huius quæstionis regu- 71
lam,vt nec Iudex habens à lege,vel ab homine amplum,seu liberum arbitrium in procedendo, & puniendo maleficia, possit sine sufficiẽtibus de iure indiciis reum torquere, Gandin.*in tit.de quæst.& tormen.nu.*41. vbi quòd isto casu debet Iudex ex suo arbitrio ad tormenta procedere, si aliquod habeat indicium,per quod eius animus moueatur,quòd ille qui inculpatur de crimine sit torquendus,sed non aliàs: nam arbitrium non supplet defectum indicij, vbi nullum est indicium, & facti quæstio in arbitrio iudicantis est, non autem iuris authoritas,*l.ordine,*§.1.*ff.ad municip.*cum aliis per Gãd. allegatis,Thom.de Præparata *in tract.de fama,num.*48.Paul. Leaz.*in cap.grauis,col.pen.de depositi.* Grammat.*conf.*64.*nu.*2. *& voto* 30.*num.*21. Cæpol.*consil.crim.*14.*num.*20. Marsil.*in l.quæstionis,num.*29.*ff.de quæst.* Foller.*in pract.crim.in verbo, Quòd suffocauit vxorem,num.*58.*& in vers.c. etsi confitebuntur, in* 3.*parte* 3.*partis,nu.*3.Gabr.Sarayn.*in addit.ad Matthes.sing.*55.*vers.c. Ampliatur etiam*,Carrer.*in pract.crim.in* 2.*tract.de indic.& tortur.*§.*circa quartum,qualiter, & quando ad torturam deueniatur, num.*11. † vbi etiam qualis de- 72
bet esse tortura, quando Iudici expressè datum est arbitrium torquendi absque indiciis, Gig.*de crimin.læsæ maiestat.lib.*2. *tiuul. quom. & per quos crim. læsæ maiestat. probat. quæst.*26. *num.*4.Ioan.Turrius *inter consil.crim.diuersor.conf.*81.*nu.*68. *& seqq.volum.*2.*in folio,& ibidem consil.*70.*num.*20.Roland. *conf.*12.*num.*32.*vol.*3.Clar.*in pract.*§.*fin.quæst.*64.*sub vers.c. Dixi etiam*,Ioan.Mar.Monticel.*reg.crim.*10.*n.*6.*& regu.*18. *num.*5.Menoch.*de arbit.quæst.lib.*1.*quæst.*9.*n.*3.*&* 4.*& q.*84. *num.*1.vbi testatur de communi* opinione Brunor à Sole,*in suo conf.crim.num.*135. Seraphi de Seraphi.*in tractat.de priuileg.iuramen.priuileg.*132.*num.*86. Bursat.*conf.*66.*n.*35.*& conf,*201.*num.*42.*vol.*2. Mascard.*de probat.lib.*3.*concl.*1385. *num.*5.Hippol.Riminald *conf.*361.*nu.*51.*vol.*4. Franc.Becius *conf.*67.*sub num.*14. Bertazzo.*consil.*145.*num.*8.*& seq.*& ibi Clau. filius *in addit.litera C,& litera D,lib.*1. *& consil.*134.

*n.*20.

*n.*20.*lib.*2.Flam.Cartar.*in sua pract.interrog.reorum,lib.*4.*c.*... *n.*53.& vide quæ dixi *supra,n.*68.*& seq.*

73 Et † ex præmissa ampliatione, tu qui in Romana curia causas criminales prosequeris, bene etiam scire poteris,quòd Iudices, & Locumtenentes criminales Reuerendissimi Domini Vrbis Gubernatoris non possunt sub prætextu arbitrij ipsis cõcessi in Bulla Leonis X. quæ est 7.in Bullario 1.part. fol.mihi 185.reos torquere sine legitimis præcedentibus indiciis, licèt aliquando contrarium viderim obseruatum per aliquos, qui in decreto torturæ, quando vident indicia non esse in totum sufficientia, solent apponere illam clausulam, *ac etiam in vim facultatum, &c.*prout etiam sic seruari se audiuisse testatur Baiar.*in addit.ad Clar.in pract.*§.*fin.quæst.*64. *num.*90. Sed certè facultates prædictæ hoc dicunt expresè quòd possint Iudices torquere non præcedentibus sufficientibus indiciis:ideo ex generalitate verborum,& ex amplo arbitrio ipsis in dicta Bulla concesso, nec id inferre dicere debemus per præallegata,& ita è contrà scio,quòd alij Iudices, & Locumtenentes magis Deum timentes, circumspecti, & non literarum ignari,prædicta clausula nunquam vti sunt,sed in hoc præsertim solam iuris cõmunis dispositionem sequuti sunt, iuxta alteram Bullam Pauli III. quæ est 58.in ordine, *in* 1.*part.Bullary,vers.Iidem Iudices.fol.mihi* 472.

74 AMPLIA V. Vt † nec Princeps possit mandare, vt reus torqueatur sine indiciis ad torturam sufficientibus,& si mandauerit,Iudex nõ tenetur,nec debet illi obedire,& si obediet, tenetur in syndicatu & puniendus est,nec excusatur propter Principis iussum.Colligitur hac ampliatione vltra ea quę dixi *infrà,*2.*part.in tit.de pœn.temp.quæst.*97.*nu.*32.ex traditis per Gramm. *voto* 32.*num.*9.vbi testatur se respondisse Cardinali Columnæ Proregi Neapolis ipsum desuper interroganti, quòd nec is Regia authoritate mandare poterat hominem torqueri, contra quem non extabant sufficientia indicia ad torturam,& ita etiam dicit Afflictum pariter respondisse Regi Federico,refert,& sequitur Clar.*in pract.d.q.*94.*vers.Dixi quoque*,Carrer.qui alios allegat *in pract.crim.*2.*tract.de indi. & tort.*§.*circa quartum qualiter,& quando ad torturam deueniatur,n.*12. latè prosequitur Roland.qui alios refert *in cons.* 12.*num.*47.*& seqq.vol.*3.vbi quòd Princeps hoc non potest mandare de potestate ordinaria, & si id mandet de potestate absoluta, malè facit, quia tunc potestatem suam excedit, & tunc cor Regis non est in manu Dei. Et licèt nullus inferior possit ei dicere,cur ita facis?*cap.in memoriam* 18.*distin.*neminémq; habeat in mundo, qui sua facta iudicet, debet tamen cõsiderare,quòd est homo,ac Deo subiectus,& quod factus est à Deo Rex,non vt iniustitiam, sed vt iustitiam faciat rectam, *c.reseruatus,*35.*quæst.*1. ideo si iniustitiam faciat,suam potestatem contra iura excedendo parum regnabit ipse, aut eius posteritas,vt tota die experiẽtia docet, & si Iudices talia iniusta mandata exequantur,tenentur,& puniuntur,nec minùs excusantur ex iniusto superioris mandato,*l.meminerint*, vbi Doct.*C.vnde vi*, quia debent potiùs officio renunciare, quàm iniusta exequi,secundùm Feli.& alios ibi allegatos per Rola.Addo pro hac eadem ampliatione,Neuiz.*in Sylua nup. lib.*1.*num.*63.*vers.*20. quem refert, & sequitur Brun.à Sole *in suo cons.crim.num.*119. Franc.Personal.*in tract.de indi.& tortura,num.*98.vbi non solùm dicit,quòd talia committẽdo Principes malè faciunt,sed quòd si Iudices dicerent Principi veritatem, quòd scilicet talis commissio est contra ius, non vtique Princeps ista cõmitteret,Simon de Præt.*cons.*59.*n.*5. Bursa. *cons.*101.*sub num.*42.*lib.*3. Flam.Cartar.*in sua pract. interrog.reorum,lib.*4.*cap.*1.*post num.*53. & ad præsens in illa grauissima causa surreptionis Annuli piscatoris scio adesse chirographum manu sanctissimi Domini Nostri Sixti Papæ V. signatum, quo datur Iudicibus potestas torquendi reos pro habenda vlteriori veritate, & complicibus, etiam denegata copia indiciorum,addita tamen clausula, *Quatenus sufficientia præcedant indicia Iudicis arbitrio:* non enim ignorauit summus iste Pontifex,quantum à iuris ratione discrepet reos sine indiciis torquere,& propterea id mandare noluit.

75 Contrarium, † quòd imò excusatur Iudex torquendo aliquem sine sufficiẽtibus indiciis de Principis mandato, in terminis tradidit Paris de Put.*in tract.de synd.verb.tort.il* 3.*cap.* 4.*incip.De repetitione torturæ scias,&c.n.*8.vbi propterea cõsuluit Iudices ne teneantur in syndicatu,quod in enormibus delictis,quando non haberẽt indicia sufficientia ad torquendum,& esset ingẽs suspicio contra aliquem impetrẽt à Principe,vt cum illis suspicionibus possint torquere,& hoc modo erunt tuti in syndicatu,licèt rarò id Princeps cõcedat,& non nisi in enormibus,& exceptis,vt ibi per eum,& ita etiam pro cautela scriptum reliquit Cæp.*in caut.*214.† *incip. Officiales* 76 *Prætorum,n.*1. motus illa ratione generali,quia superioris iussus inferiorem excusat,*l.is qui in puteum,*§.*qui iussu, & l.liberorum,*§.*fi.ff.de his,qui not.infa.l.non videtur,*§.*iussu,ff.de re indic.l.iniuriarum actio,*§.*si quis, quod decreto,* & ibi glo.*ff.de iniu.cap.quod quis mandato,* & ibi Dyn. *de reg.iur.in 6.* & in terminis etiã idem scripsit Mascar.*de proba.lib.*3.*concl.*1135. *n.*2.*& seqq.* vbi propterea dixit quòd Officialis aliquid faciẽs iussu Principis ex necessitate,& non ex sua voluntate fecisse præsumitur argumento glo.*in l.*1. §.*quæ onerandæ, in verbo, metu, ff.quarum actio non da.* vbi superioris iussus præcedit, ibi necessitas seruilis præsumitur,*l.liber homo,in princip.ff.de hæredu.instit.l.at qui natura,*§.*si libero homini ff.de negot.gest.* nec propterea Officiales possunt puniri, si indebitè torquent aliquem, quia parere tenentur,argumento *l.si quis ex aliena, ff.de iud.& obedientia,vel promissa purgat obedientem a delicto, l.liber homo,la* 2.*ff.ad l.Aquil.*per quẽ text.promotus ibidem Bald.dixit reiectum fuisse libellũ datum contra nescio quem Officialem Potestatis,qui ipsius mandato quem torserat illicitè, quia erat dignus venia ob superioris iussum, vt ibi per eum,ad quæ etiam facit, quia Officialis, seu Potestas, qui in officio sibi commisso paruit superioris mãdato, non tenetur, *l.*1.*in fin.C.de offic.Præfect.Prætor.* & Principi non obediẽdo sacrilegij pœna coërcetur, *l.*1. *C.vt dignu. ordo seru.* & qui Principi non obedit,morte moriatur,*c.*1.*de maior.& obedien.*

Quid dicẽdum? † ex præmissis vides nullam fieri difficul- 77 tatem in eo, quòd scilicet Princeps nõ possit cum bona conscientia mandare, vt quis torqueatur non legitimis præcedentibus indiciis,sed solùm dubium videtur consistere, an Iudex illud iniustum mandatum exequendo excusetur,nécne. Et quidem minimè fore excusandũ credo: quia licèt regula sit, quòd Principis, & superioris iussus inferiorem, & præcipuè Iudicem excusat,vt ex præallegatis colligitur. † Id tamẽ erit 78 intelligendum, vt procedat in leuioribus,non autem in atrocioribus prout est tortura, ex qua hominis vita in periculo mortis ponitur:in atrocioribus enim Iudex nõ excusatur, saltem à pœna extraordinaria,vt per gl.*in l.*2.*in gl.*...*C.de sepulc. viola.*quam * communiter Doctores sequuntur,vt attestatur * Clar.post Iaf & Couarru. in locis per eum allegatis *in pract.* §.*fin.quæst.*60.*sub vers.*solet dubitari,ibi,*sciis autem quod hæc conclusio,*&c.& post Clar.scripsit etiã Menoch.*de arbit.quæst. casu* 354.*n.*22.*& seqq.lib.*2. & ad Bald.Cæp.& Mascard.suprà in contrariam allegatos,aduerte quòd non loquuntur in Iudice, qui ex Principis iussu aliquem sine indiciis torquet, prout sunt termini propositæ ampliationis;sed in satellitibus, & aliis Officialibus ipsius Iudicis, qui nullam habent causæ cognitionem,sed simpliciter tenentur exequi præceptum, de quibus etiam an in totum excusentur, an verò solùm à pœna extraordinaria, dicam, Deo dante,hoc eodem lib.*in tit.de pœnis temperan.*in ea quæstione,in qua agetur de excusando delinquentem ob superioris mandatum,quæ erit *q.*97.*n.*121. *& seqq.*& ad ibi tradita me remitto.

AMPLIA VI. † Propositam regulam, vt procedat etiam 79 in atrocissimis delictis,in quibus nec Iudex poterit reum torquere non legitimis præcedentibus indiciis, secundùm Foll. *in pract.crim.in verbo,quòd suffocauit vxorem,n.*58.vbi quòd nullibi in iure reperitur,quòd in enormi crimine procedatur ad torturam non subsistentibus legitimis indiciis, cùm etiam in crimine læsæ maiestatis.(vt mox dicam in seq.ampliatione) talia requirantur indicia,Rolan.*cons.*12.*n.*89.*lib.*3.vbi testatur de communi*opinione,& eam expresè pariter cõmunem * dicit,& sequi videtur Clar.*in pract.*§.*fin.dict.quæst.*64.*eodem vers.Dixi etiam,in fin.* Hippol.Riminal.*cons.*88.*n.*53.*vol.*1. vbi etiam de communi,& latiùs *in consil.*361.*num.*32.*& sequentib.vol.*3. vbi reddit rationem, quia quantò crimen est grauius, & atrocius, tanto præsumptiones, & indicia debent esse grauiora,& vehementia,cùm de grauiori agatur periculo, *c.vbi periculum, de elect.in 6.* & si in crimine læsæ maiestatis,quod atrocissimum est, indicia debent præcedere legitima, cur non idem in aliis atrocissimis delictis? certè nulla

ratio differentiæ dari potest, vt ibi per eum, qui propterea respondet Claro *in* §.1.*vers.Sunt enim,in fin.*attestanti apud eum seruari, vt in enormibus, & atrocibus criminibus deueniatur ad torturam, etiam quòd indicia non sint in totum sufficientia: dicítque quòd talis apud eum obseruantia non debeat ad alias Prouincias extendi, & bene dicit, &c. Addo & pro hac eadem ampliatione idem tenentem Flam.Cartar. *in sua pract. interrog.reorum,lib.*4.*c.*1,*num.*52.vbi pariter testatur de communi Doctorum opinione.

80 Et propterea † in assassinio etiam legitima debere præcedere indicia ante inflictionem torturæ,in specie scripsit Carrer.*in pract.crim.in* 2.*tract.de indic. & tort.* §.*circa quartum, qualiter,& quando ad torturam deueniatur, nu.*7.*in princ. & n.*8.*in fin.* & pariter bene dicit,quia licèt assassinium habeat multa specialia,non tamen hoc speciale reperitur in iure expressum,quòd in eo crimine possit reus inquisitus torqueri
81 sine legitimis indiciis: † & nihilominus talia specialia habèt locum vbi iam constat de ista qualitate assassinij,secus si non constet,& de ea dubitetur, ad tradita post alios quos allegat, per Boss.*in titul.de foro compet.num.*65. per Gabriel.*lib.*7.*de crimin.concl.*1.*num.*28.Paris.*cons.*166.*num.*4.*vol.*1. Hieron. Gabriel.*cons.*170.*num.*26.*vol.*1.Mascar.*de proba.lib.*1.*concl.*
* 137.*num.*5.vbi de communi.*
82 Et idem † in omnibus aliis criminibus exceptis, quòd legitima requirantur indicia scripserunt Carrer. *in loco nuper citato,dict.nu.*7.*&* 8.Gabriel.Saray.*in addit.ad Matthes.sing.* 55.*vers.Et hac regula ampliatur*,Ioan.Mar.Monticel.*reg.*18. *num.*11. Mascar.*de probat.lib.*3.*conclus.*1385.*num.*4. vbi de
* communi,* & ante istos Alber.*in rub.ff.ad l.Iul.maiest.nu.*3. *vers.Et tamen in isto crimine.*
83 Et † generaliter etiam in atrocissimis Iudicem debere ad amussim obseruare iuris dispositionẽ, scripsit Iodoc.*in pract. crim.cap.*55. *rub.de condemnatione, & punitione in re criminali,nu.*9.*vers.In enormibus verò delictis,fol.mihi* 117.& propterea in eisdem delictis seruandas esse easdem solennitates, quæ in aliis criminibus seruantur,post Marsil.*in pract.* §.*diligenter,n.*175.& Gram.*voto* 34.*col.fin.* consuluit Roland.*dict.*
84 *cons.*12.*n.*76.*in* 3.*vol.*† Et dato quòd admittere velimus eorum opinionem,qui dixerunt in atrocissimis licere Iudici iura transgredi, erit nempe intelligenda, vt procedat Principe consulto, & non aliàs, sicuti pariter post Rom.Ias.Marsil.& Gram. in locis per eum citatis bene consuluit idem Roland. *cons.*6.*n.*45.*in* 1.*volum.* Et ante Rolan.Tiraq.*de pœn.temper. causa* 49.*nu.*17.*& sequentib.* & in terminis in casu torquendi reum ex non sufficientibus indiciis, post Paridem de Put. quem pariter allegat, tradit Ioan.Mar.Monticell.*reg.crim.*10. *num.*40.vbi etiam quòd Princeps rarò hoc concedit. Adde tu quòd nec concedere debet,& si concedit,non est ei obediendum,per ea quæ deduxi *supr.num.*74.*& seqq.*
85 Contrarium, † quòd imò in atrocissimis possit reus torqueri ex non sufficientibus,& legitimis indiciis,videtur fuisse de mente Marsil.*in l.*1.*in princ.nu.*47.*ff.de quæst.* & expressè post Marsil.affirmauit Menoch.*de arbit.quæst.lib.*1.*quæst.*84. *in fin.n.*9.*vers.Vel tertio*:fuit etiam de mente Ioannis Mariæ Monticelli,*regula sua crimin.*10.*n.*36.Clar.*in pract.*§.1.*vers. Sunt etiam,in fin.*vbi quòd quicquid sit de iure,ita apud eum seruatur,relati per Roland.*cons.*7.*nu.*5.*& sequentib.vol.*1.qui dicunt,quòd in atrocissimis leuiora requiruntur indicia,& in iis Iudex debet esse promptior ad torturam, & idem dixit Mascar.*de probat.lib.*3.*concl.*1385.*n.*13.*& seq.*
86 Ratio † huius cõtrariæ opinionis ea per præfatos Doctores affertur: quia in atrocissimis licitum est Iudici iura trãsgredi; requisitas solennitates non adhibere, & ordo est ordinẽ non seruare,prout fuit originale dictum Innocen.*in cap.*1.*de con-*
* *stitut.* quem sequuti sunt* communiter Doctores, vt videre est apud relatos per Marsil.*in d.l.*1.*in princ.num.*18.*n.*47.*& sequentib.ff.de quæst.*vbi infert ad plura,& per Rolan.*in cons.* 7.*nu.*6.*vol.*1.*& cons.*12.*nu.*11.*& seqq.vol.*3.vbi pariter infert Menoch. *de arbit.quæst.lib.*1.*d.q.*84.*n.*9.Foll.*in pract.crimin. verbo, Quòd suffocauit vxorem,nu.*57.& post Brun.à Sole *in*
87 *suo cons.crim.nu.*8. & alibi passim,& vbique Doctores. † Et non solum in puniendo, sed etiam in procedendo, vt per Clar.*d.*§.1.*eod.vers.Sunt etiam,in fin.*& plenissimè per Tiraq. *de pœn.tempe.causa* 49.*num.*16.*& omnib.seqq.*vbi in id plura iura,& Doctorum authoritates adducit,& ex hac conclusione facit 24.notabiles illationes.

Quid dicendum? † Prima opinio sicut communior* est, ita 88
etiam & rationabilior,& nihilominus pro resolutione distin- *
guas in hunc modum, quòd si delictum vltra atrocitatem sit de genere occultorum, & difficilis probationis, & tũc potest procedere secunda opinio,vt leuiora sufficiant indicia,nõ ratione atrocitatis,sed ratione difficilis probationis,per ea quæ infrà dicam,*n.*150. † Si verò delictum sit simpliciter atrox & 89
non occultũ,& tũc si quæris,an Iudex possit excedere in grauiùs torquẽdo,& dic posse,quia in delicto atroci grauiùs inferẽda est tortura,quàm in leui,& non atroci,vt in specie per Bru.*de indi.& tor.*2.*par.q.*5.*n.*42.& per Cõrad.*in pra.in rub. de nega.cri.& torm.n.*39.*in fi.fol.mihi* 303.*col.*1.quòd si quæras,an possit deueniri ad torturã sine indiciis, vel cũ indiciis, sed minùs legitimis,seu minùs sufficientib. prout sunt termini propositæ quæstionis, & tũc non recedas à prima opinione.Illud enim,quod pro ratione adducunt Doctores contrarij,quòd s.in atrocissimis liceat Iudici iura trãsgredi, vel non est verũ,nisi cõsulto Principe,prout sup.admonui,*n.*84.†vel 90
si aliàs verum,procedit quando iam constat de delicto,secus quando solùm quis imputatur, & sic procedit pariter in puniendo,non autem in procedendo, & torquendo:sic namq; dictũ Innoc.*in d.c.*1.*de cõst.*in specie declarauit Marsil.plura in id more suo cõgerens *in pract.cri.*§.*diligenter,n.*157.*& seqq. vsque ad n.*177. Foller.*in prac.cri.d.verb.item quòd suffocauit vxorem,n.*57. Carrer.*in pract.d.*§.*circa quartum,qualiter,& quando ad torturam deueniatur,n.*8. Rol.*d.cons.*7.*n.*42.*vol.*1. & latiùs *cons.*12.*n.*72.*& seqq.vol.*3. vbi pluribus exornat hãc declarationẽ Brunor.à Sole *in suo cons.crim.n.*87.*in discursu*, Hippol.Rimin.*d.cons.*361.*n.*32.33.*&* 37. vbi bene respõdet Claro supra in contrarium allegato, Franc.Personal.*in tract. de indic.& tort.n.*24.ex quibus facilè dici potest,hanc declarationem esse à Doctoribus* communiter receptam. *

Et † nihilominus vltra prædictam declarationẽ scias, quòd 91
etiam in casu,in quo licitum est Iudici iura transgredi, intelligi debet de maioribus Magistratibus, non autem de minoribus,sic enim etiam materiam hanc declarãt plures Doctores relati (quos & ipsi sequuntur per Marsil.*in singul.*244.*& in pract.*§.*diligenter,nu.*176. Conrad.*in pract.in tit.de Prætoris institutione,* §.1.*rub. Prætor quomodo in statu Vrbis se habeat, n.*9.*fol.mihi* 10.*col.*2. Rol.*cons.*7.*n.*43.*vol.*1.*& cons.*70.*n.*27. *eod.vol.*Franc.Personal.*in tract.de indic.& tort.num.*26.& faciunt quæ dixi *in* 1.*lib.tit.*3.*de delictis & pœnis,q.*17.*n.*67.

AMPLIA VII. (& † illatiuè ex præcedenti ampliatione)vt 92
nec etiam in crimine læsæ maiestatis possit reus torqueri non existentibus legitimis,& sufficientibus indiciis,secundùm gl. *in l.*3.*incip.si quis, in verbo,conuictus*, vbi Cyn.Bald.Salic.& cõmuniter*omnes,*C.ad l.Iul.maiest.* Facit optimus text.*in l.* *
*famosi,ff.eod.*dum per hæc verba prorumpit:*Hoc tamẽ crimen à Iudicibus non in occasione ob principalis Maiestatis* *venerationem habendũ est,sed in veritate rei iudicata:nam & persona spectanda est,an potuerit facere,& an quid fecerit,& an cogitauerit:*& quæ sequuntur. Per quem textũ notat ibi Albe.*n.*2. quòd non debẽt Iudices statim reum credere,qui hoc crimine accusatur ad Principis maiestatis venerationem,sed debẽt inquirere veritatẽ,& non facere, prout faciunt multi Rectores,& Iudices, statim quòd quis inculpãtur de tractatu cõtra Regem,Principem,vel alium Dominum,statim eum ponunt ad tormenta asperrima contra iura,& contra dispositionẽ *d.l. famosi*:& ita cum ampliatione proposita pertransit idẽ Alber. *in rub.ff.eod.tit.ad l.Iul.maiest.n.*2.*vers.Et tamen in isto crimine*,Ang.*de malef.in verbo,che hai tradito la tua patria,in prin.* 93
*n.*1.& ibi August.*in addit.* † Vbi propterea infert etiã ad patrię proditorẽ,refert,& sequitur Ioan.Mar.Monticel.*reg.crim.* 10.*n.*1.*& n.*7.*& n.*5.vbi generaliter in crimine læsæ maiestatis,& idẽ *in regn.*18.*n.*11.Capic.*decis.*126.*n.*4.Marsil.*in pract.* §.*diligenter,n.*175.*& in sing.*117.*Ad torturam peruenire non potest,vers.Et istud etiam habet locum,& in l.*1.*in princ.n.*10. *& n.*43.*ff.de quæst.*Gabriel.Saray.*in add.ad Matthes.sing.*55. *vers.Et hæc regula ampliatur*,Brun.*de ind.*2.*par.q.*5.*n.*6.*vers. sed in contrarium*, vbi de communi,Franc.Cason.*post tractatum de indic.in quæstionib.cap.*5.*rubr.de non torquendo sine indic.etiam in crimin.læsæ maiest.* Gig.*de crim.læsæ maiest.lib.*2. *tit.*2.*Quomo.& per quos crim.læsæ maiest.proba.q.*26.*n.*2.*&* 3. Carre.*in pract.in* 2.*tract.de indic.& tort.*1.§.*circa quartũ,qualiter,&*

*tor,& quando ad torturam deueniatur,nu.7.& n.*10.Foller.*in pract.crim.verbo, Quòd suffocauit vxorem,nu.*58.*& in verbo, Item quòd commisit crimen maiest.n.*103.*& in verb. Etsi confitebuntur,in 3.par.3.part.princip.n.*2.*& n.*38. Clar.*in pract.*
* §.*fin.q.*64. *vers. Dixi etiam,in fin.* vbi pariter de communi,* Rolan.*cons.*12.*n.*33.*vol.*3.Menoc.*de arbitr.q.lib.*1.*q.*84.*n.*3. Osasc.*decis.Pedem.*79.*n.*14.Brun.à Sole,*in suo cons.crim.sub n.*87.Mascar.*de probat.lib.*3.*concl.*1385.*n.*4. vbi de cõmuni,
** Bursa.*cons.*166.*n.*33.*vol.*2.*& cons.*201.*nu.*41.*eod.vol.*2. vbi etiam de communi,de qua etiam Hippol.Riminal.*cons.*88.*n.*53.*vol.*1.*& cons.*361.*nu.*34.*& seq.vol.*4. Franc.Bec.*cons.*67. *sub nu.*14.*lib.*1. Fran.Personal.*de indic.& tort.n.*14.*in fin.& n.*22.*vers.In quibus criminibus,* vbi etiam idem in crimine hæresis,Flam.Cartar.*in sua pract.interrog.reo.lib.*4.*c.*1.*n.*52. vbi & ipse testatur de communi Doctorum opinione.

94 Contra † præfatam ampliationem facit (prout animaduertit Augustinus de Arimino *in addit.ad Angel.de maleficio vbi supra*, & post Augustinum, Brun.& Gig.*in locis præcitatis*, & Dec. *cons.*18.*nu.*53.*& seqq.vol.*1.) doctrina Bald.*in l.quicunque,in fin.num.*25.*vers.octauò nota,C.de seru.fugi.* volentis secundùm præallegatos Doctores,quòd in cõsiliis,& tractatibus ob probationis difficultatem,& quia secretè fiunt,deueniri possit ad torturam etiam sine indiciis:ergo multò magis arguunt ipsi, quòd id fieri posse videatur in crimine læsæ maiestatis,quod in se continet tantùm facinus,secundùm opinionem eorum, quos tacito nomine refert Conrad. *in pract.tit.de nega.crim.& torm.n.*34.*vers. Item secundùm aliquos,fol.mihi* 300. *col.*1. timore huius cõtrarij prima facie,inquit Augustinus eo loci, videbatur dicendum,quòd textus cum glo.*in d.l.si quis,C.ad l.Iul.maiest.* vbi præcipuè fundatur ampliatio,intelligi debeat, vt procedat,quando indicia haberi possunt,secus si non possunt haberi, sed postea inquit, talis intellectus est diuinatiuus, & multùm stringit ampliationem propositam, & quia Doctores *in d.l.si quis*,& præsertim Ang volunt,quòd nullo modo,& sic siue possint,siue non possint haberi indicia,quis torqueatur in isto crimine, nisi præcedant indicia, licèt aliàs idem crimen habeat multa specialia,& cum ista responsione Augustini transeunt Brun.& Gigas,in locis præcitatis.

95 Sed † certè nec isti Doctores bene referũt doctrinam Baldi *in dicta l.quicunque*,nec etiam,ni fallor,bene considerarũt, quomodo doctrina Baldi faciat contra ampliationem. Non enim verum est, quòd Baldus eo loci dicat, in tractatibus,& consiliis, quæ secretò fiunt, posse deueniri ad torturam sine indiciis,quia si hoc diceret,malè diceret, imò contrarium ex eius verbis colligitur,inquit ipse:*Octauò nota, quòd in secretis delictis,tractatibus,& consiliis propter probationis difficultatem peruenitur ad torturam,& quandoque ad condemnationem, & absolutionem, ex solis indiciis si sunt ita certa, vt vix denegare sufficiat.* Ecce ergo quòd Baldus non solùm non excludit indicia in his tractatibus,& cõsiliis,prout asserunt præfati Doctores,verùm etiam ad torturam requirit illa ita certa, vt vix negatio sufficiat: sed quia,vt paulò infrà subiiciam in prima limitatione,*n.*150. veritas est,quòd licèt in iis tractatibus,& consiliis requirantur indicia, illa tamen sufficiunt leuiora ob difficultatem probationis. Hac firma cõclusione contra Ampliationem prædictam argumentor sic: In crimine læsæ maiestatis vt plurimùm interueniunt consilia, tractatus & conspirationes,ergo in eodẽ crimine ad torturam leuiora debent sufficere indicia:si hoc modo sumatur argumentum,ineuitabile est quando tortura infertur ad detegendos tractatus, & conspirationes, quæ in hoc crimine interuenerunt, si enim leuiora admittantur indicia in tractatibus factis ad committenda alia crimina;eur grauiora requiri debent in tractatibus factis ad committendum crimen læsæ maiestatis? Hoc certè si diceremus,esset valdè absurdum,& à ratione alienum. Sic igitur declarando hanc septimam Ampliationem dicas,quòd in crimine læsæ maiestatis,vbi agitur de tractatu,cõsilio, vel conspiratione secretè facta,adhuc indicia requirũtur,sed bene leuiora sufficiũt,prout in aliis delictis occultis;& hoc non propter criminis atrocitatem,sed propter probationis difficultatem.Si verò non agitur de aliquo tractatu,cõsilio,vel conspiratione, & tunc plena requiruntur indicia, prout in aliis delictis,non obstante quòd crimen sit atrocissimum,quia, vt suprà probaui,*num.*79.*& seqq.* in materia de qua agitur, nihil operatur atrocitas criminis.

AMPLIA VIII. † Vt sine legitimis præcedẽtibus indiciis 96
Iudex nec leuiter quidem possit reum torquere,imò nec terrere,quia metus torquendi æquiparatur torturę,& paria sunt quem confiteri per torturam, vel metu torturæ, *l.nouissimè, vers.Quid enim ff.quod cum falso tuto.* cum aliis,de quibus per Marsil.qui pluribus hanc conclusionem comprobat *in l.*1.*in pric.n.*55.*& plurib.seqq.ff.de quæst.& in cons.*8.*n.*15.*& seqq. & in pract.*§.*expedita,n.*2.*& seqq.* † vbi etiã dicit quòd tor- 97
quẽdi metus dicitur incussus reo, si fuerit ligatus ad torturã, vel fuerit ductus ante eam,vel si minæ de torquẽdo præcesserint, vel si fuerit spoliatus ante torturam, etiam quòd non ligatus,& ibi cõcordantes adducit.Et idem quod Marsi.affirmarunt etiã Carrer.*in pract.in tract.*2.*de indic.& tort.*§.*circa quartum, qualiter, & quando ad torturam deueniatur,nu.*15. vbi generaliter, quòd Iudex sicut non potest torquere sine indiciis,ita etiam nec potest terrere per minas,seu alio modo: & idem etiam plures allegans asseruit Arnon. *commen.*117. Grãm.*cons.crim.*15.*n.*6.*& seqq.* vbi bene loquitur in territo, ac etiam in eleuato,& sic in leuiter torto:& post Grãm.Ioan. Mar.Montic.*reg.crim.*10.*n.*8.*& reg.*18.*n.*10.Ant.Gom.*var. resolu.tom.*3.*c.*13.*rubr.de tortu.reorum,nu.*4.*vers.Sed in contrariũ*,Rol.*cons.*17.*n.*14.*& seq.vol.*3. Hercul.*de nega.n.*198. Conrad.*in pract.tit.de confess.crimino.n.*5.Foll.*in pract.crim. in 3.part.3.partis,verbo,Etsi cõfitebuntur,n.*111.Hipp.Rimin. *inter cons.crim.diuers.cons.*84.*n.*22.*vol.*2.*in fol.* Brun.à Sole *in suo cons.crimin.n.*163.164.182.*&* 191. Bertaz.*cons.*341,*nu.*11.*iuncto n.*38.*in fin.& seq.vol.*2. vbi etiam respondet contrariis,Franc.Personal.*de indic.& tort.in princ.* vbi quòd sicut à tortura non est inchoãdum, ita nec etiam à minis,& terrore,& latiùs *n.*73. vbi etiam testatur de communi opinione,** Mascard.*de proba.lib.*1.*concl.*352.*n.*14. qui omnes post alios plures quos allegant, optimè probant,quòd sicut Iudex non potest sine præcedentibus indiciis reum torquere, ita pariter nec poterit terrere,& multò minùs leuiter torquere;& si torqueat, vel terreat confessio subsequens, cum metu torturæ extorta nihil operatur,& ita sine dubio se habet magis communis* Doctorum opinio,sicut testatur etiam Mars.*in d.l.*1,* *in princ.num.*57.*in fin.ff.de q.& in pract.*§.*expedita, sub n.*2. & Matth.Gribal. *inter comm.opin.tom.*1. *in suis regulis criminalib.ver. s.confessio metu tormentorum,* Fran.Persona.*vbi supr. d.num.*73.& latiùs dicam *infrà in tit.de reo confesso,& conuicto, in materia confessionis emanatæ metu tormentorum, q.*83. *num.*17.*& seq.& num.*44.*& seqq.*

Contrarium, † quòd Iudex, qui non potest torquere ob 98
defectum indiciorum,possit tamen terrere,affirmarunt Bald. *in l.secunda,num.*4.*&* 5.*C.quorum appella.* vbi firmata cõclusione, quòd sine sufficiẽtibus indiciis nullus possit torqueri, dicit deinde,quòd licèt nõ omnes, & omni casu possint torqueri,possunt tamen terreri,quia vultus Iudicis in talibus debet apparere terribilis, *vt in Authen.de manda.Principum,*§. *talem verò*,& Baldum refert,& sequitur Brun.*de indi.*2.*part.q.*8.*nu.*8. & Foll.*in pract.verb.Etsi confitebuntur,in* 3.*part.*3. *partis,n.*37.*& in verbo, rei indurati torqueantur,nu.*8. *in fin. vers.In hoc Baldus,* vbi ampliùs, quòd leuis territio absque corporis tormento,& cordis dolore non dicitur quæstio, nec tortura, & ibi testatur de communi *omnium criminalistarum* opinione,Gabr.Saray.*in addi.ad Matthes.sing.*55.*in fin.* vbi quòd non solùm potest terreri verbis, sed etiam duci ad cordam,& valet confessio,vt ibi per eum, faciunt scripta per Anton.Gomez.*var.i.resolu.tom.*3.*cap.*13.*rub.de tortur.reor. num.*4.Conrad.*in pract.titu.de nega.crim.& tormen.num.*41. vbi etiam idem in spoliato,& ligato, Fran.Cason.*post tract.de indic.in quæstionib.cap.*5.*rub.de non torquen.sine indic.num.*9. Clar.*in pract.q.*64 *sub versic.* Nunc de gradibus, vbi quòd quicquid sit de iure, practica obseruat, quòd minæ de torquendo non faciunt, quin confessio dicatur sponte facta: & pariter etiam conductio rei ad funem dicitur leuis terror, secundùm cõmunem*,de qua dicit testari Casonum *in pract.* * *fol.*90.*n.*3. prout etiam & alios pro hac eadem opinione retuli *infrà in tit.de reo confess.& conuict.q.*83.*n.*45.

Imò † quòd reus, qui non potest torqueri sine sufficiẽtibus 99
indiciis,possit tamen leuiter torqueri, scripsit Paris de Put.*in tract.de syndic.verb.tortur.in princ.c.*9.*An ex sola confessione, num.*1.*in fin.* vbi quòd id, quod dicitur de confessione nulla facta in tortura sine indiciis,intelligitur quãdo magna est tor-

tura,& tortus valde debilis existat,secus si parua sit,& homo robustus, quia tunc valet eius confessio, & Paridem de Put. sequuti sunt Grãma.*decis.34.n.55.& seqq.& in cons.40.n.15. & in voto 6.nu.8* Foll.*in pract.crim.dicto verbo, Etsi confitebuntur,in 3.parte 3.partis principalis,n.*...Carrer.*in pract.dicto §.circa quartum qualiter,& quando ad torturam deueniatur,post num.27.vers.Limita etiam,*Ioan.Mar.Monticel.*dicta reg.10.n.25.in fin.vers.Limita secundò.sequentib.*Hippol.Ri-
100 minal.*cons.88.n.56.vol.1.* † Et ratio est,quia modica tortura nõ dicitur tortura.vt per Marsi.*cons.80.n.27.& cons.103.n.18.* Ias.*in l.sciendum,n.14.ff.qui satisd.cogan.*idem Marsi.*in pract. §.quoniam,n.3.*Gandin.*in rub.de quæst.& tormen.n.30.* Aym. *cons.287.n.6.vers.Item illud quod dicitur,* Tiraquel.*in tract. de rebus exiguis pag.mihi 34.a tergo in parus, vers.11. Memorabile est,* Boss.*in tit.de tortura,num.15.*

101 Quid dicendum? † Hæc quæstio habet duo capita,vnum circa territionẽ; aliud circa leuem torturam:item & primum caput territionis potest duobus modis cõtingere:vno modo, territio potest esse verbalis, & cum minis tantùm;alio modo potest esse quãdo vltra minas reus vel ducitur ad locum tor-
102 mẽtorum,vel spoliatur,vel ligatur. † Circa primum modum territionis,videlicet verbalis, licèt multa possent in iure hinc inde deduci, nihilominus veritas est,& ita in practica seruatur,quòd quando Iudex habet vehementem opinionẽ,quòd aliquis sit reus ex multis circumstantiis etiã extra processum, licèt in processu non habeat indicium omnino sufficiẽs, potest terrere reum ei minando torturam nisi veritatem dixerit, iuxta text.qui bene hanc sententiã probare videtur *in l.item apud Labeonem.§.quæstionem, ff.de iniur.in illis verbis, Quæstionem intelligere debemus, tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem: nuda ergo interrogatio, vel leuis territio non pertinet ad hoc edictum.* Et hoc casu procedit dictũ Bald. *in d.l.2.C.quorum appell.* cum aliis suprà allegatis,*n.98.* quib. etiam addi potest in terminis, Boss. qui sic expressè declarat materiã *in tit.de indic.& considera.ante tortu.n.24. & n.122. in fin.vers. Et sic loquitur de solo terrore vultus,& verborũ,& in tit.de tortura,n.4.vers.Vult igitur Bart.& seq.& nu.10.* & Ant.Gomez.*varia.resol.tom.3.rub.de tort.reor.c.13.n.4.vers. Et ita debet procedere,*& post istos Franc.Personal.vbi *supra, de indic.n.77.*vbi etiam ad incutiendum hanc verbalem territionem requirit qualemqualem præsumptionẽ contra eum: & ante istos bene declarat Bart.*in l.1.§.Diuus Seuerus,nu.2. ff.de quæst.*vbi propterea infert,quòd non omnis terror vitiat confessionem,sed solùm quando quis est positus in tortura, vel ductus ad eam,prout etiã dicam *infr.in tit.de reo confesso, & cõuicto* in materia confessionis extortæ metu tormentorũ,
103 *q.83.n.51.& seqq.* † Bene tamen moneo Iudices,vt ad hanc etiam verbalem territionem non deueniant sine indiciis contra personas timidas,& viles,putà mulieres,& similes,in quibus, vt experientia docet quotidie, & ego sæpius obseruaui, possunt aliquando tantùm minæ de torquendo,quantùm in alio homine non vili, nec timido, tortura ipsa, iuxta ea quæ scripserunt Marsil. *in l.1.in princ.ff.de quæst.n.57.*& Carre.*d. §.circa quartum,post n.15.* vir enim sagax,& assuefactus carceri, examini, & torturæ potest terreri etiam sine indiciis in processu existentibus, quando, vt dixi, extra processum Iudex habet de eo vehementem suspicionem, vt per Marsil.& Carrer.in locis nuper citatis:sed si carceratus esset vilis,timidus,& non assuefactus carceri,ex præmissis,tũc secus crederem,prout etiam videtur fuisse de mente Boss.*in tit.de tort.n.* 23.& Marsi.*in cons.55.expedita,n.9.*& post Marsi.tenuit Fran. Personal.vbi *supra,de indic.n.74.vers.Hinc est.* Et in proposito vide omnino quę dixi *infra,in tit.de reo confess.& cõuict. q.83.n.46.& seqq.*vbi bene præsens difficultas declaratur.

104 Circa † secundum modum territionis, videlicet ducendo reum ad locũ tormentorum,vel illum spoliando,aut ligando, ac etiam circa secundum caput propositæ dubitationis,videlicet eleuando in tormentis,& sic torquendo licèt leuiter:sine dubio dicas,quòd sicut Iudex non habens in processu indicia non potest torquere:ita etiam nec sic poterit terrere,& multò minùs leuiter torquere, vt bene declarat Bart. *in d.§. Diuus Seuerus,n.2.ff.de quæst.*& post Bar.Bos.*d.tit.de indic.n.* 27.*& in tit.de tort.n.122* & ante Boss.Paul Ghirl. *in tract.de quæst.& tort.c.4.nu.6.& 7.*vbi bene respondet ad illam propositionem,quòd leuis tortura, nõ est tortura:hoc enim non verum dicit,& optimè probat,& post istos latè explicat Frã. Person.*de indic.& tort.d.n.73.* vbi præcipuè respondet Claro suprà in contrarium allegato. Facit ratio,quia vbi territio est aliter facta,quàm per verba,non potest dici leuis,*d.l.itẽ apud, §.quæst.ff.de iniur.* & si terrebit, vel torquebit sine indiciis, confessio subsequens erit iudicãda nulla,tanquam metu tormentorum extorta,secundùm magis cõmunem* Doctorum * opinionem, de qua *supra,nu.97.*& latiùs explicabo *in tit.de reo confesso,& conuicto,in q...num...*& vide quæ dicam *in seq. q.38.num.40.& seq.vsque ad num.46.*

Bene † tamen verum est etiam, quòd si Iudex in processu 105
non habeat indicia ad torquendum plena,& sufficientia,habeat tamen aliqua indicia leuiora, poterit iuxta eorundem indiciorum qualitatem eius arbitrio vel reum terrere,ipsum mandando conduci ad locum tormentorum,vel ibi spoliari, vel ligari, vel quandoque etiam leuiter torquere,mandando pariter eleuari, & per paruum temporis spatium in tortura detineri,& sic terretur,& torquetur leuiter reus,etiam quòd non adsint indicia sufficiẽtia ad torturam, dummodo tamen adsint sufficientia,vel ad terrendum, vel ad leuiter torquendum.Et cum ista declaratione potest bene procedere secunda opinio,de qua *supra,nu.98.& seqq.* & consequenter cum hac distinctione possunt concordari dictæ contrariæ Doctorum sententiæ,vt videlicet prima opinio procedat nullis existentibus dictis indiciis ad terrendũ,vel leuiter torquendum, secunda autem existentibus dictis indiciis ad terrendum, vel leuiter torquendum, licèt non sufficientibus,& legitimis ad torturam, & ita materiam hanc doctè, & subtiliter declarat Paul Ghirlan.*de quæst.tormen.d.c.4.n.4.& seqq.vsque ad n.7.* vbi infert,& exemplificat,quando dicantur adesse talia indicia sufficientia ad terrendum vel leuiter torquendum,refert, & sequitur Conrad.*in pract.tit.de nega.crim.& tormen.n.41.* Foller.*in pract.d.verbo,rei indurati torqueantur,nu.8.ad fin. vers.Hoc tamen verum intelligas:*& post istos bene etiam declarat,& exemplificat Fran.Personal. *vbi suprà, de indiciis,& tortu.num.78.*& vide quæ dixi *in seq.q.38. num.41.& seqq. vsque ad num.46.*

AMPLIA IX.Dictam † principalem huius quæstionis re- 106
gulam, vt procedat non solùm in homine libero, sed etiam in seruo:nam & hunc sine legitimis indiciis nõ posse torqueri voluit glo.*in l.1.§.item illud,ff.ad Syllan.& in l.quicunque, in vers.interrogatione,C.de seru.fugi.& in l.cùm probatio,in 1. glos.ff.de proba.* Brun.*de indi.part.2.q.5.n.2.& seqq.vsque ad n.6.*vbi bene declarat materiam,Carrer.*in 2 tract.de indi.& tortu.§.circa quartum, qualiter, & quando ad torturam deueniatur,n.7.& n.20.& seq.* vbi declarat,Io.Mar.Monticel.*reg. crim.10.n.32.ver. Extra verò hos casus,* Conrad.*in pract.tit. de nega.crimin.& tormen.nu.30.fol.mihi 298.col.2.* vbi alios adducit concordantes. † Et licèt in aliquibus casibus specia- 107
libus videatur permissum in iure,seruos sine indiciis torqueri,vt in casu *l.primus,ff.ad Syllan.& in l.interrogari, C.de quæst. Item in crimine læsæ maiest.* fraudati census,adulterij,homicidij,vxoricidij,de quibus *in c.quæstionem,12.q.2.* & per Azo. *in summ.C.de quæst.in ver. Et sunt ista regularia,*per Brun.*d. q.5.n.2.vers.Hoc tamen fallit,& n.4.vers.Credo tamẽ,& n.5. in prin.*† id tamen intelligi debeat,vt possit torqueri sine ple- 108
nis,& sufficientibus indiciis,non autem sine vllis prorsus indiciis,adeò quòd ista leuiora indicia in istis specialibus casib. à iure etiam legitima reputantur, vt per Bru.*vbi suprà,d.q.5. n.3.vers. Ego credo,n.5.vers. Mihi videtur,* Carrer.*d.n.20.& sequentib.*vbi sequitur declarationem Bruni, quam etiam sequitur Ioan.Mar.Monticell.*d.regul.10.nu.32.in fin.* Conrad. *vbi supra num.34.in princ.vers.Item secundùm aliquos.*

AMPLIA X.In tantum † Iudicem nõ posse torquere non 109
præcedẽtibus legitimis indiciis, vt nec Iudex id possit facere de consensu rei,secundùm Fran.Cason.*de indi.& tort.in quæstionib.c.5.rub.de non torquen.sine indi.n.8.* Carre.*in prac.in 2. tract.de indic.& tortu.§.circa quartum,qualiter,& quando ad tort.deueniatur,n.14.* vbi post Paridem de Put.& Arno.quos allegat,dicit,quòd reus non potest torqueri sine indiciis,etiã quòd sic fuerit cum eo conuentum, Brun.*de indic.& tort.2. part.q.7.nu.8.& seq.*& ratio potest esse,quia nemo est dominus membrorum suorum, *l.liber homo, ff.ad l.Aquil.*& per hanc rationẽ dixit Petr. Calepha.*inter cons.crim.diuers.consil. 109.n.5.lib.1.* quòd non valet, nec admittitur oblatio rei de

subiiciendo se torturæ. Item potest esse ratio, quia potestas torquẽdi est meri Imperij. Ea autem, quæ sunt meri Imperij, non possunt pacto priuatorum concedi, *l. defensores, C. de defens. ciuit.* cum aliis in proposito deductis per Mascard. *de probat. lib. 3. concl. 1129. nu. 18. & seqq.* vbi hanc sequitur ampliationem, Clar. *in pract. quæst. 63. vers. sed quæro*, vbi quòd si reus proponat, vt priùs torqueatur accusatus, & quatenus persistat, offerat se contrarium in tortura sustinere, vel è contrà, si accusator offerat se velle stare cum reo in tortura, vt sæpe contingit in facto, tales oblationes nec valent, nec sunt admittendę, quicquid in contrarium dixerit glos. *in l. interdum, §. qui furem, in verbo, damnato, ff. de fur.* quam glos. cõmuni-
* ter * reprobari dixit Mantica, *Centuria 2. nu. 12.* de communi etiã testatur Cagno. *in l. nemo fraudare, ff. de regu. iur.* Hercul. *de caut. c. 43. n. 5.* Mars. *in l. quæstionib. modum, num. 8. ff. de q.* quos in proposito referendo sequitur Bonacos. *in commun. opin. part. 1. versic. Torturæ stare cum alio. fol. mihi 175. col. 4.*

110 AMPLIA XI. Vt † confessio emanata in tortura, non legitimis præcedentibus indiciis, nulla prorsus, & inualida sit, etiã quòd millies spõte sit ratificata, vt per gl. *in l. pen. in ci. quæstionis habendæ, ff. de quæst.* quam glossam sequuti sunt Bart. ibi,
* & communiter * alij Doctores, prout testatur Foller. *in pract. crim. verbo, Etsi confitebuntur, in 3. par. 3. partis principal. n. 1.* vbi alios refert, Mars. *in l. 1. in princ. n. 32. ff. de quæst.* vbi pari-
* ter testatur de cõmuni, * & plures cumulat cõcordantes, quos etiã, & alios adducit Carre. *in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. circa quartum, qualiter, & quando ad torturam deueniatur, n. 2.* Matthes. *sing. 55. incip. Nota quòd quotiescunque Index, in princ.* & ibi Gabriel. Saray *in addit. vers. Et hoc vsque adeò verum est*, vbi ampliat etiam in confessione verificata & nouis superueniẽtibus indiciis, Fran. Cason. *de indi. & tort. in q. c. 5. rub. de non torquẽdo sine indi. n. 3.* Burs. *cons. 201. n. 22. & seqq.*
* *vol. 2.* vbi pariter testatur de communi, * & respondet cõtrariis, prout etiam facit Hippol. Rimin. *cons. 88. n. 54. vol. 1.* Villalob. *in cõm. opin. lit. C, n. 151.* Rol. *cons. 12. n. 91. vol. 3. & cons. 3. n. 55. & sequentib. eod. vol.* Ant. Gom. *var. resol. tom. 3. c. 13. rub. de tort. reor. n. 25.* idẽ Rol. *cons. 57. n. 14. vol. 4.* Brun. à So-
* le *in suo cons. crim. n. 160.* vbi etiam de communi, * & latiùs *n. 182. & seqq.* Masc. *de prob. lib. 1. concl. 353. n. 1. & lib. 3. concl. 1385. n. 5.* Fran. Becius *cons. 70. n. 5. in 1. vol.* & de hac re fusiùs dicam, & declarabo materiam *infrà in tit. de reo confe. & conuicto*, in materia confessionis emanatæ metu tormentorum, *q... n...* & ad ibi tradita me remitto, ne bis idem repetamus.

111 AMPLIA XII. Vt † Iudex, qui indebitè aliquem torquet, & sic non præcedentibus legitimis indiciis, teneatur in syndicatu, & puniẽdus sit ad text. qui bene hanc conclusionẽ probare videtur, *in l. item apud Labeonẽ §. quæstionis verbo, ff. de iniur.* dum dicit, *sed & si iussu domini quis quæstionem habeat, modũ tamen excesserit, teneri eum debere, Labeo ait.* Immoderata enim sæuitia, & quæstio nec etiam in seruos à quacunq; priuata persona habenda est, & si habetur punitur in iure, *vt in l. si constante, §. maritus, ff. sol. matrim. §. quæ quidem potestas, in fin. Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. sed & si quemcunque, §. si magister, ff. ad l. Aquil. l. locum, §. fin. ff. de vsufruct. l. elegater, §. planè, ff. de pign. act.* ergo multò magis punibilis est indebita quæstio in liberos etiã à Iudice, & Magistratu illata: quod enim prohibitum est, & punibile in priuatis, multò magis illicitum reputatur, & prohibitũ in Magistratibus, qui sub ficto colore iustitiæ delinquunt, *l. nec Magistratib. ff. de iniur.* & licitum est arguere isto casu à potestate dominica ad potestatem Iudicis, *l. potestatis, ff. de verb. signif.* Guid. de Suzzar. *de indi. n. 87. in fin.* sic itaque per ista iura, & rationes propositam ampliationẽ firmarunt Gandin. *in tit. de quæst. & torm. n. 35.* Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. & tort. n. 85.* Fran. Cason. *in tract. de indic. in quæstionib. c. 5. rub. de non torquen. sine indic. n. 1.* Mars. *in pract. §. constante, n. 24.* Grãma. *voto 32. n. 9.* Ioan. Mar. Monticel. *regul. crim. 10. n. 9. vers. Etiam vltrà pun. potest*, Clar. *in pract. §. fin. q. 64. vers. Dixi etiam*, ibi, *& in hoc debet Iudex esse valde circũspectus*, &c. Rolan. *cons. 12. n. 96. & seqq. vol. 3.* vbi propterea maximè inuehit cõtra Iudices indebitè, & sine indiciis torquentes reos, Burs. *cons. 35. n. 3. vol. 1.* Hippol. Rimin. *cons. 88. nu. 52. vol. 1. & cons. 361. n. 54. vol. 4.* Frater Vmbert. Loc. *in sua pract. Inquisitorum, vers. indicium, n. 3. & 4. & ver. tortur. n. 4. & 5.* & ante istos Bart. *in l. quæstionis modum, & in l. fin. ff. de q. & in l. aut damna, §. nec iura, ff. de pœnis*, prout illum refert Mascard. *in d. l. quæstionis modum, n. 77.* vbi etiam quòd opinio Bart. est cõmuniter * approbata, * & idem affirmauit *in pract. §. expedita, n. 89. ad fin. vers. Et sic opinio Bart.* Addo & post istos Fran. Personal. *de indic. & tort. n. 78. vers. Et ad torquendum, & nu. 11. vers. Tu verò, in fin. & n. 13. in fi.* Flam. Cartar. *in sua pract. interrog. reo. lib. 4. c. 1. n. 50. iunct. n. 57. in fin.* vbi post Vitallin. *de malefi. in tit. de inquisit. n. 8.* Iudices sine legitimis indiciis reos torquẽtes, canes appellat, & ibi reddit rationem, quare isto casu canibus, & brutis animalib. cõparẽtur. Et certè quòd isto casu Iudex puniatur, nemo discrepat, sed qua pœna, & quando puniatur, aliqua est inter Doctores controuersia: sed ex infrascriptis ampliationibus, & declarationib. resolutio, ni fallor, apparebit clarissima.

Pœna † enim Iudicis, qui indebitè reum torquendo, dolo 112
occidit, & pariter de occiso, est mortis naturalis: sic enim probari videtur *in l. 1. §. præterea, ff. ad l. Corn. de sicar.* ibi, *quive Magistratus, Iudéxve quæstionis sub capitalẽ causam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fieret, & qui hominem occidit, punitur.* Adde tu, ea lege, de sicariis, *non habita differentia. cuius conditionis hominẽ interemerit*, & melius *in l. 8. in princ. ff. eod.* vbi sic inquit Vlpianus: *Lege Cornelia de sicariis tenetur, qui cum in Magistratu esset eorum quid fecerit contra hominis necem quod legibus permissum non sit.* Et magis in specie allegatur in proposito text *in l. pen. quæ incipit, lex Iulia, §. fin. ff. ad l. Iul. repetund.* vbi Marcellus per hæc verba prorumpens dixit: *Quid enim si ob hominem necadum pecuniam acceperint, vel licèt non acceperint, calore tamen inducti interfecerint, vel innocentem, vel quem punire non debuerant, capite plecti debent.* Et licèt postea Iurisconsultus ibi subdat per hæc alia verba, *vel certè insulam deportari vt plerique puniti sunt*, per quæ verba videtur talis pœna quòd nõ sit absolutè mortis naturalis, sed quandoq; etiam deportationis. Aduerte tamẽ ne erres, quòd illa vltima deportationis pœna locum habebit in Iudice, qui non dolo (prout sunt termini propositæ conclusionis) sed per imperitiam seu culpam reum in tormẽtis occiderit, prout infrà subiiciã in limitationibus huius ampliationis, *n. 120.* vel, vt cõsiderauit Ant. Gom. *variar. resol. tom. 3. c. 13. rubr. de tort. reor. nu. 6.* poterit illa deportationis pœna applicari, quando reus tortus non obiit in tormentis, sed aliam læsionem passus est circa mortẽ, de quo etiam & paulò infrà dicam in iisdem limitationibus, *n. 124.* sed prior intellectus videtur mihi magis illi textui cõuenire: sic itaque per iura præallegata prædictam conclusionem firmarunt Cyn. *in l. Gracchus*, & ibidem Salic. *col. pen. ver. Aut modum excessit, C. ad l. Iul. de adult.* Bal. *in l. 3. in fin. C. eod. tit.* Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. & tort. nu. 87. vers. Solutio, distinguunt, &c.* Gandin. *in tit. de quæst. & tormen. n. 45. in simili vers. Solutio, distingue, &c.* Boss. *deci. 164. nu. 9.* Angel. *de malefi. in verbo, Quòd fama publica præceden. n. 140. vers. Octauò quæro*, Aret. *cons. 80. n. 4.* Mars. *in l. quæstionis modum, n. 77. in discursu, ff. de quæst. & in pract. §. expedita, nu. 89. pariter in discursu*, Franc. de Murcha. *q. 98. n. 9. part. 2.* Boss. *in tit. de tortur. n. 28. in princ.* Nouell. *in pract. in titul. de modo cõstituen. reum §. & quia sæpenumero, n. 9.* Ant. Gom. vbi *supra, d. n. 6. in prin. & in vers. Quid enim si ob hominem, & in ver. Et in expresso istam sententiam, &c.* vbi testatur de communi, * & plures alios adducit cõcordantes Amad. *in tract. de* *
syndic. n. 112. vbi loquitur etiam † in Iudice indebitè repetẽte 113
tormenta, prout etiam loquutus fuit Paris de Put. *in tract. de synd. verb. tort. il primo, c. 12.* An si Officialis aliquẽ tormentauit *post n. 3. & in eod. verb. tort. il terzo, c. 4. incip. de repetitione, n. 1. ver.* & dixit Bal. & Brun. *de indi. & tort. 2. par. q. 5. n. 19. ver. Si autem modũ excessit, & n. 27. ad fin.* Cõrad. *in pract. tit. de nega. cri. & tormen. n. 39. in prin. fol. mihi 303.* Clar. *in pract. §. fi. q. 64. ver. antequam, in fi.* ibi, *sed in omnem casum, &c. & in §. Iudex autem*, vbi pariter testatur de communi, * ex Bellono *
in cõs. 84. n. 12. Menoc. *de arbit. q. lib. 2. casu 340. n. 31.* & quidẽ quãdo reus indebitè tortus moritur dolo Iudicis, qui vel prece, vel præmio corruptus, vel ob particularẽ inimicitiã tortură sine indiciis sufficiẽtibus immoderatã infert: quod eo casu pariter Iudex decapitari debet, nullã credo adesse difficultatẽ, nec aliquẽ reperio cõtradictorẽ: si enim talis pœna in simplici homicidio cuilibet à iure indicta est, multò magis indicenda venit ipsi Iudici, qui sub velamine iustitiæ hominem occidit.

AMPLIA I. Propositam † duodecimam ampliationem, vt 114
pariter habeat locum in Iudice indebitè torquente testes:

sic enim in terminis scripsit Bart. *in l.Cornel. ff. ad l.Corn. de fica.* Paris de Put. *in tract. de syndic. verb. tortur. il 1. capit. 12. An si Officialis, n. 2. vers. Bartolus autem,* & post Bart. & Ang. *de malefic.* quos allegat, idem affirmat Brun. *de indic. & tortu. 2. part. q. 5. nu. 20 ver.* Vide etiam Rondinell. *de syndic. n. 258.* eadem enim ratio, quæ dari potest in Iudice torquente reum, datur etiam, nec diuersa considerari potest in Iudice indebitè torquente testes, ideo idem iuris esse debet, vulgata *l. adigere, §. quamuis ff. de iure patron.* cum vulgaribus.

115 AMPLIA II. Eandem † ampliationem, vt pœna Iudicis indebitè reum torquentis habeat locum, etiam quòd reus ex ista indebita tortura delictum quod commisit fateatur: talis enim confessio ipsi non nocet, vt dixi *supra, n. 110.* & tamen adhuc Iudex puniendus est, vt per Fran. Cason. *in quæstionib. post tract. de indic. & tort. c. 5. rub. de non torq. sine iuric. n. 2.* vbi reddit rationem, quia scilicet Iudex isto casu delinquit in of-
116 ficium, & contra naturam officij: † & quando aliquis commisit illicitum, ab illiciti pœna non excusatur, quamuis tale illicitum peruenerit ad optimum finem, vt ibi per eum.

117 AMPLIA III. Dictam † ampliationem, vt Iudici indebitè reum torquere volenti etiam sine indiciis impunè resisti possit. Sic in terminis scripsit Ioan. Mar. Monticel. *reg. crimin. 10. num. 19.* & ante eum Dec. *in c. si quando, n. 5. & seqq. extra de offic. deleg.* plures adducit concordantes Marsil. *in l. 1. in princ. num. 33. ff. de quæst.* vbi enim agitur de tortura, dicitur agi de damno irreparabili: ergo indistinctè Iudici hoc irreparabile damnum inferri volenti resisti potest, secundùm cõmunem,
** de qua latè dixi *in lib. 1. titul. 4. de carceribus, & carceratis,*
118 *q. 32. n. 93. & seqq.* † Et faciũt in proposito tradita per Marsil. *in singul. 455. incip. Difficillimum est, iustum dolorem temperare.* vbi post Paridem de Put. quem allegat, dicit quòd si Iudex non præcedẽtibus indiciis ponit aliquem ad torturam, si ille sic indebitè tortus occidat talem Iudicem, non debet puniri pœna mortis, sed alia mitiori: tum quia prouocatus deliquit: tum quia iustum dolorem temperare non potuit, & hãc doctrinam tanquam singularem fore menti tenendam ab illis Iudicibus, qui immemores, quòd lento gradu diuina procedit ira, homines torquent velo leuato, sine indiciis, & loco indiciorum eorum voluntatem subrogant, refert, & sequitur Rolan. *cons. 12. n. 34. vol. 3.* Fran. Personal. *de indic. & tortura, post num. 98.* nec Baiard. *in addit. ad Clar. in pract. §. fin. q. 64. num. 110. vide infra, quæst. 41. num. 99.*

119 AMPLIA IV. In tantum † teneri Iudicem de morte indebitè torti, vt ipsum non iuuet protestari in decreto torturæ: quòd si sequatur mors, non sibi, sed rei pertinacię imputetur: delinquens enim & contra iuris dispositionem operans non excusatur ex eo, quòd protestetur se facere animo non delinquendi, ita Gomez. *d. tit. de tort. reor. n. 6. post med. ver. Ex quo infertur,* vbi per hoc inutilem, licèt nõ damnabilem, affirmat
* communem* practicam sic protestandi, quam apud eum esse testatur, sed apud nos nũquam vidi talem practicam seruari.

120 LIMITA I. Dictam † duodecimam principalem ampliationem in eo præsertim, in quo pœnam mortis imponit Iudici indebitè torquenti reum, qui ex tortura mortuus fuerit: vt procedat, & habeat locum, quãdo sic sine indiciis torquet dolo, corruptus scilicet prece, vel præmio, vel propter particulare odiũ, aut inimicitiam: vnde secus si per culpã, putà imperitiã, quia tũc mitiùs arbitrio Iudicis, & nõ pœna mortis punitur: tũ quia in delictis lata culpa nõ æquiparatur dolo, *l. aut facta, §. causa, ff. de pœn.* tum etiã quia officij necessitas suadet remanere impunitũ quod aliàs coërceri deberet, *l. post legatum, §. aduocatum, & l. tutorem ff. de his, quib. vt indig.* & pluribus cõprobat, post Bald. quem allegat, Amad. *de synd. n. 111. & n. 112. ver. Et est ratio, n. 113. in princ. & n. 115. ver. Aut culpa,* Paris de Put. *in tract. de syndic. verb. tort. il 1. c. 12. An si Officialis aliquẽ tormentauit, n. 1. vers. Aut culpabilem modũ excessit, & ibid. ver. Si culpa, & ver. Si culpa fuit modica, & n. 4. vers. Siue etiã apparet,* vbi etiã dixit, quòd isto casu modica Iudicis culpa nõ habetur in cõsideratione, Guid. de Suzzar. *in tract. de ind. & tort. n. 87. in prin. & in verb. Si autem cũ aliqua culpa,* & ibi Lud. Bologn. *in add. n. 88. & 89.* Gand. *in tit. de q. & tormen. n. 35. ver. Et si Iudex aliquã culpam habuit & vers. Si autẽ aliqua culpa in excedendo,* &c. Ang. *de malef. in verbo, Quod fama publica, n. 104. & ibi in addi.* Brun. *de ind. & tort. 2 par. q. 5. n. 19. ad fin. ver. Si verò non dolose,* & latiùs, *n. 22. & seqq. vsq; ad n. 28.* vbi plures adducit rationes, & respõdet cõtrariis, *& n. 28. in princ. & n. 32. ver. Aut culpa, & n. 33. ver. Si autẽ sine dolo,* Marsil. *in l. 1. in prin. n. 41. ver. Intelligas tamẽ, ff. de q.* Boss. *in tit. de tort. n. 28. ver. Intelligẽdo tamen si dolosè fecit* & est de mẽte Clar. *in pract. §. fi ver. Antequã, in fi.* Faciũt ad hãc 1. limitationẽ, quę mox dicã *in seq. 2 limit. n. 122.* & facit etiã, iudicio meo, tex. aliàs *sup. n. 112.* allegatus *in d. l. pen. ff. ad l. Iul. repetund.* vbi Iudicẽ interficientẽ innocentẽ, vel quẽ punire nõ debuerat, aut capite plecti mãdat, aut in insulã deportari: prima enim pœna capitis poterit imponi, quando Iudicis dolus intercessit ob pecuniã acceptã, vt ibi dicit text. *si ad hominem necandum pecunia acceperint,* vel alio modo: deportationis autẽ pœna erit infligẽda quãdo cessante dolo, sola culpa licèt lata interuenit, vt pariter dicit tex. ibi, *vel licèt nõ acceperint, calore tamẽ inducti.* Quæ deportationis pœna cùm hodie nõ sit in vsu, succedet pœna arbitraria, vt in terminis scripsit Ant. Gom. *d. tit. de tort. reor. n. 6. in princ. & in ver. Si verò Iudex, & in ver. Et in expres.* vbi testatur de cõi* opinione. *

AMPLIA Hanc primam limitationem, quia in dubio Iu- 121
dex isto casu præsumendũ est, quòd deliquerit non dolo, sed culpa, & per imperitiam: licèt enim Iudex non possit prætendere ignorantiam: quia illa præsertim in Doctore non præsumitur, sed scientia, & ex ista asserta ignorantia oriatur in Doctore quædam lata culpa dolo æquiparata, *l. 2.* & ibi glos. *ff. quod quisque iur.* immò secundũ aliquos ex tali ignorãtia iuris in Doctore præsumatur dolus, secundùm Bald. *in cap. 1. §. Iudices, circa princ. de pace iuram. firman.* Ias. *in l. si quis id, quod, in 4. notab. ff. de iurisd. omn. iud.* Claud. Seysel. *in l. 1. col. 3. ff. de legib.* Gomez. *in regul. de subrogat. quæst. 7. num. 9.* Dec. *in l. penult. in fin. Cod. de pact.* vbi testatur de cõmuni, * Aym. * *cons. 225. n. 10. & cons. 18. num. 14.* Nihilominus, quia secundùm veriorem, & magis communem * opinionem, ex iuris * ignorantia in Doctore non præsumitur dolus, sed lata culpa, vt per Alexand. & Iac. de sanct. Georg. *in secunda lectura, in l. secunda, in 1. col. ff. quod quisque iur.* Aym. *in q. de indemnit. mulier. num. 53.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 31. in fin.* vbi de cõmuni, & in dubio Iudicis sententia præsumitur lata potiùs per imperitiam, quàm per dolum, vt per Paul. de Cast. *in l. seruo inuito, §. cùm Prætor, ff. ad Trebel.* Guliel. Mayner. *in l. culpa caret, num. 14. ff. de reg. iur.* Dec. *cons. 8. circa fin.* Rip. *in tit. de remed. ad curan. pest. nu. 73.* Alber. *in d. l. secunda ff. quod quisque iur.* Boss. *in tit. de offic. corrupt. num. 19.* Rondinell. *de syndic. n. 46.* & quia etiam, vt prædixi, in delictis, ac præsertim in pœnis capitalibus lata culpa non æquiparatur dolo, sed æquiparabitur dolo præsumpto, non autem vero, & ad excludendum verum dolum, sufficiat allegare aliquam rationem, seu colorem etiam iniustum, *l. Gracchus, C. de adult.* idcirco in dubio nisi appareat de corruptione, vel inimicitia, aut odio particulari, præsumetur in Iudice, reum torquẽte potiùs culpa, & imperitia, quàm dolus, vt pluribus in proposito docet Brunus, *de indic. 2. part. quæst. 5. num. 22. & seqq.* vbi respõdet Salic. contrarium tenenti, Marsil. *in l. quæstionis modum, n. 77. ad fin. vers. In dubio autem, & in pract. §. expedita, num. 80. eod. vers.* In dubio autẽ est de mente Clar. *in quæst. 64. vers. antequam, in fin.* Menoch. *de arbitr. q. d. casu 340. in fin. vers. secundo,* si modus, & ante istos Paris de Put. *in tract. de syndi. verb. tort. il primo, c. 12. An si Officialis aliquem tormentauit, n. 1. vers. in dubio autem, & vers. Et in dubio, & n. 2. vers. Quia in dubio,* Bos. *de tort. n. 29.* Vbi de cõmuni, * quicquid in con- *
trarium dixerit Rol. *in cons. 12. n. 10. vol. 3.* Faciũt pro hac eadem ampliatione quæ paulò infrà subiiciam, *nu. 132.* & ante istos sic etiã tradidit August. ad Ang. *de malef. in verbo, Quòd fama publica, num. 104.* vbi latè, &c.

LIMITA II. Eandẽ † duodecimam principalẽ ampliatio- 122
nem, vt procedat, quando Iudex torturã inflixit nullis prorsus indiciis præcedentibus; at secus si aliqua aderant indicia, licèt non sufficientia ad inferendam tantam torturam: tunc enim etiam quòd is tortus obierit ob tormentũ, Iudex non mortis pœna, sed alia mitiori pro excessu, & culpa puniri debet, secundùm Bos. *in tit. de tortur. n. 28. in fi. vers. Si verò non omninò indebitè, & n. 32. vers. Sed si præcedentibus indiciis,* sequitur Menoc. *de arb. q. d. casu 340. n. 8.* vbi & idem allegat Sal. *in l. Gracchus, col. pen. ver. Aut modum excessit, C. ad l. Iul. de adult.* Faciunt in proposito Doctores omnes allegati in præcedenti limitatione *supr. n. 120.* quib. optimè probatur, quòd quando

Iudex

Iudex non dolo, sed culpa excessit in tortura, tunc non mortis pœna, sed arbitraria pro modo culpæ, & excessus puniendus est, & etiam in specie idem affirmarunt Conrad. *in pra. tit. de nega. crim. & tormen. n. 39. vers. si per culpam excessit modum, fol. mihi* 303. Ant. Gomez. *varia. resol. tomo 3. cap. 13. rub. de tort. reorum, n. 6. vers. si verò Iudex, & ver. & in expresso,* vbi * alios adducit concordantes, & testatur de communi* opinione Brun. *vbi supra, de indi. 2. par. q. 5. n. 19. in fi. vers. si non dolosè, & n. 21. vers. pone quòd Iudex, & numeris seqq. vsque ad n. 27. vbi latè, & ibi q. 7. n. 2. vers. Aut sine dolo,* Clar. *in pra. q. 64. ver. Iudex autem,* ibi, *si verò excessit culpa,* &c. vbi pariter * testatur de communi,* ex Bellono *in cons.* 84. *nu.* 12. & ante istos hanc eandem limitationem posuit Paris de Put. *in tract. de synd. verbo, tort. il primo, c. 12. an si Officialis aliquem tormẽtauit, n. 1. in fi. ver. aut processit indicium.*

125 SVBLIMITA Hanc † secundam limitationem, vt procedat secundùm terminos præcedentis limitationis, videlicet, vel quando apparet, quòd Iudex in tortura excessit, non dolo, sed culpa, vt suprà dixi, *n.* 120. vel etiam quando sumus in dubio, vt etiam suprà probaui, *n.* 121. At vbi apparet de dolo Iudicis, tunc pœna ordinaria mortis puniendus est, etiam propter excessum in tortura, ac etiam quòd habuerit aliqua indicia, si reus tortus obierit, vt per Pari. de Put. *in tract. de synd. verbo, tortura, il primo, c. 12. An si Officialis aliquem tormentauit, n. 1. vers. Aut modum excessit dolosè,* Bru. *de indi. 1. pa. d. q. 5. n. 32. in prin. per l. vnicam, C. de emendat. seruo.* sequitur Boss. * *in ti. de tort. n. 29. ver.* vbi tamen apparet de dolo, vbi testatur sic communiter* tenere Doctores *in d. l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult.* & sequitur Clar. *in q. 64. d. ver. Iudex autem,* ibi, *si quidem Iudex excessit dolo, &c.* vbi etiam testatur de communi,* ex Bellono *in d. cons.* 84. *num.* 12. Dolus autem ex quibus, & quando præsumatur, dicam *infrà, in 4. limit. n.* 135. *& seqq.*

124 LIMITA III. Prædictam † duodecimam ampliationem, vt procedat, quando tortus ob indebitam torturam decessit, tunc Iudex non mortis pœna, sed alia mitiori arbitrio Iudicis puniendus est, secũdùm Bal. *in rub. C. de pœn. Iud. qui malè iudic. n.* 5. Sal. *in l. fi. col. 2. ver. 7. quid si fecit, C. eo.* Alex. *in l. 1. in fi. principij,* & ibi Ias. *in fi.* & Dec. *n.* 10. *ff. quod quisque iur.* Boss. *ti. de tort. n.* 31. *& n.* 32. *vers. & si sequatur,* vbi respondet contrariis Petr. Calephat. *inter cons. crim. diuers. cons.* 63. *in fin. li.* 2. *in parvis,* vbi quòd tenetur actione iniuriarum, & testatur de * magis communi* opinione ex Marsi. *in pra. §. expedita, n.* 87. (sed Marsilius testatur de contraria communi, vt modo subiiciam) Clar. *in pract. §. fi. q.* 64. *vers. antequam,* ibi, *scias tamen, &c.* vbi quòd contraria opinio non seruatur in practica, & hos omnes sicut suprà relatos sequitur Menoc. *de arbi. q. lib. 2. d. casu* 340. *n.* 4. *& seqq.* vbi singulariter respondet Doctorum authoritatibus in contrarium allegatis.

125 Et in specie † si non sequatur mors, sed alicuius membri debilitatio, quod pariter Iudex non pœna mortis, sed pœna mitiori arbitrio Iudicis, & vltra etiam ad damna, & interesse plectendus sit, scripserunt Bru. *de indi. 2. par. d. q. 5. n.* 36. Ant. Gomez. *d. ti. de tortura reorũ, n. 6. ver. si verò membri abscissio sequatur,* Bos. *eod. ti. de tort. nu.* 33. & fuit de mente Parid. de Put. *in tr. de synd. in verbo, tortura, il primo, c. 12. an si Officialis aliquẽ tormẽtauit, n.* 5. vbi propterea quòd tenetur de excessu.

126 Contrarium, † quòd etiam morte rei non sequuta in tortura, Iudex capitaliter puniendus sit, probarunt Bal. & Ang. *in l. Decuriones, C. de quæst.* & plures alij relati per Marsil. *in pra. §. expedita, n.* 87. *in fi. & in l.* 1. *in princ. n.* 41. *& in l. quæstionis modum, n.* 78. *& 79. ff. de q.* vbi testatur de magis communi* opinione, & Marsilium sic de communi opinione testantem referunt, & etiam sequuntur Pet. Caleph. *inter cons. cri. diuers. d. cons.* 63. *in fi. n.* 30. *vol. 2. in paruis,* Conrad. *in prac. tit. de sen. diffinitiua criminali, nu.* 6. *ad finem ver. debet etiam Iudex. fol. mihi* 314. *col.* 1. *in fin.* Villalob. *in com. opi. litera I, n.* 99. Rol. *cons.* 12. *n.* 7. *& seqq. vol.* 3.

127 Pro † concordia videtur posse dici, quòd prima opinio procedit, quãdo Iudex torsit sine dolo, & sine animo occidendi, secunda autem quando cum dolo, & cum animo occidendi: colligitur hæc declaratio ex traditis per Amad. *de synd. num.* 110. *vers. itẽ tenetur Potestas,* vbi refert dictũ Baldi *in d. l. Decuriones, C. de quæst.* loquentis quãdo dolo Iudices faciunt aliquem sine indiciis torquere: & ita etiam loquitur Brun. *de indic. 2. pa. q. 5. n.* 33. & Marsil. *in l. repeti, nu. 9. ff. de quæst.* & expresse declarat idem Marsi. *in l. in prin. n.* 41. *vers. intelligas tamen. ff. eo. tit. de q.* Conrad. *in pra. tit. de sent. diffinit. crim. n.* 6. *in prin.* Bos. *tit. de tortur. n.* 32. Rol. *cons.* 12. *n.* 9. *vol.* 3. Idem Brun. *vbi sup. d. 2. par. q. 7. n.* 2.

Verùm † bene considerando authotitates istorũ Doctorũ, & aliorum allegatorum, pro secunda opinione *suprà nu.* 126. hæc distinctio non concordat opiniones, quia tantum est sic distinguere, quantum adhærere dictæ secundæ opinioni, quæ sine dubio procedit, quando interuenit dolus Iudicis, & iam ita loquũtur, & admittunt Doctores pro ea allegati, & si dolus cessat, tunc iidem Doctores pariter admittunt non esse infligendam pœnam mortis sed dolo existente, tunc nec etiam mortis pœnam posse infligi tenuerunt Doctores allegati *sup. n.* 124. *& seq.* Et in hoc extat inter eos contrarietas, quæ non tollitur propterea ex defectu, vel existẽtia doli: quando enim dolus cessat, tunc sine dubio non imponitur pœna mortis, eriam quod reus obierit in tortura, vt suprà probaui, *n.* 120. sed difficultas stat, quando dolus interuenit in tortura, & tortus nõ decessit, prout sunt termini propositæ limitationis, & isto casu, Bal. *in d. l. Decuriones, & de quæstio.* & sequaces volũt indistinctè etiam torto non mortuo imponi debere pœnã mortis. Alij verò non nisi arbitrariam arbitrati sunt debere esse pœnam. Quid igitur dicendum? Dico quòd secunda opinio est verior de iure, & magis cõmunis, * prout testantur Marsi. * & alij Doctores relati *supra n.* 126. dico autem de iure: quia si Iudex animo occidendi aliquem sine indiciis indebite torquet: † etiam morte non sequuta de homicidio tenetur per 129
regulam, quòd affectus punitur eadem pœna, etiam non sequuto effectu in crimine homicidij, *l. is qui cũ telo, ff. ad l. Corn. de sic.* cum aliis iuribus relatis per Ant. Gom. *var. resolut. tomo 3. tit. de homicid. n.* 30. & est communis,* vt per Clar. *in pract.* * *quæst. 92. in princip. & in §. homicidium, vers. vlterius quæro,* vbi etiam quòd in iure hoc est clarum: secus verò de consuetudine: † quia de generali consuetudine etiam in atrocissimis 130
non punitur affectus eadem pœna non sequuto effectu, secundùm aliam communem, * & tutiorem opinionem, de qua * per Grammat. *decis. 2. n. 8. & seqq. & dec. 74. n.* 9. Anton. Gomez *d. ti. de homicid. eodem n.* 30. Clar. *in pract. §. fi. d. q. 92. ver. scias tamen.* vbi latè Menoc. *de arbit. quæst. li. 1. casu* 360. *n.* 92. Hipp. Riminald. *cons.* 327. *n.* 11. *lib.* 3. & de magis communi * testatur Ioseph. Ludou. *dec. Lucen. 15. n. 26. & seqq. 1. part.* vbi etiam respondit contrariis, & hinc est quod Clarus *in d. q* 54. *ver. antequam,* dixit non seruari in practica q̃ non sequuta morte illius qui indebitè tortus est, Iudex pœna capitis plectatur, & verũ dixit quod in practica hoc non seruatur, quia, vt dixi de consuetudine etiam in atrocissimis non punitur eadem pœna affectus non sequuto effectu, & istam credo veram solutionem huius contrarietatis.

LIMITA IIII. Hanc duodecimam ampliationem, vt pro- 131
cedat prout loquitur, videlicet quando Iudex est in dolo, vel in culpa, torquẽtque reum vel sine indiciis omnino, vel cum indiciis, non tamen sufficientibus: iis enim casibus si reus moritur, vel pœna mortis, si est in dolo, vel alia mitiori arbitraria, si est in culpa, plectendus est, vt præmisi. Quòd si Iudex non sit in dolo aliquo, minùs in culpa, & legitimè torturam inferat, nulla pœna puniendus est, etiam quòd tortus ob tormẽtum moriatur casu, prout sæpe contingere solet. Ista fuit doctrina Bar. *in l. quæstionis modum, ff. de quæstio.* quam sequuti sunt Guido de Suzzar. *in tra. de indic. & tortu. n.* 87. *in fi. vers. si casu absque,* Amad. *in tract. de synd. n.* 113. *vers.* 3. *casu, & nu.* 115. *ver. Aut Iudex non excessit modũ, & ver. aut casu, & ver. ego etiã,* vbi in proposito refert se habuisse duos in manibus, vnum Tuderti, & alium Romæ, dum fuit Senator, qui immediatè cùm fuerunt positi in tortura eleuati à terra per spaciũ vnius brachij vel circa defecerũt, & iudicio Medicorum oppressi à catarrho, vix post plures dies euaserũt, Paris de Put. *in tra. de synd. verbo, tortura, il* 1. *ca.* 12. *an si Officialis aliquẽ tormentauit, in princip. fol. mihi* 321. *à tergo, & n.* 4. *fol.* 322. *col. secunda,* Ang. *de malefi. in verbo, quòd fama publica, n.* 104. *vers. octauò quæro.* Bonifa. de Vital. *in tit. de perseuerat. tormentorũ, §. talis constitutus, nu.* 5. Gandin. *in tit. de quæst. & torm. nu.* 35. *vers. si autem casu.* Lud. Bolog. *in addit. ad Guid. de Suzzar. in d. tract. de indi. & tort. n.* 20. vbi etiam allegat Cyn. Bald. & Sali. *in l. Gracchus, C. de adulter.* & Ang. *in l.* 3. *C. de adult.* plures etiã in idem allegat Marsi. *in pra. §. expedita, n.* 89. *in decursu,*

vbi testatur doctrinam Bart. *in d.l.quæstionis modum*, esse cõ-
* munem* approbatam,& idem repetit idem Mars. *in d.l.quæstionis modum,n.77.pariter in discursu,ff.de quæst.* Bru. *de indi. 2.par.q.5.n.20.& n.29.& n.31.in fine,& n.32.*pariter in fine, quibus in locis pluribus rationibus hanc comprobat limitationem,& ibidem *q.7.n.1.in fine*, Boss. *in tit.de tort.n.*30. vbi pariter dicit in hoc Bartol. esse ab omnibus approbatum , & de cõmuni etiam post alios quos allegat,testatur Ant. Gom. *var.resol.tomo 3.c.13.rub.de tort.reorum,n.6.ver.si verò licitè, & vers.& in expresso*,Franc.de March. *q.98 n.3. parte 2.* Menoc. *de arb.q.li.2.casu* 349.*n.*98.vbi quòd ita tenent omnes, Clar. *in pra.q.64.Iudex autem*, ibi, *vbi tamen Iudex, &c.* vbi pariter testatur de communi,& omnes præfati Doctores hac potissimùm ratione nituntur,quia qui lege permittente facit, pœnam non meretur. *l.Gracchus, C.ad l. Iul.de adult.* vide ad idem quæ dixi *infra.n.*136.

132 AMPLIA Hanc†quartam limitationem quia in dubio in Iudice torquente reum non præsumitur,nec dolus,nec culpa, nec excessus, & ideo qui Iudicem in dolo,culpa,aut excessu dixerit,probare tenetur , secundùm Guid.de Suzzar. *in tract. de indic.& tort.n.*86.*& n.*87.*vers.Nam in dubio*,& ibid.Lud. Bolognin.*n.*89.*in fi.& n.*10.*vers.& in dubio non præsumitur*, Amad. *de syndic.n.*114.*vers.Præsumitur enim* Paris de Put. *de syndica.in verbo,tortura , cap.*12. *An si Officialis aliquem tormentauit,n.*2.*vers.& in dubio præsumitur,& n.*4.*vers. & quia omne bonum præsumitur*,Angel. *de malefic.in verbo,quòd fama publica præceden.post n.*104.Gandin. *in tit.de quæst.& tormen. n.*35.*vers.Contra videtur, & vers.præterea in dubio*, Marsil. *in pract.§.expedita,nu.*89.*vers.in dubio autem, & in l. quæstionis modum,n.*77.*ad finem,eodem vers.in dubio autem, ff.de quæst.* Bonifac.de Vitallin. *vbi suprà* mox etiàm citaui , *dicto n.quinto,vers.& hoc verius videtur*,Rondinell. *de syndica.num.* 135. Brunus *de indic.secunda par. quæstio.*5.*num.*21.*& n.*30. *vers. Præsumit enim Princeps,& num.*31. *vers.in dubio enim si non apparet*,Boss. *de tortu.num.*30.*vers.& in dubio ita præsumitur*, Ant.Gom. *dicta rub. de tortura reorum, n.sexto, vers.in dubio tamen,& ibi in additio. litera D*,Menoch. *de arbi.quæst. lib.*2. *dicto casu* 340.*n.*13.*vers. Nam in dubio :* ex quibus facilè re-
* stari possum , ita communiter * Doctores tenere. Ratio
133 † enim propositæ cõmunis ampliationis,duplex est in promptu,tum quia in dubio dolus non præsumitur, *l.dolum, C. de dolo,l.quoties §.qui dolo, ff. de probatio. item nec culpa, l.*2. *ff.si quis caut.l.in illa stipulatione,si calendis, ff.de verborum obli. l. si quis fundum,§. Imperator*, & ibi gl. *in verbo,potest, ff. loca.*
134 Tum † etiam quia pro Iudice , & Officiali semper iura præsumunt. *l.*1 *,in fin.ff.de offi.præsid.l.*2.*§. si publicanus, ff.vi bon. rapt.l.nimis,C.de acq.poss.cum similib.*

135 Quomodo † igitur probabitur , Iudicem isto casu fuisse in dolo,vel culpa, an verò secus?facias infrà scriptas conclusiones.

136 Prima†sit conclusio quòd quando in actis apparent legitima , & sufficientia indicia , quibus reus fuit torturæ subiectus,tunc sine dubio dolus iudicis non præsumitur , & omni etiam excluditur culpa,vt suprà deduxi,*n.*131.& in specie vltra Doctores ibi allegatos, ita tradiderunt, Paris de Put.post Ang.quem allegat. *in tra.de syndic.verbo,tortura,il primo, ca.* 12.*an si Officialis aliquem tormentauit,n.secundo,vers.& dixit ibi Ang.* Amad. *de syndic.n.*114.Brun. *de indic.*2.*par.q. quinta, n.*30.Menoch. *de arb.q.li.*2. *d. casu* 340.*n.*13.*ad finem, versi. & dicendum est primo.*

137 Secunda†sit conclusio,quòd pariter in Iudice non præsumitur dolus aut excessus , quando torsit reum iuxta modum solitum, in loco solito, & per ministros solitos, vt per Paridem de Put. *in tract.de syndica.verbo, tortura,il primo, c.duodecimo,an si Officialis aliquem tormentauit, n.*1.*vers.& quando dicatur,& n.*2.*prope finem,& num. sexto, ver. Quòd si non excessit modum consuetum,& ver.vbi de torquente in loco soli-*
138 *to*,sequitur Menoc. *d.casu* 340.*n.*13.† Et contrà,quando Iudex non seruauit solitum modum, tunc dolus præsumitur, vt per eundem Paridem ibi, *n.*3.*in fi.vers. quòd si Iudex excessit modum consuetum.*

139 Tertia † sit conclusio, quòd etiam omnis dolus in Iudice. seu culpa excluditur, quando probatur , quòd tortus noluit medicamenta sibi à medicis subministrata sumere , & ob id vel remanserit debilitatus,vel præ nimio dolore mortuus fuerit,vt per Parid.de Put. *de syndica. d.verbo, tortura, il primo, capit. duodecimo. an si Officialis aliquem tormentauit, n.*6.*ver. quòd si non excessit modum*,sequitur Menoch. *dicto casu* 340. *n.duodecimo*, vbi allegat Card. *in cap. cùm in contemplatione, de regul.iur.* quia damnum quod quis sua culpa patitur , sibi imputari debet , & non alteri, & in simili dicimus de vulnerante,quòd non tenetur de occiso,si vulneratus ob suum malum regimen decedat, *l.si qui occidit,§.si.ff.ad l.Aquil.*

Quarta†sit conclusio,quòd statur relationi Notarij, quæ, 140
& quanta,& qualis fuerit inflicta tortura, & sic an per ludicem fuerit excessum,vel non,respicienda est scriptura Notarij , qui propterea hæc omnia bene adnotare debet , vt per Anto.Gomez. *variarum resolutio.tomo* 3.*cap.*13.*rub.de tortura reorum,n.*6.*ver.optimum consilium*, vbi quòd ita* commu- *
niter fit , & seruatur à peritis Tabellionibus , & Notariis, refert & sequitur Clar. *in pract.§.fi.q.*64.*sub ver. Iudex autem, in fi.*nec dissentit Meno. *de arbit.q.lib.*2.*d. casu* 340. *num.*10. Franc.Personal. *de indic.& tortura,post num.*10.

Quinta†sit conclusio quòd excessus,& non excessus tor- 141
turæ probatur ex medicorum relatione:qui mediei inspiciũt corpus , & ex eius inspectione arbitrantur , an ex tormentis inordinatis mortuus fuerit , corporis liuores attendendo, secundùm Angel. quem refert,& sequitur Paris de Put. *in tra. de syndica.verbo,tortura,il primo, c.*12.*an si Officialis aliquem tormentauit,n.*2.*ad finem*, Menoch. *dicto casu* 344.*n.vndecimo,in fine,ver.secũdum modum torturæ excessum*;& facit, quia super infirmitatibus hominis , & super causis ex quibus quis obierit morte naturali,vel violenta , regulariter medicorum relationi tanquam in arte peritorum standum est , ad tradita per Petr.à Placha *in Epitom.delict.capitul.*13.*num.*6.Clar. *in pra.§.homicidium,vers.scias autem*,vbi de communi , & practicata opinione, * cum aliis per Mascard. *de probatio. lib.*3.* *conclus.*1034.*n.quinto.*

Sexta †sit conclusio,quòd qualis,& quanta fuerit adhibi- 142
ta tortura,& sic an fuerit excessum, vel non, probatur per illos de domo , ac de carcere , & loco in quo fuit ipsa tortura adhibita,Amad. *de syndica.n.*115.Paris *de syndica.dicto verbo, tortura,il primo,cap.*1.*an si Officialis aliquem tormentauit,n.*2.*ver.& probat qualitatem*, vbi allegat Angel. *in l. Iulia,de vi publica*,Brun. *de indic.& tortura,par.*2.*quæst.*5.*n.*13.*ver.poterit tamen Potestas.* Et ab hac opinione licèt forsan habeat in se aliquam dubitationem,durum est recedere,tum ob authoritatem Ang.& Parid. de Put.tum quia benignior est,vt animaduertit Menoch. *d. casu* 340.*n.*11.

Septima sit conclusio,†quòd si rudens,trabes, aut funicu- 143
lus fractus fuerit,& tortus in terram proiectus crura fregerit, aut mortuus fuerit, Iudex isto casu in nulla dicitur culpa, si illum torserit in loco solito, & modo consueto, iuxta ea quæ dixi *supra n.*37.secundùm Paridem de Put. *d.verbo, tortura, il primo,c.*12.*an si Officialis aliquem tormentauit,num.*6.*vers. plus etiam dico*,vbi reddit rationem, quia scilicet ligare, torquere,& in altum trahere,non spectat ad Iudicem,sed ad carcerarium qui propterea debet habere curam de prædictis instrumentis, vt sint bene disposita , & apta:licèt etiam Iudex (vt bene adnotauit Paris de Put.in loco citato)debeat etiam ipse iubere carcerario, vt hæc omnia prouideat , ne possit de aliqua culpa aut negligentia redargui. Ad quæ vide etiam Baiard. *in addi.ad Clar.in pract.§.fi.q.*64.*n.*109.

Octaua sit conclusio, † quòd dolus præsumitur in Iudice, 144
si ad torturam omnino deuenit de facto , secundùm Boss. *in dicto ti.de tortura,n.decimooctauo,ver.& præsumitur dolus*;& est ratio , quia vbi Iudex procedit iuris ordine seruato , & de facto dicitur procedere,vt priuatus, & iniquè agit,Marsil. *in l.*1 *.in princip.num.*18.*ff.de quæst.& in l.lege Cornelia,n.*86.*ff. ad l.Cornel.de sicar.*Conrad. *in pract.ti. de carcerat.n.sexto. in fine, fol.mihi* 276. & propterea ipsi tunc etiam impunè resisti posse dixi *in primo libro, in 4.ti.de carceribus , & carceratis,q.* 32.*n.*97.*& seqq.& n.*116.

Nona sit conclusio,†quòd quando Iudex aliquẽ torquet, 145
debet esse præsens torturæ,& bene semper videre reum quomodo se habeat, & an deficiat nécne , & si videt illum deficientem , debet statim mandare illum deponi , aliàs si hanc non adhibuerit diligentiam,positóque reo in tortura,vel abeat,vel ad alias stantias diuertendo ibidem edat forsan, & bibat,ac,quod peius est, ludat, prout vidi plures Iudices hęc &
similia

similia facere reum relinquendo, vel solum, vel in manibus custodum, vt plurimum crudelium, & indiscretorum, tortusque ob id deficiens in tormentis moriatur: non crederem hunc Iudicem immunem à pœna saltem extraordinaria pro modo culpæ ex eo, quòd non assistit torturæ, prout assistere debet, secundùm Menoch. *de arbitr. quæstio. libro 2. d. casu 340 numero 13. versicu. in dubio credo esse præsumendum.* Assistant ergo Iudices semper torturæ, & si assistere nolunt, timore pœnæ legalis, assistant saltem ne adueniente morte rei subeant calumnias, & vociferationes popularium, & vulgarium, qui aliquando de facto propter huiusmodi casus armata manu contra Officiales etiam innocentes insurgunt, prout aliàs euenisse Perusij d. Sancto de Corneto, qui vix euasit à furore populi, testatur Amadeus *de syndica. dicto numero 115. versicu. aduertendum tamen*, quem refert Brun. *de indic. 2. parte, quæst. 5. post numer. 32.* & Clar. *q. 64. sub versi. Iudex autem.*

146 Decima & vltima sit conclusio, † quòd licèt dolus tanquam difficilis probationis probetur coniecturis, *l. dolum, C. de dolo*, quia tamen istæ coniecturæ debent esse perspicuæ, claræ & manifestæ, vt per Castr. *in d. l. dolum*, & ibi gloss. *in verbo conuenit*, Marian. Socin. *consi. 37. num. 27. vol. 7.* Aymo. *cons. 8. num. 1.* Granut. *cons. 30. num. 10. libro 2.* Roland. *consi. 11. numero 9. volum. 3.* Capra, *concluſ. 70. numero 40.* Cepha. *cons. 121. num. 11.*

147 Idcirco † ad probandum dolum Iudicis, pro quo iura multùm præsumunt, coniecturas eò euidentiores, & clariores debere esse post Baldum, Angelum, & alios quos allegat, scripsit Conrad. *in l. 11. in 11. limitatione, aduersus Iudicem, n. 5. C. si de momen. possess. & in terminis in Iudice torquente*, scripsit Menoch. *d. casu 340. n. 13. in fine, in vltimis verbis.*

148 LIMITA V. Eandem † duodecimam principalem ampliationem, in qua dixi pœnam mortis esse indicendam Iudici indebitè aliquem torquenti, vt non procedat è contrà in Iudice non torquente eum, quem de iure torquere debebat: is nempe Iudex, licèt secundùm aliquos non videatur puniendus vlla pœna, rationibus adductis per Anton. Gomez. *tit. de tortura reorum, n. 22. vers. Item quæro, an Iudex*, veritas tamen est quòd punitur, sed non pœna mortis, sicut post Bartolum *in l. final. n. 1. ff. de q.* & Bald. *in l. penult. n. 1. C. quorum appellatio*, & ibi etiam Salicet. *col. penult.* concludit Ant. Gomez. *vbi sup. d. n. 22. ver. Sed his non obstantibus*, vbi quòd hoc reputat verissimum, & respondet contrariis.

149 LIMITA VI. Vt † Iudex non possit conueniri in syndicatu, etiam quòd reum indebitè torserit, quando in relaxatione eiusdem rei illum blandis verbis induxerit ad confitendum, quòd legitimè fuit tortus: tunc enim si Iudex fecerit de tali confessione rogari Notarium, tutus erit in syndicatu: sic enim pro cautela hoc * communiter traditur à Doctoribus vt videre est apud Ang. *in l. iniuriam, §. si quis de cætero ff. de iniur.* * vbi dicit, ita vidisse de facto practicari & obtineri, & Ang. sequuti sunt Brun. *de indic. & tortura, 2. parte, qu. 5. n. 66.* Ferrat. *cautel. decima quarta, n. primo, & sequent.* Cataldin. *de syndica. quæstio. 3. num. 7.* vbi pariter dicit, quòd hoc vidit multùm practicari, Ioan. Maria Monticell. *regul. crim. 10. num. vigesimo*, Marsi. *in pract. §. quoniam, n. 48. post medium*, Rondinell. *de syndica. num. 23 3.* vbi ponit etiam alias cautelas, Clar. *in pra. §. final, quæstio. 64. versic. & in hoc proposito:* vbi tamen dicit, quòd apud eum non seruatur, quòd Iudex hoc faciat scribi in actis.

150 LIMITA I. & † principaliter regulam in hac quæstione propositam, vt non procedat in delictis occultis, & difficilis probationis, prout sunt proditiones & tractatus, qui secretè fiunt, delicta de nocte, seu aliàs clam commissa, furtum, adulterium, simonia, sodomia, venenum, falsa moneta partus suppositus, & alia similia, de quibus etiam dicam *infra, in titu. de reo confesso & conuicto, quæstion. 86. numero 35.* vbi tractaui, an & quando in delictis occultis admittatur præsumptiua probatio. Delictum à multitudine personarum commissum, de quo particulariter dixi *infrà, in tit. de pœn. tempera. quæst. 96. numero 70. & sequent.* in iis inquam casibus, & delictis ad torquendum Iudex debet esse promptior, quàm in aliis, & * ideo leuiora sufficiunt indicia, vt per Bal. qui ad id * communiter allegari solet, *in l. quicumque, numero vigesimoquinto, in 8. notabili, C. de seru. fugit. & in l. 3. num. tertio, C. de Episcopal. audien.* quem in proposito sequuti sunt Francisc. Cason. *in quæstionibus post tractatum de indic. & tortu. rub. de non torquen. sine indic. capit. 5. num. 4. vers. Sed secundum aliquos, & numer. 5.* Ias. *in l. 4. § si tibi indicium, ff. de condict. ob turp. cau.* Carter. *in prac. in 2. tractatu de indic. & tort. §. circa quartum, qualiter, & quando ad tortu. deueniatur, nu. 19.* Guid de Suzzar. *in tract. de indic. & tortu. num. 38.* Brun. *de indic. 2. pa. q. 5. n. 6.* Dec. *conſ. 342. n. 3.* Gramm. *voto 3. n. 2. & seqq. & consilio 40. n. 7.* Marsil. *conſ. 61. in fine & in pract. §. principium, n. 16.* Conrad. *in pract. in titu. de negat. cri. & torm. n. 25. vers. leuiora indicia, fol. mihi 296. in princip.* vbi ad id allegat Plot. *in l. si quando, n. 59. 147. 150. & 341. in antiqua impressione*, idem Conrad. vbi mox eum citaui, *n. 34. ver. Item in prodimentis, & tractatibus, & in ver. In proditionibus, & aliis tractatibus, & in vers. In crimine fraudati census, & adulter j. fol. mihi 300. col. 1.* Ioan. Maria Monticel. *regu. crim. 10. n. 33. & 41.* Paul. Meren. *inter conſ. criminalia, conſ. 90. n. 26. & sequentib. vol. 2. in fol.* Roland. *conſ. 7. nu. 5. & n. 7. vol. 1.* Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tort. n. 170. & seqq. & n. 174.* Osasc. *dec. Pedemon. 79. n. 10.* Clar. *in pract. §. fina. quæst. 64. ver. & ideo dici solet*, vbi testatur de * cõmuni, ex Igneo, *in l. prima §. serui appellatio, n. 75 ff. ad Syllan.* Dec. *conſ. 18. n. 54. vol. 1.* Paul. Granut. *theorema. 23. n. 15.* Franciſ. Personal. *de indic. & tortur. post nu. 100. & num. 23.* Hieronym. Laurent. *decis. Auenionen. 29. n. 4. 5. & 6.* vbi in specie loquitur in crimine veneni, Honded. *consilio 107. num. 5. & 6.* *

SVBLIMITANDO Hanc † primam limitationem aduer- 151
te, quòd licèt aliqui Doctores, ex Bald. *in d. l. quicunque, nuno. vigesimoquinto, C. de ser. fugit.* dixerunt, in delictis occultis & difficilis probationis Iudicem posse incipere à tortura, & sic torquere etiam sine indiciis, prout dixerunt Grammat. *dicto consilio 40. n. 7.* Gig. *de crim. læsæ maiestat. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læsæ maiestat. probet. quæst. vigesima sexta, nu. 2.* Dec. *dicto conſ. 18. n. 54. vol. 1.*

Et † è contrà Osasc. *in dicta decis. Pedemon. 79. n. 55. ver-* 152
sicul. Nec obstat, & n. 56. meliùs ponderando verba Bald. *in d. l. quicunque*, quàm fecerint Doctores præallegati dixerit, non solùm requiri indicia in delictis occultis, & difficilis probationis, verum etiam ea debere esse certa, & talia, vt denegari vix possit delictum, & sic legitima, & sufficientia, prout in aliis delictis, prout etiam eadem indicia non solùm legitima, sed etiam quòd inquisitus sit malæ famæ, requirere videtur Hieronym. Lauren. qui loquitur in crimine veneni. *d. decis. Auenionen. 20. num. decimoquinto, & 16.* Honded. *conſil. 107. num. 52.* (vbi refert & sequitur Osasc. *d. decis. Pedemon. 79. n. 55.*) *& num. 53. & seqq.* vbi declarat duobus aliis modis per illam conclusionem, quòd scilicet in delictis occultis & de nocte commissis leuiores sufficiunt probationes, leuioráque ad torquendum sufficiciunt indicia.

Veritas † tamen est, & ita magis * communiter à Docto- 153
ribus receptum est, quòd indicia requiruntur, sed leuiora, * quàm in aliis delictis, & ita indicia leuiora, ob probationis difficultatem reputantur legitima, & sufficientia, prout ex præallegatis Doctoribus expressè sic materiam hanc declarant Cason. *de indic. in quæstionibus, capitu. quinto, rubr. de non torq. sine indic. num. quinto, ver. Iudex debet esse promptior. & n. 6. ver. Sed considerando*, & Carrer. *in dicto §. circa quartum, qualiter, & quando ad torturam deueniatur, num. 19. in fine.* Franc. Personal. *vbi supra, n. 23. ver. Non tamen illum torquere potest.*

LIMITA II. Eandem † regulam in mandatario homicida, 154
assassino, qui ad indicandum mandantem (quando inter ipsũ & occisum nulla aderat inimicitia & causa offendendi) potest absque aliis indiciis torqueri: satis enim legitimum indicium isto casu reputatur, quòd nemo præsumitur delinquere sine causa, & si causam propriam occidens non habeat, necesse est, vt ad alterius instantiam id fecerit, ideo stante hac materia verisimiliori, meritò absque aliis indiciis poterit torqueri in genere, ad cuius instantiam occiderit, secundùm gloss. *in l. non ideo minùs, in verbo, quoniam*, & ibi Bal. *n. primo, C. de accusat.* & est text. ni fallor, multùm clarus *in l. etsi certus, ff. ad Syllan.* per hæc verba incipiens, *Etsi certus sit percussor. tamen habẽda est quæstio, vt cædis mandator inueniatur, vtique autem ipse maximè quæstioni dabitur*, & ibi hoc præcipuè post gloss. notat Angel. *n. 1. ver. Habent ergo remedium assessores.*

item est

sitē est alius tex. *in eod. tit. ff. id Syllan. l. prius*, *Prius*, inquit ibi Modestinus Iurisconsultus, *de se familia torquenda est, & si confiteatur, tunc interrogetur, quo mandante flagitiū admissum sit.* Et per ista iura quæ iudicio meo sunt generalia, & possūt verificari etiā in percutiente, & vulnerante, si mors non fuerit sequuta, hoc idem affirmarunt Ang. *de malefic. in verbo, & Sempronium Rodulphi, n. 4. ver. & bene nota*, & ibi August. *in additio.* qui dicunt hoc esse inductum specialiter ob immanitatem crimnis, videlicet assassinij, per gloss. *in l. fina. ff. de accusat.* & ita etiam expresè declarat Ludouic. Peguer. *decision. criminal. quinta, n. nono, vers. & etiam in mandatario, iuncto num. decimonono.* Sed ego credo, quòd in hoc nulla sit specialitas, & quòd iura ita statuerunt, quia, vt prædixi, vbi occidēs nō docet de qua causa ad occidendū motus fuit, verisimiliter (nisi stultus erat) ad alicuius instantiam id fecit, ideo ex hac verisimilitudine, quæ quodammodo necessaria est, mouetur Iudex ad ipsum torquendum, vt indicet mandantem, & istam credo esse propriam rationem huius limitationis, prout etiem credidit Angel. *de malefic. in verbo, & Sempronium mandatorem*, Augusti. *in additio. n. quinto, vers. sed aduerte*, & post Augustinum Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tortur. nu.* 144. *iuncto num. 46. in fine*, vbi propterea dixerunt conclusionem procedere indistinctè etiam in mandatario non assassino, dummodo occidendi causam per se non habuisset. Addo pro eadem limitatione Milleum *in praxi crim. persequ. folio mihi* 108. *n. trigesimoprimo*, Foller. *in pract. crim. in verbo, etsi confitebuntur, in tertia parte tertiæ partis, n.* 105. Dec. *consilio* 189. *Latatus sum, numero decimo*, Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tortu. §. circa quintum, n.* 30. & 31. *& in tertio tra. de homicid. & assassin. §. sequitur de mandatario, n.* 13. Foll. *in pract. crimin. in verbo, rei indurati torqueantur, nu. 5.* Marsi. *in pract. §. diligenter, n.* 155. *& in §. quoniam, n.* 28. *& in repetit. n.* 6. *in fine, vers. & teneas menti, & n.* 37. *ff. de quæst. & in l. vnius, §. cognituram, n.* 100. *ff. eodem*, Petr. à Placha *in epitom. delict. cap.* 15. *num.* 19. *& capit.* 19. *num.* 13. *lib.* 1. Ioann. Maria Monticell. *reg. crim.* 10. *num.* 31. *& reg.* 8. *n.* 28. Bertazz. *inter cons. crim. diuers. cons.* 70. *n. quinto, volum.* 2. *in fol.* quod repetitum inter sua consilia, *cons.* 341. *num.* 5. *& lib.* 2. Rolan. *cons.* 73. *n.* 5. *in princ. vol.* 1. *& cons.* 16. *n.* 2. *eodem volum. primo.* Conrad. *in pract. tit. de negat. crimin. & tormen. n.* 34. *vers. adde etiam quòd assassinus, folio mihi* 300. *col.* 1. † Et ita seruari testatur Boss. 155 *in tit. de indic. & considerat. ante tortu. n.* 146. *& n.* 156. *vers. primò considerat*, vbi licèt loquatur in persona vili, prout etiam de vili persona hanc limitationem fore intelligendam apertè voluit Brun. *de indic. & tortu. prima par. quæst.* 3. *nu.* 21. & post Brun. Blanc. *ad l. fi. nu.* 372. *ff. de q. in tra. de indic.* iūctis aliis quos retuli infrà *q.* 43. *n.* 120. idem tamen erit etiā in persona non vili, quando nulla potest considerari causa, qua illud delictū cōmiserit, prout ita indistinctè se vidisse seruari, testatur Clar. *in pract. §. fin. q.* 21. *ver. dictum socij criminis, in fi.* ex quibus sicut negari non potest, limitationem hanc communiter* esse receptam à Doctoribus, cùm ei contradictorem non inuenerim, ita etiam & ego testari possum semper vidisse illam in practica seruari, ad quam etiam faciunt, quæ dixi *infra in q.... n.* 65. *& q.* 43. *n.* 20. & nouissimè addo Flam. Cartar. *in sua pract. interrog. reor. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 92. *&* 93. vbi & ipse testatur de communi opinione & obseruantia.

156 LIMITA III. In custode bonorum, † quæ si furto subtracta fuerint, potest ipse custos torqueri ex præsumptione iuris, quam contra se habet ad iudicandum fures absque aliis indiciis, vt per Bar. *in l. 1. n. 3. ff. de offic. præfec. vigil.* Castrē. *in l. si ter. n. 5. ff. commoda.* Ang. *de malefic. in verbo, vestem cælestem, n.* 17. *ver. & etiam tu Iudex aduertas*, Cataldi. *de syndic. n.* 183. *q.* 287. August. ad Angel. *de malefi. in verbo, quòd fama publica, n.* 107. *in fine*, & ibi etiam idem Angel. *n.* 109. Cæpol. *cons. cri.* 18. *n.* 24. Grat. *cons.* 94. *n.* 29. *vers. circa secundum & cons.* 95. *n.* 1. *& sequ.* 2. Syluan. *cons.* 19. *fui interrogatus in n.* 4. *ve s. inter dū quis conuenitur*, Foller. *in pra. verbo, etsi confitebuntur, in* 3. *parte tertiæ partis, n.* 7. Blanch. *in l. fi. n.* 336. *ff. de q. in tract. de indic.* Conrad. *in pract tit. de negat. crim. & tormen. nu.* 34. *vers. addo etiā vt custos fol. mihi* 300. *col.* 1. Gabriel. Saray. *in addit. ad Matthes. sing.* 55. *Nota quotiscūque, vers. limitantur etiam prædict.* vbi ex Follerio in loco nuper citato, hoc declarat procedere, dummodo custos verisimiliter potuerit habere notitiam de fure, aliter secus, Francisc. Cason. *post tractatū de indic. & tortura, ca.* 5. *rub. de non torq. sine indic. n.* 6. *in princ.* Ioā. Mar. Monticell. *reg.* 10. *n.* 39. Masc. *de proba. lib.* 1. *conclus.* 469. *n.* 2. *& lib.* 2. *concl.* 8. 9. *n.* 11. *& lib.* 3. *concl.* 1285. *n.* 12. & bene hanc conclusionem probat text. *in l.* 3. *§. cognouit præfectus, eodem ti. ff. de offic. præfect. vigil.* addo & Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 31. *n.* 1.

Et idem in custode alicuius ciuitatis, † vel loci deputato 157
ad euitandum damna, furta, seu alia delicta si in eo loco, & ciuitate furtum, incendium, aliúdve delictum commissum fuerit, quod possit idem custos pariter, vt suprà, absque aliis indiciis torqueri, per text. *in d. l. 1. C. de off. præf. vigil.* scripserunt post Bartol. *in ea l.* Ioan. Maria Monticel. *d. reg. cri.* 10. *n.* 28. Cyril. *in summa crim. in* 3. *particula, rub. de q. §.* 3. *n.* 1. vbi & generaliter dixit, quòd præsumitur factum culpa custodum, nisi factum fuerit in loco, vel in tempore, in quo bene custodiri non poterat.

Et idem etiam, † & multò. magis, si furtum factū fuerit in 158
aliquo hospitio seu caupona, quòd possint torqueri serui domestici, & familiares ipsius hospitis absque aliis indiciis, affirmarunt Bart. *in l. vnica. §. serui, n.* 5 *ff. de furt. aduer. naut. caup. & stabul.* vbi dixit se ita alias practicasse, Paris de Put. *in tra. de syndic. in verbo, tortura, il.* 2. *c.* 3 *incip. licèt alias dicatur, fol. mihi* 324. Angel. *de malefic. verbo, quòd fama publica præc. nu.* 167. *vers.* 11. *quæro*, Blanch. *in tra. de malc. ad l. fin. n.* 414. *ff. de quæst.* Brun. *de indic.* 1. *par. q.* 3. *n.* 3. Fran. Cason. *post trac. de indic. & tortu. in quæstionib. ca.* 5. *rub. de non torq. sine indic. n.* 6. Ioan. Mar. Monticel. *reg. crim.* 10. *n.* 29. Cyril. *in summa criminal. par.* 3. *rub.* 29. *de quæstionibus, §.* 3. *n.* 1. *vers. familiares etiā domus. fol. mihi* 149. *col.* 1. Boss. *in ti. de fur. aduer. naut. caupo. stab. n.* 3. cum aliis per Mascard. *de probat lib.* 2. *concl.* 830. *n.* 15. *& concl.* 831. *n.* 15. *& concl.* 833. *n.* 9. Franc. Personal. *de indic. & tortu. n.* 36. vbi ampliat etiam non decreta copia indiciorum: sed ampliatio nō est vera, vt dicam *infra in q.* 39. ex quibus facilè dici potest, propositam tertiam limitationem non solùm esse * communiter à Doctoribus receptam, verùm etiam & in se verissimam. † Si enim facto furto in vna domo, * 159
regulariter illud præsumitur factum à domesticis, & à cōuersantibus in ea, & ex hac præsumptione poterunt ipsi domestici, familiares & conuersari soliti ad torturam poni, vt habetur *in cap. sæpe contingit, 2. q.* 4. notat Luc. de Penna *in l. quem admodum, n.* 7. *C. de agricol. & censit.* Blanch. *in ca. vbi supra, de indic. n.* 43. Boss. *in ti. de indic. n.* 52. *&* 67. *in tit. de tortu. n.* 1. *& in ti. de fur. aduers. caupo. naut. n.* 3. *in fine*, & dixi latiùs *infra, hoc eod. tit. q.* 52. *n.* 99. *& in tract. de testib. q.* 79. *n.* 39. quantò magis furto facto in hospitio erit torquenda familia hospitis, seu cauponis, qui habent etiam contra, vt plurimùm, iuris præsumptionem, vt per Bal. *in l.* 1. *C. loca.*

SVBLIMITA Hanc † tertiam limitationem, vt procedat in 160
custode, hospite, caupone, seu eorum famulis ac domesticis, quia sunt viles personæ, secus si tales non essent, & bonæ famæ, quia tunc absque aliis indiciis minimè possunt torqueri, vt per August. ad Angel. *in verbo, & vestem cælestem, n.* 17. vbi aduertit quòd Bart. *in d. l.* 1. *ff. de offic. præfec. vigil.* loquitur, quādo custos esset homo vilis, vel seruus, & ita etiā loquitur ille textus in seruis custodiētibus. Vnde aliàs secus: & melius hoc idem declarauit idem August. ad Ang. *vbi supra, in verbo, quod fama publica præcedē. n.* 107. Vbi post Specul. quem allegat, dicit in proposito, non esse ita distinctè deueniendum ad torturam cōtra familiam hospitis: sed maximè esse inspiciendam bonam, vel malam famam ipsius hospitis, necnon qualitatem personæ illius, qui dicit se derobatum, an scilicet sit pauper, vel diues, vir probus & ecōtra: illa enim præsumptio iuris, quæ vt plurimùm cōtra hospites, & caupones vrget, de qua per Bal. *in d. l.* 1. *C. loc.* procedit, & habet locū quod scilicet sint homines malæ cōditionis & rapaces: procedit & habet locum quando dubitatur, cuius vitæ, & cōditionis sit hospes, sed si apparet, quòd est bonæ vitæ, & famæ, cessat mala præsumptio, quia probatio præsumptionem excludit, *l.* 1. *C. de probatio. l. nō est verisimile. ff. quod metus cau.* & ita etiā declarationi propositæ assensum præstiterunt Fran. Cason. *vbi sup. de indu. in quæstionibus, c.* 5. *de non torquen. sine indic. n.* 6. *vers. nisi hospes fuerit bonæ famæ*, Conrad. *in pra. tit. de negat. cri. & tormen. n.* 34. *vers. adde etiam*, vbi de custode vili, vel seruo, aliàs secus, Ioann. Mar. Monticel. *reg.* 10. *num.* 29. vbi sequitur doctrinam August. de Arim. ad Ang. *in d. verbo fama publica, vbi*

*vbi supra,d.n.*107. Natta *cons.*362. *n.*4.*& seqq.* Franc. Perso. *de indic.& tort.n.*37.plures allegat. Mascar.*de prob.li.*3.*concl.* 1224.*n.*3.*& concl.*1358.*num.*15.ex quibus etiam facilè testa-
* ri possum hanc declarationem pariter à Doctoribus communiter * receptam esse, à qua nec etiam dissentit Menoch. *de præsumpt.li.*5.*præsump.*31.*n.*2. vbi etiam dat aliam declarationem, quando scilicet custos adhibuit in custodiendo eam diligentiam, quam quisque diligens paterfamilias adhibuisset, quia tunc ex furto subsequuto nulla contra ipsum oritur præsumptio ex Decian.quem allegat *in cons.*373.*num. septimo & octauo.*

161 LIMITA IIII.† & principaliter propositam regulam non procedere in contumace bannito,qui si compareat ad se defendendum, & purgandam contumaciam in termino sibi à statuto concesso,torquetur sine aliis indiciis, ex illa sola præsumptione,quod passus est se exbanniri:sicut post alios,quos allegant,affirmarunt Marsi.*in pract.*§.*d.ligemer,n.*136.*& singu.*117.*ad finem*,Brun.*de indic.& tort.*2.*par.q.*5.*n.*7.Conrad. *in pra.in tit.de negat.cri.& torm.n.*34. *vers.item quando reus, mihi* 300. *&* ibi,*n.*21.*fol.*292.*col.*2.Vbi tamen loquitur iunctis aliis, & multùm considerata qualitate personarum.Ioan.
* Mõticel.*reg.cri.*10.*n.*25.Meno.*de arb.q.li.*1.*q.*84.*n.*7.& est* communis,prout testatur Foll.*in pra.cri.verbo,etsi constebũtur,in* 3.*pa.*3.*partis,n.*815.*&* 16.licèt de ea multùm dubitet, per rationes ibi per ipsum considerat. *n.*9. *& seqq.* De qua re latiùs multa verba feci *in* 1.*li.in ti.de inquisitione,q.*11.*n.*70. *& seqq.*& ad ibi tradita me remitto, ne bis idem repetatur.

162 LIMITA V.† Quando maritus dicitur occidisse vxorem: nam tunc etiam nullis indiciis præcedentibus idem maritus torqueri poterit,secundùm Ioan.Mar.Monticel.*d.reg.cri.*10. *n.*30.vbi allegat gl.*in ca.quæstionem,*12.*q.*2.quam glossam nõ reperio in meo libro talia dicentẽ,ideo limitatio non est vera, prout eam in terminis reprobat Foller. *in practic. crimin. in verbo,item quòd suffocauit vxorem,n.*55.*& seqq.*Bene verum est, quòd si hoc delictum fuerit per maritum clàm commissum,tunc propter difficultatem probationis, leuiora sufficiẽt indicia, per ea quæ posui *sup.n.*150.*in* 1.*limitatione,*& fuit de mente Conrad. *in pract. d.ti.de negat.cri. & torm.n.*34.*vers. Quando maritus, vel vxor,* vbi quòd isto casu sufficiunt indicia saltem præsumptiua: at si de nulla clandestinitate tractatur,in hoc delicto non minora requiruntur indicia, quàm in illis, licèt atrocissimum posset dici, vt per Foller. in loco citato.

163 LIMITA VI.in fure: † qui si confessus fuerit vnum furtum,potest absque aliis indiciis super aliis furtis,& interroga-
* ri, & torqueri si non de iure,saltem de * communi,& generali consuetudine totius Italiæ, de qua testantur Bal.de Periglis,*in tract.de indic,& tortu.cap.*2.*n.*5. Guido de Suzzar. *in tract.de indic. & tortu.n.*56.*vers.sed de generali consuetudine,* & ibi Ludouic.Bologn.*in addit.*Gandin.*in tit.de quæst.& torm.n.*19.*vers.sed de generali consuetudine,* Grammat.*dec.*48. *num.*1.*& seqq.*vbi loquitur siue sua sponte,siue in tortura fateatur furtum;*& iterum in decisio.*34.*num...* vbi quòd ita seruat magna Curia Vicariæ, Claud.Battand.*reg.cri.*43.*n.*2. & plures alij relati per Clar.*in pract.q.*64.*sub vers.successiuè quæro,* Flam.Cartar.*in sua pract.interrogan.reorum,lib.*4.*c.*1.*n.*84. *ver.Quod maximè seruatur in furtis.*

164 Et † hanc consuetudinem non solùm in furto,sed etiã in aliis deductis locum habere, ita quòd confessus vnum delictum,possit de aliis delictis, de quibus non extant indicia, & interrogari,& torqueri,affirmarunt pariter Ang.*de malefic.in verbo,quòd fama publica præcedẽ.n.*120.*ver sed de consuetudine,* Gandin. *vbi supra,dict.n.*19.*& dicto vers.de generali cõsuetudine,* Ludou.Bolog.*in addi.ad Guid.de Suzzar.de indiciis & tort.num.*56. *in fine,* Grammat. *decisio.*48.*numero primo,& sequent.& decis.*34.*& n.*34.*& voto* 13.Vbi quòd ita seruauit,& seruat magna Curia Vicariæ,Iacob Nouel.*regul.*44.*in prima fallen.*Foll.*in pract.in verbo,rei indurati torqueantur,n.*6.*& in verbo,etsi constebũtur,in* 3.*par.*3.*partis,n.*33.relati per Io.Maria Montic.*reg.cri.*16.*n.*2.Boss.*in ti.de indiciis & cõsideration. ante tort. n.*137. *& seqq.* Vbi testatur ita seruari in dominio Mediolani,tam in delictis similibus,quàm etiam in dissimilib. & siue in delictis constet de illorũ corpore,siue etiam non,& ita etiam attestati sunt plures alij relati per Clar.*in d.quæstion.* 64.*sub eodem versiculo, successiuè quæro.* Bertazzo. *consilio cri.* 341.*num.octauo,vol.*2.vbi quòd hæc opinio,tanquam*communis videtur amplectenda, quicquid dicant alij, & pariter eam communem*testatur,& omnino sequendam prædicat: * pluribus comprobat, & Iulio Claro contrarium tenenti in loco mox citando,respondet Franc. Persoual.*in tract.de ind. & tort.n.*99.100.*&* 101. Vbi tamen loquitur, quando reus est leuis vitæ, Cartar.*vbi supra,d. cap.*1.*num.*84. *& in tract. de exequut.sent.cap.bannit.cap.*2.*n.*84. vbi admonet isto casu reum non in specie de certis criminibus, sed in genere si alia patrauerit delicta, interrogandum esse dissentit Baiard. *in addition. ad Clar. in practic. criminal.*§ *final. quæstio.*64.*numer.*147.

Contrarium, † quòd talis consuetudo non valeat,& tan- 165
quam irrationabilis & contra omnem iuris, & æquitatis rationem minimè sit seruanda,scripserunt August.ad Angel.*de malefic.in verbo,quòd fama publica præced.post n.*121.*vers.ego vero credo*, Bonif.de Vital.*in tit.quæ indicia debeant præcedere torturam,n.*7.*vers.sed de consuetudine*, vbi quòd malefacere putat assessores multos,qui hanc consuetudinẽ seruant,Marsil.*l repetit.n.*47 *ff.de quæst.& in cons.*53.*n.*9.*& in pract.*§.*cõstante,n.*14.*&* 15. dicens præterea contra ius commune:idcircò debet aliter probari,quàm per assertionem Doctorum, Conrad.*in pract.tit.de negat.crim. & torm.post n.*22. *fol.mihi* 292. vbi refert & sequitur Marsil. & Augustin. de Arim. in locis nuper citatis,Brun. *d.indic.& tort.parte* 2.*quæst.*5.*num.* 6. Et in rei veritate, licèt Grammat. *d. voto* 13.*in fine* dicat contrarium fuisse resolutum in magna Curia Vicariæ etiam de eius voto in causa cuiusdam Teragnoli de Tugliano, qui confessus homicidium cum qualitate defensionis, ob quod non poterat ad mortem condemnari, fuit adhuc sic vltimo supplicio condemnatus, ob furtum pariter per ipsum confessatum, de quo fuit interrogatus, & etiam tortus nullis præcedentibus indiciis:hæc tamen opinio ipsi magis videtur placere,post quam dicit quòd in alia condemnatione valde synderesis stimulus ipsum stimulabat,nisi iterum ille condemnatus de pleno,antequam esset dimissus ad suspendium, & sic post sententiam & condemnationem furtum illud sine indiciis confessatum ratificasset,& sponte declarasset se in rei veritate,in dicto furto fuisse. Vnde ego elicio, quòd secundùm Grammatic. eo loci non possunt Iudices cum tuta conscientia condemnare hos qui sine indiciis interrogati, & torti fatentur alia delicta, quàm illud pro quo principaliter detinebatur.

Immò † etiam retenta opinione contrarium tenentium ta- 166
lis confessio,sic sine indiciis extorta non sufficit ad condemnandum confitentem,sed ad inchoãdum nouum processum, prout post Paridem de Put.*in tract.de syndic.*quẽ allegat,tradidit idem Mars.*in dict.l.repeti.num. quadragesimo sexto,vers. subdit postea,* quem refert & sequitur Ioan.Mar.Montic.*d. regula* 16 *post numerum quartum.* Foll.supra in contrarium allegatus *in dicto vers.rei indurati torqueantur,num.*33.*in f.*.Nec dissentit Bossius pariter ex aduerso allegatus,*in d.tit. de indic. n.*139.*& seq.*

Reperio † in hac contrarietate Doctorum,quòd aliqui di- 167
stinxerunt sic,quòd si reus est homo malæ famę,& diffamatus,quòd alia commiserit delicta,vtputà quòd sit insignis fur, vel insignis latro, ac viarum grassator, vel aliàs magnus facinorosus,tunc præmissa consuetudo procedat, & tãquam audabilis possit seruari,secus si nulla contra ipsum reum vrgeat diffamatio,vt per Brun.*de indic.*2.*parte,d. quæstio.*5.*num.*66. vbi in terminis sic distinguit Marsil.*in dicta l.repeti, num.*47. *ff.de quæstio.*Grammat.*dicto voto* 13.*n.*14. Ioan.Mar.Montic. *dicta regul.*16.*numero tertio,& quarto,& contrariis in fine,* ibi, *sed pro concordia,&c.& reg.decima,n.*35.vbi etiam in proposito declarat, quis dicatur famosus latro, videtur de mente Bossij *in dicto tit.de indic.& considerat.ante tort.num.*138.ibi, *quando habetur mala opinio in eo,& paulò infra,* ibi, *postquam ille diffamatus est,* Menoc.*de arb.quæst.lib.primo,quæst.*84.*post num.*8. vbi de reo malæ famæ,& in fure insigni,Diaz *in pra. crimin.Canon.c.*117.*numero tertio,* ibi, *limitando quando esset diffamatio generalis contra quòd esset magnus latro*, Conr. *in pra.d.tit.de negat.cri.& tormen.num.*22.*vers.nisi in magno latrone diffamato fol.*292.*columna secunda,* Carrer. *in practic.in secundo tra.de indic. & tort.*§.*circa quartum, n.*74. vbi de publicis disrobatorib. stratarum, & publicis diffamatis,Masc. *in*

tractat.

tract.de probatio.lib.1.concl.353.n.30. vbi refert Carrerium *in loco citato, & lib.3. conclus.1385. n.11.* ibi de insigni fure, vel latrone, Bertazz. *cons.556.n.10.in fi. & seq.lib.2.*

163 Succedit † resolutio Iulij Clari *in d. qu. 64.ver. successiuè quæro, in fine.* vbi relatis pluribus Doctorum authoritatibus attestantibus de præmissa consuetudine, dicit demum, quòd nunquam vidit reum confessum de aliquo crimine interrogari super aliis criminibus, de quibus non adessent contra eum indicia, nisi in crimine assassinij, furti, sforsationis, annonæ, vel talis, & in bannito & condemnato.

169 * Quid ergo dicendum? † De iure communi res nullam prorsus habet difficultatem, & omnes * communiter, nemine contradicente, tenent reum, etiam quòd confessus sit vnum furtum seu delictum, non posse de aliis interrogari, & multò minùs torqueri, si indicia non præcedant, pro cuius conclusionis comprobatione, vide bene loquentem inter omnes præcitatos Doctores Diaz *in pract.crim.cano.d.c.117. n.3.ver.ex quibus eum.*

170 De cõsuetudine, † tu vides contrarietates Doctorum, & pro illarum resolutione esset de duobus discutiendum, primò an credatur Doctoribus præallegatis, sic de consuetudine generali totius Italiæ attestantibus, cùm ipsi forsan in tota Italia non sint versati, prout isto casu non debere credi multò verius crediderim ex allegatis per Straccam, *in tract. de mercatura, tit.de decor.par.5.nu.6.* Hercula. *in tra.de negatiua, n.502.ver.5.restringerem,* Roland. *cons.94.n.21. vol.4.* Hippol.Riminal. *cons.245.n.41. & seqq. lib.3.* Et dato quòd crederetur isto casu Doctoribus sic de consuetudine testantibus, esset secundo loco videndum, an talis consuetudo sit irrationabilis, & non seruanda néene. quæ quidem duæ dubitationes longam requirerent dicendi seriem, ideo

171 Pro nũc † adhæreo distinctioni sup. traditæ, *n.167.* Et quicquid in contrarium, & inter se contradicentes dixerint ac etiam attestati fuerint de cõsuetudine apud eos, Bossius, & Clarus *in locis præcitatis*, ego in Vrbe nunquam vidi, nec furem simplicem, nec bannitum simplicem, nec assassinum simplicem, nec delinquentem simplicem interrogatum & tortum ad habendum alia furta seu delicta in genere, de quibus nulla extabant indicia, sed bene econuerso ad hanc interrogationem, & torturam sæpe deuentum vidi contra fures insignes, & multò magis contra latrones famosos, viarum grassatores ac publicos assassinos, vel etiam contra bannitum pariter famosum, vt putà pluribus capitalibus sententiis condemnatum, vel alias facinorosum, & publicè diffamatum, & sic, vt dixi, teneatur apud nos distinctio prædicta, quam vbique locorum etiam in hac opinionum contrarietate seruandam esse, & æquius, & laudabilius crediderim.

172 Et in statu Ecclesiastico disputatio videtur sublata per cõstitutionẽ fœlicis recordationis Pauli III. quæ in prima patte Bullarij est in ordine 58. *fol.mihi 472.vers.Idem Iudices*, per hæc verba disponẽtem, *Idem Iudices captum pro vno crimine super aliis, de quibus indicia aliqua nõ habent, nullo modo interrogare præsumant, sed tam in his quàm aliis in omnibus occurrentibus iuris cõmunis dispositionem seruare teneãtur, & debeãt.* Et sic in totum derogatur per hãc cõstitutionem assertæ cõsuetudini interrogandi, & torquẽdi reos ad habẽdum alia delicta in genere nõ existentibus indiciis, prout etiam bene aduertit Carrar. *in sua pract.interrogan.reorum.lib.4.c.1.n.95.*

Et si tu dixeris, quòd per hanc Bullam, quæ generaliter loquitur, videtur etiam hoc prohibitum in famosis latronibus, furibus, bannitis, assassinis, ac aliis diffamatis delinquentibus, & tamen suprà dixi hos in Vrbe torqueri ad habendum alia delicta in genere. Respondeo, quòd prædicti famosi delinquentes torquentur, si sunt sic diffamati, non sine aliquibus indiciis, prout Bulla loquitur, sed cum aliquibus indiciis, quibus tacitè Bulla videtur contentari, quia publica diffamatio illo casu succedit loco indiciorum: vel etiam respõdeo quòd hoc est introductum contra eos non consuetudine, quæ videatur reprobata ab ipsa lege, sed de iure communi, prout magis videntur loqui Doctores suprà allegati, *n.166.* Et licèt Baiard. *in addit.ad Clar.in pract.crim. §.fin.qu.64.num.149.* nimis promptus in affirmando practicas & consuetudines dixerit (excepta Vrbe) in statu ecclesiastico semper vidisse seruari consuetudinem, de qua testantur Doctores allegati *supr.n.sm.164.*

Ego tamen hanc suam assertionem minimè veram crediderim, cùm quotidie ad manus meas mille (vt ita dicam) perueniant processus facti in statu ecclesiastico, & tamen non video in illis vnquam pro aliis habendis delictis fuisse aliquẽ tortum, qui aliud (quamuis grauissimum) confessus fuerit delictum.

Et in † proposito aduerte, Iudex, ne erres, quia ista tortura 173
ad habendum alia furta, seu delicta in genere debet esse moderata, non autem excessiua, prout aliàs, & malè quidem vidi obseruatum à quodam Iudice, qui cùm reum conuictum haberet de vno, vel duobus furtis, ad habendum alia furta ipsum tres vices, tribus diebus continuis crudelissimè tormentauit, videlicet duabus primis vicibus in tormento torturæ per horam, & plus pro qualibet vice etiam cum squassis, & ictibus, seu, vt alij vocant, caballetis. Tertia autem vice in tormento vigiliæ per horas vigintiquatuor, & plus: sed nihil, ex Dei voluntate, qui has crudelitates sufferre non potest, fassus fuit, licèt forsan culpabilis esset. † Quo enim iure id fecerit, nescio:
bene scio, quòd ad habẽdum complices, de quibus verisimi- 174
lia extant indicia, Iudex non potest, nec debet reum nisi moderatè torquere, vt infrà suo loco dicã, *videlicet in quæst.40. nu.27.* & tradit Clar. *in pract.d.q.64.vers.veritas est.prope fin.* & sequitur Flam Cartar. *in tract. de exeq.sent. capto bannito, capi.2.num.68. & n.90.in fin.* vbi declarat istud moderamen, videlicet per mediam horam. Cur ergo ad habendũ delicta, de quorũ corpore non constat, nedum non adsunt sufficientia indicia, debeat reus sic atrociter torqueri? Rationem certè ego ignoro, præsertim quia vt plurimum rei, qui iam fassi sunt delictum pro quo detinebantur, si erat capitale, bene sciunt, quòd vltimo supplicio afficiendi sunt: & sic verisimile est, quòd si alia commisissent, certi de morte, illa facillimè faterentur, absque eo quòd tot tormenta, & dolores patiantur, prout sæpe vidi in famosissimis latronibus & bannitis, qui certi de eorum morte, omnia alia liberè fassi sunt absque tortura. † Moderatè igitur Iudex torqueat reum, nec faciat, 175
prout faciunt quidam alij Iudices, quos audiui isto casu dicere reos fore torquendos tanquam cadauera (ex eo quòd iam morti tradendi sunt) quia si aliter facient, si in hoc mundo pœnas non luant, in alio seculo expectent atrociora dæmonis tormenta, & ita, vt suprà declaraui, fuit de mente Fran. Personal. *in tract.de indic.& tort.num.103.*

LIMITA VII. In reo, † qui interrogatus à Iudice super de- 176
licto, pro quo est inquisitus, & carceratus, vel non, vult ei respondere, vel si respondet, non præcisè respondet: istis enim casibus non ad habendum cõfessionem super delicto, sed ad habendum respõsionem affirmatiuam, vel negatiuam, & sic, præcisam absque aliis indiciis, poterit sine dubio torqueri Bald. *in l.accusationem, n.6.vers.super hoc melius distingue, C. de accus.* quem in proposito sequuti sunt, Paris de Put. *in tract.de syndi.in verbo, tortus, c.7.incipien.sequitur quæstio, nu.16. fol.mihi 350.col.3.* Maran. *in Speculo, in sexta parte, secundo membro, in verbo, contumacia, num.20. & in tit.de quæst.nu.9.* Brun. *de indic.& tortu.2.part.quæst.5.post nu.4.vers.Dicta tamen regula fallit*, Blanc. *de indic.ad l.fin.de quæst.nu.273.* vbi de illis rusticis, qui à Iudice interrogati aliud respondere nolunt, nisi quòd se referũt ad id quod scriptum est, & testatur illos propterea fuisse optimè tortos, prout sibi contigit bis mensibus elapsis, Capic. *decis.145.* in causa cuiusdam accusati, Foller. *in pract.crim.verbo, etsi confitebũtur, in 3.part.3.partis, nu.4.* vbi ita testatur se tribus vicibus practicasse in terra sancti Seuerini, pluribúsque hanc limitationem comprobat, & respondet contrariis, Carrer. *in pract.in 2.tract.de indic.& tort.circa 4.nu.24.* Gabr.Saray. *in addit.ad Matthes.sing.35. Nota quòd quotiescũque.vers.limita tamen prædicta*, vbi refert tradita per Foll. *in loco citato*, Conrad. *in pract.tit.de neg.crim. & tormen.n.34.vers.item quando reus non vult respondere.fol.300.col.1.* Ioan.Mar.Montic. *reg.crim.10.n.30.* Carauit. *super ritu magnæ Cur.249.n.14.* Ant.Gom. *variar.resol.tom.3.c.12. de proba.delict.n.5.* vbi latè respondendo contrariis defendit,
† quòd etiam in causis criminalib. reus tenetur iurare de ca- 177
lumnia, & medio iuramento respõdere positionibus datis ad instantiã partis, vel etiam Iudici ex officio interroganti, quod de iuramento tradidit etiam, & * communiter practicari te- *
statur Clarus post plures quos allegat *in pract.q. vers.sed quæro:* & depositionibus pro parte accusatoris datis, vel fisci,

fisci,aut Iudicis ex officio inquirentis, an & quando reus teneatur respondere,vide omnino Flam.Cartar.*in sua prac.interrogan.reo.lib.3.c.3.n.17.vers.& cum reus.*vbi plures allegat in materia, sed pro hac eadem proposita septima limitatione, addo Masc.*de probat.lib.3.concl.1385.n.15.* Clar. *in pract. d. q.15.vers.sed pone,in prin.*vbi quòd ista est bona practica,& illam vidit sæpe obseruari non solùm quando reus nihil omnino vult respondere, sed etiam quando respondet per verba dubia,putà dicendo:*Non scio*,vel,*non recordor*.& ita etiam in non præcisè respondente scripserunt ex Bald.*in d.l.accusationem*,Boss *in tit.de respon.a reo facien.n.4.* Vulpell. *cons.34.n.7.* * Ioseph. Ludou. *concl.38.vers.primus casus*, vbi testatur, ita * communiter practicari, Menoch. *de præsump.lib.1.quæst.19. n.142.*& quòd pariter reus non dicatur bene respondere, & quòd eius responsio non sit recipienda, quãdo respondet per verbum credo,in iis quæ corpore percipiuntur,pluribus Doctorum authoritatibus comprobat Flam. Cartar. *in pract. interrogan.reo.li.3.n.17.ver.& cum reus.* ex quibus negari non * potest hanc septimam limitationem communiter * à Doctoribus fuisse receptam, & in practica seruatam, prout etiam quotidie apud nos idem seruari,negare non possumus.

178 AMPLIA I.Hanc†septimam limitationẽ, vt licèt isto casu tortura inferatur non ad eruendum confessionem super delicto,de quo quæritur,sed solùm ad habendum responsionem affirmatiuam vel negatiuam, prout dicunt Bald.& alij præcitati Doctores,si tamen reus dolore commotus fateatur delictum, & affirmatiuè respondeat, talis confessio, etiam quòd emanauerit sine indiciis, est valida & sufficit ad condemnandum,vt in specie scripsit Foll.*vbi supra,dicto verbo,& si confitebuntur,in tertia parte tertiæ partis,n.4.vers.quo casu si sequatur confessio*, sequitur Gabriel. Saray. *in addi.ad Matth. sing.55. post d.cons.limita tamen prædicta.*

179 AMPLIA II Eandem † limitationem, vt procedat,etiam quòd reus petat dilationem ad deliberandum,an velit respõdere affirmatiuè, vel negatiuè: nam absque concessione huius termini: videtur ipsum posse cogi ad respondendum, se- * cundùm * communem, & practicatam opinionem, de qua post Bal.*in l.cùm falsum,num.2.ff.de acquiren. hæred.* Salicet. *in authen.offeratur, numero 6.C.de litis contestat.* & ibi etiam Paul.de Castro *numero 5.& num.11.* Conrad. *in practica de offic.prætor. in sis ciuilibus, rubr.de libel. numero 5. & de offic. prætor. in. caussa criminali,titul.de confessione crim. numero 2. fol.289.* August. ad Angel.*de malefic.in verbo, comparuerunt dicti inquisiti,& confitentur totum,numero.6.* Amad. *de syndica.numero 184.* testatur Clarum *in pract.d.q.45.vers.sed hic quæro.*

180 LIMITANDO Hanc†secundam ampliationem aduerte, quòd illa procedit in reo, qui non vult respondere inquisitioni contra ipsum formatæ,& petit terminum ad deliberandum,quo casu in criminalibus sine dubio talis terminus concedi non debet,prout dicunt Doctores præallegati,sed secus crederem in eo respõdente,sed non præcisè, putà si diceret, *non recordor*, & esset interrogatus non super delicto, sed super circumstantiis substantialibus ad delictum inferentibus, prout infrà mox dicam : tunc enim si reus petat à Iudice aliquem competentem terminum ad hoc,vt bene possit recordari,Iudex potest,& debet illum concedere, quia aliud non quærit,nisi responsionem affirmatiuam,vel negatiuam,& ita pluries seruari vidi.

181 SVBLIMITA I.Hanc † eandem septimam limitationẽ,vt procedat in non respondente, vel non præcisè respondente interrogatorio Iudicis concernenti ipsum delictum principale,& sic,an commiserit,vel non commiserit dictum delictũ: secus in non respondente, vel non præcisè respondente interrogatoriis concernentibus qualitates, & circumstantias ipsius rei,quia tunc non potest super hoc torqueri, prout videntur innuere Doctores præallegati, qui loquuntur in non respondente inquisitioni, vel accusationi & in specie sic declarauit Foll.*vbi supra,d.verbo,& si confitebũtur,3.part.3 partis.post n.4.vers. quam quidem concluf. sanè intelligo*, sequitur Gabriel. Saray. *in addit.ad Matthes.d sing.55.ver.quæ concl. videtur intelligẽda*, Vulpel.*in cons.cri.34 n.7.* vbi quòd practica torquendi reos super præcisa responsione seruatur quãdo reus interrogatur de crimine tantùm,vel de eo,quod præcisè crimẽ infert, ex Baldo *in d.l.accusationẽ,C.de accusatio.*cuius doctrina originaliter circumfertur in materia; qui quidem Bald. loquitur in interrogatione quæ fit vel de ipso crimine, vel quæ necessariò infert ad ipsum crimen.

Sed certè,†quicquid dicat Foller.& alij præcitati,practica 182
seruat,quòd si interrogatorium concernat circũstantias substantiales,& pertinentes ad ipsum delictum:etiam quòd non concernãt propriũ delictum potest torqueri reus non præcisè respondens: & item etiam apud eum seruari testatur Clar.*d.q.45 sub eod.vers.sed pone quod reus*;sed si interrogatio contineret aliquid non substantiale,nec inferens se ad delictum, tunc admittitur responsio etiam non præcisa, & per verbum *recordor*,& ita apud nos practicatur.

At si nullatenus reus vellet respondere,tunc ad respondẽdum potest cogi per torturam, siue interrogatio contineat delictum,siue eius substantiam,siue non : dum enim sic non respondet, videtur contemnere Iudicem, & efficitur contumax & ratione illius contempnus, & contumaciæ potest cogi ad respondendum,& torqueri,vt per eundem Foll.*d.n.4.ver. Et est ratio huius decisionis*,quam refert,& sequitur Saray. *d. sing.55.*& testatur Clar. *in loco præcitato, quod de anno 1554.* cùm quidam Montinus interrogatus super quadam rixa, in quà interuenerat,nollet respondere,nec iurare,fuit iussu Senatus publicè tortus tribus ictibus funis:& deinde reductus ad carceres,iurauit,& respondit ad interrogata.

SVBLIMITA II. Dictam † septimam limitationem non 183
procedere, nisi vel quando contra reum super delicto adest diffamatio,secundùm communem,* de qua per Card.Alexãdrin.*in c.de accusatione,col.39.circa fin.q.8.* Dom.Ant de Padilla *in l.transiger,en.5.C.de trasact.* Vel si non adest diffamatio, adest aliquod aliud indicium loco diffamationis, secundùm Clar.*d.q.45.vers sed pone quod reus,in fi.*quẽ refert Menoc.*de præsum.li.1.a.q.89.n.142.in fine*:iis enim casibus reus nõ præcisè respondens potest torqueri,aliàs secus,vt per Clarũ in loco citato,& hæc est,iudicio meo, optima declaratio. Nõ enim debet esse in potestate Iudicis,sub prætextu nõ præcisæ responsionis, torquere illũ reum contra quem super delicto principali nulla habet indicia:esset enim per indirectum admittere,quod directa via denegatur.†Et multò minus po- 184
terit reus non præcisè respondens torqueri, si non cõstat de corpore delicti,de quo tractatur,vt per Foll.*in pra.d.verbo,& si cõfitebũtur,in 3.par.3.partis, n.4.vers.intelligo etia prædicta.*

SVBLIMITA III.Id † quod dixi de torquente reum pro 185
præcisa responsione, vt non habeat locum quando verisimiliter reus non recordaretur de eo de quo interrogetur : quia tunc admittitur responsio per verbum *nõ recordor*,nec ob id potest torqueri ad præcisè respondendum sicuti bene declarat Clar.*in pra.d.q.45.sub eodem vers.sed pone quod reus*. vbi dicit torqueri reum nõ præcisè respondentem super circumstantiis substantialibus, & pertinentibus ad delictum, modò sint tales,de quibus verisimile sit ipsum recordari, putà quia interrogetur de facto proprio, de modico tempore,& de rebus de quibus solẽt homines communiter recordari,arbitrio Iudicis, considerata facti, & personarum qualitate. Nec dissentit Boss.*vbi supra,in tit.respon.a reo facien.n.4 & 5.* vbi etiã ponit remissiuè, quæ sint ea,in quibus cadit verisimilis obliuio.Ioseph Ludou.*d.concl.38.vers.primus casus*,Menoch.*cõs. 247.n.41.vol.3.* Masc.*de prob.li.3.cõcl.1122.n.31.& n.26.& seqq.*†Vbi de materia,& per totã conclusionẽ.vbi latè an, & 186
quãdo,& ex quibus obliuio præsumatur,tam in ciuilibus quã in criminalibus,&tã in teste quàm in principali. Ad quę vide in simili quę de teste torquẽdo posui *in tra.de test.q.76 n.44.*

SVBLIMITA IV. Quia † tortura,quæ datur reo nõ præ- 187
cisè respondenti,debet esse moderata, vt per Vulpell.*d.cons.* 34.*n.*10.& hoc in practica nullam habet difficultatem,cùm non nisi per vnam quartam horæ partem, vt plurimùm isto casu rei torqueri soleant,& aliquando etiam minùs.

SVBLIMITA V. Quãdo† reus haberet aliquã legitimam 188
causam non respondendi : tunc enim non respondendo,non potest torqueri,vt per Blanc.*de indic.d.n.27*, ibi,*absq; rationabili causa*,Foller.*in pract.d.verbo,etsi confitebũtur in 3.part. 3.partis,nn.5.vers.item prædicta procedunt*, refert & sequitur Gabr.Saray.*in d.addit.ad sing.Matthes.55.eod.vers.itẽ procedunt prædicta:* sed quæ erit ista legitima causa nõ respondẽdi Iudici reum interroganti? Dic,† quando esset infirmus,vtpu- 189
tà febre oppressus:nam tũc potest reus dicere, non sum meæ

mentis

mentis compos, ideo non intendo examinari, nec volo respondere. Item quando iusta est causa, & congruo tempore recusasset Iudicem suspectum, quia tũc pariter ne respondẽdo consentire videatur, in eius iurisdictionem potest tacere, & dicere, nolo respondere, in terminis scripsit Bertazz. *cons.* 8.
90 *n.* 39. *lib.* 1. † Certum enim est, quòd non tolùm in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, Iudex potest allegari suspectus, secundùm communem,* de qua post Card. Alex. & Mar. Soc. quos allegat, testatur Cla. *in pra. §. fi. q.* 43. *in prin.* & latè comprobat Osasc. *dec. Pedem.* 15. *per totam.*

191 SVBLIMITA VI. Vt † eadem septima principalis limitatio procedat in delictis atrocibus & in quibus de iure potest deueniri ad torturam, secus in leuibus delictis, & causis, in quibus reus pro principali delicto non potest torqueri, de quib. infrà suo loco dicã, quia tunc nec pariter idem reus torqueri valebit vt respondeat, vel vt præcisè respondeat, sic in specie declarat Claud. Battand. *reg. crim.* 12. *n.* 18. & videtur de mente Ioseph. Ludo. *conclus.* 39. *vers. infertur* 98. *incto vers. seq.* vbi dictam septimam limitationem exemplificat in causis arduis, videlicet homicidij, latrocinij, grassationis viarum, furti, sodomiæ, receptionis bãnitorum, assassinij, & aliorum grauiorum delictorum. Erit ergo consilium in iis causis leuibus, quando reus non respondet, vel non præcisè respondet, vel eum multare capitis pignoribus, si facta monitione, vt respondeat sub pœna, contumax erit in respondendo, iuxta tex. *in l. de ætate, §. qui tacuit, & §. seq. ff. de interrog. actio.* cum aliis per Foll. *in pra. cri. in ver. & si compareat ante contumaciam & examinetur, n.* 3. vel eum habere pro confesso, si pari facta monitione de respondẽdo sub pœna confessatorum criminum noluerit respondere, iuxta ea quæ in terminis ponit idem Claud. Battand. *d. reg.* 12. *n.* 18. quæ omnia bene nota, quia sunt vera, & in practica possunt sæpe contingere: sicut enim non in omni causa, & in omni delicto, reus potest torqueri pro habenda veritate super ipso principali delicto, ita etiam iure congruum videtur, vt nec possit torqueri pro habenda responsione affirmatiua, vel negatiua, quod minus est.

192 LIMITA VIII. Et † principaliter propositam huius quæstionis regulam, vt licèt ante torturam indicia debeant præcedere legitima, & sufficientia, quæ tamen in proposito dicantur legitima, & sufficientia ad torquendum indicia, cùm simus in casu, in quo certa doctrina dari non possit, Iudicis arbitrio remissum erit, & sic ad torquendum indicia Iudici arbitraria esse quotidie in criminalib. subselliis auditur, prout sic expressè tenuerũt Bar. *in fi. n.* 5. *ff. de q.* vbi testatur, ita Do-
* ctores communiter* tenere per tex. *in l. tertia, §. eiusdem quoque, ff. de test.* facit etiam tex. *in l. de minore, §. plurimum, ff. de q.* Bal. *cons.* 95. *n.* 6. *li.* 1. Ang. *de malef. in verbo, quod fama publica præcedẽ. n.* 9. *in prin. vers. quæro quid sit indic.* & ibi Aug. *in addi.* Guid Suz. *in tract. de indi. & tort. n.* 30. & ibi in addi. Ludo. Bolognin. *n.* 35. *& seq.* vbi allegat Bal. idem tenentem in pluribus locis, Rom. *cons.* 452. *n.* 10. ibi Mandos. *in addi. litera G.* Marsil. *in pra. §. diligenter, n.* 23. Paul. Ghirlan. *de q. & torm. q.* 3. *num.* 17. Anton. Gomez. *varia. resolu. tom.* 3. *c.* 13. *rubr. de tortura reorum, n.* 13. *vers. finaliter, & resolutè dico*, vbi plures alios adducit concordantes, Io. Maria Montic. *reg.* 2. *num.* 12. *& reg.* 10. *num.* 2. Nouel. *in pract. crim. in princ. §. indicia quæ præcedere debent, n.* 39. *fol. mihi* 31. Carrer. *in prac. in* 2. *tract. de indic. §. quæ autem & qualia esse debeant indicia, n.* 1. Conrad. *in prac. ti. de nega. crim. & torm. n.* 15. *f. mihi* 291.
* *col.* 1. vbi pariter testatur de communi* opinione, Clar. *in prac. §. q.* 20. *post prin.* vbi quòd ita dicunt omnes, Bursar. *cons.* 201. *nu.* 50. *vol.* 2. Franc. Bec. *cons.* 85. *n.* 18. Vulpell. *cons.* 109. *nu.* 10. Bru. à Sole *in suo cons. cri. n.* 9. Menoc. *de arbit. q. li.* 2. *casu* 270. *n.* 3. & 4. *& de præsum. li.* 1. *q.* 89. *n.* 1. Matth. Gribal. *in* 1. *vol. comm. opin. in suis regulis, reg. incip. indicia quando dicantur ad torturam sufficiẽtia.* Masc. *de prob. li.* 1. *q.* 15. *& n.* 15. *li.* 1. *cõcl.* 859. *n.* 7. *& lib.* 3. *concl.* 1385. *n.* 16. *&* 17. vbi ex Brun. *in trac. de in-*
* *dic. & tort. part.* 1. *q.* 3. *n.* 1. ita dicit in hoc omnes* Doctores esse concordes, Franc. Personal. *de indic. & tortu. n.* 12. *& nu.* 14. *in princ.* Marc. Ant. Eug. *con.* 27. *n.* 13 vbi etiam testatur de communi & de ea etiam testatur Lud. Peguer. *dec. cri.* 17. *nu.* 9. *&* 10. Cartar. *in sua pract. interrogan. reorum, lib.* 4. *cap.* 1. *in n.* 57. *vers. quia ei fi dici soleat.*

193 SVBLIMITA Hanc † octauam limitationem, vt licèt indicia sint Iudici arbitraria, tale tamen Iudicis arbitrium debet esse nõ liberum, & absolutum, sed iuri, & ę quitati astrictum, sicut pluribus probat Marsi. *in prac. §. diligenter, n.* 24. *& seqq.* Foll. *in prac. cri. verbo, quòd suffocauit vxorem, n.* 25. Fran. Cason. *post tractatum de indic. & tortu. in quæstionibus, cap.* 1. *rub. de periculo tormentorum, n.* 10. vbi quòd in hoc omnes scribẽtes consentiunt, Marsil. *in cons.* 8. *in causa magistri, n.* 25. *& cõs.* 15. *æterni, n.* 17. *& cons.* 18. *Protector, n.* 37. *& cons.* 20. *digneris, quæso, n.* 54. *& cons* 34. *summi Dei, n.* 11. *& cons.* 42. *in causa Ioannis, n.* 3. *& cons.* 63. *in causa inquisitionis, num.* 16. *& cons.* 69. *summi Dei, n.* 14. Maria Monticell. *reg. crim.* 2. *num.* 13. Blanch. *de indic. ad l. fi. ff. de q.* 41. Conrad. *in prac. ti. de neg. cri. & torm. n.* 16. *fol. mihi* 291. Paris. *cons.* 151. *n.* 14. *vol.* 4. Bursat. *cons.* 316. *n.* 16. *vol.* 3. vbi quòd arbitrium Iudicis isto casu debet esse regulatum secundùm leges & Doctorum sententias, *& cons.* 201. *n.* 50. *vol.* 2. vbi alios refert idem tenentes, Mandos. ad Rom. *in cons.* 451. *litera G, & latiùs in cons.* 376. *litera C*, Hippol. Riminal. *cons.* 361. *n.* 50. *& seqq. vol.* 4. Franc. Bec. *cons.* 85. *n.* 21. Menoch. *de arbit. q. li.* 2. *casu* 270. *n.* 4. *in fi.* Osasc. *dec. Pedem.* 79. *n.* 57. *& seqq.* Brunor. à Sole *in suo cons. cri. n.* 130. *& seqq.* vbi latè hanc comprobat declarationem, dicítq; inter alia, quòd isto casu Iudicis arbitrium debet esse conforme vel dispositioni iuris, vel approbatis Doctorum doctrinis, Mascar. *de probat. li.* 1. *q.* 15. *n.* 16. *& lib.* 3. *concl.* 1385. *n.* 18. *& seq.* Bertaz. *cons.* 341. *n.* 20. *vol.* 2. *& cons.* 60. *n.* 3. *vol.* 1. Bonacos. *in commu. opi. cri.* 2. *par. sub ver. indicia aut sunt proxima, prope finẽ, fol. mihi* 35. *col.* 4. Franc. Personal. *de indic. & tortura, n.* 12. *ad fi. & n.* 15. *vers. tamen arbiramentum*, Marc. Ant. Eug. *cons.* 27. *n.* 67. *& seq.* Cartar. *in sua pract interrogan. reor. lib.* 4. *ca.* 1. *nu.* 57. *ver. huiusmodi tamen arbitrium.* Baiar. *in addit. ad Clar. in pract. §. fin. q.* 64. *n.* 56. Ex quibus sine dubio dicere possum, declarationem hanc esse communiter* receptam, postquam * inter legendum ei contradictorem non inueni.

Generale † enim est non tolùm in materia indiciorum, & 194
torturæ, sed in omni alio negotio & causa, in qua Iudex, vel à lege, vel ab homine habet arbitrium, vt illud regulare, & gubernare sẽper debeat secũdùm terminos, & tramites iuris, & æquitatis, *l.* 1. ibi, *vt legem non offendat, ff. de vsur. c. cùm autem*, & ibi Præpositus, 22. *dist. c. iudicet*, 3. *q.* 7. gl. *in l. eas causas, ff. de condit. & demonstrat.* Bald *in l.* 2. *in* 4. *not ab. C. de fideicom. & in l. fi. C. de pœna Iud. qui malè iudic.* Feli. *in ca. quoniam frequenter, §. porro, n.* 14. *vt lite non contest.* Cæpol. *in l.* 1. *n.* 36. *C. de seru. fugit.* Rui. *cons.* 13. *n.* 20. *li.* 2. Dec. *cons.* 100. *n.* 11. Aegid. *dec.* 748. *&* 752. Ro. *d. cõs.* 376. *incip. q. est, n.* 7. & ibi Mãdos. *in addit. super verbo, ordinaria, litera C.* Gabriel. *cons.* 74. *n.* 8. *li.* 1. Gandin. *in ti. de q. & torm. n.* 41. *ver. Nam secũdum iura*, vbi plures alias adducit leges, quibus probatur Iudicis arbitrium semper esse à iure regulandũ Marsi. *in prac. §. diligẽter, n.* 25. *& sing.* 397. *incip. arbitriũ*, Meno. *de arbi. q. li.* 1. *q.* 9. *n.* 3. *&* 4. *& q.* 77. *n.* 1. Matt. Gribal. *n.* 1. *in cõ. opi. in suis regulis, reg. incip. arbitriũ Iudicis*, Alber. *in* 3. *par. statutorũ, q.* 32. *itẽ quæro, n.* 1. Vbi quòd licèt Iudex habeat arbitriũ, debet tamẽ seruare ius cõmune: nã arbitrium, quod cõceditur Officialibus super maleficiis, debet reduci, & restringi ad ius cõmune; nisi quoad modũ procedendi, & circa aliqua leuia, & ita dicit tenere cõmuniter* Doctores, prout sic Albericũ referendo, se- *
quitur Clar. *in prac. q.* 31. *vers. arbitrio atque balia*, vbi propterea monet Officiales, ne prætextu arbitrij eis concessi nimis animosè procedãt: nam licèt sit datũ à lege, vel ab homine arbitriũ procedẽdi, non tamẽ censetur remota cognitio, sed remissa subtilitas secundùm omnes* Doctores: prout refert sic *
testãtes Cataldin. *de syndi. q.* 109. & Amad. *pariter de syndi. n.* 145. & Clarũ vbi suprà refert, & sequitur Bertaz. *cons.* 346. *n.* 2. *& cons.* 432. *n.* 7. *vol.* 2.

Igitur † si Iudex in arbitrãdis indiciis ad torturã sufficiẽtibus 195
debet sequi ęquitatẽ, sequitur etiã quòd in dubio debet inclinare in mitiorẽ partẽ, vt per Carrer. *in pra. cri. in* 2. *trac. de indic. & tort. §. quæ autẽ, & qualia debeant esse indic. n.* 2. & per Osasc. *d. dec. Ped.* 79. *n.* 58. & cũ aliis per Fran. Person. *in tr. de indic. & tort. post n.* 15. *& n.* 79. Marc. Ant. Eug. *d. cõs.* 27. *n.* 68.

Item sequitur, † quòd debet arbitrari, vt bonus vir, vt in 196
terminis in materia torturæ scripserũt Angel. *de malef. in verbo, quòd fama publica præceden. n.* 9. Conrad. *in pra. ti. de negat. cri. & torm. n.* 16. *f. mihi* 261. Hippol. Riminald. *dict. cons* 361. *n.* 50 *in fine, vol.* 4, Marc. Anton Eug. *d. cons.* 27. *num.* 67. vbi quòd debet facere, quod in rebus, & persona sua faceret, &

sibi

197 sibi fieri vellet. † Et generaliter arbitrium Iudici concessum, siue à lege, siue ab homine intelligi debere non de libero,& absoluto arbitrio boni viri, affirmarunt Ias.*in l.si legatum,nu.* 10.*ff.de leg.*1.Aret.*in l.videamus,*§.*deferre,n.*7.*ff.de in lit.iur.* Dec. *in l.personam,*§.*generaliter,ff.de reg.iur.& in l.captatorias,n.*8.*C.de testam.milit.& cons.*494.*n.*5.Paris.*cons.*38.*n.*69. *lib.*3.*& cons.*32.*n.*22.*lib.*4.Socin.iun.*cons.*7.*nu.*23.*lib.*2. Pet. Beuint.*decis.Bonon.*31.*n.*1.*in fin.& n.*4. Aym.*cons.*190.*nu.*5. cum aliis per Menoch.*de arbit.quæst.lib.*1.*q.*8.*n.*29. Masc.*de prob.lib.*3.*concl.*1385.*num.*19. & per Seraphin.de Seraph.*in*
198 *tract.de priuileg.iuram.priuileg.*132. *num.*181. *& seqq.* † Iudex autem, qui vt bonus vir procedere, & iudicare debet, quòd debeat pariter se conformare cum iuris communis dispositione, & leges seruare, latè tradit Menoch. *vbi supra, quæst.*11.*per totam.*

199 Et si rursus, † vt præmisi,Iudex debet arbitrium suum regulare à dispositione legũ, & à doctrinis approbatis Doctorum,necessariò etiam sequitur,quòd non potest noua inducere,& formare indicia ex sua(vt dicũt Doctores)ceruice,& ex illis ad torturam deuenire,sed immò debet habere indicia à iure approbata,& quæ in iure subsistant, aliàs ex aliis indiciis reum torquere minimè poterit,sicut in specie sic loquuti sunt post alios quos allegant Marsilius *in pract.* §.*diligenter, n.*30.Carrer.*in pract.d.*§.*quæ autem,& qualia esse debeant indicia,n.*4.*& n.*10.Foller.*in pract.crim.d.verbo,Quòd suffocauit vxorem,nu.*25. Osasc.*d.decis.Pedem.*79.*n.*57.*& n.*13. vbi
* testatur de communi* opinione, Bonacos.*in 2.part.commu. opin.sub vers.Indicia aut sunt proxima, prope fin.fol.mihi* 35. *col.*4.Rol.*cons.*3.*nu.*37.*vol.*3.*& cons.*57.*nu.*31. *& seqq.vol.*4. Franc.Bec.*cons.*85.*sub nu.*1.*& n.*21. Brun.à Sole *in suo cons. crim.n.*127.*&* 135.*& seqq.*Hipp.Rimin.*d.cons.*361.*n.*53.*vol.*4. Franc.Personal.*de indic.& tort.n.*11.*in fin.& n.*12.*pariter in fine,& num.*53. vbi alios adducit Eugen.*d.cons.*27.*nu.*67. *& num.*70.Honded.*cons.*17.*num.*24.*& seq.& cons.*100.*num.*5. Baiard.*in addit.ad Clar.in pract.*§.*fin.q.*64.*num.*56.

200 Vides ergo, † quòd illa communis*conclusio Doctorum
* de qua *supra, n.*192. volentium indicia ad torquendum esse
* Iudici arbitraria,est taliter restricta,& limitata, etiam* communiter per eosdem Doctores,vt non immeritò audiui plures Iurisperitos dicẽtes posse meliùs dici,& formari regulam in contrarium : quòd videlicet indicia ad torquendum non sunt Iudici arbitraria, prout expressè sensit Franc.Cason. *de*
* *indic.& tort.in quæstionibus,cap.*1.*de periculo tormentorum,& de errore Iudicum,n.*10.vbi expressè dicit,quòd est*communis error Iudicum putantium torturam esse arbitralem,quasi
* natura, corpora reorum arbitrio suo ad lacerandum creauerit:sed quicquid sit etiam admissa communi*opinione,quòd indicia sint Iudici arbitraria, ea tamen venit pariter & communiter declaranda, vt suprà latè explicaui,& aliàs etiam,vt dixi *suprà præcedenti quæst.*36.*num.*232.

201 Et quia † inquisitio quandoque potest esse magis præiudicialis quàm tortura, in casu scilicet in quo reus absens permittit se in contumaciam condemnari,quia si sic condemnatus in fortiam curiæ deuenerit, potest absque alio decapitari, iuxta ea quæ dixi *in lib.*1.*tit.*1.*de inquisitione, q.*11. Idcircò cùm meminerim me aliàs dixisse *in eod.tit.de inquisitione, q.* 1.*n.*45. indicia ad inquirendum esse arbitraria, aduerte pariter,prout ibidem admonui,*num.*46.quòd non per hoc Iudex poterit formare inquisitionem ex indiciis sua ceruice, sed tantùm ex illis,quæ à iure approbata sunt, & non aliàs, & si aliter diceremus,esset dare potestatem malis Iudicibus multa mala faciẽdi, quæ quotidie emergunt propter multitudinem bannitorum non legitimè & nulliter in contumaciam condemnatorum. Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Tortura in quibus casibus non inferatur, etiam quòd legitima præcedant indicia,& de pluribus considerationibus per Iudicem habendis antequam ad torturam deueniat : an à decreto torturæ detur appellatio, quomodóve & per quantum tempus reus possit torqueri,vel in tormentis repeti.

*Farin.Prax.crim.p.*1. *Tom.*2.

SVMMARIVM.

*Tortura regulariter inferri potest,vbi præcedunt indicia,n.*1.
*Tortura inferri non potest, quando non constat de corpore delicti, num.*2.
*Tortura inferri non potest,denegatis defensionibus,num.*3.
*Tortura datur in subsidium, quando veritas aliter haberi non potest,num.*4.
*Torqueri non possunt plures personæ enumeratæ,num.*5.
*Tortura non in omni causa infligitur, & in qua causa infligatur,num.*6.
*Tortura nõ potest inferri,nisi priùs pronuncietur reum fore torquendum,n.*7.*& in ista pronuncia debet exprimi causa,n.*8. *&* 9.*& an detur appellatio ab eadẽ pronuncia,n.*10.*& seqq.*
*Sententia non debet continere causam, & fatuus est Iudex, qui in sententia causam exprimit,num.*8.*fallit in decreto torturæ,num.*9.
*Appellare licet à decreto torturæ,num.*10. *Amplia primò,vt appellatione interposita sint ligatæ manus Iudicis volentis reum torquere etiam ante inhibitionem,n.*11.*&* 12. *Amplia secundò, vt nec pendente tempore ad appellandum Iudex possit aliquid innouare,num.*13.*&* 14. *Amplia tertiò,vt etiam à comminata natura licitum sit appellare,n.*15. *Amplia quarto,& multò magis de iure canonico,n.*16. *Amplia quintò,vt confessio extorta pendente appellatione à decreto torturæ sit nulla ipso iure,nu.*17. *Amplia sextò,vt etiam accusatori,& fisco sit licitum appellare a decreto de non torquendo, nu.*18. *&* 19 *sed contrarium est verius,n.*20. *Limita primò,quando Iudex facit decretum torturæ secretæ,& reo existente sub tondulo, quia tunc torquetur, etiam quod appellet,num.*21. *sed contra,n.*22. *Limita secundò,quando appellatio esset calumniosa, & iniusta, quia tunc Iudex non obstante appellatione potest ad torturam deuenire,n.*23.*& seqq. & appellatio dicitur calumniosa, & frinola, quando in decreto torturæ specificantur indicia legitima,& non purgata per torturam, num.*28. *Sublimita hanc secundam limitationem,dummodo appellatio sit euidenter calumniosa: secus si in dubio,quia in dubio debet ei Iudex deferre,num.*30.*& seq.*
*Appellatione pendente ab interloquutoria non prohibetur Iudex in causa ad vlteriora procedere antequam sit inhibitum, n.*11. *Fallit,quando interloquutoria continet damnum irreparabile, quia tunc etiam sine inhibitione per simplicem appellationem sunt ligatæ manus Iudicis,num.*12.
*Appellandi tempore pendente nihil est innouandum,n.*14.
*Appellatio ab interloquutoria admittitur de iure canonico, num.*16.
*Confessio extorta per Iudicem pendente appellatione à decreto torturæ est nulla ipso iure, & inefficax ad condemnandum, num.*17.
*Appellatio ab interloquutoria,quæ respicit merita causæ, admittitur de iure,num.*19.
*Appellatio frinola, & calumniosa reijcienda est per Iudicem, & ea non obstante potest in causa ad vlteriora procedere, n.*23. *& seqq. quod intellige, quando de calumnia euidenter appareat : secus si sumus in dubio,num.*31.
*Exceptiones calumniosæ sunt reijciendæ per Iudicem etiam ex officio,parte non petente,num.*25.
*Iudex potest,& debet ex officio calumniis obuiare,num.*25.
*Conditio significatur per dictionem, si, num.*26.
*Appellatio quæ dicatur frinola, & calumniosa, remittitur arbitrio Iudicis,num.*27.
*Appellationi an sit deferendum, Iudex à quo cognoscit : an autem appellatio sit legitima, & admittenda, nécne, cognoscit Iudex ad quem,num.*29.
*Tortura non debet inferri quando reus comedit, vel bibit, sed debent expectari nouem vel decem horæ,num.*32.
*Tortura est in Iudicis arbitrio per quantum tempus,& quomodo inferri debeat, iuxta delicti, indiciorum, & personarum qualitatem,num.*33. *& num.*52.*sed quomodo Iudex debeat hoc suum arbitrium regulare,nu.*34.*& seqq.vsque ad n.*55. *& ibi videas de materia.*
*Torturæ gradus quot sint,& quando debeat inferri tortura secundum vnum gradum, & quando secundùm alium,nu.*34. *& seqq.vsque ad num.*52.
*Tortura alia leuis,alia grauis, & alia grauissima, & quæ dicatur tortura leuis,quæ grauis,& quæ grauissima,num.*35.

Tortura, an & quando, & quo casu possit infligi cum ictibus funis, & cum squassis, & de materia, num.43. & num.48. & seqq. vsque ad num.52.
Tortura, an & quando, & quo casu possit inferri cum ferreis compedibus, vel cum alio pondere, num.49.50. & 51. vbi etiam quando cum aqua frigida in dorso.
Torturæ ligatura, quando est multum stricta, & atrox, vel cum taxillis, æquiparatur ipsi torturæ, num.36.
Torturæ ligatura cum stringa torta, & voluta damnatur, n.37.
Torquendus reus non debet teneri per spatium temporis ligatis manibus ante torturam, num.38.
Torturæ terror per spoliationem & conductionem ad locum tormentorum potest per Iudicem inferri, quando indicia sunt leuia, num.41. item quando reus est persona timida, & delicata, secus si robusta, & versuta, num.42.
Tortura terror, an propriè dicatur tortura, num.43.
Torqueri leuiter quando possit reus, n.44. & seqq. & n.46.
Tortura debet moderatè inferri, num.53.
Tortura quando possit inferri per spatium vnius horæ, quando plus, & quando minus, num.54.
Tortura non debet dari cum insolito torquendi genere, num.55. & seqq.
Tormentum ex quo carnes rei scinduntur, damnabile est, n.56. & num.58.
Tormentis insolitis Iudex vti non debet etiam in atrocissimis, num.59.
Torquere reum propriis manibus non conuenit Iudicis dignitati, num.56.
Tormentorum multa genera remissiuè, num.60.
Tormentum funis est approbatum à iure communi, & à consuetudine, num.71. & seqq.
Tormentum funis infert maiorem dolorem cum corda subtili, quàm cum corda grossa, num.62.
Tortura solet etiam dari vna tantùm manu ligata, num.63.
Tortura solet dari cum aqua frigida in dorso in atrocissimis, sed hodie apud nos non est in vsu, num.64.
Tortura solet dari cum baculo intra pedes, quando reus videtur illam parui facere, & maximè in atrocissimis, num.65.
Tortura infert magnum dolorem, quando in medio tormenti Iudex mandat reum deponi, & refrigerari, num.66.
Tormentum stanghettæ, est etiam in vsu, & quando inferri soleat, num.67.
Tormentum sibillorum est in vsu, in pueris, vel mulieribus, & in leuibus delictis, num.68.
Tormentum ignis erat ante inuentum tormentum vigiliæ multùm in vsu in atrocissimis sed hodie non sic est in vsu, n.69.
Tormentum vigiliæ erat etiam cognitum tempore Marsily, sed inferebatur non eo modo quo hodie infertur, n.70. & 71.
Tormentum vigiliæ quantum, per quantum tempus, & in quibus delictis inferri soleat, num.71.
Tortura olim dabatur habita consideratione ad quantitatem ictuum, hodie autem infertur habita consideratione temporis, num.54. ver. Vnum tamen.
Tortura regulariter repeti nõ potest nouis non superuenientibus indiciis, num.72. & seq. Amplia etiam in atrocissimis, n.73. licèt aliqui contrarium faciant, & malè, num.74. & seqq.
Torturam repetunt assessores indistinctè etiam sine nouis indiciis, num.74. sed malè, num.75.
Tortura non repetitur ex nouis indiciis, nisi illa sint euidentiora primis, num.76. ac etiam diuersi generis, num.77.
Confessio extorta in repetitione tormentorum, quæ repeti non debeant, confitenti non nocet, num.78.
Tortura non potest repeti etiam sine nouis indiciis, quando indicia erant multùm vrgentia, & multùm manifesta, nu.79. & licèt aliqui contrà, num.80. prima tamen opinio est tenenda, declarata tamen, vt in num.81.
Tortura non est repetenda reo debili, & non robusto, num.82.
Tortura potest repeti reo, qui prima vice fuit leuiter tortus, nu.83. licèt aliqui contra, num.84.
Torturæ repetitio remittitur arbitrio Iudicis, nu.86. & seq. tale tamen arbitrium debet esse regulatum à iure, item debet intelligi de arbitrio boni viri, & in dubio in mitiorem partem pro non repetitione, num.88. & seq.
Tortura potest repeti sine dubio ex nouis superuenientibus indiciis, num.90.
Torqueri potest reus, qui in tortura fassus est, & deinde non vult suam confessionem ratificare, n.91. & si tortus adhuc persistit in non ratificando, non denuò torquendus est, sed relaxandus, nu.92. & 93. Nisi indicia prima non fuissent bene purgata per primam torturam, quia tunc etiam quòd in non ratificando persistat per vnam vicem in repetitione, potest tamen iterum torqueri propter prima indicia non purgata, nu.94. non autem extra ordinem puniri, vt voluit Afflictus relatus, num.95. Si verò reus in repetitione iterum fateatur, si postea iterum ductus ad ratificandum iterum neget, tunc potest alia vice, & sic tertiò torqueri, sed vltra tertiam vicem nunquam, num.96. & 98. licèt quandoque etiam, sed rarò, in quarta vice, secundum relatos, num.97. & quandoque etiam, quando prima indicia non erant multùm vrgentia non torquetur, nisi in secunda vice, vt in num.99. Sed quid si reus, quando non vult ratificare suam confessionem, & dicit illam erroneam, offértque se probaturum errorem, num debeat ad id admitti, sibi propterea dari terminum ad docendum de errore? Dic quòd sic, num.100. & seqq.
Confessio quando allegatur erronea, debet admitti illam reuocans ad probandum errorem, eique debet ad id concedi, num.100.101. & 102.
Confessionem reuocans tanquam erroneam auditur, si pro reuocatione adsunt aliqua indicia, num.101.
Tortura non est repetenda eodem die, sed in diuersis, & separatis diebus, num.103.
Torturam quando Iudex vult repetere, debet protestari, & interloqui, vt in num.104.
Tortura non est repetenda vltra trinam vicem, n.105. imò non vltra binam, num.106.
Tortura non debet inferri in diebus feriatis in honorem Dei, nisi in atrocioribus, & capitalibus delictis, n.107. & seq.
Torturam inferre non possunt Iudices, qui non habent merum imperium, num.109. vbi infertur ad Locumtenentem Potestatis, & Assessorem.
Assessores non possunt torquere reos, num.109.
Indicia purgantur per contraria indicia, & quid si vnum indicium est grauius altero, vel æquale, num.100. & seqq.
Præsumptio vna tollit aliam, num.111.
Præsumptio exclusiua delicti est præferenda inclusiuæ, n.112.

QVÆSTIO XXXVIII.

TORTVRAM † regulariter inferri non posse, nisi legitima 1
præcedant indicia, probaui *sup. in antecedenti quæst. n.1.* sequitur ergo, quòd vbi legitima præcedunt indicia, reus pariter, & econtrà regulariter torqueri poterit: sic enim communiter * sentiunt omnes Doctores requirentes indicia in * inflictione torturæ, & in specie, quòd indiciis existentibus possit turè Iudex ad torturam deuenire, post plures quos allegat, scripsit Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.1. quæst.89. num.2.* & ante istos Menochium, Foller. *in pract. crim. in verbo, Item quòd commisit crimen læsæ maiest. num.104. vers. præcedentibus autem indiciis,* probat text. *in l. cùm cognitionaliter, & in l. Milites, § oportet, C. de quæst. & in l.1. ff. eodem,* vbique & passim omnes criminalistæ: verum quia plures sunt casus, in quibus adsunt contra reum legitima ad torquendum indicia, & tamen non per hoc reus torqueri poterit, quia alia vltra indicia antequam Iudex ad torquendum deueniat, sunt per ipsum bene inspicienda, & consideranda, ideo pro resolutione propositæ quæstionis

LIMITA I. Propositam regulam † non habere locum, 2
quando non constat de corpore delicti, tunc enim ad torturam deueniri non poterit, etiam quòd reus sit forsan sufficienter indiciatus, *l.1. § item illud,* ibi, *non haberi de familia quæst. ff. ad Syllan.* Bart. *in l. fin. col.1. in fin. vers. Et ad euidentiam, ff. de quæst.* Angel. *de malef. in verbo, Quòd fama publica, num.108. vers.12. Tu Iudex,* ibi August. *in fine additionis,* Marsil. *cons 8. num.1. & in cons.12. num.34. & cons.46. num.1. & 2. & in l.1. in princ. num.5. ff. de quæst.* Brunor. *de indic.2. part. q.5. num.8. & num.10.* Aym. *cons.244. in princ.* Plot. *inter cons. crim. diuers. cons.132. nu.22. vol.1. in fol.* Clar. *in pract. § fin. quæst.4. in princ.* vbi quòd text. *in d. §. item illud,* propriè loquitur in tortura, *& in q.64. vers. Debet autem Iudex,* Bos. *in tit. de ind. nu.14.* Gab. qui alios adducit concordantes,

dantes,*in lib.7.crimin.concl.*17.*n.*1.Imò non solùm ad torturam, sed nec etiam ad inquisitionem, & capturam deuenire non potest,non cõstituto de corpore delicti,secundùm communem, * & ab omnibus approbatam opinionem, de qua latiùs dixi *in* 1.*lib.q.*2.*nu.*1.*& seqq.*vbi bene explicaui materiam,quam hîc denuo repetere inutile esset. Addo solùm in proposito ad idem, Franc.Personal.& per eum allegatos *in tract.de indic.& tort.n.*11.& hæc est vna consideratio,quam Iudex habere debet,antequam torturam inferat.

3 LIMITA II.Quia†etiam existẽtibus indiciis reus torqueri non potest,nisi priùs eo posito ad largam,datóque ei competenti termino ad faciendũ suas defensiones vnà cum copia indiciorum,& processus contra ipsum existentiũ, secundùm aliam communem,* & pariter ab omnibus approbatam opinionẽ,de qua post alios quos allegant,scripsit ũt Ripa *in l.*2.*num.*9.*vers.*2.*declaratur, C.de eden.* Blanc.*de indic.& tort.ad l.fin.n.*29.*& n.*31 *ff.de quæstio.*Nouel.*in pract.crim.tit. An indicia pro reo danda sint,n.*1.*& seq.* Boss *in tit.de indic.& considerat.ante tort.nu.*74.*& seq.& in tit.de confess.n.*3.*& nu.*5. Ant.Gomez.*var.resol.tom.*3.*c.*13.*rub.de tort.reor.n.*21.argumẽto text.*in l.custodias,ff.de publ.iud.*Natta *cons.*451.*n.*4.*vol.*2.Rol.*cons.*12.*n.*53.*& seqq.vol.*3.Clar.*in pract* §.*fi q.*49.*ver. Et hoc adeò,*Plot.*in l.si quado,n.*636.*in antiqua impressione,C. vnde vi,*Menoch.*de arbit.quæst. q.*77.*lib.*1. Hipp.Rimin.*cons.* 88.*n.*56.*& seq.vol.*1.*& cons.*290.*in discursu,lib.*3.dicã latiùs *inf.in q.*39.Vbi ex professo hanc materiam reassumam,& de ea faciam particularem quæstionem, & hæc sit altera consideratio ante oculos Iudicis habenda ante torturę inflictionẽ.

4 LIMITA III.Quia,†quando contrà reum adsunt tot indicia, & probationes, vt illum reddant ne dum suspectũ, sed etiam cõuictum de crimine,de quo agitur,tunc,inquam,ipse reus sic conuictus non torquetur, sed cõdemnatur,quia tortura non nisi in subsidiũ, & vbi veritas aliter haberi non potest,intelligẽda est,ad text.expressum *in l.Diuus Pius,in prin. ff.de quæst.* dũ sic per hæc verba disponit:*Sed & si aliter veritas inueniri non possit,nisi per tormẽta licet habere quæstionem, vt Diuus Seuerus,& Antoninus rescripserunt.*Qui quidẽ tex. licèt loquatur in seruis,& in causa pecuniaria,generaliter tamen in omni persona,per Doctores cõmuniter* intelligitur, vt videre est apud Ang.*in l.fin.post n.*4.*C.de quæst.*Boër.*deci.* 163.*n.*7.Mars.*in pract.*§.*nunc videndum,num.*52.*& in l.*1.*in princ.n.*1.*ff.de quæst.*Gram.*cons.*1.*n.*2.*& cons.*12.*num.*23.*& cons.*64.*n.*11.Brun.*de indic.& tort.in titu.de indic. & tort.*2. *part.q.*5.*n.*15.Gram.*cons.*12.*n.*23.Boss.*in tit.de indic.& considerat.ante tort.nu.*129. Iodoc.*in pract.crim.cap.*35.*num.*3. Conrad.*in pract.tit.de negat.crim.& tormen.n.*2.*fol.mihi* 288. *& n.*6.*fol.*289. Emanuel Soarez *in comm.opin.liter.Q,nu.*2. Clar.*in pract.*§.*fin.q.*64.*vers.Debet etiam*, Bertazz.*cons.*153. *n.*8.*lib.*1.Mascar.*de probat.lib.*3.*concl.*1385.*n.*3. & hac de re latiùs differendum erit *inf.in q.*40.vbi etiam plenè tractabo, An,& quando per torturam purgentur indicia,& probationes.Et hæc erit tertia consideratio per Iudicem habenda,antequam reum tormentis subiiciat.

5 LIMITA IV.Quia† etiã quòd adsint indicia ad torturam sufficientia,& legitima,nõ tamen per hoc reus statim est torquendus, sed est inspicienda eius persona, an sit priuilegiata, nécne,seu aliàs torqueri possit : quia licèt regulariter omnes personæ torqueri possint, *l.edictum,ff.de quæst.* multæ tamen reperiuntur personæ ab hac generalitate exceptæ,vtputà milites,*l.milites,in princip.ff.de quæst.l.*3.§.1. & ibi glos. *ff.de re milita.* Impuberes,*l.*1.§.*impuberi,ff.ad Syll.* Senes,*l.si quis in graui,*§.*ignoscitur,eod.tit.ff.ad Syllan.*Mulier prægnans,*l.prægnantis.ff.de pœn.*Decuriones,*l.fin.C.de decurion.l.decuriones, C.de quæst.* Item positi in clarissima dignitate,*l.seueram,C.de dignit.lib.*12. Item Doctores,*d.l.milites*, cum ibi notatis per Doctores,*C.de quæst.*& alij plures,de quibus cùm sigillatim, & ad saturitatem sim tractaturus *infra,hoc eod.tit.in q.*41. vlteriùs hîc insistere non curo. Et hæc erit quarta cõsideratio, quam Iudex habere etiam debet in inferendo torturam.

6 LIMITA V.Quia † etsi pariter existant legitima indicia, denegatur tamen à iure potestas infligẽdi torturam respectu causæ,& criminis:non enim in omni causa, & delicto Iudex potest, & debet ad torturam prorumpere, sed tantùm in delictis grauibus, & atrocibus,ac in causis, in quibus agitur de pœna corporali, non autem pecuniaria, secundùm communem*Doctorum opinionem,de qua per scribentes *in l.edict.* * *in princ.ff.de quæst.*Paul.Ghirland.*in tract.de quæst.& tort.q.* 7.*nu.*6.Gram.*cons.*15.*n.*4.*& voto* 15.*n.*11.Marsil.*in pract.*§. *expedita,n.*58.*& seqq.* Aym.*cons.*41.*in fin.*Ant.Gomez.*var. resol.tom.*3.*cap.*13.*rub.de tort.reor.nu.*2. Clar.*in pract.*§.*fin. q.*64.*vers.Praterea debet,*Emanuel Soarez *in cõm.opin.lit.Q, nu.*1.& dicam latiùs *inf.in q.*42. vbi hanc materiam reassumendam mihi proposui. Et hæc erit quinta consideratio,per Iudicem habenda in materia inferendæ torturæ.

LIMITA VI.† (& hæc erit sexta consideratio habenda 7 ante torturam)vt etiam quòd Iudex habeat in processu legitima ad torquẽdum indicia,non tamen de facto potest absq; alio procedere ad torturam, nisi priùs interloquẽdo pronunciet reum fore torquendum,secũdùm Brun.*in tract.de indic. & tort.part.*2.*q.*9.*n.*19.*vers. Sed si non erunt purgatu,& q.*5. *num.*13.*vers.Et plus ibi dicit,*vbi allegat Bart.in quodam suo consilio incip.*Punctus quæstionis*, & Brunum refert & sequitur Arnon.*sing.*39.*incip.multi sunt Iudices*, vbi reprehendit illos Iudices, qui fitiẽtes sanguinem humanum potiùs quàm iustitiam,& cupientes haberi iusti,cùm non sint,nolunt pronunciare reum esse torquendum,vt euitent appellationem à dicta interloquutoria interponendam, Foller.*in pract.crim. in verbo,Etsi confitebuntur, in* 3 *part.*3 *partis,num.*74. Ant. Gom.*variar.resol.tom.*3.*capit.*13.*rub.de tort.reor.nu.*21.*post med.vers.Si verò semiplene,& num.*23.*in princip.*Mars.*in l.*1. *n.*13.*vers.& subdit,ff.de quæst.& in pract.*§.*nunc videndum, n.*2.*& n.*20.Hippol.Rimin.*cons.*290.*n.*6.*lib.*3.Io.Mar.Monticel.*reg.crim.*14.*n.*17.Carrer.*in pract.crim.in* 2.*tract.de indic. & tort.*§.*circa quintum,n.*20. Prosp.Carauit. *in tit.magnæ curiæ,ritu* 259.*nu.*9. Fran.Personal.*in tract.de indic.& tort.post n.*1. vbi alios adducit; & ita non solùm omnes Doctores tenent, sed etiam in practica omnes criminalistæ communiter * obseruant,& est notorium. De cõminationibus autem fa- * ciendis ante decretum torturæ,ac etiam de forma huius decreti, vide bene explicantem Flam.Cartar.post alios quos allegat, *in sua pract.interrogan.reorum,lib.*4.*c.*1.*nu.*58.*& seqq. vsque ad num.*68.vbi & ipse testatur de communi,*& seruata Doctorum opinione. *

Imò † licèt aliàs Iudex fatuus dicatur exprimendo causam 8 in sententia,*capi.sicut,& cap.cum Bertoldus*, cum notatis per Doctores,*extra de re iudicata:*communiter*tamen obseruatur, * vt in decreto torturæ Iudex exprimẽdo causam summatim recensеat omnia indicia,& omnes præsumptiones, quib. mouetur ad infligendum reo torturam. † Et pro hac cõmu- 9 ni practica facit dictum Alberici *in l.properandum,* §.*illa, nu.* 34.*& seq.C.de Iud.* vbi testatur de facto generaliter seruari, quòd Iudices maleficiorum in suis sententiis causam inserut, & Albericum refert August.ad Angel.*de malef.in verbo, Et quia nobis,n.*4.& hos pariter refert Clar.quem videas in materia,*in pract.* §.*fin.q.*93.*vers. Fuit aliquando dubitatum*, vbi tamen testatur apud eum in sententiis criminalibus diffinitiuis non inseri causam, nisi quando rei in contumaciam condemnãtur,iuxta ea quæ priùs dixerat *in q.*44.*vers.Videamus.*

Et†ab isto decreto torturæ posse appellari probat tex.*in l.* 10 2.*C.de appell.recip.*cuius verba sunt hæc:*An-ne sententia appellari potest,si quæstionem in ciuili negotio habẽdam Iudex interloquutus sit, vel in criminali si contra leges Iudex hoc faciat.* Et per istũ text.cuius verba satis de se clara sunt,sic expressè affirmarũt Bar.Bal Ang.Alb.& cõmuniter*Doctores, ibi, gl. * ordinaria,& ibi pariter cõmuniter Doctores,*in l.pen.in verb. discussore,ver.Sed fallit in casu,C.quorum appel.non recipi.*alia gl.*in l.*2.*in verbo, causa,* & ibi etiam cõmuniter Doctores,*C. de Episcop.aud.*Guid de Suzz.*in tract.de indic.& tort.nu.*63. Gand.*in rub.de quæst.& tormen.n.*23.*in medio,*Carrer.*in d.*§. *circa quintum,n.*21. Mars.*in pract.*§.*nunc videndum,n.*2.*& in* §.*expedita,n.*70.*& in l.*1.*in princ.nu.*14.*& n.*42.*ff.de quæst.* Catellian.Cotta *in suis memorab.in vers. Appellatione interposita nihil innouandum est,* Foller.*in pract.crim.in verbo, Etsi confitebuntur,in tertia parte tertiæ partis,n.*50. Ant.Gom.*vbi suprà,d.tit.de tort.reorũ,n.*23. vbi sic communiter* per Do- * ctores teneri in præcitatis iuribus testatur Brunor.*de indic.& tortu.*2.*parte,q.*5.*num.*13.*vers.Et ab ista pronuncia,q.*9.*num.* 10.*vers. Sed si non erunt purgata,*Aron.*dicto sing.*39. Franc. Marc.*decis.mihi* 60.*incip.Quæritur qualiter sit perueniendum, num.*5. vbi etiam quòd ista appellatio admittitur sine inser-

tione causarum grauaminis,Prosper Carau.*in ritu magnæ curiæ,tit.259.n.11.* & ita apud eos seruari testãtur plures relati per Clar.*in pract.§.fin.quæst.64.vers. Sed quid agendum*,quos etiam refert,& sequitur Brunor.à Sole *in suo consil.criminali, num.171.pract.interrogan.reorum, lib.4.cap.1.n.57.post med. versic.Et potest appellari,& n.70.& nu.77.*vbi prę terea respondet motui proprio Pij IV.volenti,quòd in causis criminalibus non recipiatur appellatio tam à diffinitiua, quàm ab interloquutoria : nam,vt ipse inquit,motus proprius non habet locum reo existente in carcere , prout existere oportet, quando de illius tortura tractatur.quod & idem ex Carrer.in loco per eum relato voluit Hier.Giaccar.*in addit. ad Clar. in pract.quæst.64 litera I,in verbo,super aliis contingat*,vbi etiam admoner hoc esse mente tenendum.

11 AMPLIA I.†Hanc sextam limitationem,vt licèt aliàs per appellationem ab interloquutoria non sint ligatæ manus Iudicis, quin possit ante inhibitionem suam exequi sentẽtiam, & in causa procedere,*c.non solum,de appellat.in* 6.Guid.Pap. *decis.436.n.9.vers.Secundò quæro*,Frãc.post alios, *in capit.super eo,n.6.& seq.q.extra de appellat.*Neu zz.*cõs.6.n.15.*Bero. *cons.106.n.8.& seq.lib.3.* Conr.*in pract.de offic.Præto.in cau. ciuil.rub.de appellat.n.21.vers.20. quando*, quos in proposito refert, & sequitur Robert.Lancellot. *in tract.de attent.c.12.*

12 *limit.1.n.1.& seqq.*vbi latè de materia.†Quia tamẽ hæc conclusio fallit vbi agitur de damno irreparabili,vt plurib. comprobat idem Lancellot.*ibid.n.92.& seqq.*ideo interposita appellatione à decreto torturæ , cùm per eam irreparabile sine dubio inferatur damnum,Iudicem debere superfedere etiam antequam sit inhibitus:inhibitione enim præsentata quin in tortura supersedendum sit , dubitandum non est ad trad.per Baiard.ad Clar.*in pract.§.fin.q.64.n.85.*in specie dixerũt Bal. *in rub.comminat.epist.& in l.generaliter, §.sed iuramẽto,col.2. vers.Sed quid si est talis, C.de reb.cred.* Ang.*de mal.in verbo, Quòd fama publica,n.100. vers.Aduertas tamen*,Ias.*in l.1.n. 73.ver.Secundò adde,ff.de offi.eius*,Carte.*in d.§.circa quintũ, n.21.*Brun.*de ind.& tort.2.par.quæst.5.n.14.ver. Et aduerte*, Catel. Cotta *in suis memorab.sub d.verbo, Appellatione interposita nihil innouandum*,Follet.*vbi supr.d.verb.etsi cõfitebuntur,n.50.*Guid.Pap.*decis.74.*vbi dicit,quod de stylo curiarũ tã parlamẽti superioris,quã inferioris,ita seruatur. Frãc.Marc.*d. deci.60.n.5.*Carauit.*d ritu 259.n.12.& seqq.*.vbi ampliat,hoc procedere,non solùm quãdo Iudex pronũciat reum fore torquendũ super delicto principali,sed etiã quãdo torquetur ad habendũ responsionẽ affirmatiuã,vel negatiuã, iuxta ea quæ dixi *in quæst.37.n.117.& seqq.*Maran.*in Spec.6.par.principali,in secundo actu principali,in gl. quandoq; appellatur,n.212.* Cauen.*super pragmat.regni 45.n.48.*Lancellot.*de attentat.d. cap.12.in 1.limit.n.93.& seq.& n.98.*Bru.à Sole *in d.suo cõs. post n.173.& post nu.174.* vbi alios adducit, Cyrill.*in summ. crim.partic.3.rubr.31.de appellat.n.3.in fin.fol.mihi 166.col.2.* Cartar.*in sua pract.interrog.reo.lib.4.cap.1.n.71.72.& 73.*

13 AMPLIA II Eandem † 6.limitationem,vt non solùm interposita appellatione à decreto torturæ Iudex debeat supersedere, & nihil innouare, verùm etiam nec innouare aliquid potest pẽdente termino ad appellandũ,& sic per decem dies post decretum,secundùm Fran.Marc.*decis.907.* (prout illum refert Lancellot.*de attentat.penden.temp.ad appellan. cap.11. nu.33.sed in lib.meo est decis.60.) Quæritur,qualiter est perueniendum,n.6 par.*1.vbi tamen post Guid.Pap.quẽ allegat,dicit quòd ista ampliatio malè de cõsuetudine seruatur : sed cũ appellatione sentit etiam Ant.Gom.*vbi suprà,d.rubr.de tortura reor.n.23.vers.Et debet supersedere post tempus ad appel-*

14 *landum.*† Et facit generaliter regula,quòd sicut appellatione pendente nihil est innouandum,ita etiam pendente tempore ad appellandũ,de qua *in d.cap.non solùm,in princ.de appellat. in 6.*glo.*in l. ex iudiciorum , ff.de accus.item glo.in l.1. ff.nihil innoua.appella.pẽden.*Capic.*decis* 167 *n.2.*Couar.*pract.quæst. cap.23.n.2.vers.Tertia interpretatio*,vbi testatur de commu-

* ni * opinione , cum aliis pluribus concordan.relatis per Lancellot.*d.cap.11.num.14.& seqq.* sed quicquid sit de iure,de consuetudine hæc ampliatio certissimè non seruatur.

15 AMPLIA III.Vt† sit licitũ non solùm appellare à decreto torturæ, sed etiam à comminata tortura , secundùm Aug.ad Ang.*de malef.vbi supra,d.verbo , Quòd fama publica, n.100. vers. Aduertas tamen*,Brun.*in tract.de indic.& tort.2.par.q.5. n.14.*vbi allegat glo.*in cap.cùm in cõtemplatione, extr.de reg. iur.*& Brunũ refert, & sequitur Carauita *super d.ritu magnæ curiæ,259.n.14.*vbi etiã allegat Guid Pap.*in decis.136.nu.15. vers.7.&c.* dicit, quòd sicut per appellationem à decreto de torquendo ligantur manus Iudicis,ita etiam ligantur per appellationẽ à cõminatione,& ita quotidie apud eum seruari,& practicari testatur , & idẽ etiam semper vidisse seruari in magna curia Vicariæ,attestatur Gram.*juper c.Regni,fol.133.n.4. in fin.*prout illum citat Clar.*in pract.§.fin.d.q.64.sub eod.ver. Sed quid agendum* sequitur etiam Brun.à Sole *in d.suo consil. crim.num.172.* Cyril.*in summ.crim.particul.3.rub.31.de appellat.§.2.num.3.vers.Idem fieri potest,fol.mihi 169.col.2.*

AMPLIA IV.Vt†prædicta procedant non solùm de iure 16 ciuili,sed multò magis de iure canonico,quo iure sine dubio admittitur appellatio à sententia interloquutoria , *c.significauerunt, de testibus, c.vt debitus, cap.cum speciali, & capit.cùm cessante,de appellat.capi.ad Romanam,2.q.6.* cũ aliis,quos in proposito refert Brunor.à Sole *in d.suo consil.crim.n.172.* vbi post And.de Iser.quem allegat,ampliat hoc procedere etiam in crimine læsæ maiestatis, & præsertim in terris Ecclesiæ, in quibus secundùm ius canonicum iudicandum est.

AMPLIA V. Vt † si Iudex non obstante appellatione ad 17 torturam processerit, & id reo confessionem extorserit,talis confessio prorsus nulla,& inefficax sit ad cõdemnandum, sic post Bald vbi suprà *in d.rub.C.comminat.epist.* quem allegat, tradit Catellian.Cotta *in memor.d.verbo, Appellatione interposita nihil innouãdum est*,Foller.*in pract.crim.verbo,etsi confitebuntur,3.parte 3.partis,num.50.* Ant.Gom.*d.r ubr.de tort. reor.n.25.vers. Quarto infero*, Marc.*d.decis.40.n.12.* & ante istos Ang.*de malef.in verbo, Quòd fama pub.præced.num.110. vers. Aduertas tamen,& ibi* Aug.*in addit.*vbi etiam quòd talis confessio est ipso iure nulla , sequitur Brunor.*d.cons.crim. n.173.*& Lancellot.*de attentat.d.cap.12.limit.1.n.99.*

AMPLIA VI.Vt† sicut licet reo appellare à decreto tor- 18 turæ, ita etiam liceat fisco, vel accusatori appellare à decreto de non torquendo.vel à denegatione,seu dissimulatione Iudicis requisiti,& nolentis reum torquere, secundùm Bald.*in l.pen.n.2.*& ibid.Salic.*in 1.opposit.partier, n.2.C.quorum appellat.non recip.* quos in proposito refert & sequitur Ant.Gomez.*var.resol.tom.3.d.cap.13. de tortura reorum, post nu.23. vers.Ex quo infertur* , & est ratio secundùm Bald.& Sal. *vbi suprà*,quia torquere reum, respicit merita causæ principalis, cùm per torturam,& non torturam deueniatur & non deueniatur in cognitionem delicti de quo agitur † ideo datur ap- 19 pellatio,quia sic etiam de iure possumus appellare ab aliis interloquutoriis respicientibus merita causę,& negotium principale,secundùm eosdem Bald & Salic.*in l.1.C.si momentan. possess.num.4. Felin.in rubr.de re iudic.num.3.* Rip.*in l.Quod iussit,num.27.ff.eod.* Ruin.*cons.157.num.20.& 21.lib.5.* cum aliis per Conrad.*in d.l.1.C.si de momentan.possess.in 1.limitatione, num.82.& in 5.limitatione,num.7. & seqq.* item potest esse ratio, quia si hoc licet reo, id etiam debet licere actori, vt æqualitas inter eos seruetur , cùm in materia indiciorum actor,& reus æquiparentur, *l.3.ff.de iudic.& l.solutum,ff.de offic.proconsul.*

Contrarium,†&,ni fallor,verius opinatus est Aret.*in l.2.* 20 *ff.de appellat.recipien.* quem refert & sequitur Brun. *de indic. & tort.2.part.q.5.n.13.in fin.vers. Sed quid si pronunciabitur non esse torquendum,& quæst.9.num.10.*ea moti ratione,quia hoc grauamen potest reparari per appellationem à sententia diffinitiua, ideo denegatur ab interloquutoria, quod non sic est in decreto de torquendo,cùm torturæ iam illatæ afflictio non tollatur per quamcunque appellationem à diffinitiua. Et ita etiam per hanc,& plures alias rationes bene hanc cõtrariam opinionem sustinet, & contrariis respondet Ambertus de Antramonia *in suo tract.de quæst.& tortura , posito inter tractatus crimin.diuers.Zileti.fol.mihi* 440.*n.27.* Et quia hodie cauti Iudices nunquam pronunciant reum non fore torquendum , nec vmquam requisiti declarant eorum animum,nisi quando eosdem reos absoluunt,idcirco satis accusatoribus est consultum , tunc ab illa absolutione appellare absque eo , quod antè à denegata iustitia de non torquendo aliter appellare procurent, & si appellauerint, vt dixi, eorum appellatio non est recipienda de iure.

SVBLIMITA I.Hanc†sextam limitationem,iuxta ea quę 21 scripsit

scripsit Maran.in Speculo,*6.par.in actu 13.rub.de quæst.n.14.* vbi dicit,quòd cauti Iudices quando volunt torquere reum, & dubitant ne per appellationem sint ei ligatæ manus etiam ante inhibitionem, iuxta ea quæ scripsi *supra,nu.11.& seqq.* solent interponere decretum de torquendo non palàm ipso reo audiēte,sed secretè,& postquam est ductus sub tondulo, & incipit ligari:quo casu immediatè facto decreto eleuatur, & torquetur, & sic reus non potest appellare, & Marantam refert Clar. *in pract.§.fin.d.quæst.64.eod.vers. Sed quid agendum,prope fin.* & ita hunc casum semel in practica habuisse, testatur Franc.Personal.*in tract.de indic.& tort.num.1.in fin.* ad idem adduco Ioseph.Cum.*de syndic.c.21.rub.de tort.n.12. & seq.* Vmber.Loca.*in suo opere inquisit.in verbo,tortura,n.6.* quos in proposito refert,& sequitur Flam.Cartar.*in sua pract. interrogan.reorum,lib.4. capit.1.num.68.69.& 77.in fin.* vbi etiam testatur, ita in statu ecclesiastico seruari, & ponit formam huiusmodi decreti faciendi sub tondulo.

22 Sed certè† hæc cautela inanis est iudicio meo,quia si reus quamprimùm videt sibi cōminari torturam, nedum quando videt se duci ad locū torturæ, & ibidem ligari,& spoliari appellauerit à præmissa cōminatione per hos actus apparente, sine dubio erūt ligatæ manus Iudicis,nō aliter ac si decretum de torquendo interposuisset, secundùm ea quæ scripsi *supra, n.15.* & malè faciunt Iudices,qui putant istis cautelis tollere reis appellationē à decreto torturæ,vt bene considerauit Arnonus *in d.singul.39. Multi sunt Iudices,* & sicut ista cautela per Marantam originaliter relata omni iure, & ratione caret, ita etiam ipse ad illius comprobationem, nec iura, nec rationes allegauit, & ad illius confutationem faciunt, quæ infrà posui,*in q.39.sub n.2.* vbi probaui,quòd indiciorū copia non potest reo denegari, etiam quòd sit alligatus torturæ, & sub tondulo,ergo idem in appellatione. Item faciunt scripta per Baiard.*in addit.ad Clar.in pract.§.fin.q.64.n.65.in fin.* vbi pariter hanc eandem cautelam insipidam reputauit.

23 SVBLIMITA II. (Et† in hac sublimitatione cōsistit resolutio huius sextæ principalis limitationis)vt illa nō procedat, quādo appellatio esset friuola, & calumniosa:cùm enim talis appellatio possit regulariter à Iudice reiici, & ea nō obstante ad vlteriora procedi,absq; attētatorum vitio,*cap.cum appellationibus friuolis,de appell.in 6.* Bart.*in l.1.§.interdum,ff.a quib. appell.non liceat,* Felin.*in c.de cætero,n.11.de re iudic.& in cap. licèt causam,n.5.de prob.* Menoc.*de arbit.q.lib.7.casu 197.n.1.* Carter.*in pract.crim.in 1.tract. de appell.ad l.obseruare curabis,in princ.n.7.& 8.C.quorum appell. non recip.* cum aliis per Conrad.*in l.1.C.si de momentan.possess.in 7.limitat.nu.41.& seqq.* & per Lancellot. *de attentat.appellat.penden.c.12.in 7. limitatione,n.1.& seqq.* & per Bertaz.*in cons.404.n.1.* & ibi *in addit.vol.4.& in iisdem addit.ad cons.384.liter.A,eod.vol.4.*

24† Idcirco pariter & appellationem friuolam,& calumniosam à decreto torturæ posse per Iudicem reiici,& ea nō obstante ad torturam procedi, in specie scripsit Foller.*in pract.crim.in verbo,etsi confitebuntur,in 3.part.3.partis,post n.50.* loquēs in terminis *ca.Regni,Si iustè volentis,* quod si iustè quis appellauerit, recipiatur appellatio ante adhibitam torturam, ergo à contrario sensu,inquit ipse,si appellatio est iniusta,potest Iudex non recipere appellationem,& ea nō obstante ad tortu-

25 ram deuenire,quia tenetur Iudex calumniis obuiare,† & exceptiones ad intricandum,& procrastinandum iudiciū oppositas, etiam ex officio repellere,secundùm Innocen.*in c.post electio.de concess.præben.* cū aliis ibi per Foller.allegatis,& per Menoc.*de recuper.possess.remed.15.n.326.& seq.* & in proposito multùm stringit tex.*in l.2.ff.de appel.recip.* vbi admittitur appellatio ab interloquutoria de torquēdo in criminali iudicio,si cōtra leges Iudex hoc faciat,si hoc nō faciat contra leges,sed iustè,appellationē nō debet admittere. Cōsequentia probatur tum arguendo à contrario sensu verbis legis, quod argumētum in iure validissimū est, etiam quia ille textus lo-

26 quitur cōditionaliter per dictionē,*si,* † quæ de sui natura cōditionē importat,ad gl.*in l.1.C.de his,quæ sub modo legan.* Bar. *in l.1.ff.de cond.& demōst.* Sarmien.*select.interpr.l.2.c.3.vers. Sed videamus,* ergo deficiēte cōditione legis cessat ipsius legis dispositio,*l.pecuniam quam.ff.si cert.pet.* cū aliis per Rolā. *cons.58,n.15.& seqq.vol.3.& cons.63.nu.16.& seqq.vol.4.* & per Cyril.in terminis, qui hanc sequitur sublimitationem *in summ.crimin.rub.31.de appell.§.fin.n.2.fol.mihi 170.col.1.*

Farin.Prax.crimin.p.1.Tom.2.

Appellatio enim† quæ dicatur calumniosa,& friuola,li- maxima inspicienda sit causa in appellatione expressa,vt pluribus comprobat exemplis Conrad.*in d.l.1.C.si de momentan. possess.in 1.quæst.nu.35.& seqq.* quia tamen à iure non omnes modi,quibus calumnia in appellatione detegitur, potuerunt diffiniri, idcirco Iudicis arbitrio esse hoc remissum, scripserūt Marsil.*in l.quæstionis modum,num.45.ff.de quæst.* Menoch.*de arbitr.quæst.lib.2.casu 197.num.7.* Conrad.*in loco proximè citato,num.40.* Lancellot.*de attentat.capit.12.in 6.appellat.n.3. & seqq.* Claud.Bertazz.*ad consilium Bertazzoli patr.348. in addit.litera A,in princip.* & propterea si Iudex arbitratus fuerit, appellationem à decreto torturæ interpositam esse friuolam,& calumniosam, ea non obstante ad torturam procedet per præallegata, & per ea quæ scripsit Baiard.ad Clar. *in q. 64.n.85.* Vbi affirmat,ita seruari non solùm in statu ecclesiastico,sed etiam in Regno Neapolitano, non obstante *cap.regni,incip. Si iustè,* quo disponitur recipi ad appellationes ante torturam:id enim intelligi debet,si appellatio fuerit iusta, secus si iniusta,& calumniosa,ex Foller.*in pract.crim.in 3.par. 3.partis principalis,num.50.*

Et † isto casu tunc appellationē friuolam,& calumniosam 28
Iudex arbitrabitur,quando videbit in processu apparere legitima ad torquendum indicia,& ea non fuisse purgata in termino concesso reo ad faciendum suas defensiones, vt bene considerat in terminis, Carrer.*in pract.in 1.tract.de appellat. ad l.obseruare curabis, C.quorum appellat. non recip.§.vigesimus primus casus est,num.2.* & melius explicat Foller.*in dicto verbo,etsi confitebuntur, in 3.part.3.partis,sub num.50. vers. Quod puto esse,* & est de mente gl.*in d.l.2.ff.de appellatio. recip.in verb.si contra,* vbi videtur exemplificare,quòd tunc Iudex mandat torquere reum contra legem(quo casu admittit ille textus appellationem) quando non præcedentibus indiciis hoc præcipit: ergo secus si legitima præcedant indicia: addo & Cyrillum *vbi supr.d.§.fin.num.2.in fin.*

Nec tibi videatur durū † quòd ista cognitio,an appellatio 29
sit calumniosa,& iniusta, an verò secus, spectet ad Iudicē ad quem,quia pro resolutione aduertas,quòd prædicta cognitio potest duobus modis fieri:vno modo,ad sciendum,an sit deferendum,nécne appellationi interpositæ: alio modo,an appellatio sit legitima, & admittenda, nécne. Primo casu talis cognitio spectat ad Iudicem à quo, secundo autem casu spectat ad Iudicē ad quem, & Iudex à quo iudicabit, an debeat deferre,vel non deferre appellationi, Iudex autem ad quem, an appellatio sit legitima,& admittēda,an non:*l.chirographis, §.1.* vbi Bart.*in 1.notab.ff.de administra.tut.cap.dilectus filius, extra de rescrip.* Specu.*in tit.de appellat.§.nunc dicamus,n.2. & 3.& n.9.* Bald.*in l.appellat.n.8.C.de appellatio.& in capitu. Pastoralis,§.præterea,n.5.de offic.delega.* Franc.*in cap.constitutus,n.19.& in capit.de priore,n.1.de appella.* & est cōmunis, * * vt per Iserniam relatū per Conrad.*in d.l.1.C.si de momentan. possess.q.19.n.9.* & latiùs in *q.1.n.16.& seqq.* vbi multa notabilia ponit in materia,& inter alia dicit,quòd quando appellatio est euidenter & notoriè calumniosa (prout in iis terminis hanc secundam sublimitationem fore intelligēdam mox declarabo) tunc sine dubio talis cognitio spectat ad Iudicem à quo, non autem ad Iudicem ad quem, vt per Ioan.And. Butr.& Bellamer.in locis ibi per eum allegatis,*n.19.vers. Nec his obstat,* nec dissentit Lancellot. *de attentat.d.cap.12. in 5. ampliation.num.2.* & ita vt suprà semper vidi,& audiui apud nos practicatum fuisse, & apud Clarum vigore decretorum illius dominij,ita etiam seruari testatur idem Clar.*d.q.64.eodem vers.Sed quid agendum,in fin.* & de iure verissimum esse in terminis hoc comprobat Cyril. *in summ.crim. vbi supra, rub.de appellat.§.fin.n.1.vers.Vnde si Iudex.fol.mihi 170.*

LIMITA Hanc† secundam sublimitationem,vt procedat, 30
quando euidēter apparet de calumnia appellationis, & sic de ea Iudex est certus;secus si sumus in dubio,quia in dubio Iudex debet supersedere in tortura,& expectare,quid super appellatione pronunciet Iudex ad quem.Ita expressè,& in terminis declarauit Foller.*in d.verb.etsi confitebuntur, in 3.parte 3.partis,post dict.num.5.versi.Et si dubitat.* & magis in specie Carauita.*super ritu magnæ curiæ 259.nu.10.vers. Et tandem,* vbi dicit quòd quia periculosum est torquere, vbi torquēdus appellat,ex quo esse potest,vt quod Iudici à quo iustum, vel iniustum videtur, aliter appareat Iudici ad quem. Idcirco

* communiter * apud eum seruatur, quòd appellatio recipitur à decreto de torquendo lato post factas defensiones,& cautiùs agit Iudex,si stante appellatione supersedet, ne se exponat periculo, & pœnæ Iudicis indebitè reum torquentis, vel non deferētis appellationi, cui deferre debeat:licèt aliqui Iudices Baronum, qui volunt apparere fiscales,criminalistæ,& quos videmus postea à syndicatu aufugere(vt inquit Carauita eo loci) aliter faciunt, & quandoq; appellationi deferunt, & quandoque non,& ipsimet discernunt si iustè, vel iniustè appelletur. Sed prima practica,quæ est etiam conformis iuri communi,magis frequentatur,& melior est, vt ibi per Carauitam,quem in proposito refert Brunor.à Sole *in d.suo consil. criminali.post num.*147. & Flam.Cartar. *in sua pract.interrogan.reorum,lib.*4.*capit.*1.*n.*73.*& seq.*& sic apertè ibidem Carauita sentit, quòd nisi Iudex sit certus de calumnia appellationis,debeat omnino in tortura supersedere,ne pœnę,& pe-
31 riculo se exponat.† Et facit,quia id,quod suprà dixi,Iudicem posse reiicere appellationem friuolam,& calumniosam,ac ea non obstante sine attētatorum vitio ad vlteriora procedere, intelligendum est in appellatione euidēter calumniosa,& friuola:secus in dubio, siue dubium sit iuris,siue facti,Innocēt. *in cap.Pastoralis,sub nu.*3.*ver.s.ad hoc*,& ibidem Bald.*num.*3. *extra de offic.delegat.* Ias.*in l.*1.*in primo notab.C.de bon.possess. secun.tab.& in l.Præses,n.*4.*de re iudic.* Franc.*in cap.à Iudice, nu.*5.*de appellat.in* 6. cum aliis per Conrad.*in l.*1.*C.si de momentan.possess.quæst.*1.*nu.*41.*& seqq.* vbi optimè etiam declarat, quando appellatio dicatur euidenter, & notoriè calumniosa, seu friuola,& quando non, nec dissentit Lancellot.*de attentat.appellat.penden.dict.capit.*12. *limitatione* 6.*n.*48.

32 LIMITA VII. Regulam † propositam,vt etiam stantibus indiciis Iudex non possit torquere reum, quādo comedit,vel bibit, sed debet expectare saltem per nouem, vel decem ho-
* ras post. ita enim communiter * in practica seruari testatur Marsil *in l.prima,in princ.ff.de quæst.num.mihi* 81.& reddit rationem,ne scilicet vertatur torquēdo stomachus, & vomendo patiatur, & sic nō possit examinari,refert,& sequitur Ioā. Mar.Monticell.*regul.* 10.*in fin.n.*42.& alios adducit concordantes, siue etiam de consuetudine seruari testantes Clar.*in pract.§.fin.quæst.*64.*vers.Decreta tortura*, quem in proposito refert Flam.Cartar. *in sua pract.interrogan.reo.lib.*4.*c.*1.*n.*78, *& seq.* & ante istos Paris de Put. *in tract.de syndica.in verbo, tortura,il* 3.*cap.incip.De repetitione,n.*11.*& seq.fol.mihi* 327. *colum.*3. sed credo quòd sufficiat expectare ad plus per horas octo:quia eo tempore est perfecta digestio:& stomachus requirit alium pastum, imò sufficit expectare quinque aut sex horas,vt dicit Nouell.*in practica ad defensam, capit.*3.*nu.*20. & ita vidi seruari, & hæc erit septima consideratio per Iudicem habenda ante torturam.

33 LIMITA VIII.†Et hæc sit altera cōsideratio per Iudicem habenda,antequam torturam inferat, vt omnes rei,etiā quòd contra eos legitima præcedant indicia, non sint tamen vno modo æqualiter torquēdi,sed aliqui grauiùs,& aliqui leuiùs, secūdùm qualitatem personarum, delicti, & indiciorum,quæ ex processu resultāt,vt bene adnotauit per alios Clar.*in prac.* §.*fin.q.*64.*vers.Nunc de gradib.torturæ,in princ.* Vbi propterea dixit, in hoc multùm præcipuè versari Iudicis arbitriū, quod etiā dixit idem Clar.*in d.q.*64.*vers.Debet igitur Iudex*,& ante Clarum,hoc idem scripserūt Bald.*in l.vnic.nu.*9.*C.de confess.* Gandin.*in tract.malefic.sub rubr.de q.n.* 10.Iod.*in pract.crim. c.*37.*n.*1.*& c.*38.*n.*4.Paris de Put.*in tract.de synd.verb.tortu. il* 2.*c.*2.*Viso de indic.n.*2.Brun.*de ind.& tort.part.*2.*q.*2.*n.*18. Menoch.*de arbit.q.lib.*2.*casu* 271.*n.*1.*& seqq.*Bonif.de Vita. *in rubr.qualiter sit fien tortur.n.*1. Aym.*cons.*287.*nobilis,n.*6. Vbi multùm bene explicat, in quibus illud Iudicis arbitrium cōsistere debet,& Aymonem referēdo sequitur Bertaz. *cons.* 215.*nu.*3.*lib.*1.*crim.*Cyrill.*in summ.crim.partic.*3.*rubr.*29.*de quæst.nu.*7.*&* 8. Vbi etiam eleganter loquitur,& bene etiam in proposito loquutus est Foller.*in pract.crim.verbo,rei inducti torqueantur,n.*16. Vbi expressè dixit circa modū torturę, non posse dari certam & determinatā regulam,cùm hoc totum depēdeat ex grauitate delicti.Item ex qualitate indiciorum,nunquid scilicet leuia,aut vrgentia sint, & an plura,vel vnicū.Item ex qualitate personæ torquendæ, an sit robustus, & fortis,an verò debilis,& delicatus, an minor, an maior, an senex,an iuuenis,an sanus,an infirmus,an timidus,an versutus, & his similia:quod & ante Foller.bene tradiderat Guid. de Suzzar.*in tract.de indic.& tortu.n.*19.& ibi ¶Ludou.Bolognin.*in addi.*sequitur Franc.Personal.*in tract.de indic.& tort. n.*15.& post Dec.*cons.*93.*n.*135.*lib.*2. quē allegat,nouissimè etiam sequitur Flam.Cartar. *in pract.interrog.reo.lib.*4.*cap.*1. *num.*112.*in fin.*vbi propterea admonet Iudices,vt minùs torqueant Doctores, & nobiles,quàm plebeios,& minùs etiam debiles quàm robustos.Item vt rationē habeant,quando torquendus exudationem venæ, aut aliquod vulnus, in pectore passus fuerit,si difficultatē anhelitus, aut morbum gallicum, aut quid simile habuerit, & omissis aliis Doctorū authoritatibus, ex quibus sine dubio, hæc conclusio communiter ab omnibus recipitur,& practicatur,sufficiat ad id allegare textum satis expressum *in l.quæstionis modum,ff.de quæst.* dū ibi Vlpianus in hæc verba cōstituit:*Quæstionis modum magis est, Iudices arbitrari oportere:*& ibi hoc notāt gl.Bart.& cōmuniter*omnes,& ad saturitatē Marsilius,vide *infr.n.*86.*& seq.*

Verum, † vt sciat Iudex quomodo hoc suum arbitriū cir- 34
ca modum torturæ regulare debeat : scire etiam debet,quot sint gradus torturæ.Et in hoc reperio tres principales Doctorum opiniones, & incipiendo ab vltima, vna fuit Doctorum opinio, quam in Senatu Mediolani seruari testatur Clar. *in pract.d.q.*64.*vers.Nunc de gradibus,post medium*,quòd scilicet tres tantummodo gradus torturæ inueniantur. Primus erit territio,quæ quidem tertio isto casu non solùm comprehendit minas de torquendo,sed etiam conductionem ad locum tormentorum,spoliationem,& ligaturam.Secundus erit torturæ gradus,quando reus ponitur in tormentis, eleuatur, & ibidē retinetur per aliquod notabile spatium. Tertius est, quando reus non solùm torquetur,& tenetur in suspēso: sed etiam quando squassatur vno , vel duobus ictibus funis, vel etiam tribus, iuxta ea quæ idem Clar.scripsit *in d.q.*64.*vers. Debet igitur Iudex.* Et † sicut isti tres sunt gradus torturæ,ita 35
etiam post Bald.*in cons.*77.*nu.*8.*lib.*3.& Boss.*in tit.de tortur. num.*16.Torturam aliam leuem,aliam grauem,& aliam grauissimam,dixit Franc.Personal.*vbi supra,de indic.& tortura, num.*76. leuem torturam exemplificādo in primo gradu,grauem in secundo,& grauissimam in tertio, Bonacos.*in comm. opin.part.*2.*vers.tortura est triplex fol.*82.

Et † quando ligatura esset multùm atrox, vel stricta, vel 36
cum taxillis,vel alio modo: tunc inquit Clarus in loco præcitato, quòd talis ligatura potest æquiparari secundo gradui torturæ:hoc est,quando reus in tortura eleuatur,& ibi testatur se vidisse quēdam Medicum de loco Olegij,qui plus passus est in ligatura eo modo facta,quàm alij in tortura: vnde sumpta hac occasione,nō possūm laudare illos Iudices, † qui 37
permittunt custodes, & satellites carcerum tales ligaturas facere,prout scio etiam quandoque,quòd præfati custodes,seu potiùs humani carnifices solent voluere,vt ipsi vocant,stringam, & cum ea sic torta & voluta manus miserorum & carceratorum ligare. Vnde fit,vt mirabilem sentiant in ea ligatura dolorem, cum in tormentis persistendo, illa stringa sic torta totam dilaniat carnem vsque ad ossa.Prout † etiam non 38
possūm nisi vehementer excandescere contra illos alios Iudices, qui reum tenent ligatum antequam illum torturæ subiiciant per longum temporis spacium, absque eo,quòd id faciunt in actis describere, vnde fit,vt dum reus in tortura ponitur, ita ab illa ligatura defatigatus reperitur, vt multò maiorem patiatur dolorem & cruciatum.

Altera † fuit aliorum Doctorum opinio, qui dixerunt tor- 39
turæ gradus esse quinque,prout refert Clar.*in d.q.*6.*eod.vers. nunc de gradibus.*Primus enim est gradus continens in se solas minas de torquendo: secundus continens conductionem ad locum tormentorum : tertius continens spoliationem, & ligationem : quartus continens eleuationem in equuleo: quintus squassatio,quibus addidit sextum Franc.Person. *vbi suprà sub num.*76.*ad fin.* videlicet repetitionem.

Tertia,† & magis cōmunis* fuit Doctorū opinio,& apud 40
nos etiam magis vsu seruata,quòd torturæ gradus pariter sint * quinque,de qua post alios infrà mox allegabo,bene pertract. Flam.Cart. *in pract.interrog.reo.lib.*4.*c.*1.*n.*132.*vers. Et quoniam animaduertendum est.* Primus erit,quando Iudex mandat reum spoliari,ligari, funi applicari, & in ordine poni, ita vt nihil aliud deficiat, quàm sola eleuatio. Quo † quidem 41
primæ torturæ gradu Iudex vtitur,quando indicia sunt leuia,

& non

& non talia,vt sufficiãt ad plenam torturam,licèt bene reum
42 suspectum cognoscat. † Item Iudex eo vtitur nõ in robustos, versutos, atque dolosos viros,sed in debiles,timidos, pusillanimes, ac delicatos : qui vt experientia docet, cum hoc solo
43 primo torturæ gradu delicta fassi sunt sæpissimè: † licèt enim hæc sola territio nõ possit propriè dici tortura,quia verè corpus nõ affligit,nec illi dolorem incutit,quia tamen bene torquet animum,animóque ob illum timorem,dolorem & cruciatum non mediocrem affert,idcirco saltem largo modo potest dici tortura, & vt per Paul.Ghirlan.*in tract.de quæstion. & tormen.q.4.nu.1. vers. Primus siue infimus gradus torturæ est,& seqq.*Foller.*in pract.crim.in verbo,rei indurati torqueantur,num.16.vers.Primus gradus est*,Conrad.*in pract.in tit.de negat.crim.& tormen.nu.41.vers. Primus est,territio, fol.mihi 303.col.2.*Hippol.Riminald.*conf.395.n.44.vers.Primus quando reus*,vide quæ dixi *in anteced.q.37.num.104.& seq.*

44 Secũdus torturæ gradus erit,†quando reus tortura eleuatur,ibidémq; detinetur modico tempore,videlicet per vnum Aue Maria, per vnum Pater noster, vel per vnum Miserere,
45 ad plus,absq; tamen vlla squassatione.† Et isto secũdo gradu torturæ, quæ etiam potest appellari leuis, vt possunt Iudices, quando habent reum magis suspectum,quàm in primo gradu,& indicia sunt plenè probata, non tamẽ sunt plena,& ita propinqua, vt ad plenioré, seu grauiorem torturam deueniri possit,vt bene exẽplificat idẽ Ghirlan.*de quæst.& tormen.q.4. vers.Secundus gradus torturæ est,& seqq.vsque ad n.*8.Foller. *in d.ver.rei indurati torqueantur,n.*27. *vers.Secundus gradus,* Conrad.*d.rub.de negat.crim.& tormen.n.*41.*vers.Secundus est gradus,* Hippol.Rimin.*d.conf.*395.*n.*45.*lib.*4.Bertaz.*conf.*40. *n.*15.*lib.*1.*cri.& vide quæ dixi in anteced.q.*37.*n.*104. *& seq.*

46 Tertius est gradus,†quãdo Iudex detinet reum in tortura per spatium duorum Miserere, vel paulò plus,absque tamen squassatione,& ad hoc deuenire solet Iudex, quando indicia sunt plena,& plenè probata, delictum tamen non est atrox, vel si atrox,reus tamen est nobilis,vel aliàs honestæ familiæ, ac bonæ conditionis,& famæ.His enim casibus Iudex potest adhibere hunc tertium torturæ gradum,vt bene comprobat Ghirlan.*vbi supr.d.quæst.*4.*n.*8. Foller.*dict.verbo,rei indurati torqueantur,num.*17.*vers.Tertius gradus est,*Conrad.*d.rub.de negat.crim.& torm.eod.n.*41.*vers. Tertius est gradus torturæ,* Hippol.Riminal.*d.conf.*395.*num.*46.*vol.*4.Faciunt in proposito, tradita per Clarum *in pract.*§.*fin.quæst.*64.*vers. Debet igitur Iudex*,vbi propterea quòd ad plenam torturam Iudex non debet deuenire, nisi saltem adsit vnum indicium sufficiens,& plenè probatum.

47 Quartus est torturæ gradus,†quando reus diutiùs detinetur in tortura, videlicet, vel per tertiam partem vnius horæ, vel per mediam,vel per duas tertias partes,vel etiam per horam integram, cum vno, duobus, vel pluribus ictibus funis,
48 vel squassationibus. † Et ad hanc torturę speciem nunquam Iudex deuenire debet,nisi priùs indicia sint vrgentia,& bene probata: & ob id reus sit suspectissimus, quòd habeat membra robusta,& quòd crimen sit atrox,& scandalosum,vtputà si esset furtum magnæ rei, vel sacræ, vel aliud turpe sacrilegium, aut sacrorum abusus, aut homicidium graue vel falsitas literarum Apostolicarum, & similia,vt pluribus comprobat Ghirlandus, *vbi suprà,d.q.*4.*n.*9. Foller.*d.verbo,rei indurati torqueantur,nu.*17.*vers.quartus gradus*,Conrad.*d.rub.de negat.crim.& tormen.nu.*41.*vers.quartus gradus*, Hippol.Riminal.*d.conf.*345.*n.*47.*vol.*4.Flam.Cartar.*in sua pract.interrogan.reor.lib.*4.*cap.*1.*num.*98.*& seqq.*

49 Quintus & vltimus est torturæ gradus, † quando reus in tortura suspẽsus pertinaciter negat, & torturam ipsam paruipẽdere videtur, Iudéxq; vltra ictus & squassationes,de quib. in præcedenti gradu,mandat in eius pedibus ligari,vel com-
50 pedes ferreos,vel aliud simile pondus.† Et ad istud tormenti genus,quod sæuissimũ est,& ex quo corpus dilaniatur,membra dissoluuntur,& quandoque à corpore euellũtur,ita quòd torti rei vt plurimùm magis mortem expetant, quàm talem crudelem torturam sustinere:Iudices deuenire non solẽt,nec debent,nisi,vltra requisita in præcedenti quarto torturæ gradu,crimina nõ solùm sint atrocia,sed atrocissima,vtputà hæresis,læsæ maiestatis,euersionis status, aut similis proditionis, vbi de patriæ,aut multorũ salute tractatur,ingentis assassinij, enormissimi homicidij,alicuius sacrę personæ,videlicet Car-

dinalis, seu alterius magni Principis,vel cõtra maleficum,aut Mathematicum, vt pariter comprobat Ghirlan.*vbi supr.d.*4. *quæst.num.*10.*vers.quintus & vltimus torturæ gradus,& n.*11. Foller.*in d.verbo,rei indurati torqueantur, n.*17.*vers.Quintus & vltimus tortura gradus est*,vbi propterea admonet Iudices, vt hoc crudelissimo torméti genere (ex quo propter immensum cruciatum , & dolorem nonnulli coguntur quandoque confiteri ea, quæ non fecerunt) non vtantur passim,& indistinctè in omnibus criminibus,prout dixit facere quosdã crudeles suo tempore iudicantes,& humanum sanguinẽ sitientes,quia eorum anima sepelitur in inferno,quod etiam repetit *in* 3.*part.*3.*partis,vers.etsi confitebuntur,n.*69.vbi post Paridem de Put. quem allegat dicit, † quòd non debẽt Iudices 51
magna pondera pedibus applicare,nec aquã frigidam in dorso pendentis in tortura adhibere, nisi in grauissimis, & atrocissimis criminibus,de quibus suprà,sequitur Cõrad.*in pract. d.titul.de negat.crim.& tormen.n.*41.*vers.Quintus gradus est*, Hippol.Riminal.*d.conf* 395.*num.*38.*& seqq.vol.*4. dixi etiam *infra,n.*65.nec dissentit Bursat.*conf.*201.*n.*9.*& seqq.& nu.*82. *lib.*2.& bene refert Flam.Cart.*in pract.interrog.reorum,lib.*4. *cap.*1.*n.*132.*sub versic. Et quoniam animaduertendum est*,& latiùs *num.*105.*& seqq.vsque ad nu.*112. Et sic in hac octaua limitatione habes , quænam sint per Iudicem considerandã,ne dicatur excedere in tortura respectu modi:quid autem de excessu temporis,videas in sequenti limitatione.

LIMITA IX. (Et†hæc pariter sit noua Iudicis consideratio ante torturã adhibenda,& quæ torturæ excessum in tempore respicit) vt licèt ex præallegatis *suprà,n.*33.in Iudicis arbitrio remissius à iure videatur non solùm modus torquendi 52
reos,sed etiam tempus,& ista sit veritas: † veritas tamẽ etiam 53
est,quòd Iudex,& in modo,& in tempore non immoderatè, sed moderatè debet reum torquere,ita vt remaneat saluus,& illæsus,vt bene probat idem text.*in d.l.quæstionis modum* , & ibi Bart. Alber.& cõmuniter , ac præcipuè Marsil.*ff.de quæst.* in illis verbis: *itaque quæstionem haberi oportet, vt seruus saluus sit innocentia,vel supplicio.*Item facit text.*in l.de minore* §.*tormenta,ff.eod.tit.*in illis verbis,*sed vt moderationis temperamenta desiderant*, & per ista iura sic Iudicem in tortura debere se moderatè agere,scripserunt post alios quos allegãt antiquiores,Gandin.*in tit.de quæstio.& tormen.n.*5.*&* 10. Nouell.*in tractatu ad defensam,c.*3.*n.*19.Brun.*de ind.& tort.*3.*part.q.*5. *n.*17.vbi bene loquitur in materia Bossi.*in tit.de manda.ad homicid.n.*32.Aym.*conf.*287.*nobilis,n.*6. vbi etiam quòd in tali arbitrio Iudex debet vti benignitate potiùs, quàm atrocitate, Aymonẽ referendo,sequitur Bertaz.*conf.*315.*n.*3.*lib.*1. Ant. Gomez.*var.resol.tom.*3.*c.*23.*rub.de tort.reo.n.*5.vbi propterea exclamat contra Iudices seueros & crudeles vanam , & inanem gloriam affectantes,qui moderatum in torquẽdo excedunt modum, Hipp.Rimin.*d.conf.*395.*n.*53.vbi alios refert, & alios etiã refert,& sequitur Franc.Personal.*in tract.de ind. & tort.n.*15.*in fin.princip.*vbi propterea quòd Iudex semper debet inclinare in mitiorem partem, & idem *in vers.Ex quo senex,in fin.versiculi*,vbi quòd isto casu arbitrium Iudicis intelligitur de discreto,& non de indiscreto, *& nu.*16.*vers.Et ideo Iudex*, vbi quòd in torquendo reum Iudex conscientiam ad Deum, non autem ad aliquam pompam directam habere debet,& in partem magis æquam inclinare,& multùm bene in proposito loquitur Cyrill.*in summ.crim.rubr.*29. *de quæst. partic.*3.§.11.*nu.*2.*& seqq.fol.mihi* 161.*& seqq.* & nouissimè Flam.Cartar.*in pract.interrog.reor.l.*4.*c.*1.*n.*132.*post vers.Et quoniam animaduertendũ est,iuncto ver.Et hæc procedunt,&c.*

Et magis in specie, † vt etiam sciat Iudex quo tempore 54
debeat hoc suum arbitrium moderari,sciat quoque non nisi per horam , etiam quòd simus in quarto gradu inferendæ torturæ,de quo *suprà,num.*47. reum torquere licebit, prout scripsit Ghirlan.*in tractat.de quæst.& tortura,d.q.*4. *num.*4.*in princ.*& quando sumus in quinto gradu, de quo *suprà,n.*49. *& seq.* pariter nec licebit torquere reum per tres, vel quatuor horas (prout scio quosdam nedum iniquos,sed ignaros Iudices fecisse) sed vel etiam per horam vel paulò plus,vt in terminis animaduertit Foller. *in pract. crimin. in dicto verbo, rei indurati torqueantur , post num.*16.*fol.mihi* 189. & quidem , vt verum fatear, in quocumque enormissimo crimine apud nos rarò vidi torturam adhibitam vltra horam, & si fuit adhibita vltra hõram , non excessit quartam par-

tem secundæ horæ,verùm quando nõ sumus in quarto, aut quinto gradu inferẽdæ torturæ,sed in secundo,& tertio,tunc torturam debere esse leuiorem, etiam intra horam, suprà demonstraui,*nu.*44.*& seqq.* Et ad præmissa maximè facit,sicut etiam bene considerauit Flam.Cartar.*in sua pract.interrogan. reo.lib.*4.*cap.*1.*n.*113.*& seqq.*Bulla Pauli III.cõtinens decreta, & statuta per Iudices seruanda in causis carceratorum, de qua *in Bullario,prima part.fol.*471.& est in ordine Bulla illius Pontificis 58.*vers.Captum vero,*vbi prohibet Iudicibus reum in tortura detinere per longum temporis spatium vnius aut plurium horarum,& sic vix videtur concedere potestatẽ reos torquendi per horam,sed,vt dixi,hoc poterũt Iudices,quando erunt in quarto, vel in quinto gradu inferendæ torturæ, de quo suprà,*n.*47.*& seqq.* aliàs secus,& ita apud nos seruatur,præterquã in tormento vigiliæ,quod solet longiori tempore inferri,& de quo mox in seq.dicam limitatione.

Vnũ tamen non prætereo,quòd licèt pleriq; ex præcitatis, & infrà citandis Doctoribus tradentes modum inferẽdæ torturæ, videantur potiùs considerasse quantitates ictuum, qui pro quolibet indicio dari possunt, quàm tẽporis, in quo reus suspensus detineri debeat, & hoc quia sic apud eos seruatur, vt videre est apud Blanc.*in l.fin.ff.de quæstio.*Cason.*in pract. fol.*83.*n.*3. sicut illum refert Clar.*d.q.*64.*sub verb.Debet igitur Iudex,* Cyrill.*in summ.crim.part.*3.*rub.*29.*de quæst.*§.11, *num.*5.Bonacoss.*in comm.opin.crim.part.*1.*vers.*Torquendus
* debet habere,*fol.mihi* 178.*col.*2.testantes quòd de cõmuni* Italiæ consuetudine rei pro quolibet indicio, & pro qualibet vice,tribus ictibus funis affliguntur,nulla facta per eos mentione per quantũ tempus possint in tortura detineri;& prout etiam de huiusmodi ictibus loquuntur Aym. *cons.*287.*nu.*6. *vers.Sed pone quòd ageretur* , & Mars.quos allegat d.Ioseph. Cum.*in tract.de synd.cap.*21.*rub.de tort.n.*20.quòd non pro quolibet indicio dantur tres ictus funis, sed omnibus cõputatis, & pro omnibus indiciis dantur dicti duo tres ictus, & nõ vltrà,quem etiam in proposito refert Flam.Cartar. *in sua pract.interrogan.reor.lib.*4.*cap.*1.*n.*99.quibus etiam addit Baiard.*in addit.ad Clar.in tract.*§.*fin.q.*64.*num.*98.*& nu.*100. Hodie tamen apud nos torturę modus regulatur nõ à quantitate ictuum,sed à tempore,iuxta ea quæ *in præcedenti vers.* scripsi , licèt bene in delictis atrocissimis, & quando indicia sunt plura & vrgentissima,& reus robustus etiam vltra tempus afficitur aliquo ictu,vel squassatione,iuxta ea quę scripsi *suprà,num.*47.*& seqq.*quando scilicet sumus in quarto,vel in quinto gradu torturæ inferendæ , sed vt plurimùm etiam in istis casibus,Iudex mandat squassari potiùs funẽ,quàm reum ictibus tormentari. Tales enim squassationes sunt minùs periculosæ, quàm ictus,& inferunt magnum dolorem. Et ita apud nos seruatur, & vide in proposito Burs*at.in cons.*201.*n.* 9.*lib.*2. vbi post Catrer.& alios quos allegat, dixit quòd maiorem dolorem sentit reus dum sic eleuatus , & suspensus in tortura detinetur,quàm dum ictibus funis torquetur.

55 LIMITA X.Propositam † huius quæstionis regulam (& hæc erit alia Iudicis consideratio ante torturam adhibenda, & respiciens excessum in torquendo respectu generis tormẽtorum) vt licèt legitima adsint cõtra reum indicia,tamen per hoc non debent ad ipsum torquendũ noua tormentorum genera inuenire,sed solito tamen & cõsueto tormento,quod in similibus delictis adhiberi solet , vti debet , alioquin malè facit , & si propterea ex nouo tormento aliquod malum reo accidat,& moriatur,vel quòd ei membrum debilitetur,tenetur Iudex,prout videtur fuisse de mẽte Bald.*in l.*1.*in fin.n.*4.
56 *C.de emenda.seruo.* † Vbi propterea notat ex eo text. contra Iudices, qui rei carnes in tormentis scindunt, vt confiteantur,inquit Bald.si in tormentis moriatur,Iudex debet decapitari tãquam homicida:nec dissentit Ang.*in l.nemo carcerem, C.de exact.tribu.lib.*10.prout illud refert Brun.*in tract.de indic.& tort.in* 2.*part.q.*2.*num.*7.vbi pariter ex eo text notauit contra Iudices,qui propter delectationem,quam habent torquendi reos, inueniunt nouas tormentorum species, ij enim appellantur (inquit Bru.) Iudices irati, & peruersi, & ratione eorum peruersitatis Dominus eos confundet in inferno , & hæc agendo sunt apertè ignorantes , cùm sapientes talia abhorreant,& virtutum illuminatione scientiæ formam propagant, reliqui verò actibus impiis se exaltare dicentes , eorum famam apud bonos & graues viros confundunt,& inquinãt, & prædictis etiam addo Ant.Gom.*var.resol.tom.*3.*cap.*13.*de tort.reor.n.*5.*ad fin.*vbi pariter inuehit cõtra illos Iudices,qui noua tormentorum genera miseris reis imponunt,ex quibus sæpe,vt experientia docet,aut vitam, aut aliquod membrum amittunt,vel saltem remanent debilitati,vt perpetuò inutiles fiant Boss.*in tit.de tort.n.*40. vbi quòd aduertant Iudices, ne in tortura vtantur instrumento insolito : quia si mors sequeretur,faceret litem suam,iuxta doctrinam Bald. *in d.l.*1.*C.de emend.seruo.* cum aliis ibi per eum allegatis,Bonac.*in comm. opin.part.*1.*vers.torqueri quis non debet, fol.mihi* 177.*col.*1. *in fin.*& plura alia contra Iudices, qui inanis gloriæ cupidi noua tormentorũ genera in dies excogitant,vide adducentẽ Flam. Cartar.*in sua pract.interrogan.reo.lib.*4.*cap.*1.*n.*7.*& seqq.*

Et aduerte, † quòd licèt aliqui Doctores voluerint , posse 57
Iudices noua tormentorum genera inuenire in delictis atrocissimis, & enormibus , prout scripserunt post Parid.de Put. & Bald.quos allegant, Foller.*in pract.crim.in verbo,rei indurati torqueantur,n.*11.*& in verbo,etsi confitebuntur,in* 3.*part.* 3.*partis,nu.*7.vbi loquitur in tormento polletri, ex quo scinduntur carnes ipsius rei contra dispositionem textus,*in dicta l.*1.*C.de emend.seruor.*Fab.à Monte Leone *in sua praxi arbit. in sexta parte principali,q.*9.*nu.*1.*& seqq.fol.mihi* 497. Burs*a. cons.*201.*n.*13.*lib.*2.horum tamen opinio sicut in se vera non est de iure,ita nec Bald. nec Paris de Put. per eos allegati dicunt id ad quod allegantur : & quando delicta sunt atrocia, & grauia,potest etiam Iudex vti grauibus , & atrocibus tormentis,de quibus infrà dicam,sed nõ insolitis,& nouis. † Et 58
in omnem euentum semper abstineat se ab eo tormento, siue nouo,siue solito,per quod rei carnes scinduntur : si enim hoc tormenti genere vtetur,non solùm faciet contra expressam legis prohibitionẽ,videlicet *d.l.*1.*C.de emend.seruo.* quæ etsi loquatur in domino contra seruos,idem tamen est in Iudice contra reos , quia valet argumentum isto casu de potestate dominica ad potestatem Iudicis,vt bene ibidem adnotauit Bald.sed etiam,& meritò,poterit appellari carnifex Iustitiæ, prout scilicet, in alio proposito Iudicem talia facientem appellat Paris de Put.*in tract.de synd.in verb.tortur.il* 3.*cap.*4. *incip.de repetitione,n.*5.*ad fin.vers.& ad omnem dubitationem tollendam,fol.mihi* 327.*col.*1.

Immò † abstineat etiam Iudex se ab eo, quod aliqui Iudi- 59
ces facere solent,videlicet à torquẽdo reos cum propriis manibus. Non enim hæc Iudici & eius dignitati conueniũt,sed onus est satellitum,& birroariorum,prout refert Paris de Put. *in tract.de synd.in verbo,tortura,il* 3.*cap.*4. *incip.de repetitione,nu.*9.*vers.An Potestas,*se vidisse quendam Potestatem,qui capiebat reum per capillos,vel per aures,dando caput ipsius fortiter ad columnam dicendo, cõfitearis,& dicas veritatem ribalde, & licèt post gloss. Ioan. And. *in c.non licet,*85.*distin.* per Paridem *vbi sup.*allegatus,dixerit hæc licere nedũ Iudici, sed etiam Episcopo,non per hoc tamen, vt dixi, Magistratui, & Iudici decoro talia vmquam conuenire crediderim.

Verùm † vt Iudex hic noster sciat solita tormentorũ genera 60
apud nos,quicquid alij alia dixerint,plures torquendi modos referẽdo,de quib. per Bru.*in tract.de indic.& tort.*2.*part.q.*2. *n.*6.per Mars.*in l.*1.*in princ.n.*76.*ff.de quæst.*& per Conrad.*in pract.tit.de neg.crim.& torm.*43.*& seq.fol.mihi* 304. & latiùs per Iod.*in pract.crim.c.*37.*n.*17.*& seqq.* † Nullũ tormentũ est 61
magis in vsu,quàm tormentũ funis,seu,vt vulgò dicunt,cordę:tale enim tormentũ videtur approbatum,& à iure cõmuni,*vt in l.nullus* ibi,*fidicularum tormenta,*& ibi gl. & Salic.*C. ad l.Iul.maiest.*Iodoc.*d.cap.*37.*n.*17. & etiam communiter * *
à consuetudine,prout testatur Brun.*d.q.*2.*nu.*6.*vers.Quidam viuntur corda,*vbi quòd nullũ est tribunal & Prætoriũ, quod non habeat ex publico hoc instrumentum cordæ,& ibi cum Bruno affirmatũt Mars.*in d.l.*1.*in princ.n.*76.*vers.Quidã verò viũtur corda,* Foll.*in pra.in verbo,rei indurati torqueantur, n.*9. vbi quòd tortura cordæ est magis in vsu,& frequentior, quàm alia tormẽta. † Et quòd corda subtilis infert maiorem 62
dolorem quàm grossa, quod ante eum dixerant, Salic.*in d.l. nullus,*& Paris de Put.*de synd.verb.tortur.il* 3.*c.*4.*incip.de repetitione,n.*5.*in fi.vers.Et tunc ergo repeterem,*& de isto funis tormẽto,quod iura fidiculã appellãt,loquutus est etiã Imperator *in l.Decuriones* & ibi gl.*in verbo,fidicula, C.de q.* quem textũ in idem adduxit Conrad.*vbi suprà,d.tit.de negat.crim. & torm,nu.*44. † Et ibi etiam ponit quòd quandoque istud 63

tormẽti

tormentorum fonis ſolet dari,vna tantùm manu ligata, quòd & ante eum dixerat Brunus *d.num.6. verſ. Alij ligant ſolum vnam manum*,& ita aliquando ſeruatum vidi,quando reus in altera manu, vel brachio haberet aliquod impedimẽtum, per quod nõ poſſet ſine periculo cũ duab. manib. ligatis torqueri.Et demum de frequentia & vſu eius tormenti funis manibus poſt terga ligatis,vide exornantem Flam.Car. *in ſua pra. interrogan.reo.lib.4.c.1.n.4. & ſeqq.* vbi *nu.6.* inter alia dicit, quòd ab hiuſmodi tormenti genere nõ receditur, niſi quando reus ob aliquam cauſam illud pati non poteſt.

64 Et† vt iſtud tormentum funis maiorem inferat cruciatum, in atrociſſimis ſolet dari quandoque etiam cum aqua frigida in dorſo,vt ſuprà adnotaui,*num.* 51.& de qua frigida ſcripſit Paris de Put. *in tra.de ſyndic.d.verbo,tortura,il* 3.c.4. *incip.de repetitione, n.*5.*prope finem, verſ. Et aliqui crudeles*,vbi tamen quòd iſta inexquiſita tormenta non ſunt danda niſi committentibus crimẽ læſæ maieſtatis,homicidis,latronibus,& ſtratarũ diſrobatoribus,& parricidis: & Paridẽ ſequutus eſt Carrer.*in pra.in 2.tracta.de indic.& tortura*,§ *circa ſextum,de repetitione,n.3.verſ.Et maximè ſi aquam frigidam*,Foll.*in pract. d.verbo, rei indurati torqueantur, n.*10.*& in verbo,etſi confitebuntur,in 3.parte 3.partis,v.69.*& iſtud de aqua frigida, aliàs apud nos multis abhinc annis aliquando ſeruatum ſcio : ſed hodie non talia fieri,aut committi per Iudices:ſed bene quãdo (vt loquitur) ſumus in atrociſſimis , & reus videtur parui
65 pendere tormenta,ſolent Iudices † vel compedes ferreos, vel quaculum intra pedes apponere ad hoc, vt non poſſit pedes
66 inſimul iungere,quòd maximum affert dolorem. Vel † quandoque etiam mandant reum ex tortura deponi, & ſic depoſitum in ſede lignea accommodari,& ibi illum ſinunt ſtare,donec videatur refrigeratus , & poſtea mandant iterum eleuari: quo caſu reus ipſe nouum & iterabilem ſentit dolorem , de quo etiam ſcripſit Paris de Put. *vbi ſuprà,dicto num.*5.*ad finem,verſ. Et aliqui permittunt* , quem refert Carrer. *vbi ſup. d.n.* 3.*verſ.Alij ſinunt.*

67 Secundum tormentum quo Iudices noſtri vtuntur, eſt,vt vulgò dicitur, tormentum ſtanghettæ, vel, vt alij nominant, taxillorum, Brun.*de indic.& tortura*,vbi ſuprà,2.*par.d.quæſt.* 2.*n.6.ver. Quidam ponunt taxillum*,& poſt Brun.Marſi.*in d. l.1.in prin.n.76.ver. Aliqui verò vtuntur quodam taxillo*, & poſt Marſ.Conrad. *in pract. d. tit. de negat.crim.& torm. poſt n.*43.*verſ.Taxilli poſiti* ; ſed iſto tormento Iudices noſtri non vtuntur, niſi in ſubſidium, quando tortura , vel ob ſenectutem,vel ob aliud corporis impedimentum non poteſt inferri, quia pauciſſimi inuenti ſunt,qui ob id faſſi fuerint:& de formula conſtituendi reos in hoc tormento,vide Flam.Carta.*in ſua pract.interroga.reo.lib.4.c.2.n.6.*

68 Tertium † eſt tormentum ſibillorum, quo & Iudices noſtri vtuntur vel in pueris,vel in mulieribus, & in leuib. delictis,de quo etiam mentionem fecit Brun.*vbi ſup.d.qu.2. n.6. verſ. Quidam torquent immittendo virgas.* Marſil. *in d.l.1. in prin.n.76.verſ quidam alij torquent*,Conrad. *d.t.tit.de neg.cri. & torm.poſt n.*43.*verſ.virgarum immiſſio.*

69 Quartum eſt tormentum ignis, † quo ſæpiſſimè Iudices noſtri in atrociſſimis vtebantur retroactis temporibus , antequam eſſet inuentum tormentum vigiliæ,ſed hodie ferè nũquam illo vtuntur,ſed ad dictum vigiliæ tormentum,de quo mox dicam,ſe conferunt,& de hoc ignis tormento,ac de modo illud inferendi, meminit Brun. *de indic. vbi ſuprà, d. q.2. n.6.in fine,verſ.Aliqui lauant pedes*,Marſil.*in d.l.1.in princ.n. 76.verſ.aliqui alij lauant pedes*, Conrad. *d.tit.de negat.cri.& torm.n.*43.*verſ.Et combuſtio pedum*, Iodoc. *in pra.cri.in d.ca.* 37.*num.*18.*ver.Alij verò malefici*,Clar.*in pra.§.fin.q.*64.*verſ. Item debet*, Flam.Cartar. *in prac.interrogan.reor.lib.*4.*c.*1.*poſt n.*4. *& cap.*2.*nu.6.* vbi ponit formulam conſtituendi reos in hoc ignis tormento.

70 Quintum†& vltimum eſt apud nos in vſu tormentum vigiliæ,de quo tormento meminit Marſ. *in d.l.in prin. ff.de qu. n.76.verſ. nam ponitur reus.* Et tempore Marſilij,qui, vt ipſe teſtatur,videtur fuiſſe inuẽtor huius tormenti,ponebatur reus ſuper vno ſcamno ad ſedẽdum,& ibi aderant duo ad eius cuſtodiam ne dormiat,& ſi dormire voluerit,illum expergiſcũt, & nec dormire, nec quieſcere ſinunt per horas quadraginta: in tantum quòd promiſſa ſibi quiete infra tale tempus fateri cogitur, & huic tormento, inquit Marſil.licèt videatur ridiculoſum,nemo tamẽ tã ferox inuenitur, vt *illi* poſſit reſiſtere,& ita aliàs ſe fuiſſe expertũ teſtatur:† ſed hodie malæ noſtræ tempeſtatis fato,neſcio, an ob Iudicum ſeueritatẽ,an ve- 71
rò ob ſceleratorum delinquentium obſtinationem,detur hoc tormenti genus acriori, & crudeliori modo. Nam ſcamnum huiuſmodi, quod aliqui Capram,aliqui Equum nũcupant,eſt altũ à terra quantũ ſtatura eſt natura vnius hominis,& illius ſummitas eſt non plana, ſed in medio aliquantulum altior,& ex altitudine quatuor pendent latera vnius palmi cum dimidio in circa pro quolibet latere.Ponitur in hac ſcamni ſeu equi ſummitate reus denudatus,& vndique ligatus,ne forſan caderet, cum manibus retro vinctis, & funi ſuprà ſcamnum exiſtenti applicatis non aliter ac ſi torquendus eſſet, & quod peius eſt,cum brachiis ab eodem fune extenſis,vel in totum, vel pro parte , prout Iudici videbitur ibidem infelix reus ſic nudus ligatis retrò manibus funi applicatis, & cum brachiis quãdoque extenſis detinetur per quinque aut per decem horas,quandoque etiam paulò plus Iudicis arbitrio:ita quòd eo tempore & funis & vigiliæ tormentum,quod miſerandũ eſt, & ex centum hominibus, qui hoc tormentum paſſi ſunt, nõ credo quatuor,aut quinque fuerint martyres,reliqui verò cõfeſſores : eſt nempe tormentum inſupportabile tum ratione temporis,tũ ratione immenſi cruciatus & doloris.Bene verũ eſt,quòd illud ſolum in atrociſſimis conſuetũ video,vt in crimine læſæ maieſtatis,aſſaſſinio;ſtratarum latronib.diſrobatoribus famoſis,bannitis,& his ſimilibus: ideirco in infligendo tale tormentum vadant Iudices multùm temperati, & ſuper omnia aduertant, non facere multùm extendere brachia rei, quia talis extenſio longo temporis interuallo de ſe periculoſa eſt, & plures ob id mortui fuerunt in ipſo tormento & quãplurimi defecerunt,& vt dixi,eo nõ vtantur,niſi in atrociſſimis,& niſi in caſu,in quo indicia ſint nedum vrgentia,ſed vrgentiſſima contra reum,& ita apud nos ſeruatur.Et dum hęc iam ſcripſeram,peruenit ad manus meas practica interrogan. reo.Flam.Cartar. *qui in* 4 *lib.c.*2.*n.*7. *&* 8. bene etiam ponit formulam conſtituendi reos in hoc vigiliæ tormento. Et poſt hæc ſcripta perlegi Cardin. Zaba. *in c.cum in contemplatione, n.*9.*de reg.iur.*ibi dicit,equuleum ad modum equi fuiſſe tormenti genus, quo vtebantur infideles in ſuppliciis Martyrũ, quod propriè non conuenit , nec conuenire debet Chriſtianis ad eruendam facti veritatem, & iterũ peruenit Baiard. in addit.ad Clar.*in tract.§.ſi.q.*67.*poſt num.*105. *& ſeq.* vbi hoc tormentum,caualletti tormentum nuncupat,& iure antiquo fuiſſe cognitum,affirmat,ex Chaſſan.in loco per eum relato, illúdque inferendum eſſe exiſtimat in criminibus qualificatis,vt in parricidio,aſſaſſinio, crimine læſæ maieſtatis , publicíſque latronibus,& ſtratarum diſrobatoribus.

LIMITA XI. (&† hæc erit alia conſideratio per Iudicem 72
habenda,ne forſan in repetendo torturam, dicatur excedere) vt etiam ſtantib. indiciis reus ex illis tortus ampliùs torqueri, & ſic in tortura (vt aiunt) repeti non poſſit, niſi noua ſuperueniant ſecundùm Cynum *in l.fi.C.de quæſ.* Vbi quòd aſſeſſores repetentes tormenta ſine nouis indiciis,non habẽt præ oculis nec Deum,nec leges,Guido de Suzzar. *in tract.de indic.& tortu.n.*3. *&* n.57. vbi teſtatur de communi * opinione,Gandin.*in tit.de quæſt.& tormen.n.*4.Paris de Put.*in tract. de ſynd.in verbo tortura,il* 3.*c.*3.*incip.de repetitione,n.*1. *&* n. 4.*in fi.*Catald.*in eodem tra.de ſynd. quæſt.*231. *&* 232. Ang, Aret.*in verbo,Quod fama publica præced.n.*95. vbi ex hoc reprehẽdit Iudices crudeles,qui quotidie torquent,& tormenta repetunt abſque nouis indiciis , & ibi Augu. *in addit.* vbi adducit Bald.idem tenentem in pluribus locis, latè Marſil. *in l.repeti,nu.6.& ſeqq.*vbi *num.*10.*in fine*, hanc non ſolùm teſtatur communem*opinionem, ſed etiam veriorem, æquio * rem & in practica ſeruandam:quod & idem repetit *in pract. cri.num.*2.*&* nu.3. & Marſil. pariter refert & ſequitur Aym. *conſ.*287.*Nobilis,nu.6.verſ.Præterea,&c.*†vbi ampliat etiam 73
in atrociſſimis,& n.7.Brun. *in tract.de indic.*2.*par.quæſt.*5. *n.* 58.*verſ.Dicunt Doctores,& n.*56.*&* 60. *verſ. tamen communis opinio,& n.*62.Foller.*in pract.crim.in* 3.*par.*3.*partis, verbo,etſi confitebuntur*, *nu.*78. vbi aliorum dictis relatis tandem cum Marſilio reſidet in iuri conſona,Boër.*deciſ.*164. *num.*9. *& n.*11.Carrer.*in pra.crim. in* 2.*tract. de indic.& tort.*§.*circa ſextum,de repetitione tortura,n.*1. vbi plures in idem adducit, Iodoc.*in pra.crim.capitulo* 38.*n.*2. *&* ſeqq. Conrad. *in pract.*

tit.de negat. crim. & torm. numer. 31.*mihi* 299. Anton. Gomez.*var.resolu. tomo* 3.*c.*13. *rub de tortura reo.n.*26. *in princ. & in vers. Tamen magis communis*, vbi testatur de magis cõmuni*opinione,& loquitur etiam quòd indicia fuerunt grauissima (de quo tamen vltimo paulò infrà videbimus) Boss.*in tit.de tortu.nu.* 42. vbi quòd hæc conclusio procedit non solùm secundùm iuris communis dispositionem, sed etiam secundùm practicam, Menoch. *de arbit.q.lib.*2. *casu* 272. *nu.*5. * vbi testatur de magis communi* opinione, Cyril.*in summa cri.prac.*3.*rub.*29.*de quæst.*§.11.*n.*17.*fol.mihi* 163. Hier. Magon.*decis.Lucen.*79. *nu.*9. *& seq.* vbi pariter testatur de communi* opinione, Hipp.Riminal.*cons.*305.*n.*33.*& seq. vol.*4. vbi ex Alber.*in l.*2.*n.*8.*ff.de quæst.* & aliis ibi per eum allegatis sic vbique communiter* seruari, testatur Villalob.*in com. opin.ver. Tortura,n.*119. Clar.*in pra.*§.*fin.n.*64.*ver.vltimò videndum est*, ibi, *si verò reus sint pro sufficientia tortus,&c.* vbi etiam ex Alber.*vbi sup.* & aliis per eum allegatis, & de communi ac etiam seruata opinione testatur Fran. Personal.*in tr. de indic.& tortu.n.*80.*&* 97. vbi quòd ita à bonis quotidie Iudicib. Deum ante oculos habentib. practica seruatur, Bertaz. *cons.*528.*n.*1.*in* 2.*vol.* Bursa.*cons.*201.*n.*85.*& sequen.lib.*2.*&* * *cons.*216.*n.*115.*eodem lib.* vbi de magis communi, * *& cons.* 326.*n.*8. vbi pariter de communi,*li.*3. Sarmien. *Select. interpret.lib.*1.*c.*1.*post n.*2. vbi etiam de vera, & communi opinione, de qua etiam per Flam. Carta.*in sua prac.interrogan. reo.li.* 4.*c.*1.*n.*123. Hier. Laur.*decis. Auen.*15.*n.*4.

74 Et licèt † aliqui dixerint propositam limitationem de consuetudine non seruari, prout scripserũt Bart. *in l. vnus*, §.1. *post n.*1.*vers. Tamen consuetudo,&c.* vbi quòd cõsuetudo hęc non obseruat, imò quæstio repetitur indistinctè cùm Iudici videtur, Guido de Suzzar.*in tr.de indic.& tortu.d.n.*57.*in fin. ver. Assessores autem*, vbi quòd assessores honoris auidi præmissam conclusionem non seruant, imò quæstiones repetunt ensi nouis indiciis, quousque de obiectis criminibus hauriant veritatem, horũ opinio potest defensari *per Aut. vt Iud. sine quoquo suffrag.*§ *illud videlicet, ver. Oportet enim*, ibi, *torquebũtur, & non primtus quiescant, donec reddat furta*, Gandin. *vbi sup.d.ti.de q.& torm.n.*20.*ver. Assessores*: tamen vbi loquitur per eadem verba, quibus loquutus fuit Guido de Suzzar. in loco nuper citato, Cataldin.*de syndica.d.quæst.*231. vbi quòd semel tortus non debeat iterum torqueri, licèt Assessores faciant contrarium Paris de Put.*in tr.de syndic.verbo,tortu.il* 3. *d.c.*4.*de repetitione,n.*1.*ver.Bart.dixit,& n.*4.*ver.& sic Bart. vbi sup.n.*5.*vers. Tamen Assessores,&c.* ex Bart. Dy. & Iacobo * de Arena ibi per eum allegatis dicit communem*iudiciorum obseruantiam esse, vt semel tortus possit iterum torqueri, & quòd ita Assessores seruant, Brun.*de indic.& tortura,*2 *par.d. q.*5.*n.*58.*ver. Tamen de consuetudine, &*n.59.*ver. Dicit quod Assessores,& n.*60.*in princ.& n.*62.*in fine*, vbi testatur, quòd ita seruari vidit, & quandoque etiam ipse seruauit, Foll.*in pra. cri.d. verbo, etsi confitebuntur, num.*78. *ver. Assessores tamen*, cum aliis relatis per Flam. Car. *vbi sup.d.lib.*4.*c.*1. *num.*124. *vers. Sed Alber.& n.*121.*vers. de consuetudine tamen.*

75 Horum † tamen attestatio minimè attendenda est, quia, vt * ex præallegatis apparet communis*obseruantia est pro limitatione,& Assessores, qui contrarium faciunt malè faciũt, vt in specie contra assertam consuetudinem tradiderunt Ang. *de malef.d. verbo, quod fama publica,n.*95.*in fine, vers. Sed iudicio meo*, Ludou. Bologn. *in addi.ad Gui.de Suzzar.vbi sup. de indic.& tor.n.*58.*& seq.* vbi respondet textui ex aduerso allegato, §. *oportet, Authẽ.vt Iudi.sine quoquo suffrag.* Marsi. *in l. repeti, post n.*9.*ff.de quæst.* vbi refert, & sequitur Ang. *de malef.in loco nuper citato.* Carter.*vbi sup.d.*§ *circa sextum, de repetitione torturæ.vers. licèt consuetudine*, Iodoc.*in pra.cri.d.c.*8. *n.*6.*&* 7. vbi maximè damnat practicam Flandriæ,& aliorum locorum repetendi reos in tortura sine nouis superuenientibus indiciis, Boër.*decis.*163.*n.*10.*& seq.* Bru. *de indic. d. qu.*5. *n.*62.*in fi.* vbi licèt dicat se aliquando seruasse contra propositam limitationem, non per hoc tamen negat, quin male fecerit, & minùs iuridicè, quod & adnotauit Clar. *d.q.*64.*ver. fi.* & post Clarum Fran. Personal.*in tra.de indic.& tortu.n.*80. *in fine.* quare non recedas à proposita limitatione.

76 AMPLIA I. Hãc† 11. principalem limitationem, vt ad hoc, vt reus possit repeti in tortura, nõ solùm sit necessaria superuenientia indiciorum, sed etiam opus est, quòd illa sint euidentiora,& fortiora primis, vt bene probat tex.*in l.vnius*,§.1. ibi, *euidentioribus argumentis oppressus, ff.de quæst.* & ibidem Bar.*in princ.in* 1.*oppos.& n.*2.*in fi.* Paris de Put.*in tit. de synd. verbo,tor.il* 3.*ca.* 4.*incip.de repetitione,nu.* 1. *in prin.* vbi etiam allegat Cyn. & Iacob. de Arena,*in l.fi.C.de quæs.* Bru. *de indi. & tort.*2.*par.q.*5.*num.*58. *vers. Aut sunt indicia de nouo euidentiora.& paulo infra.vers. Et quòd dicitur,& n.*61. vbi quòd ita tenent omnes.* Marsi.*in l.repeti, nu.*8.*ff.de quæst.* vbi alios * adducit concordantes, Carrer.*in pra.d.*§.*circa sextum,de repetitione tortura,post num.*1.*primò casu*, Aym. *cons.*287.*nobilis, n.*7.*vers. Imò nõ sufficerent noua indicia.* vbi testatur*de com- * muni, æquiori,& veriori,& practicata opinione, ex Marsi. *vbi sup.* & idem testatur Foll.*in pra.cri.in verbo, etsi confitebuntur, in* 3.*par.*3.*partis, nu.*78.*ad finem, ver. Sed si fuerit sufficienter tortus*, Iodoc.*in pra.cri.c.*38.*rub.de repetitione,quæst.n.*3. Clar. *in pra.*§.*fi.quæst.*64.*vers. vltimò vidẽdum*, ibi, *Aliqui verò addunt,&c.* Vbi pariter ex Gand. Papien. & aliis sic de communi,& practicata opinione testatur Lauren. ab Occa.*inter cons. cri.diuers.cons.*60.*n.*70.*vers. Attamẽ aduertatur,li.*2. Menoc. *de arbitr.quæst.lib.*2. *casu* 272. *n.*7. Franc. Personal. *in tr. de indic.& tortu. numero* 80. *&* 82. vbi ampliat, etiam in crimine atrocissimo, Bertaz.*cons.* 146.*nu.*2.*in* 1.*vol.* Flam. Cart. *in sua pra.interrogan. reo.lib.*4.*c.*1. *n.*123. vbi pariter testatur de communi opinione.

AMPLIA II Eandem† 11. limitationem, vt indicia super- 77
uenientia non solùm debeãt esse euidentiora, & clariora primis, sed etiam diuersi generis, secũdùm Parid. de Put.*de synd. verbo,tortu.il* 3.*d.c.*4.*incip.de repetitione,n.*3. Ang.*de malefic. in ver. Quòd fama public.n.*98.*ver. Quæro,quæ dicantur noua indicia*, vbi notabiliter dixit, noua indicia ad hoc, vt reus possit repeti in tormentis esse ea, quæ à præcedentibus differunt specie, & substantia: verbi gratia, prima indicia respiciebant malã famam inquisiti, vel eiusdem inimicitiam cum occiso: & ex illis ipse reus fuit tortus, & nihil fassus est; superuenit postea vnus testis, qui deponit se vidisse eundem reum vulnerare, vel eundem vidit cum gladio euaginato: talia inquam dicuntur noua indicia, quia differunt à primis specie, vel substantia, & ex illis potest reus etiam semel tortus iterum torqueri: verùm si primus reus habuit contra se iudicium famæ probatæ, per aliquos testes, & ex illis tortus perstiterit, non potest amplius reperi, etiam quòd superueniant alij testes non inducunt nouum indicium, sed nouam probationem veteris indicij, quæ ad reperendum torturam non sufficit, vt ibi per Ang. quem etiam in proposito refert, & sequitur Brun. *de indic.*2.*par.d.quæst.*5.*n.*63. Marsil.*in l. repeti, n.*19.*ff. de quæstio. & in pra.cri.*§.*quoniam,n.*9. Aym.*cons.*287.*nobilis.n.*7. Blanc. *de indic. ad l.fin. post num.*222.*ff. de quæstio.* Carrer. *in pract. crim.d.*§.*circa sextum,de repetitione torturæ,n.*9 Mille. *in praxi crim.persequen.f.mihi* 108.*num* 32. Franc. Marc. *decis.*280. *num.*1.*&* 2.1.*parte,& decis.*253.*ad finem,num.*4.*vers. Adde, quòd noua indicia,eadem par.*1. Ludou. Bolognin *in addit.ad* Guid. de Suzzar.*in tract.de indic.& tortu.nu.*61. Iodoc.*in pra. cap.*28.*rub.de repetitione quæstio.num.*5. Cyrill. *in summa cri. particula* 3.*rubr.*29.*de quæst.*§.11.*num.*17.*fol.mihi* 164.*colum.* 2. Boss.*in tit.de tortu.num* 42.*vers. Quod verò dictum est*, vbi * quòd ita dicunt magis communiter* Doctores, Conrad. *in pra.rub.de negat.crim.& torm.num.*31.*folio mihi*299. *colum.*1. *in prin.* Clar *in pra.*§.*fin.q.*64.*vers. vltimò videndum, prope finem*, vbi pariter testatur de communi*opinione, ex Alexand. * *in cons.*5.*libro primo*, Menoc.*de arbitr. quæst.li.*2.*casu* 272.*n.* 7. Franc. Personal.*in tract.de indic.& tortu.num.*80.*&* 82. vbi alios refert Bertaz.*cons.*145.*n.*1. & ibi Claud.*in addit.lib.*1.

AMPLIA III. Quia † confessio extorta in repetitione 78
tormentorum, quæ repeti non debebant, nihil valet, nec cõfitenti nocet, vt per Anton. Gomez.*var.resolu.tomo* 3.*cap.*13. *rubr.de tortura reorum,nu.*25.*vers.*3.*infero*, Gig.*de crim.læsæ maiestatis.li.*1.*tit.quom.& per quos crimen læsæ maiest.prob.quæs.* 1.*n.*32. Carrer.*in pract.crim.in* 2.§.*circa sextum*, *de repetitione torturæ,n.*5. Bursat.*cons.*201. *post numerum* 87.*lib.*2. Franc. Personal.*de indic.& tortu.n.*8.*dicam infrà,in tit.de reo confesso& convicto,quæstio....num.eodem,hoc lib.*

SVBLIMITA I. Propositam† 11. limitationẽ, vt procedat, 79
quando indicia contra reum erant sufficientia ad torturam, sed non plus,& sic quando non erant vrgentissima, vel indubitata. Tunc enim sufficienter tortus pro vna vice, non potest

torqueri

torqueri alia vice, niſi noua ſuperueniant indicia,vt dixi, fortiora primis,& diuerſi generis,vnde ſecus ſi indicia erant grauiſſima,& vrgentiſſima,quia tunc per vnicam torturam non cenſentur purgata:& ideo poteſt repeti etiam aliis non ſuperuenientibus,vt per Bart.*in d.l.vnius*, §.1.*n*2. *ff. de quæſt.* vbi magiſtraliter loquutus,dixit,quòd quandoque apparent contra reum indicia non multùm manifeſta, nec multùm vrgentia,& tunc quæſtio de eo non debet repeti. Quandoque autẽ contra reũ apparent indicia manifeſta,euidentiora,& multùm vrgentia,& tũc ſi in prima tortura reus nihil dicit,& ſtat durus, poterit iterum torqueri, & repeti:& ita dicit practicari,& intelligi tex.*in d.l.vnius*,§.1.*& inl.repeti*,*ff.eodem*, cuius text.verba ſunt hæc: *Repeti quæſtionẽ poſſe Diui fratres reſcripſerunt,&c.*hanc Bartol.doctrinam ſequuti ſunt Paris de Put. de ſyndic.verbo,*Tortura,il 2.ca.2.incip.Viſo de indicijs,n.3.c.4.incip.De repetitione,n.1.verſ.Et ideo dicit*,Brun.*de indic. & tortu.2.par.q.5.n.58.*ipſe tamen aliter intelligit Blanc. *de indic. ad l.fina.nu.11.& 12.ff. de quæſtio.* vbi bene declarando Bart. verba aduertit,vt huic declarationi, & repetitioni locus ſit,nõ ſufficere indicia eſſe vrgẽtia ſimpliciter,ſed debere eſſe multùm vrgentia,prout dixit Bart.Mille. *in praxi crim.perſequen.fol.mihi* 108.*n.*34.Marſil.*in l.repeti,n.7.de quæſt.* Gram. *conſ.*21. *nu.*25. vbi pariter requirit indicia multùm vrgentia, Foll.*in pra.cri.in* 3.*par.*3.*partis,verbo,etſi confitebuntur*, *n.*78. *verſ.Sed poſtea idem Bar.*vbi idem refert etiam Sali. *in l.*2. *in fine,de cuſto.reor.*Boſſ.*in tit.de tortu.ſub num.*42.vbi quòd qui nõ fuit debitè tortus,iuxta magnitudinem indiciorum,poteſt * iterum torqueri; & ita teſtatur magis * communiter dici per Doctores,Conrad.*in pract.titul.de negat.crim.& tortu.poſt n.* 31.*verſ.Si verò ſint plura indicia,fol.mihi* 290.*col.*1.vbi loquitur in pluribus indiciis propinquis, & manifeſtis, Carrer. *in pract.crim.in* 2.*tract.de indic.& tort.*§.*circa ſextum,de repetitione torturæ,n.*13.*in fine*,Anton.Gomez.*var.reſol.tomo* 3.*ca.*13.*de tort.reo.n.*16.*in princ.& eo caſu,& ver.* vt dixi,vbi hãc ſequitur ſublimitationem tãquam in iure veriorẽ (licèt * contrariam, vt mox dicam,aſſerat magis*communem)Soc.*conſ.* §4.*n.*14.*lib.*3.Hippol.Riminald. *conſ.*395.*n.*35.*& ſeqq.vol.*4. vbi ex Bar. *in d.l. vnius*, non ſolùm ita de conſuetudine ſeruari teſtatur,verùm etiam quòd in hoc conueniunt* omnes, * ex Ant.de Cana.*in tra.de quæſt.*6.*membro,poſt nu.*1. Clar. *in pra.*§.*fi.q.*64.*verſ.Debet igitur*, ibi, *& ſi indicia ſint plura, & vrgentia,tunc torquetur reus interpellatis diebus ſeu vicibus, & in verſ. Hæc autẽ omnia*, vbi ex Bart. & Ant.de Canario *vbi ſup.* non ſolùm teſtatur de communi,& quòd ita de conſuetudine ſeruatur, ſed etiam quòd ita faciunt boni aſſeſſores, Fran.Perſonal.*in tra.de indic.& tortu.*80. Bertazz. *conſ.*320. *n.*6.*&* 7.*in* 2.*vol.& in conſ.*474.*n.*21.*eodem vol.* Burſat. *conſ.* 201.*poſt n.*87.*lib.*2.Bonac.*in comm.opin.*1.*par.ſub verſ. Tortura reiterari poteſt,fol.mihi* 178.*col.*1. & aliis relatis teſtatur etiam de communi, & practicata opinione, Flam.Cartar. *in ſua pra.interrogan.reo.lib.*4.*c.*1.*n.*119.*& ſeqq.*

80 Et †licèt contra propoſitam ſublimitationem apertè ſenſerint Boër.*deciſ.*163.*n.*12.volens,quòd tortura non poſſit repeti, etiam ſi reus fuiſſet grauatus pluribus vehementiſſimis indiciis,imò & probationibus, idẽ Carrer. qui ſuprà pro ſublimitatione allegatus, *in d.*§.*circa ſextum de repetitione,poſt n.*1.*verſi.licèt de conſuetudine Iudices inanis gloriæ auidi, indifferenter reum torqueant,& in tormentis repetant,ſine nouis ſuperuenientibus indiciis, maximè ſi prima indicia fuit multum vrgentia,& manifeſta*, iuxta doctrinã Bartol. *in dicta l.vnius*, §.1.*ff.de quæſt.*malè tamen faciunt, & tenentur in ſyndicatu. Rurſus & idem Carrer. *ibidem,n.*4.vbi refert Afflict. *in conſtit.* ſi damna clandeſtina, *quæ facta in propoſita diſtinctione*, quòd ſi indicia ſunt remota,& non propinqua,reus non repetitur ſine nouis indiciis,ſed ſi ſunt proxima, & fortiora, tunc poteſt repeti.Dicit poſtea ſe vidiſſe bonos Iudices obſeruare, vt nunquam repetãt torturam, abſque nouis indiciis:& ita ſe * habere magis communem*Doctorum opinionem (etſi ipſe in iure eam minimè veram credat)& ex plurib.ibi per eũ relatis,teſtatur Anton.Gom. *var.reſol.tomo* 3.*c.*13.*rub.de tortu. reor.n.*26.*ver.tantùm magis cõmunis opinio eſt*,Aym.*conſ.*287. *nobilis, n.*6.*in fi.verſ. Præterea Bald. & n.*7.*verſ. ergo neceſſario ſequitur*,vbi videtur cõcludere,quòd indiſtinctè reus, qui vna vice non fuit leuiter tortus,non poſſit ampliùs in tortura repeti, idem Clarus qui ſuprà pariter in contrarium allegatus *in d.q.*64.*ſub eodem verſ.Debet igitur Iudex,ad finem*, vbi teſtatur in prouincia Mediolani,quæ cum ſumma iuſtitia, temperantia, & humanitate gubernatur, ſe nunquam vidiſſe ex quibuſlibet indiciis(niſi iuſſu Senatus)reum interpellatis diebus torqueri.

Non†per hoc tamen ab ea diſcedendum crediderim,tum 81
quia re vera magis vſu recepta eſt,tum etiam quia magis* cõ- *
munis, quicquid in contrarium atteſtatus fuerit Anton. Gomez. *vbi ſupra,d.n.*26. cùm authoritates per ipſum allegatæ non in ſpecie loquantur,quando indicia ſunt multùm vrgẽtia,prout ſunt termini propoſitæ ſublimitationis.Aduertas tamen,tu Iudex,nec facias,prout alios Aſſeſſores referunt Doctores relati *ſupra, nu.*74. qui inanis gloriæ cupidi,reos indiſtinctè repetunt in tortura ſub prætextu, quòd indicia ſint multum vrgentia,& multùm manifeſta.Nam licèt hoc ſit remiſſum Iudicis arbitrio, vt paulò infrà demonſtrabo: tamen tale arbitrium debet eſſe iuri communi conforme, & moderatum,& ſic re vera indicia debent eſſe multùm vrgentia, & multùm manifeſta,non autem ex propria ceruice.

LIMITA Rurſus†præcedentem primam ſublimitationẽ, 82
vt etiam quòd indicia eſſent multùm vrgẽtia,& multùm manifeſta,non per hoc reus eſt ſemper torturæ repetendus, ſed ita demum ſi fuerit perſona robuſta & quæ animo,& corpore duratura primæ torturæ reſiſtentiam fecerit, alias ſecus,etiã quòd ſit grauatus plurib.indiciis multùm vrgẽtib.& multùm manifeſtis: & ratio eſt in prõptu, quia tortura dicitur grauis, & leuis,ſufficiens, & inſufficiens,non tamẽ reſpectu temporis,ſed etiam reſpectu qualitatis perſonæ,vt ſup.probaui,*n.*33. & in terminis propoſitam declarationem mihi probat text. *in d.l.vnius*,§.1.*ff.de q.*in illis maximè, ſi in tormẽtis animus corpuſque durauerit. ex quo textu notant Doctores cõmuniter* ad hoc,vt repetitioni torturæ locus ſit, non ſolùm requiri ſuperuenientiam indiciorum,ſed quòd reus animo,& corpore in tormẽtis perdurauerit,vt videre eſt apud Gãd.*in rubr. de q.& torm.n.*4.*&* n.20.*in fine* Guid.de Suzzar.*in tr.de ind. & tort.n.*3.*&* n.57.*pariter in fine* Parid.de Put.*tract. deſynd. verbo,tortura,il* 3.*ca.*4.*incip.de repetitione,n.*5.*v.quo caſu*,Fol. *iu pra.cri. ver.etſi confitebuntur, in* 3.*par.*3.*partis,n.*28. *verſ. Conſideret autem,& ver.Dicitur ſufficienter*,Carrer.*in pra.cri. in tra.de ind. & tort.in* §. *circa ſextum,de repetitione, n.*7. vbi remiſſiuè ponit, an & quando quis dicatur duratus corpore, & animo,Burſ.*conſ.*201.*num.*86.*vol.*2.vbi quod ita frequentiori calculo tenent*Doctores. *

SVBLIMITA II.eandem†11. principalem limitationem, 83
vt procedat,quando reus fuit ſufficienter tortus:ſecus ſi leuiter,& non ſufficienter:verbi gratia, Iudex habet in manibus reũ,quem iudicat taliter grauatum indiciis,vt illum fore torquendũ arbitretur per mediam horã, poteſt iſto caſu,ſi vult, hãc mediam horam ſcindere,& prima vice reũ leuiter tãtùm torquere,putà per ſpacium vnius Aue Maria,& deinde illum ſufficienter repetere vſque ad finẽ mediæ horæ, etiam nullis aliis ſuperuenientibus indiciis;hoc nullã habet difficultatem, nec apud Doctores,nec apud latrunculatores,& in ſpecie ſic ſcripſerunt Bart. *in dicta l.vnius*,§.1.*in prima oppoſitione,ff.de q.*vbi ita ait fore intelligendum tex.*in l.repeti*,*ff.eodem*, Paris de Put.*in tr.de ſynd.verbo,tortura, il* 3.*c.*4.*inci. De repetitione tormentorũ. n.*6.Marſ.*in l.repeti,n.*4.*& ſeq.& n.*10.*ante finem*, vbi teſtatur de communi*opinione, *& pra.*§.*quoniam, nu* 2. * *verſ.Si verò non fuit ſufficienter tortus*,Brun.*de indic.& tortu. par.*2.*q.*5.*n.*59.*prope finem, & num.*62. Carrer. *in pract.d.*§. *circa ſextũ,de repetitione torturæ,n.*1.*verſ.Si verò tortura fuit leuis,n.*4.*verſ.Niſi fuerit leuiter tortus* Paul Ghirl. *in tract.de quæſt.& torm.q.*4.*n.*5 Foller.*in pract.cri.in* 3.*par.*3.*partis,verbo,etſi confitebuntur,n.*78. *ver. Aut non fuit ſufficienter tortus, & verſ.Et finaliter*,vbi teſtatur de*communi,ex Marſ.*in loco* * *præcitato*,Aym.*conſ.*187.*nobilis,n.*5, *ad finem,nu.*6. *verſ. iam illud.*Boſ.*in tit.de tortura, ſub n.*41. vbi quòd hæc declaratio eſt vera ſecundùm practicam, & ſecundùm iuris diſpoſitionem,Conrad.*in pract.rub.de negat.crim.& torm.n.*31. *ante* 4. *ampliationem fol.mihi* 299.*col.*1.*in fine*, Clar.*in pra.q.*64.*ver. vltimò videndum eſt poſt prin.* ibi, *Tu verò dic.* vbi ex Dyno & aliis per eum allegatis dicit q̃ ita communiter* tenetur & * ſeruatur:& rurſus idem Clar.*d.q.*64.*verſi. Hæc autem omnia, ad finem.*vbi etiam ex Ant.de Canario *in tra.de q.in* 6.*mẽbro, poſt num.*1.dicit quòd boni aſſeſſores incipiunt à leui tortura,

& si ex ea habent veritatem,bene quidem,,sin minù steam repetunt, Menoc.*de arbitr.quæstio.li.2.casu 272.num.6.* Bonacoss. *in comm.opin.1.pa.vers. Tortura reiterari potest, & vers. Torqueri quis iterum non potest, fol.mihi* 178. *colu.1. & par.3. vers.tortus leuiter,fo.mihi* 83.*col.1.in fi.*Hippol.Riminal.*cons.* 395.*n.*32.*&* n.80. Bertazz. *cons.*474.*n.*16.*in fi.lib.*2.*criminalium*,Flam.Carta.*in sua pra.interrogan.li.*4.*c.*1.*n.*129. *& seq.* vbi pariter testatur de communi, & seruata opin.

84 Et licèt † contra hanc sublimitationem soleat allegari Bal. *in l.*2.*C.quorũ appel.*volẽs, quòd reus nõ possit repeti ex primis indiciis , etiam quòd tormenta non sint plenè imposita, prout illum sic dicentẽ referunt Aug.ad Ang.*de male.in verbo, Quòd fama publica præced.nu.*65.*in prin. Additionis, vers. quãtumcũque Bal.*Paris de Put. *in tra.de synd.in ver.tortura, il* 3.*c.*4.*incip.de repetitione,n.*1.*vers.Tamẽ idẽ Bal.*Bru.*de indic.& tort.*2.*par.q.*5.*post n.*59.*vers. Quatũcunque Bal.* Boër. *dec.*163.*n.*11.*ante mediũ,vers.& Baldus*,vbi & ipse cum hac
85 opinione pertransire videtur. † Non per hoc tamen ab ea vl-
* lo pacto recedes:tum quia vt præfertur*,cõmuniter recepta, & obseruata,tum quia Bald.*in d. l.*2.*n.*9.*vers.Item dicas*,non dicit id ad quod allegatur,sed contrarium,& illius verba sunt hæc:*Itẽ dicas,quòd si tormenta non sunt plenè imposita,possunt repeti,sin autẽ sunt plenè imposita, nõ possunt repeti:sin ex nouis indiciis.*& quatenus Bal.contrarium assereret,eius opinio esset sine ratione,prout dixerunt Aug.& Bru.in locis citatis.

86 AMPLIA præcedẽtes†duas sublimitationes,vt Iudicis arbitrio remittatur,quando reus dicatur leuiter,& non sufficiẽter tortus, an verò secus:item quando indicia contra eundem reum sint multùm vrgentia, & manifesta,an verò pariter secus ad ea quæ suprà posui,*n.*33.& in terminis in materia repetitionis torturæ,sic affirmarũt Bal.*in d.l.*2.*post n....vers.Quæ autẽ sint plena.sive moderata*,vbi expressè dicit, quòd Iudicis arbitrio remittitur,quæ fuerint torméta plena,& quæ moderata,item quæ fuerint indicia sufficientia,& quę non,Paris de Put.*in tra.de synd.d.verbo.tortur.il* 3.*capitulo* 4.*de repetitione,n.*1.*ad medium,vers. Et sic erit arbitrarium*,vbi quòd isto casu Iudex debet habere consideratione ad qualitatem,& robustitatem torti, ad qualitatem tormentorum & delicti grauitatem,seu leuitatem,& ad vehementiam, seu debilitatem indi-
* ciorum,& ita dicit cõmuniter* obseruari,& Paridem refert, & sequitur Carrer.*in pract.crim.in trac.de indic.& tort.§.circa sextum de repetitione torturæ,n.*2. & Foll. *in pra.cri. in verbo, etsi confitebuntur in* 3.*pa.*3.*partis, nu.*78.*vers.Sic erit arbitrariũ.& vers.Et totum hoc est in arbitrio Iudicis.*Mille. *in praxi cri.persequen.f.mihi* 108.*n.*29.Bru.*de indic.*2.*par.q.*5. *n.*18.*ad finẽ,vers.Vide etiam ad prædicta*,Iod.*in pra.crim.ca.*38.*rub. de q.n.*4.Ioan Mar.Monticel.*reg.cri.*1.*n.*12.*ver.*40 *&* 41.Tiber. Dec.*cons.*93.*n.*13.*vol.*2.Vbi pariter aduertit,Iudicem debere hoc arbitrari secundùm qualitatem indiciorum , & personæ, quod & idem affirmauit Flam.Cartar.*vbi sup.d.c....n.*119.*& seqq.*Menoc.*de arb.q.lib.*2.*casu* 273.

87 LIMITANDO Hanc†ampliationẽ aduerte,quòd licèt in proposito aliqui Doctores simpliciter dixerint, repetitionem torturæ esse Iudici arbitrariam , prout ita simpliciter loquuti sunt Bal.*in l.*2.*n.*10.*ad finem,C.quod met.caus.*Paris de Put.*in d.c.*4.*de repetitione,n.*1.*vers.Et adde,quia Baldus,&c.& n.*5. *vers. Et quia titulus , de quæstionibus,est arbitrarius,& paulò*
* *infrà,in vers.Et si erit arbitrariũ*,vbi suprà dixi,sic cõmuniter* seruari testatur Carrer.*in d.§. circa sextum,de repetitione torturæ,n.*2.Foll.*de verbo,etsi confitebuntur,n.*78.*vers.Sic erit arbitrarium.*Marsi.*in l.quæstionis modum. n.*61. *ff.de q.* relati per Clar.*in d.q.*64.*vers.vltimò videndum est, in princ.* Menoc. *de arbit.q.d.casu* 272.*n.*2.*li.*2.Hieron.Mag.*dec.Luc.*89.*n.*11.Bonac.*in commun.opin.pa.*1.*vers. Tortura reiterari potest,in fine, fol.mihi* 178.*col.*1. Et pro istorum opinione maximè faciunt Doctores relati in materia indiciorum *supra,q.*37.*n.*192.

88 Horum†tamen opinio sic simpliciter intellecta vera non est, cùm enim certum sit, Iudicis arbitriũ in proposito debere esse regulatum à iure,vt suprà probaui,*in d.quæs.*37.*num.* 196.*& seqq.* Et de iure sit iam firma regula,quòd sine nouis indiciis Iudex non potest reum repetere, necessariò etiam sequitur,quòd nec poterit contrarium facere prætextu sui arbitrij,nisi in casu à iure expresso,videlicet, vel quando reus nõ fuit sufficienter tortus, vel quando indicia erant multùm vrgentia,& multùm manifesta, vt suprà probaui. Bene verum est(& in hoc consistit arbitrium) quòd an reus fuerit leuiter, an verò sufficienter tortus,& an indicia sint multùm vrgentia,& multùm manifesta,eius discretioni remittitur, vt suprà, in proposita limitatione.

Et†nihilominus hoc debebit arbitrari non ex ceruice, sed 89
secundùm regulas iuris arbitrio boni viri,vel in dubio pro nõ repetitione, & sic in mitiorem partem, per ea, quæ scripsi *in d.q.*37.*n.*193.*& seq.& in hac eadẽ q.n* 5 .*& seqq.*& in specie in nostris terminis adnotarunt idem Paris de Put.*d.c.*4.*de repetitione torturæ.vers.Et sẽper in dubio*,& Clar.*in d.q.*64.*ver. Hæc autẽ omnia*, Flã.Carta.*in sua prac.interroga.reo.li.*4.*c.*1.*n.* 128.vbi & in idẽ allegat Mar.An Eug.*cõs.*76.*n.*12.*& seq.li.*1.

SVBLIMITA III. Dictam † principalem limitationem,vt 90
procedat, prout loquitur,videlicet nouis non superuenientibus indiciis. At si noua superuenerint indicia, & illa quidem diuersi generis. & validiora primis, vt prædixi, tunc sine dubio posse torturã reperi,probat tex.*in d.l.vnius,*§.1.*ff.de q.*per hæc verba clarè disponens:*Reus euidentioribus argumentis oppressus repeti in quæst.potest.*Guid.de Suzzar. *in tra.de indi.& tortu.n.*57.Vbi ponit exẽplum de nouis indiciis,& ita dicit se habere communem*opinionem,& idem dicit Gandi.*in rub.* *
*de q.& torm.post n.*20.Paris de Put. post Cyn. & Iacobus de Arena,*in l.fi.C.de q.* quos allegat, *in tract.de syndic. in verbo, tortura,il* 3.*c.*4.*incip.Repetitione torturæ,n.*1.*in prin.& n.*2.*pariter in prin.& n.*4.*vers.Et dicunt canonistæ*, vbi ampliat,hoc procedere, siue superuenientia indicia profluant ex ore torti, siue aliunde,*& n.*5.*in princ.& paulo infra,in vers.& Andreas de Isernia*,Bru.*de indic.& tortu.*2.*par.q.*5.*n.*58.*vers.Aut sunt indicia de nouo,& n.*60.*vers.Si tamen perseuerat negando,& n.* 61.*vers.Aut de nouo superuenerũt indicio*,Marsi.*in l.repeti,n.*3. *in fine,ver.Tunc si superuenerũt noua indicia,ff.de q.*Carrer. *in pra.cri.in* 2.*tra.*§.*circa textum de repitione torturæ,post nu.*1. *vers.*2.*casu,aut noua superuenerũt*,Foll. *in pra.cri.in verbo,etsi confitebuntur,in* 3.*par.*3.*partis,n.*78.*vers. Tu tamen dic,secundùm Odofredum,& in fine d.n.*78.Vbi testatur de communi,* *
vers.Nisi superuenerint noua,Anton.Gomez.*var.resolu. tomo* 3.*c.*13.*de tortura reorum,n.*26.*vers.Item etia*,vbi ex Sali. *in l.* 2.*in pen.q.col.fi.C.de custo.reorum*, ita dicit practicari Menoc. *de arbit.q.li.*2.*casu* 272.*n.*7.Lauren.de Occa.*inter cons.cri.diuer.cons.*60.*n.*70. *in* 2.*to.* Bertazz.*cons.*474.*post.n.*21.*vol.*2.

SVBLIMITA IIII Eandem 11.principalem limitationem, 91
vt etiam nouis superuenientibus indiciis reus possit repeti in casu,in quo confessus per torturam,& ductus die sequenti ad ratificandum,recusat ratificare,dicens, puto ea quæ fassus est esse falsa & sic dixisse dolore tormentorũ : isto,inquam, casu poterit iterum torqueri ad perseuerandum in confessione:& satis nouum dicitur peruenire indiciũ,illud scilicet quod resultat ex varietate, & ex sua confessione præcedẽti, quæ licèt nõ ratificata inducit tamẽ semiplenam probationem,sic mihi hanc conclusionem probauit Bal.*in l.in nouæ fidei,n.*5.*ver. Item quæro de confessione facta in tormẽtis.* & Baldũ sequuti sũt Paris de Put.*de syndic.verbo,tortura,il* 3.*c.*4.*incip.de repetitione tormentorũ,n.*2.*vers.& dicit Bal.*Bero.*in c.at si clerici,n.*60. *extra de iudici.*Carrer.*in pra.dict.*§ *circa sextum,de repetitione torturæ,n.*1.*vers.Et tũc aut in prima.& n.*10.*&.n.*12.*& n.*13. *in prin.*Marsi.*in pra.cri.*§.*quoniã n.*3.*vers.& in hac quæstione, & in l.repeti,n.*xj.*& seqq.ff.de q.* Vbi aliam huius cõclusionis reddit rationem, quia scilicet nisi reus volens ratificare suam confessionem posset ad id cogi medio torturæ(stãte quòd ad condemnandum confessio facta in tormentis , non ratificata nõ sufficit)rarò vel nunquam rei punirentur,quia fatui essẽt, si ratificarent postquam scirent , non ratificando saluos fieri, & sic furca staret in viduitate, & delicta remanerẽt impunita,Bru.*in tract.de indic.& tort.*2.*par.q.*15.*n.*61.*& q.*6.*num.*6. Blanc.*de indi.ad.l.fi.n.*119.*ff.de q.* Vbi quòd ita cõmuniter* *
tenent Doctores.Iodoc.*in pra.cri.ca.*38.*rub.de repe.q.nu.*12. Boër.*dec.*163.*n.*19.*&* n.21. vbi etiam dicit, quòd ita pluries in illo Senatu fuit conclusum per rationem à Marsilio considerata,& de qua *supra*,Afflic.*in consti.si damna clandestina,nu.*44.*&* 45. vbi etiam optimè discutit, quæ sit verior ratio huius sublimitationis , Mille. *in praxi cri. perseq. fol.mihi* 108.*n.*33.Anto.Gom. *var. resolu.tomo* 3. *c.*13.*rub. de tortura reorũ,n.*26.*in fine,ver.Vnum tamẽ est*,Bos.*in tit.de tortu.n.*43. vbi de cõmuni*& quòd ita sine vlla hæsitatione practicatur; *
Clar.*in pra.*§.*fi.de q.*64.*ver.Vbi verò,& ver.fi.in fine,& q.*21. *vers.fi.*

* *vers. Vlterius quæro, in prin.* vbi etiam non solùm de*communi, verùm & eandem conclusionem vsu receptam esse testatur ex Simanc. *in tr. de hæres. c. 63. n. 43.* & præmissis addo etiã Mascar. *de prob. lib. 1. concl. 355. num. 3. & concl. 353. n. 20. & n. 21.* vbi tamen videtur requirere aliud indicium, ex Afflic. *in d. constitu. si damna, n. 57.* prout ipsum allegat, sed Afflic. nec talia dicit, nec eius interpretatio ad dictam constitutionem extenditur, *vsque ad n. 57. in li. meo,* & faciunt pro hac 4. sublimitatione, quæ dicam *infra, q. 52. n u. 25.* & nouissimè addo Flam. Cartar. qui aliis relatis testatur de communi, & practicata opinione *in sua prac. interrog. reo. lib. 4. c. 1. n. 157.* Et sicut proposita sublimitatio, vt præfertur, commu niter recepta est: ita etiam apud nos in practica seruatur, quamuis contrarium sensisse videatur Sali. *in l. 2. n. 10. C de cust. reo.* vbi dixit, quòd reus ex non ratificatione non potest torqueri, nisi vel noua superueniant indicia, vel prima essent multùm vrgentia, & manifesta, & sic non bene purgata: & quòd ita seruatur in practica, nec dissentire videtur Bero sibi, ni fallor, contrarius
92 in ca. *at si clerici, n. 53. extra de iudic.*

Et isto † casu si reus non ratificans iterum tortus persistat in tortura, & semper dicat, quòd illud, quod confessus est, dixit & confessus est dolore tormentorum, purgatum est illud indicium ex dicta confessione præcedenti ortum, vnde ampliùs torqueri non debet, sed dimitti, vt in terminis per Iod. *in pra. d. c. 3. rubr. de repetitione, q... n. 12. vers. In quo tamẽ,* vbi magistraliter loquendo dixit, quòd si reus in hac secunda tortura ipsi inflicta ob præcedentem confessionem, nihil cõfessus fuerit, & negando perstiterit, non est tertiò torquendus, quandoquidem indicia prioris confessionis per supplicium, & pœnam 2. torturæ satis expiata sunt ex Marsil. quem allegat. *in*
93 *prac. cri. §. nunc videndum, n. 26.* † & est de mente Clari *in d. q. 21. vers. Vlterius quæro,* vbi propterea animaduertit, quòd licèt reus possit cogi ad perseuerandum in confessione non ratificata, hoc tamen sanè intelligendum est non vt tantum, & toties quoties possit torqueri donec ratificet, sed tanquam si vnum aliud nouum indicium superuenisset; sed sic est, quòd istud nouum indicium est purgatum per nouam torturam: ergo vlterius torqueri non debet, & ista est veritas, & ante Clarum expresè hoc affirmauit Milleus *in pra. crim. fol. mihi 508. n. 33.* & post Clar. Flam. Cart. *in sua pract. interrog. reo. li. 4. c. 1. n. 158.* vbi propterea admonet fugiendam esse Iudicum quorundam credulitatem, qui tandiu reum detinent in tormentis, donec perseueret: hoc enim fieri non potest, nec debet, vt per eum, *& n. 163. in prin.*

94 Sane verum est, † quòd si indicia prima contra reum existentia essent multum vrgentia, & multum manifesta, vel si prima tortura, in qua reus confessus est, non fuit pro primis indiciis sufficiens, sed leuis: quibus casibus, vt suprà probaui, *n. 79. & seqq. 83. & seqq.* etiam non sequuta confessione rei, poterat secunda vice in tormentis repeti; tunc inquam si ipse reus in secunda tortura idem vt ratificaret persistat, poterit alia vice, & sic tertiò torqueri, & non dicetur plus debito tortus, quib duab. vicib. torquebitur propter prima indicia, vna autem vice propter nouum superueniens indicium ex precedent inon ratificata cõfessione, & isto casu si in tertia tortura (cõputata prima) perstiterit, relaxandus est: si verò fateatur, & deinde ratificet, condemnandus est: si autem non ratificet, sicut fecerat antea, tunc non potest iterum & sic quarta vice torqueri, quia prima indicia per binam torturam fuerunt purgata. Prima etiam confessio per aliam torturam pariter fuit purgata. Secunda autem confessio non inducit isto casu nouum indicium sufficiens ad iterum torquendum, quia non est diuersi generis à prima, ideo subintrant quæ suprà scripsi *n. 77.* & quæ infrà dicam, *n. 98. & seq.* & impium est, vt mox dicam, *n. 96. & seq.* reum isto casu vltra tertiam vicem torquere, etiã quòd prima indicia essent multùm vrgentia. † Et licèt
95 Afflictus *in d. consti. si dãna clandestina, n. 44. vers. Et si perseueret in negatione,* dixerit, quòd quando indicia sunt multùm vrgentia, potest reus condemnari in pœnam extraordinariã, etiam quòd in secunda tortura perstiterit: ego tamen verius, & tutius crederem illum fore iterum torquendum, vt prædixi, & non in aliam pœnam condemnandum.

96 Si verò † ipse reus in tortura sibi ad ratificandum præcedẽtem confessionẽ data non persistit, sed iterum fateatur, & tamen postea iterum ad ratificandum ductus neget, potest ob istam nouam negationem alia vice: & sic tertio torqueri ad hoc vt ratificet, & in tertia tortura rursus fateatur, & si cõfessionem deinde ratificet, condemnatur, si verò nõ ratificet, vlteriùs non torquetur, sed vel absoluitur ex hactenus deductis, vel & rutius sub fideiussore de repræsentando relaxatur, quia impium est, isto casu reum vltra tertiam vicem, compurata prima, torquere, vt in specie affirmarunt Marsil. *in pra. §. quoniam, nu. 4. ad finem, & n. 5. iuncto nu. 8. 9. & 10. & in l. repeti, nu. 13. vers. Et ego recordor, & nu. 14. 16. 17. & 18. ff. de q.* vbi meminit de quodam ribaldo, quem dicit Mediolani se alias habuisse præ manibus, & qui in tortura fatebatur, & postea ad banchum iuris omnia negabat, & interrogatus quare sic faciebat, deridendo interrogantem respondebat, quia melius millies torqueri in brachiis, quàm semel in gula, cũ multi inueniantur Medici, qui sciunt reaptare ossa brachiorum, sed nemo inueniatur, qui sciat reaptare gulã, & eius ossa, & alia similia non deridenda, sed cordi reorum, & torquendorum tenenda dicebat ille ribaldus, quæ apud Marsilium videre poteris *eo loci, d. n. 13. vers. Et ego recordor.* adeò quòd iste ribaldus, prout Marsilius eum vocat, sed iudicio meo multùm prudens, & sagax fuit liberatus, Blanc. *de indic. ad fin. n. 221. ff. de quæst.* Carrer. *in pract. crim. in 2. trac. de indic. & tort. §. circa sextum de repetitione, n. 14. & 15.* Boë. *d. dec. 163. n. 18. 19. 20. & sequen.* Ios. *in ti. de tortur. n. 44.* vbi quod nunquam propterea isto casu vidit reos torqueri vltra trinam vicem, nisi à carnificibus, Anton. Gomez. *var. resol. tomo 3. c. 13. nub. de tortu reo. n. 27.* vbi pluribus rationibus hanc comprobat conclusionem, Grammat. *cons. 45. n. 42. & seq.* Clar. *in pract. §. fin. d. quæst. 21. eodem vers. Vlteriùs quæro, in fi.* Fran. Personal. *de indic. & tort. n. 85.* Hip. Riminald. *cons. 395. n. 42. vers. Verùm, quia, iuncto n. 41. & d. n. 42. in princ. vol. 4.* Flam. Carta. *in sua pra. interrog. reo. li. 4. c. 1. n. 159. & 160. & 163. vers. 2. Si vrgẽtia.* ex quibus iunctis iis, quos infrà retuli *n. 98.* non sine ratione affirmare possum, ita communiter * à Doctoribus receptũ * fuisse, & propterea ita etiam in practica seruandum, & vide in proposito, quæ dixi *infra, n. 105. & seq.*

Et † licèt secundùm Doctores videatur dari casus, in quo 97
qui, ob variationem, tertia vice torquetur, videlicet quando indicia prima erant vrgentissima, & talia, vt Iudex etiam non superueniente noua confessione poterat de iure reum vsque ad tertiam vicem torquere, & confessio rei superuenerit in tertia tortura, tunc si ductus ad ratificandum non ratificar videtur ex nouo superuenienti indicio, & confessione ipsum iterum & sic quarta vice posse tormentari, ad hoc, vt ratificet, prout in specie scripserunt Blan. *vbi supra, n. 222. in fi. ver. Si habet indicia vrgentissima.* Carrer. *d. §. circa sextum de repetitione torturæ. n. 13 vers. Si verò indicia sunt vrgentissimæ, iuncto n. 16.* Fran. Personal. *in d. tra. de indic. & tortura, n. 86.* quia tamen, vt infrà dicam, *n. 106.* hodie apud nos rarò, aut nunquam Iudices ex primis indiciis reos repetunt vltra secundã vicem: ideo pariter iste casus raro, aut nunquam contingere potest. & rarò, aut nunquam non nisi à carnificibus reos vidisse tortos, testatur Boss. *in tit. de tort. reor. n. 44.* quem in proposito refert & sequitur Flam. Cartar. *d. lib. 4. c. 1. n. 163. vers. 3. Si indicia sint vrgentissima, iuncto, n. 164.*

Et si reus, † quando ob grauitatem, & vrgentiam indici- 98
rum ipsum in tortura repetere Iudex decreuerit, in dicta tepetitione fassus fuerit, ductus autem ad ratificandum noluerit ratificare, tunc, inquam, poterit tertia vice torqueri ex confessione subsequuta, & non ratificatione autem plus, etiam quod iterum fateatur, & deinceps nolit ratificare per regulã positam sup. & in specie sic affirmarunt Carrer. *in d. §. circa sextum, n. 96. eodem n. 13. vers. Si verò vrgentissima fuerint indicia,* Blan. *de indi. d. n. 222. vers. Si verò sunt indicia vrgentissima, &c.* Flam. Cart. *in pra. interrogan. reo. lib. 4. c. 1. n. 159. 160. & 163. ver. 2. Si vrgentia.*

Imò, † si prima indicia sint ordinaria non multùm vrgẽtia, 99
& nõ multùm manifesta, quòd ex illis Iudex de iure reũ non nisi vna vice torquere possit, iuxta regulam positam *suprà, n. 72.* & in tortura reus ipse fateatur, deinde deductus ad ratificãdũ neget, potest ex hac negatione iterum torqueri, per ea, quæ Doctores relati *supra, num. 91.* communiter * admiserunt, * quicquid in contrarium sensisse videatur Fran. Person. *de indic. & tort. n. 86. vers. si verò reus pro primo, & n. 87. & seq* sed si in secũda tortura fateatur, & deinde ductus ad ratificandũ

non ratificat, non potest denuo, & sic tertia vice torqueri, quia secunda non ratificatio, non inducit indicium diuersi generis à prima,ideo subintrant tradita *suprà, n.*77.& in terminis sic declararunt Blanch. *vbi supra, d.nu.*222. *in prin.& vers.Sed si ex tali variatione,*& Milleus *in praxi crim.persequ. fol.mihi* 108.*n.*35.& nouissime Flam. Cartar. qui alios refert *in sua pract.interrog.reo.lib.*4.*c.*11.*n.*161. *iuncto n.*163.*in prin.* Et sic vides quòd nec etiam semper reus fassus in tortura volens ratificare, torquetur vsque ad tertiam vicem, quia hoc solùm procedit,quando prima indicia contra eum sunt multùm vrgentia,& manifesta,vt supra probaui, *n.*94.*&* 98. aliter secus:quæ omnia bene nota,quia sunt quotidiana,& forsan alibi non reperies sic faciliter explicata.

100 LIMITA modò†præcedentem 4. sublimitationem, & ea omnia, quæ nuper dixi de tortura inferenda reo confesso, & nolenti ratificare,vt procedant, quando reus negat confessata, & recusat perseuerare ex eo solùm, quia dicat se fassum esse dolore tormentorum. Nam cùm ista excusatio inanis sit, quando tortura fuit legitimis præcedentibus indiciis illata, idcirco absque alio vt ratificet in tortura repetitur, vt præmisi:verùm si reuocet confessata, dicens insuper quod confessio est erronea.& quòd intendit probare errorem suæ confessionis,tunc sine dubio non torquetur, sed est ponendus ad largam cum termino ad probandum assertum. Nam, vt dicunt * communiter*Doctores in materia loquêtes, tortura isto casu non datur,nisi in casu nō probati erroris.ergo debet reus admitti ad probádum errorem,& si errorem nō probabit,poterit torqueri,aliàs secus. Probatur hæc declaratio,quæ in specie sic distincta nō fuit considerata à Doctoribus ex traditis per Bal.*in d.l.in bonæ fidei,n.*5.*ver.Ité quæro, C.de iureiur.* vbi dicit,quòd nisi reuocás probet contrarium, compellitur per-

101 seuerare in confessione per repetitionem tormêtorum.†Ergo secus si probauerit contrarium quod & magis expressè videtur sensisse idem Bald.*in l.*2,*n.*4.*C.de custo.reorum* vbi ponit, an,& quádo admittatur reus ad reuocationem suæ confessionis tacitam vel expressam,& dicit in summa,quòd admittitur reuocatio, si adsunt aliqua indicia facientia pro reuocatione: si autem nulla apparent indicia pro reuocatione facientia,nō admittitur reuocatio,nisi error allegetur,& probetur, vel nō staret per allegantem, sed per Iudicem, quo minùs probaretur Et sic pariter vides, quòd admittitur reus ad probandum errorem suæ confessionis reuocatæ, & hoc nullā prorsus habet difficultatem,quia si,vt infrà videbimus, *in 11.de reo confesso, & conuicto*, in materia confessionis erroneæ, reus admittitur ad probandum errorem cōfessionis spōtaneæ,multò magis debet admitti ad probandum errorem confessionis emanatæ in tormentis,& proptrea Bald.sic vt suprà dicentem in proposito referendo,sequuntur Mille.*in praxi cri.persequ. fol.mihi* 108.*n.*34. Marsi.*in l.repeti.n.*11. *vers. Sed idem Bald. ff.de q.& in pract.*§.*quoniam,n.*3.*in simil. vers.Sed idem Bald.* Brú.*ae indi.&tort.*2.*par.q.*6.*n.*6.*& seq.*Carrer.*in pra.cri.in* 2. *tra.de indi.*§.*circa sextum,de repetitione,n.*10.vbi etiā expressè tenet, quòd isto casu probato errore reus repeti non potest, Affl.*in const. Si damna clandestina,post n.*44.Boss. *in 11.de tortu.n.*19. vbi propterea dicit, aduerte ne erres,in terminis, quia quod dictum est de repetitione torturæ ob non ratificationem præcedentis confessionis procedit,vbi aliud non allegatur,quàm metus tormentorum,sed vbi reuocans allegaret errorem,tunc nulla est difficultas,quin audiatur demonstrato errore, cùm, vt ibidem Bossius considerat, nec repelletur contra spontaneam confessionem si ita allegaret.

102 Et†propterea secundùm Foller.*in prac.cri.in* 3.*par.*3.*partis,in verbo,etsi confitebũtur,n.*84.debet dari terminus ad probandum de errore, & interim supersederi, secundùm Marsi. Gram.& alios ibi per eum allegatos,& ita fore reum ponendum ad largam cum copia nouorum indiciorum, videtur in expresso fuisse de mente Fran.Personal.*l.in d.tract.de indic.& tortu.n.*97.*in fine* vide quæ de concedenda copia indiciorum in repetitione torturæ,dicam *infra,in seq.n.*160.*& seqq.*

103 LIMITANDO rursus†ac generaliter declarando ea quæ de repetitione torturæ dicta sũt *sub hac* 11.*principali limitatione*:aduertat Iudex in tali repetitione torturæ ad tria principaliter. Primò, vt eiusdem torturæ repetitio non in eodem die, sed in separatis,& interpellatis diebus inferri debeat,secundū Paridē de Put.*in tra.de fynd.verbo, tortura il* 2.*c.*21*so,de indicijs,n.*3.ibi,*interueniente congruo intervallo, & in d.verbo,tortura,il* 3.*c.*4.*inci. de repetitione torturæ,n.*5.*vers. Vt non omni die torqueatur,& paulo infra,in vers.Et faciunt ipsam quiesce.re,* Carrer.*in pra.cri.in* 2.*tra.de indi.& tort.*§. *circa sextum de repetitione torturæ,n.*3.*& n.*15.ibi, *diuersis tamen temporibus,* & Blanc.*in tra.de indic.l.fi.p ſt n.*14. ibi, *id est,tres dies separatos.*Conrad.*in pra.de neg.cri. & torm.post n.*31.*vers. Sed nō vltra,fol.mihi* 299.*col.*1.Fran.Personal.*in tra.de ind.& tort.n.* 83.& ita sine dubio seruatur communiter,* in tantùm,quòd * si Iudex aliter faceret,malè faceret.

Secundò idem Iudex aduertat,†quando intendit reum re- 104
petere, vt in decreto depositionis à tortura protestetur illud fieri sine præiudicio vlterioris repetitionis, & animo continuandi tormenta,quatenus repeti,& continuari debeant, ne aliàs tacitè per dictum depositionis decretū videatur pronūciasse reum sufficienter tortū,& indicia purgata:ita enim pariter hodie apud nos à versutis Iudicibus communiter * ser- *
uatur,& olim etiā seruatum esse testantur Paris dePut.*in d.c.* 4.*de repetitione torturæ,n.*5.*post medium vers.Et ideo dicunt,& paulò infra, ver.ad omnem dubitationem tollendam*, Carrer. *in di.*§.*circa sextum,n.*2.*vers.Inde protestantur, & n.*5. *etiam in fi.vers.limita,vt supra,* Foll.*in pra.cri. in verbo, etsi confitebuntur,n.*78. *post medium, vers.vel si Iudex dicat non plus pro hodie,& dat cautelam,quod protestetur,*&c.Boss.*in tit.de tortura, post n.*42.*vers.Non omitto tamen,*Clar. *in pract.*§.*fi. quæst.*64. *vers.vltimò videndum,post prin.* ibi, *& hoc casu solent Iudices, &c.*Cason.*in pra.cri.tit.de torm.cap.*10.*n.*7. Ioseph.Cum. *de syndi.ca.*21.*rub.de tort.n.*18.Alph.Villag.*in pra.cri.canon.lib.* 7.*de tortu.cõcl.*2.*in prin.& concl.*7.Fran.Peg.*in direct.inquisi. pa.*3.*schol.*54.*col.*3.*vers.Cæterum & hic locus,*Bonacos.*in commu.opin.vers.Tortura reiterari potest.fol.mihi* 178.*col.*1.Flam. Cart.*in sua pra.interrog.reo.li.*4.*c.*1.*n.*117*& seq.*vbi tamen ex Boss.*vbi supra, d.tit.de tort. nu.*48. protestationem hanc esse vtilem,sed non necessariam affirmat.

Tertiò †aduertat pariter Iudex ex quibuslibet indiciis quā- 105
tumuis vrgentissimis, & indubitatis, ne reum torqueat vltra tres vices,quia hoc est omnino reprobatum communiter* à Doctoribus,vt videre est post alios quos allegant apud,Marsi. *in pra.*§.*quoniam,num.*8.*& in l.repeti,n.*16. *&* 17.*ff.de quæst.* Grammat.*voto* 6.*n.*17.Carrer.*in pract.cri.d.*§.*circa sextum,de repetitione torturæ,n.*15 Blanc.*de indi.ad fi.nu.*13. *&* 14.*ff.de q.*Conrad.*in pra.ti.de negat.crim.& torm.n.*21.*vers.Sed non vltra.fol.mihi* 299.*col.*1.Foller.*in pract.crim.in* 3.*par.*3.*partis, verbo,etsi confitebuntur,n.*71.Boss.*in tit.de tortura. sub nu.*44. Macabr.ab Anguil.*inter cons.cri.diuers.cons.*61.*n.*2.*& seq.li.* 2.Hier.Magon.*dec.Luc.*89.*n.*9.Hippo.Riminal.*cons.*395.*nu.* 41.*& seq.li.*4 Fran.Personal.*de ind.& tort.n.*83 Bertaz.*cons.* 345.*n.*1.*& cons.*628.*n.*2.*in* 2.*vol.& de communi,* * & practicata opinione,*testatur Flam.Carta.*in sua pra.interrog.reo.li.*4. *c.*1.*n.*131.*& seq.*Baiar.ad Clar. *in addit.quæst.*64.*n.*99. Et faciunt quæ scripsi *sup.n.*97.Et licèt Bald.*in l.unica, n.*29. *C.de confess.*quem repe.Ias.*in l.qui in alienā,*§. *Celsus,n.*34.*ff.de acquir.hæred.*& Paris de Put.*de synd.verbo,tortura.c.*4. *in princ. fol.mihi* 316.& Gramma.*voto* 6.*n.*9.16.*&* 17.dixerunt in alio proposito quendam reum fuisse bene tortum per decem vices.Hæc tamen Baldi assertio non approbat illam torturam, & quatenus probaret, falsum diceret, prout etiam nec eum approbat Gram.*d.voto* 6.*n.*17.

Immò†,vt suprà admonui,*n.*97.apud nos rarò vidi ex pri- 106
mis indiciis quamuis vrgētibus reos fuisse tortos tertia vice, & non sine ratione:quia,vt optimè aduertit Hipp.Riminal.*in d.cons.*395.*post n.*42. *vol.*4. Doctores suprà allegati volentes posse Iudicem deuenire ad repetitionem torturę,vsque ad 3. vicem inclusiue loquuntur vel in reo, vel in teste variantur, iuxta ea,quæ dixi *supra, nu.*96. non autem in reo semper negante, & in tortura persistente, & ideo quando indicia sunt vrgentiora,& vehementia,tunc verius videtur de iure, vt secunda tantùm vice possit torqueri,non autem plus,vt ibi per Rimin.vbi loquitur in crimine hæresis,& in idem allegat Siman.*in Enchir d.viola.relig.tit.*52.*n.*42.& consuluit Burs. *in cons.*201.*n.*87.*vol.*2.*& cons.*326.*n.*7.*vol.*3.nec dissentit Flam. Cartar.*in sua pract.interroga.reo.lib.*4.*c.*1.*n.*132.*ad finem.*

LIMITA XII.Propositam†huius quæstionis regulam (& 107
hæc erit alia consideratio per Iudicem habēda circa tempus in quo torturam inferre intēdit) vt in die feriato non audeat

reum

reum etiam legitimis indiciis grauatum tormentis subiicere, nisi in atrocibus ad tex. *in l. nemo, C. de Episc. aud. & in l. prouinciarum, & in l. quadraginta, & in l. actus, C. de feriis*, quæ iura bene in proposito ponderauit Brun. *in tract. de indic. & tortu. pa. 2. q. 5. num. 52.* vbi & pariter bene exemplificat, quæ in
* proposito dicantur delicta atrociora, & ita communiter* tenetur, vt videre etiam est apud Milleum *in pract. crim. in persequen. fol. mihi 34. n. 29.* Conrad. *in pra. crim. in rub. de negat. cri. tor. & n. 32. vers. Amplia 6. fol. mihi 299.* Foll. *in pra. cri. in verbo, rei indurati torqueantur, n. 19. fol. mihi 290.* Clar. *in*
108 *prac. §. fi. quæst. 64. vers. Quæro† an tortura*, vbi ampliùs dixit, quòd licèt de consuetudine hæc limitatio malè seruetur, quia etiam in non atrocioribus in die feriato Iudices torquent reos, prout attestati sunt Brun. & Conrad. in locis præcitatis, Iudices tamen Deum timentes bene illam seruant, quos nunquam testatur se vidisse reos in diebus feriatis in honorem Dei tormentis subiecisse, nisi in delictis capitalibus, & Clar. *vbi supra* sic dicentem Bonacos. *in commun. opin. prima parte, versiculo, tortura adhiberi potest etiam diebus feriatis, fol. mihi 177. col. 3.*

109 LIMITA XIII. † Eandem propositam regulam (& hæc sit alia consideratio in tortura, per Iudicem habenda circa suam iurisdictionem) vt torturam inferre non possint omnes Iudices etiam in reos legitimis indiciis oppressos: sed tantùm qui habent merum imperium: quia cùm meri imperij sit animaduertere in facinorosos homines, vt dicit tex. *in l. imperium, ff. de iuris. omn. Iud.* & ob id tortura possit dici esse de mero imperio, *l. defensores, C. de defensor. ciuit.* Mas. *in l. pen. n. 9. ff. de q.* idcirco si Iudex tale imperium non habens torturam inferat, malè facit, & puniendus est, vt per Brun. *de indic. & tort. 2. pa. quæstio. 7. n. 3.* vbi quòd non solùm tenetur pari actione iniuriarum, sed etiam potest puniri tanquam exercens priuatum carcerem, per ea, quæ dixi in titulo de carceribus, & carcerat. *supra, lib. 7. quæstio. 27. num. 18.* Foll. *in pract. crim. verbo, etsi confitebuntur, in 3. pa. 3. partis, n. 79* Vbi propterea infert quòd Locumtenens Potestatis, & simplex Assessor, non habet torquendi potestatem.

110 LIMITA XIIII. † Dictam regulam (& hæc sit alia consideratio per Iudicem habenda circa processum defensiuũ factũ à reo) vt etiam quòd reus ipse sit legitimè ad torturã indiciatus, nõ per hoc tamen torturæ subiiciendus est, si eadem indicia delicti contra ipsum laboranti fuerint euacuata
111 per contraria innocentiæ indicia. † Sicut enim vna præsũptio tollit aliam, *l. Diuus*, & ibi gl. *in verbo, extimatur, ff. de in integ. restitu. l. non solum, in princ. ff. de ritu nup. c. accedens de crim. fal. c. tuã*, & ibi gl. *extra de spons.* cũ aliis cumulatis per Brun. à Sole *in consilio cri. n. 64.* Mascar. *de prob. lib. 3. conclusio. 1224. n. 1. & seqq.* vbi latè de materia, de qua etiam per Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 29. & 30.* & dixi latiùs suo loco in quæstionibus ciuilibus, & aliquid etiam in criminalibus, *infra, in tit.*
112 *de reo confess. & conuict. q. 89. num. 102.* † Et quando duæ inuicem contrariæ cõcurrunt præsumptiones, videlicet delicti & innocentiæ, semper præferenda est præsumptio exclusiua delicti, ad Bar. *in l. non solum, §. sed probari, ff. de noui oper. nũc.* cum aliis per Fol. *inter consilia cri. diuers. consilio 139. n. 15. & seqq. vol. 1.* Bertaz. *consilio 80. n. 10. vol. 1.* Mascar. *de probat. lib. 2. concl. 864. n. 36. & lib. 3. concl. 1224. n. 30. & seqq.* & dicam *infrà, hoc eodem lib. sub tit. de reo confesso & conuicto, quæst. 85. n. 19.* Ita pariter indicia delicti ad torturam inferentia tolluntur, & euacuantur per contraria innocentiæ indicia, etiam quòd paria, vel æqualia sint, vt in proposito scriptum reliquerunt Bart. *in l. 1. §. 1. n. 2. & in 2. notab.* per illum textum, *ff. de q.* Ang. Are. *de malefi. in ver. Quòd fama publica, & c. nu. 34.* Vbi quòd quando sunt hinc inde indicia pro reo, & cõtra reũ ad hoc, vt possit deueniri ad torturam, ex indiciis cõtra reum existẽtibus illa debent esse multùm vrgentia, vt superent indicia facientia ad excusationem ipsius rei, aliter secus, Paris de Put. *de synd. in verbo, tortus, ca. 7. incip. Sequitur quæst. quotidiana, n. 14. vers. Item quando reus*, Brun. *in tra. de ind. & tortu. 1. pa. q. 3. n. 6. & quæst. 5. n. 5.* Mars. *in l. 1. §. Diuus, n. 28. ff. ad l. Corn. de sicar. & in pract. crim. §. diligenter, num. 190. & seqq.* vbi pluribus hanc comprobat conclusionem Paris. *cons. 153. n. 34. libro 4.* Gramma. *voto 3. n. 13. & cons. 38. formata inquisitione, num. 27. & consil. 57. n. 24. & voto 34. n. 19.* Boër. *dec. 165. per totã, in discursu*, vbi latè, & latè etiã Carrer. *in pract. cri. in 2. tra. de indic. & tortu. §. viso igitur, de indic. n. 1. & seqq.* idem Marsil. *in cons. 8. in causa Magistri, n. 6. vers. Dico quod istud indicium*, Roman. *consilio 167. Antonius accusatus, n. 5. in fine*, & ibi Mandos. *in addi. littera C, in verbo, Laborent*, Natta *consilio 362. n. 14. lib. 2.* Conrad. *in pract. rub. de nega. cri. & torm. n. 10. fol. mihi 290.* Franc. Marc. *dec. Delphin. 253. n. 3. vers. Maxime, vbi sunt*, Hier. Gigas *cons. 109. nu. 15.* Cepha. *cons. 4. n. 32. li. primo*, Roland. *cons. 7. n. 38. & seqq. lib. primo*, Foller. *in pract. crim. in verbo, Item quòd suffocauit vxorem, n. 51. & seq.* Brun. à Sole *in d. suo cons. cri. n. 67.* Aym. *cõs. 6. n. 40.* vbi ampliat etiam, quòd indicia pro innocentia rei essent in aliquo inferiora, & debiliora, Mas. *de pro lib. 3. concl. 1224. n. 9. & 10.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 30. nu. 4.* Hippol. Rim. *cons. 290. n. 2. lib. 3.* Et alibi sæpe Doctores, qui communiter* in proposito concludunt, quòd si indicia pro reo * existentia sint grauiora, vel paria, vel etiam aliquantulum leuiora, & debiliora indiciis contra reum existentibus, non potest vllo pacto torqueri: licèt secus, si indicia contra eundem laborantia essent multùm grauiora, & vrgentiora.

Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Tortura inferri quando possit denegatis defensionibus, & copijs indiciorum.

SVMMARIVM.

Defensiones sunt omnino dandæ reo antequam penatur ad torturam, num. 1.

Indiciorum copia est danda reo antequam ad torturam contra ipsum deueniatur, n. 2. & n. 117.

Indiciorum copia est danda reo cum termino, & non sine termino, n. 2. & n. 118. imò non vna sed tres dilationes dandæ sunt, & aliquando quarta, n. 4. & seqq.

Dilatio quarta, an & quando concedenda sit, n. 5. & 6.

Defensione, seu termino ad defendendum reo confesso Iudex nõ potest ad vlteriora procedere, nisi in tribus casibus. Primò, vt tumultus in populo sedetur, n. 9. Secundo, quãdo Iudex reuocasset dilationẽ concessam, n. 10. Tertiò, quando in concessione dilationis reseruasset sibi Iudex potestatem reuocadi illa, n. 11.

Dilatione pendente nihil est innouandum, n. 7. & 8. fallit in tribus casibus, n. 9. & seqq.

Indiciorum copia quandoque reo decernitur cum termino trium dierum ad faciendum defensionem adiecta clausula, & plus, & minus arbitrio Iudicis, n. 12.

Indiciorum copia quando conceditur, reus ponendus est ad largam, cum potestate alloquendi Procuratores, & Aduocatos, & alios, n. 13. Quandoque tamen Iudex mandat reum non poni ad largam, sed ei solum concedit potestatem alloquendi Procuratorem, & Aduocatum, in præsentia Iudicis Fiscalis, vel notarij, n. 14.

Indiciorum copia non potest denegari, etiam reo existenti sub tondulo sub num. 2.

Indiciorum copiæ, & defensiones sunt reo concedendæ vigore Bullarum Pontificum, n. 2.

Defensiones, & indiciorum copiæ non possunt denegari, etiam à Iudice habente liberum arbitrium ad potestatem procedendi sine iuris ordine, & solemnitate, aut sola facti veritate inspecta, n. 15. & seqq.

Princeps nec etiã de absoluta potestate potest reo defensiones denegare, n. 18. & n. 123. & quando Princeps mandat aliquem torqueri denegata defensione, eius mandatum intelligendum est de defensione ciuili, non autem naturali, n. 19. Item de defensione friuola, & leui, non de substantiali, num. 20. & licèt contrà, n. 21. verior tamen est prima opinio, n. 22.

Princeps licèt non possit tollere defensionem, quæ est de iure naturali, bene tamen potest tollere illius formam, & quoad exceptiones inductas à iure ciuili, n. 23.

Princeps potest ex iusta causa defensiones tollere, sed quæ in proposito dicatur iusta causa, n. 24.

Statutum non potest tollere reo defensiones, n. 25.

Statutũ potest tollere formã defensionis inductũ à iure ciuili, & positiuo,

positiuo,numero 29.
Statutum potest restringere terminos, & dilationes reo ad se defendendum concedendas,num.27.
Statutum derogans defensionibus reorum, est strictè intelligendum; & vt minùs lædat ius commune, quam sit possibile, numero 28.
Consuetudo torquendi reos ex processu informatiuo,& denegata copia iudiciorum,non valet,n.26.& licèt in pluribus locis adsit hæc consuetudo, n. 30. illa tamen non procedit nisi in notoriis,& contra insignes latrones,& alios,vt in n.31.
Præeminentia magnæ Curiæ Vicariæ torquendi reos ex processu informatiuo,& denegata copia indiciorum, non procedit nisi in delictis notoriis,& contra insignes latrones, & alios,n.31. & ibi generaliter de materia.
Confesso, & conuicto, adhuc ante condemnationem dandus est terminus ad se defendendum,num.32.&.34.licèt aliqui contra,n.33.
Confesso, & conuicto, etiam non petenti, indistinctè dandus est terminus ad se defendendum,num.35.& num.40.licèt Bossius non indistinctè.sedali quando hoc verum dixerit,vt in n. 36.& seqq.
Indiciorum copiæ non denegantur in atrocissimis, n.41.&43.licèt aliy contra,n.42.& n.124.
Defensiones non denegantur in crimine hæresis, & læsæ maiestatis,n.44.& 45.
Assassino non denegantur defensiones,n.49.
Indiciorum copiæ non sunt denegandæ inquisito,etiam quòd aliàs sit malæ conditionis & famæ criminosus, vel de simili delicto condemnatus,num.47.& 48.Vbi de communi,& seruata opinione,licèt aliqui ibidem relati contrarium dixerint,num. 149.
Excommunicato non sunt denegandæ defensiones,n.46.
Diabolo nec etiam sunt denegandæ defensiones,si esset in iudicio, num.50.& num.143.
Renunciare non potest defensionibus suis, num.51.sed contrà, numero 52. & 53. Vbi præsertim in enormibus: prima tamen opinio est verior, & communior, numero 54. Vbi ampliatur etiam, quòd in renunciatione interuenerit iuramentum.
Renunciare potest reus suis defensionibus adiecta causa,quia scilicet scit nullam sibi competere defensionem,num.55.sed contra,n.59. Vbi quod male faciunt Iudices inducentes reos ad sic renunciandum.
Renuncias suis defensionibus, potest suam renunciationem reuocare, & sic potest illum pœnitere, & defendere, numero 57.
Renunciare potest reus suis defensionibus, quando constat eum nullas habere defensiones.secus si constet contrarium,videlicet quòd defensiones habeat:sed quid si sumus in dubio,num. 58.59.60.
Renunciare potest reus suis defensionibus, quando est repertus in flagranti crimine,vel delictum est notorium,n.61.
Renunciare potest suis defensionibus reus confessus,n.62.
Renunciare potest suis defensionibus latro famosus, vel assassinus, quando iam constat eos esse tales,secus si solum sint inquisiti,vel imputati de hoc,n.63.& 64.
Renunciare potest quis suis defensionibus,vbi non agitur de pœna corporali,n.65.& 66. Vbi etiam quid si agatur de pœna infamiæ.
Renunciare non potest reus suis defensionibus,quæ sunt de apicibus iuris vel statutorum,n.67.
Defensiones,& copiæ indiciorum non denegantur, etiam in delictis occultis, n.41.in fine.
Subornationis timor, quando adest,an & quando reo sint concedendæ defensiones,n.68.69.& 70.
Defensiones,& copiæ indiciorum,non possunt reo denegari,etiam quòd Iudex procedat ex officio,& per inquisitionem, numero 71.
Appellatio datur à denegatis defensionibus,& copiis indiciorum, num.72.
Iudex denegans defensiones, & copias indiciorum, tenetur in syndicatu ad damna,& interesse, & punitur,n.73.
Defensionis qualitas non est per reum exprimenda ad hoc, vt ponatur ad largam,cum termino ad se defendendum:siue interrogetur de hoc à Iudice, siue non:& siue reus peritus sit, sine non,numero 84.& sequentibus. Vbi respondetur contrariis.
Defensiones reo denegãtur, quando per ipsum proposita defensio est talis,vt probata non releuet,n.78.sed contrarium videtur verius,n.79.
Defensiones suas reus potest facere quocunque tempore, & in qualibet parte iudicij,n.80.
Defensiones suas reus potest facere non solùm in termino sibi assignato,n.81.sed etiam post terminum, d.n.81. & 82. imò etiam nullo sibi dato termino,d.n.82.in fine.
Termino ad probandum dato, & lapso, potest reus facere suas defensiones,n.80.& seqq.
Testes possunt examinari ad defensam,etiam post illorum publicationem,& conclusionem in causa, n.82.
Defensiones suas potest reus facere etiam post sententiam, & quando hoc intelligatur,n.83.
Iudex tenetur ex officio quærere innocentiam rei, etiam post sententiam,& quomodo hoc intelligitur,n.83.
Confessio emanata denegatis defensionibus,& copiis indiciorum, nulla prorsus,& inualida est,n.84.
Indiciorum copia an sit concedenda in repetitione torturæ; dic quòd non. Sed hoc fallit pluribus modis, vt numero 160. & seqq.
Testium nomina sunt exprimenda in copiis indiciorum, & defensionibus reo concedendis,n.85. Limita primò, quando inquisitus est potens, & est periculum, ne offendat testes examinatos,n. 86.sed contra,n...Limita secundò in crimine hæresis,n.88.sed contrà,n.89.
Actorum omnium copia danda est,nedum indiciorum, n.89. in 22.ampliatione.
Indiciorum copiæ, & defensiones non dantur per Iudicem reo non petenti,n.90. sed contra,quòd imò etiam non petenti dari debeant, n.91. distingue, vt prima opinio procedat in reo Iuris perito, & sagace, secunda autem in rustico muliere, minore,seu alias idiota, num.92.& 93.sed contra distinctionem,n.95.& seqq.dic quòd secunda opinio est verior,& indistinctè tenetur etiam in reo iuris perito,& prudente,n.96.& seqq.vsque ad n.102.
Statutum mandans debere dari copias indiciorum, & defensiones petentibus,an tacitè videatur denegare illas non petentibus,n.93.100.& seq.
Doctores in facto proprio minus sciunt, & magis decipiuntur, quam alij, ideo illis etiam non petentibus dandæ sunt copiæ indiciorum,n.93.100.& seqq.
Indiciorum copiæ etiam non petentibus decernendæ sunt vigore Bullarum summorum Pontificum, n.99.& seqq.
Semper *dictio significat idem quod omni tempore,& omni casu, num.101.*
Blasphemiæ criminis reo non dantur defensiones, numero 102.
Defensiones reo non conceduntur, quando certum est nullam ei competere defensionem, numero 103. & seqq. vbi numero 106.declaratur, quando dicatur nullam competere defensionem.
Calumniosa defensio non est reo concedenda, num.105. declara, vt in num.106.
Citatio non requiritur, vbi quis citatus actui non potuisset contradicere,num.104.
Latroni insigni & furi insigni non dantur defensiones, & copiæ indiciorum,n.107.declara, dummodo notoriè constet eos esse tales,aliter secus,n.109.
Furi insigni denegantur defensiones, numer.107. declara, vt n. 109.
Defensiones denegantur disrobatoribus statuarium, incẽdiariis, violatoribus,& raptoribus publicè infamatis,n.108.
Sodomitæ denegantur defensiones,n.110.sed contrarium est verius,n.111.
Defensiones licèt non possint per Iudicem tolli, bene tamen potest defensionis modum restringere,n.112. vtputà prohibendo ne reus aliquem alloquatur,nisi in præsentia Iudicis, aut fiscalis, numer.113. vel statuere certum terminum ad se defendendum cum clausula, plus & minus arbitrio Iudicis, num.114.vel etiam iubere,vt loco copiarum ostendantur originalia,num.115.

Indiciorum

Indiciorum copia est concedenda testi antequam contra ipsum deueniatur ad torturam, etiam quòd torqueatur tanquam varius, vacillans, mendax, aut verisimiliter informatus, n.116. & seqq. vsque ad n.130 sed contrà, d.n.130. & seqq. vsque ad n.143. Prima opinio est verior, communior, & magis obseruata, n.147.

Defensiones non solùm reo sunt concedendæ, & copiæ indiciorum cum termino, sed etiam Iudex debet disputare causam cum Aduocatis, & Clarissimis viris, n.119. quod non habet locum, quando torquetur testis, quia tunc non disputatur causa cum Aduocatis, n.121.

Regulam habens pro se, dicitur habere intentionem fundatam, num.120.

Indiciorum copia non est deneganda testi torquendo, licèt possit denegari disputatio cum Aduocatis, n.121.

Defensio cùm sit de iure naturali, nunquam censetur sublata per quamcunque disputationem, n.122. & n.123.

Ratio naturalis habet vim legis, nu.126.

Testis quando est varius, vel vacillans, debet Iudex ipso teste præsente facere scribere per notarium variationem, & vacillationem, num.127.

Ius quod oritur ex persona propria, potentius est quàm illud quod oritur ex persona aliena, n.128.

Testes torquentur si sint vacillantes, n.130.

Testis potest torqueri si negat se interfuisse delicto, & de hoc conuincatur etiam per vnum testem, n.130. & seqq.

Testes non possunt torqueri, nisi vsque ad numerũ trium, n.132.

Testis torquetur etiam quòd sit clericus, n.133.

Positionibus quis tenetur respondere absque eo quòd decernantur copiæ ipsarum positionum cum termino deliberatiuo, n.134. & seq.

Interrogatoriorum copia non est danda parti, quæ testes ad examinandum inducit, n.136.

Antecedenti denegato, censetur etiam denegatum consequens, & è contrà, num.137.

Prohibito vno censentur omnia prohibita, per quæ deuenitur ad illud vnum, n.138.

Ratificatio requiritur in tortura testis, n.139.

Testis dicitur falsum committere etiam tacendo veritatem, nu.141.

Defensio potest tolli ex aliqua possibili causa, n.144.

Testis vilis potest torqueri etiam indiciis, n.145.

Testis quoad alios, & principalis quoad se non potest torqueri denegata copia indiciorum, nu.150. in tertia sublimitatione, etiam quòd simpliciter sit examinatus, vt testis, si re vera testis sit.

Indiciorum copia est danda testi torquendo, si torquetur tanquã seruus infamis, criminosus, vel socius criminis, n.149. & seqq. vbi declaratur materia.

Indiciorum copia est danda testi torquendo, quando conuincitur de mendacio, vel de præsumpta scientia aliunde, quam ex sua confessione, num.148.

Furto facto in hospitio, vel in aliqua domo, torquentur domestici, & familiares denegatis defensionibus, & copiis indiciorum, n.151. sed contrà, n.152. & seq.

Indiciorum copiæ non dantur, nisi publicato processu, tam reo, quàm accusatori, quandoque tamen ostenduntur originalia accusatori ex causa, vt possit subministrare indicia, numero 155.

Indiciorum copia quando traditur reo carcerato, sunt delenda nomina complicum, numer.154. & seq. fallit, quando ex tali delatione diminuetur reo facultas se defendendi, numero 157.

Indiciorum copia non solùm est danda, sed est danda completa omnium indiciorum & actorum, n.154. vers. Et hinc est vbi præcipuè, an sit danda copia testium examinatorum pro informatione Curiæ, & non repetitorum.

Indiciorum copiæ dandæ expensis rei petentis, n.158. sed si reus sit pauper, debent ei gratis dari, n.159.

Latro famosus non dicitur, contra quem testes deponunt quòd est talis, nisi etiam constet de eius latrociniis, & criminibus in specie, n.109. in fine.

Latro famosus non dicitur, contra quem testes deponunt, quòd est talis, nisi etiam constet de eius latrociniis, & criminibus in specie, n.109. in fine.

Fur insignis, & famosus non dicitur, contra quem testes examinati deponunt, quòd sit talis, nisi etiam constet de furtis, & criminibus in specie, num.64. in fine, iuncto numer.109. pariter in fine.

Mixtum a fauorabiliori regulatur, num.150. sub 3. sublimitatione.

Mixtum regulatur ab eo, quod est magis conforme iuri communi, num.150. sub tertia limitatione.

Indiciorum copia an possit denegari in repetitione torturæ, numero 160. & seqq.

QVÆSTIO XXXIX.

TORTVRAM regulariter † inferri non posse denegatis defensionibus, dixi *supra, in præcedenti quæst.38. in secũda limitatione, num.5.* Vbi cùm pollicitus fuerim latiùs hoc in loco materiam explicare, comprobo in primis præfatam regulam per text. *in d.l. desertorem, §. si ad diem, ff. de re militar. Si ad diem,* inquit ibi Modest. Iurisconsultus, *commeatus quis non veniat: perinde in eum statuendum est, ac si emansisset, vel deseruisset, pro numero temporis: facta prius copia docendi, num fortè casibus quibusdam detentus sit, propter quos venia dignus esse videatur.* Et sic ex hoc textu bene probatur, quòd non potest miles tanquam desertor condemnari, nisi priùs ipsi data copia & commoditate suas defensiones, & excusationes dicendi: immò nec poterit torqueri denegatis defensionibus, ad text. qui magis in specie id ad literam probare videtur, *in l. vnius, §. cognituros ff. de q. Cognituros,* inquit ibi Paulus I. C. *de criminibus præsidem oportet ante diem palam facere custodias se auditurum, ne hi, qui defendendi sunt, subitis accusatorũ criminibus opprimantur, quamuis defensionem quocumque tempore postulanti eo negari non oportet, adeò vt propterea & differantur, & proferantur.* Ecce ergo per hunc textum, quòd nisi ante torturã reus defendi permittatur à præside, dicitur oppressus, & generaliter in omnibus causis fiscalibus habemus alium textum, *in l. defensionis facultas, C. de iure fisci, lib.10. vbi dicitur: Defensionis facultas danda est his, quibus aliquam inquietudinem fiscus infert.* Et de iure canonico habemus etiam text. *in cap. cùm inter.* ibi, *Duximus respondendum, quòd prædicto nobili legitima defensio in iudicio reseruatur, extra de excep.* & text. *in clem. pastoralis.* ibi, *per consequens & indefensum,* & *paulò infra,* ibi, *per quæ de crimine præsertim sic graui delato defensionis, quæ & iure prouenit naturali, facultas adimi valuisset,* & ibidem hoc* communiter * notant scribentes omnes, *de sent. & re iudic.* & text. *in c. qualiter & quando, il 2.* ibi, *& exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi se ipsum, extra de accusat.* Per quæ iura sic vt suprà defensionem minimè reis denegandam esse vltra Doctores, *infrà,* & præsertim *in 1. & 2. ampliatione,* allegãdos scripserunt Gand. *in tit. de quæst. & torm. num.23.* Vbi refert, & respondet aliquibus iuribus, quæ in contrarium prima facie facere videntur, & deinde adducit pro hac regula rationem satis vrgentem, & viuam: quia scilicet certum est, quòd Princeps succurrit reo iam confesso in tormentis, & vigore confessionis condẽnato illi innocentiæ suæ defensionem concedendo, ad text. *in l.1. §. si quis vltrò, ff. de quæst.* Ergo multò magis debet succurrere, & defensiones concedere tanquam in tormentis fateatur, Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. & tort. num.62. & seqq.* vbi repetit idem quod Gandinus, & ibi Ludou Bolog. *in addit. nu.65.* Paris *de synd. in verbo, condemnatio, c.4. incip. An Potestas, qui misit ad supplicium, num.2. & num.4.* vbi quòd defensio in lite etiam contra fiscum de iure naturali, *d.l. defensionis facultas, C. de iure fisci, lib.10.* & quòd quis in crimine se defendat per fas & nefas iuris naturæ est, quia naturalis est viuendi dulcedo, *l. qui cùm maior, §.1. ff. de bon. liber.* cum aliis ibi per eum allegatis, *& in verbo, tort. il 2. c.2. viso de indic. n.1. & in verbo, tortus, c.1. incip. An stetur dicto torti, n.2.* Ang. *de malef. in verbo, Qui Iudex dictis inquisitis, & cuilibet eorum statuit terminum, & c. n.4. in fine,* Marsil. *in l. vnius, §. cognituros, n.65. & n.61.* Foll. *in pract. crim. in 3. part. 3 pariis, verbo, Et si confitebuntur, num.52.* Franc. Personal. *in tract. de indic. & tort. num.29.* Vant. *de nullitate, in Rubr. de nullit. ex*

*defec.cit.& vnde ac quibus mod.reg.proueni.num.4.& seq.*vbi etiam ex Bartol.*in extrauag.ad reprimendum,in verbo,figura,* & ex gloss.*in clem.sæpe,de verb.sign.* dixit, quòd tollere defensionem repugnat omni æquitati,iuri naturali, ac diuino, Roland.*cons.*12.*n.*45.*vol.*3.Vbi pariter,quòd est contra bonos mores,torquere denegatis defensionibus,quæ cùm concedantur à iure,non debent denegari à Iudice, qui propterea si eas denegauerit, iniuriam facit legibus volens melior videri,quàm ipsæ leges,vt per Roland *ibidem,n.*9. Afflict. *decis.*391.*n.*3.Conrad.*in pract.titul.de proced. ante diffinit.& defension.n.*4.*fol.mihi* 307. Hipp. Rimin. *cons.*190.*n.*2.*lib.*3. Bonacoss.*post suas commun.opin.in extrauag. post n.*36. *vers. Cum defensionis.fol.mihi* 101.*part.*2. Carrer.*in pract. crim.in* 2.*tract.de indic.& tort.*§.*decimus casus est,num.*22.*&* §.*circa quintum,post n.*14.And.Gayl.*in tract. de pace publ.lib.*2.*cap.* 7.*n.*8.Hieron.Lauren.*decis.Auenion.*15.*n.*1.Ex quibus sanè, & aliis quamplurimis Doctorum authoritatibus,quę in proposito allegari possent,patet sine dubio,propositam regulam
* nedum esse communiter*receptam, sed non habere contradictorem.

2 AMPLIA I. Vt†ad hoc,vt reo dicatur concessa se defendendi facultas,debeat eidem decerni & concedi copia indiciorum ex processu contra ipsum laborantium, sic in specie de copia indiciorum loquuti sunt Amad. *de synd.n.*225.*ver.* *Quo ad quartum.*Ang.*de malef.in verbo, Quod fama publica præced.n.*37.*vers.Item aduertas,*& ibi Augus.*in addit.in fine additionis,in vers.Vnde concludo,*Mars.*in l.*1.*in princ.n.*12.*ff.* *de quæst.*vbi alios adducit concordãtes, *&cons.*8.*n.*23.*& seq.* Brun.*de indic. & tortura,*1.*par.quæst.*2.*n.*9. vbi reddit rationem,Blanc.*de indic.ad l.fin.n.*24.*& seq.ff.de quæst.*vbi & ipse tres in proposito considerat rationes,Roland.de Curte, *inter cons.cri.diuers.cons.*75.*n.*21.*&* 22.& ibidem Marc. Ang.11. *cons.*30.*n.*1.Iac Leonis.*cons.*55.*n.*6. Ang. Aret.*cons.*72.*n.*11. *&* 12.*omnes in tomo* 1.*in fol.*Plor.*inter eadem cons.*72.*nu.*44. *vol.*1.Alex.*cons.*65.*habita super contentis,n.*1.*lib.*1. Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de indic.& tortur.*§.*circa quintum,n.*8.Foll.*in pract.crim.verbo,Detur copia capitulorum,n.*1.*fol.mihi* 269.*& in verbo,Etsi confitebuntur, in* 3.*par.*3. *partis.nu.*51.*fol.*314. Nouell.*in tractatu ad defensam,c.*3.*n.*1.*fol.mihi* 77. Conrad. *in pract.tit.de neg.crim.& torm.n.*5.*fol.mihi* 289. Dec.*in l.*2. *n.*15.*C.de eden.*Boss.*in tit.de indic.& considera.ante tor.num.* 74.Franc.Marc.*decis.Delphin.*60.*num.*2.*&n.*11.*in fin.*Ioan. Mar.Montic.*reg.*14.*n.*1.vbi alios adducit concordantes,Ant. Gomez.*var.resol.tom.*3.*cap.*13.*de tortura reorum,n.*21.Clar. *in pract.*§.*final.quæst.*49.*in princ.*vbi hanc ampliationem di-
* cit communem,*ex Ripa *in d.l.*2.*n.*8.*C.de eden.*quem etiam referendo sequitur Villalob. *in collect. commun.opin.litera I, n.*22.Rursus idem Clar.*in d.quæst.*64.*sub vers.Sed quid si ille,*vbi pariter testatur de communi,ex Alb.*in l.vnius* §.*cogniturum,n.*3.*ff.de quæst.*quem etiam refert Ias.*in cons.*75.*col.fi. vers.*2.*allego,lib.*1.idem Clar.*in quæst.*48.*in fine principij,* vbi
* etiam sic communiter*practicari dixit, & de communi etiã testatur Roland.*in cons.*12.*num.*42.*& seqq.lib.*3.Hipp.Rim. *cons.*88.*n.*59.*& seqq.lib.*1.vbi etiam de cõmuni,*& cons.*290. *n.*15.*& post n.*19.*lib.*3. Franc. Personal. *in tract.de indic.& tort.num.*20.*& post n.*26.*& post n.*98. vbi alios adducit concordantes,& etiam testatur de communi, Bonacoss.*in commun.opin.part.*1.*vers.indiciorum copia est danda reo,folio mihi* 88.*a tergo,col.*2.*& in* 2.*par.in extrauagan.n.*36.*vers.Non modica est difficultas,folio* 101.*col.*1.Vulpel.*cons.*21.*n.*12.vbi
* de communi,* & obseruata opinione tam Piceni, quàm in Vrbe,etiam quòd dictæ indiciorum copiæ petantur à reo iã torturæ alligato &,vt dicunt,sub tondulo existente,quod & repetiit idem Vulpel.*in cons.*74.*n.*8.Burs.*cons.*201.*n.*70.vbi etiam de communi,*in cons.*311.*nu.*5.*&* 6.*lib.*3. Tiber. Dec. *cons.*8.*n.*102.*vol.*1. *&cons.*93.*n.*131.*vol.*2. Simon de Præt. *cons.*36.*n.*6.*&cons.*202.*nu.*15.Bertaz.*cons.*130.*num.*1. & ibi Claud. filius *in addit. litera A,* vbi etiam de recepta opinione,*lib.*1.Ioseph Lud.*in suis comm.opin.concl.*38.*vers.infertur,* 98.*fol.mihi* 88.*à tergo,* Hier. Lauren.*d.decis.Auenionen.*15.*n.* 1.& in Vrbe habemus Bullam Pij IV. de qua *in Bullario,prima par.fol.*755.*& est in ordine* 74.*illius Pontificis sub rubrica, reformatio Tribunalis Auditoris Cameræ, in vers.Insuper præfatus Auditor,siue eius Locũtenens in criminalibus faciat semper dare copias indiciorum reo, vel petentibus pro eo ante tor-
turam, & licèt ista Bulla loquatur solùm in Iudice criminali Auditoris Cameræ,tamen habemus aliam Bullam generaliter loquentem de omnibus Iudicibus Vrbis, videlicet Pauli IV de qua *in eodem Bullario prima parte fol.* 471.*& est in ordine* 58.*illius Pontificis,sub vers.capium verò quẽcumque ante torturam, seu antequam tortura subiiciatur ad purgandum indicia contra eum laborantia legitimè admittant data indiciorum copia,&c.* Quæ quidem Bulla Pauli IV.fuit in hoc successiuè confirmata à Pio IV.*vt in sua constitutione, in ordine* 85.*sub rub.reformatio almæ Vrbis,& Romanæ Curiæ Tribunalium,in vers. Et quoad expeditionem carceratorum,in eodem Bullario,part.*1.*fol.*776.

AMPLIA II. Vt non solùm debeant dari copiæ indiciorũ, 3
sed etiam competens terminus ad illa purgandum: sic enim de competenti termino vltra indiciorum copias loquuti sunt omnes ferè Doctores præcitati in præcedenti ampliatione,& in specie etiam id affirmarunt Paris de Put. *in tract. de synd. in verbo,cõdemnatio,c.*3.*An Potestas,qui misit ad supplicium, post n.*4.*vers.Dicens quod cuique debet dari terminus, &c. & ibidem,n.*9.*vers.Vbi autem non assignaretur terminus,*Ang.*de malefic.in verbo,Qui Iudex dictis inquisitis, & cuilibet eorum statuit terminum,&c.per totum in discursu,* Aug. ad eundem Ang.*in verbo, Quòd fama publica,n.*38.*post medium additionis,vers.Imò dare sibi dilationem ad destruendum illa,* Marsil. *in l.vnius,*§.*cognituru,n.*56.*ff.de quæst.*Foller.*in pract.crim. in verbo,Et facta tit.contest.Detur terminus,n.*1.vbi quòd de necessitate Iudex debet dare reo terminum ad se defendendum,*& *in verbo,Etsi confitebuntur,in tertia parte tertiæ partis,n.*51.Nouell.*in tractatu ad defensam,cap.*3.*n.*5. Carrer.*in pract.crim.in* 2.*tractatu de indic.& tortur.*§. *circa quintum,n.* 14.Hippol.Riminald.*d.cons.*190.*post n.*15.*lib.*3. Ioan. Mar. Monticel. *reg.crim.*14.*n.*1. vbi plures alios adducit concordantes, Boss. *tit. de indic.post num.*74. *vers.ic.& simul dandus est terminus.* Conrad.*in pract.rub. de præceden. ante diffinitiuam,& defensionem.num.*3.*vers.ic.Statuere etiam debet præter terminum,folio mihi* 307.*colum.*2.vbi ex Angel. & Bartol.in locis per eum allegatis, & ita per totum mundum practicari commemorat,*& *ibidem post num.*4.*vers.ic. Hinc est,* vbi per text. *in l. vt intra cert.temp.* generaliter dicit non esse denegandas necessarias dilationes partibus petentibus, Anton. Gomez.*var.resol.tomo* 3.*cap.*13.*rub.de tort.reor.num.*33.*vers.ic. Nam primo poterit probare, & vers. Ex quo Iudices debent esse cauti,*Clar.*in pract.*§.*fin. quæstio.* 48.*in fine principij,* vbi dicit,quòd secũdùm communem*practicam eodem cõtex- *
tu solent Iudices publicare processum offensiuum,& eius copiam parti decernere vnà cum termino ad faciendum suas defensiones.Franc Personal.*de indic.& tortu.dict.num.*29.facit Bulla Pij IV. de qua suprà mentionem feci, & de qua *in Bullario,par.*1.*fol.mihi* 756.*in vers.ic.insuper.&c.*ibi, *Pendente termino,* &c. ex quibus elicitur propositam ampliationem communiter à * Doctoribus receptam esse, & vsu approbatam. *

AMPLIA III. Vt non vna dilatio,†sed tres dilationes reo 4
concedendæ sint ad faciendũ suas defensiones,secũdùm Ias. *in l.properandum,num.*16.*Cod.de indic.* & est text.clarus, & apertus *in l.fi.ff.de ser. In pecuniariis causis (* inquit ibi Paulus Iurisconsultus*) omnibus dilatio singulis causis plusquam tribus non potest, in capitalibus autem reo tres dilationes,accusatori duæ dari possunt,sed vtrique causa cognita.*Et quandoque etiã ex causa conceditur quarta dilatio,vt dicit gl.magna *circa mediũ,post ver.sed in crim.causa,*&c. maximè quando petitur ad alium effectum,quàm ad eum ad quem datæ fuerũt præcedentes tres dilationes,vt etiam firmat Bart. *in dict.l. fin.* & post Bartolum Rom. *in cons.*226. *incipien. vltra pridie,n.* 7.cum aliis in proposito allegatis per Brun.à Sole *in suo conf. crim.num.*169.*& seq.* Dec.*cons.*18.*num.*197.*lib.*1.Beninten. *decis.Bonon.*45.*num.*1.*& seqq.* & per totam, vbi latè, an & quando sit concedenda quarta hæc dilatio, & in proposito aduertas,quòd licèt text.*in dict.l.fi.ff.de ser.* videatur loquĩ in causis capitalibus,nihilominus tamen intelligi debet, vt procedat in quibuscunque causis criminalibus,secundùm*com- *
munem & à consuetudine approbatam opinionem, de qua plures testãtes refert Clar. *in pract.*§.*fin.quæst.*48.*vers.Quæro quot dilationes,*vbi ampliùs dixit,quòd licèt concessio dilationum videatur arbitraria,ex Iun.*in cap.ad petitionem, num.*4.

de accus.

* *de accuſ.* & eius opinionem * communiter teneri per Canoniſtas dixerit Alex. *in l. 2. n. 8. ff. de re iud.* ſolent tamen Iudices de facili plures concedere dilationes reis, & quidē apud nos, quando in reo Iudex nō cognoſcit calumniam ſeu animum protelandi iudicium, nūquam denegat illi tēpus ad faciendū defenſiones etiam vltra conceſſas de iure dilationes. Non enim videtur æquū, temporis lapſum in criminalibus cauſis, vbi de vita hominis agitur, ius ipſius rei perire, & innocentiā opprimi, & quando Iudex denegaret, nunquam pariter vidi
6 Principem recuſantem. † Sed quando reus per calumniam dictam quartam dilationem petit, vtputà quia in primis dilationibus nullo prorſus impedimento exiſtente, nihil prorſus probauerit, & pro ſua aſſerta innocentia deduxerit: tunc vtique nec Iudex concedere cogitur, nec Princeps non concedendo damnandus eſt, ex allegatis per eundem Benint. *d. deciſ. 45. n. 3. in fin. & ſeqq.* ſed in omni caſu conſulo Iudicibus, vt & quartam concedant dilationem: quia eſt mora modici præiudicij, etiā ſi reus nocens ſit, & quando reus eſt in carceribus, ceſſat præſumptio calumniæ, vt per Clarum *vbi ſupra.*

7 AMPLIA IIII. Vt † dicto termino ad ſe defendendum reo conceſſo Iudex debeat ſuperſedere in procedendo advlteriora: ſic bene probare videtur text. *in d. l. vnius, §. cognituru m ff. de quæſt. in illis verbis, adeò vt propterea differantur, & proferantur cuſtodiæ,* & ibi hoc expreſsè notat Marſ. *n. 123.* & expreſsè etiam Burſ. *in conſ. 201. n. 75. lib. 1.* poſt Gandin. quem allegat, & ante iſtos Alex. *d. conſ. 65. incip. Habita ſuper contentis, n. 1. lib. 1. ad do & Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. & §. circa quintum, n. 9.* qui quidem Doctores per illum text. dicunt fore ſuperſedendum ſtatim petita copia
8 indiciorum cum termino. † Ergo multò magis termino ac dilatione conceſſa per regulam generalem, quod dilatione pēdente nihil eſt innouandum, vt per Franc. *in capit. ſignificante, n. 15. de appell.* Prob. *in addit. ad Ioan. Monac. in rubr. vt lit. pend. in 6.* Pariſ. *conſ. 106. incip. Bonifacius, n. 14. lib. 4.* Rota *deciſ. 34. alias 406. nota quòd ſi Iudex, num. 2. de appell. in antiquis*, Tho. de Tanis *deciſ. 108. incip. in eadem*, Lancellot. Peruſin. *in ſuo tract. de attent. c. 7. n. 2. & ſeq.* vbi etiā de materia.

9 LIMITATVR I. Hæc quarta ampliatio, † vt non procedat, quando Iudex videret tumultum in populo ob retardandam punitionem delinquentis: nam tunc ne ſequatur tumultus, poteſt ad exequutionem etiam capitalem deuenire termino, ſeu dilatione conceſſa, ſicuti poſt Bal. Rom. & Angel. Aret. quos allegat, dixit notabiliter Marſ. *in prac. cr. §. vlteriùs, n. 30.* & ego latiùs dixi *in 1. li. tit. 3. de delic. q. 21. n. 145.* vbi vide.

10 LIMITATVR II. Hæc † eadem quarta ampliatio, vt non procedat, quando Iudex expreſsè dilationem reuocauit, quia tunc illa reuocata nihil eſt, quod impediat proceſſum ad vlteriora, Franc. *in d. c. ſignificante, n. 16. de appell.* Grat. *conſ. 77. duo principaliter, n. 17. lib. 2. & conſ. 78. eodem libro per totum*, quos ſic referendo ſequitur Lancellot. *de atten. d. c. 7. n. 9. & ſeq.* Sed in propoſito aduertas, quòd conceſſa reo per Iudicē dilatione ad ſe defendendum, non poteſt, nec debet illam vllo modo reuocare, niſi eſſemus in notoriis cauſa euitandi tumultus in populo per ea, quæ *ſuprà* dixi *in anteced. limitat.*

11 LIMITA III. Dictam † quartam ampliationem non procedere, quando Iudex in dilatione cōceſſa reſeruaſſet ſibi poteſtatem ad vlteriora procedendi, quod ſolent facere Iudices, quando ſuſpiciantur dilationem peti ex calumnia: tunc enim vigore dictæ reſeruationis, poteſt ipſe Iudex non obſtante dilatione conceſſa ad vlteriora procedere, vt per Lancellotum
12 *vbi ſupra, de atten. d. c. 7. n. 28. & ſeq.* † Et hinc credo introductā practicā in Curia Reuerendiſſ. Domini Gubernatoris Vrbis, quòd in delictis notoriis, in quibus nulla poteſt cadere defenſio, Iudices cōcedunt puta terminū ad ſe defendendū, trium dierū cum clauſula, *& plus minus arbitrio ipſius Iudicis*, quo caſu etiā dilatione pendente tutè ad vlteriora procedūt.

13 AMPLIA V. Propoſitam regulam, † vt non ſolùm reo ſit concedenda indiciorum copia cum termino ad ſe defendendum, vt præmiſi, ſed etiam eſt ponendus (vt nos dicere ſolemus) ad largam, videlicet ad carceres publicos, in quibus poſſit ad ſui libitum alloqui, & conſuluere ſuos Aduocatos, Procuratores, & amicos. Ad rex, qui hanc ampliationē bene probare videtur *in d. l. vnius, §. cognituru m*, ibi, *palam facere cuſtodias, ff. de quæſt.* Marſ. *in pract. §. poſtquā, n. 5. in fi. verſ. Quibus peractis* Foll. *in pract. crim. in verb. & facta litis conteſtatio, n.*

10. Ioſeph Lud. *in ſuis comm. opin. concl. 38. verſ. inſertur 99. fol. mihi 89.* vbi ita dicit ſe vidiſſe communiter * practicari, & * obſeruari, & habemus Bullam Pij IV. de qua *in Bullario, 1. par. folio 755. & eſt in ordine 74. ſub rubr. reformatio Tribunalis Auditoris Cameræ, in ver. inſuper præfatus Auditor*, ibi, *detur commoditas carceratis liberè loquendi cum eorum Aduocatis & Procuratoribus etiam ſemotis arbitris.*

LIMITATVR Hæc quinta ampliatio, † vt non procedat 14
in cauſis arduis, & in delictis atrociſſimis, in quibus ſi Iudici videbitur, non tenetur ante torturā reum ad largam ponere, ſed tantùm ei dare commoditatem alloquendi Procuratores, & Aduocatos in præſentia Iudicis, Fiſcalis, vel Notarij, vt per Ioſeph. Lud. *d. concl. 38. ver. Nihilominus ex communi, &c.* vbi teſtatur de * communi obſeruantia, cui etiā aſſentire videtur * d. Bulla Pij IV. 74 de qua ſuprà *in d. v. inſuper præfatus Auditor, in illis verbis*, ibi, *Niſi tamen qualitas cauſæ aliud neceſſariò ſuadeat.* nec diſſentire videntur verba ſtatuti à verbis lib. 2. cap. 10. ibi, *& facultas ſuos procuratores alloquendi dari debeat*, & facit, quia vt infrà dicam, *n. 112.* licèt Iudex non poſſit in totum reo defenſiones tollere, bene tamen poteſt defendendi modum reſtringere, & limitare: ſed certè hoc non niſi perrarò obſeruatum vidi in Vrbe, & illud quidem ſeruatum nō ſolùm in delictis atrociſſimis, ſed etiā in tractatibus de re Principis, & vbi adeſt timor ſubornationis, iuxta ea quæ dixi *infra, n. 68.* aliàs vidi ſemper reos ad largam poſitos cum libera poteſtate alloquendi quos volunt: & ita ſi facies, tutiùs facies.

AMPLIA VI. Vt defenſiones, † & indiciorum copiæ, nec 15
etiā denegari poſſint à Iudice habēte quodcunque liberum, & abſolutum arbitriū, vt per gl. *in clem. ſæpe. §. non ſe tantum, in verbo, defenſiones*, & ibi Card. Zabarel. *col. 2. verſ. quæro de quibus, de verb. ſig.* Anch. *conſ. 166. Viſis diligenter*, Marſ. *in l. vnius §. cognituru m, num. 56. iunctionum. 59. ff. de quæſt.* † vbi 16
etiam idem in habente poteſtatem procedendi ſine iuris ſolēnitate, *& in pract. §. conſtante, num. 26.* Alex. *d. conſ. 65. Habita ſuper contentis, num. 2. lib. 2.* vbi pluribus rationib. hanc comprobat ampliationem Lud. Bolognin. *in addit. ad Guid. de Suzzar. in tract. de indic. & tort. n. 65.* Plot. *de in lit. iuran. §. 30. n. 9.* Menoch. *de arbit. quæſt. lib. 1. quæſ. 77. n. 1. & ſeq. & q. 78. num. 5.* Carrer. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. circa quintum, n. 17.* Conrad. *in pract. tit. de proced. ante diffinitiuam, & defenſione, & num. 4. in fine, verſ. Amplia 6. fol. mihi 308. col. 2.* Vant. *de nullit. in tit. de nullit. ex defec. citat. & vnde ac quibus modis, &c. poſt n. 3.* Afflict. *deciſ. 391. poſt n. 2.* & ibi Vrſill. *in addit. pariter poſt n. 2. verſ. In Iudice habente liberum arbitrium*, vbi allegat Hip. *in plurib. conſiliis*, Ioan. Mar. Mont. *reg. crim. 14. n. 8. & 9. n. 11.* vbi alios adducit concordantes, infert & exemplificat, † ac etiam ampliat in Iudice, habente 17
ſpecialem poteſtatem procedendi ſimpliciter, de plano & ſola facti veritate iuſpecta, quod & idem voluit Hier. Lauren. *dec. Auenionen. 15. n. 4. verſ. d. Aduocatus, & n. 8 Quamuis Iudex*, Foll. *in pract. crim. in 3. p. 3 part. verbo, Etſi conſtituantur, poſt n. 52.* Boſſ. *in tit. de inc. & conſid. ante tort. n. 74.* vbi quòd ita etiam ſeruatur Mediolani apud Capiraneum iuſtitiæ, licèt habeat arbitrium in procedendo, Rol. *conſ. 12. n. 45. & n. 58. ad finē, lib. 3.* Brun à Sole *in ſuo conſ. crim. n. 120.* vbi loquitur in caſu, in quo denegatis defenſionibus fuit tortura inflicta à Locūtenente in criminalibus Reuerendiſſ. Domini Gubernatoris Vrbis ſub prætextu arbitrij dicitque propterea non bene, & iuridicè fuiſſe proceſſum, Bonacoſ. *in commun. opin. par. 1. v. indiciorum copia danda eſt, folio mihi 88. à tergo, col. 2.* Hip. Riminal. *conſ. 290. n. 19. lib. 3.* Claud Bertazz. *ad conſilia Bertazzoli patris, in conſ. 130. lit. A, in 4. ampliatione*, Franc. Perſonal. *de indic. & tort. poſt n. 20. v. Neque prætextu alicuius arbitrij*, Flam. Cartar. *in ſua pract. interrogan. reo. lib. 4. c. 1. n. 167. & ſeqq.* Faciunt quæ in ſimili *ſuprà* dixi, *in q. 36. n. 71. & ſeqq.* ex quibus ſine dubio, ita communiter * à Doctoribus receptū * eſſe dubitandum nō eſt, & apud nos, licèt forſan Iudices criminales Reuerēdiſſ. Domini Vrbis Gubernatoris, qui vigore ſuarum facultarum latiſſimum habēt arbitrium, aliquādo ad torturam denegatis defenſionibus contra reos deuenirēt ſub prætextu dictarum prætenſarum facultatū, & dicti latiſſimi arbitrij prout ita ſeruari ſe audiuiſſe teſtatur Baiar. *in add. ad Clar. in pract. §. fin. q. 64. n. 90.* magis tamen * communiter, & * multò meliùs ſeruatum vidi per eoſdem Iudices, qui petentibus tales defenſiones erubuerūt, & ad præſens ſcio quòd illa

grauissima causa surreptionis Annuli Piscatoris Iudices dicti Reuerendissimi Domini Gubernatoris, qui & prudentes,& circumspecti sunt,non obstantibus dictis facultatibus ad torturam contra inculpatos denegatis defensionibus non deuenerunt, nisi visa prius per eos speciali facultate ipsis desuper concessa in chirographo manu Sanctissimi signato.[& vide quæ dixi *infra,in 3.libr.in tract.de testibus tit.de opposit.cont. exam.test.q.7.num.98.& seqq.*]

18 AMPLIA VII Vt † nec Princeps de absoluta potestate possit reo tollere defensionem, quæ de iure naturæ inducta est, *clem. pastoral. prope finem*, ibi,*cum illa Imperatori tollere non liceret*,& ibi glos.*in verbo,liceret*, & cæteri scribentes communiter,*de sen.& re iudicat.§.sed naturalia*, & ibi pariter omnes,*Instit.de iure natura,gen.& ciuili, cap.1. de causa poss.& proprietat.in fi.* ibi, *nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffinire*, & loquitur in ciuilibus, ergo multò magis in criminalibus:& ex hoc textu nota,quòd ibi non dicitur,*nolumus diffinire,sed non possumus diffinire*, & sic tolli Principi potentiam aliter faciendi, quod multùm facit pro nostra ampliatione,ad quam in propositis terminis vide Bal. *in l.3.§.is pro quo,ver.in eadem gl.*ibi,*non obstante, & c.ff.quod * quisque iur.* quē*omnes sequuntur,vt dicit Soc.*in cons.166. post n.46.vers.Tertius casus,lib.2.* Marsil.*in pract.crim.§.expedita,n.6.& in §.opportune,n.61.& in cons.8.n.29.& seqq.& in cons.81.n.78.*& latiùs *in l.vnius,§.cognituru,n.61.& pluribus seqq.ff.de quæst.* vbi alios adducit concordantes, Paris de Put.*de synd.in verbo,condemnatio,cap.4.an Potestas, qui misit ad supplicium,n.4.fol.mihi 151.a tergo*, Natta *cons.451.n.30. in 2.vol.* Conrad.*in pract.tit.de præced.ante diffi.& defensione, n.4.in fine,vers.amplia 10.fol.mihi 308.colum.2.* Afflict.*decis. 391.fuit dubitatum,n.2.& n.9.*& ibidem Vrsil. *in addit.* vbi bene exornat, & inter alia dicit,quòd si Princeps ita mandaret reum torqueri indefensum, non debet Iudex talis mandato fulminatorio obedire,de quo & aliqua in simili dixi *supra,in quæst.37.n.74.& seqq.* Bossi.*tit.de indic.n.78.* Carrer.*in pract.crim.in 2.tract. de indic.& tort.§. Decimus casus est,n.28.& seq.* Gram.*voto 30.n.13.* Roland.*cons.12.n.45.in fin.& n.46.& n.53.& seq.& n.62.& n.64.& seqq. lib.3.* vbi etiam pluribus hanc comprobat ampliationem, Foll.*in pract.crim. in verbo,etsi confitebuntur,in 3.parte 3.partis, nu.55.fol.324.* Clar.*in pract.§.fin.quæst.49.vers. Et hoc adeò verum est*, vbi ex Soc. & Marsil. & in locis præcitatis testatur de communi * *opinione,Ioan.Mar.Montic.l. reg.crim.14.n.5.* Bonacos.*in commun.opin.parte 1.vers.Defensio in causis criminalibus,* vbi etiam testatur de communi opinione, ex Soarez *in sua collect.comm.opin.verbo,Defensio,n.24.* & ex Curt. iun.*in cons. 225.per totum.in 3.* Andr. Gayl.*in suo tractatu, de pace publ. lib.2.c.7.n.8.* Hieron.Lauren.*dec. Auenion.15.n.5.* Franc.Personal.*in tract.de indic.& tort.post n.19.versiculo, Nam sicuti Princeps,& n.21.ver.neque Princeps de potestate absoluta, & n.98.vers.& si Princeps,* Bursat.*cons.201.n.103.& 104.lib.2.* Vbi etiam quòd licèt Alex.in plurib.consiliis,ibi per eum allegatis, dixerit Principem posse tollere defensionem:aduertendū tamē est,quòd loquitur in causa ciuili, & pecuniaria, in qua bene Princeps hoc quādoque facit;secus verò in causa criminali,vbi de vita hominis agitur,& in qua nullo modo defensio tolli potest,vt per Bald.Ias.Gramm. & alios,ibi per
19 eum allegatos.Et † etiam quòd Princeps expressè mandaret reo defensiones tolli,esset intelligendum eius mandatum de defensione ciuili,non autem de naturali,vt per Bald.*in cap.a nobis,extra de except.* quem sequutus est Marsil.in pluribus lo-
20 cis relatis ibi per Bursat.*d.n.104.* Item † esset intelligendum de friuola,& leui defensione, non autem de substantiali, vt
21 ibi per eundem Bursat. † Et licèt Ioseph.Ludou.*in suis commun.opin.in concl.38. post illationem 96. in ver.Etsi Princeps,* dicat,quòd si Principes haberent iustos Iudices,bonum esset facere legem mandantem, non dari reis copias indiciorum,
22 & sic defensiones. Non †per hoc tamen tu Princeps,qui te iustitiæ amatorē profiteris,talem legem facere cogites, cùm, vt vides,esset contra omnem,& iuris,& æquitatis,& naturæ rationem,& si Principes iustos habebunt Iudices, nunquam isti Iudices indiciorum copias, & defensiones reo denegabunt, ne volentes meliores videri, quàm ipsæ leges, legibus ipsis iniuriam faciant, vt in terminis dixit Roland.*d.cons.12. n.97.lib.3.* Et ego non dubito,quòd si Iudices, qui quandoque extorquent à Principe mandatum torquendi reos denegatis defensionibus,ipsi Principi dicerent, quòd iura ciuilia, canonica,& naturalia, id maximè abhorrent,& quòd eidem sic mandandi potestatem admittunt: vtique nunquam talia mandarent, prout certè temporibus meis nescio an vnquam sic Princeps mandauerit,& licèt,vt paulò superius dixi in illa grauissima causa surreptionis Annuli Piscatoris Sanctissimus Dominus noster Sixtus Papa V. mandauerit inculpatos in eo crimine torqueri denegata copia indiciorum: ego tamen,qui dictum mandatum in actis registratum vidi, testari possum,quòd ibi Summus Pontifex mandabat illos sic denegatis defensionibus torqueri,nō simpliciter pro habenda veritate:sed pro habenda vlteriori veritate, & sic pro habendis complicibus, & aliis qualitatibus: quo casu, etiam de iure communi potest reus torqueri absque eo, quòd copia indiciorum sibi decernatur,vnde nihil in eo mandato,quod à iure communi discrepet,continetur.

LIMITA I.Hanc 7.limitationem, †vt licèt Princeps non 23
possit tollere defensionē,quæ à iure naturali prouenit, & sic eam,quæ crimen excludit à mera innocentia,bene tamē potest tollere illam defensionem, quæ consistit in exceptionibus introductis à iure ciuili positiuo:sicut enim Princeps etiam sine causa potest ius positiuum concedere,ita etiam potest & illud tollere.Sic nempe,per hanc rationem,post Alexand.quem allegat,*in l.sicut iniquum, §.si is, pro quo,ff.quod quisque iur.* concludit,in propriis terminis, Afflict.*decis.391. fuit dubitatum,post n.3.ver.Benè fatendum est*, & ante Afflictum,ita etiam affirmauit Paris de Put.*in tract.de synd.verb. commendatio,capit.4.incip. An Potestas,qui misit ad suppliciū, n.5.fol.mihi 151.a tergo, colum.2.* & post istos bene declarat Aym.*in pract.iudic.§.31.cap.34.n.5.& seqq.* Vbi dixit, quòd licet defensio quoad eius substantiam,& prout est de iure naturali, non possit tolli à Principe, bene tamen potest tolli quoad sui formam, & quoad iuris positiui solemnitatem, & * ibi testatur de communi,*licèt aliqui per eum relati contrarium dixerint, Carrer.*in pract.crim.in 2.tract.de indic.& tort. §.decimus casus est,num.28.* vbi quòd licèt Princeps non possit reo tollere defensiones, bene tamen potest variare modum defensionis, faciunt quæ infra dixi in simili de statuto, *n.26.& seq.*

LIMITA II.†Eandem 7.ampliationem,vt non procedat, 24
quando Princeps ex iusta causa tolleret defensiones:ius enim naturale ex iusta causa tolli potest,vt pluribus Doctorum authoritatibus comprobat Dec.*in cap.dilecti,n.36. de exceptionibus.* Ideo etiam ex iusta causa potest Princeps reo denegare defensionem,etiam quòd iuris naturalis sit,vt in terminis tradidit Vasqu.*controuers.Illustr.lib.1.c.31.n.9.* & latiùs *c.39. n.1.* & plures in idem citat Tiraq.*de pœn.temperan. in præfatione,n.44.* ex quibus facilè possumus affirmare hanc limitationem communiter*receptam. Verùm quæ dicatur in Prin- * cipe iusta causa tollendi in proposito defensiones reo, hoc opus,hic labor est, Vasquius vt suprà,*d.c.39.n.1.* exemplificat iustam causam,quando delictū est plusquam notorium,iuxta ea,quæ dixi *in lib.1.tit.3.delict.q.21.n.77.& seq.* item quādo timetur de populi tumultu, iuxta ea quæ pariter dixi *supra,n.9.& in d.tit.de delict.eadem quæst.21.n.145.* Sed certè in istis casibus non solùm Principi,sed etiam Iudicibus ordinariis,licitum est reo denegare defensiones,& non est licitū, imò necessarium,quia debent denegare, vt ibidem per Vasquium:ideo respectu Principis nulla in hoc est specialitas,& sic propter casus exceptos à iure communi,in quib.potest reo denegari defensio,vix credo,nec etiam in Principe dari iustā causam illas denegandi, & ita opinor esse veritatem.

AMPLIA VIII.Propositā regulam,†vt nec à statuto tolli 25
possit reo sua defensio, vt in specie post alios quos allegat, scripsit Marsil.*in l.vnius,§.cognituru,n.59.73.& 75.ff.de q.& cons.8.n.30.* Conrad.*in pract.rub.de proced.ante diffinitiua,& defension. n.4.ad finē,vers.Amplia 9.fol.mihi 308.col.2.* Rol. *cons.12.n.55.in fi.lib.3.* Bonacos.*in com.opin.par.1.v.defensio in causis criminalibus fol.46.col.1.* vide de cōmuni, * & ibidē, * *fol.47.col.4.ver.Defensio non potest tolli à statuto,* vbi alios adducit,& *48.col.1.post versiculum, Defensionibus autē,&c.* Et hæc ampliatio non habet difficultatem,quia si Princeps non potest reo defensiones denegare,vt dixi in præcedēti ampliatione:ergo multò minùs hoc potest statutum,vt etiam voluit

nouissimè

nouissimè Flam.Cartar.*in sua pract.interrogan.reo. lib.4.cap. 1.num.166.*

26 LIMITA Hanc 8.ampliationem, vt licèt statutũ nõ possit tollere defensiones reo,prout sunt iuris naturalis, bene tamen potest tollere defensionis formam à iure ciuili positiuo introductam,secundùm Felin.*in capitulo delicti,n.7.extra de excep.* & per Bened. de foro Sempron. *in repertorio eiusdem Felini,in verbo,defensio tolli non potest per statutũ*,quos in proposito refert,& sequitur Bonacos.*in commun.opin.par.1.ver. Defensio non potest tolli à statuto,in fine,fol.mihi 47.pariter in fine*, vbi dixit, quòd licèt defensio non possit tolli à statuto, bene tamen potest defensionis modus variari,Ioan. Bap.Asini.*in sua praxi indic.§.31.n.34.n.5. & seqq.* vbi pariter dixit, quòd licèt defensio non possit tolli à statuto quoad eius substantiam,& prout est de iure naturali,bene tamen potest tolli * quoad sui formam,& iuris positiui solennitatem,& * reltatur de communi, licèt aliqui ibidem per eum relati contradixerint,Flam.Cartar.*in tract.de exequ.senten.capto bannito, cap.* 27 *3.n.34.&* 37.†vbi propterea,secundùm And. de Isern. Affl. Hell.Alex.& Carauit. quos allegat dixit posse per statutum, seu constitutionem restringi tempus defensionis & hoc,quia limitare tempus ad se defendendum,nõ est tollere defensionem secundùm eos,& dixi etiam *infra,nu.* 112.addo & eundem Cartar.*d.c.3.n.47.& seqq.* vbi bene in proposito comprobat,quòd licèt non possit tolli substantia defensionis,bene tamen potest tolli illius solennitas, & formalitas de iure positiuo introducta,& faciunt, quæ in simili de Principe dixi *supra,num.*23.

28 Et † in omni casu, in quo statutum restringit defensiones reorum,etiam quoad illarum formam,& solennitatem, licèt non quoad substantiam,adhuc scias, quòd tale statutum debet strictissimè intelligi,vt minùs corrigatius cõmune,quàm sit possibile,ad l.2. cum ibi notat. per Doctores.*C.de noxal.* Alex.*cons.*19.*n.9.vol.*1. Io. de Anan. *in cons.*59.*in fine*, & ibi Bologn. *in addit.* Roland.*cons.*97.*n.*23.*vol.*2. & in terminis Hippol. Rimin. *cons.*290.*n.*16.*lib.*3. & Flam. Cartar.*in sua pract.interrogan.reo. lib.*4.*c.*1.*n.*205.vbi alios allegat.

29 AMPLIA IX. Eandem†propositam regulã,vt nec valeat consuetudo,per quam reo tollitur sua defensio: si enim hoc non potest dicere statutum expressè, multò minùs id potest tacitè consuetudo,vt per Alex. de Neuo *in cons.*86. sicut ipsum refert,& sequitur Bonacos.*in comm.opin.par.*1.*sub vers. indiciorum copia est danda reo*,ibi,*& consuetudo in contrarium valeat.*&c.*fol.mihi* 88.*à tergo,in fine.*

30 Et†licèt in pluribus locis negari non possit adesse consuetudines, quibus rei torquentur etiam ex processu informatiuo , & denegatis defensionibus , vt in ciuitate Neapolis ex præeminentia magnæ Curiæ Vicariæ,post alios testatur Affl. *decis.*391.Baiard.*in addit.ad Clar.in pract.§.fi.qu.*64.*n.*88.*per cap. Regni,in cip. Si cum sceleratis*, vbi licèt Ioan.Anton. de Nigr.multa requiri affirmet ad hoc,vt isto casu magna Curia sua præeminentia vtatur:inquit tamen ibi Baiard. hodie ipsa magna Curia dicta præeminentia vtitur non adhibitis aliis circumstantiis,nisi grauitate delicti , & vrgentia indiciorum. Item in Etruria sub Sereniſſimo Duce,& in ciuitate Lucana, in causis à Republica delegatis,testatur Ioseph. Lud.*d.concl.* 38 *post illationẽ* 98.*ver.Etsi Princeps.*Item in Ciuitate Ferrariæ,testatur Hippol.Riminal.*cons.*290.*ante n.*1.*lib.*3.

31 Aduerte tamen, †quòd dictæ consuetudines non procedunt generaliter,sed sunt multùm restrictæ. Nam (vt inquit Affl.)*in dicta decis.*391.*n.*10.dicta præeminẽtia magnæ Curiæ Vicariæ non procedit in delicto non notorio,ac in reo inquisito bonæ famæ,sed solùm contra latrones insignes,disrobatores stratarum,incẽdiarios violentos, raptores,& alios cõmittentes similia grauia crimina , & contra quos laborat infamia,de quibus etiam dixi *infrà, num.*....

Et ita dicit per eosdẽ Iudices magnæ Curiæ,ac per consilium Neapolitanum fuisse resolutum,& in posterum seruatũ, & ita etiam testatur Afflict. *in const. Si damna clandestina,n.* 31.& post Afflict.latè Gramm.*voto* 3.*num.*20.*& seqq.*vbi ex præmissis infert tres notabiles limitationes , & restrictiones ad dictam præeminentiam magnæ Curiæ Vicariæ,inter quas est illa,quòd nõ habet locum quando petens copias indiciorum offert se probaturum tale quid, quo probato cessat tortura,quia tunc non est reo denegãda defensio.Et rursus præmissa affirmat idem Gramm.*voto* 30.*num.*23.*&* 24.Osac.*decis.Pedem.*79.*num.*19.*ad finem,vers. Præterea dicta præeminentia,*Claud.Bertaz.*in addit.ad cons.*130.*in* 5.*ampliatione*, vbi quòd ad hoc,vt eadem præeminentia locum habeat,tria requiruntur. Primò,quòd simus in atrocioribus, & occultis. Secundò,quòd eadem suprema Curia inquirat.Tertiò,quòd torquendus sit malæ conditionis,& famæ,ex Paride de Put. ac Deciano in locis ibi per eum allegatis: & ita etiam *in fine additionis,in vers. limitationes verò*, declarat fore intelligendam practicam, & consuetudinem Ferrariæ, prout etiam sic declarauit Hippol. Riminal.*in d.cons.*290.*iuncto n.*21.23.*&* 24.*vol.*3. vbi pariter eandem Ferrariæ consuetudinem non procedere affirmauit, quando inquisitus est bonæ famæ , & quando in petitione copiarũ indiciorum deducitur tale quid, quo probato,non sit ad torturam deueniendum, & ibi concordantes refert, quibus addo Burſat. *in cons.*201.*n.*17.*vers. quod procedit, vol.*2. vbi pariter , quòd talis consuetudo non procedit in non atrociſſimis,vel quando copiæ petuntur , & sic vides huiusmodi consuetudines in locis,in quibus vigent, esse tantùm restrictas , vt fere nihil plus operentur vltra ius commune.

Et an sicut eadem magna Curia habet authoritatem torquendi ex processu informatiuo,& denegatis defensionibus, habeat etiam pari modo authoritatem reum repetendi in tortura,vide multa hinc inde allegantẽ Flam.Cartar.*in sua pract. lib.*4.*cap.*1.*n.*200.*& seqq.*vbi videtur comprobare negatiuã opinionem,*& n.*207.*vers.Sed in casu*,vbi videtur defendere contrariam affirmatiuam : & vide etiam Baiard. ad Clar. *in pract.* §.*fin.q.*64.*n.*153. vbi pariter amplectitur primam negatiuam opinionem ex Gramm.& Ioan.Ant. de Nig.in locis per eum relatis.

AMPLIA X. Vt † non solùm sint dandæ reo defensiones 32 antequam torqueatur,sed etiam antequam condẽnetur,ideo si reus post torturam confessus sit,vel etiam sine tortura prętendatur conuictus:non potest Iudex contra ipsum ad condẽnationem deuenire,nisi priùs eidem concesso termino ad dicendum , & opponendum quicquid vult, & potest aduersùs suam confessionẽ,vel probationes respectiue:cur scilicet non debeat condemnari,& sic ad faciendum,suas defensiones.Ita mihi probat text.quem suprà induxi, *n.*1.*in l.desertorem,§.si adidem,ff.de re milit.*Sal.*in l.*2.*post num.*4.*C.de cust.reor.* vbi quòd sponte confessus mittitur ad carceres,& assignatur sibi terminus ad allegandum quicquid velit ne condemnetur, & si nullam facit defensionem in termino,videtur in confessione perseuerare,& cõdẽnandus est.& hanc esse totius mundi practicã testatur, prout etiã & idem testatur Ang.*de malef.in verbo qui Iudex dictis inquisitis,& cuilibet eorum statuit terminum,&c.n.*1.Gandin.*sub rubr.de homicid. & eorum pœna,n.*5.*& iterum in rub.de quæst.& tormen.num.*23.*prope finem, vers. Præterea videmus*, vbi reddit rationem:sic enim Princeps,inquit ipse,post sententiam, & condemnationẽ etiam confessio,vel conuicto,si constiterit de condemnati innocentia,non recusat defensiones concedere,*ad l.primam,* §. *si quis vltra,ff.de quæst.*multò minùs eidem confesso, aut conuicto,debeat illas denegare ante sententiam,& cõdemnationem,& ita etiam per eãdem rationem,idem affirmauit Guido de Suzzar.*in tract.de indic.& tort.num.*64.Paris *de syndic. in verbo,condemnatio,c.*4.*incip.An Potestas,qui misit ad supplicium,ante num.*1.vbi aliam reddit rationem , quia scilicèt etiam aduersùs cõfessionem multa reus potest dicere,& opponere;*& num.*7.vbi generaliter facit conclusionem, quòd vbi non datur defensio, ibi non potest ad condemnationem deueniri; *& nu.*12. vbi dicit se aliàs in occurrenti casu non laudasse factum Regis,qui captum homicidam statim suspẽdi mãdauit:cùm potuerit esse, quòd impunè occiderit ad sui necessariam defensionem;*& nu.*14. vbi pariter demonstrat. tam in homicidium , quàm in furtum confesso multas posse fieri defensiones , per quas non erit ipse confessus condemnandus,Marsi.*in pract.crim.§.vlteriùs,n.*33.Brun.*de indic. & tort.*2.*par.quæst.*5.*num.*51. Rub. Alexandr.in. *in tract.de potesta.procur.& defensor.in caus.crim.*2.*par. ad seruum quoque,* §.*publicè,num.*26.*ff.de procur.* Foller.*in pract.crim. in verbo, Etsi confitebuntur,in prima par.*3.*partis,num.*64.vbi ex Ang. *vbi suprà*, testatur de communi* practica omnium criminalistarum,Nouel. *in tract. de defens.cap.*3.*rubr.An indicia pro* *

*reo danda sint,nu.4.in fine,*vbi ex Bald. quem allegat *in conf. 61.n.2.vol.3.* loquitur in conuicto, Conrand.*in pract.in tit. de proceden.ante diffinitiuam , & defension.num.3.fol.307.col. 2.*Ioan Mar.Monticel.*reg.14.num.16.& reg.19.num.2.*Boss. qui bene loquitur in materia,*in tit.de confess n.2.in fi.& seqq.*
* *vbi n.5.* testatur quòd ita omnes*Doctores dicunt,dari scilicet debere reo ante condemnationem defensionem,& idem repetit *in num.8. & num.10.* vbi præsertim de conuicto, *& num.14.in fine,vers.Et quod adsit ,* vbi de generali consuetudine,Marian.Soc.*repet.capit.qualiter , & quando post numer.*
* *232.extra de accusat.*vbi testatur de communi*observantia, Anton.Gomez.*var.resolut.tomo 3.cap.12.rubr.de prob.delict. n.tertio,ad finem,vers.Vnde aliter,& tertiò,*vbi ita dicit communiter practicari Clar.*in pract.crim.§.fin.q.49. vers.est igitur,*vbi hanc non solùm dicit esse communem,sed & certam iuris conclusionem;& rursus *in q.65.in prin.*ibi, *Non tamen intellige,&c.*Fla.Cartar.*in sua pract.interrog.reorum.lib.4.cap. 1.n.55. & seq.* vbi pariter testatur de communi observantia, Hier.Lauren.*decis. Auenion.15.n.14.vers.Præterea licèt fuisset confessus.*

33 Et†licèt contra hanc ampliationem senserit Bal.*in l.à procedente,in fine,num.2.vers.vltimo ex isto textu,C.de dila.* vbi dixit,quòd ex quo confessio facit notoriũ delictum,& in notoriis non dantur defensiones:ideo si reus post confessionem terminum ad se defendẽdum petierit, iure potest Iudex dictũ terminum, tanquam per calumniam petitum interloquendo denegare,& Baldum sic,vt suprà dicentem referant,& sequi etiam videantur August.ad Ang.*de malef.in verbo,qui Iudex dictis inquisitis,& cuilibet eorum statuit terminum,&c.num.9. ad finem,& num.10.in prin.*Marsi.*in pract.§.examinanda,post num.5.*idem Conrad.*in tit. de inquisitione,post num.31. vers. Secus verò est,fol. mihi 256.col.2.* Ioan.Mar. Monticell.*dicta reg.14.num.24.in fine,& num.25.in princ.* Bonacoss.*in commun.opin.vers.defensioni reus renunciare potest,in fine, par.1. fol.46.col.1.*Barbat.*cons.47.col.22.versic.Etsi opponatur,lib.1.* prout illum refert *Additio.ad Fulu.Pacian.in tract.de probat.*
34 *lib.1.cap.65.num.77.in litera R,*† Non per hoc tamen rece-
* das à proposita ampliatione,quæ communiter * à Doctoribus recepta est,& communiter etiam in practica seruatur,& dictum Bald.*in d.l.à procedente,* communiter reprobatur , & absurdissimum reputari dixit in specie Boss.*d.tit.de confess.numer.*8.

35 AMPLIA Hanc† 10.ampliationem licèt *infrà,num.90.& seqq.*latiùs explicabo,sit inter Doctores controuersia: vtrùm ante torturã defensiones sint concedendæ ex Iudicis officio, & reo non petente,an verò solùm reo petente:tamen in reo confesso,vel conuicto & sic condẽnando,quòd ante condẽnationem debeat ei terminus ad se defendendum per Iudi-
* cem statui,etiam quòd petitus non fuerit:& magis*communiter à Doctoribus receptum est,& etiam à Iudicibus in practica seruatur,sicut etiã sic in specie affirmarunt Put.& Marsil.relati per Boss.*in tit.de confess.post n.6.vers. Contrarium tenet,&c.*aliósque plures in idem refert Foller.*in pract.crim.in verbo, Etsi confitebuntur,prima par.3.partis,n.64.* in discursu per totum,vbi præsertim ex Ang.*de malef.in d.verbo,qui Iudex dictis inquisitis,&c.in princ.*dixit,quòd practica omnium criminalistarum est, quòd detur terminus prædictus siue petatur,siue non,Clar.*in pract.§.fi.quæst. 45.sub vers. Sed nunquid,*ibi,*aut loquimur,an sit danda ante condemnationem,&c.* vbi quòd ita apud eum seruatur in Prouincia Mediolani , *& in vers. Est igitur,in fine* , vbi quòd hoc procedit non solum qudão quis est conuictus,sed etiam quando est confessus,& Clarum sic vt suprà dicentem refert & sequitur Bonacos. *in commun.opin.crim.par.1.vers.Indiciorum copia est danda reo, ad finem,fol.mihi 89.* Franc. Personal.*in tract.de indic. & tort. num.28,*

36 Contrarium†tenuit Boss.*vbi suprà , in tit.de confess.n.6.7. & 8.* motus authoritate Bald. Gandini,& Cæpol.in locis per eum allegatis , & motus etiam ratione: quia licèt verum sit, quòd possit,imò debeat Iudex etiam reo non petente, & ex officio illius defensiones quærere,*l.etsi non defendantur,ff.de damno infect.l.§ si quis vltrò.ff.de quæst.*hæc tamẽ vera sunt, & intelliguntur procedere antequã reus ipse sit confessus sed post confessionem,quæ notoriè facit constare de maleficio,*c. fin.de cohab.cler.& mulier.l.generaliter,C.de non num.pec.*ab-surdum videtur reo non petenti dilationem dare.† Bene ve- 37
rum est,inquit ibi Boss.*n.6.& 13.*quòd non debet reus etiam confessus statim condemnari,& morti tradi,sed in hoc debet esse Iudex circumspectus , vt expectet per aliquot dies, in quibus videat , an ad eius innocentiam aliquid petatur, vel allegetur,quia si nihil dicitur,& allegatur,inducitur tacita perseuerantia ipsius confessionis,& potest deinde ad condẽnationem deuenire,secus si petatur. † Dicit etiam idem Bos- 38
sius *n.10.iuncto d.n.13* quòd quando confessio non esset verisimilis,vel emanata sine præcedentibus indiciis , vel etiam Iudex aduersùs dictam confessionem haberet aliquam suspicionem,†tunc debet Iudex etiam non petenti reo terminum ad se defendendum concedere, & multò magis debebit pariter non petenti concedere,si non confessus,sed solùm conuictus sit:sed si confessio sit verisimilis, & ex præcedentibus indiciis emanata,tunc defensionis terminus,nisi putatur,minimè concedi debet,vt ibi per eum , qui propterea *d.numer.* decimo dicit, ita communiter * videri mentem Docto- *
rum.

Verùm † hæc Bossij distinctio penitus confunditur ex iis, 40
quæ ipsemet dicit,*d.tit.de confess.n.14.*vbi facit conclusionẽ, quòd etiam reo confesso nõ petenti dandus est terminus defensionis,quando adsit hęc consuetudo,vbique testantur Salicet.& Ang.*de malef. vbi supra* , stante igitur generali consuetudine,quæ etiã vt Bossius fatetur, vbique viget & de ea testantur plures Doctores relati *suprà,nu.32.*qui generaliter loquuntur etiam reo non petente , non recedas à proposita ampliatione,sed indistinctè teneas,quòd siue reus conuictus, siue etiam confessus sit, nunquam possit condemnari,nisi eidem ex officio per Iudicem,& non petenti concesso termino ad se defendẽdũ,& allegandum,quicquid vult & potest aduersùs suam confessionem, cur non debeat condemnari , & ita seruando non errabis , prout in specie contra Bossium ex generali practica(quæ etiam & apud nos viget)tenet Clarus *in practica,§.finali,quæst.49.ver. Est igitur,in fine,& quæst.95. in fine principij.*

AMPLIA XI.Vt principaliter huius quæstionis regula pro 41
cedat etiam in atrocissimis,in quibus adhuc reo minimè denegãdas defensiones, & indiciorum copias cum termino cõpetenti ad purgandum indicia antequam torturæ subiiciatur, scripserunt Carrer.*in pract.crim.in 2.tractatu de indic.& tort. §.circa quintum,num.16.*vbi allegat Gramm. *voto 34.in fine,* Marsi.*in pract.§.diligenter.sub num.157.& seqq.& præsertim, num.175.* dicentes,quòd in enormibus criminibus seruandæ sunt eædem iuris solennitates , quæ in aliis seruantur , idem Gramm.*voto 30.num.2.iuncto num.31.*vbi loquens in crimine veneni,& parricidij,& sic in enormissimo crimine,adhuc concludit reum esse admittendũ,ad suas defensiones faciendas cum termino,Ioan.Maria Monricell.*reg.crim.14.num.1.* vbi quòd nullibi in iure contrarium reperitur Boss. *in tit.de indic.& considerat.ante tort.num.77.& seq.*vbi generaliter loquitur,etiam quòd quis sit delatus maximi delicti,latè hanc defendit ampliationem Roland. *cons.12.nu.58.in fi.& num. 61.62.76.79.vers. Non obstat,& n.98.*vbi de communi**lib.* *
3. Francisc. Personal.*in tract.de indic. & tort.numer.23.vers. Meritò in his criminibus,*vbi loquitur non solùm in atrocissimis,sed,quod plus est,etiam in occultis,& iis , quæ sunt difficilis probationis,Hieronym.Lauren.*decis. Auenionen.15.n. 3.iuncto num.6.vers. Quamuis etiam,& num.6.numer.10.& num.18.*

Et licèt Boss.*vbi suprà,tit.de ind.& d.n.78.ad finem,* dicat 42
hanc ampliationem,etsi iuridicam , non bene apud eum seruari,cùm videat quotidie in atrocissimis delictis etiam denegata copia processus deueniri ad quęstionẽ,& superiores non solùm hoc permittunt,sed etiam præcipiunt:imò hoc etiã de iure procedere videatur sensisse Nouel.*in tract.ad defensam, cap.3. rubr. an indicia pro reo danda sint,n.8.* Nec dissensisse pariter videatur Claud.Bertazz.*in addit.ad cons.Bertazz.patris in cons.130.vltimo vers.incip.limitationes verò,in prin.* & ante *istos,* Affl Bru.& Hippol.*in locis relatis* per Hier. Laur.*in d.dec.Auenion.15.n.3.* Alex.Gramm.*in locis relatis* per Baiar. *in addit.ad Clar.in pract.§.finali,quæst.64.nu.87.* vbi dixit in causis arduis posse procedi ad torturã,& processum informatiuũ.| Non per hoc tamen ab ea recedas,tum quia,vt præfer- 45
tur, communis* est,tum etiam quia apud nos magis seruata, *

& Iud ices

& Iudices qui ex Boſſio, vt ſuprà relato illam nō ſeruant, malè faciunt, vt in terminis reſpondet Roland. *d.conſ.12.n.61. & 62.* cum Iudex non debeat eſſe ſeuerior lege, §. *oportet, in Auth.de Iudic.c.ſanè, il 2.* & ibi Doctor. *de off. deleg.*

44 Et hinc eſt, † quòd licèt crimen hæreſis atrociſſimum ſit, in eo tamen non denegantur defenſiones, ſecundùm Bald. *in conſ.95.vol.1.* quem refert, & ſequitur Boſſ. *in tit.de indic.& conſider.ante tort.n.78. prope finem, & in tit.de hæret.n.9* Roland. *d.conſ.12.num.61.& vol.3.* Pariſ. *conſ.2.n.155. & ſeqq. lib.4.* Vulpel. *conſ.21.num.3.* Franc. Perſonal. *in tract.de indic. num.22.*

45 Prout etiam in crimine læſæ maieſtatis, quod & atrociſſimum eſſe nullus dubitat, defenſiones non denegari ſcripſerunt Gig. *de crimine læſæ maieſtat.lib.1.tit.qualiter in crim.læſæ maieſt.at.proced.qu.19 n.3.* Boſſ. *d.tit.de indic. & conſid.ante tort.n.78.* Roland. *d.conſ.12.n.59.60.61. lib.3.* Vulpell. *d. conſ.21.n.3.* Oſaſc. *deciſ.Pedem.79.n.12 & ſeq.* Franc. Perſonal. *in tract.de indic.& tort.d.n.22.* Hier. Lauren. *d.deciſ. Auenionen.15.n.1. in fine.*

46 Et † pariter in inquiſito de aſſaſſinio, quòd non debeant ei defenſiones denegari, ſcripſit in ſpecie Carrer. *in pract. in 2. tract.de indic. & tort.d.§. circa quintum, nu.16.* Nec diſſentit Hier. Laurem. *deciſ. Auenionen.15.n.16. iuncto n.10. verſ. Sed his non obſtantibus,* licèt contrarium, & nō bene iudicio meo, ſenſerit Nouel. *in tract.ad defenſum, cap.3. rubr. An indicia pro reo danda ſint, n.9.*

47 AMPLIA XII. Vt defenſiones, † & indiciorum copiæ dādæ ſint, etiam quòd inquiſitus ſit alias malæ cōditionis, & famæ, prout bene materiam declarat, & contrariis reſpondet Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, Quòd fama publica. poſt numerum 38.* Marſ. *in l.1. in princ. num.46. ff. de quæſt.* Carrer. *in pract.crim.in 2.tract.de indic.& tort.§. circa quintum, num.11. iuncto n.19. & in tract.de appellat.§. decimus caſus eſt. nu.26. & ſeqq.* Blanch. *de indic. ad l. fin. ff. de quæſt. n.28. & n.46. ver. Sed ipſe limitat,* Conrad. *in pract.tit.de negat.crim.& tormen. n.7. fol.mihi 289. col.2. in fine,* Boſſ. *in tit.de indic. num 75. ver. Nec etiam, & verſ. Sic etiam,* vbi quòd eſſet valde inconueniens ex eo, quòd quis malè audiret, ei denegare copias indiciorum, quia poſſet probare cōtrarium, & ſic bonam famam, Roland. *conſ.12.n.55. vol.3.* vbi quòd quantumcunque criminoſo non eſt auferenda defenſio. Ioan. Mar. Monticel. *reg. crim.14. num.12. & 13.* vbi & idem in eo, qui aliàs de ſimili delicto fuit inquiſitus, vel condemnatus, Franc. Mar. *deciſion. Delph.60 poſt n.4.* Burſa. *conſ.201.n.70. verſ. Idem tenet, lib.2.*

48 Franc. Perſonal. *de indic. & tort.n.27.* † Et licèt contra hanc ampliationem ſenſerint aliqui relati per Aug. Marſ. Carrer. Blanch. & Franc. Perſonal. *in locis citatis* per Ioan. Mar. Monticell. *d.reg.14.n.27.* à quibus etiam nec diſſentire videantur Paul. Meren. *inter conſ.crim.diuerſor. conſ.90.num.25. lib.2. in folio,* & Vulpell. *conſ.74.num.9.* & Flam. Cartar. qui alios refert, *in practica interrogan.reorum, lib.4.cap.1.nu.207. verſ. Sed in caſu quo per totum, in diſcurſu.* Non per hoc tamen ab
* ea, vllo pacto recedas, quia & magis communiter* à Doctoribus recipitur, & apud nos etiam eſt in praxi ſeruata, & cum qua etiam video ſentire nouiſſimè Hieron. Lauren. *d. deciſ. Auenionen 15.n.5. verſ. Etiam ſi ageretur contra malæ famæ hominem.*

49 AMPLIA XIII. Vt † nec etiā excommunicato denegandæ ſint defenſiones ad text. *in capitulo cùm inter,* & ibi gloſſ. *extra de excep.* Menoc. *de arbitr.quæſt.lib.1.quæſt.77.n.4.* cùm
50 etiam, vt Doctores dicunt, † ſi diabolus eſſet in iudicio, nec eidem auferenda eſſet defenſio, Marſ. *in l.vnius, §. cognituru, n.77. in fin. ff. de quæſt.* Vant. *in tract.de nullit. in titulo de nullitat.ex defec.citat.& vnde ac quib.modis, & c. poſt n.3.*

51 AMPLIA XIIII. Vt † nec defenſionibus ſuis reus renūciare poſſit, & ſi renunciat, renunciatio non valeat, argumento tex. *in l.non tantùm,* & ibi gl. *in verbo, acquieſcit. ff. de appell.* & expreſsè hoc voluit gl. *in l.pactum inter hæredes, in verb. cùm liceat, in ver. Item pactum ne quis ſe defendat, & c.* poſt mediū ipſius gloſſæ, *ff. de pactis,* quam in propoſito ſequuti ſunt Bar. *in l.cuſtodias, in fine. ff. de public.iud. & in l. quidam ſunt ſerui pœnæ, ff. de pœn. & in d.l.non tantùm. ff. de appell.* Imo. *in d.l.cuſtodias, n.3. ff. de publ.iud.* Bald. *in cap.cùm non ab homine, n.8. de iud. & in cap.cùm veniſſet, n.7. extra de teſtib. & in l.vnica, n.61. C. de confeſſ.* Iaſ. *in l.ſi quis in conſcribendo, n.18. C. de pact.*

Paris de Put. *in tract. de ſyndic. in verbo, condemnatio, c.4. incip. An Poteſtas, qui miſit ad ſupplicium, n.6. in princ. verſ. Quæ ſunt etiam vera. fol.mihi 151. col.4. & ibidem, fol.152. col.2. poſt princ. verſ. Ideo dixit Baldus, & n.9. & ſeq.* vbi latiùs Ang. *de malef. in verb. Qui Iudex dictis inquiſitis, & cuilibet eorum ſtatuit terminum, & c. n.5. in prin.* Marſ. *in pract. in §. examinata, n.1. in prin. & in fine, ver. Ego reperio, & c. & n.11. in fine, & in l. vnius, §. cognituru, n.88. & ſeqq. ff. de quæſt.* quibus in locis, & rationē, & alios adducit concordantes, Afflict. *dec.391. fuit dubitatū, poſt n.9. ver. hinc dicimus.* & ibi Cæſar. Vrſil *in add. in 2. col. n.2. verſ. Hoc ideo in criminalibus,* Bru. *de indic. & tort. 2. par. q.5. poſt n.51.* Foll. *in pract. crim. in verbo, Etſi cōſuebuntur, in 3. par. 3. partis, n.57. & ibidem, in 1. par. eiuſdē 3. partis principalis, n.72.* Duen. *reg.190. in 4. limitatione, verſ. Contra quam limitationem,* vbi quòd gl. *in d.l. pactum inter hæredes, ff. de pact.* communiter in hoc per Doctores approbatur. Petr. à Plac. *in epitom. delict. lib.1. c.19. n.17. in fine, ver.19.* quod obiter menti occurrit, Ant. Gomez. *var. reſol. tom.3. c.13. rub. de tort. reorū, ſub n.33. ante mediū, ver. Poterit probare innocentiā, & defenſionē ſuam,* vbi in idē plura adducit iura, & Doctorū authoritates, & pariter teſtatur de cōmuni* opinione, Conr. * *in pract. in tit. de proced. ante diffinit. & defenſione, n.5. fol.mihi 300. col.2.* Natta *cōſ.358. n.3. vol.2.* Rol. *conſ.12. n.14. lib.3.* Menoc. *de arbitr. qu.7. n.9.* Clar. *in pract. §. fi. q.49. ver. Quæro nunc, in princ.* vbi etiā de cōmuni, * de qua etiā per Soarez *in* * *ſua collecta comm. opin. verb. defenſio, n.27.* quem refert, & ſequitur Bonacoſ. *in commun. opin. crim. 1. parte, ver. defenſioni in criminalibus quis renunciare nō poteſt. fol.mihi 46. col.2. & par. 2. verſ. Defenſioni perſonæ, & ſtatus fol.21. pariter in 2. col.*

Et † licèt contra hanc ampliationem tenuerint aliqui alij 52
Doctores relati per Ang. *de malefic. vbi ſupra, in d. verbo, Qui Iudex, dictis inquiſitis, & cuilibet eorum ſtatuit terminū decem dierum, poſt n.3. & n.14. in princ.* & per Marſ. *in pract. §. examinanda, n. primo, ver. Sed contrariam partē.* & per Duen. *reg. 190. in 4. limitatione, in princ.* & per Bonacoſ. *in ſuis commū. opin. crim. par.1. ver. Defenſioni reus renunciare poteſt. fol. mihi 45. col.4.* Vbi videtur teſtari de cōmuni* opinione, ex Bened. *
de Vado *in repertorio, Felin. in ver. reus in criminalibus.* † & 53
hæc contraria opinio, præcipuè in criminalibus locum habere videtur, prout fuit de mente eiuſdem Marſilij *in pract. §. diligenter, n.162.* & Roland. *d.conſ.12. n.12. vol.3.*

Non per hoc tamen † ab ea vllo pacto recedas, quia, vt ex 54
præallegatis apparet, ſine dubio magis communis* eſt, & lo- *
cum habet nedū in enormibus, & generaliter, ſed etiā quòd renunciatio fuerit iuramēto vallata, vt per Marſ. Foll. & Due. in præcitatis locis. Ad quam vltra infractam vide etiam Doctores allegatos *infra in 3. libro, quæſtione 75. n.290.*

LIMITA I. Propoſitam † 14. ampliationem nō procedere, 55
quādo reus renūciaret ſuis defenſionibus, adiecta cauſa, quia ſcilicet certò ſcit nullā ſibi competere defenſionē: tunc enim hoc modo conceptam renunciationem valere, ſcripſit originaliter Bald. *in l. raptores, in 4. not ab. n.4. ff. de Epiſcop. & cleri.* per gl. *l.1. ff. de furibus balnear.* quē ſequuti ſunt Ang. *de malef. in verbo, Qui Iudex dictis inquiſitis, & cuilibet eorum, n.5. ver. Dicit tamē Bald. & n.8. ver. Sed gl. in d.l.1. & verſ. Et ego ſemper,* vbi teſtatur ſe ſemper practicaſſe dictū Bald. *in d.l. raptores, n.14.* vbi ex Ang. *in l. ſed & ſi quis §. quæſitum, ff. ſi quis caut.* dicit, quòd hac practica hodie vtuntur Aſſeſſores, quia ſcilicet faciunt damnandos renunciare termino adiecta cauſa, quia nullā habent defenſionē, & talis renunciatio valet, Paris de Put. *vbi ſupra, in tract. de ſynd. d. verb. condemnatio, cap.4. An Poteſtas, qui miſit ad ſuppliciū, n.6. ver. Tamen Baldus,* Marſ. *in pract. §. examinanda, n.5.* Foller. *in pract. crim. in ver. detur copia capitulorū, n.8.* Soc. ſen. *in c. qualiter, & quando, n.155. de accuſ.* ſicut eum referendo ſequitur Bonacoſ. *in commun. opin. crim. par.2. verſ. defenſioni perſonæ, & ſtatus.* vbi ponit formam, qua concipi debet talis renunciatio ad hoc vt valeat, Clar. *in practica, §. finali, quæſt.49. ver. Quæro nunc, poſt medium.*

Contrarium, † & verius, ni fallor, quòd immò nec talis re- 56
nūciatio hoc modo cōcepta valeat, & quòd malè faciant Iudices inducēdo reos ad renūciandum ſuis defenſionibus, ſub prætextu quòd defenſionē faciendā non habeāt, bene conſuluit idem Ang. *vbi ſuprà, in d.l. ſed & ſi quis. ff. ſi quis caut.* vbi quòd propterea caueant Iudices à tali inductione, ne ſuper

eos,& eorum filios conuertatur,si iniquè egerint,& Angelũ pariter in proposito referẽdo sequuti sunt idẽ Ang.*de malef. in d.verbo,Qui Iudex dictis inquisitis,& cuilibet eorum,n.14. ver. Clamat enim*, Marſ.*in pract §.examinanda,n.11.in fine*, Rubeus Alex.*in tract.de potestat.procur.& defensor.in causis crim.ad l.seruum quoque,§.publice.ff.de procur.nu.28.*Anton. Gom.*var.resol.tom.3.cap.13.rub.de tort.reorum.sub nu.33.ad medium,vers.Et licèt reus*,Conrad.*in pract.tit.de proced. ante diffinitiuam,& defensione,post n.55.fol.mihi 308.col.2.*Clar.*in d.q.49.eodem ver.Quæro nunc,in fine*,Menoch.*de arbit.quæst. lib.1.q.7.n.10.*Bonacoſſ.*in suis commun.opin.crim.par.1.vers. Defensionibus autem competentibus.fol.mihi 58.col.1.* & dato quòd propositam limitationem sustinere volueris.

57 SVBLIMITA I.illam† non procedere,quando renunciãtem pœniteat:quia tunc vtique nemo contradicit,*quin possit sic renuncians non obstante renunciatione se defendere, vt videre est apud Paridem de Put.*in d.verbo, condemnatio c. 4.An si Potestas,qui misit ad supplicium,n.6.ver.Sed cùm esset dubium,fol.mihi 152.*Ang.*de malef.in verbo,Qui Iudex dictis inquisitis,& cuilibet eorũ,n.8.ver.Sed si eum pœnitet*,Marſ. *in pract.§.examinanda,n.31.*Foll.*in pract.crim.verbo,Facta litis contestatione,n.8.in fine*,Franc.Marc.*decis. Delphinat. 60.n.8.* Bonacoſ.*in suis commun.opin.crim.post ver. defensionibus autem competentibus,fol.48.col.1. par.1.*

58 SVBLIMITA II.Eandem† limitationem procedere,dummodo constet,quòd reus,qui defensionibus renunciat,nullas asserens habere defensiones, re vera nullas habeat defensiones:vbi enim constat nullam renuncianti competere defensionẽ,tunc vtique bene valet renunciatio,prout in specie adueterunt Paris de Put.*in tract.de synd.in verbo, condẽnatio, cap.4.An Potestas,qui misit ad supplium,n.6. vers.Secus si est notorius*,Ang.*de malef.in verbo,Qui Iudex dictis inquisitis,& cuilibet eorum,n.6.& n.8. vers. Baldus,in l. Nam & potestas*, Marſ.*in pract.§.examinanda.n.14.in l.vnius,§.cognituru,n. 91.vers.idem si notorium est.ff.de quæst.* Foller.*in pract. crim. in verbo,facta litis contestatione,n.8.in fine,ver.Et aduerte,& in verbo, Etsi confitebuntur,in 3.parte 3.partis,sub n.57.vers. Quinò si notorium est,nullam defensionem competere posse*,Rubeus Alexand.*in tract.dæ potest.procur.in causa crim.ad l.seruum quoque,§.publicè,n.28.ver.Angelus tamen.ff.de public.iudic.*qui omnes Doctores dicunt,quòd non solùm debeat cõstare,defensionem non competere,sed quòd notoriè hoc cõstet, imò isto casu quando constat reum non habere defensiones,potest Iudex illas denegare,etiam quòd non fuerit renunciatum,vt dixi *infrà,n.103.& seqq.*vbi omnino vide.Secus igitur si hoc constat,vt tacitè præsupponũt iidem Doctо-
59 res , † ergo multò minùs si constat contrarium quòd videlicet renuncianti defensio competat:nam tunc talis renunciatio tanquam veritati contraria minimè valebit, vt etiã in specie animaduertunt Paris de Put.*in d.verb.condemnatio,cap.4. n.6.ver.vbi verò constaret,& ver.vide Angelum dicentẽ*,Ang. *de malef.d.verbo,Qui Iudex dictis inquisitis , & cuilibet eorũ, n.7.*Marſ.*in d.§.examinanda,n.1.ver. Et hanc partem etiam videtur tenere Baldus*,Rub.Alex.*d.n.28.ver. Aut verò constat ipsum habere defensionem*,ex quibus facilè dici potest,hanc li-
* mitationem communiter* à Doctoribus receptam esse,licèt Rub.*vbi supra,d.n.28.ver.In dubio tamen*,post Ang. *de ma-
60 lef pariter vbi supra.n.8.*† in primis verbis,dicat,quòd in du-
* bio omnes*concludunt,reum posse defensionibus renunciare:sed &,vt ipse ibidem animaduertit,hoc dictũ in se non est verũ,quia si esset verum,per illud induceretur maxima restrictio ad gl.*in l.pactũ inter heredes.ff.de pact.* quæ distinctè dicit,quòd reus non potest renunciare suis defensionibus.

61 LIMITA Eandem† 14.ampliationẽ non procedere in delictis notoriis, vel quãdo reus repertus est in flagranti crimine:tunc enim posse quem defensionibus sus renunciare,post Bald.Rom.& alios quos allegant,scripserunt Ang. *de malef. d.verbo,Qui Iudex dictis inquisitis,& cuilibet eorũ, &c.n.11.* Marſ.*in pract.§.examinanda,n.3.& n.14.& in l.vnius,§. cognituru,n.91.ver.Idem si notorium est,& ver. Idem etiam si est captus in flagrãti.& latius n.12.& seqq* vbi infert,& exornat hanc limitationẽ,Foll.*in pract.crim.verbo,Etsi confitebuntur,in 3.par.3.partis.post n.57.ver.5.si notorium est,& ver.6. si reus captus est in flagranti*,Conrad.*in pract.rubr.de proced. ante diffinitiuam,& defensione,n.5.ver.5.quando notorium est, & ver.6.quando quis est captus in flagranti.fol. mihi 309.col.* 1.Bonacoſ.*in commun. opin.crim.par.1.vers. Defensioni reus renunciare potest,in fine*, verùm ad materiam propositæ limitationis,vide ea quæ dixi *in lib.1. tit.de delict.& pœnis,quæst. 21.n.77.C.78.& n.141.& seqq.*vbi,ni fallor,vt bene explicaui,an,& quando in notoriis,& reo reperto in flagranti denegari possint defensiones.

LIMITA III Dictam 14. ampliationẽ pariter non proce- 62
dere in reo confesso,qui si post confessionem defensionibus renunciabit,valebit renunciatio,secundùm Marſ. *vbi supra, in pract.d.§.examinanda,n.1.ver. Sed contrariam partem,& n.12.in fine,& n.17.& seqq.& in l.vnius,§.cognituru,n.91. & 92.ff.de quæst.*Foll.*d.verbo,Etsi confitebuntur,in 3.p.3.partis,n.57.ver.Primò in confesso sponte,& ibidem in 1.p.3.part. n.72.vers.tamen hoc non procedit in sponte confesso* , Conra.*in pract.eodem tit.de proceden.ante diffinitiuam,post n.5.fol. mihi 308.in fine*,Cæsar Vrsil.*in addit.ad Affl.decis.361.n.2.col.2.* Clar.*in pract.crim.§.fi.q.49.sub ver.Quæro nunc*, vbi ex Bald. & Didaco in locis per eum allegatis,ita practicari,& in practica receptum esse testatur Bonacoſ. *in commun. opin. crim. par.1.d.ver.Defensioni reus renunciare potest*,vbi testatur non solùm de communi,*& practicata opinione,sed etiam quòd *
totus mundus eam seruat,ex Bened.de Vad. *ad repertorium Fel.in verbo,Reus in criminalibus,ver. limita primò illam glossam*,verum,vt dicit Clar.*in d.verb.Quæro nunc,in fin.* cõsulo Iudicibus , ne vllo pacto reos etiam sic confessos ad renunciandum inducant,ne super eos,& eorum filios conuertatur, si iniquè fecerint,iuxta dictũ Angeli in *l.sed & si quis,§.quæsitum.ff.si quis caut.*cum aliis allegatis *supràn.56.*

LIMITA IIII.in† famoso latrone,quem posse suis defen- 63
sionibus renunciare affirmarunt post Bal.Ang.Imol.& alios quos allegant,Paris de Put.*in tract.de synd.in ver.condemnatio,c.incip.An Potestas,qui misit ad supplicium.post n.6.* vbi loquitur,quando constat reum nullam habere defensionem,& exẽplificat in insigni,& publico latrone,&ita etiã loquitur,& exẽplificat Ang.*de malef.in verbo, Qui Iudex , & cuilibet eorũ,&c.n.6.& n.12.*Marſ.*in pract.§.examinanda,n.2.& n.19. & seqq.& in l.vnius,§.cognituru,n.19.ver. Et idem si est latro famosus.ff.de qu.& n.93.in fi. & n.94.* vbi exornat Rub. Alex.*in tract.de potest.procur.seu defensor. in cau.cri.ad l.seruum quoque,§.publicè,ff.de publ.iud.n.28.* vbi sequitur dictũ Ang. *de malef.in loco citato* , Foll.*in pract.crim.in verbo, Etsi confitebuntur,in 3.par.3.partis,n.57.ver.4. in latrone famoso*, Conrad.*in pract.tit.de proceden.ante diffinitiuam,& defensione,n.5.ver.4.*quando est latro famosus,& alibi passim,& cõ- *
muniter*Doctores vide *infra,n.107. & seq.*

LIMITA V.In assassino,†quẽ pariter posse suis defensio- 64
nibus renũciare,tradiderunt Paris de Put.*vbi supra,d. verbo, condemnatio,eodem c.4.An si Potestas.qui misit ad supplicium, n.12.fol mihi 152.col.2.*vbi reddit rationẽ,quia scilicet assassinus est hostis publicus,& diffidatus à lege,à quolibet offendi potest,& contra ipsum de facto proceditur,*c.1.de homicid. in 6.*Bar.*in l.non solum,§.si mandato,ff.de iniur.* & propterea maior ratio viget in assassino, quã in publico latrone,de quo mox dixi,vt ibi per eum,& latiùs per Marſ.*in pract.d.§.examinanda,n.21.& seqq.& in l.vnius,§.cognituru,n.95.& seqq.* vbi infert,exornat Conrad.*vbi supra,d.num.5.ver.decimò ex Marſ.&c.* Petr.à Plach. *in epit.delict.lib.1.c.19.n.18.* Gabr. *concl.prima,n.26.lib.7.criminalium*,Io.Mar.Mont.*reg.crim.8. n.31.*ex quibus dicere possumus, ita se habere communem *Doctorũ opinionẽ,dummodo tamen iam constet eum esse *
assassinum, quia tunc pariter constat nullã ei competere defensionẽ,sicut in simili de publico,& famoso latrone dicunt Doctores in antecedenti limitatione allegati,secus si de assassinio non constat,vtputà quia quis tantummodo sit de eo inquisitus,quia tũc specialia assassinij non habebunt locũ, per ea quæ dixi *supràqu.32.n.90.*& hoc non habet difficultatẽ.

LIMITA VI. Dictã† 14.ampliationem procedere in pœ- 65
nis capitalibus,seu saltem corporalibus, secus in non corporalibus,& pecuniariis,in quib.non est prohibitũ in iure quẽ posse suis defensionibus renunciare , ita post Fran.Aret.quẽ allegat *in l.pactũ inter hæredes,ff.de pact.*tradidit Marſ.*in pradicto §.examinanda,n.15.*(vbi† tamen declarat,nisi agatur de 66
infamia,quia tunc talis pœna æquiparatur corporali) Foller. *in pract.crim.verbo, Etsi confitebuntur,in 3. par.3.partis,numer.*

*mer.57.in fine.v.9.*vbi pœna est corporalis,Conrad. *in pract. eodem tit.de proced.ante diffinitiuam,& defensione,n.5.in fine, in simil versic. 9.* quando pœna non est corporalis, *fol.mihi* 309.*col.*1.Ant.Gomez.*var.resol.tomo* 3.*ca.*13.*rub.de tort.reorum,n.*33.*ad medium,v.quod intelligo,quando pro delicto veniret imponenda pœna mortis,fol.mihi* 382.*col.*4.*in parua impressione,*vbi etiam testatur, quòd ita semper practicauit in causis pauperum.

67 LIMITA VII.Eandem† decimamquartam ampliationem, vt licèt quis non possit renunciare defensionibus introductis à iure naturali,vel gentium,bene tamen potest renunciare illis defensionibus quæ sunt introductæ à statutis, vel sunt de apicibus iuris,sicut post alios antiquiores, scripserũt Paris de Put.*in tra.de syndica.d.verbo,condemnatio,c.*4.*An si Potestas, qui misit ad supplicium,n.*6.*prope finem,v.Sed alius defensionibus,* Ang.*de malef.d.verbo.Qui Iudex dictis inquisitis,& cuilibet eorum,n.*9.Marsi.*in pra.*§.*examinanda,n.*13.*& in l.vnius,* §.*cogniturum,n.*91.*v.Et idem si renunciaret,ff.de q.*Foller. *in pra.dict.verb.Et si confitebuntur,n.*3.*parte tertiæ partis.n.*37.*v.secundò,quando renunciatur,*Conrad.*in pract. d. tit.de proceden.ante diffinitiuam,& defensione,n.quinto.in simili ver. secundo,quando renunciat defensionibus.fol.mihi* 308.*in fine* Bonacos.*in commu.opin.cri.par.*1 *sub v.defensionibus autem competentibus,post medium.fol.mihi* 48.

68 AMPLIA XV.Propositam† huius quæstionis regulam,vt reo denegandæ non sint defensiones,etiam quòd Iudex timeat de subornatione testium examinandorum ad eiusdem rei defensionem,secundùm Anto.Gomez.*var.resolu.tomo* 3. *cap.*13.*rubr.de tort.reorum,n.*33.*sub v.2.potest probare innocentiam,*Boss.*in t.de indic.& considera.ante tort.n.*75. vbi loquitur etiam quando suspicio subornationis procederet ob qualitatem hominis, qui in eo loco esset potens opibus, & amicorum numero &ita testatur quotidie apud eum seruari, quòd scilicet indiciorum copia datur,& magnis,& paruis,& omni generi personarum,& Bossium referẽdo,sequitur Rolan.*cons.* 12. *n.* 58. *prope finem,lib.*3. & post Rolan. Hippol. Riminal.*consil.*290.*n.*19.*&* 20.*lib.*3.Franc Personal. *de in-*
69 *dic.& tort.n.*34.*ad medium.*†Et licèt contra hanc ampliationem sensisse videantur Alex.*in cons.*65.*n.*6.*lib.*1.Hieron.Cuchalon.*in add.ad Ang.de malef.in verbo, Quòd fama publica præceden.post n.*38.*litera D.in fine,*Bursat.*cons.*201.*n.*77.*verf. Accedit,quòd,*vt inquit Vulpell.*cons.*102.*n.*7.Nõ per hoc tamen ab ea recedas,quæ etiam apud nos magis vsu recepta
70 est.†Bene verum est,quòd vt dixi *supra,n.*14. si vltra timorem subornationis ob qualitatem,ac potentiam inquisiti,cõcurrat etiam atrocitas delicti,in quo de statu,persona, vel re Principis agatur,tunc restringitur modus defensionis quoad alloquutionem liberam,quia illa non conceditur,nisi in præsentia Iudicis,Notarij Fiscalis,aut alterius personæ à Iudice deputandæ.Verùm quoad copias indiciorum nunquam vidi illas denegatas,etiam quòd adsit timor subornationis, iuxta Bossij conclusionem:vide tamen *infra,n.*112.*& seqq.*

71 AMPLIA XVI Eandem†propositam regulam,etiam quòd procedatur ex officio,& per inquisitionem : hoc enim casu etiam non sunt reo denegãdæ defensiones,& copiæ indiciorum,secũdùm Ang.*de malef.in verb.Quòd fama publica præcedente,n.*10.*in princ.& v.Vel tertiò quando proced.& ibid.in add.*Hier. Cuchalon.*litera D,in verbo,ex mero officio,*& August.de Arim.*in fi.additionis,*vnde concludo indistinctè,vbi dicũt,quòd licèt Ang.*in l.si vacantia,C.de bon.vacã.li.*11.dixerit,non esse dandam copiam,quãdo proceditur ex officio, eius tamen dictum intelligendum est,vt non danda sit copia inquisitionis,ac infamiæ,non autem indiciorum,Barba.*cons.* 47.*n.*27.*li.*1.Carrer.*in pra.cri.in* 2.*tract.de indic. & tortu.* §. *circa quintum,quando ad tortura deueniatur,n.*10.*& n.*11.vbi
* testatur de communi* practica,Marsi.Ant.Blanchus *de indic. ad l.fi.n.*28.*ff.de q.*vbi quòd aliter dicere esset contra naturalem æquitatem,Boss.*d.tit.de ind. & consider.ante tortu. n.*75. *ver.Nec etiam ex eo,quod ex officio procedatur*, vbi quòd isto casu danda est copia indiciorum.& famæ , & ibi testatur de
* communi*opinione,&quòd Ang.*in d.l.si vacantia,*malè loquutus est Rolan.*cons.*12.*n.*48.*ad fin.lib.* 3. Io. Mar. Monticel.*reg.cri.*14.*post n.*4.*in* 4.*ampliatione,*Clar.*in pra.*§.*fi.q.*49. * *v.Et hæc quidem conc.*vbi pariter testatur de communi* opinione,ex Paris.*in cons.*2.*n.*155.*li.*3.& ex Cæp.*in consil.* 65. *circa fin.& in consil.*60.*ver.*5.*probatur*,de qua quidem communi opinione,etiam testatur Bursa.*in cons.*201.*n.*70.*v.Nec dicatur,& n.*71.*lib.*1.& Bertazz.*cons.crim.*130.*n.*2.*li.*1.vbi pariter testatur de magis communi,* & practicata opinione, * licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint.

AMPLIA XVII.Vt† à denegatis defensionibus nõ solùm 72
detur appellatio,vt per Gandin.*de malef.rub.de q.& torm. n.* 23.*circ.medium,v.Dicatis,quòd defensio.*Guido de Suzzar.*in tra.de ind.& tort.n.*63.Marsi.*in l.vnius,*§.*cogniturũ,n.*85.*ff.de q.*Io.Mar.Monticel.*reg.*14.*n.*19.vbi alios adducit concordãtes,Franc.Marc.*dec.Delphinat.*60.*n.*5.*prima par.*Bursat.*cons.* 201.*n.*79.*l.*2.cum aliis per nos allegatis *sup.in antecedẽ.q.* 38. *n.*10.*& seq.*qui etiam ad comprobationem & declarationem huius ampliationis valde conferunt.

Verùm†etiam Iudex defensiones denegãs tenetur in syn- 73
dicatu,& punitur,vt per Patidem de Put.*in tract.de syndicatu,in verb.condẽnatio,c.*4.*incip.An Potestas,qui misit ad supplicium,n.*1.*in princ.& n.*3.*& n.*14.*in fine,*vbi ampliùs quòd Iudex sine causa denegans defensiones est homicida,Marsil. *cons.*56.*n.*16.*& in pract.*§.*Nunc videndum,n.*19.vbi in idem allegat,Bar.& Alex.*in l.*4.§.*Hoc autem iudicium,ff.de dam.infecto*,dicitque quòd in Iudice denegante defensiones semper in dubio præsumitur dolus,quod & affirmauit Io.Mar.Monticel.*d.reg.cri.*14.*n.*18.Nouell.*in tract.ad defensam, in* §. *An indicia pro reo danda sint,n.*11.*fol.mihi* 78.Plot.*de in lit. iura.* §.30.*in fi.n.*9.vbi quòd iuratur in litem,Rolan.*cons.*12.*n.*44. *& n.*58.*lib* 3.Franc.Personal.*in tra.de indic.& tort.n.*20.*in fi. & n.* 95. *in fine*,ex quibus sine dubio dicere possumus, ita *
communiter* à Doctoribus receptum esse.

AMPLIA XVIII.Vt†licèt Alex.*in cons.*65.*n.*3. *circa me-* 74
dium,li 1.post Paul.de Leaz.*in c. grauis, de depos.* dixerit ad hoc vt reo concedantur defensiones,necesse est, vt per eum exprimatur non solùm qualitas defensionis faciendæ , sed quòd proposita defensio sit releuans,vt scilicet ea approbata appareat de eiusdem innocentia,& Alexandrum sequi videantur Ludou.Bolognin.*in addit. ad Guido. de Suzzar. in tract.de indic.& tort.post n.*65.& Gram.*voto* 37.*n.*23.† Ve- 75
rior tamen est opinio eorum,qui dixerunt defensionem , & copias indiciorum non esse denegandas,etiam quòd reus nõ exprimat qualitatem defensionis, sicut in specie sensserunt Blanc.*in tract.de ind.& tort.n.*26.vbi quòd ita communi* *
vsu receptum est.Boss.*d.t.de ind.& considerat.ante tort.n.*80. vbi propterea animaduertit,Alexandrum *in cons.* 65. protestãtem,quòd quicquid dicebat,erat ad excusandum Iudicem à syndicatu ob denegatas defẽsiones,quòd si res fuisset integra,non solùm vnam,sed & plures dedisse dilationes reo ad se defendendum,& pari modo idem Bossius dicit se semper facturum in occurrenti casu:nec dissentit Clar.*in pract.*6.*fin. q.*49.*v.Sed quæro nunquid*, quem refert, & sequitur etiam Bonacos.*in commu.opi.pa.*1 *sub v.Indiciorum copia est danda reo,fol.mihi* 88.*in fine,& v.Indiciorum copiam petens,in prin. fol.*89.*col.*1.*in fi.*& bene comprobat Bursat. *d. cons.* 201. *n.* 77.*ver,Respondeo,quòd hæc limitatio,lib.* 2.& sequitur Franc. Personal.*in tract.de indic.& tort.n.*28.*ver.Alij autem* . & ita etiam communi * vsu seruari,licèt de iure communi forsan *
contrarium verius sit,testatur Flam.Cartar.*in sua pra.interrog.reo.lib.*4.*c.*1.*n.*185.*&* 187.

LIMITANDA videtur† hæc decimaoctaua ampliatio,vt 76
non procedat,quando reus interrogaretur à Iudice, quam defensionem facere velit:nam tunc tenetur exprimere qualitatem defensionis,nec sufficit dicere,volo me defendere,& probare quòd indicia sunt falsa:si enim ita dixerit,& specialem defensionem interrogatus non proposuerit, vel si eam proposuerit,non releuans sit,tunc vtique posse reo defensiones denegari, videtur de mente eiusdem Alexandri *in dicto consil.*65.*post n.*3.*lib.*1.vbi præsertim loquitur in iuris perito:†& in proposita limitatione ab Alexandro nec dis- 77
sentire videtur Bursat.*dict.cons.*201.*n.*77.*v.vlterius,tunc causam exprimendam fore arbitror,& v.Insuper dico,lib.*2.& faciunt tradita per Boss.*in t.de indic.eodem n.*80.*in prin.* † vbi 78
dixit,quòd quando Iudex videret manifestam calumniam,& petitionem defensionis factam animo differendi,vt putà si allegatur talis defensio,qua probaret,nihil releuaret, tunc iure

poteſt eam denegare, Adde Adden. ad Fulu. Pacian. *de prob. lib. primo, c. 62. n. 77. in fine, litera S*, vbi pariter & hanc limitationem admittit in viro ſagace, & iuris perito: ſecus autem in perſona non ſagace, ex Rip. quem allegat *in l. 2. n. 8. Cod. de eden.*

79 Sed † certè ſiue reus interrogetur à Iudice, ſiue non, multò verius eſt, quòd nũquam tenetur qualitatem defenſionis exprimere, tum ne ab eodem Iudice, ſeu fiſco, aut inſtigatoribus eadem propalata defenſio ſupprimatur, vt in caſu in quo conſuluit idem Burſa. *d. conſ. 101. n. 77. v. poſtremo, & ſeq. lib. 2.* tum etiam quia non poteſt reus deliberare, quam velit facere defenſionem, niſi priùs loquutus fuerit cum ſuis Aduocatis & Procuratoribus, ac etiam diligenter perquiſiuerit teſtes de facto informatos, & ſi forſan reſpondens non releuãtem propoſuerit defenſionem, non per hoc eſt illi denegandum, quin alias quærat habere defenſiones, ſiue ruſticus, ſiue etiam peritus ſit, cùm in facto proprio minùs ſciant Doctores. & periti quàm cæteri, vt dixit Boſſ. *in d. tit. de ind. eodem n. 80. in fine*, & videtur eſſe de mente omnium Doctorum allegatorum *ſupra, n. 75.* qui generaliter loquuntur nulla facta diſtinctione, an reus interrogatus, ſiue non interrogatus ſit, & ita apud nos ſeruari facile teſtari poſſum, cùm etiam meminerim valde à probatis viris ſæpiſſime damnatum fuiſſe ſtylum cuiuſdam Iudicis criminalis iam defuncti (nomen taceo) qui cùm nolebat reo petenti defenſiones dare, ſicut ſup. illũ interrogabat, quam vellet facere defenſionem, & ex eius reſponſione ſumpta occaſione, quòd nõ releuantem proponeret defenſionem, ſic illum denegata copia indiciorũ torquebat, ſed modò villicationis ſuæ rationem reddit Iudex iſte.

80 AMPLIA XIX. Vt † reus poſſit ſe defendere & ſuam innocentiam probare quocunque tẽpore, & in qualibet iudicij parte, ad text. qui hoc ad literã probare videtur, *in l. vnius, §. cognituru m*, ibi, *quamuis defenſionem quocumque tẽpore poſtulante reo negari non oporteat, ff. de q.* Ant. Gomez. *var. reſ. tomo 2. c. 13. rubr. de tort. reorum. n. 33. in princip.* vbi quòd hoc poteſt in qualibet parte litis vſque ad realem ſententiæ exequutionem, Conrad. *in pract. de mo. procede. ante diffinitiuam, & defenſione, n. 4. v. Amplia tertiò*, Flam. Cartar. *in ſua pract. interrogan. reorum, li. 4. c. fi. n. 170.*

81 Et † propterea poterit ipſe reus ſuam innocentiam probare, non ſolùm in termino probatorio per Iudicem aſſignato, qui terminus requiritur ad cognitionem cauſæ, & eſt communis vtrique parti, ad text. *in l. Iudices, C. de iud. & in l. 1. & per totum, C. de dila. & in l. prolatã. C. de ſent. & interloq. omn. Iud. & in l. petendæ, in fi. C. de temp. in integr. reſt. peten.* verùm etiam & poſt lapſum dicti termini, vt per Roman. *in l. quamdiu, n. 14. ff. de acq. hær.*

82 Immò † & poſt teſtium publicationem, & concluſionem in cauſa: eſt enim defenſio adeò priuilegiata, & iure permiſſa vt cùm timor ſubornationis illam minimè excludat, vt ſuprà probaui, *n. 68* idcirco in criminalibus concluſionem facta à partibus minimè probandi facúltatem adimere, per tex. *in dict. l. vnius ff. cognituru m ff. de q.* affirmarunt ibi gloſſ. * ordinaria, Bart. Bald. Albe. & communiter * Doctores, idem Bartol. *in l. 1 §. ſi quis vltrò* vbi etiam alij Doctores, *ff. eodem, & in l. Diui fratres ff. de pœnis*, Salic. *in l. fi. col. fi. C. de q.* Bald. *in l. ca quidem, col. antepenul. n. 56. C. de accuſat.* Felin. *in cap. cum clamor, colum. 3. ver. Et ſcias tertiò, extra de teſtibus*, quos ſic in propoſito referendo, ſequitur Ant. Gomez *d. rub. de tortu. reorum, eodem n. 33. v. 2. poterit probare innocentiam* Marſi. *in d. l. vnius, §. cognituru m, n. 48. ff. de q. & in pra. §. ſequens, n. 6. & n. 8. & in §. vltimo, n. 26.* Conrad. *vbi ſupra, in addi. de modo proceden. ante diffinitiuam & defenſione, n. 4. verſ. Amplia 6 fol. mihi 308. col. 1. in fin.* & dicam latiùs *infra, in tit. de oppoſ. contra examen teſt. q. 74. n. 220.* vbi pleniùs diſputabo, an & quando in criminalibus teſtes poſſint examinari poſt dicta teſtificata.

Et non ſolùm vt prædixi, reus poterit ſuam innocentiam deducere in termino ſibi aſſignato, verùm etiam poterit id facere nullo ſibi aſſignato termino, ſecundùm Angel. *de malefic. in verbo, Qui Iudex dictis inquiſitis, & cuilibet eorũ, &c.* Marſi. *in l. vnius §. cognituru m, n. 35. & n. 57. ff. de q.* Conrad. *vbi ſupra, in ver. amplia 4. folio mihi 308. col. 1.*

83 Et † quod plus eſt etiam poſt ſententiam ſaltem ex Iudicis officio ad text. *in l. prima §. ſi quis vltrò*, ibi, *cuius poſt damnationem de innocentia conſtitiſſet. ff. de q.* & ibi hoc notãt Bart. Alber. & communiter * Doctores, quos & alios in propoſito * refert, & ſequitur Ant. Gomez. *dicto c. 13. rub. de tort. reorum, n. 31. ver. 4 poterit talis reus*, Marſi. *in pract. §. ſin autem, n. 31.* Iacob de Beluiſo *in pract. iudic. in rub. de quæſt. n. 48.* Conrad. *in pra. d. in ma. mo. proced. ante diffinitiuam, & defenſione, n. 4. verſi. Amplia 8. folio mihi 308. colum. 2.* Et licèt gloſſ. *in d. l. vnius, §. cognituru m, in verbo, Quicũque, ff. de quæſt.* videatur tacitè ſentire, quòd poſt ſententiam reus non audiatur in ſuis defenſionibus, pro reſponſione tamen dicere potes, quòd hęc concluſio procedit ſolùm quando defenſio poſt ſententiam recipitur non ad partis inſtantiam, ſed ex Iudicis officio: item quando directè, & immediatè, & ſic euidenter probatur innocentia rei condemnati, putà per probationem negatiuæ, ſeu alio ſimili modo, aliter ſecus, vt bene ponderando tex. *in d. §. ſi quis vltro*, materiam declarat Ant. Gomez. *d. nu. 13. eodem verſ. 4. poterit talis reus accuſatus, & verſ. vnum tamen eſt.*

AMPLIA XX. Vt † ſi denegatis defenſionibus reus tor- 84
tus fuerit, & confeſſus, confeſſio non valeat, nec etiam valeãt omnia inde ex tali proceſſu ſequuta, ad textum qui hãc ampliationem bene probare videtur, *in clemen. paſtoralis, in fine, de ſent. & re iud. cum loquens ibi ſummus Pontifex de indefenſo cõdemnato dicit ſententiam, & proceſſus omnes prædictos, & quicquid ex eis ſequutum eſt, vel occaſione ipſorum de fratrũ noſtrorum conſi. declaramus fuiſſe, ac eſſe omnino irritos, & inanes, nullúmque debere, ac debuiſſe ſortiri effectũ, ſeu nocumẽtum, vel notam auferre cuiquam, vel quomodolibet attuliſſe, ipſóſque nihilominus quatenus proceſſerũt de facto, & quicquid ex eis ſequutũ, vel ob eos, vel in poſterum ſequi poſſet, in irritum reuocamus:* & ibi hoc notant glo. & communiter * omnes, Angel. *de malefic. in verbo, Quod fama publica præceden. n. 37.* vbi etiam quòd ſi indiciorum copia denegata fuit ipſi reo petenti proceſſus eſt ipſo iure nullus, quod & affirmauit Io. Maria Monticel. poſt Ioannem de Venafro quem allegat *in ſua reg. cri. 14. n. 29. & reg. 8. n. 12.* vbi dicit iſto caſu confeſſionem nullam, etiam quòd indicia legitima præceſſerint, ex Hippo. *in conſ. 95. n. 7. iuncto n. 10* Amad. *in tract. de ſynd. n. 22. in fine. v. Sed ſi non datur reo*, Conrad. *in pract. in ti. de modo proced. ante diffinitiuam, & defenſione, n. 4. v. Amplia 1. fol. mihi 306. in fine*, Vulpel. *conſ. 21. n. 6* & eſt de communi * mente omnium Doctorum ſuprà allegatorum ad comprobationem regulæ, *n. 1. & ſeq.* quibus addo Hie. Lauren. *deciſion. Auenionen. 25. per totam*, vbi non obſtante confeſſione emanata per reum in tortura illata denegatis defenſionibus, teſtatur illum fuiſſe abſolutum à confeſſatis criminibus, etiam quòd de illorum corpore conſtaret, & quòd talis confeſſio eſſet adminiculata confeſſione duorum aliorum ſociorum criminis.

AMPLIA XXI. Vt † in copia indiciorum ſint publicanda 85
nomina teſtium, pro curiæ informatione examinatorum, ad hoc vt reus contra illorum perſonas excipiendo meliùs poſſit ſuam innocentiam demonſtrare, ad text. *in capit. qualiter, & quando. li 2. §. debet igitur. extr. de accu.* dum per hæc verba diſponit: *Et non ſolùm dicta, ſed etiã nomina ipſa teſtium, ſunt ei, vt quid & à quo ſit dictũ appareat, publicanda, necnon exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ, ne per ſuppreſſionẽ nominum infamandi per exceptionum verò excluſionẽ deponendi falſum audacia præbeatur.* Et ibi hoc notãt Hoſtien. Aret. Feli. Ioan. And. Imola, & communiter * omnes, facit tex. *in c. * fi. §. ceſſante* & ibi gloſſ. *in verb. Iudicis, de hæret. in 6.* Bar. *in l. fin. n. 8. ff. de q.* Ang. *de malef. in verbo, Fama publica, n. 6. v. Et ſic bene nota, & n. 37. v. item aduertas*, Ial. *in l 2. n. 5. C. de eden.* & ibidem Rip. *n. 8.* teſtatur de communi * opinione, ſicut * illum refert And. Gayl. *in tract. de pace publ. lib. 2. capitul. 7. n. 6.* Blanc. *in tract. de ind. ad l. fi. n. 27. ff. de q.* Io. Mar. Monticel. qui alios refert, *d. reg. cr. 14. n. 6.* & ita etiam communiter per Doctores teneri, & ex Cæp. *in conſ. cri. 65. circa finem, & conſ. 66. verſ. Quintò probatur*, & ex Pariſ. *in conſ. 2. n. 155. lib. 3.* teſtatur Clar. *in pract. §. fin. q. 49. ver. Et hæc quidem concluſio*, & in ſtatu eccleſiaſtico habemus & Bullam fœlicis recordationis Pauli Papæ III. de qua *in Bullario. parte prima, & eſt in ordine illius Pontificis conſtitutio 58. in verſ. Captum verò*, in qua expreſsè cauetur, quòd indiciorum copia ante torturam danda eſt reo cum expreſſione nominum teſtium ad hoc, vt inquiſitus poſſit ſe defendere.

LIMI

86 LIMITA I. Hanc † vigesimam primam ampliationem non procedere, quando inquisitus,& processatus esset potens, & taliter potens, vt periculum esset ne offenderet, seu offendi faceret testes contra ipsum, pro curiæ informatione examinatos. Nam tunc ad euitandum tale periculum, non exprimuntur nomina dictorum testium, vt est text. *in c. si. de hæret. in 6.* dum per hæc verba prorumpit: *Iubemus tamen, quòd si accusatoribus vel testibus, in causa hæresis interuenientib. seu deponentibus propter potentiam personarum, contra quas inquiritur, videant Episcopos, vel inquisitores graue periculum imminere, si contingat, fieri publicationem nominum eorum, ipsorum nomina non publicè, sed secretò (omissis aliis) exprimantur, sicq; nõ obstante, quòd illis cõtra quos huiusmodi deposuerũt nomina ipsorũ, nõ fuerint publicata, adhibeatur ad cognitionẽ Iudicis instruẽdam plena fides depositionibus testium eorundem.* Qui quidẽ textus licèt loquatur in crimine hæresis, tamen ex identitate rationis, idem videtur dicendum in aliis delictis, & isto casu practica est, vt dentur nomina testium confusa, & separata ab illorum dictis, ne possit sciri, quid dictum fuerit ab vnoquoque, secundùm Blanch. *in dicta l. fina. n. 28. ff. de q. in pra. cri. fol. 38. n. 80* sicut illum allegat Clar. *in pract. aicta q. 49. ver...* Habétque locum hæc conclusio,& ita alàs in causa homicidij commissi in personam cuiusdam Philippi Frascariæ seruasse Senatum Mediolani, testatur Clarus *vbi supra*, sequitur Ioan. Maria Monticel. *d. reg. crim. 14. n. 7.* vbi post Blanchum, in loco præcitato, in idem allegat Aretin. Imol. Hostien. & Anan. *in d. c. qualiter & quando, de accusat.*

87 Sed certè apud nos, † nunquam memini reo inquisito, quantumuis magnæ potentiæ, pro alio delicto quàm hæresis, non fuisse publicata, ac expressa nomina testium, prout etiam Clarus in loco nuper citato pariter dicit, quòd Senatus Mediolani nunquam alàs hanc limitationem seruauit, nisi in causa dicti homicidij.

88 LIMITA II. Eandem † 21. ampliationem non procedere in crimine hæresis, in quo sic, vt suprà nomina testium, in confuso dari ac minimè exprimi (cùm semper agatur de graui periculo Catholicæ fidei, ex eo, quòd si nominum publicatio fieret, pauci reperirentur, qui liberè testimonium perhiberent) consuetudine receptum esse testatur Simanc. *in tractat. de hæretic. cap. 62. num. 9.* prout illum refert Clar. *dicta quæst. 49. eodem vers. Habéque locum, in fine,* & licèt circumscripta potentia rei inquisiti, ac cessante periculorum testium examinatorum, contrarium videatur iure cautum *in dicto ca. fin. in v. Cessante verò periculo, de hæret. in 6.* quem sic in proposito ponderauit Franc. Personal. *in tract. de indic. & tortur. post n. 19.*

Vbi propterea nititur probare, non valere consuetudinem allegatam per Simancam & Clarum in locis præallegatis. Hæc tamen controuersia videtur sublata per Bullam Pauli III. in ordine 58. de qua suprà mentionem feci *in v. captum verò, in 1 part. Bullary. fol. mihi 471. in fi.* vbi postquam mandauit in copiis indiciorum reis ante torturam tradendis, nomina testiũ fore exprimẽda, *subdit posthea hæc verba Præterquam in crimine hæresis, & aliis criminib. a iure exceptis, iuxta tamẽ iuris dispositionem,* & sic videtur excipere crimẽ hæresis.

89 Verùm † si rectè verba Bullæ consideraueris necesse erit fatteri, quòd per illam non solùm non approbatur consuetudo iuri communi contraria, verùm etiam improbatur, cùm expressè mandat in crimine hæresis, nomina testium non publicari, non simpliciter, sed iuxta iuris dispositionem. Sed sic est, quòd circumscriptis potentia inquisiti, & periculo ipsorum testium ius canonicum mandat, etiam in crimine hæresis publicari nomina testium, *vt in d. c. fin. v. Cessante vero periculo, ergo &c.* Igitur in hoc non insistendo pro resolutione propositæ limitationis remitto me ad ea, quæ prudentissimi domini inquisitores seruant, & quod ipsi seruarint, ita pro certo teneas fore, & iuri, & æquitati, ac summorum Pontificum canonibus & constitutionibus consonum.

AMPLIA XXII. Vt non solùm danda sit copia indiciorum, vt suprà, sed etiam actorum, ad text. *in l. 2.* & ibi notant communiter omnes, *C. de eden. & in c. quoniam contra.* & ibi pariter Docto. *extr. de prob* apud quos reperies etiam quid actorum, & in specie voluit Fulu. Pacia. *in tract. de prob. lib. 1. c. 65. n. 77. & seqq. vbi n. 82.* quòd debet dari copia actorum, non solùm eorum quæ fiunt coram Iudice per viam contentiosæ iurisdictionis, sed etiam eorum quæ fiunt per modum voluntariæ, vt ibi per eum *n. 3.* vbi declarat, quæ dicantur ista acta, quæ fiunt per modum voluntariæ iurisdictionis.

LIMITA I. Propositam † huius quæstionis regulam, vt procedat reo petente defensiones, & copias indiciorum, at si illa non petierit reus, seu alius pro eo, tunc Iudicem posse ad torturam deuenire, absque eo, quod defẽsionis terminum & indiciorum copias decernat, probare videtur tex. *in d. l. vnius, §. cognitorum, ff. de q.* ibi, *postulante reo,* & quæ sequuntur. Ergo secus si reus non postulauerit, & ita arguendo per illum tex. præcipuè hãc limitationem firmarunt Ang. *de malef. in verb. Qui Iudex dictis inquisitis, & cuilibet eorum, &c. n. 3.* vbi idem allegat Bald. *in l. nouerint, C. vt infr. cer. tempus,* qui loquitur in defensionibus cõcedendis reo confesso ante cõdemnationẽ, prout etiam loquitur ipse Angel. & Bosi. post Gandin & Cæpol. quos allegat *in t. de confess. n. 6. & 7. iuncto n. 15. & 16.* vbi duobus modis respõdet contrariæ rationi, volẽti, quòd Iudex etiam nemine petente non solùm potest, sed etiam debet rei defensiones quærere. Primò scilicet, vt hoc procedat, antequam reus sit confessus, non post: quia post cõfessionem dicitur notoriè de maleficio constare: ideo absurdum videtur dari reo nõ petenti dilationem. Secundò Iudex potest, & debet omni casu defensionem rei ex officio, & parte nõ petẽte quærere, immò & supplere etiam in facto in iis, in quibus desunt Aduocati. Sed hoc non procedit, quando tractaretur de seruanda, vel nõ seruanda aliqua solennitate, cuius obseruatio etiam defensionem cõcerneret, vt in danda copia indiciorum ante quæstiones: nam in obseruatione harum solennitatum Iudex supplere ex officio, & parte non petente nõ tenetur, vt ibi per eum, qui pluribus hoc comprobat, *& n. 16. in fine,* testatur de communi Doctorum opinione. & sic, vt * vides præfati Doctores loquũtur in defensionibus cõcedendis non solùm ante torturam sed antè cõdemnationem, quo casu res videbatur magis dubitabilis per ea, quæ suprà deduxi, *n. 35. & seqq.* ergo multò magis Iudex nõ tenetur defẽsiones, & copias indiciorum decernere, antequam ad torturam deueniat, sicut in specie pariter hoc affirmarunt, Marsil. qui pluribus similibus hanc comprobat limitationem *in pract. §. nunc videndum, n. 3. & seqq.* Amad. *in tra. de syndic. n. 123. v. Quoad quartum,* Brun. *de indic. & tort. 2. par. q. 2. n. 51. v. Posset fortè distingui,* Blanc. *in tra. de ind. ad l. fin. ff. de q. n. 31. v. In hac quæstione puto;* vbi alias affert rationes ad comprobationem huius limitationis, Io. Mar. Monticel. *reg. cri. 14. n. 26.* idem Bosi. *tit. de indic. & considerat. ante tortur. n. 79.* vbi pariter testatur de communi* opinione, & quòd ita practicatur, * prout etiam de communi, & practicata opinione testantur Nouel. Blanch. & Alexan. de Neuo, in locis allegatis per Clarum, quos & ipse sequitur *in pract. cri. in q. 49. vers. Sed nunquid tenetur Iudex. & q... vers. Sed quid si ille, in fine,* Rolan. *cons. 12. n. 42. lib. 3.* vbi pariter de communi, videtur de mẽte Hippol. Riminal. *in cons. 88. n. 49. vol. 1.* Bertazz. *cons. 47. n. 14. & 15. lib. 2. cri.* Vulpel. *cons. 74. n. 7. & seqq.* vbi testatur de receptiori* opinione, Mascar. *de prob. lib. 3. concl. 1040. n. 8.* & videtur de mente Franc. Personal. *in suo tract. de ind. & tort. n. 20. & n. 28.*

Contrarium, † quòd immò Iudex etiam nõ petenti reo teneatur concedere defensiones non solùm ante cõdemnationem, vt suprà probaui, *n. 35. & seqq.* sed etiam ante torturam, affirmarunt Paris de Put. *in tra. de syndic. in verbo, condẽnatio, c. 4. incip. An Potestas, qui misit ad suppliciũ, n. 2. fol. mihi 151. a tergo, & n. 13. fol. 152. pariter a tergo.* vbi dicit, quòd Iudex sẽper debet dare terminum reo ad se defendendũ, siue petat, siue non petat, vt se & conscientiam suam exoneret, ne teneatur in syndicatu & apud Deum, & vt cũ maiori iustitia procedat, & quòd propterea malefaciũt crudeles illi Iudices, qui in humano sanguine sitientes ad condemnandum festinant, defensiones reorum abhorrent: & cum vexillis, pompa ac fastu ad effũdendum sanguinem se præparãt, Marsil. *in pract. §. nunc videndum, n. 6. in fine, v. Sed in contrarium, & seqq. & in l. vnius, §. cognitorum, n. 57. ff. de qu.* vbi & iura, & concordantes Doctorum authoritates adducit, Foller. *in pra. cri. in verbo, Facta litis contestatione, n. 1. & in verb. Et si cõfitebuntur, in 1. part. 3. partis principalis, n. 64.* Nouel. *in tra. ad defensiõ, rub. An indicia pro reo data sint, n. 3. & 4. fol. mihi 77.* vbi refert verba Parid. de Put. *supr.* per nos relata, idẽ Marsi. *in cõs. 8. n.*

36. *vers.*

36.v. *Quia respondeo*, & *n.*37. vbi pro hac contraria opinione adducit rationem, quia scilicet si aliter diceremus, sequeretur quòd reus non petendo defensiones, tacitè illis renunciaret, & tamen certum est, quòd non solùm non potest illis renunciare tacitè, verùm etiam nec expressè, ad gloss. *in l. pactum inter hæredem ff. de pact.* cum aliis *suprà* per nos allegatis, *n.*51. *in* 14. *ampliatione.*

Præterea, vt inquit Marsi. sicut Iudex est diligens, & sollicitus in quærendo, & faciendo ea omnia, quæ pro fisco, & contra ipsum reum faciunt etiam ex officio cur etiam ex eodem officio non debeat esse diligẽs, & sollicitus in concedendo defensiones eidem reo? Certè nulla potest afferri ratio, vt id non faciat, imò rationes suadent contrarium, cùm in iudiciis, & maximè criminalibus, æqualitas non solùm sit seruanda, vt in *l. qui accusare, C. de edsn. c.* 1. *de re iudica. in sexto.* verùm etiam fauorabiliores semper debent esse partes rei, quàm accusatoris, *l. absentẽ ff. de pœn. l. semper in obscurù ff. de regul. iur.* quæ quidem rationes per Marsilium consideratæ, valde iudicio meo stringũt pro hac opinione, pro qua etiam adduco idem tenentes Carrer. *in pract. cri. 2. tract. de ind. & tort. §. circ. quintum, quando ad torturam deueniatur, post n.* 7.
* vbi quòd ita communiter *practicatur in Regno, Ioan. Maria Monticel. *d. reg.* 14. *n.* 4. *in princ. numeri, & in fine*, Conrad. *in pra. de negat. cri. & tormen. n.* 6 *v. Verùm indistinctè arbitror, folio mihi* 298 *colum* 2. Francisc. Cason. *in tra. de torm. c.* 4. *n.* 11. Brun. *de ind. d.* 2. *par. quæst.* 5. *n.* 51. *in fine*, vbi quòd licèt post factum posset excusari Iudex, qui nõ petenti reo copias non decreuit, ante tamen factum multò melius facit, si illas etiam non petenti concedat. Bursat. *cons.* 201. *n.* 72. *vers. Verùm ad hoc respondeo, & n.* 73. *vers. Non omitto, & post n.* 76. *volum.* 2. Claud. Bertazz. *in addit. ad consil. Bertazzoli patris. in cõs.* 130. *sexta ampliatione, vol.* 1. nec dissentit Andr. Gayl. *in tra. de pace pub. li.* 2. *c.* 7. *post n.* 8. & habemus Hieron. Lauren. *decis. Auenionen.* 15. *n.* 8. *in fi. iuncto n.* 10.

92 In † hac opinionum contrarietate succedit distinctio Marsilij *in pra. in d. §. nunc videndum, n.* 13. *& seqq. citemus*, quòd si reus carceratus est homò idiota rusticus, mulier, pupillus, vel alias similiter ignorans iuris solennitates, ac suas defensiones, & tunc procedat hæc secunda opinio: si verò carceratus sit homo prudens, literatus, sagax, vel talis conditionis, vt verisimiliter sciat petere copiam, & suas defensiones facere, & tũc procedat prima opinio in limitatione proposita, & hanc distinctionem plurimus rationibus, & argumentis comprobat ibi Marsilius, quem etiam referendo secuti sunt, Carrer. *vbi suprà, n.* 12. Io. Mar. Mõticel. *dict. reg.* 14. *n.* 4. *v. Quod verum.* Vulpel. *cons.* 34. *n.* 6. Foller. *in pract. crim. verbo, detur copia capituiorum. n.* 1. *in fi.* Bonacos. *in* 2. *part. post commun. opin. cri. in suis extrauagan. n.* 36. *post v. Non modica est difficultas. fol. mihi* 101. *colum.* 2. Bursat. *d. cons.* 201. *n.* 72. *v. Insuper dico, volum.* 2. Bertaz. *cons.* 474. *n.* 15. *lib.* 2. Claud. *ad cons. Bertazzoli patris* 120. *in prima ampliatione, vol.* 1.

93 Et quando statutum dicat, †quòd copiæ indiciorum detur si fuerint petitæ; adhuc eas fore dandas mulieri, rustico, pupillo, seu aliàs ignaro, etiam non petenti, tradiderunt Marsil. *in cons.* 8. *n.* 36. Io Mar Monticel. *d. reg.* 14. *n.* 15. Bursat. *d. cons.* 201. *n.* 73. *in* 2. *volu. &c.*

Contra vnam partem huius distinctionis & † sic ampliati-
94 uè ad propositam limitationem, tenuit Blanc. *de ind. ad l. fin. ff. de quæst. n.* 31. *ver. In hac quæst.* puto expressè dicens, quòd non petenti copiæ indiciorum dari non debent, etiam quòd reus sit rusticus, vel aliàs ignorans, rationibus ibi per eum consideratis.

Verùm hæc † Blanchi opinio confunditur per ea quæ ipse-
95 met post dicit *in dict. n.* 31. *ver. Præterea superflua, & manis*, vbi concludit, quòd licèt non petenti reo Iudex non teneatur concedere copias indiciorum, bene tamen ex officio tenetur illi prouidere Aduocatos, qui eum defendant, quod iudicio meo plus est, quia ipsi Aduocati bene postea scient & copias indiciorum petere, & defensiones facere, vt in proposito consideravit idem Bursat. *d. cons.* 201. *post n* 74. *li.* 2.

96 Contra † aliam partem eiusdem distinctionis, & sic ampliatiuè ad comprobationem secundæ opinionis *supr.* relatæ, *n.* 91. facit viua ratio à communi experientia confirmata, ea scilicet, quòd iuris periti Doctores, seu aliàs sagaces, & prudentes homines sæpissimè dum sunt carcerati, minus sciunt, & in facto proprio magis errant, quàm alij, vt in iis terminis considerauit Boss. *in ti. de ind. & considerat. ante tort. n.* 80. *in fine* & Roland. *dicto cons.* 12. *n.* 62. *pariter in fine, lib.* 3. Claud. Bertaz. *in addit. ad cons. Bertazzoli patris* 130. *sub tertia ampliatione*, & ideo etiam illis non petentibus, videtur per Iudicem esse decernendas copias indiciorum, & defensiones.

Quid dicendum? ego, vt verum fatear, apud nos diuersimo- 97
dè vidi fuisse obseruatum: nam aliquando Iudices non petentibus copias non decreuerũt ex officio, sed ad torturam absq; alio deuenerunt, & hoc in atrocissimis, & quãdo indicia sunt non solùm vrgentissima sed etiam ferè inexpugnabilia. Aliquando autem (& vt plurimùm) etiam nõ petentibus copias decreuerunt, & defensiones concesserunt, quæ autem ex istis obseruantiis sit magis iuridica, crederem negari nõ posse quin 2. sit magis cõsona iuri, æquitati, ac rationi illi præsertim, quę ab omnibus vnanimiter, & communiter * recepta est, quod *
scilicet † Iudex ex officio, ac etiam parte non petente tenetur 98
rei defensiones quærere, ac veritatem inuestigare, ad text. *in l. si non defendamur ff. de pœnis, & in auth. qui semel. C. quom. & quan. Iudex, & in l. ampliorem, C. de appell.* cum aliis relatis per Marsil. *in pra. §. nunc videndum, n.* 7. *& in l. vnius, §. cognitorum, n.* 57. *ff. de q.* Carrer. *in pract. in* 2 *tra. de indic. & tort. §. circa quintũ, quando ad torturam deueniatur, n.* 7. *ver. Et maximè quia Iudex.* Nouel. *in tract. Ad defensam, in rubr. An indicia pro reo dada sint, n.* 17. *fol. mihi* 79. Gig. *de cri. læsæ mai. li* 1. *t. qualiter in crimine læsæ maiest. proced. u. q.* 16. *n.* 1. Franc. Marc. *dec. Delphina.* 60. *n.* 4. *part.* 1. Boss. *in* 1. *de confess. n.* 7. *& n.* 12. Vant. *de null. in rubr. de nullitate ex defec. citat. & vnde, ac quibus modis regulariter proueniat. n.* 5. Brun. à Sole *in suo cons. cri. n.* 121. *& seqq.* Io. Mar. Monticel *regula* 1. *n.* 39 *v* 43. *Inquirit Iudex*, Conrad *in pra. rubr. de procedendi arte diffinitiuam & defensione, n.* 4. *v. Amplia secundò fol. mihi* 308. *col.* 1. Ant. Gomez. *var. resolu. tomo* 3. *c.* 33. *rubr. de tort. reorum, n.* 33. *v.* 4. *Potest*, Bursat. *cons.* 201. *n.* 74. Flam. Cartar. *in suo trac. de exequ. semen. capto bannito. in præfatione, n.* 27. Igitur si Iudex ex officio, & reo non petente, tenetur ipse eiusdem rei defensiones quærere, & supplere, cur ergo non debet pariter teneri ex officio ipsi reo commoditatem se defendendi præbere, & consequenter copias indiciorum decernere, ac defensionis terminum concedere? Nulla certè ratio, cur id Iudex non faciat mihi vnquam suadere poterit.

Quare † ego indistinctè teneo contra hanc primam limi- 99
tationem, etiam quòd reus carceratus sit Doctor, iuris peritus, prudens & sagax: quia vt prædixi, in carcerationibus, & examinibus quò sumus prudentiores, & sagaciores eò magis alieno consilio indigemus, & facillimè erramus, & quæ maior eo casu potest dari ignorãtia, & imprudentia in Doctore, & iuris perito, quàm non petere copias indiciorum, quando videt Iudicem volentem contra ipsum ad torturam deuenire? Igitur & in iudicando, & consulendo nõ recedas ab hac opinione, quæ, ni fallor, in Vrbe videtur màgis obseruanda vigore Bullæ fœlicis recordationis Pauli III. *sub rub. decreta, & statuta, quæ in causis pauperum, & in Vrbe carceratorũ*, RR. DD. Visitatores, ac Iudices & alij seruare debent, de qua *in Bullario, prima parte, fol. mihi* 471. *& est in ordine illius Pontificis constitutio* 58. *v. captum verò vbi disponitur, quòd antequàm reus captus torturæ subyciatur, debeat dari indiciorũ copia*: hæc inquam Bulla dato etiam, quòd de iure communi nõ petentibus copiæ non essent decernendæ, debent tamen intelligi etiã de non petentibus, vt aliquid plus quàm ius commune operetur, vt in proposito considerauit Carrer. *in pract. cri. in* 2. *tracta. de ind. & tortu. §. circa quintum, quando ad torturam deueniatur. n.* 7. *v. cum ergo statutum* & in Iudicibus Illustrissimi Domini Auditoris Cameræ, habemus aliã Bullam fœlicis recordationis Pij IV. in constitutione 74. *de qua in Bullario,* 1 *parte, folio* 756. *v. insuper præfatus Auditor.* vbi mandatur, quòd Locumtenens in criminalibus dicti Illustrissimi Domini Auditoris, faciat semper dare copias indiciorum reo, vel petentibus pro eo ante torturã, † licèt enim ista Bulla vi- 100
deatur loqui quãdo copiæ petũtur, vt patet ex illis verbis, *vel petentibus pro eo*, & sic prima facie videatur forsan cõtrarium sentire, quando copiæ nõ petuntur, vt in simili statuto arguit Bursat. *dict. cõs.* 101. *post n.* 72. *v. Quòd videtur de mẽte statuti*; veritas tamen est, quòd indistinctè etiam nõ petentibus voluit copias dari, ponderãdo illam dictionẽ (*semper*) quę impor- 101
tat

tat idē,quod omni casu,& omni tēpore,*ad l.1.*cū ibi notatis per Bart.*col.5.in fine,versi. Item in quæstione,ff.solut.matrim.* Ias.*cons.*115.*colum.7.versi.Tertiò adest dictio,* Brunor. à Sole *in suo cons.crim.n.*20. Hippol.Riminald. *cons.*490.*n.*2.*lib.*5. Menoch.*cons.*244.*n.*23.*in* 3.*volum.*& ita à Iudicibus criminalibus illius amplissimi tribunalis obseruatum vidi. Et ita demum habemus in Vrbe statutum *lib.*2.*cap.*10.quo expressè cauetur,etiam si pars non petierit, antequam ad rigorosum examen deueniatur,reo esse concedendum terminum ad se defendendum cum copia indiciorum.

102 LIMITA II.Principalem†huius quæstionis regulam non procedere in crimine blasphemię,in quo nulla cadit defēsio, etiam quoad repulsam testium,argumēto,*l.famosi,& l.quæst.* cum ibi notatis per Bal.*ff.ad l.Iul.maiest.*quæ iura in proposito adducit Paris de Put.*in tract.de synd.d.verbo, condemnatio,cap.*4.*incip. An potestas,qui missus ad supplicium,n.*13.*& Licēt sint aliqua delicta,fol.mihi* 152.*à tergo.*vbi testatur, quòd cùm esset Commissarius regni & trāsiret per syluas,in quibus erant pastores,& ex his vnum audiuisset alta voceDeum blasphemantē,illum capi fecit,& examinatis testibus, qui vnà cum ipso aderant,illico nulla data defensione sibi linguā incidi,& in arbore quadam illius nemoris affigi iussit. Et Paridis dictum sequuti sunt Nouel.*in tra.ad defensam,in* §. *an indicia pro reo danda sint,n.*74.*fol.mihi* 74.MariaMontic.*reg. crim.*14.*n.*28.& Decian.*in tractat.crimin.tom.*3.*libr.*6.*cap.*3.*n.* 22.*& 23.& capite* 4.*n.*7.*&* 8.vbi quòd blasphemi defendendi non sunt, & contra eos exceptis inimicis cæteri alij inhabiles testes admittuntur, ex Gram. Boër. & alijs ibi per eum allegatis.

Sed contra opinionem Paridis tenuit Boër.*decis.*301.*n.*11. *in fine, &* n. 12. dicens eam non seruari in Curiis supremis Franciæ,prout etiam contrariam apud eum seruari testatur Clar.*in pra.*§.*blasphemia,versi. Reperio etiam*, vbi propterea dixit,quòd imputatus de blasphemia admittitur semper ad probandum contra testes,quicquid vult & potest,sicut in aliis criminibus,refert,& sequitur Hector Æmil. *in tra. de testibus,parte* 1.*v.blasphematur,n.*18.*& seq.* admonens id esse adnotādum, & hęc vltima opinio est tutior,&apud nos magis seruata.A qua nec dissentit Decian.*vbi supra,capi.*4.*n.*9. (licèt,vt suprà cum retuli *in capit.*3.*n.*22.*& ca.*4.*n.* 7. *&* 8. adduxerit pro prima opinioneParidem de Put.in loco præcitato)& latiùs,*c.*5.§....*n.*1.vbi expressè cōcludit etiam in hoc crimine dari defensionē,cum illud possit variis modis excusari,& quoad ordinariam , & etiam quoad extraordinariam pœnam.Nec mirum inquit ipse,si Paris dePut.suprà in contrariū allegatus nulla data defensione incidere fecit linguam illi pastori in sylua blasphemāti:id enim potuit iure fieri,quia ipsius blasphemia coram multis manata poterat dici notoria, & certum erat,nullam ei competere defensionem:ergo secus vbi crimen non est notorium,& vbi aliqua potest competere defensio vel excusatio,vt ibi per eum.

103 LIMITA III.Et†generaliter eandem regulam non procedere,quando certū est,nullam competere defensionem,quia tunc defensio non datur:ita enim videtur de menteDoctorū allegatorum in antecedenti limitatione,qui propterea ponūt exēpla in blasphemia.Sequitur nouissimè Seraphin.de Seraphin.*in suo tract.de priuileg.iur.priuil.*132.*post n.*4. vbi alios adducit concordantes,& sequitur generaliter quādo notoriū est,nullam competere defensionem,latè Gram.*in decis.*36.*n.* 69.*& seqq.*vbi ponit exemplū in reo reperto in flagrāti, quē certum est nullam habere defensionem,& adducit simile de
104 citatione,†quæ regulariter semper requiratur in vnoquoque actu,vbi de alicuius præiudicio, & interesse agi potest, *l. de vnoquoque,ff.de re iud.*non tamen requiritur, vbi certum est illum,qui citari debeat,nullam habere defensionem, & nihil releuā spotuisse deducere,quod actum impediuisset si citatus fuisset,*l.si eum seruum,*§.*si quis seruum,*ibi,*vt si præsens esset, & §.ex iusta,*ibi,*non esse vocati,ff.de fideicom.libert.l.recusare, ff.ad Treb.c.fina.de offic.deleg.in* 6.cum aliis ibi per Gramm. allegatis,quibus etiam addi possunt ea , quæ in idem scripserunt Meno.*de arb.quæst.lib.*1.*q.*17.*n.*15.& Decian. *cons.* 18. *n.*6.*in primo volum.*

105 Et facit pro hac tertia limitatione,†quia quādo reus nullam habet defensionem,& tamen defensionem petit,videtur id petere per calumniam,&ad protrahendum in longum cōdemnationem:vnde Iudex de iure denegare potest defensiones calumniose petitas,vt perFelin.*in c.pastoralis,*§.*quia vero, n.*15.*in fi.extra,de offic.& potest.Iud.deleg.*vbi post Bal. quē allegat,*in c.quoniam contra.in antepen. col. extra de prob.* dicit quòd si latro,vel homicida instat ad defensam,vt res protrahatur,debet priùs interfici,& postea inquiri, si constat de calumnia,& hoc monet esse menti tenendum,ac Bal.& Feli. *vbi supra,*pariter in proposito referendo, sequitur Gramma. *decis.*36.*n.*69.Alexan.*consil.*65.*n.*5.*volum.primo,*vbi loquens in terminis denegatæ defensionis facit conclusionem , quòd Iudex non solùm potest reiicere eas exceptiones,quæ apparēt calumnioſæ:sed etiam illas,quas opinatur calumnioſas;& sic sufficit de calumnia apparere præsumptiuè,addo & Bossi.*d.t. de mdic n.*80.

Vbi dicit aduertendum,quòd si Iudex videret manifestam calumniam,& petitionem factam animo differēdi,potest tūc defensiones denegare,sed vbi nulla competit defensio, tunc calumnia apparet manifesta:ergo tūc petita defensio denegari potest:alios refert Flam.Cartar.*in tract. pra. interrog. reorum, lib.*4 *c.*1.*n.*185.

SVBLIMITANDO Hāc†3.limitationem aduerte,quòd 106
illa est verissima in se,sic in abstracto, & in genere sumpta: vbi enim certum est, nullam competere defensionem , vel vbi certū est peti defensionem per calumniam,tunc sine dubio illam fore denegandam nemo negare potest. At quando certum sit reo defensionem non competere,item quādo defensio dicatur per calumniam petita,hoc opus,hic labor est: ego enim credo non posse huius limitationis dari alios casus, quàm illos,qui sunt expressi in iure,& de quibus aliqua suprà posuimus exempla videlicet in notoriis , & in flagranti, per ea , quæ aliàs dixi *in* 1.*tract.de delict.q.*21.*n.*77.*&* 78. 141.*& seqq.*Item in blasphemia,iuxta ea,quæ mox dixi *supra,n.*152.

Item & in omnibus aliis casibus positis infrà in sequētibus limitationibus,sed extra hos casus in iure expressos,nō credo posse alios dari,in quibus dicatur defensio per calūniam petita,vel in quibus dicatur nullam competere defēsionem, & ista est veritas:aliter enim esset in potestate Iudicis denegare reo defensiones,& deinde dicere hoc feci,quia per calumniā id petebat:vel quia sciebam,ei nullam competere defensionem,quod non est permittendum,& iam,vt vides, Paris de Put.Nouel.& Ioan.Mar.Monticel.allegati *supra,n.*102.Specialiter loquuntur in blasphemia,Grammaticus *in d. dec.* 36. *n.*66.*& seqq.*loquitur in reo reperto in flagrāti. Alexan.*in d. cons.*65.*n.*5.loquitur post factum ad excutiendum Iudicem, non autem ante factum,quo casu ipse ibidē fatetur quòd nō erant denegādæ defensiones sub prætextu præsumptę calūniæ,Feli.*in dicto c.Pastoralis,*§.*quia vero,n.*15.*in fi.ff.de offic. deleg.*fundat se in authoritate Baldi,*in c.quoniam contra in antepenul.col.n.*63.*ver.Item quando Officialis,extra de prob.* qui quidem Baldus non loquitur in defensionibus petitis per calumniam,sed in appellatione frustratoria,& calūnioſa, & sic iam præsupponit sententiam fuisse latam cōtra reum seruatis seruandis&, nō denegatis defensionibus & demum Bossius *in d.tit.de indic.n.*80.loquitur in casu,in quo fuit proposita per eum probatio non releuans,qui casus nō transit sine difficultate,vt suprà deduxi,*n.*78.*& seqq.*Ideo non recedas ab hac mea declaratione,quæ,vt præfertur,non est contra mentem Doctorum.

LIMITA IV.In †insigni fure,& latrone, quem non so- 107
lùm posse renunciare suis defensionibus probaui *supra,n.*63. verùm etiam & absque renunciatione illi posse Iudicem eas. dem defensiones denegare,scripserunt Marsil.*in l.*1.*in princ. n.*43.*ff. de quæstio.* vbi post Angelum *de maleſic.* Roman. & Barba.in locis per eum allegatis,& per tex.*in l.omnes,C.de defensor.ciuit.*dicit, quòd pro furibus insignibus non debet Iudex pati aliquem aduocare Nouel.*in tract.ad defens.in* §. *An indicia pro reo danda sint , n.* 10.*folio* 78. vbi idem affirmat, quod affirmauit Marsil.quod & etiam comprobauit † idem 108
Ioan.Maria Monticel. *reg.crim.*14.*n.* 24. & ante istos Bald. *in authent.Sed nouo iure,n.*11.*v.Item circa præsentem materiam,C.de seruis fugit.* Bos.*in ti.de ind.& consideratio.ante tortor.n.*76.vbi loquitur generaliter de omni insigni, & notorio delinquente,Roland.*cons.*12.*n.*62.*versic.Vel posset dici, vol.*3.Vbi de latronibus,dissrobatoribus, incendiariis, violatoribus,

toribus,& raptoribus,publicè infamatis,& facit,quia contra istos videtur posse procedi ex processu informatiuo, vt dixi *in 3 lib.q.72.n.125.*]

109 SVBLIMITANDO Hãc† quartam limitationem pariter aduerte,quòd hãc defensionis denegationem in istis insignibus furibus,latronibus,seu aliàs facinorosis hominibus, non operatur atrocitas delicti,quia,vt supra probaui,*n.41.* etiam in atrocissimis dantur defensiones. Nec etiã illam operatur mala fama,quia, vt pariter suprà deduxi,*n 47.* defensiones sunt cõcedendæ etiam iis,qui malè audiunt.Sed hoc bene operatur notorietas delicti,iuxta ea,quæ suprà dixi,*in 1.lib.tit. de delic.sub quæst. 1.n. 77.& sequentibus*,& propterea dum præallegati Doctores volunt,non esse audiendos Aduocatos pro insignibus furibus, latronibus,ac aliis facinorosis hominibus,eorum conclusio intelligenda est, dummodo sint notoriè tales, alias secus, & sic vbi iam constat eos esse tales, aliàs etiam secus, iuxta ea,quæ in simili dixi *supra num.64. in fin.* & bene declarat Boss. *vbi supra, de indic.dicto numero 76.*

110 Vbi dixit quòd quando quis tam malè de eo audiretur,vt posset dici insignis in maleficiis,& adeò contra eum fama laborãs insignem fecit, vt res redacta sit ad notorium,tũc huic insigni delinquẽti possunt denegari defensiones,aliter secus. Item faciunt ea,quæ scripsit idem Boss.*tit.de inquisit.n.29.in fin.*vbi dixit quòd ad hoc vt quis dicatur latro famosus,non sufficit quòd per testes sit probatum eum esse talem, nisi in specie constet de eius criminibus & latrocinijs,quod & ante Bossium bene posuit Paris de Put.*in tract.de synd.ver.tortui,cap.10.quidam latro famosus.& n.4.& seqq.*[& vide quæ in simili dixi *inf.in 3.lib.q.72.n.126.*]

111 LIMITA V. In † crimine sodomiæ, in quo nullam esse dandam defensionem, ex Bald.*in auth. sed nouo iure*, & ex Barb. *cons.64 incip.Scribitur in libro Esdræ, col.2.lib.1.* Affirmarunt Ioan.Maria Monticel.*regul.crim.14.num.26.* Boss.*in tit.de stupro detestab in mascul.num.5.* Menoch.*de arb.q.lib. 2.casu 286.num.13.*Lud.de Alfer.*inter cons.crim.diuers.cons. 143.n.3.lib.1.in fol.*

Contrarium † in hac limitatione sicut apud nos seruatur, ita etiam & de iure credo verius; aut enim reus carceratus pro hoc crimine non est de eo confessus, nec conuictus,sed tantummodo indiciatus,aut solùm imputatus,aut verò confessus,aut conuictus; primo casu absurdum est ei denegare defensionem, cùm in termino defensionis facilè possit indicia contra ipsum laborantia per testes ad defensam examinãdos,seu alio modo tollere,& dato quòd crimẽ sodomiæ habeat hoc speciale,vt scilicet in eo non audiantur Aduocati,id esset intelligendum postquam verè constat illum esse sodomitam,non si solùm sit de sodomia imputatus, per ea quæ in simili dixi *sup.n.64. in fi.* Secundo verò casu nec etiam puto absurdũ dari defensionem,& admitti Aduocatos,per ea quæ generaliter dixi *sup.n.32.*multæ enim dãtur exceptiones etiã aduersus confessionem, quia poterit forsan probari de illius errore, & si non probabitur, poterunt Aduocati confessum excusare à pœna ordinaria,vel ex eo, quòd esset minor, vel quòd per vim passus fuerit sodomitari quo casu, nec extra ordinẽ puniendus est,vt suo loco dicam,& si non confessus, sed prætendatur conuictus,poterit excipi cõtra testes ex quibus reus prætenditur conuictus, quòd sunt inimici,infames, seu aliàs inhabiles,adeò quòd in omni casu Aduocati admittuntur,& sic vel limitatio non est vera, vel est solùm intelligẽda in sodomita insigni,& notorio,qui nullam prorsus habet defensionẽ,iuxta ea quæ in simili de notorio, & insigni latrone dixi *supr.n.109* aliàs secus,& multum miror Doctores præfatos ita audacter firmasse contrariũ,cum Bal.*in auth. sed nouo iure,n.11.ver.Item circa præsentẽ materiam,C.de ser. fug.* originaliter pro horum opinione allegatus, & in cuius doctrina omnes principaliter se fundant,non loquatur in sodomita,sed in insigni fure,& latrone.

112 LIMITA VI.Vt † licèt Iudex nõ possit reo tollere suas defensiones,bene tamen potest defendendi modum,ac terminũ ex iusta causa restringere,secundùm Ferdã.Vasquez *controuer.Illustr.c.36.n.1.& ibidem.cap.5.n.20.lib.1.*vbi generaliùs probat quòd Iudex ex causa potest omnem iuris terminũ minuere, & alterare, & ab ista restrictione termini minimè datur appellatio de iure ciuili prout etiam probat Menoc.*de arbitr.q.lib.1.q.70.n.4. & seqq.* & limitare tempus ad se defendendum,non est tollere defensiones, secundùm Nell. *de bannit.2.par.secundi tempor.q.2.* Alex.*cons.105.n.9.lib.5.*Carauita.*super ritu magnæ Cur.Vicar.titu 201.n.15.*quos in proposito refert,& sequitur Flam Cartar.*in tract.de exequu sentẽ.capto bannito,capitu.3.num 34.*& faciunt quæ dixi *supra, numer. 26.& seqq.* sed quæ dicatur isto casu iusta causa restringendi defensiones,vide quæ dixi in simili *supra,num.24. de Principe*, & iuxta ibi tradita declara hanc limitationem, quia aliàs non debet esse in Iudicis potestate defensionem restringere.

Hinc † posse Iudicem in atrocissimis, vbi tractatur de re 113
Principis,adsitque timor subornationis, eo defendendo prohibere ne aliquem alloquatur,nisi in præsentia ipsius Iudicis fiscalis,aut Notarij,dixi *sup.n.14* †Et hinc similiter in delictis 114
notoris introductam practicam,reo confesso statuendi terminum ad se defendendum trium dierum,plus & minus arbitrio Iudicis pariter dixi *supra,n.12.*

Et† hinc demum in quibusdam causis Iudicem posse sta- 115
tuere,vt loco copiarum detur Aduocatis originalia, etiam dixi *supra,n.70.in fine*,& aliàs fuisse seruatum,scripsit Claud. Bertaz. *in addit.ad cons. Bertazzoli patris, in cons.130.lib.1. in resolutione illius consilij*, quæ omnia bene etiã apud nos seruãtur,vt dixi ex iusta causa in notoriis,seu aliis prænarratis casibus specialibus,ac iuxta ea quæ dixi *supra n.24.*aliàs secus.

LIMITA VII. In † teste torquẽdo,cui an possint denegari 116
defensiones,& copiæ indiciorum,antequam ad torturam deueniatur,bene aliàs fuit in Vrbe discussum per duos illius tẽporis celebertimos Aduocatos,quorum allegationes hîc inferere non absurdum putaui,tenoris infrà scripti.

Reuerende pater,Petrus Petullus testis,secundùm veram opinionem,quòd non possit torqueri denegata ipsi copia indiciorum cum competenti termino ad se defendendum ostenditur sic.

Nam regula est generalis, † quòd antequam ad torturam 117
contra aliquem deueniatur, debet ei copia indiciorum dari, Mars.*in l.1.in princ.col.3.n.8.ver.3. Requiritur.ff.de q.* Veronen.*cons.crim.65.incip.Decreuit.* Io. Baptis. Ferret.*cons.137. incip.Quod reus.*†& vltra copiam indiciorum dari debet etiã 118
ei terminus ad se defendendum si petatur.*l.vnius,§.cognitu-rum*,& ibi Alber.*ff.de qu.*Guido de Suzzar.*in tract.de indic. & tort.n.26.ver.Sed quid de q.de facto occurrente*, Ang.*in l.de tormentis,col.2.ver.5.si de crim.C.de q.*

Vlteriùs,†& tertiò indicia & defensiones partis Iudex de- 119
bet palàm audire, & disputare, adhibitis clarissimis viris, & causarum patronis, vt maturius causæ criminales, in quibus de graui hominum agitur præiudicio,peragãtur,& discutiãtur,*l.custodias ff. de public.iudic.* & ibi hoc declarat Ang. dicens,quòd in disputatione,An quis sit ponendus ad torturã, requirendi sunt aduocati,tam accusatoris,quàm rei. Cùm igitur regula sit,vt ad torturã non deueniatur, nisi interuenientibus prædictis, secundùm regulam pronunciandum est: † 120
quia habens iuris regulam pro se,dicitur,habere intentionem fundatam,gloss.*in rub.de reg.iur.in 6.*Bar.*in l.quoties.ff.si quis caut.*

Non obstat modò,quòd in testibus torquẽdis adhibeatur illa disputatio circa indicia, quæ exigitur in torquendo reos, & de qua *in d.l.custodias* prout est doctrina Bartol.*in l.vnius, §.Iudex,in 2.q.ff.de q.*quam cõmuniter* Doctores sequi vi- *
dentur,†quia respondetur,quòd ex eo quòd in testibus tor- 121
quendis non seruetur forma *d.l.custodias*,quæ,vt prædictum est,dicit indicia contra reum existentia palàm coram clarissimis viris,& causarum patronis esse disputanda ipso reo præsente,nõ per hoc tollitur,quin debeat dari defensio, & copia indiciorum testi antequam torqueatur.Datio enim indiciorũ est vnum præfixio termini ad se defendẽdum est alterum,& disputatio indiciorum coram clarissimis viris,& causarum patronis est aliud. Sic igitur isti sunt actus, & termini diuersi. Licèt ergo vnum ex dictis tribus tollatur, scilicet disputatio indiciorum palàm,& coram prædictis habenda, quia illa Iudicis arbitrio sine alia disputatione committuntur.

Non tamen tolluntur alia,& per consequens non tollitur quin defensio dari debeat,& copia indiciorum:quoties enim termini sunt diuersi, vno sublato, alius non tollitur,*l.etiam ff.de inofficios.testamen.cum vulgaribus*, qui ergo vult dicere

propter

propter ſublatam ſolennitatem, *l.cuſtodias*, eſſe etiam ſublatam à teſte carcerato defenſionem, hoc probet, *l.ei, qui ff. de probationib.* quia ex diuerſis nō fit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minorib.* & nō probat hoc eſſe, quod ab hoc cōtingit abeſſe *c.in præſentia. de probatio.* Stat enim firma regula, quòd in generali diſpoſitione defenſio non cenſetur denegata iuribus prædictis, niſi ex aduerſo probetur caſus fallētię, quę fallentia debet probari ab eo qui ſtat contra regulam, *l. ab ea parte, ff. de probatio. l. ſuus quoque, v. Non puto, ff. de hæredibus inſtituend.* & iſta propriè fuit intentio Bartol. in dicta *l. vnus, §. Iudex ff. de quæſt.* ſi bene cōſideretur, dum dixit, quòd in teſte torquendo nō debet adhiberi illa diſputatio cum aduocatis, quæ requiritur in torquendo reum, ſed committitur Iudicis arbitrio: loquitur enim de diſputatione quæ erat facienda ſuper indiciis, non autem de termino dando ad ſe defendendum, & de copia proceſſus tradenda: & ita loquitur Paris *in tra. de ſyndica. in cap. incipien. an ſtetur dicto tertij, in fi.* & vt etiam ex ſe colligitur, quia diſputatio ſuper indiciis non fit, niſi poſt factas defenſiones.

122 Et† prædicta ſuadētur euidenti ratione, quia aliàs ſequeretur abſurdū, quòd defenſio ipſi teſti torquēdo, de cuius præiudicio irreparabili agitur, tolleretur, quæ tamen nūquam in quacumque diſpoſitione denegata cenſetur, *c. cum inter*, cum glo. *extr. de exceptio. l. deſertorem. §. ſi ad diem. ff. de re milit.* & quæ defenſio præcipuè nunquam cenſetur denegata contra
123 fiſcum, *l. defenſionis facultas, C. de iure fiſci, libro 10.* † Et quam princeps tollere non poteſt in cauſa criminali, Gramma. *voto 3. Illuſtriſſimæ, n. nono, & ſeqq. etiam de plenitudine poteſtatis*, Marſil. *in practica, §. Expedita, num. 26. & in §. opportunè, numero 61. & in §. vltima quæſt. numero 22.* † Immò vbi eſt li-
124 citum iura tranſgredi ob criminis enormitatem, defenſio ſublata non cenſetur, Mantua *conſilio 14. & 51. in præſenti, n. 86. & ſeq.*

125 Si enim† Iudex præſupponit me eſſe varium, & vacillantē, & ex hoc me vult torquere, cur nō debeo poſſe probare cauſam & rationē varietatis, & vacillationis me excuſantē? Et ſimiliter ſi dico, *nō recordor*, & Iudex dicat, *eſt caſus in quo de hoc tu recordaris*, cur ego nō debeo poſſe probare labilitatē meæ memoriæ, vel multiplicitatem negotiorū meorū, vel alias ſimiles cauſas excuſantes? Et ſi Iudex adducit cōtra me, qui sū teſtis carceratus, vnum vel duos teſtes deponentes me interfuiſſe facto, & me eſſe informatū de illo, & ob id velit me tāquam teſtem informatum, & veritatem dicere recuſantem torquere, cur ego non debeo poſſe me defendere, & probare illos teſtes inimicos putà, vel falſos, & me illi facto nō interueniſſe? certè nulla ęquitas ſuadet teſti tolli facultatē ſe defē-
126 dendi, † quinimò ratio naturalis admittit ſuam defenſionem, quæ ratio naturalis ſufficiat pro lege, *l. cùm ratio, ff. de bon. damnat. l. ſcire oportet, §. ſufficit. ff. de excuſat. tuto.*

127 Et† quòd defenſio teſti nō debeat denegari: ex mente omnium Doctorum *in c. quoniam contra, extr. de prob.* vbi maximè Abb. *colu. 19. ver. quòd Iudex reperit teſtes vacillare*, dicit poſt Innoc. quòd teſte variante, vel vacillante debet id Iudex ſcribi facere per Notarium præſente, & audiente ipſo teſte, vt ſit illi contradicendi facultas, ſubdens non eſſe mirandum, ſi teſtis præſentia requiratur vt illius cōtradictio audiatur, quia ſua intereſt, cùm ex hoc veniat puniendus, ſequitur Dec. ibi, *n. 464. ver. Secundò Abbas concludit*, & dicit Anchar. *ibidem, n. 14.* quòd immò prædicta debent notificari teſti, dicendo ei, *tu vacillas, tu titubas*, & Lanfranc. *ibid. in princ. n. 28.* dicit quòd ſi teſtis voluerit ſe defendere, audiēs Notarium ſcribētem de vacillatione, debet audiri. Ex eo igitur dicunt Doctores prædicta debere ſcribi teſte præſente, & illa debere ſibi notificari, vt eius reſponſio, & contradictio audiatur, cùm ſua intereſſit, colligitur rectè conſiderando, quod teſti torquendo defenſiones non denegantur.

128 Et† ad quæ etiam facit, quia ſi in teſte torquendo in caput alterius admittuntur priùs exceptiones, & probationes tertij ad excluſionē torturæ ipſius teſtis, ne ille ſuperfluè torqueatur, Bar. *in l. 1. §. ſi quis dicatur, ff. de quæſt.* multò magis debēt admitti, quando exceptiones, & defenſiones proponuntur ex perſona, & ex iure proprio ipſius teſtis torquēdi, quia potentius eſt ius quod proponitur ex propria perſona, quam aliena, *l. item fundi, §. aucupiorū*, & ibi Paul. de Caſt. *in lectura Auenionen. ff. de vſufr. & in l. more. ff. de iuriſd. omn. Iud.*

Et iſta videtur eſſe mera veritas, † & ſi cundùm iſtam opi- 129
nionem alias ſępius fuit reſolutū, & pręcipue in tribus cauſis notabilibus, quarū vna fuit cauſa veneni de Cinquinis, in qua tres Iudices, ſcilicet D. tunc Gubernator Vrbis, & D. Senator, ac Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Sagonen. dederunt defenſiones Andreæ de Bertinorio, teſti vario, & vacillanti, antequam illum torquerent: & ſecūda fuit cauſa Capitanei Thadei de Fano tempore Pauli IV. in qua tres Iudices Rotales in foro Gubernatoris idem ſeruarūt: & tertia fuit cauſa Ferratina, in qua datæ fuerunt defenſiones Magiſtro Marino Aromatario.

Franciscvs Coltellvs Advocatvs.

REuerende pater quotidiana & grauis eſt præſēs quæſtio de teſtibus torquendis denegata copia indiciorum, ideo accuratè attingenda, *l. legaui. ff. de libera. lega. cap. vbi periculum, de elect. in 6.*

Et† quòd poſſint torqueri non data copia indiciorum, pri- 130
mò facit, quia teſtes in duobus tātùm caſibus poſſunt ſubiici quæſtioni, videlicet ſi negēt ſe interfuiſſe facto, & de mēdacio cōuincantur, & ſi dicant ſe interfuiſſe, & recuſent dicere veritatem, vel ſi vacillent in ea dicenda, *l. vnius §. teſtes, ff. de quæſt. l. ex libero, ff. eod.* † Et vtrobique Bart. vbi dicit ſuffice- 131
re vnum teſtem, qui dicat eum interfuiſſe, cùm vnus teſtis faciat indicium, *l. ſi quis, Cod. ad l. Iul. maieſt.* idem Bart. *in l. 1. poſt principium, & in §. qui quæſtionem, ff. de quæſt. col. 2.* vbi sētit, quòd teſtes poſſunt torqueri, ſi ſit præſumptio contra ipſos de ſcientia facti, vel ſi vacillent, Bal. *in l. data opera, n. 3 5. C. qui accuſ. non poſ. & in l. 3. C. de adul. & in l. milites, col. prima in fine, C. de quæſt.* vbi dicit alterum ſufficere pro tortura teſtis, vel quòd præſumatur ſcire veritatem facti, vel quia 132
vacillent, ſubdens poſſe torqueri vſque ad numer. trium teſt. idem refert, & ſequitur Ang. *de malefic. in verbo, compareat, & totum negant. n. 18. & in verbo, Fama publica, n. 49.* Gandin. *de quæſt. & tormen. n. 8.* quibus etiam addi poteſt tex. *in l. preſbyteri*, & ibi gl. *in verbo, præcipiunt, C. ne Epiſcop. & cler.* † vbi quòd etiā clericus teſtis poteſt torqueri, & tex. *in l. fal-* 133
lacuer, §. ſi quis ingeniorum, C. de abolit. & in l. nullū, & ibi gl. *in verb. quæſtionem. C. de infam. & in Auth. de teſt. §. ſanctimus, & in §. ſi verò ignoti*, Veronen. *conſ. criminal. 61.* Salicet. *in l. fina. colum. 2. ver. Aut productus in teſtem, ff. de quæſt.* Gramm. *conſ. 40. n. 21. & voto 31. n. 20.* Abb. *in c. cum in cōtemplatione, col. fi. de reg. iur.*

Vnde cùm ex præmiſſis appareat, quòd tortura infligatur teſti ſolùm pro veritate eruenda, & in facto proprio ſuccedit dictum Bald. *in l. 2. col. 3. C. vt lite pendēte.* † quòd ſicut in facto 134
proprio præſumitur per calumniam peti terminus deliberatiuus, *argumento l. ſi. ff. pro ſocio*, & quemadmodū poteſt Iudex calumnioſum reum non audire, vt notat Innocen. *in cap. poſt electionem, de conceſſ. præb.* quem ſequitur Alex. *in conſ. 65. n. 1. li. 1.* & pariter, & multò magis poteſt denegari copia indiciorū propter timorem ſubornationis: † facit etiam glo. *in l. 2. C. de* 135
iurament. calumn. quæ vult, non eſſe dandam copiam poſitionum debentibus reſpondere de facto proprio, nē inſtruātur ab aduocatis ſuper reſpōſione, & facit etiam quod voluit Iaſ. *in l. is apud quem, C. de eden.* limitando regulā ſuper cēdis actis publicis tam ciuilibus, quàm criminalibus. & de danda copia indiciorum parti, per doctrinam Bar. *in l. ſi. ff. de quæſt.* quem ſequitur Alexand. *d. conſ. 65. n. ſecundo. lib. 1.* † Dicit nō 136
procedere in interrogatoriis teſtium, quorum ſi daretur copia, præſtaretur materia ſubornationis, ad gl. *in c. 2. in verbo, interrogatoria, de teſt. in 6.*

Et † hanc opinionem in neutro ex caſibus præfatis eſſe 137
dandam copiam indiciorū teſtibus, antequam torqueantur, tenet Bar. *in l. vnius, §. Iudex ff. de quæſt.* & ibi Alexād. *in apoſtil.* dicens, quòd in examinādis indiciis, quæ cauſam principalem tangūt contra teſtes, nō eſt adhibēda diſputatio, quæ reperitur circa reos antequā torqueantur, iuxta tex. *in l. cuſtodias, ff. de publ. iud.* vbi dicitur, quòd rei cuſtodiri debēt palā, & cum aduocatis audiri, antequam contra eos deueniatur ad rigoroſam cognitionē, quod & repetitum eſt *in l. vnius. §. cognituros. ff. de q. & in l. ſi poſtulauerit, §. quæſtio. ff. de adult.* & hanc Bart. doctrinam declarat Salic. *in l. de tormentis. col. pen. v. Quæro. an de indiciis, C. de q.* vbi dicit, quòd de illis tantum

indiciis

indiciis debet fieri copia, super quibus est disputandum, inquit Bart. *in dict. §. Iudex*, non debet dari copia, quia cui de-
138 negatur consequens †, denegatur antecedés, & è conuerso, & cui prohibetur finis, prohibetur omne id per quod peruenitur ad illum finem, *l. ad rem mobilem, C. de procurat. l. oratio. ff. de sponsal. l. 2. ff. de in ius vocan. omn. iud. cum ibi notatis*, & opinionē Bar. refert & sequitur Ang. *de malef. in verbo, Fama publica, n. 29. v. Quero*, an in casu, in quo testes pro indiciis habendis, & etuendis sunt torquendi, vbi dicit quòd Aduocati testium non debent videre indicia, quæ sunt contra eos: secus quādo agitur contra malefactorem. Ratio diuersitatis manifestè apparet, tum ex supradictis, tum quia non potest argui de principali reo ad ipsum testem in materia torturæ vt notat Bar. *in*
139 *l. fi. C. de q. in fin.* † vbi dicit, quòd in tortura rei requiritur perseuerantia: secus in tortura testis, & sentit Albert. *in l. edictum, n. 2. v. Sed certè, ff. de q.* vbi pariter facit non valere argumentum de tortura criminosi ad torturam testium, *& in l. vnius §. cognitarum, n. 2 ff. eod.* vbi dicit defensionem solùm dandam esse reo petenti, vel non petenti, *per text. in l. 2. C. vt infra cert. tem. & in l. 3. §. si ad diem ff. de re milita. & in l. facultas defensionis, C. de iure fisci, lib. 10. & in l. fi. C. de bon. vaca. eodem lib. & in l. omnes, qui vbique, C. de Episco. & cler.* quæ iura præcisè loquuntur de reo, non autem de teste.

140 Comprobantur præmissa optima ratione, † quia in reo tortura tēdit ad confessionem delicti, & sic principaliter ad pœnam quæ est odiosa: meritò fauorabiliora sunt iura, vt in eius processu mitiùs procedatur: in testes verò finis torturæ est inquisitio & inuentio veritatis, quod est fauorabile, meritò magis strictè proceditur, ne nimia indulgentia veritas obumbretur: & propterea, vt inquit Bar. totum committitur Iudicis arbitrio, cui salus carceratorum non minùs cordi esse debet, quàm propria, & per hanc rationem comperio aliàs fuisse resolutum pro opinione Bar. in vna Toletana prætensæ falsitatis, & subornationis, in qua fuit Iudex Reuerendiss. Gubernator, Locumtenens Reuerendiss. D. Auditoris Cameræ, adiuncto sibi Locumtenente tunc ipsius D. Gubernatoris.

141 Nec dicatur, † quòd ex quo testis dicitur falsarius etiam subticendo veritatem, vt per Ang. *in Auth. de testib. in princ.* propter quam falsitatem potest, & debet puniri, *l. nullam, C. de testibus.* ideo est sibi concedenda copia defensionis, prout aliis reis: quia respondetur, quòd contra testem nō potest dici principaliter agi ad effectū ipsum puniendi de crimine, quod adhuc non dicitur perfectum, & consummatum, sed dumtaxat ad eruendum veritatem, ideo non attenditur quod in cōsequentiam euenire potest, vulgata *l. non omnis. ff. si cert. per.* a-
* aliàs destrueretur penitus * communis conclusio; & obseruātia, cùm impossibile sit separare crimen testis vacillantis ab ipsa vacillatione, nec daretur differentia inter testem, & malefactorem, quod est contrarium omnibus doctrinis, & rationibus scribentium.

142 Nec etiam dicatur, † sequi absurdum, quasi denegetur defensio, quæ tanquam iuris naturalis, nec etiam diabolo est
143 deneganda, vt per Hostien. *in cap. cum inter, extra de excep.* † nec intelligitur vnquam sublata sub prætextu cuiusuis arbitrij, vt not. *in Clem. sæpe, in verbo, defensiones, de verbo. significatio. & in Clem. Pastoralis, de re iudica.* per Barto. *in l. filius familias, ff. de dona. & extrauagan. in verbo, videbitur.* nam, vt suprà dictum est, ex copia indiciorum danda testibus, oritur potiùs causa subornationis, quàm auxilium defensionis, cùm in facto proprio cadat obliuio, & in probanda veritate non
144 fit noua defensio: † nec est nouum, quòd ex aliqua probabili causa possit tolli defensio, secundùm Angel. *in l. si sic. ff. de leg. 1. text. in l. cùm mulier, ff. solut. matrim.* Dec. *in rubr. de appell. n. 10.* vbi dixit, quod iura in pluribus casibus concedunt quem posse puniri nulla data defensione, per textum clarum *in l. fina. C. de sicar. & in l. adulterij, C. de adult.* ibi, *quæstionem habēdam, sine cuiusque defensione*; quas leges ante ipsum citat Alb. *in l. omnes qui vbique, colum. 1. in fine, C. de Episcop. & cle.* vbi declarat, illud quod dicitur defensionem tanquam de iure naturali non posse tolli, procedere in defensione verè naturali: sed defensio quæ datur petenti, vel non petenti est iuris ciuilis, & de facili potest tolli, vt ibi per Albe. *col. 2.*

Ex quibus resultat vera conclusio, quòd cōtra Petrum Petullum testem varium, vacillantem, & negantem dicere veritatem, pro qua eruenda principaliter instatur, potest deueniri ad torturam denegata copia indiciorum, accedente maximè,
† quòd vt mihi præsupponitur, dictus testis est vilis persona, 145
quæ potest torqueri etiam sine indiciis, secundùm Bal. *in l. milites, C. de q.* quem sequitur Ang. *de malef. in v. Fama publica, n. 93. v. Tu autem adde.* Et nedum testi, sed etiam reo, si est 146
vilis persona, & malæ famæ, nō est danda copia inquisitionis, & testium, ad Sal. *in l. milites, in verbo, an de indiciis, C. de q.*

Honofrius Camaianus Aduocatus fisci.

QVid dicendum? † licèt ea, quæ scripsit, & cōsiderauit doctissimus primus scribēs subtiliter, & multùm bene explicata appareant, & forsan non omnino euacuata per alterū fisci Aduocatum, vltima tamen opinio negatiua, & sic sustinendo propositam limitationem, cum infrascriptis tamen declarationibus, sine dubio magis communis * est, & magis in * practica seruata. & eam apertè sequitur Brun. *de ind. & tort. 2. pa. q. 4. n. 15.* vbi refert doctrinam Bar. *in d. l. vnius §. Iudex, ff. de quæst.* Boss. *in tit. de ind. & considerat. ante tortu. n. 81.* vbi quòd quando agitur de varietate, vel mendacio testis, Iudex à se ipso considerat, an sit torquendus, nécne, non aliter admissa disputatione aduocatorum, & consequenter nō data copia indiciorum. Et certè, inquit Bossius, cum ratione, quia differēdo, & disputado, veritas magis occultaretur ex instructionib. quæ eo casu ipsis testibus fierent, quod & latiùs reasūpsit idē Boss. *in tit. de tortu. test. n. 39.* vbi quòd si testis torquendus est ex aliquo indicio, quod resultet ex dictis quæ causam principalem tangant, iuxta doctrinam Bartoli *in d. l. 1. ad finē principij ff. de quæst.* vt putà quia si mendax, iuxta *l. vnius, §. testes, ff. de quæst.* vel vacillans, *iuxta l. ex libro, ff. eodē*, vel varius siue contrarius. Et tunc licèt discutiendum sit, an possit, vel non possit testis torqueri hæc tamen discussio soli Iudici, & illius arbitrio absque Aduocatis committitur, iuxta doctrinam Bar. *in d. §. Iudex.* vbi licèt rursus iura per eum allegata non multū hanc limitationem probare videantur, prout ipse Boss. eo loci considerauit: opinio tamen Bar prout pariter idem Boss. testatur, in practica seruatur, & non solùm communis * est, sed ne- *
mo illi contradicit, & Boss. refert, & sequitur Clar. *in pra. §. fi. q. 25. v. Solet dubitari*, vbi etiā ex Ant. de Canario, quem allegat, *in tra. de q. in 2. membro, n. 52.* ita dicit obseruare consuetudinem, de qua etiam testatur Ioseph. Lud. *in suis commun. opin. concl. 38. v. Secundus casus, & v. Primus casus*, vbi idem quando torquetur reus pro habenda præcisa responsione.

SVBLIMITANDA videtur † hæc septima principalis li- 148
mitatio, vt procedat, quando de variatione seu mēdacio conuincitur reus ex suo proprio dicto, seu confessione, aduersùs quā cùm probabiliter nihil deducere possit, cùm certū sit testē esse variū, seu mendacē: tunc videtur iure optimo, & non datis defensionibus cōtra ipsum posse ad tortūrā procedi per superiùs allegata: verùm si de mēdacio testis cōstaret aliunde, vt putà per testes alios, qui dicerēt ipsum testē fuisse præsentē alicui delicto, & ipse negaret: tunc non videtur de iure ipsi posse auferri facultatem probandi si petat) illos testes contra ipsum examinatos esse, vel falsos, vel inimicos, vel aliàs de iure inhabiles, & nō probātes, per ea quæ deducta sunt *suprà, n. 125.* quæ multùm in proposito stringūt, & in terminis cōprobat Franc. Personal. *in tra. de ind. n. 31. & 34.* vbi propterea reprobat Boss. *in ti. de test. n. 39. v. Non tamen semper*, dicentē, ꝙ indistinctè propter timorē subornationis sibi magis placet, quòd testi denegentur defensiones, etiam quòd de mendacio aliūde, quā ex suo dicto cōuincatur, nec dissētire videtur Foll. *in pra. cri. in verbo, capiat informationē, n. 38. v. Item est aduertendū, folio mihi 14.* Non enim in datione copiarum, & defensionum est attendendus timor subornationis, vt suprà probaui, *n. 68.* & si talis timor attenderetur, nunquam reō darentur defensiones, quia semper potest dubitari, vt reus à suis aduocatis, & patronis instruatur, & tamen eas debere dari, iura sunt certissima: ergo etiam debent dari ipsi testi, non obstante timore prædicto: & ego non habeo notitiam in Vrbe, tempore meo contigisse casum, in quo testis de mendacio conuictus, per alios testes petierit, seu alius pro eo, indiciorum copias, & propterea indistinctè vidi testes verisimiliter informatos, & recusantes dicere veritatem tortos in secretis carceribus, etiam denegata copia indiciorum

& hoc

& hoc quidem de plano procedit, ac etiam de iure,quando, vt dixi,copiæ non petuntur , vel si petantur constat, vel ex propria confessione testis , quòd fuit præsens delicto, & tamen recusat dicere veritatem , vel ex aliis præsumptionibus probabilibus , ex eiusdem testis confessione profluentibus, quòd est verisimiliter informatus , verùm si de hac verisimili scientia constaret aliunde,quàm ex dicto testis putà (prout sunt termini propositæ limitationis)quòd de hoc cõuinceretur per alios testes,& tunc si mihi peterentur defensiones,& Iudex essem,illas credo,quòd non denegarem,nisi de aperta petentium calumnia mihi constaret. Durum enim est vt innocens torqueatur quis siue reus,siue testis,quod facilè posset contingere denegando illis defensiones,& propterea non miror, si aliàs in Vrbe concessæ fuerunt , prout testatur doctissimus ille scribens,de quo *suprà,n.*129.

Et licèt contra hanc sublimitationem nimis animosè sentiat,& de communi in contrariũ testetur Sigismundus Scaccia *in tract.de iudic.caus.ciuil.& crimin.cap.*100. *post n.*16.*in vers.si non fugillat*,tu tamen ab ea non recedas,cùm rationes, quibus se fundat ad contradicendum huic opinioni,sint friuolæ. Dum enim primò dicit copias isto casu esse denegandas propter timorem offuscationis veritatis,& subornationis testium,debebat animaduertere, quòd de iure talis timor nõ sufficit ad denegationem copiarum , vt probaui secundùm veriorem & receptiorem sententiam,*hac eadem quæstione suprà,n.*68.*& seqq.* Dum autem secundo loco mouetur,quia testes non nisi leuiter torquentur, leuis autẽ tortura non dicitur tortura,vt ibi per eum,secundùm vnam opinionem,leuissima omnino est hæc obiectio, cùm,prout omnes sciunt, & practica quotidie seruat , nec etiam ad leuem deuenitur torturam, nisi datis defensionibus , & copiis indiciorum. Et dum tertiò facit differentiam inter torturam rei. & torturam testis,quia scilicet reus torquetur in caput proprium , vt ipse puniatur,testis verò punitur in caput alienum,non autem,vt puniatur: Ergo in teste non est necessaria defensio,prout in reo. Consequentia est falsa , tum quia testis tacendo veritatem,dicitur committere falsum, vt hoc loco dixi,& si postea tortus fateatur, potest de falso puniri , tum etiam quia etiam quòd non puniretur , cùm tortura sit maior pœna, prout dicunt Doctores, quàm vtriusque manus abscissio , nescio videre , cur & ipsi testi non sit concedenda isto casu defensio propter grauissimum præiudicium, quod incurrit ex tortura. Et demũ dum ipse cedit frustrà concedendã testibus defensionem pro repulsando alios testes contra ipsum examinatos, ex quo talis repulsa non sit concedenda , quia contra ipsos nihil deponunt,labitur certè iste Describens,quia satis testes contrà deponunt , cùm de mendacio eos arguant , illósque torturæ ex eorum depositionibus subiiciant. Non itaque recedas à proposita limitatione,quæ verissima est.

149 SVBLIMITA II.Eandem†septimam limitationẽ,vt procedat,quando testis torquetur,vt suprà dixi,tanquam varius, vacillans,mendax, seu aliàs verisimiliter informatus & recusans dicere veritatem. Quòd si torqueatur tanquam seruus, tanquam criminosus , seu aliàs infamis , secus est, quia tunc priùs disputandũ an testis sit talis, prout bene hanc sublimitationẽ probare videtur tex. *in l.*1.*§.si quis dicatur, & in l.si quis ne quæstio,ff.de quæst.*per quæ iura ita in specie affirmauit
150 Bos.*d.tit.de tort.test.n.*38.*& n.*40. Vbi infert,† quando quis torquetur tanquã socius criminis,quo casu dicit ipsum posse torqueri absque alia disputatione,& defensione, *& in tit. de manda.ad homicid.num.*30.*vers.Hoc etiam apparet*,vbi quòd ita seruat vniuersus mundus,& Bossium, *vbi suprà*,refert & sequitur Franc.Personal.*de indic.& tort.n.*32.& licèt Clar.*in dict.q.*25.*eod.vers.solet dubitari,in fine*,dicat se nunquam vidisse in practica hanc sublimitationem seruari, prout certè nec ego memini illam vllo vnquam tempore seruatam:non id tamen causatur ex eo , quòd sublimitatio non sit vera in iure , sed quia nunquam Iudices torquent testes tanquam seruos , viles,infames , criminosos,seu etiam socios criminis, nisi de tali qualitate constet ex eorum propria confessione, vel aliàs notoriè : de quo casu frustra. & calumniosè petitur disputatio,& defensio. Verùm si ex testium confessione, vel aliàs notoriè non constaret,quòd ipsi torquendi tanquam serui,infames,ac criminosi essent tales,sine dubio sunt desuper audiendi in eorum defensionibus per præallegata iura.

SVBLIMITA III. Vt eadem septima limitatio procedat, quando quis est testis simpliciter,& sic nõ inquiritur ipse de delicto;secus si esset testis , quoad alios,& principalis quoad se.(Ista enim est propria formula cõstituendi reos,quos fiscus prætendit deliquisse cum sociis,& complicibus vt per Foller. *in tract.crim.in verbo capiat informationem,n.*38.& per Carauit.*super ritu magnæ Cur.*79.*in fi.*quos nuper refert,& sequitur Flam.Carta.*in pract.interrogan.reo.lib.*3.*c.*3.*n.*11.) quia tũc nõ potest denegari ei copia indiciorũ,vt in terminis voluit Foll.*in pract.crim.dicto verbo,capiat informationem,n.*38. *fol.mihi* 23.& sequitur Flam.Cartar.*dicto cap.*3.*post n.*16.*&* 17.vbi quòd isto casu reputatur principalis,& non testis , & quòd seruantur in eo omnia quæ seruantur in principali reo, & consequenter concedendæ sunt indiciorum copiæ & defensiones,& est ratio, quia in mixtis semper attendi debet id quod magis fauorabile est,sempérque à fauorabiliori regulatur,secũdùm Ias.*in l.*2.*n.*5.*vers.vltra scribentes,ff.de verb.obl.* Anch.*cons.*70.*in prin.*cũ aliis per Menoc.*in* 3.*remed.retinen. poss.n.*678.*& seq.* Contra.*in l.vnica, C.si de momentan.poss.in* 2.*limit.*25 *&* 27.Steph.Lamb.*de contract.glos.*2.*n* 9. Ioseph. Ludou.*dec.Lucens.*26.*n.*22. præsertim quando illud, quod est magis fauorabile,est etiam magis conforme iuri cõmuni (prout in casu nostro) Abb.*in c.super quæstionum,§.si verò, in vlt.notab.de offic.deleg.*Anch.*cons.*37.*ver. venio ad secundum.* Riminal.*in l.Imperiũ,n.*105 *ff.de iurisd.omn.iudic.*Natta *cons.* 463.*n.*19. *lib.*2. & ista sublimitatio est verissima , & à bonis Iudicib. practicata , quicquid in contrarium sensisse videatur idem Ioseph.Ludo.*luc.concl.*38.*ver.secundus casus.* Et multò magis procederet, si examinatus esset te vera reus,& Iudex malitiosus illũ examinaret vti testem.Iudicis enim malitia non debet illi nocere,quin debeat habere copias indiciorũ,quia modus examinandi non facit testẽ quẽ reputari, qui reuera sit reus,vt latiùs deduxi *infra,q.*43.*n.*5.*& seqq.*Nec à prædictis dissentit Sigismund. Scaccia *de iudic. caus. ciuil.& crim.cap.*100.*n.*16.*ad finem,vers.ideo contra fiscum*, vbi licèt ipse tacita monitione dicat aduertendum,quod Carauita *vbi infra*,per me allegatus *ritu* 79.*in fi.*non asserit illud,ad quod allegatur,ego tamen valde miror,quomodo hoc ipse affirmare ausus fuerit,si bene perlegit ad quod propositum allegaui Caraui.in præcitato loco, & si etiam bene inspexit,aut inspicere voluit dicta ibi per Carauitam.Nec in hoc opus est longiore sermone,postquam eius,quod suprà scripsi,& quod etiam scripsit Carauita,lectura omnibus patens est.

LIMITA VIII. Principalem†regulã non procedere,quan- 151
do furto facto in aliquo hospitio torquentur familiares hospitis ad inueniendum furtum,iuxta ea quæ dixi *supra,q.*37. *n.*158.*hoc eod.tit.*nam tunc cùm in huiusmodi causa sit summariè procedendum,prout argumento text.*in l.quoties,& in l.de submersis,C.de naufrag.lib.*11.scripsit Bart.*in l.in eos,*§.*fi. in fi.ff.fur. aduers.naut.* idcirco defensiones fore denegandas videtur fuisse de mente Paridis de Put. *in tractat.de synd. in verbo,tort.tl* 2.*c.*3.*incip.licèt aliàs dicatur,in prin.* quẽ in proposito refert & sequitur Ægid. Bos.*in tit.furti aduers. naut. n.*3.& Bossium pariter referendo,sequitur Franc.Personal.*in tract.de indic.& tortura,n.*36.

Verùm†ista limitatio sicut in se de iure vera nõ est,ita nec 152
apud nos in practica recipitur, dantur etiam isto casu defensiones si petantur:non enim sequitur,summariè in hac causa proceditur,prout voluit Bar.*in d.l.in eos,*§.*fi.*ergo denegandę sunt defensiones:quia,vt suprà deduxi,*n.*15. *& seqq.* defensiones non possunt denegari à quocunque Iudice habente liberum,& absolutum arbitrium , nedum potestatem procedendi summariè. † Et cùm defensio sit de iure naturæ,nun- 153
quam prohibita censetur,vt pariter probatũ est *supra,n.*122. & pluribus comprobat Mars.*sing.*163 & Aym.*in pract.*§.31. *c.*42.quare non video,quomodo Paris de Put.& Bos.in locis præcitatis noluerint isto casu posse denegari per Iudicem defensiones,eo præsertim,quia,vt etiam suprà scripsi,*hoc eod. tit.q.*37.*n.*160.non possunt pro furto in hospitio hospitis familiares torqueri, nisi sint malæ famæ:ergo danda est eis dilatio;& terminus ad se defendendum, ac ad probandum bonam famam,prout in simili argumentatur idem Fran. Personal.*in d.tract.de indic.& tort.n.*27.

LIMITA IX. Quia † indiciorum copiæ non dantur, nisi 154
publicato processu,nec reo,nec accusatori, etiam si eas accu-

sator peteret pro interesse fisci, per regulam *l. non debet actori, ff. de reg. iur.* scripsit Bossi. *in tit. de indic. & considerat. autor. n.* 82. vbi seruatur, sequitur Clar. *in pract. §. fin. q.* 49. *vers. danda est*, vbi tamen quòd etiam ante publicationem processus quandoque à Iudicibus ostenduntur accusatori examina reorum, vt meliùs sciant fisci partes tueri, & subministrare indicia, sed non nisi ex magna causa in atrocibus delictis, & in quibus difficile est aliter habere indicia, & Clarum *vbi supra*, pariter refert Bonacos. *in commun. opin. 1. part. vers. indiciorum copiam petens, in fin. fol. mihi* 89.

Et hinc est, quòd testes pro Curiæ informatione examinatos, & non repetitos potest Iudex non publicare, & consequenter eorum copiam denegare, cùm sic informiter examinati reo non noceant, & propterea eius non interfit copias habere, secundùm Salic. *in l. fi. in vltima quæstione, C. de quæst.* Socin. *in l. 2. n. 5.* & ibi etiam Dec. *n. 21.* & Cagnol. *n. 32. C. de eden.* Vulpell. *conf. 102. n. 3.* Vbi & aliâ videntur redolere ratione, quia scilicet tales testes pro informatione Curiæ recepti non dicuntur de actis; & inde sequitur alia cõclusio, quòd quæ ad Iudicis instructionem fiunt partibus non eduntur, secũdùm Rip. *in d. l. 2. n. 11. col. 3. vers. Quarto declaratur*, & ibi etiã Dec. *n. 20. vers. secundo fallit, col. 4. C. de eden.* & voluit in specie Fulu. Pacia. *in tr. de prob. lib. 1. c. 65. n. 80. iuncto n. 121.* allegans in proposito eundem Rip. *in d. l. 2. n. 9.* Dec. *in c. 1. n. 259 in 8. fallen. extra de prob.* & fuit doctrina Ang. *in l. fi. ff. de quæst.* quam etiam refert Maran. *de ord. iud. par. 6. tit. de inquis. n. 8. in fi.* post Brun. *in tract. de ind.* in loco per eum relato, & * hanc declarationem * communiter à Doctoribus receptam esse testatur Fran. Call. *in add. ad eundem Pacia. n. 80. litera V.*

Verùm quicquid præfati Doctores dicant, sicut hęc declaratio apud nos non recipitur, cùm dentur copiæ omnium testium examinatorum etiam parte non citata, & non repetitorum, ita etiã nec eam in iure subsistere posse existimo. Certũ enim est quòd inquisito danda est copia non solùm actorũ, vt dixi *supra. n. 89. in 22. ampliatione*, sed etiam omniũ actorum, ad tex. *in l. 1. §. edenda sunt omnia, ff. de eden.* & in specie scripserunt Ias. *in d. l. 2. n. 6. vers. ego teneo contrariũ, C. de eden.* Maran. *de ord. iud. 6. par. rub. de edi. actorũ, n. 45.* Asin. *in pract. lib. 1. §. 25. c. 7. n. 3.* Bertaz. *conf. 130. n. 1. lib. 1.* Ergo exhibendæ etiam sunt depositiones testiũ pro Curiæ informatione examinatorum, quæ & ipsæ dicuntur de actis secundùm Curt. iun. post Dec. quem allegat *in d. l. 2. n. 10. in fi.* Sic etiam danda est copia non solùm indiciorum, vt dixi *supra* in regula, sed integra indiciorum copia danda est, secundùm Foller. *in pract. crim. in verbo, detur copia, capitulo, n. 2.* Capic. *decis. 74. n. 3.* Iacob. Leonissa *conf. crim. diuers. 55. n. 5. lib. 1.* Bertaz. *conf. 130. n. 1. lib. 1.* Franc. Personal. *de indic. & tort. n. 28.* vbi ampliùs quòd danda est copia totius processus, ergo pariter dãda est copia testium pro Curiæ informatione examinatorum, quamuis non sint repetiti, quia licèt non faciant plenum indicium, faciunt tamen aliquam præsumptionem, vt plenè probaui *in tract. de testib. q. 72. n. 89. & seqq.* & sic non est vera ratio considerata per Soc. *in d. l. 2.* quia scilicet rei non interfit tales copias habere, prout etiam & hanc rationem in specie improbat Curt. iun. *in d. l. 2. n. 10. in fi.* Et dato quòd tales testes non nocerent reo, adhuc tamen ipsius interest eorum depositiones videre, quia poterunt aliquid ad sui fauorẽ & contra fiscum deponere. Quo casu satis plenè probant, etiam quòd pro informatione Curiæ solùm fuerint recepti. Et per istã rationẽ, quæ iudicio meo est inconuincibilis, meritò, vt dixi, introductum fuit in Vrbe, vt dentur copiæ depositionum omnium testium, etiam non repetitorum, & hanc practicam seruandam esse in toto statu Ecclesiastico expressè declarat Maran. *vbi supra, d. tit. inquisit. n. 8. in fine, iuncto n. 10.* & seruari etiam testatur Flam. Cartar. *in pract. interrogan. reor. lib. 3. cap. 3. num. 60. iuncto num. 67. & 69.*

155 LIMITA X. Quia † si delinquentes sint plures, quorum vnus sit carceratus, alij verò aufugerint, licèt videatur de iure, secundùm aliquos, non debere differre processum, & causam dicti carcerati, ex eo quòd fiscus intendat priùs esse requirendos & condẽnandos absentes, & horum opinionem * dixerit * cõmunẽ Bossi. *in tit. de sen. n. 85.* Practica tamen seruat contrarium, quia isto casu reo præsenti & carcerato non dantur copiæ indiciorum, nec publicatur processus, nisi priùs ipsis contumacibus condemnatis, prout etiam fatetur Bossi. in loco præcitato, & ita in facti cõtingentia seruasse Mediolani Senatum, testatur Clar. *in pract. d. q. 49. ver. sed pone, quòd plures*, vbi etiam † quòd isto casu in copiis indiciorum, quæ dan- 156
tur reo, non apponuntur nomina consociorum delinquentium condemnatorum, nec ea quæ ad eos pertinent, & Clar. *vbi supra*, refert & sequitur Bonacos. *in commun. opinio. part. prima, vers. indiciorum copiam petens. fol. mihi* 89. & secũdùm istam limitationem, passim quoque in Vrbe practicatur.

SVBLIMITA Hanc † decimam limitationem in eo, quod 157
dixi in copiis indiciorum reo præsenti cõcedendis esse delẽda nomina consociorum delinquentium cum his omnibus, quæ ad eos pertinent, non procedat, quando ex tali deletione, in aliquo etiam minimo tolleretur ipsi reo præsenti facultas se defendendi, cui tunc omnia sunt exprimenda, vt apertè sensit Clar. *in dict. vers. sed pone, in fin.* & ante Clarum hoc idem apertè tenuit Foll. *in pract. crim. in verbo, detur copia capitulorum, num. 12. fol. mihi* 271. vbi dicit hoc esse valde notandum.

LIMITA XI. Quòd † licèt Foll. *in pract. d. verbo, detur co-* 158
pia capitulorum, n. 1. in fine, fol. mihi 269. dixerit copias indiciorum esse dandas reo expensis querelantis, eius tamen opinio sicut in se vera non est de iure, ita nec in practica recipitur prout etiam apud eum contrarium vsu receptum, testatur Clar. *d. q. 49. vers. sed nunquid tenetur, in fi.* quem etiam refert Bonacos. *vbi supra, d. par. 1. vers. indiciorum copia est danda reo, in fi. fol. mihi* 89. † Bene verum est, quòd si reus sit adeò
pauper, vt non possit copias indiciorum reluere, debent ei per 159
Iudicem gratis dari, ad text. iuncta gloss. *in l. tam dementis, C. de Episcop. aud.* cum aliis per Foll. *in pract. in verbo, etsi confitebuntur, in 3. part. 3. partis. n. 55. fol. mihi* 324. & in Tribunali Illustrissimi Domini Auditoris Cameræ habemus Bullam Pij IV. super reformatione illius tribunalis, de qua *in Bullario, 1. part. est in ordine illius Pontificis Bulla 74. incip. inter multiplices, vers. insupr præfatus Auditor, in fi. fol. mihi* 756.

LIMITA XII. Quia † quicquid fit ante torturæ inflictio- 160
nem, in repetitione, & continuatione torturæ (vbi de iure repetitionis locus est) denegantur copiæ indiciorum, & defensiones tanquã calumniosè petitæ, eo præsertim quia non purgatis indiciis per primam torturam, subsequens tortura non dicitur noua tortura, sed continuatio primæ, sic nempe post Franc. Pegn. *in suo aur. ect. inquisit. part. 3. schol. 54. col. 2. ver. caterum, vt hic locus, &c.* in terminis voluit Flam. Cartar. *in sua pract. interrog. reor. lib. 4. cap. 1. n. 161. & seqq.* vbi bene hanc fundat limitationem, & contrariis respondet. Eámque omnino procedere affirmat, quando iam ante primam torturam Iudex decreuit copias indiciorum, cum competenti termino ad faciendum suas defensiones, illásque reus, vel non receperit, vel si receperit, aut nihil ad sui defensionem deduxit, vel si deduxit non tamen purgauit ciuiliter indicia contra ipsam laborantia: in his enim casibus non est ampliùs concedenda alia defensio in repetitione torturæ, vt ibi per eum, *n. 177. & seqq. iuncto n. 18. & seqq.* vbi multùm bene loquitur.

SVBLIMITA I. Hanc † duodecimam limitationem, vt 161
non procedat quando reus ante repetitionẽ torturæ aliquid deduceret & allegaret, quod si verum esset, illius innocentiã detegeret, vtputà si impuratus de homicidio diceret, Non repetatis torturam, quia nuper audiui, & volo probare, quòd is qui occisus prætenditur, adhuc viuit, aut quid simile: tunc enim Iudex, cui superueniisset talis notitia innocentiæ rei, debet supersedere ab exequutione sententiæ, si iam reum condemnasset, ad latè tradita per Marsi. *in l. 1. §. si quis vltrò, n. 72. ff. de quæst.* & nos alibi diximus: sic pariter, & multò magis debet supersedere à tortura, donec videas, an verificetur id quod reus de nouo allegat: cùm præsertim fisco non noceat hoc supersedere ad effectum inquirendi veritatem. Et quod reo prodest, & fisco non nocet, facile semper concedi debet, *l. 1. §. idem aiunt, aquam. ff. de aqua plu. arcen. l. 2. §. item Varus, in fin. eod. tit. l. rescripta*, & ibi Ias. *n. 5. C. de precibus Imperator. offer.* cum aliis in proposito consideratis per Cartar. qui in terminis hanc ponit declarationem *in sua praxi interrog. reor. lib. 4. cap. 1. n. 187. & sequentib.*

SVBLIMITA II. Quando † Iudex processit contra reum 162
ad torturam ex processu informatiuo, & ipso non petẽte copias indiciorum, iuxta ea quæ secundùm iuris communis dispositionem, scripsi *supra, n. 90. in prima limitatione principali*

proposita

propositæ quæstionis. Tunc enim si ante repetitionem torturæ petierit copias antea non petitas, non possunt ei vllo pacto denegari, vt in terminis considerauit Cartar. *vbi supra, d.c.1.*

163 *n.207.* Licèt† secus credat, quando Iudex ad tortura proceſſerit, non ex processu informatiuo, prout sunt termini huius sublimitationis, sed ex legitimo, & publicato processu, ac ex testibus vel parte citata repetitis, vel ad eius faciem confrontatis. Tunc enim si adhuc reo non petente copias indiciorum Iudex contra illum ad torturam deuenerit: poterit etiam pariter & ad repetitionem deuenire, non obstante, quòd tales copias ante repetitionem petat, eo quia sumus non in noua tortura, sed in continuatione primæ, & imputet sibi reus quare ante primam torturam copias non petierit, vt per Marsi. *in d.l. vnius, §. cogniturum, num. 3. ff. de q.* & in terminis declarat Cartar. *vbi supra, n. 193. & seqq. vsque ad n. 198.*

164 Sed quid, † quando Iudex vigore alicuius priuilegij, prout facere solet Magna Curia Vicariæ ex eius præeminentia, torquet reum ex processu informatiuo denegata copia indiciorum, an etiam possit eadem copia denegata deuenire ad illius repetitionem. Vide multa dicentem pro & contra, eundem Flam. Cartar. *in sua pract. interrogan. reorum, lib. 4. cap. 1. n. 200. & seq.* vbi defenditur negatiua opinio, *& n. 307. vers. sed in casu, in quo &c.* vbi videtur defendere contrariam affirmatiuam.

165 SVBLIMITA III. Quando † repetitio torturæ esset danda non ex antiquis indiciis vrgentibus, & non bene purgatis, sed ex nouis: quia tunc sine dubio debet dari copia istorum nouorum indiciorum antequam ad torturæ receptionem deueniatur. Et hoc quia non dicimus esse in continuatione torturæ, sed in noua tortura, sicut post Franc. Peg. quem allegat *in suo direct. inquisit. par. 3. d. schol. 54. col. 3. d. ver. cæterum*, vt hic locus in terminis declarat, Flam. Cartar. *in sua pract. interrog. reo. lib. 4. cap. 1. n. 198. vers. quartus casus est.*

166 SVBLIMITA IIII. Quando † reus tortus, & confessus nō valet ratificare suam confessionem, allegans illius errorem, & offerens se talem errorem probaturum, quia tunc antequam Iudex ex reuocata confessione illum repetat tormentis, debet eum ponere ad largam cum termino ad docendum de allegato suæ confessionis errore, vt dixi *supra, in anteced. quæst. n. 100. & seqq.* hîc non repeto.

ARGVMENTVM.

Tortura est remedium subsidiarium, ideo reo conuicto dari non debet, sed quid si detur? An per torturam censeantur purgata indicia, & plenæ probationes? In hac quæstione resoluitur dubitatio.

SVMMARIVM.

Tortura non purgat indicia quando datur pro habenda vlteriori veritate qualitatū aggrauantiū, n. 17. & 21. vbi de materia.

Tortura non purgat indicia, quando datur ad habendum cōplices, mandatores, fautores, receptatores, & alios participes, n. 18.

Tortura non purgat probationes, quando datur sine præiudicio probatorum, & confessatorum, n. 19.

Tortura purgat indicia etiam data cum protestatione, sine præiudicio probatorum, quando protestatio est contraria facto. & reus est interrogatus super principali delicto, n. 10. & quado dicatur reus interrogatus super principali delicto, & de materia, vide ibidem, n. 22. 23. 24. & 25.

Responsio subsequens declarat qualitatem præcedentis interrogationis, n. 14.

Tortura non potest dari reo super qualitatibus, & cōplicibus, nisi in casu, in quo adsint indicia qualitatum, & complicū, n. 26.

Tortura ad habendum complices, & qualitates, & alia delicta debet esse moderata, & leuis, n. 27.

Torqueri non potest reus pro habendis complicibus, & circumstantiis delicti principalis, nisi de eo sit vel confessus, vel conuictus, vel condemnatus, n. 28.

QVÆSTIO XL.

TORTVRÆ tanta † vis est, vt in ea persistens negando, 1 vel non persistens fatendo, quicquid dixerit, puram veritatem dixisse præsumatur, quia, vt inquit Cicero in Topicis ad Trebatium, verberibus torti & igne fatigati, quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere, & quæ à perturbationibus animi sunt, dolore, cupiditate, iracundia, metu, quia necessitatis vim habent, afferunt authoritatem & fidem, cuius sententiæ mentionem fecit gl *in l. edictum, in verbo, efficacissima, ff. de q.* & post gl. hanc in specie firmarunt cōclusionem ex nostris Iurisconsultis, Alb. *in d.l. edictum n. 3.* Alex. ad Bar. *in l. vnius, §. reus, in 2. add. ff. cod. tit. de q.* Boër. *decis. 163. n. 12.* Gramm. *decis. 8. post n. 1. & n. 9. prope finem, & decis. 96. n. 3.* vbi ex hoc infert quòd homo persistens in tortura melior reputabitur, quàm ante accusationem reputabatur, Couar. *pract. q. c. 23. n. 5. vers. nam & verberibus torti*, Clar. *in pract. § fi. q. 64. vers. illata verò tortura*, Rota Lucen. Magon. *dec. 89. n. 12.* Bertazz. *cons. 150. n. 12. & cons. 266. n. 2. & cons. 408. n. 16. & cons. 427. n. 1.* & vbique passim, & communiter * Doctores, quicquid * in contrarium dixerit Hippol. Riminal. *inter cons. crim. diuers. cons. 84. n. 22. & seq. lib. 2. in fol.*

Quare † per torturam purgata esse indicia contra tortum, 2 ante torturam laborantia, nō solùm communiter * fuit à Doctoribus receptū, sed nemo cōtradicere ausus est, & de communi in specie originaliter testatus est Alb. *in d.l. edictū, n. 2. ff. de q.* vbi quòd ita totus mundus seruat, *& in rub. C. de q. n. 9.* Cæpol. *cons. crim. 32. n. 18. ver. sed tamen.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. viso igitur de indiciis, qualiter ipsa indicia purgentur, n. 20.* vbi alios adducit Clar. *in pract.* qui & alios plures citat *in § fi. d. quæst. 64. eod. ver. illata verò tortura, in prin.* Anch. Regien. *in suis q. familiaribus, par. 2. q. 22. n. 17.* Ceph. *cons. 621. n. 1. lib. 5.* Bertazz. *cons. 150. n. 12. vol. 1. & cōs. 427. n. 1. vol. 2. & cons. 528. n. 1. eodem vol. 2.* Burs. *cons. 97. n. 24. lib. 1.* cum aliis pluribus, quos infrà referam, *n. 6.* qui affirmant, quòd per torturam purgantur etiā plenæ probationes, ergo multò magis indicia, prout etiam & de cōmuni * obser- * uantia, post alios plures quos allegat, testatur nouissimè Flam. Cartar. *in sua pract. interrog. reor. lib. 4. c. 1. n. 13.* & propterea purgatis indiciis per torturam reum fore relaxandum, & absoluendum, dixi *in primo lib. in tit. de inquisit. q. quarta, n. 26.* & quando indicia censeantur per torturam purgata, dixi pariter *suprà, hoc eod. lib. & tit. q. 38. n. 86.*

Sed † an per torturam censeantur purgata indicia vrgentia, 3 & indubitata, & an etiā plenæ probationes, hoc opus, hic labor est. Doctores enim, vt mox audies, in contrarias partes se diuiserunt. Certū enim est in iure, prout etiā admonui suprà, *q. trigesimaoctaua, n. 4.* quòd torturæ remediū subsidiariū est, eámque non esse infligendā, nisi in casu in quo veritas aliter haberi non potest, bene probat tex. *in d.l. edictum, vers. 1 ff. de quæst. cuius tex. verba sunt hæc, Quæstionem nec semper in omni causa, & persona considerari debere arbitror: sed cùm capitalia, & atrociara maleficia non aliter explorari, & inuestigari possunt, quam per seruorū quæst.* Itē tex. *in d.l. diuus Pius, eod. ti.* ibi, *si aliter veritas inueniri non posset. & in l. quoties, C. eod.* ibi,

si aliis probationibus veritas illuminari nõ possit. & per ista iura sic in proposito hanc firmarũt conclusionem, Ang. *de malef. in verbo fama publica, n.* 94. & ibi Augus. *in add.* vbi amplius admonet Iudices, vt in decreto torturæ faciant apponere, quòd ideo mandãt reum torqueri ex quo alio modo, quàm per torturam veritas haberi non potest, de quo & per Flam. Cartar. *in pract. interrogan. reor. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 67. vbi post Foll. *in pract. crim. in verbo, rei indurati torqueantur, n.* 2. non admodum credit esse necessarium apponere dicta verba, Gand. *in rubr. de q. & torm. n.* 1. Vbi magistraliter loquendo dicit, quòd Iudex non debet facilè, & repentè ad quæstionem deuenire, si aliqua alia via leuiori, vel veriori potest obiecti criminis veritatem inuenire, etiam quòd adsint indicia, vel verisimilia, Marsi. qui pluribus hanc eandem conclusionem comprobat, *in l.* 1. *in prin. n.* 15. & 16. & *n.* 18. *in fine, & in l. edictum, n.* 1. *& seqq. ff. de q. & in pract.* §. *nunc videndum, n.* 25. quibus in locis post Bal. quem allegat, *in l.* 1. *in* 2. *col. in vers. vlterius nota, C. de iuram. calum.* inter alia dicit, quòd ille, qui petit aliquem torqueri, debet primo iurare, quòd nõ habeat alias probationes, quàm torturam. Gramma. *voto* 2. *num.* 6. & *cons.* 12. *n.* 23. Boër. *decis.* 163. *n.* 2. Carrer. *in pract. in* 1. *tract. de appell. in princ. n.* 45. *vers. contrarium, &c.* Brun. *de indic. & tort.* 2. *par. q.* 5. *n.* 15. Foll. *in pract. crim. cano. cap.* 31. *verbo, tormentis mox subiiciatur, n.* 4. *fol. mihi* 223. Ferrat. *caut.* 5. *n.* 3. *in fine,* Aym. *cons.* 286. *n.* 2. Boss. *in tit. de indic. n.* 120. Ant. Gom. *var. resol. tom.* 3. *c.* 13. *rub. de tortura reorum, n.* 20. vbi adducit
* alia iura, & testatur de communi * opinione, Couar. *pract. q. d. cap.* 23. *post n.* 5. *vers. quibus profecto.* Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 64. *vers. debet etiam Iudex*, vbi, quòd ita concludunt omnes Doctores, & seruat consuetudo, ex Ang. *in l. fin. post n.* 4. *C. de q.* & Conrad. *in pract.* ibi per eum allegatis, Vulpell. *cons.* 4. *n.* 13. *in princ.* Franc. Personal. *in tract. de indic. & tort. n.* 1. & 2. Sarmien. *Selec. interpret. lib.* 1. *c.* 1. *nu.* 1. Masc. *de prob. lib.* 3. *concl.* 1385. *n.* 3. Flam. Cart. *in tract. de exequ. sen. capto bannito, c.* 1. *n.* 82. *& in pract. interrog. reo. li.* 4. *c.* 1. *n.* 14. *& seqq.* vbi aliis relatis, ita & ipse testatur de communi, & obseruata opinione.

4 Hinc vbi adsunt delicti probationes, † quæ reũ conuictum reddant, nõ debere contra ipsum reũ ad torturã deueniri: imò fatuũ esse Iudicẽ qui reũ conuictũ torquet, affirmarunt post alios quos allegãt, Ang. *de malef. in verbo fama publica, n.* 94. & ibi Aug. *in add. vers. & ideo dixit Angelus,* Marsi. *in pract.* §. *nunc videndũ, n.* 21. 22. 23. *& n.* 25. *ver. & facit etiam, & ibi-*
* *dẽ, ver. & sic ista est communis opinio,* * vbi testatur de cõmuni opinione Doctorum, *& in l. prima, in princ. n.* 15. 16. *&* 17. *ff. de quæst.* vbi testatur de magis cõmuni, de qua etiã testatur Ioan. Bapt. Villalob. *in commun. opin. vers. torqueri, num.* 110. Gramm *cons. duodecimo, nu.* 12. *& seqq.* Boër. *decis.* 163. *nu.* 13. Aym. *cons.* 178. *num.* 10. Conrad. *in pract. tit. de negat. crim. & tormen. n.* 2. *fol. mihi* 288. vbi etiã de magis communi, Brun. *in tract. de ind. & tort.* 2. *part. q.* 5. *n.* 15. *ver. & Angelus, & n.* 16. *ver. sed idem Baldus*, Iodoc. *in pract. c.* 35. *n.* 3. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 64 *sub vers. debet etiam Iudex aduertere*, vbi etiam de cõmuni, Anton Gomez. *var. resol. tom.* 3. *c.* 13. *rub. de tort. reorum, n.* 20. Ioan. Mar. Monticel. *reg. crim.* 10. *n.* 12. Franc. Personal. *in tract. de ind. c. & tort. n.* 2. *& n.* 6. *in fine,* Rota Lucen. Ludouici, *decis.* 13. *n.* 59. Flamin. Cart. *de exequ. senten. capto bannito, cap.* 1. *n.* 83. *& in pract. interrogan. reo. lib.* 4. *c.* 1. *n.*
§ 15. *& seq.* vbi pariter testatur de communi. † Qui ferè omnes prænarrati Doctores non solùm affirmant, Iudicem non debere torquere eum, qui probationibus conuictus est, sed torquendo tenetur in syndicatu, & punitur.

6 Sed † quid si de facto Iudex præmissis non obstantibus reum grauatũ vrgentissimis, & indubitatis indiciis, vel etiam probationibus plenis conuictum torserit, & tortus in tortura perstiterit: an censeantur purgata indicia indubitata, & probationes: ita & taliter, quòd ipse reus absoluendus sit: an verò tortura non obstante condemnandus. Vna fuit opinio, quòd sit absoluendus & relaxandus, quia per torturam censentur purgata non solùm indicia, vt suprà probaui, *n.* 2. sed & indicia vrgentissima, & indubitata, ac etiam plenæ probationes, secundùm Alb. qui ad id communiter per Doctores allegatur *in l. edictum, n.* 2. *ff. de quæst.* vbi dixit, quòd licèt hoc legẽ
* aliqua non bene probetur, ita tamen communiter * tenetur, & seruatur in mundo, & post Alb. ac alios plures quos allegant, hanc eandem opinionem sequuti sunt Marsi. *in pract.* §. *nunc videndum, n.* 25. *in fine, & n.* 26. *& sing.* 262. *& in d. l. edictum, n.* 6. *ff. de quæst.* Gramm. *voto* 2. *n.* 7. *& 9. cons.* 64. *n.* 10. relati per eundem Gram. *decis.* 8. *n.* 1. *& n.* 6. Boër. *decis.* 163. *n.* 12. *&* 17. Aym. *cons.* 178. *n.* 10. *& cons.* 187. *nu.* 4. Carrer. *in pract. crim. in* 1. *tract. de appell. n.* 47. *& in* 2. *tract. de indic. & tort.* §. *viso igitur de indiciis, qualiter indicia ipsa purgantur, n.* 30. *& seq.* Ferrat. *caut.* 5. *n.* 4. vbi de magis communi, * Franc. * Arnon *sing.* 98. Boss. *tit. de confess. n.* 28. *& in tit. de senten. n.* 70. *& seqq.* relati per Anton. Gomez. *var. resol. tom.* 3. *c.* 13. *rub. de tort. reorum, n.* 20. *vers. & in tantum est verum*: relati per Couar. *pract. quæst.* 23. *nu.* 5. *ad medium, vers. cæterùm admissa Baldi sententia, fol. mihi* 167. *col.* 1. Natta *cons.* 201. *num.* 10. Conrad. *in pract. tit. de neg. crim. & tormen. n.* 2. *fol. mihi* 268. Sarmien. *Select. interp. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 1. Franc. Personal. *in tract. de indic. & tort. n.* 3. *& n.* 7. Burs. *cons.* 79. *n.* 23. *lib.* 1. *& cons.* 346. *n.* 2. *in* 4. *vol.* Flam. Cart. *in tract. de exeq. senten. capto bannito, c.* 2. *num.* 60. Matt. Gribal. *in suis reg. crim. in reg. incip. reus constans, positis inter com. opin. tom.* 2. *fol. mihi* 345. *col.* 1. relati per Hippol. Riminal. *inter cons. crim. diuers. cons.* 84. *n.* 1. *volum.* 2. Vulpell. *cons.* 4. *num.* 7. *vers. quo verò, & n.* 13. *vers. ex quo primum, & n.* 15. *in princ. & vers. insuper, &c.* Bertazz. *cons.* 53. *n.* 24. *& cons.* 209. *n.* 12. *vol.* 1. *& cons.* 266. *n.* 1. *& cons.* 333. *nu.* 6. *vol.* 2. Ex quibus suprà relatis Doctoribus plerique testantur de communi, * & seruata opinione, prout aliquos refert *
Clar. *in d. ver. illata verò tortura, in prin. & in fine,* vbi propterea subdit, quòd contraria practica nunquam sibi placuit, tanquam iuri, & æquitati contraria.

Altera † & contraria fuit eorum opinio, qui dixerunt per 7
torturam minimè purgatas esse delicti probationes, & propterea ea non obstante posse reum condemnari non aliter, ac si tortus non fuisset, affirmarunt Marsi. sibi contrarius *in sing.* 108. *alias fuit interrogatus,* vbi testatur se aliàs respondisse de iure cuidam latrunculatori, qui in suis fortiis habebat reũ, qui semper in tortura, & extra negabat delictum, de quo erat per probationes conuictus, quòd poterat indubitanter non obstante tortura, & negatione, ipsum diffinitiuè ad mortem, vel ad membri mutilationem cõdemnare, & ad hoc allegat textum, quem dicit formalem, *in l. qui sententiam, C. de pœnis,* & Bald. *in c. ad nostram, circa finem, ver. & nota, extra de probationibus,* & Marsilium sic vt suprà dicentem refert, & sequitur idem Gramm. pariter forsan sibi contrarius *in cons.* 12. *n.* 24. vbi propterea, post Rom. Parid. de Put. Alex. & Fel. quos allegat, affirmat malè consuluisse Cæp. qui primam sequutus fuit opinionem, *in cons.* 32. quod & idem affirmauit idem Gramm. *decis.* 8. *n.* 3 *&* 4. *& n.* 7. vbi loquitur etiam in indiciis indubitatis, & adducit rationem, quòd si aliter diceremus, sequeretur absurdum, quòd per indirectum Iudex torquendo reum conuictum, ipsum liberaret à condigna pœna, contra tex. *in l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* & tex. *in c. cùm quid vna via, de reg. iur. in* 6. rursus idem Gram. *decis.* 96. *in fi.* relati per Carrer. *in pract. in* 1. *tract. de ind. & tort.* §. *viso igitur de indiciis, qualiter indicia ipsa purgentur, n.* 31. *ver. Bald. verò,* ité relati per Cæp. *cons.* 31. *n.* 17. *v. & videtur, & n.* 18. *in prin.* Cou. *pract. q. c.* 23. *post n.* 5. *v. ex contrario, fol. mihi* 167. vbi ponderat, quòd licèt text. *in d. l. qui sententiam,* literaliter non videatur probare hanc opinionem, bene tamẽ illam probat virtualiter, & in sui ratione, & proprerea eam tanquam veram fore sequendam arbitratur, ex Iser. & Afflicto in locis per eum allegatis, & hanc opinionem per quatuor fundamenta, latè cõprobat Ant. Gomez. *var. resol. tom.* 3. *c.* 13. *rub. de tort. reo. post n.* 20. *ver. sed aduertendum,* vbi inter alias rationes cõsiderat, vt suprà iterũ dixi, quod si aliter diceretur, sequeretur absurdum, quòd in potestate cuiuslibet fortè ignorantis, & imperiti Iudicis, & præter intentionẽ suam esset reum culpabilem à pœna delicti liberare in præiudicium reipublicæ, & refert Papo, relatus per Clar. *in d. versic. illata reo tortura,* quod Parlamentũ Parisiense solet reos conuictos tormentis subiicere, & licèt in tormentis persistant, nihilominus ad mortem reos condemnauit, Foll. *in pract. crim. in verbo, etsi confitebuntur, in* 3. *par.* 3. *par. n.* 110. *fol. mihi* 331. Hip. Rim. *inter cons. crim. diu. cons.* 84. *n.* 12. 13. *&* 14. 17. *& seqq.* 22. *& seqq. tom.* 2. *in folio,* vbi loquitur in cõuicto nõ solùm probationibus, sed etiã præsũptionibus, & coniecturis manifestis, & pariter loquitur etiam quoad pœnam ordinariã, & à contrariis suam hanc defendit

opinionem,

opinionem,& concordantes adducit,quos etiam in proposito refert,non sequitur Flam.Cart.*in tract.de exequ. senten.capto bannito,cap.2.n.61. & seqq.in discursu.*

8 Quid † dicendum?Prima opino est magis communis,*& * magis seruata,& etiam verior,declarata tamen & temperata, prout mox in limitationibus subiiciam,& quamuis Baiard.ad Clar.*in q.64.n.116.& seqq.*conetur secúdam opinionem defendere pluribus rationibus,quibus facile esset de iure respõdere, nisi in ista additione breuitati mihi consulendum esse dixerim,tu tamen in iudicando & consulendo minimè recedas à prima opinione,quæ,vt dixi,indistinctè in practica seruatur,cùm nunquam audiuerim,ne dum viderim in ordinariam pœnam mortis fuisse condẽnatum aliquem,qui in tormentis sibi ad habendam delicti veritatem sine protestatione illatis negatiuam sustinuerit,quamuis plenissimis probationibus fuerit conuictus.

REGVLA Ex præmissis firma remanet,quòd tortura purgat non solùm indicia, & ea quidem vrgentia, vel dubitata, sed etiam plenas probationes.

9 LIMITA I.Hanc regulam non procedere,quando tortura daretur reo ad effectum,nec confessus posset appellare:nã tunc hac cautela & protestatione adhibita in decreto torturæ non purgantur plenæ probationes, prout fuit originale dictũ Baldi *in l.1.n.9.C.de iuram.calum.* vbi arguit pro & contra, & tandem concludit se credere,quòd Iudices sic faciẽdo bene faciant,quando habent plenariam certitudinem de maleficio,vt obuient ne appelletur per calumniã,maximè in atrocibus, in quibus licitum est iura transgredi, quod & repetit idem Bald.*in l.obseruare curabis,quæ est 2.illius tit.C.quorum appellat.n.6.vers. Et nota per hanc legem,& in cons.364.n.3. lib.3.* & Baldum in proposito sequuti sunt Ant. de Alex. *in add.ad Bart.in l.1.§.si quis vltrò.ff.de quæst.*prout illum refert * Gram.*lib.1.n.5.*vbi dicit,ita communiter* practicari, *& voto 1.n.3.*vbi pariter testatur de cõmuni obseruãtia,Foll.*in pract. crim.canon.c.31.in verbo,tormentis mox subiiciatur,* vbi etiam quòd doctrinam Baldi in locis præcitatis communiter sequuntur omnes criminalistæ,& eam procedere dicit non solùm de iure ciuili,sed etiam de iure canonico,quando Iudici constat in veritate delictum fore commissum,& sententiam proferendam fore iustissimam, & illius exequutionem per calumniosam appellationem differendam:tunc enim, inquit ipse,bene facit etiã Iudex ecclesiasticus ad hoc inconueniens euitandum reos torquere non obstante, quòd sint conuicti. Couar.*pract.quæst.c.23.v.n.5.huic sanè Iudices,*vbi ponderat ad id tex.*in d.l.obseruare curabis,C.quorum appellat.& rursus infrà,eodem,n.5.vers.tertium itidem,&c.*vbi ex Martino Azpilcueta,*in c.inter verba,11.q.2.corollario 64.ad finem,*quẽ allegat, dixit Baldi opinionem æquam esse,ac licèt posset admitti quoties Iudex ex circunstantiis viderit reum ita conuictum esse,vt iniquè, & per calumniam ad effugiendum sceleris punitionem non vult confiteri, & licèt ob frequentem Iudicum in puniendis criminibus audaciam, sæuitiam,ac temeritatem, Baldi sententia non simpliciter admittẽda sit,sed prorsus falsa reputanda,cùm Iudex non ex alia causa torquet conuictum quàm vt appellationis auxilium afferat,nihilominus idem Didacus ibi opinatur quandoque,etiam si rarò,publicis sceleratissimorum hominum punitionibus conuenire, Baldi opinionem cautè admitti in iis præsertim criminib. quæ enormia,& grauissima sunt, quod ante eũ voluit Matt. de Afflict.*in cons.Reg.lib.1.rub.27.cap.27.in constit.si damna clandestina,n.59.* Nec dissentit Matth. Gribal. *in suis regulis criminalibus inter com.opin.diuers.tom.2 fol.mihi 545.col.1.v. Reus constans in fine,*Vulpel.*cons.4.n.8.9.& 12* vbi pariter ex præmissis,Baldi praxim fore admittendam arbitratur duobus concurrentibus.Primò, quòd simus in atrocioribus.Secũdò, quòd delicti probatio sit perspicua, quos etiam in proposito refert,& sequi videtur Flam.Cartar.*in tract. de exequ.senten. capto bannito,cap.1.num.78. iuncto tit.91.* vbi idem allegat etiam Ioseph. Cumia in ritu magnæ Curiæ Regni Siciliæ,*c. 74.n.25.& in tract.de syndic.cap.21.num.5.*

10 Contrarium,† & multò veriùs,ni fallor,voluit Ang.*in l.& si percussor certus,n.1. vers. Malè ergo faciunt assessores,ff. ad Syll.*prout ad id cõmuniter allegatur per Doctores,licèt in libro meo ne verbũ quidẽ de appellatione dicat Igneus,Isern. Augustinus de Arimino,& alij relati per Couar.*pract.quæst.dict.*

*cap.23.n.5.ver.Si plerisque visum est,*vbi istorum opinionem dicit *communem Ferrat.*caut.5.n.4.& 5.vbi quatuor ratio- * nibus Baldi opinionem *in dicta l.obseruare curabis,C.quorum appell.*falsam esse apertissimè demonstrat,Marsil.*in l.1.in prin. n.16.in fine,& n.17.ff.de quæst.*vbi contra Baldum eo loci testatur adesse magis cõmunẽ Doctorũ opinionẽ, *& in pract. §.nunc videndum.n.22.in fine,& n.25.pariter in fine,*Bero.*in cap.At si clerici,n.54.& seq.de iud.*Thom.Gramm.sibi parum constans, *voto 2.n.7.& seqq.* vbi referendo sequitur rationes per Ferrarium consideratas,*& cons.12.n.22. & cons.64.n.11.* Carrer.*in pract.in 1.tract. de appell.in prin.n.45. & seq.* vbi respondet textui *in d.l.obseruare curabis,C.quorũ appell.*Conr. *in pract.tit.de neg.crim.& torm.n.1.in fi.fol.mihi 288.*vbi etiã testatur de magis cõmuni opinione, Brun.*de indic.& tort.2. par.q.5.n.25.iuncto n.16.*Anton.Gomez.*var.resol.tom.3.cap. 13.rub.de tort.reor.n.20.in fi.& n.25. ver.5.infero*, vbi ampliùs, quòd si in tortura reus confessus sit potest adhuc appellare,quod etiam videtur fuisse de mente Bal. *in dicta l.2. C.quorum appell.n. 6.in fi.* sed hoc de appellatione pro nunc non firmo,satis est quòd ad hunc effectũ auferendæ appellationis Iudex non potest cõuictũ torquere,vt per præallegatos,quibus addo Boss.*in tit.de ind. & consid. ante tort.n.131. ver.hæc tamen,*vbi quòd practica Baldi est periculosa,Clar.*in pract.crim.§.fi.q.64.v.veritas est,*vbi testatur,quòd nec apud eum Mediolani,eadẽ Baldi practica seruatur, prout etiam illã nec in Francia obseruari dixit Chass.*in consuetud.Burgund. fol.48.post n.40.*& Clarũ refert, & sequitur Franc.Personal. *in tract.de ind.& tort.n.2.in fi.* subdens, quòd Iudices ignari seruant practicã Baldi, & illã ab aula recessisse testatur Rota Lucen.Ludou.*decis.13.n.61.* Flam.Cartar.*in tract.de exequ. senten.capto bannito,d.c.1.n.87.& seq.*vbi relatis aliis concordantibus qui de communi*testantur,testatur & ipse nunquã * seruasse nec seruari vidisse in statu Ecclesiastico practicam torquendi conuictum, vt confessus nequeat appellare,prout etiam in eodem statu,nec etiam scio illam seruari à Iudicibus, qui verè iuris scientiam habeant,& si aliquis reperiretur Iudex,qui practica Baldi vteretur, derideretur apud nos. Nec à præmissis dissentit Baiard.*in add.ad Clar.quæst.64.n.22.*

LIMITA II. Propositam regulã,† vt procedat quoad pœ- 11 nam ordinariam,secus quoad extraordinariam:nam etsi reus vrgentissimis,& indubitatis indiciis,seu plenis,& concludẽtibus probationibus conuictus in tortura perstiterit: non tamen per hoc efficitur,quin possit in aliquam extraordinariã pœnam condemnari,etiam quòd corporalis sit,purà triremiũ perpetuarum,vel ad tempus,prout sæpius apud eum Consilium Neapolitanum seruasse,testatur Gram.*dec.f.8.in prin.& n.4.ver.Aduertendum,& n.octauo,& in fine decisionis,& rursus in voto 12. in fin.& decis.42.& decis.93.* Carrer.*in pract. in 2.tract.de indic.& tort.§.Viso igitur de indiciis,qualiter indicia ipsa purgentur,n.31.in fine*, Boss.*in tit.de inquisit.n.30.* vbi quòd non recordatur isto casu apud eum, quòd aliquis fuerit morte damnatus,sed bene vel in exilium,vel ad triremes ad tẽpus missus,per *l.congruit,ff.de offic.præsid.*& allegat Paridem de Put.*in tract.de synd.in verbo,tortus,cap.10. Quidam latro famosus,fol.mihi 35.* vbi post longam disputationẽ videtur concludere *ibid.n.7.*quòd latro famosus, contra quẽ populi publica vox,& fama, quòd talis sit,maximè vrget, si iunctis aliis particularibus indiciis & verisimilitudinibus quę isto casu illum pęnè conuictum reddunt,fuerit durissimè tortus,& nihilominus in tortura perstiterit, licèt propter talem persistentiam non possit de iure in pœnam sanguinis condẽnari, quia tamen Iudex habet bene animum informatum, quòd sit malus,& quòd si eum liberaret,deteriora committeret,poterit propterea illum, vel relegare tanquam hominem malæ famæ,vel ad opus publicum condemnare,vt ciuitatem malis hominibus purget,iuxta tex.*in l.congruit,ff.de offic.præsid.*& ita etiã Mediolani Senatũ seruare post Bossiuum in loco præcitato,testatur Clar.*in dicta quæst.64.vers.Illata verò tortura,*ibi,*apud nos autem,&c.& in vers.Et in hoc proposito, in fi.* Fab. à Monteleone *in sua praxi arbitr.fol.mihi 332.n.29.* Anch.*Reg.q.22.n.18.2.par.*Franc. Personal.*in tract.de ind.& tort.n.4.*Flam.Cartar.*in tract.de exequu.senten.capto bannito, c.2.n.62.ver.licèt idem Grammaticus.*& latiùs *n.65.per totum,* vbi loquitur nõ solùm in eo,qui conuictus est ex plenis probationibus,sed etiã in grauato vrgentissimis præsumptionib.

12 & coniecturis, † prout etiam loquitur Gram.*decis.* 8.*n.*8.ac etiam loquitur idem Cartarius *in tortura graui,& iterata per tres vices*,prout talem torturam grauem præsupponunt etiam Paris de Put.Gram.& Clarus *in locis præcitatis.*

13 Verùm,†vt in hac re meam quoque proferam opinionẽ, & quid apud nos seruetur in Vrbe,quæ omnium aliarum orbis Ciuitatum meritò est magistra, liberè dicam, credo esse maximè aduertendum,quia si torqueatur reus conuictus plenis probationibus(quem tamen non esse de iure torquendũ demonstraui *supra,n.*3 & 4.) tunc bene fateor quòd poterit iste reus,licèt in tortura perstiterit,si crimen erat capitale, in aliquam pœnam extraordinariam,& corporalem triremium perpetuarum,vel ad tempus cõdemnari,vt per prælegatos,
* quorum opinio,sine dubio isto casu cõmunis est,&*cõmuniter etiam recipitur in practica : si verò reus non est conui-
14 ctus plenis probationibus,†sed tantummodo grauatus indiciis vrgentibus,& etiam indubitatis,vel præsumptionibus,ac coniecturis euidentibus,& violentis,ex quibus forsan poterat dici cõuictus de iure,propter delicti difficilem probationem: & tunc si Iudex omissa via condemnationis eligit viam torturæ,& illum torquet durissimè,iuxta qualitatẽ, & grauitatẽ indiciorum,iuxta ea quæ dixi, *supra,quæst.*38.*nu.*34.*& seq.* certè non video rationem naturæ,aut iuris,aut æquitatis,cur scilicet iste sic ad mensuram indiciorum tortus possit condẽ-
15 nari in pœnam corporalẽ.†Et quòd non debeat sic condemnari facit viua, & inconuincibilis ratio, quia ex indiciis & præsumptionibus quantumuis indubitatis & violentis, etiã quòd tortus non fuerit reus,non potest condemnari, nisi in pœnam extraordinariam,quę isto casu ad summum,si delictũ capitale sit, non poterit esse nisi corporalis triremium, putà perpetuarũ, vel ad tempus,ad tradita per Marsil.*in rub.de probat.n.*241.*& seqq.& in l.repeti,n.*18.*ff.de quæst.* Gram.*d.decis.*8.*n.*8.Cagn.*in l.*1.*n.*122.*& seqq.ff.si cert.petat.* Alex.*cons.* 188.*n.*21.*lib.*3.Pet.à Plach.*in epitom. delict.c.*14.*n.*3.*in fine,*
* vbi de magis communi*Anton. Gomez. *var.resol.tom.*3.*tit. de homicid.n.*45.& ibi Soarez.*in add.litera I*,testatur de cõmuni opinione Gig.*de crim.læsæ maiest.lib.*2.*tit. quom.& per quos crimen læsæ maiest.prob.quæst....n.*4.Boss.*in tit.de conuict. n.*31.*& seqq.*Duen.*reg.*303.*in prima limitatione*, Hipp.Rim. *cons.*121.*n.*25. vbi testatur de seruata opinione, Mascard.*de prob.lib.*3.*concl.*1221.*n.*55.*& seqq.*Menoch.*de præsumpt.lib.* 1.*q.*58.*n.*18.*&* 19.& dicam latiùs *infrà, hoc eodem lib.in tit. de reo confesso,& conuicto.* Ergo si tortus fuerit reus, iniquum videtur,vt in eãdem pœnam possit condemnari:quia tortura debet omnino ei aliquid prodesse, & propterea à iustis, & sapientibus Iudicibus(licèt aliàs forsan fuerit seruatũ ab ignaris,& iniquis)nunquam vidi reos grauatos indiciis,etsi indubitatis,& persistentes in tortura, in aliam pœnam condemnatos,quàm in exilium:& non sunt plures anni,quòd existẽtibus carceratis in Vrbe pluribus insignibus,& famosis furibus, qui ex vrgentissimis indiciis torti fassi fuerunt, omnes fuerunt pariter suspensi,vno excepto,qui magis quàm alij sui socij indiciatus nunquam voluit fateri in iteratis tormentis funis,& vigiliæ.Et licèt etiam contra ipsum publica laboraret infamia,quòd esset magister aliorũ furũ:nihilominus Iudex, qui tunc erat quondam Ioannes Brugnolus,Reuerendissimi Domini Gubernatoris Vrbis in criminalibus Locumtenens, vir sanè & sapientissimus, & integerrimus, noluit ipsum in aliam pœnam quàm exilij condemnare.Nec mea hæc sentẽtia authoritate caret, quia pro ea adduci possunt scripta per Cæp.*in cons.*32.*n.*18.*& seqq.*Gram.*d.decis.*8.*n.*8.*&* 10.Boss. *tit.de sent.n.*70.Vulpell.*cons.*4.*n.*15.Franc.Personal.*in eodem tract.de ind.& tort.& n.*5.*in fine*,apud quos bene meam hãc sententiam,& iuribus, & rationibus comprobatam reperies, & ab ea in consulendo, & iudicando minimè recedas. Quãuis contrarium voluerit Baiard. *in add. ad Clar.q.* 94.*n.*119. *ver.Accedat aliud argumentum,& n.*120.*& seq.*motus ea ratione,quam suprà,*n.*6.*&* *n.*8.nec veram, nec in practica seruatam dixi. Quòd scilicet non obstante tortura super delicti veritate illata possit reus in pœnam ordinariam condemnari.

16 LIMITA III. Eandem† regulam non procedere,quando tortura infligitur non super delicto,de quo reus est cõuictus, seu confessus, sed pro vlteriori veritate habenda super aliis, putà ad sciẽdum alia delicta,iuxta ea quæ scripsit Gram.*cons.* 1.*post n.*3.Boss.*in tit.de indic.n.*130. Cyrill.*in summa crim.in particula,rubr.*29.*de quæst.*§.11.*n.*15.Clar.*in pract.*§.*fin.quæstio.*64.*vers.veritas est,in prin.*& dixi latè *suprà, in quæst.*37. *n.*163.*& seqq.*

Item†ad habendum qualitates delicti aggrauantes,ad tra- 17
dita per Gram.*decis.*96.*post n.*....& per Cyrill.*in summa crim, d.rubr.*29.*de quæst.*§.11.*eodem n.*15. Vulpell. *cons.*4.*n.*12.*in fine,*& latiùs dicam *infrà, hoc eodem libro in titulo de reo confesso,& conuicto,*in materia confessionis qualificatæ, *quæst.*81. *n.*136.*& sequentibus.*

Item ad habendum socios complices, †mandatores,con- 18
sultores,fautores,receptatores, seu alios participes,iuxta facti contingentiã.*iuxta l.etsi percussor certus.*& ibi præcipuè Ang. *ff.ad Syll.*& post alios quos allegant,tradiderunt Gram. *cons.* 1.*n.*3.Couarru.*tract.q.c.*23.*post n.*5.*Primum posse conuictum,* Hippol. Riminal. *cons.crim.diuers.cons.*84.*n.*16.*tom.*2.*in fol.* Clar.*in pract.*§.*fin.quæst.*64.*vers.Veritas est,in prin.*vbi quòd ita seruatur in statu Mediolani, Flam. Cartar.*de exequu.sentent. capto bannito,c.*2.*n.* 57. vbi quòd ita etiam seruatur in statu ecclesiastico,Vulpell.*d.cons.*4.*n.*12.Rota Lucẽ Ludou. *decis.*13.*n.*62.Franc.Personal.*in tract. de indic.& tort.n.*9.

His†inquam casibus facta protestatione per Iudicẽ,quòd 19
non intendit torquere reum super principali delicto,ac super iis,de quibus reus est cõfessus,vel conuictus,& sic sine præiudicio confessatorum & probatorum,sed tantùm ad habendum vlteriorem veritatem super aliis delictis,vel delicti qualitatibus,siue etiam ad habendum socios participes,fautores, & receptatores,vt sup.iuxta facti contingentiam:tutè potest eundem reum ponere in tortura,& etiam quòd in ea negando perstiterit.Non tamen per hoc efficietur,quin possit ordinaria pœna condemnari pro delicto,pro quo erat confessus, vel conuictus,quia talis protestatio reddit fisco ius suũ saluũ, vt in terminis ita affirmarunt Boër.*decis.*163.*n.*13. Foller.*in pract.crim.in* 3.*par.*3.*partis principalis,in verbo, Etsi confitebuntur,in* 110.*fol.mihi* 331.Boss.*in tit.de indic.& consider.ante torturam,n.*130.*in tit.de sent.post n.*70.vbi post Cæp.quẽ allegat,testatur de*cõmuni obseruantia Anton.Gomez.*var.* *
*resol.tom.*3.*c.*13.*rubr.de tort.reor.n.*20.*vers. Quod limita, & intellige.* vbi quòd ita practicatur à Iudicibus & Assessoribus causarum criminalium,Hippol. Riminal. *inter cons.crim.diu. d.cons.*84.*n.*15.*tom.*2.*in folio,*Clar.*in pract.*§.*fi.d.q.*64.*post v. Veritas est,*vbi pariter testatur de communi obseruatia, Burs. *cons.*346.*n.*4.*lib.*4. Simon de Petris *cons.*104.*n.*39.Dec.*cons.* 93.*n.*20.*vol.*2.Flam.Cartar.*in tract.de exeq.sentent.capto bãnito,c.*2.*n.*58.vbi loquitur præcipuè in tortura inferenda bãnito,& condemnato,cum protestatione prædicta, & ad hoc ne inferatur præiudicium banno,& condemnationi,*& n.*66. *& seqq.*vbi loquitur generaliter,*& n.*90.*vers. Et tunc dominus circa præiudicium,*vbi ponit formam dictę protestationis, *& in pract.interrogan.reo.lib.*4.*cap.*1.*n.*96.

SVBLIMITA I. Hanc † 3.limitationem non procedere, 20
quando protestatio esset contraria facto: putà quòd reus interrogaretur super delicto principali, vel aliàs super iis, de quibus prætenditur cõuictus:nã tunc protestatio nihil operatur, & per torturam purgantur probationes,iuxta ea, quæ dixi *supra*,sic in specie hanc materiam declarat Gramm.*dec.* 96.*post n.*1.Boss.*d.tit. de indic.& considerat. ante tort.n.*130. *in fine,vers.Et tunc cauere debent Iudices, & in tit.de confess. n.*29.Sarmien.*Select.interpret.lib.*1.*cap.*1.*n.*1.*in fine, & seq.* reddit magistraliter rationem,Vulpell.*d.cons.*4.*num.*13.*vers. Item quòd nullius effectus,& n.*14.Anch.Regien.*quæst.*72.*n.* 3.*lib.*3.Burs.*cons.*346.*n.*3.*& n.*3.*& seq.lib.*4. Bertazzol.*cons.* 53.*n.*25.*& cons.*119.*n.*26.*lib.*1.*& cons.*266.*n.*2.*lib.*2. Flam. Cartar.*de exequ.sentent.capto bannito,dict.cap.*2.*n.*70.*& seqq.* Franc.Personal.*de indic. & tort.n.*5.*&* 6. ex quibus sine dubio dici potest,hanc declarationem,vti verissimam,communiter*fuisse per Doctores receptam,quicquid in contrarium *
sensisse videatur Baiard.ad Clar.*in quæst....n.*121.*in fine,iuncto n.*122.123.*&* 124.

AMPLIA I.Hanc sublimitationem,† vt protestatio dica- 21
tur contraria facto,non solùm quando reus interrogatur super delicto principali, sed etiam quando interrogatur super illius qualitatibus,quæ cùm dicantur annexæ delicto principali, ideo interrogatus super qualitatibus, videtur etiam interrogatus super delicto, prout videtur fuisse de mente Bursati *in d.cons.*346.*n.*4.*ver. Quia respondetur primo.* verùm hæc

amplia

ampliatio, quando qualitates sunt aggrauantes, confunditur per ea quæ dicunt cõmuniter Doctores allegati *supra, n.* 17.

22 AMPLIA II. Eandem † primam sublimitationem, vt protestatio dicatur contraria facto, & quis etiam dicatur interrogatus super delicto principali, nõ solùm quando de eo interrogatur à Iudice in scriptis, sed etiam quando interrogatur ore tenus, & Notarius non scribit interrogationem: tunc enim nec protestatio iuuat: & Iudex sic faciendo multùm onerat conscientiam suam, vt in terminis considerauit Rota Lucen. Ludou. *decis.* 13. *n.* 64. vbi admonet Iudices, vt habeant semper præ oculis Deum, & Iustitiam, & abstineant se prædictis: refert, & sequitur Bursat. *de cons.* 346. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 4.

23 AMPLIA III. Vt † pariter dicatur interrogatus de delicto principali, quando non specificato per Notarium interrogatorio, dicatur solùm, *ad opportunam domini interrogationem respondit, &c.* tunc enim si responsio rei tangat principale delictum, ita etiam & super eo præsumitur à Iudice interroga-

24 tus. † Subsequens enim responsio declarat qualitatem præcedentis interrogationis, & præcedenti interrogationi semper præsumitur conformis responsio. §. *praterea, Iustit. de inutil. stipulat.* Natta *cons.* 98. *n.* 22. *lib.* 1. Grat. *cons.* 81. *n.* 45. *lib.* 2 Riminal. sen. *cons.* 11. *n.* 13. *lib.* 1. *& cons.* 702. *n.* 12. *lib.* 4. Simon de Prætis *cons.* 152. *n.* 24. *lib.* 1 Riminal. iun. *cons.* 382. *n.* 94. *lib.* 4. *Cepu. cons.* 374. *n.* 9. *lib.* 3. quos in proposito refert, & sequitur Flam. Cartar. *in tract. de exequu. sentent. capto bannito. c.* 2. *n.* 76. *& seqq.* vbi propterea dicit practicam sic interrogandi reos esse plenam periculi, quia per eam receditur à protestatione facta, & ea non obstante, si reus perstiterit in negatiua, dicitur purgasse probationes, iuxta ea quæ dixi *supra, n.* 6. *& seqq.* & talis vsus sic dictandi interrogationes, quæ in tortura fiunt, non est nisi imperitorum, ac improborum Iudicũ, qui parum Deum timentes sibi ad gehennam ædificant etiam in præiudicium reipublicæ, vt ibidem Cartarius admonuit. quẽ etiam in proposito refert & sequitur Baiard. *in addit. ad Clar. q.* 64. *num.* 26.

25 Et idem, † quando Iudex in tortura interrogat, seu monet reum ad dicendum veritatem, quòd tunc reo respondẽte & negante principale delictum, interrogatio pariter præsumitur facta super eodem principali delicto: subtiliter considerauit idem Bursat. *d. cons.* 346. *n.* 4. *sub vers. Quia respondetur, lib.* 4. quæ omnia bene nota, tu Iudex, ne erres, quãdo facta protestatione, de qua suprà, non intendis per torturam facere præiudicium confessatis, seu probatis.

26 SVBLIMITA II. Dictã † 3. limitationem, vt tunc demum possit reus cũ protestatione prædicta torqueri super aliis delictis, vel super qualitatibus & circumstantiis principalis delicti: seu etiam super sociis, dummodo si torqueatur super aliis delictis, simus in casu in quo id iure fieri possit, iuxta ea quæ dixi *supra, q.* 37. *n.* 163. *& seqq.* aliàs secus, & torqueatur super qualitatibus, seu sociis, dummodo etiam adsint legitima indicia ipsarum qualitatum, seu sociorum, & simus in casu, in quo possit reus de sociis interrogari, & torqueri, iuxta ea quæ infrà dicã in quęstione de socio criminis, *hoc eod. tit.* quòd si Iudex non habens legitima indicia, quòd delictum fuerit cum aliis sociis cõmissum; vel quòd habeat alias aggrauantes qualitates, quàm eas, quę ex processu, vel ex rei confessione apparẽt, sub ficto prætextu habendorum sociorum, & qualitatũ prædictarum, ipsum reum torquere decernit, etiam præmissa protestatione, quòd per torturam non debeat fieri præiudicium confessatis & probatis, talis Iudex, vel diceretur ineruditus, & ignarus, vel etiã iniquus, & suam conscientiam onerãs, prout fuit de mente Ang *in dict. l. et si percussor certus,* & ibidem clarè Igneus, *n.* 10. *ff. ad Syll.* Paris de Put. & Carrer. *in locis relatis per Clar. in pract. §. fi. q.* 64. *vers. Scias etiam, prope finem,* Rota Lucen. Ludou. *decis.* 13. *n.* 63. Burs. *d. cons.* 346. *sub n.* 3. Flam. Cartar. *d. c.* 2. *n.* 69. 73. *& seqq.* Simãc. *de hæret. tit. de tormen. n.* 31. Cyrill. *in summa crim. rub.* 29. *de quæst. §.* 11. *nu.* 15. *fo. mihi* 262. Bertazz. *cons.* 27. *n.* 10. *lib.* 1. Flam. Cartar. *in sua pract. interrog. reo. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 91. & dixi *infra, in q.* 43. *n.* 131. Et consequenter non obstante protestatione prædicta, tortura inflicta reo proderit, si in negatiua perstiterit, &c.

27 SVBLIMITA III. Eandem † 3. limitationem, quia tortura ad habẽdũ alia delicta, qualitates vel socios, debeat esse moderata, vt post Igneum in loco præcitato concludit Clar. *in pract. d. quæst.* 64. *vers. Veritas est, in fine,* Vulpell. *cons.* 4. *n.* 14.

vers. illud insuper non omitto, Flam. Cartar. *in tract. de exequu. senten. capto bannito, cap.* 2. *n.* 68. *iuncto n* 90. *in fi.* vbi expressè declarat isto casu torturam nõ debere esse vltra mediam horã, & loquitur in capitaliter bannito, Franc. Personal. *in tract. de indic. & tort. n.* 9. *in fi. & n.* 10. *iuncto n.* 101. vbi quòd isto casu tutius est reum minùs torquere, quàm plus. Quod bene nota, tu Iudex, qui in torquẽdo homines lætitiam sumis, quia tortura extra hunc casum & generaliter semper debet esse moderata, *l. quæstionis modum. ff. de quæst. Boss. tit. de tortura, n.* 27. vt alibi dixi. Ergo multò magis debet esse moderata, quãdo reus torquetur non super delicto principali, sed pro vlteriori veritate habenda super aliis qualitatibus, complicibus, & mandatoribus, vt suprà, & propterea si in adhibenda ista tortura, moderatè non procedas, scias quòd reo in negatiua persistente super delicto principali in tortura persistenti proderit, prout aliàs vidi seruatum anno Iubilæi 1575. in quodã Iulio piscium venditore, qui bannitus, & condemnatus sub pœna triremium ex eo, quòd lethaliter insimul cum pluribus aliis vulnerauerit quendam Hieronymum Bellum tempore sedis vacantis Pij V. captus, & tortus acerrimè per binas vices cum compedibus ferreis ad habendum alios complices, per quendam Ioannem Antonium Oliuam in criminalibus Locumtenentem Reuerendissimi Domin. Gubernatoris Vrbis, cùm in tortura perstitisset, & semper negasset etiam delictum principale, fuit liberatus à pœna triremium, & in pecuniariam compositus ob immoderatam torturam.

SVBLIMITA IIII. Vt † tunc demũ possit reus super com- 28
plicibus, & qualitatibus torqueri, quando de principali delicto est vel confessus, vel conuictus, vel condemnatus: tunc enim bene torquetur, prout est de mente omnium præciratorũ Doctorum, & bene probat tex *in l. qui vltimo. ff. de pœnis.* ibi, *sæpe etiam ideo seruari solẽt post damnationẽ, vt ex his in alios quæstio habeatur.* secus si non esset vel confessus, vel conuictus, vel condẽnatus, quia tunc non iure torquetur, vt in specie bene adnotauit Ludou. Peguer. *dec. crim. 5. n.* 29. *ver. scias tamen,* & si torquebitur, purgantur indicia principalis delicti.

ARGVMENTVM.

Tortura quibus personis inferri possit, & quibus non.

SVMMARIVM.

Tortura omnibus personis inferri potest, siue masculis siue fœminis, siue liberis, siue seruis, siue libertis, & siue statuliberis, nisi expressè prohibiti reperiantur, n. 1.

Serui regulariter possunt torqueri, n. 1. *vbi idem de libertis, & statuliberis.*

Clerici & Sacerdotes possunt torqueri regulariter, n. 2. *contrà num.* 5.

Clerici possunt torqueri in crimine læsæ maiestatis, veneni, sepulchri violati, & aliis atrocibus delictis, n. 3.

Clerici an possint torqueri in alios vti testes, remissiuè, n. 4.

Clerici possunt torqueri, si sunt diffamati de delicto, de quo inquiruntur: secus alias infames: aliter secus, etiam quod contra eos mille præcederent indicia, num. 6. *sed contrarium seruatur in practica, n.* 7.

Clericus non torquetur, nisi indicia contra eum laborantia, sint graniora, & vrgentiora illis, quæ requiruntur in laicis, n. 8. *& sequentibus.*

Præsumptionem habens contra se debet contrarium probare per dilucidiores, & clariores probationes, n. 9.

Fama suppletur per alia indicia, & loco indiciorum succedit fama, num. 10.

Clerici quando torquentur sunt leuiùs torquendi, quàm laici, n. 11. *sed contrarium est verius, n.* 12. *& seqq.*

Clericorum delicta sunt graniora, & punibiliora, quàm delicta laicorum, n. 13.

Clerici non possunt torqueri à laicis, etiam de mandato Episcopi, n. 14. *sed contrarium seruatur de consuetudine, n.* 15.

Minor quatuordecim annorum torqueri non potest, n. 16.

Minor quatuordecim annorum, licèt non possit torqueri, bene tamen potest terreri, ferula cædi, aut alio tormenti leuioris genere torqueri, n. 17.

Minores quatuordecim annorum hodie torquentur tormento sibillorum,n.18.
Minores non solum non possunt in tortura eleuari,sed nec etiam ligari,n.19.
Minor si sit infans,non potest nec torqueri,nec terreri,n.20.
Minor viginti annorum,& maior quatuordecim,potest torqueri,num.21.
Minor potest torqueri,quando à statuto habilitatus est ad testificandum,n.22.declara,vt in n.23.
Senes nõ possunt torqueri,n.24.limita,dummodo sint decrepiti, aliàs secus,n.25. licèt contra,n.26 sublimita, quia etiam non decrepitus non torquetur,quando est debilis,& imbecillis naturæ,n.27.quod totum remittitur arbitrio Iudicis,n.28. sed vtcunque sit,semper Senes, etiam non decrepiti , leuiter torquentur,d.n.25.& d.n.28.
Senes licèt non possint torqueri, bene tamen possunt terreri , & leuiter torqueri,n.29.vbi tamen quòd hodie tutius est decrepitos nec etiam leuiter torqueri.
Miles de iure torqueri non potest,n.30.
Milites nostri temporis possunt torqueri,nu.31. & 34.licèt alij contrà,n.32.& 33.
Milites priuati possunt torqueri:secus capitanei & equites, nu. 33.sed contra , quòd etiam capitanei,& equites torqueantur, num.34.
Equites an possint torqueri,n.33.& 34.
Milites possunt torqueri de consuetudine,n.35.licèt aliqui dixerint hanc consuetudinem non valere, n.36.
Doctores torqueri de iure non possunt,n.37.& seqq.
Doctores gaudent priuilegijs militum,n.38.
Doctores quasi radij Solis appellantur , & alia ad laudem Doctorum,n.39.
Doctores etiam actu non legentes gaudent priuilegiis Doctorũ, & non possunt torqueri,n.40.etiam quod alij contrà,n.43.
Aduocati non possunt de iure torqueri,n.37.& seqq.etiam quòd non sint aduocati collegiati , & cum dignitate,n.40.licèt alij contrà,n.43.cætera ad materiam,vide infrà,verbo, Doctor.
Doctores,& Aduocati non possunt torqueri etiam finito Aduocationis officio in memoriam pristinæ dignitatis, n.40.
Doctores etiam imperiti gaudent priuilegijs Doctorum, & non possunt torqueri,n.42.
Doctores quando torquentur sunt degradandi,& priuandi doctorali dignitate,n.44.contrarium seruatur de consuetudine, num. 45.
Doctores non possunt torqueri , nisi vltra indicia sint etiam de delicto infamati,n.46.sed verius est diffamationẽ non requiri:bene autem requiri indicia vrgentiora,& grauiora, n.47.
Doctor non præsumitur delinquere,n.48.
Doctor delinquens in officio,an possit de iure torqueri,nécne,& quando dicatur delinquere in officio,n.49.& seq.
Torqueri possunt omnes Officiales etiam in magna dignitate positi,si in eorum officio delinquant,n.50.quod an verum sit,n. 52.& seq.
Doctores delinquendo grauiùs puniendi sunt quàm alij,n.53.
Doctores de facto, & de consuetudine torquentur , præsertim in enormibus,& exceptis criminibus,puta hæresis,læsæ maiestatis,priuati carceris,falsi,& similibus,n.54.& 56.licèt aliqui relati n.55. dixerint hanc consuetudinẽ de iure non valere.
Decuriones,eorúmque filij, ac nepotes torqueri non possunt,nu. 57.
Decurionum loco hodie successerunt Priores ciuitatis, Consiliarij,seu Antiani,n.58.
Decuriones nostri temporis torqueri non possunt,num.58.& sequentib.
Decurionum parentes nec etiam torqueri possunt,n.60.
Decurio qui alias fuit,etiam quòd hodie non sit decurio,torqueri non potest, n.61.
Decuriones castrorum,& oppidorum possunt torqueri, num.sexagesimosecundo.
Decuriones possunt torqueri pro delictis commissis ante decurionatum,num.63.
Decuriones possunt torqueri pro delictis commissis in decurionatus officio,n.64.
Decuriones possunt torqueri in crimine falsi,num.65.
Decuriones possunt torqueri si sint infames , num.66.
Decuriones de consuetudine possunt torqueri,num.67.sed quòd talis consuetudo non valeat,numer.68.resolue vt in numero 69.
Torqueri non potest positus in aliqua dignitate, num.70.nec vt reus,nec vt testis, n.72.
Illustrissimi,& clarissimi viri torqueri non possunt,n.70.& quid de aliis nobilibus,vide infrà,vers. Nobilis.
Torqueri potest positus in dignitate inferiori,nu.septuagesimoprimo.
Testis in dignitate positus torqueri non potest,num.septuagesimosecundo.
Officiales , seu Gubernatores ciuitatum , durante Magistratu torqueri non possunt,n.73.
Nobiles torqueri non possunt,n.74.
Nobiles de consuetudine torquentur,n.73. & seq.
Nobiles ad hoc vt torqueantur requiruntur indicia grauiora,& vrgentiora,n.77.
Mulier prægnans torqueri non potest,n.78.
Mulier etiam post quadraginta dies post partum torqueri non potest,n.79.
Mulier etiam post partum non potest torqueri,si puerum lactat, n.80.& seq.
Nutrices non possunt torqueri,n.80.
Mulier prægnans non potest torqueri , etiam quòd sit prægnans ex adulterio,n.82.
Mulier grauida per decem,aut viginti dies non potest torqueri, num.83.
Mulier prægnans nec etiam potest terreri,n.84.
Mulier an sit prægnans, nécne , statur indicio Medicorum, & obstetricum, & de materia,n.85.
Mulier prægnans si in tortura abortum faciat,Iudex non tenetur,si Medicus eam non prægnantem dixit,n.86.
Obstetricum depositioni an & quando standum sit,n.octuagesimoseptimo.
Vtilis Reipublicæ, an & quando torqueri possit,n.88.
Mutus & surdus à natura,an & quando torqueri possit,n.89. & seqq.
Mutus & surdus non potest condemnari ex sua confessione, nisi testibus conuincatur,n.90.
Frustra quæritur,& expectatur illud,cuius euentus nihil operatur,n.91.
Episcopus an possit de iure torqueri,& de materia,n.92.
Infirmi,valetudinarij,& aliquo membro debilitati,non possunt torqueri,n.93.
Serui,an & quando possint torqueri in caput domini, seu aliorum,n.94.
Confessio illius,qui de iure torqueri non debeat,nihil nocet confitenti,etiam quòd sit ratificata,n.95.
Iudex torquens personas de iure torqueri prohibitas punitur pœna capitis secundùm vnam opinionem , numero 96. vel pœna pecuniaria cum infamia,secundùm aliam opinionem,n.97.vel pœna arbitraria,secundùm vberiorem opinionem,n.98.
Resisti potest Iudici torquenti illum,qui de iure torqueri non debeat,n.99.
Torqueri qui non possunt, possunt tamen torqueri in criminibus exceptis hæresis,læsæ maiestatis,simoniæ,falsi,proditionis,barattariæ,veneficij,maleficis,mathematicis, homicidio, alicuius magnæ vel sacræ personæ:priuati carceris,& aliis,de quibus nu.100. Declara hanc conclusionem procedere in iis qui non possunt torqueri propter priuilegium personæ & dignitatis,secus si non possunt torqueri propter ætatem,vel debilitatem:nam ij nec in exceptis criminibus torquentur,n. centesimoprimo,contrà,n.102.declara,vt n.103.
Minores quatuordecim annorum, an & quomodo torqueantur in criminibus exceptis,n.101. & seqq.
Senes,an & quomodo torqueantur in criminibus exceptis,num. 101.& seqq.
Torqueri qui de iure non possunt, possunt tamen terreri,n.centesimoquinto,immo etiam possunt leuiter torqueri,num.105. hæc conclusio procedit indistinctè in territione verbali, num. 106.sed in territione reali prohibitus torqueri propter ætatem,debilitatem,ac infirmitatem, potest terreri etiam realiter,num.107.secus in prohibito torqueri ratione alterius,numero 108.vel propter priuilegium,ac dignitatem personæ,n. 109.

Torqueri qui non possunt, possunt tamen torqueri principe consulto, num. 10.

Torqueri vbi quis nõ potest, vel propter ætatem, debilitatẽ, infirmitatem, aut priuilegium personæ, poterit ratione indiciorum nõ purgatorũ condemnari in pœnam extraordinariam, n. 11.

QVÆSTIO XLI.

1 TORTVRA omnibus † personis inferri potest, nisi expressè à iure prohibitæ reperiantur: sic nempe in proposita quæstione regulam esse constituendam affirmatiuam, colligitur ex traditis per Ang. *de malefi. in verbo, Quòd fama publica præceden. n.* 102. vbi propterea quòd omnibus inferri potest tortura, siue sint masculi, siue fœminæ, siue patres, siue filii familias, siue liberi, siue serui, & siue etiam liberti, siue status liberi sint, quod & idem affirmarunt Gandin. *in tit. quæst. & tormen. n.* 7. Guido de Suzzar. *in tract. de indi. & tortu. num.* 8. & ibi Ludou. Bologni. *in addit. numero decimo, & sequent.* vbi quòd licèt aliqui contrarium dixerint, indubitanter tamen ita tenendum est per plura iura ibi per eos adducta, quibus optimè præsens regula comprobatur, Brun. *de indi. in* 2. *par. q.* 4. *n.* 1. *&* 2. Paul. Ghirland. *in tract. de q. & tort. q.* 6. *n.* 1. *iuncto n.* 4. *versi. Quintò excipiuntur serui*, Carrer. *in pract. in* 1. *tract. de indic. & tort. §. circa tertiũ, quæ personæ torqueri possunt, n.* 1. Foller. *in pract. crim. in verbo, etsi confitebuntur, in* 3. *part.* 3. *partis principalis, n.* 77. Iodoc. *in pract. crim. c.* 41. *rub. Qui à tortura sint excusandi, n.* 1. Ant. Gomez. *var. resolut. tom.* 3. *c.* 13. *rub. de tortu. reorum, n.* 3. vbi testatur de communi* opinione, refert, & sequitur Clar. *in pract. in § fina. q.* 64. *ver. Vbi subsint*, subdens ibi, quòd licèt aliqui dixerint liberum hominem torqueri non posse, contrarium tamen proculdubio verius est de iure, & de generali consuetudine seruatur, teste Guid. de Suzzar. *in tract. de indi. & tort. n.* 82. Et Clarum *vbi suprà*, refert, & sequitur Bonacos. *in cõmun. opin. par.* 1. *ver. Torqueri possunt omnes. fol. mihi* 176. *col.* 4. nouissimè Flam. Cartar. *in sua pract. interroga. reo. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 47. & quoad seruos pariter non est dubium, quia in quocunque crimine siue publico, siue priuato, & in quacunque causa possunt torqueri, ex Bart. *in l.* 1. *n.* 1. *ff. de quæst.* & ex Con-
* tado, qui de communi* opinione testatur *in pract. in titu. de negat. cri. & tor. n.* 32. *fol.* 296. *col.* 2.

2 AMPLIA Hanc regulam, † vt procedat non solùm in laicis, sed etiam in clericis, & sacerdotibus, quos propterea torqueri posse, scripserunt Ludou. Bologni. *in addit. ad Guid. de Suzzar. in tract. de indic. & tort. numero* 18. Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de indic. & tortu. §. circa tertiũ, quæ personæ torqueri possunt, post n.* 1. Alciat. *in c.* 1. *n.* 43. *ver. Aduertas tamẽ, de offi. ordinar.* vbi latissimè examinat, & defendit hanc ampliatio-
* nem, & est communis*, vt per Abb. *in c. cùm in contemplatione, post n.* 6. *de reg. iur.* quem in proposito refert, & sequitur Boss. *in ti. de indic. & considerat. ante tor. n.* 103. vbi dixit, quòd licèt aliqui voluerint clericos, tanquam milites cœlestis militiæ non posse torqueri, veritas tamen est in contrarium, vt scilicet etiam presbyteri possint torqueri, iuxta tex. *in c.* 1. *de depositio, & in c. si. constituerit, de accusat.* Foller. *in pra. cri. canõ. c.* 31. *in verbo, tormentis mox subiiciatur, n.* 6. & post Pari. de Put. *in loco per eum allegato* & Diaz *in pract. cri. canon. c.* 117. *n.* 1. ita seruari testatur Clar. *d. q.* 64. *v. Sed an clerici in princip. & ad finem, ver. Vbi præsertim*, hoc dicit procedere in crimine
3 læsæ maiestatis, † in crimine veneni & sepulchri violati, & etiam in crimine læsæ maiestatis loquitur Gig. *in tractatu suo de crimine læsæ maiestat. lib.* 2. *ti. quomodo, & per quos crim. læsæ maiest. probe. q.* 28. *n.* 4. Et quòd possit torqueri etiam in alium, vt testis, dicã *infrà, in seq. tit. de oppos. cont. test. in materia torturæ testium q.* 79. *n.* 54. *& seqq.* vbi vide de materia, *& in q.* 66. *n.* 101. *& seqq.* vbi præsertim de clerico torquendo ob varietatem, seu vacillationem.

4 Contrarium, † quòd imò clerici non possint torqueri, tenuerunt Ang. de malefic. *in verbo, Quòd fama publica præceden. n.* 102. *versi. Item clericus*, idem Carrer. *in pract. cri. in* 2. *tract. de indi. & tortu. d. §. circa tertiũ, quæ personæ torqueri possunt, n.* 26. *ver. Item excipitur clericus, iuncto n.* 17. vbi quòd nec torquentur, nec in se, nec in alium, Conrad. *in pract. ti. de negat. crim. & tormen. sub n.* 35. *fol.* 301. *col.* 2. vbi testatur de communi* opinione, licèt Diaz per eum allegatus, prout cõ-
siderauit Clar. *in d. ver. Sed an clerici*, nõ dicat id ad quod per Conradum allegatur, sed & hanc contrariam opinionem tenuerunt etiam plures alij Doctores relati per Gabriel. Saray. *in add. ad Matth. sing.* 60. *incip. Nota quod clerici in sacris minoribus constituti, ver. Quamuis contrarium tenuerit, & ad sing.* 62. *incip. Nota quòd clerici non gaudent regulariter, post mediũ additionis, ver. Item sicut miles*, & per Duen. *reg.* 190. *incip. Decuriones, & constituti in dignitate, in* 3. *fallen. ver. Contrariam tamen opinionem*, vbi in fine testatur ita videri esse magis communem* opinionem.

Pro concordia reperio Doctores † ita communiter* distin- *
guentes, quòd scilicet clerici, & præsertim sacerdotes, pos- 5
sunt torqueri, si de delicto, de quo imputatur vltra legitima *
indicia, quæ ad torturam requiruntur, sint insuper diffamati, vel aliàs infames: aliter † secus, etiam si mille præcederent in- 6
dicia, & ista fuit opinio Abbatis antiqui, *c.* 1. *incip. Grauius, in verbo, Vt audiuimus, de depositio*, prout illũ referendo sequuti sunt ibid. Florian. Imo. Card. Barb. & communiter* omnes, *
Alex. *in apostil. ad Bar. in l. fin. sub n.* 5. *in verbo, specialia, ff. de quæst.* vbi attestatur ita communiter teneri, quod etiam dixit Fel. *in c. vniuersitati, post. n.* 2. *de sen. excommunic.* Dec. *in c. at si clerici, n.* 19. *extra de iudi.* vbi etiam de communi, Marsil. *sing.* 55. *incip. Aduertas*, vbi dixit, ita practicasse, & obtinuisse in Ciuitate Cumarum, *& in l. quæstionis habendæ, n.* 98. *ff. de q. & in l. edictum, n.* 20. *ff. eod.* Boe. *de iud.* 163. *n.* 6. *&* 7. vbi quòd ita apud eum in illo Senatu seruatur, Diaz *reg.* 123. *in* 3. *sublimitatione primæ principalis limitationis*, vbi alios cumulat, Franc. Cason. *in trac. de tor. c.* 11. *rub. de non torquen. clericum, n.* 2. *& seqq.* Simanc. *de hæret. c.* 63. *n.* 27. Foller. *in pra. cri. verbo, etsi cõfitebũtur, in* 3. *par.* 3. *partis, n.* 23. Gigas *in tract. decri. læsæ maiesta. lib.* 2. *rub. Quomodo, & per quos crim. læsæ maiesta. prob. q.* 28. per totam in discursu, vbi pariter testatur de communi, & concordantes allegat, Gram. *voto* 11. *n. & consil* 65. *n.* 3. Duen. *reg.* 190. *in* 3. *fallen. ver. Contrariam tamen opinionem*, vbi alios citat, & testatur de magis communi* opinione, Cõ- *
rad. *in pract. tit. de negat. cri. & tormen. post n.* 35. *fol. mihi* 301. *col.* 2. Gab. Saray. *in add. ad Matth. sing.* 60. *versi. Et non solum poterit capi*, Carrer. *in pra. in* 2. *tract. de in. & tor. §. circa tertium, quæ personæ possint torqueri, n.* 26. Pet. Rebuff. *in* 3. *tom. const. Franciæ, tra. de contuma. & defect. artic.* 2. *glo.* 1. *n.* 3. *& artic.* 9. *glo.* 1. *n.* 10. Foller. *in pra. crim. canon. c.* 31. *in verbo, Tormentis mox subiiciatur. n.* 6 *fol.* 223. Boss. *in tit. de tor. n.* 6. *& in tit. de indic. & considera. ante tor. n.* 193. *ver. Est verum*, Simanc. *de hæret. tit.* 65. *n.* 47. vbi pariter de cõmuni, Villalob. *in commun. opin. v. clericus, n.* 87. Io. Mar. Monticell. *reg. cri.* 1. *n.* 41. Viui. *in commun. opin. v. Clerici non possunt torqueri*, vbi pariter testatur de communi opinione, cum aliis relatis per Mascard. *de prob. lib.* 1. *conc.* 352. *n.* 14. *& conclu.* 352. *n.* 5. *& cons.* 497. *n.* 8 ex quibus sine dubio apparet, hanc distinctionem esse à Doctoribus magis communiter receptam.

Verùm † licèt præmissa conclusio & distinctio, vt præfer- 7
tur, communiter à Doctorib. recipiatur, ac etiam admodum benigna arbitranda sit: contrariam tamen sententiam, tanquam veriorem, & probabiliorem amplexus est idem Simanc. *de hæret. d. tit.* 65. *n.* 48. & communem suprà relatam opinionem in practica non seruari, testatur idem Boss. *in d. tit. de indi. eodem n.* 103. *ad finem, vers. Tamen neque hoc*, refert Clar. *in pra. §. fi. q.* 64. *Sed an clerici*, vbi etiam ipse dicit se nõ credere illam in practica seruari, nec dissentit Paul. Granut. *theorem.* 18. *n.* 3. *ad finem*, dicens, quòd si prædicta conclusio seruaretur in practica, nunquam, aut rarò, clerici torquerentur, cùm ad probandum diffamationem multa cõcurrere debeant, † Et quidem, vt verum fatear, apud nos nunquam vidi 8
hoc, quod dictum est de fama, seruari in tortura clericorum. Bene verum est, quòd (prout etiam adnotauit Paul. Granut. *d. theorem.* 18. *n.* 4. *vers. Quid dicendum? & n.* 5. *&* 6.) † cùm 9
clericatus ordo, & sacerdotij dignitas non mediocrem de se faciat præsumptionem delicti exclusiuam in clerico, & sacerdote, & ex quo habens pro se iuris præsumptionem, habet etiam priuilegium, vt volens contrarium probare clariores, & lucidiores habeat deducere probationes, sicut post alios scripserunt Hercul. *in tracta. de negat. n.* 4. Cepha. *consil.* 138. *num.* 18. *libro secundo, & consil.* 241. *num.* 87. *lib. tertio*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 31. *num.* 8. *&* 9. Mascard. *de probat. in præfat. q.* 10. *num.* 38. *lib.* 1. *& concl.* 1221. *n.* 6. *lib.* 3. & alibi

dicam. Idcirco antequam clericus seu sacerdos torqueatur, licèt secundùm modernam practicam non debeat præcedere fama specialis delicti, de quo agitur, seu infamia in genere ipsius clerici, debent tamen præcedere indicia grauiora, & vrgentiora, quàm ea quæ à iure requiruntur in tortura laicorum propter illam specialem bonitatis præsumptionē, quam * pro se habent clerici, & religiosi, & ita seruari * communiter vidi apud nos in Vrbe & statu ecclesiastico, prout etiam ita seruari vidisse testatur Granu. *d. theorē. 18. num. 6. ad finem*, & hoc est, quod post Salicet. quem allegat, voluit in proposito Bossi. *d. tit. de tortu. est. sub num. 6.* dicens quòd presbyteri habent priuilegium, vt non ita de facili torqueantur sicut laici; *per l. Presbyteri*, la 1. *C. de Episco. & cler.* & propterea possunt torqueri, si contra eos militent magna indicia: quæ tamen magna indicia non requiruntur in tortura laicorum, & hoc idem etiam videtur fuisse de mente Francisci Cason. *in tra. de tormen. c. 11. rubr. de non torquen. cleric. n. 7.* vbi dixit, quòd in omni delicto clerici sunt fauorabiliores, quàm laici, & sæpe indicia, per quæ conuincuntur laici, nihil operantur contra clericos: & ab hac resolutione, & practica, si bene consideretur, non discordat conclusio firmata per Doctores præallegatos, volentes clericos non posse nisi vltra ordinaria indicia concurrat fama delicti, vel infamia inquisiti: quia vbi 10 fama non aderit, ista grauiora indicia succedent loco † famæ, famáque supplebitur per grauitatem indiciorum, & non est nouum in iure quòd indicia suppleant famam, ad trad. per Bald. *in l. iubemus, n. 4. C. de prob.* Paris de Put. *in tra. de syndic. in verbo, inquisitio, cap. 1. n. 9.* Duen *regu. 298. in 12. limitat.* Roland. *cons. 24. n. 8. & seq. lib. 1. & consilio 3. n. 15. lib. 2. & cons. 57. n. 6. lib. 4.* Bossi. *tit. de inquisi. n. 27.* Clar. *in pract. §. fin. q. 6. versicu. vlteriùs sciás, prope finem.*

11 LIMITAI. Hanc ampliationem, in qua probaui etiam clericos posse torqueri, vt tamen tortura illis inferenda debeat esse moderata, & leuior ea quæ laicis infertur, vt per Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. & tortu. n. 18. in fine*, vbi propterea infert, quòd clerici non debent supponi funiculis, vel ęculeis, sicut laici, sed virgis, seu corrigiatis, Gig. *de crim. læsæ maiest. lib. 2. ti. quomodo, & per quos cri. læsæ maiesta. prob. q. 28. n. 5.* vbi alios adducit concordantes Simanc. *de hæret. d. tit. 65. n. 49.* vbi quòd in omnem euentum clerici, monachi, ac præsertim sacerdotes, & rariùs, & mitiùs torquendi sunt, quàm laici, tum propter periculum excommunicationis, si fortè modus excedatur, tum etiam propter dignitatem sacerdotij, cui summa semper, & vbique reuerentia debetur, Conrad. *in pract. ti. de negat. cri. & tormen. post n. 35 fol. mihi 301. colum. 2.* Gab. Saray. *in addi. ad Matthes. singu. 60. ad finem additionis, ver. Tortura tamen in clerico*, Viui. *in commun. opin. ver. Clerici non possunt torqueri, in fine*, vbi testatur de cōmuni * opinione, de qua etiam ante Viuium testatur Diaz *in pract. cri. canon. cap. 117. post n. 5.* & hos sic testantes referendo sequitur Clar. *in pract. §. fi. q. 64. ver. Sed an clerici, in fine*, & pro hac opinione facit text. *in cap. illi, qui, 5. q. 5.* ponderando illa verba in textu posita, *Religiosus tortor*, ex quibus probari videtur clericis torturam inferendam esse cum pietate, & religione, & non cum rigore, prout ponderauit ibi Præpositus, insuper non valere cōsuetudinem in contrarium.

12 Contrarium † sensisse videtur Franc. Cason. *in tract. de tormen. c. 11. rub. de nō torquen. cle. n. 5.* vbi quòd supradicta limitatio nulla bona lege probatur, & non est auribus hominum digna: sed magis expresè contra eandem limitationem tenuit Foller. *in pract. cri. canon. cap. 31. versi. Tormentis mox subiiciatur, n. 7.* vbi dixit, quòd quoad torturam, nec in laicis, nec in clericis datur à iure certus torquendi modus, nec aliquid speciale est in clericis, quoad modum, & qualitatem torturæ, sed ea tortura, & eo genere tormenti, quo torquentur laici, debent torqueri clerici. Nec obstant, inquit Foll. verba tex. *in dicto cap. illi, qui, 5. quæst. 5.* ibi *Religiosus tortor*, quia talia verba apponuntur in textu, non ex eo, quòd inferenda sit tortura clericis cum pietate, seu religione, sed quia Iudex, & sic tortor dicitur religiosus, *vt in l prima, §. diuus Seuerus. ff. de quæst.* imò si bene ponderetur tex. *in d. c. illi, qui*, probat expresè hanc contrariā opinionē, in illis verbis, *diuersis cruciatibus* ex quibus colligitur, quòd tortura clericorū non debet esse leuis, sed crucians corpus diuersis modis. Præterea ego nescio videre rationem diuersitatis, cur scilicet clerici debeāt leuiùs torqueri, & mitiùs quàm laici, immò in contrarium vrget potentissima ratio, † quia scilicet delicta clericorum 13
sunt grauiora, & punibiliora, quàm delicta laicorū, *l. presbyteri, C. de Episc. & cler. c presbyteri, 5. qu. vl.* bene comprobat Aym. *consi. 9. n. 2.* Foller. *in pract. crim. canon. c. 16. n.* 10. Ergo clerici sunt acriùs torquendi, quia vbi delictum est grauius, ibi grauior est inferenda tortura, & è contra, vt suprà probaui, *q. 38. n. 33. & 52.* & per hanc rationē in enormibus prædictam limitationem non procedere, bene scripsit Pau. Granut. *d. theorem. 18. n. 7.* Et ita credo esse veritatem, quicquid in contrarium præcitati Doctores non multùm accuratè loquentes, in d. limitatione affirmauerint.

LIMITAII. Eandem ampliationem, † in casu quo clerici 14
possunt torqueri, non tamen possint torqueri à ministris, & exequutoribus laicis, etiam de mandato Episcopi, secundùm gl. *in d. c. illi, qui*, ibi, *per clericos, &c. 5. q. 5. & in c. 1. eadē causa, & quæstione, & in ca. in sūma, 45. distinctio.* Abb. & alios quos in proposito referendo sequuntur, Gig. *in tra. de crim. læsæ maiest. lib. 2. tit. Quomodo, & per quos cri. læsæ maiesta. prob. q. 28. n. 6.* Gab. Saray. *in additio. ad Matthes. singu. 60. in fine additionis, ver. Sciendum tamen est*, Carrer. *in pract. cri. in 2. tra. de indic. & tortu. §. circa tertium, quæ personæ torqueri possint, n. 29.* vbi quòd latiùs torquendo clericum est excommunicatus, præterquam in duobus casibus. Primò, in assassinio; secundo quando non torqueret, sed tantùm ligaret ipsum clericum, ac deinde illum torquendū clericis tradiderit, & cum hac limitatione, se habere communem * Doctorum opinionem testatur Ripa *in c. decernimus, n. 39. de indic.* pro qua vide etiam allegatos per Dec. *in tract. crim. tom. 1. li. 4. c. 9. n. 74.*

Verùm, † quicquid sit de iure, contrarium seruatur de con- 15
suetudine, secundùm Foll. *in prac. cri. canon. c. 31. rub. tormētis mox subiciiatur, n. 11.* vbi quicquid in contrarium dixerit Abb. *in c. vt famæ, de sent. excom.* testatur de communi * obseruantia, illámque bonam, æquam, & iuris consonam affirmat, ac pluribus rationibus comprobat, & ita etiam de hac communi obseruantia testatur Diaz, Simanc. & alij quos in proposito refert, & sequitur Clar. *in prac. §. fi. q. 64. ver. Sed hic quæro*, paritérque de eadem obseruantia testatur Sigismund. Scaccia *in tra. de iudic. caus. ciuil. cri. & hæret. li. 1. c. 10. n. 41.* & si aliter diceremus, sequeretur absurdum, quòd delicta clericorum remanerent impunita, cùm prout considerarunt Foll. & Clar. in locis præcitatis, clerici non reperiantur, qui birroariorum munus exercere velint.

LIMITAI. Propositam † huius quæstionis regulam non 16
procedere in minore quatuordecim annorū, quem minimè torqueri posse probat tex. *in l. de minore, ff. de quæst.* cuius verba sunt hęc: *De minore quatuordecim annorum quæst. habenda non est.* item tex. *in l. 1. §. impuberi, ff. ad Sylla.* cuius verba pariter sūt hæc: *Impuberi autem vtrum in supplicio tantùm parcimus, an verò etiā in qu. & magis est, vt de impubere nec quæstio habeatur.* item tex. *in l. ex libero, §. 1. ff. de quæst. De minore*, inquit ibi Callistratus I. C. *quàm quatuordecim annorū in caput alterius quæstionem habendam non esse diuus Pius Mitilio rescripsit.* & vtrumque hoc communiter * notant Doctores * omnes, & vltra eos per iura præallegata hanc firmarunt limitationem Ang. *de malef. in verbo, Fama publica. n. 102. ver. Sed excipiuntur*, Marsil. *in l. edictū, n. 18. ff. de quæst.* Gand. *in tit. de pœnis reorū, n. 30. & in tit. d. q. & torm. n. 9.* Brun. *de indi. & tor. 2. par. q. 4. ver. 16.* Guido de Suzzar. *in tra. de indi. & tor. n. 12. ver. Excipiuntur quædā personæ*, Ghirland. *de q. & tor. q. 6. n. 4. ver. Tertiò excipiuntur minores*, Fran. Cason. *in tr. de tormen. c. 10. rubr. quæ personæ torqueri possint, & quæ non, n. 9.* Carrer. *in pract. cri. in 2. tra. de indi. & tort. §. circa tertiū, quæ personæ torqueri possunt, n. 73.* Duen. *reg. 259. in 7. ampliatione*, Cōrad. *in pract. in ti. de neg. cri. & torm. n. 34. ver. 11. Limita. fol. mihi 301. col. 1.* Pet. à Plach. *in epitom. delict. lib. 1. c. 32. n. 12.* vbi testatur de communi * opinione, de qua etiam testantur Anto. * Gomez. *var. resolu. to. 3. c. 1. rub. de delict. n. 67. & c. 13. rub. de tortu. reorum. n. 3.* Clar. *in pract. §. fi. q. 64. versi. Quæro nunquid minores*, vbi etiam ex Igneo, *in l. excipiuntur, n. 49. ff. ad Sylan.* dicit hoc esse indubitatū, Bertazz. *in cōs. 116. n. 28. li. 1.* Fran. Personal. *in tra. de indi. & tort. n. 15. ver. Ex quo senex septuagenarius, & impuberes*, Flam. Cart. *in sua prac. interrog. reo. lib. 4. c. 1. n. 49. ver. Et minores quatuordecim annorum, &c.* quæ de tortu. test. dixi *tra. de testib. q. 79. n. 49.*

SVBLI

17 SVBLIMITA I. Hanc † primã limitationem, vt licèt minor quatuordecim annorum nõ possit torqueri, bene tamen potest terreri, ferula cædi, vel alio tormentorum leuiori genere torqueri, sicut communiter * notant Doctores omnes mox in limitatione citati, & ita quotidie seruari testatur Flamm. Cart. *in sua practi. interrog. reor. lib. 4. capit. 1. post nu. 49. & cap. 2. n. 10.* vbi ponit formulam cædendi pueros ferula, & probat tex. *ad literam, in d. l. 1. §. impuberi, ff. ad Sylla.* dum dicit: *Alias solet hoc in vsu obseruari, vt impuberes nõ torqueantur, terreri tamen solent, & habena, vel ferula cædi.* † Et
18 propterea vt suprà adnotaui, *in q. 37. n. 68.* apud nos minores huiusmodi torquentur non tormento funis, sed tormento si-
19 billorum, quod est leuius, † cùm non solùm non possint in funem, & in altum eleuari, sed nec etiam eodem fune ligari, vt per Bertazz. *d. cons. 116. n. 31. lib. 1.* & faciũt, quæ dixi *suprà q. 38. n. 36.* vbi probaui, quòd quando ligatura est multùm stricta, prout regulariter fit; quando torquendi sunt rei cum tormento funis, tunc ipsa ligatura æquiparatur. torturæ, & propterea sicut minor non potest torqueri, ita etiã nec ligari. Et licèt Clar. *in d. q. 64. eodem vers. Quero nunquid minores*, referat Senatum Mediolani semel fecisse in cenaculo eleuari quendam Martinum Magnum minorẽ quatuordecim annorum: nihilominus, teste eodem Claro in loco citato, talis iussus po-
20 tiùs admirationem produxit, quàm iustitiam. † Imò si minor esset maior septem annorum, & sic esset infans, tunc nullatenus, nec terreri, nec ferula cædi, aut leuiùs torqueri posset, vt per Ludou. Bolognin. post Bal. quem allegat in addi. ad Guido. de Suzzar. *in tra. de indic. & tor. n. 13. in fine*, Foll. *in pra. in verb. rei indurati torqueantur, n. 20.* & per Carta. *vbi supr. post*
21 *n. 49.* Et è contrà, † si esset maior quatuordecim annorum licèt minor viginti, potest non solùm terreri, sed etiam torqueri, quod intelligas leuiter, & secundùm qualitatem personæ, & ætatis, prout voluit Anto. Gomez. *var. resol. tom. 3. c. 1. rub. de delict. n. 67. v. Adultus tamen*, vide tamen ea, quæ dixi *infrà, n. 107.* Vide quæ de tortura test. dixi *infrà, in tra. de testib. q. 79. n. 50.*

22 SVBLIMITA II. Eandem † primam limitationem non procedere, quando statutũ habilitaret minorem quatuordecim annorum ad testificandum: nam tunc etiam torqueri poterit, secundùm Brunum *in tract. de indic. & tort. 2. par. quæst. 4. n. 16. in fine*, quem referendo sequuti sunt Carter. *in pra. in 2. tract. de ind. & tort. §. circa tertium, quæ personæ torqueri possunt, n. 37. in fine*, & Conrad. *in pract. in tit. de negat. crim. & tormen. n. 34. sub 11. limitatione, folio mihi 301. colum. 1.* Nec dissentit Baiard. *in Addi. ad Clar. quæst. 64. nu. 67.* vbi magis generaliter dixit, minores posse torqueri in omni-
23 bus casibus, in quibus ad testificandum admittuntur. † Sed hæc tu intelligas, vt minor isto casu possit torqueri, vel ferula, vel habena, vel aliquo alio leuioris tormenti genere, iuxta ea, quæ dixi *suprà, n. 17.* alioquin duo sequerentur absurda. Primum, quòd statutum prædictum duo induceret specialia in eodem subiecto, ac vno, & eodem tempore. Secundum, quòd grauiùs torqueretur minor, vt testis, quã vt reus, quod minimè est permittendum, per ea quæ infrà dicam *in t. de oppos. cont. test. in materia torturæ testium.* Item intelligas, dummodo minor sit proximus pubertati, aliter secus, vt per Baiard. *vbi supra, d. n. 67. in fine.*

LIMITA II. Propositam † regulam in sene decrepito, quem
24 pariter minimè torqueri posse, ad id communiter per Doctores adducitur tex. *in l. si quis in graui §. ignoscitur, ff. ad Syllan. Ignoscitur* inquit text. *etiam his, qui ætate defecti sunt.* per hunc text. hanc limitationem expressè firmarunt Ang. *de malef. in verbo, Quòd fama publica præceden. n. 102. ver. idem decrepitus*, Odofred. & Gandinus relati in locis relatis per Brun. *in tra. de indic. & tor. 2. par. q. 4. n. 18. v. Item torquetur senex*, Guido de Suzzar. *in tra. de indi. & tor. n. 14. v. Item ætati decrepitæ*, Paul. Ghirland. *in tra. de q. & tor. q. 6. n. 5. vers. Excipiunt sextò senes*, Carrer. *in pra. in 2. tra. de ind. & tor. §. Circa tertium, quæ personæ torqueri possint, n. 36.* Petr. Duen. *reg. 259. in 6. ampliatione*, Marsil. *in pract. §. expedita, n. 41. & in l. edictum, n. 21. de quæst.* Franc. Cason. *in tra. de tormen. cap. 10. rub. Quæ personæ torqueri possint, & quæ non, n. 11. & seqq.* Conrad. *in pract. ti. de nega. cri. & tormen. n. 34 ver. 12. Non torquentur senes fol. mihi 302. colum. 2.* Iodoc. *in pract. crim. ca. 41. n. 5.* Cyrill. *in summ. crim. rub. 79. de quæst. 2. n. 1. ad finem, ver. Senex autem, fol. mihi 148. colum. 2.* Anto. Gomez. *varia. resolu. to. 3. c. 13. rub. de torturareorum, n. 13. v. Item reperitur prohibitus senex*, vbi testatur, ita cõmuniter * tenere Doctores * *in d. §. ignoscitur, & in l. quæstionis modum. ff. de q.* Petr. à Plach. *in epitom. delict. c. 32. n. 16.* vbi etiã testatur de magis communi opinione, Viui. *in commun. opin. in ver. Senex ætatis decrepitæ*, vbi dicit ab hac communi non esse recedendum, Tiraq. *de pœnis temperan. causa 8. n. 1. & seq.* Ofasc. *decis. Pedemon. 123. n. 2.* Bertaz. *inter cons. crim. diuers. cons. 70. n. 31. iuncto n. 40. volum. 2.* vbi alios adducit concordantes, Clar. *in pract. §. fi. q. 64. v. Non etiam debet Iudex*, vbi pariter testatur de communi Rota Lucen. Ludou. *dec. 13. n. 53. & seq.* Franc. Personal. *in tra. de indi. & tor. post n. 15. v. Ex quo senex.* Et licèt hanc limitationem minimè iuri consonam credat Paul. Ghirlan. *in tra. de q. & tormen. q. 6. n. 5. & seqq.* vbi latè contrarium defendit, & Ghirlandum sequi videatur Brunus *in tract. de ind. & tor. 2. par. q. 4. post n. 18.* non per hoc tamen in consulendo & iudicando ab ea recedas, quia re vera & magis cõmunis * est, * & magis in practica seruata. Et ex ea secundùm communem mentem omnium præcitatorum Doctorum infertur, quòd si aliquis senex fateatur in tortura sibi indebitè illata, talis confessio sibi non præiudicat, & de hoc non est dubitandum. Quamuis in practica id obtineri posse dubitare videatur Baiard. *in addit. ad Clar. q. 64. n. 71.*

SVBLIMITA I. Hanc secundam limitationem, vt procedat in sene decrepito, videlicet septuaginta annorum, prout 25
in decrepito loquuntur omnes præfati Doctores, secus in nõ decrepito, vt bene declarat Gramm. *decis. 34. n. 5.* quẽ in proposito refert & sequitur Clar. *in d. q. 64. sub eodem vers. Non etiam debet Iudex*, vbi etiam testatur, Senatũ Mediolani propterea iussisse torqueri senem sexagenarium, qui tamen aliàs erat robustus: item & senem annorum sexaginta quinque, eo tamen modo, quo per ætatem torqueri poterat, † Et licèt Cy- 26
rillus *in summa criminali, rub. 29. de q. §. 2. n. 1. in fine, v. Senex autem* dixerit senem dici aliquando sexagenarium, & aliquãdo septuagenarium, vt notatur *in l. 1. C. de hes, qui non imple. stipen. li. 10.* sed in casu nostro, quia sumus in odiosis, intelligi debere de sexagenario, non autem de septuagenario, arg. tex. *in l. si præses, & in l. interpretatione. ff. de pœnis, & in c. odia, de reg. iur. in 6.* eius tamen opinio est contra communem * interpretationem Doctorum volentium isto casu senilem ætatem esse annorum septuaginta, & non sexaginta, quia loquuntur non in sene simpliciter, sed in decrepito, quæ decrepita ætas tempore annorum septuaginta incipit, & non prius, vt remissiue declarat Ludou. Bologn. *in add. ad Guido. de Suzzar. in d. tra. de ind. & tor. n. 15. in fi.* Duen. *d. reg. 259. in 6. ampliatione*, Viui. *in commu. opin. d. ver. senex, in fi.*

LIMITA Rursus † hanc sublimitationem non procede- 27
re in sene, qui sit vel valetudinarius, vel debilis cõplexionis, cùm multi reperiantur, qui propter corporis imbecillitatem citiùs quam alij senescant: ij, inquam, etiam quòd septuagenarij nõ sint, minimè possunt torqueri, ne propter talem imbecillitatem eos in tormentis mori contingat, prout aliàs cõtigisse testatur Franc. Cason. *in tra. de torm. c. 10, rub. Quæ personæ torqueri possint, & quæ non, n. 12.* vbi expressè hanc firmat limitationem, quam etiam sequitur Rota Lucen. Iosephi Ludo. *dec. 13. n. 53. & segq.* vbi dicit quòd cùm re vera à iure non sit determinatum specialiter in materia torturæ, † quæ- 28
nam dicatur senilis ætas, ideo recurrendum est ad generalem regulam, quæ vult id esse remissum arbitrio Iudicis, vt per Menoc. *de arb. q. lib. 2. casu 59. n. 1*, quem etiam referendo sequitur Baiard. ad Clar. *q. 64. n. 69.* Qui quidem Iudex isto casu maximè considerabit corporis fortitudinem, aut imbecillitatem: si n. senex erit robustus, poterit torqueri vsque ad annos septuaginta, prout loquuntur Doctores supracitati, eo tamen modo, quo ætatis qualitas suffert, & non aliàs, vt declarat Clar. *in d. v. Non etiam Iudex*: si autem senex erit imbecillis, & debilis (quod totum Iudicis arbitrio remittitur) & tunc nõ torquebitur, etiam quòd non sit septuagenarius, & ista est veritas, quam semper à bonis Iudicibus practicari vidi.

SVBLIMITA II. Eandem † secundam principalem limi- 29
tationem, vt licèt senex non possit torqueri, bene tamen potest terreri, seu etiam leuiter torqueri, tali tamen tormento, quod in sene cadere possit, vt per Ghitland. *in tract. de quæst. & tormen. capit. 6. n. 8. ad medium, ver. Extra igitur illum ca-*

sum,

sum,& n.6.in prin. vbi dicit, quòd etiam retenta opinione eorum,qui contra communem affirmarunt senem posse torqueri,minùs tamen & leuiùs torquendus est, quàm iunior.

* Sed ego dico, quòd retenta vera,& communi * opinione, quòd senes non possint torqueri,adhuc tamen poterunt vel terreri,vel leuiter torqueri,prout voluit Ant.Gomez.*variar. resolut.tom.3...13.rub.de tortura reorum,post n.3.v. Adde tamen quòd leuiter,& n.4.ver.Ego tamen in hoc articulo,* vbi argumentatur à simili,quòd sicut propter senectutem minoratur pœna delicti,non autem in totum tollitur,ita pariter reus propter senectutem,nec in totum excusabitur à tortura, sed & genus tormenti,& modus torquendi moderatur, quia in sene bene etiam potest cadere tortura,sed leuis,& cum moderamine,secundùm qualitatem ætatis,vt ibi per eum, quod & voluit Clar.*in d.quæst.64.eodem ver.Non etiam debet Iudex,* vbi propterea quòd aliàs Senatus Mediolani iussit terreri sub equuleo quẽdam senem decrepitum,& sequitur Fran. Personal.*in tract.de indic.& tort.post n.15.ver.Ex quo senex septuagenarius,* vbi propterea quòd eleuatur aliquantulum à terra,& per vnum Miserere in tortura retinetur: sed certè hodie hominum ætas adeò diminuia est,vt septuagenarium, nec leuiter torquendum esse,& æquius & sanctius esse crederem:qui enim ad talem ætatem peruenit,adeò corpore languens est,vt illum tormento subiicere nil aliud esse existimem,quàm mortis periculum in eo experiri. Vide quæ infrà dixi,*n.*107.

30 LIMITA III. Regulam † in milite,quem minimè torqueri posse,probat tex.*in l.milites,C.de quæst.Milites,* inquit textus,*nec tormentis, nec plebeiarum pœnis in causis criminalibus subiungi concedimus.* per quem textum post glos. ibi & communiter* Doctores omnes hanc limitationem in specie firmarunt,Gandin.*in ti.de quæstio. & tormen. sub n.9.* Paris de Put.*in tract.de syndica.in verbo.Doctor,cap.2.incip. an Doctor seu Aduocatus,n.2.& n.5.in fine,versi.Nam milites,* vbi post Salic.post allegat.*in l.1.de iur. & fac. ignoran.* hoc dicit esse inductum ratione nobilitatis eorum,Guido de Suzzar. *in tracta.de indic.& tortu.n.16.*Marsil.*in l.edictum, n.17. & 23.ff.de quæst.* Paul.Ghirland.*in tract.de quæst. & tortu. n.2.* Brun.*in tracta.de indic.& tortu.2.par.quæst.4.n.19.* Roma. *singul.494.incip.Milites,& Doctores,* Carrer.*in pract.crim. in 2.tra.de ind.& tortu.§.circa tertium.quæ personæ torqueri possunt,n.19.* Gabriel.Saray.*in addi. ad Matthes.sing. 61. incip. Nota quod clerici non gaudent,ad medium additionis,v. Item sicut miles armatæ militiæ,* Gig.*in tract.de cri.læsæ maiestat.lib. 2.ti.quom.& per quos crim.læsæ maiesta.probe.q.27.n.1.* Franc. Cason.*in trã.de torm.ca.10.rub.quæ personæ torqueri possunt, & qua non,n.14* Brun.*de cessione bonorum,in 11.qu.4.quæstionis principalis,n.11.ver. Quædam sunt priuilegia,* Cyrill. *in summa cri.rubr.29.de quæst.§.2.n.1.fol.mihi 148.col.1.* Conrad.*in pra.rub.de nega.crim.& tormen.n.34.v.14.limita, fol. mihi 301.col.1.* Ant.Gomez.*var.resol.tom.3.c.13.rub. de tor. reorum,n.3.ad medium,v.Item reperitur prohibitus miles,* vbi testatur de communi,*Clar.*in pra.§.fin.q.64.v.Quæro etiam nunquid milites,in prin.* vbi quòd hoc nullam habet difficultatem in militibus antiqui temporis:sed quid in militibus nostri temporis,mox audies.

31 SVBLIMITA I. Hanc † tertiam limitationem non procedere in militibus nostri temporis, quos propterea torqueri posse,affirmarunt Dyn.Cyn.& Ang. quos referendo sequitur Ange.*de malefic.in verbo,Quòd fama publica præceden.n.102.v. Milites nostri temporis,* & ibi August. *in addi.in fine additionis,v.Sed ego in tract.meo.* † Et licèt contra hanc sublimitationem videatur esse magis communis*Doctorum opinio,vt videre est apud Salic.Guliel.de Cuneo,& alios relatos per August.*vbi supra,* & per Brun.*in tra.de ind.& tort.2.par. q.4.n.19 ver.Dicunt tamen,* & per Bernard. de Landria. *in add.ad Ang.de malef.dicto verbo,Fama publica,n.102. in litera C.v.Sed contrarium.* Brun,*vbi supra,de cessione bonorum, dicta q.11.quartæ quæstionis principalis,n.11.ver.Et hæc priuilegia,* Addentes ad Rom.*singu.494.incip.milites, Doctores, &c.* Carrer.*in pra.in 2.tra.de ind.& tort.§.circa tertium, quæ personæ torqueri possint,post n19.* Conrad.*in pra. ti. de negat. crim.& tormen.n.3.sub 14.limitatione,fol.mihi 301.colum. 1.*
32 * *in fine,* Paul.Ghirland.*de quæst.& tort.quæst.6.n.3.* vbi testa-
33 tur de communi, * Boss.*ti.de indic.n.104.* † vbi pariter de communi, & declarat hanc contrariam opinionem procedere non in militibus priuatis, qui modò sub vno præfecto, & modò sub alio stipendia accipiunt, sed in equitibus,& capitaneis,prout etiam declarat Clar.*d.quæst.versi.Quæro etiam nunquid milites,in fin.* & ante Clarum videtur de mente Iodochi *in pra.crim.cap.41.n.2.* vbi loquitur de equite laureato,& post Clarum videtur etiam de mente Iacobi Benij *in tra.de priuileg.Iurisconsultorum,priuileg.38.n.3.& 4.* † Non 34 per hoc tamen in Vrbe,& statu ecclesiastico recedas à proposita sublimitatione,quæ saltem de facto,& consuetudine seruatur indistinctè non solùm quoad milites priuatos, sed etiam quoad equites,quos passim torqueri vidi absque vlla prærogatiua,seu priuilegio, & faciunt quæ infrà dicam *in sequenti limitatione.*

SVBLIMITA II. Eandem † tertiam sublimitationem 35 non procedere de cõsuetudine,secundùm quam milites torqueri,testantur Nicol.Pignolat.*in addi.ad Rom.sing. 494. in fine additionis,* vbi ita dicit se vidisse obseruari, tam Veronæ, quàm Patauij,tempore sui studij,non solùm in exceptis criminibus, sed etiam in non exceptis,Franc.Cason.*in tr.de tormen.c.10.rub.Quæ personæ torqueri poss.& quæ non,n.14.* vbi ita seruari testatur non solùm per Illustrissimos Venetos, sed etiam per totam Italiam,Cyrill *in summa crim.rub.29.de qu. §.2.n.1.post medium,versi.Tamen eò res progressa est,* vbi generaliter dicit,quòd hodie indiscriminatim in omnibus personis,& in omnibus criminibus tortura adhibetur. † Et licèt 36 hanc consuetudinem minimè validam esse communiter * à * Doctoribus traditum sit,prout in specie de milite loquendo dixerunt Rom.*in d.sing.494.v.Sed an valeat consuetudo,* per text.*in l.omnes Iudices,* & ibi Bar.*C.de Decurio.li.10.* Lud.Bologni.*in add.ad Guido.de Suzzar.in tra.de ind.& tor. n.17. v.plus dico,* Augu.ad Ang.*de malef.in verbo,Quòd fama publica præceden.n.102.v.Adde tamen,* Brun.*de indi. & tort. 2. par.q.4.n.24.v.Et quoniam superius dictum est,* Brun. *de cessione bonorum,d.q.1.4.quæstionis principalis. n.11. versi.Vbi etiam subdit* Conrad *in pra.d.ti.de nega.crim.& tormen.n.34, ad finem sub 14.limitatione.fol.mihi 301.col.2. in prin.* idem Cyrill.*vbi supra,d.n.1.in fi.v.Hæc tamen consuetudo à iure reprobatur.* Non per hoc tamẽ à proposita sublimitatione recedas in practica:quia,vt suprà iterum admonui,quicquid sit de iure,de facto milites torquentur absque vlla prærogatiua.

LIMITA IV. Et † principaliter propositam huius quæ- 37 stionis regulam non procedere in Doctore, vel Aduocato, quem minimè torqueri posse,argumento tex.*in d.l.milit. C. de quæstio.* affirmarunt Cyn.& Bar.*in d.l.Milites,* Paris de Pur. *in tra.de synd.in verbo,Doctor,c.2.incip. An Doctor seu Aduocatus,n.1.& n.3.in prin.n.6.& seqq.* † vbi bene confir- 38 mando hanc limitationem dicit,quòd priuilegia multùm extenduntur ad Doctores,secundùm Cyn.& Salic.*in l.1.C. de iur.& facti ignoran.* quia sicut versatur vtilitas publica in militibus,*l.1.& fina.de testam.milit.* ita etiam versatur in Doctoribus.*l.1.* & ibi glo.*C.de stud.libera.* cum aliis ibi per eum allegatis.† Doctores enim quasi radij Solis appellantur, *c.si quis,* 39 *1.q.7.* & velut luminaria splendere dicuntur,*c.1.de reli.& vener.Sanct.* propterea nobiles reputãtur secũdùm Bal.*in l.prouidendum.* per illum tex.*C.de postul.* Rip.*in l.Cẽturio,in princip.n.15.ff.de vulg.& pupilla.* & Doctoratus est dignitas secũdùm Bar.*in l.fina.C.de Iudæ.* Abb. & Dec.*in c.proposuisti, in fi.extra de probatio.* Idcirco sicut militi propter eius dignitatem,& nobilitatem conceditur à iure priuilegium ne possit torqueri,*d.l.milites,C.de quæst.* ita etiam nec torqueri poterunt Doctores,cùm non minùs sint digni, & nobiles,quàm ipsi milites.Ita nempe per has & alias similes rationes, vltra Cyn.Bart.& Paridem præallegatos hanc limitationem tradiderunt idem Bar.*in l.1.Cod.de Aduoca.diuer.Iud.& in l.4. C.ad l.Iuliam maiesta.* Alexander *in l.Centurio,n.9.* Galliaula, *n.25.* Ripa *n.14.ff.de vulga.& pupilla.* Ias.*in l.1.sub n.septimo,Cod.de iur.& fac.ignoran.* Guido de Suzzar. *de indic. & tort.n.108.* Angel *de malef.in verbo,Quòd fama publica præceden.n.192.ver.Item Doctores,* Rom.*sing.494. & ibi in addit.* Marsil.*in l.edictum,n.8.& seqq.ff.de q.* vbi latè,*& in pract. §. expedita,n.36.& in sing.556.* Gramma.*voto 1.n.5.* Socin.iun. *cons.39.n.36.lib.2.* Paul.Ghirlan.*in tra.de quæst.& tort.quæst. 6.n.3.ad finem,* Brun.*in tra.de ind.& tort.2.part.quæst.quarta,n.22.& 23.* Carrer.*in pract.in 2.tra.de ind.& tort.§.circa tertium,*

tertium, quæ personæ torqueri possint, n. 20. Iodoc. *in pract. cri. §.* 41. *n.* 1. Düen. *reg.* 190. *in tertia ampliatione*, Conrad. *in pra. tit. de negat. crim. & tormen. n.* 34. *v.* 14. *Non torquentur, fol. mihi* 301. *col.* 1. Gab. Saraÿn. *in add. ad Matthes. sing.* 59. *Nota quòd legum Doctores*, Gig. *de crim. læsæ maiest. libr.* 2. *titul. quomodo, & per quos cri. læsæ maiestat. probat, q.* 27. *n.* 1. Franc. Cason. *in tract. de torm. c.* 10. *rubr. torqueri quæ personæ possint, & quæ non, n.* 14. Cyrill. *in summa crimin. rub.* 29. *de quæst. §.* 2. *n.* 1. *ad medium, v. Legum Doctores, fol. mihi* 148. *colum.* 1. *in fin.* Ant. Gomez. *var. resolut. tom.* 3. *c.* 13. *rub. de tortura reorum, n.* 3. *post medium, ver. Item reperitur prohibitus Doctor*, vbi ista * testatur, tenere Cyn. Fabr. Albe. & communiter * Doctores, *in d. l. milites, Cod. de quæst.* Bossi. *in t. de ind. & considerat. ante tortu. n.* 111. Emanuel Soarez *in sua collecta commun. opin. v. Doctor, n.* 102. vbi etiam de communi, Clar. *in pra. §. si. quæst.* 64. *vers. Quæro, an Doctores*, vbi non solùm testatur de communi, sed etiam ita de consuetudine apud eum Mediolani seruari, prout etiam refert, ita testantem Iacob. de Beluiso *in pract. crim. in rub. de quæst. n.* 17. Roland. *cons.* 31. *n.* 3. *& seqq. volum.* 3. vbi pariter de communi, Pet. Lenaurderinus *in pra. de priuil. Doctor.* 2. *par. in prin.* Bru. à Sole *in suo vnico cons. c* 1. *n.* 180. Bonacos. *in commun. opin. part. prima, fol.* 53. *colum.* 4. *v. Doctores non debent torqueri*, Alciat. *resp.* 19. *in fine, li.* 6. Hipp. Rimin. *cons.* 290. *n.* 17. *& seqq. li.* 3. Vulpel. *cons.* 141. *& seq. l.* 1. Iacob. Benius *in tractat. de priuileg. Iurisconsult. priuileg.* 39. *n.* 1. Marc. Ant. Eugen. *cons.* 36. *n.* 87. *lib.* 1. Flam. Cartar. *in pract. interrog. reorum, lib.* 4. *c.* 1. *n.* 49. vbi post Marsil. *in l. ex libero, num.* 4. *ff. de quæst.* & Cepha. *consil.* 164. *num.* 8. *lib.* 2. ampliat, vt Doctor nec etiam possit torqueri, si vt testis vacillauerit.

40 AMPLIA Hanc † quartam ampliationem, vt procedat non solùm in Doctoribus actu legentibus, seu Aduocatis certi collegij, seu ordinis, & cum dignitate, prout in Vrbe sunt Aduocati Consistoriales, sed etiam in Doctoribus actu non legentibus, ac in Aduocatis non collegiatis; quos pariter, nec torqueri de iure posse affirmauit Marsil. *in pract. §. Expedita, n.* 37. quem referendo sequitur Iaco. Benius *in tract. de priuileg. Iurisconsult. priuil.* 39. *n.* 6. *ver. Extenditur* 5. *& in terminis*, Vulpell. *d. cons.* 141. *n.* 8. *&* 9. vbi propterea inquit, quòd absurdum esset dicere, quòd Doctores Bononiæ & Perusij legentes eiusmodi priuilegio fruerentur: ij verò qui dictarum ciuitatum gubernia gesserunt, vel Aduocatorum munere defuncti fuerunt, eo indigni forent, & quidem rationes per Doctores suprà allegatos, qui simpliciter, & indistinctè de Aduocato, & Doctore loquuntur, & præsertim per Paridem de Put. *in d. c. an Doctor, n.* 1. *&* 3. & per Bossi. *tit. de ind. & considerat. ante tortu. n.* 111. militant non solùm in actu legentibus, sed etiam in Aduocatis.

41 Imò † etiam deposito aduocationis officio in honorem pristinæ dignitatis, iuxta notata per Bar. *in l.* 1. *C. de aduo. diu. iud.* & per Tiraq. *in tract. cessan. cau. limit.* 15. *n.* 8. priuilegium hoc ipsi aduocato competere tradidit Iac. Benius *d. priuil.* 39. *n.* 6. *eod. v. Extenditur quintò*, & ante Benium Carrer. *in pra. in* 2. *tra. de ind. & tort. §. circa tertium, quæ personæ torqueri possint, n.* 21.

42 Et, quod plus est, & imperitis Doctoribus, & Aduocatis, idem priuilegium competere, ne doctoratus dignitas dehonestetur, cæteríque eiusdem ordinis iniuria inferatur, post Ripam, & Alciat. quos allegat, tradidit idem Iacob. Benius *d. priuileg.* 39. *n.* 7. *ver. Extenditur sextò*, & ante ipsum Matthesil. Bru. *de cessione bonorum, in* 11. *q.* 4. *quæstionis principalis, n.* 11. *ver. Idem priuilegium.*

43 Et † licèt contra hanc ampliationem tenuerint Cardinalis, Iaf. & Gram. relati per Vulpell. *d. cons.* 141. *eod. n.* 8. *& seqq.* Gabr. Saray *in add. ad Matth. sin.* 59. *Nota quòd legũ Doctores, v. Tamen id intelligendum est, vsque ad finem additionis*, Brun. *de cessione bonorum, d. q.* 11. *prope finem*: non per hoc tamen ab ea recedas, quia de iure, & verior, & æquior est.

44 AMPLIA II. Eandem † quartam limitationem, vt propter doctoratus dignitatem si in aliquo casu contingat Doctorem torqueri, prout infrà dicàm in sublimitationibus huius quartæ limitationis, tunc nec etiam Doctor torquebitur, nisi priùs Doctorali dignitate exuatur, ac degradetur, sicuti post Alex. quem allegat, scripsit Marsi. *in suo sin.* 556. *plura, vt credo post mediũ per tex. in l. si exempta*, ibi, *præsidio dignitatis exuti, C. de malef. & Matthe.* & post Alex. & Marsidè affirmarunt, Carrer. *in pra. in* 2. *tra. de indic. & tortu. §. circa tertium, quæ personæ torqueri possint, n.* 21. *&* 30. Cyril. *in summa cri. rubr.* 29. *de q. §.* 2. *post n.* 1. *fol. mihi* 148. *col.* 1. vbi etiam idè in milite, Brun. *de cessione bonorum, in* 11. *q.* 4. *quæstionis principalis, n.* 11. *in fi.* Bru. à Sole *in suo vnico cons. cri. sub n.* 145. *& seq.* 45
† Sed certè quicquid sit de iure, de consuetudine talis degradatio in Doctore non est in vsu.

AMPLIA III. Dictam † quartam limitationem, vt etiam 46
in casu, in quo Doctor torqueri potest, nec vtique is torqueri debeat, nisi vltra indicia legitima in aliis ad torquendum sufficientia fuerit diffamatus de delicto, de quo inquiritur, sicut in simili de clerico dixi *suprà, nu.* 6. & in specie in Doctore consuluit Bru. à Sole *in d. suo vni. cons. cri. sub eod. n.* 146. *& seq.*

Sed † certè sicut in clerico diximus *suprà, nu.* 8. diffama- 47
tionem non requiri, quando indicia sunt vrgentiora, & grauiora: ita pariter & in Doctore diffamationem non requiri præcisè, sed bene requiri, quòd indicia sint grauiora, quàm in aliis non Doctoribus, dixit idem Brun. *in eodem cons. nu.* 181. At si indicia non sint grauiora, tunc minimè Doctorem posse torqueri, etiam quòd aliàs in non Doctore essent legitima, & verius, & æquissimum existimo, prout etiam voluit Marc. Anto. Eug. *cons.* 63. *num.* 89. & hoc propter magnam † præ- 48
sumptionem, quam pro se habent Doctores delicti excluiuã, *li.* 2. *§. Seruius, de reg. iur. l. is cui bonis*, vbi præsertim Ripa, *ff. de ver. obli.* Abb. & Imo. *in c. in nostra de proc.* cũ aliis relatis per Iacob. Benium *in tra. de priuil. Iurisconsulti. priuileg.* 40. *n.* 2. Quæ quidem bonitatis, & non delicti præsumptio in Doctore operatur, vt pariter suprà deduxi, *n.* 9. vt indicia contra eum debeant esse vrgentiora, & fortiora, & ista est veritas, à qua in practica recedere esset temerarium, & contra omnem iuris, & æquitatis rationem.

SVBLIMITA I. Hanc † quartam limitationem non pro- 49
cedere, quando Doctor deliquerit in officio doctoratus. nam tunc sine vlla prærogatiua poterit torqueri, argumento tex. *in c. fi. de immunit. Eccl. & in l. auxilium, in fi. ff. de minor.* quibus iuribus probatur illa regula, quòd frustra legis auxilium implorat is, qui in legem ipsam deliquit: sic etiam Doctor frustra Doctoris priuilegium implorat, ne possit torqueri, si in doctoratus officio delinquit, vt per Bossi. qui latè hanc sublimitationem reassumit, *in titul. de ind. & considerat. ante tort. n.* 116.

Vbi post Ioan. de Plat. quem allegat, *in l. omnes, C. de decu- rion. libr.* 10. & per text. *in l. quilibet*, vbi secundùm eum ita no- *
tant * omnes, *C. eod.* inferendo generaliter dicit quòd † si Præ- 50
ses, Senator, vel Thesaurarius deliquerit in suo officio Præsidis, Senatoris vel Thesaurarij, tunc quia committit contra eam dignitatem, ex qua se vult tueri poterit, non obstante eiusdem dignitatis priuilegio, torqueri, vt ibi per eum, qui etiam hanc materiam declarando subdit, quòd non dicitur Doctor † delinquere in officio doctoratus, quando existens 51
Prætor, & Officialis in aliquo loco delinquit in eo officio, & prætura, quia tunc non potest torqueri, vt per Bart. *in l. milites, C. de quæst.* sed quando immediatè delinquit contra legem doctoratus, ac in iis, quæ immediatè ad eum vti Doctorem pertinent, vt in legendo vel aduocando.

Verùm † ego de hac sublimitatione multùm dubito, prout 52
etiam scio dubitasse Vulpellium *in d. cons.* 141. *in fine*, & cum Vulpellio concurrit Iacob. Benius *de priuil. Iurisconsultorum priuileg.* 39. *n.* 15. Absurdum enim nimis videtur, quòd quis priuetur priuilegio alicuius officij, propter delictum commissum in eo officio, antequam constet illum sic in officio deliquisse, sed quando agitur de inferenda tortura, nondum constat torquendum deliquisse, quia si constaret, nõ torqueretur, ergo ex sola imputatione, quòd Doctor deliquerit in officio, satis absonum videtur, quòd officij priuilegio priuetur, per ea, quæ generaliter dixi *suprà, quæst.* 37. *n.* 85. *& seq.* Si
† enim constabit, Doctorem in officio suo deliquisse, tunc 53
absque vlla doctoratus prærogatiua puniendus erit, ac si non esset Doctor, & etiam grauiùs, ad tex. *in c. cùm quidam, de iureiurand. & in c. nulli fas*, 25. *q.* 1. *& in c. præcipuè*, & ibi gl. 11. *q.* 3. & facit illud Poëtæ:

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur.

At vbi non cõstat eum deliquisse, frustra agitur de priuatione priuilegij

priuilegij ipsi concessi in tortura ob commissum delictum.

54 SVBLIM. TA II. Vt † quicquid sit de iure de consuetudine, & de facto contrarium seruatur, secundùm quam Doctores torqueri testantur Gandin. *in tit de quæst. n.* 48. Paris de Put. *in tr. de synd. in verb. Doctor, c.* 2. *incip. An Doctor, seu Aduocatus, n.* 3. *v. Sed de consuetudine, fol. mihi* 172. *col.* 1. Franc. Cason. *in tr. de torm. c.* 10. *rub. Quæ personæ torqueri possint, & quæ non, n.* 14. vbi testatur de generali consuetudine totius Italiæ Brun. *in tra. de indic. & tortu.* 2. *par. quæst.* 4. *n.* 23. *ad finem vers. Sed de consuetudine,* vbi dicit, ita esse tenendum in consulendo & iudicando, etiam quòd talis consuetudo de iure non valeret: & idem dixit Grammat. *voto* 25. *nu.* 4. Nicol. Pignolat. *in add. ad Rom. sing.* 494. *Milites, Doctores, &c. in fi. additionis relatæ per Gab. Saray. in add. ad Matth. sin.* 59. *Nota quòd legum Doctores, in princ. additionis,* Guido de Suzzar. *in tra. de indic. & tort. n.* 108. *in fin.* Ant. de Canar. *in tract. de q.* 4. *membro n.* 3.

55 Et † licèt hanc consuetudinem minimè de iure validam esse, ac minimè seruandam dixerint Lud. Bolognin. *in addit. ad Guid. de Suzzar. in tra. de indic. & tort. n.* 17. *in fine, & n.* 109. Aug. ad Ang. *de malef. in verb. Quòd fama publica præcedens. n.* 102. *ad finem additionis, versi. Adde tamen,* Rom. *sing.* 494. *Mulieres, Doctores, &c. & ibi in add.* Paris de Put. *in tra. de synd. verb. Doctor. c.* 2. *incip. An Doctor seu Aduocatus, n.* 3. *in fi. & latius, post n.* 9. *& omnibus sequentib. fol. mihi* 172. Paul. Ghirland. *de q. & tort. quæst. sexta n.* 3. Brun. *in tract. de indic. & tort.* 2. *par. q.* 4. *n.* 3. Gabr. Saray. *in add. ad Matthe. sing.* 59. *incip. Nota quod legum Doctores, post prin. v. Et licèt Romanus,* Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de ind. & tortu. §. circa tertium, quæ* * *personæ torqueri possint, n.* 20. vbi de communi * Duen. *reg.* 190. *in* 4. *ampliat.* Conrad. *in pract. in tit. de negat. cri. & torm. n.* 34. *v.* 13. *Non torquentur Doctores, fol. mihi* 301. *col.* 1. *in fine.* Cyril. *in summa cri. rub.* 29. *de quæst. §.* 2. *n.* 1. *ad finem, v. Hæc tamen consuetudo,* Matth. Bru. *de cessione bonorũ, in* 11. *quæst* 4. *quæstionis principalis, n.* 11. *v. Qua ratione,* vbi etiam * testatur, ita communiter * teneri, Boss. *in t. de indic. & considerat. ante tortu. n.* 111. Clar. *in practic. d. q.* 64. *eodem v. Quæro, an Doctores,* vbi ex Carrerio, Duen. & Bossio, in locis præcitatis, non solùm testatur de communi opinione, sed ita etiam Mediolani apud eum seruari, & dicit Boss. *d. tit. de indi. n.* 115. *ad finem,* quòd licèt aliàs viderit sub Christianissimo Rege Prætorem Nouocomi Neapolitanum torqueri, & fustigari, id tamen euenit, quia re vera non constabat de qualitate doctoratus, Roland. *cons.* 31. *n.* 3. *& seqq. vol.* 3. vbi etiam * de communi, de qua pariter testantur Vulpell. *d. cons.* 141. *n.* 10. Brun. à Sole *in suo vnico cons. cri. n.* 181. Bonacos. *in com. opin. par.* 2. *fol.* 53. *col* 4. *v. Doctores non debent torqueri,* Dec. *cons.* 93. *n.* 135. *lib.* 2. Mar. Ant. Eugen. *cons.* 63. *n.* 88. Hippol. Riminal. *cons.* 290. *n.* 18. *lib.* 3. Iac. Ben. *in tra. de priu. Iurisconsultorum, priu.* 36. *n.* 3. *v. Extenditur primo,* Flam. Cart. *in sua pract. interrog. reorum, lib.* 4. *c.* 1. *n.* 49.

56 Veritas tamen est, † quòd siue talis consuetudo valeat, siue * etiam non, prout ex præallegatis magis communiter * Doctores tenere apparet, apud nos in Vrbe & statu ecclesiastico Doctores indistinctè torquentur, & talis consuetudo seruatur, quando præcedunt legitima indicia, iuxta ea quæ scripsi *supr. n.* 46. *& seqq.* Et si aliter in iudicando seruares, malè faceres, præsertim in enormibus, & præsertim in crimine hæresis, læsæ maiestatis, priuati carceris, & falsi: in quibus etiam circumscripta hac consuetudine Doctores nullum habent priuilegium, vt non possint torqueri, sicuti post Decian. *in cons.* 93. *n.* 135. *lib.* 2. & Marc. Anto Eug. *cons.* 63. *n.* 89. & Cepha. *cons.* 164. *n.* 8. voluit Flam. Cartar. *in sua pra. interrogan. reor. lib* 4. *c.* 1. *n.* 49. & dixi generaliter *infra, n.* 100. Quibus addo nouissimè Baiard. *in addit. ad Clar. quæst.* 64. *n.* 62. *& sequentib.* vbi testatur se vidisse seruari, quòd in delictis grauibus, & capitalibus, prout est homicidiũ, Doctores indistinctè torquentur, & ex eorum confessionibus ad mortem condemnantur, licèt bene verum sit, vt suprà dixi, quòd ad ipsos torquendum grauiora requiruntur indicia.

57 LIMITA V. Regulam † non procedere in decurionibus, corúmque filiis, ac nepotibus, quos torqueri non posse probat tex. *in l. fi. Cod. de decurion. lib.* 10. *& in l. duo Marcus, ver. fin. C. de quæst. & in l. Decuriones, C. eodem,* quæ iura expressè hanc firmant limitationem, & per eadem iura, hoc idem voluerunt Gandin. *in tit. de quæst. & tormen. sub. n.* 9. Paris de Put. *in tra. de synd. in verbo, Doctor, post n.* 2. *v. Quod in decurionibus, & n.* 4. *in prin.* Ang. *de malef. in verbo, Quod fama publica præced. n.* 102. *v. Et decurio.* Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. & tort. n.* 16. Rom. *sing.* 494. *incip. Mules, & Doctor, & Decuriones.* Paul. Ghirland. *in tract. de q. & tort. quæst.* 6. *nu.* 2. *v. secundo excipiuntur Decuriones:* Brun. *de ind. & tor.* 2. *par. quæst.* 4. *n.* 20. *in princ.* Marsil. *in l. edictum, n.* 7. *ff. de quæst. & in pract. §. expedita, n.* 27. Ias. *in l. si ita stipulatus fuero §. Chrysogonus, n.* 29. *ff. de verbo. obligat.* Grammatic. *voto* 32. *n.* 19. *& seqq.* Carrer. *in pract. crim. in* 2. *tract. de indic. & tortu. §. circa tertium, quæ personæ torqueri possint, n.* 15. Fran. Cason. *in tra. de tormen. c.* 10. *rubr. quæ personæ torqueri possint, & quæ non, n.* 14. Duen. *reg.* 190. *in prin. & in prima ampliatione,* Conrad. *in pract. rub. de negat. crim. & tormen. n.* 34. *vers.* 15. *Decuriones, &c. & n.* 35. *in* 18. *limitatione, in fi. fol. mihi* 301. *& seq. & in tit. de Decurio. n.* 106. *fol.* 30. *col.* 1. *post practicam,* Cyril. *in summa cri. rub.* 29. *d. q. §.* 2. *post n.* 1. *v. In dignitate positi,* Ant. Gomez *var. resolu. tom.* 3. *c.* 13. *rub. de tort. reorum. post n.* 3. *v.* * *Item reperitur prohibitus Decurio,* vbi testatur ita tenere * communiter Doctores in iuribus præallegatis, &c.

AMPLIA I. Hanc † quintam limitationem, vt procedat 58
etiam in Decurionibus nostri temporis: vnde enim dicatur Decurio, & quis propriè dicatur Decurio, bene explicat Cõrad. *tr. de Decurion. n.* 1. *& seqq. fol.* 6. sed hæc videtur recepta communiter * interpretatio, vt quos hodie Ciuitatis Consi- *
liarios, Priores, seu Antianos, & in Vrbe nostra Conseruatores vocamus, illi antiquitus Decuriones appellabantur, secundùm Bart. & Io. de Plat. *in rub. C. de Decurion. lib.* 10. Alexan. *cons.* 17. *n.* 1. *volum.* 6. *& cons.* 40. *n.* 1. *volum.* 7. & per eundem Bart. *in l. ambitiosa, col.* 2. *ff. de decret. ab ordine facien.* quos in proposito refert, & sequitur Conrad. *d. t. de Decurio. eodem, n.* 1. *& seqq.* vbi bene explicat in Decurionum locum quinam hodie succesierint.

Nos † igitur Antianos, Consiliarios, seu Priores, & sic e- 59
tiam nostri temporis Decuriones minimè torqueri posse, affirmarunt Ang. *de malef. in verb. Quòd fama publica præcedens. n.* 102. *v. Ex quo Baldus,* & ibi August. *in additione, ver. Et an Consiliarij,* Grammat. *voto* 32. *n.* 16. *& seq.* vbi latè Paul. Ghirlan. *in tracta. de qu. & tort. quæst,* 6. *n.* 2. *vers. Sed quæro an hodie,* Brun. *de indic. & tort.* 2. *par. quæst.* 4. *n.* 20. *vers. Et hoc dicit,* Carrer. *in pract. in* 2. *tracta. de indic. & tortu. §. circa tertium, quæ personæ torqueri possint, num.* 17. Gig. *de cri. læsa maiestat. lib.* 2. *ti. quom. & per quos cri. læsæ maiest. prob. quæst.* 27. *n.* 6. Duen. *regul.* 190. *in* 9. *ampliatione,* vbi alios adducit concordantes.

AMPLIA II. Eandem † quintam limitationem, vt hoc pri- 60
uilegio, ne possint torqueri, gaudeant non solùm Decurionum filij, & nepotes, sed etiam parentes: sic enim in specie etiam de parentibus loquuti sunt, Brun. *in tract. de ind. & tort.* 2. *par. q.* 4. *n.* 21. *v. Item parentes,* Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de ind. & tort. §. circ. tertium, quæ personæ torqueri possint, n.* 15. *in fine.* Conrad. *in pract. in ti. de nega. cri. & torm. n.* 34. *ad finem, post* 15. *limitationem, v. Item eorum parentes, fol. mihi* 301. *col.* 2. *post practicam in ti. de Decurionibus, n.* 106. *post medium, ver. Amplia etiam vt parentes, fol.* 30. *col.* 2. *in fin.*

AMPLIA III. Vt † nec etiam possint torqueri, qui olim 61
fuerunt Decuriones, etiam quod hodie non sint, & hoc in memoriam pristinæ dignitatis, argumento text. *in l. fin. ff. de Decurion. & in l. nihil, C. de q.* cum aliis, quæ in proposito ad comprobationem huius ampliationis bene cumulat Marsil. *in pract. §. expedita, n.* 27. *& in l. edictum, n.* 7. *v. Quod intelligas, & n.* 26. *& sing.* 107. Brun. *de ind. & tort. in* 2. *part.* 4. *part. n.* 21. *v. Item qui olim,* Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de indic. & tort. §. circa tertium, quæ personæ torqueri poss. n.* 15. *& n.* 17. *in fi. & n.* 18. Duen. *reg.* 190. *in* 2. *ampliatione,* Grammat. *voto* 1. *n.* 17. *&* 18. *& voto.* 32. *n.* 19. *&* 22. Cyril. *in summa cri. rub.* 29. *de quæst. §.* 2. *n.* 1. *vers. Immò Decurione damnato, fol. mihi* 148. *col.* 1.

SVBLIMITA I. Hanc † quintam limitationem, vt procedat in Decurionibus Ciuitatum, secus in Decurionibus Castrorum & oppidorum: sic enim argumẽto tex. *in l. athletæ, §. Gentium, & in l. propter Magistratu, ff. de administratio. tuto.* & post Iacob. Rebuff. quem allegat, scriptum reliquit Duen. *d. regu.* 190. *sub* 9. *ampliatione, ver. Quod maximè intelligit.* 62

SVBLIMI

63 SVBLIMITA II. † In delictis commissis ante decurionatum, pro quibus decuriones posse torqueri per text. *in l. si quis decurio, C. ad l. Corn. de falsi.* Scripsit Guido de Suzzar. *in tr. de ind. & tort. n. 16. in fi.* Duen. *d. reg. 110. in 1. limit.* vbi alios adducit concordantes.

64 SVBLIMITA III. In † delictis commissis in officio, pro quibus decuriones pariter posse torqueri pluribus comprobat, & declarat Bosi. *in tit. de indic. & consid. ante tort. n. 116. per tot. in discursu*, Contra. *post practicam, d. tit. de decur. n. 106. ad fi. ver. Item limita fol. 31. col. 1.* & vide quæ dixi supr. *n. 49. & seqq.*

65 SVBLIMITA IV. In crimine falsi †in quo decurionem etiam posse torqueri in specie scripserunt Brun. *de indic. & tort. 2. p. q. 4. n. 21.* Conrad. *in pract. tit. de negat. crimin. & tort. n. 34. ad fin. fol. 301. col. 2. & post practicam in tit. de decurion. num. 106. ad finem fol. 31. col. 1. in princ.* Iacob. Benius *in tract. de priuileg. Iurisconsul. priuileg. 39. num. 14. vers. quintò fallit*, & vide quæ generaliter dicam *infra de criminibus exceptis, num. 100.*

66 SVBLIMITA V. Hanc †quintam limitationem non procedere in decurione infami, Brunus *de ind. & tort. 2. par. q. 4. num. 21. vers. Item fallit*, Conrad. *in pract. d. num. 34. ad finem, fol. 301. col. 2. in princ. & d. tit. de decur. fol. 341. col. 1. in princ.* Carrer. *in pract. dicto §. circa tertium, quæ personæ torqueri poss. post n. 16.* Cyril. *in crim. in rub. 29. de q. §. 2. post n. 1. ver. Nam si turpiter.*

67 SVBLIMITA VI. Vt † quicquid sit de iure, contrarium seruetur de consuetudine, secundùm quam decuriones torqueri quotidie, post Bart. Odofred. & alios quos allegant, testati sunt Gandin. *in tit. de quæst. n. 38.* Guido de Suzzar. *in tract. de ind. & tort. n. 110.* & ibi Lud. Bologn. *in addit.* Paris de Put. *in tract. de synd. in verb. Doctor, cap. 2. An Doctor, n. 4. ver. tamen dicit Bart. & c. fol. mihi, 172. col. 1. in fi.* August. ad Ang. *de malef. in verbo, Quòd fama publica præced. n. 102. ver. Sed dicit, quòd de generali consuetudine*, & ibi etiam Bernard. de Landria. *in alia addit. litera C*, Iacob. de Beluiso *in pract. crim. in rub. de quæst. n. 28.* Alber. & Salic. *in l. Diuo Marco, C. de quæst.* Cæpol. *cons. cri. 40. in 1. dub.* Ant. de Canar. *in tract. de quæst. in 4. membr. n. 4.* Brun. *de indic. & tort. 2. p. q. 4. n. 20. ver. Sed Odofredus*, Ghirland. *in tract. de quæst. & tormen. q. 6. num. 2. ad finem*, Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. Tertium, quæ personæ torqueri poss. n. 17. ver. Licèt Odofredus*, Franc. Cason. *in tract. de torm. c. 10. rub. quæ personæ torqueri poss. & quæ non, n. 14.* Tiraq. *de pœn. temper. causa 31. num. 16.* Bosi. *in tit. de indic. n. 112.* Clar. *in pract. §. fi. q. 94. ver. Præterea quæro.*

68 Sed † quòd imò talis consuetudo de iure non valeat, & quòd non sit obseruanda, voluerunt Bart. *in l. omnes*, per illũ text. *C. de decur. lib. 10.* Ias. *in l. de quibus, n. 66. ff. de iust. & iur.* Gram. *voto 1. n. 12.* Rom. *d. sing. 493. Milites, Doctores, & decuriones, & ibi in addit.* Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, Quòd fama publica præced. n. 102. ver. Adde tamen quæ dixit Romanus*, Marsil. *in l. edictum, post n. 7. ff. de quæst.* Ludou. Bologn. *in add. ad Guid. de Suzzar. in tract. de ind. & tort. n. 17. in fin. ver. Plus dico, quòd consuetudo*, Brun. *de ind. & tort. 2. par. q. 4. n. 24. ad finem, vers. Quæro, posito quòd constaret*, Ghirland. *de quæst. & tort. in 6. quæst. n. 3.* Conrad *in pract. tit. de neg. crim. & torm. n. 34. ad finem sub 15. limitatione, fol. mihi 301. col. 2. post practicam in tit. de decurion. n. 106. ver. Et notant Doctores ibi. fol. 30. col. 2.* Cyril. *in summa crim. rub. 29. de q. §. 2. n. 1. ad fi. ver. Hæc tamen consuetudo. fol. mihi 148. col. 2.* Duen. *reg. 90. in 4. ampliat.*

69 Tu dicas, † quòd siue consuetudo valeat, siue non valeat de iure, de facto tamen Decuriones, Priores, & Consiliarij Ciuitatum quotidie indistinctè capiuntur & torquentur non solùm finito Decurionatus officio, sed etiam eo durante, si delicti qualitas id patiatur, & ob moram in expectando finem officij in populo scandalum oriatur, aut aliàs Fisco præiudicium aliquod paretur, & ita apud nos seruatur.

70 LIMITA VI. Propositam regulam, † & generaliter non procedere in positis in aliqua magna dignitate, qui ob eam possint Illustrissimi, seu Clarissimi nuncupari, hos inquam minimè etiam posse tormentis subiici prob. tex. *in l. nullus*, ibi, *aut dignitatis defensione, C. ad l. Iul. maiest.* itẽ tex. *in l. Seueram, C. de dig. li. 12.* cuius text. verba sunt hæc: *Seueram indagationẽ per tormenta quærendi à clarissimo homine summouemus.* & per istum tex. ita limitationẽ hanc proposuerunt Ang. *de malef. in ver. Quod fama publica præced. n. 102. ver. Item in dignitate constitutus*, Marsil. *in l. edictum, n. 7. ff. de quæst.* Paris de Put. *in tract. de synd. in ver. Doctor, c. 2. incip. an Doctor, Aduocatus, n. 2. ver. Et Bartolus, &c. & n. 5. ver. Et dixit Ludou. & v. Quod restringitur ad plebeios, & n. 8. v. Et Gandinus, fol. mihi 1. 2.* Brun. *de indic. & tort. 2. par. quæst. 4. n. 23. ver. Facit etiam* Iodoc. *in prac. crim. c. 31. rubr. Qui a tortura sint excusandi, n. 2.* Carrer. *in 2. tract. de ind. & tort. §. circa tertium, quæ personæ torqueri poss. n. 12.* Anton. Gomez. *var. resol. tom. 3. c. 14. rub. de tort. reorum, n. 13. post medium, vers. Item reperitur prohibitus ille, qui est positus in aliqua dignitate*, vbi † bene notat per tex. 71
in d. l. Seueram, non omnem dignitatẽ excusare à tortura, sed eam tantùm quę magna sit, & hominem reddat clarissimum, Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. & tort. n. 9. & n. 16.* Conrad. *in pract. tit. de negat. crim. & tormen. n. 35. vers. 18. Generaliter, fol. mihi 301. col. 1. in fine*, Duen. *reg. 190. in summa crim. rubr. 29. de quæstion post num. 1. vers. In dignitate positi*, Bosi. *in tit. de tort. test. num. 7. in tit. de indic. & considerat. ante tort. num. 110. & in tit. de tormen. test. num. 17.* vbi dicit veritatem, & * communem esse Doctorum opinionem, quòd existen- *
tes in dignitate nullo casu torqueri possunt, siue † vti rei, siue 72
vti testes examinentur, & Bosium referendo, sequitur Clar. *in pract. §. fi. quæst. 64. vers. Item quæro nunquid*, vbi etiam ita aliàs Mediolani Senatum seruasse, testatur in causa cuiusdam Hieronymi Pecorarij feudatarij, sed de hoc an possit torqueri, vt testis, dicam etiam infrà, *in sequen. tit. de obposit. contra testes, in materia torturæ testium, quæst. 7. numer. 60. & sequentibus.*

LIMITA VII. Et † illatiuè ex præcedenti limitatione, vt 73
nec etiam torqueri possint existentes in aliquo magno Magistratu, durante ipso Magistratu: sic enim per tex. *in l. Diuo Marco, Cod. de quæstion.* vbi loquitur in eminentissimis viris, hanc limitationem firmarunt Angel. Aretinus *in tractatu de malefic. in verbo, Quòd fama publica præced. numer. 102. vers. Item maior Magistratus*, Iodoc. *in pract. crimin. capit. 41. rubric. qui a tortura sint excusandi, num. 3.* vbi loquitur de Officialibus Principum, & Rectoribus Ciuitatum, Marsil. *in l. edictum, num. 19. ff. de quæst.* Carrer. *in pract. crim. in 2. tractat. de indic. & tort. §. circa tertium, quæ personæ torqueri poss. num. 40.*

LIMITA VIII. Et †magis generaliter in personis nobili- 74
bus, quas itidem torqueri non posse, per text. *in d. l. nullus* ibi, *vel generis, &c. C. ad l. Iul. maiest.* affirmarunt Brun. post Odofred. quem allegat *in tract. de indic. & tort. 2. p. q. 4. n. 22.* Carrer. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. circa tertium, quæ personæ torqueri poss. n. 13. &* 14. vbi etiam quæ in proposito *dicatur persona vilis, seu nobilis*, Conrad *in pract. in tit. de negat. crim. & tormen. num. 35. vers. 16. limita. fol. mihi 301. col. 2.* Duen. *reg. 190. in 10. ampliatione*, Anton. Gomez. *var. resolutio. tom. 3. c. 13. rub. de tortura reorum, n. 3. ver. Item hodie in nostro Regno*, vbi testatur, ita apud eum communiter* practicari vigore legum illius regni in nobili, qui vulgò dicitur *Hidalgo*, & ita etiam in Hispania seruari dixit Couar. *variarum resol. lib. 2. cap. 9. num. 4.* Tiraquel. *de nobilit. c. 20. n. 135. & de pœn. temperan. caus. 31. n. 15.* Bertazz. *cons. 251. nu. 44. in fin. lib. 2.* *

SVBLIMITA Hanc † octauam limitationem non procedere, vbi in aliquo loco contrarium de consuetudine seruare- 75
tur: tunc enim talis consuetudo non probatur, nec à iure, nec à Doctoribus, & propterea eam seruandam esse prout in Ducatu Mediolani ita seruari testatur Clar. *in pract. §. fin. quæst. 64. vers. vlteriùs quæro.* Cùm, vt ibidem Clarus inquit, hodiernis temporibus, adeò propter indigna, & vilia nobilium matrimonia videtur corruptus flos nobilitatis, vt vix alicubi dici possit aliquem verè esse nobilem, & ante Clarum, ita etiam in Francia seruari, testati sunt Tiraquel. *vbi suprà, in tract. de nobilitat. cap. 20. num. 134. & de pœn. temperand. dict. causa 31. num. 26.* & Gulielm. de Bened. *in reper. cap. Raynutius, in 2. p. fol. 97. n. 222.* prout illum allegat Clarus in loco citato, & apud nos in Vrbe, & statu ecclesiastico etiam nobiles torquentur, † licèt bene verum sit, quòd pro- 76
pter magnam præsumptionem delicti exclusiuam, quam in specie pro se nobiles habent, ad gl. *in c. illud, dist. 4.* Carrer.

singul.

77 *singul* 30. *Pro nobilibus* Socin.iun.*cons.*39 *n.*2.*lib.*2.† ad ipsos torquendos requiruntur indicia grauiora & vrgẽtiora,quàm quæ contra alios non nobiles,per ea quæ dixi suprà, *in simil. de clericis* & Doctoribus,*n.*8.*& seq.*47.*& sequent.*& ita apud nos practicatur.

78 LIMITA IX. Propositam † regulam non procedere in muliere prægnante,quàm propter partus periculum minimè torqueri posse.probat text.*in l.prægnantis,ff.de pœn.*dum per hæc verba dicit: *Prægnantis mulieris consumendæ damnata pœna differtur,quoad pariat,ego quidem & ne de ea quæst.habeatur secundo secundi, quamdiu prægnans est.* & per istum textum hoc ibi expressè notant glo.ordinaria, Barto. Albe. & communiter* Doctores, Ang.*de malef.in verbo. Quòd fama publica præcedit.n.*102.*v. Item mulier*, Guid.de Suzzar.*in tract.de ind.& tort.n.*6.*in fine,v.Item mulieres quousq; sunt prægnantes*, Brun.*de indiciis*2.*par.q*4.*n.*2.*v. Quod est verum*, Paul. Ghirland.*de quæst.& tort.q.*6.*n.*4.*v. Excipiuntur mulieres*, Carrer.*in pract.cri.in* 2.*tract.de indic.& tort.*§. *circa tertium, quæ personæ torqueri possint,n.*33.Marsil.*in l.edictum,n.*24.*in princ.iuncto n.*26.*& 27.ff.de q.*Fran.Cason.*in tra.de tormen. c.*10.*rub.quæ personæ torqueri poss.& quæ non,n.*6. Fran. Mar. *decis.*790.*n.*2.vbi ampliat & in muliere existente in puerperio,Conrad.*in pract.de negat.cri.& tor.n.*34.*v.* 11. *limi. fol.mihi* 300.*ad fin.*Cyril.*in summa cri.rub.*29.*de q.*§. 2. *post n.*2.Io.Mar.Monticel.*reg.cri.*10.*n.*18.Iodoc.*in pract.cr.c.*51. *rub.quia tortura sint excusandi,n.*6. Ant.Gomez.*var.res.* 10. 3.*c.*13.*rub de tortura reorum,n.*3.*v.Item reperitur prohibita mulier prægnans*,Clar.*in pract.*§.*fin.q.*64.*v. Quæro modò*, & ibi Baiar.*in add.n.*76.*& seq.* vbi ampliùs,quòd si mulier prægnans per torturam confiteatur,talis confessio ipsi præiudicat,ex Bald.Anan.& Brun.*in locis per eum relatis.*

79 AMPLIA I. Hanc nonam limitationem,† vt procedat etiam post partum per 40.dies,infra quod tempus propter corporis debilitatem,ex qua facilè posset sequi mors,mulier quę peperit nec etiam torqueri potest,sicuti post Dynum declarat Bar. Alber.& communiter* Doctores,*in d.l.prægnantis, ff. de pœnis*,teste Anton.Gomez.*vbi supra,de tort.reorum.n.*3.*ad fi.v. Quod extende,& declara*,Foller.*in pract.cri.in* 3.*par.tertiæ partis,verbo,etsi confitebuntur,n.*75.*v.*19. *requiritur, folio mihi* 326 & ita post Marsi.Brun.Ghirlan.Carrer.Cason. Cyril.Monticel.& Conrad.*in locis super citatis*,apud eum iussu Senatus Mediolani seruari attestatur Clar.*in d.versicu. Quæro modo*,prout etiàm ita apud nos seruatur.

80 AMLIA II. Eandem † nonam limitationem procedere non solùm in muliere grauida,sed etiam in non grauida, sed lactante aliquem puerum.Ita enim apud eum Mediolani Senatum seruari testatur Clar.*d.q.*64.*eodem v. Quæro modò, in*

81 *fine.*†Et faciunt quæ post Bal.& Io.de Anania,scripsit Marsi. *in l.edictum,n.*24.*v.Idem esset,ff.de q.*dicens, quòd nec post partum mulier torqueri potest,quando puero iam nato nulla alia reperiretur nutrix,quàm eius mater, quod & Marsilium sequendo affirmarunt,Carrer.*in pra. crim.in* 2.*tract. de ind. & tort.*§.*circa tertium,quæ personæ torqueri poss.n.*34.*ad fi.* & Conrad.*in pract.t.de neg.cri.& torm.n.*34.*sub* 9.*limitatione, ver.Quod extendit.*

82 AMPLIA III.Idem†etiam esse in muliere grauida non ex legitimo matrimonio,sed ex adulterio, vel aliàs ex illicito coitu:nã & adhuc torqueri non poterit,secundùm Marsil.*in l. edictum,n.*27.*v.Et prædicta proceduni.ff.de q.* Carrer. *in pra. in* 2.*tra.de indic.& tort.*§.*circa tertium, quæ personæ torqueri poss.n.*35.Brun.*de indic.& tort.*2.*part.q.*4.*n.*3.*in fi.* Iodoc.*in pract.cri.c.*41.*rubr.qui a tort.sint excusandi.post n.*6.Conrad. *sub* 9.*limitatione,fol.mihi* 300.*in fi.*Baiard.*in add.ad Clar.qu.* 64.*n.*76.vbi ampliat,etiam quòd concepisset in carcere fraudulenter,vt torturam euitaret.

83 AMPLIA IV.Dictam †nonam limitationem,vt procedat etiam in muliere grauida decem vel viginti dierum tantùm. Hoc enim casu licèt fœtus non sit animatus,non tamen potest torqueri propter spem futuræ animæ,sicuti in specie scripserunt Marsil.*in l.edictum,n.*27.*ad fi.v.Et procedunt etiam prædicta,ff.de q.*Brun.*de ind.& tort.*2.*par.q.*4.*n.*4. Carrer. *in pract.in* 2.*tra.de ind.& tort.*§.*circa tertium,quæ personæ torqueri poss.n.*34.Baiard. *vbi suprà.*

84 AMPLIA V.Vt † mulier prægnans nec etiam possit terreri,nedum torqueri,secundùm Ant.Gomez.*var.resolut.to.* 5.*c.*13.*rub.de tortura reorum,n.*4.*post medium,v.Et ita debet procedere*,vbi dicit, quòd quando quis non potest torquer beneficio alterius,vt mulier prægnans,quæ propter periculum partus torqueri non potest,& tunc nec etiam potest terreri,quia ex terrore, & comminatione facilè posset sequi abortus,& sic stante identitate rationis debet etiam stare eadem iuris dispositio,vt ibi per eum,ad quæ vide,quæ generaliter dixi *infra,n.*104.*& seqq.*

85 SVBLIMITA Hanc † eandem nonam limitationem,vt non credatur mulieri dicenti se grauidam ad effugiendum torturam,sed hoc casu, vbi Iudex dubitauerit an mulier sit prægnans,néene,debet cõsulere obstetrices,& Medicos,qui de eorum credulitate deponant super mulieris prẹgnantia,vt in specie scripsit Franc.Cason.*de torm.c.* 10. *rub. quæ personæ torqueri poss.& quæ non,n.*6.*&* 7.Carrer.*in pra.cri. in* 2.*tract. de ind.& tort.*§.*circa tertium,quæ personæ torqueri poss. n.* 34.

86 Vbi † econtrà dicit non teneri Iudicem,si posuit in tortura mulierem prægnantem,quæ ob id fecit abortũ,quando Medicus illam non prægnantem asseruit. Et † de hac materia,an

87 & quando standum sit dicto obstetricum, præsertim super prægnantia mulieris,& quomodo debeant desuper deponere,vide latè per Mascar.*de prob.li.*3.*concl.*1125.*per totam*,Baiard.*in add.ad Clar.d.q.*64.*n.*78.vbi ex Bertach quẽ allegat, *in Reper.verbo.fœmina,n.*13.dixi standum esse dicto mulieris asserentis se grauidam per tres menses.

88 LIMITA X.Principalem† regulam non procedere in eo, qui est Reipublicæ vtilis,quem torqueri non posse, etiam quòd cõtra ipsum legitima præcedãt indicia,argumẽto tex.*in l.ad bestias,ff.de pœnis*,post Paridem de Put.quem allegat,& post Rom.*in repet.l.si verò,*§.*de viro,in* 10.*fall.ff.sol.matr.* affirmauit Marsil.*in l.edictum,n.*22.*ff. de quæst.* quem sequuti sunt,Carrer.*in pra.in* 2.*tract.de indic.& tort.*§.*circa tertium, quæ personæ torqueri poss.n.*32.Franc.Cason.*de torm.c.* 10.*rub. quæ personæ torqueri poss.& quæ non,n.*4 Conrad.*in pra.tit.de neg.crim.& torm.n.*35.*ad finem,v.* 19.*limita,fol. mihi* 392.*col.* 1.Paul.Ghirl.*in tra.de quæst.& tortu.c.*6.*n.*9.*&* 10.vbi tamen multùm dubitat de hac limitatione,nisi essemus in casu, quo vel ex tortura mors sequeretur,vel taliter reus cruciaretur,vt ex ea debilitaretur in aliquo membro, seu aliàs efficeretur inutilis.

89 LIMITA XI.In muto †& surdo,à natura,quem minimè posse torqueri,eo quia nec etiam damnari potest,nisi ex dictis testium,post Bald quem allegat,scripsit Brun.*de indic. & tortura,*2.*par.q.*4.*n.*25.& idem affirmarunt Franc.Cason.*de torm.c.*16.*rub.quæ personæ torqueri poss.& quæ non.post n.*4.*v. Surdus,& mutus*,Paul.Ghirland.*de qu.& tort.c.*17.*n.*8.Carrer.*in pra.in* 2.*tra.de indic.& tort.*§.*circa tertium,quæ personæ torqueri poss.post.n.*40.Ant.Gomez.*var.res.tom.*3.*c.*1.*rubr.de delictis,n.*69.*in fine*: † vbi dixit,quod cùm mutus, & surdus

90 natura non possit ex sua confessione,signis declarata cõdemnari;sed opus sit testium attestatione, & probatione, vt per Bald.Rom.& Alexand.in locis ibi per eum allegatis Idcirco

91 †non debet ei dari tortura ad habẽdum dictam confessionẽ, per regulam,quòd frustra quęritur seu expectatur illud,cuius quẽtus nihil operatur.*l.hæc stipulatio,*§.*Diuus,ff.vt legat.nom. cau.l.ad probationem,C.de probatio.*cũ aliis per Dec.*cõs.*18.*n.* 155.*lib.*1.vide quę dixi *infrà.in* 2.*par.t.de pœn.temp. q.* 94. *causa* 17.*n.*161.*& seqq.*vbi declaro hanc materiam.

92 LIMITA XII. in Episcopo, † quem etiam minimè torqueri posse,post Pau.de Eleazar.quem allegat,scripsit Brun. *de indic.& tortura,*1.*pa.q.*4.*n.*10.*in fi.v.Et prædicta videtur,* ea motus ratione,quia si,vt suprà probauimus, *nu.* 70. positi in dignitate non possunt torqueri.tantò minus possunt torqueri Episcopi,qui tenẽt culmen dignitatum,*c.venerabili,de præben.*& licèt modò mihi in mentem veniat,multis abhinc annis quendam Episcopum fuisse tortum, & postquam in tortura perstitisse, fuisse absolutum,scio tamen magis apud nos receptum deinceps extitisse,vt Episcopi minimè tormẽtis subiiciantur,etiam quòd indicia contra eos fuerint vrgentissima, vel grauissima,sed bene ex dictis vrgentissimis,& præsumptionibus in extraordinariam pœnam condemnatos, iuxta ea quæ tradit Anton.Gomez.*var.reso.tom.*3.*c.*13. *rub. de tort.reorum,n.*28.

93 LIMITA XIII. In infirmis, † & valetudinariis,quos torqueri minimè posse affirmauit Franc.Cason.*de tormen.c.* 10.

rub.quæ

*rubr.quæ personæ torqueri poss.& quæ non,n.*8. vbi loquitur in casu,quãdo morbus est talis, vt reus torturam pati nequeat, sine periculo vitæ, seu corporis,cùm certũ sit,torturam semper debere esse talem,vt tortus saluus innocẽtiæ, siue supplicio conseruetur,iuxta text.*l.quæstionis modum, ff.de q.* in hoc standum iudicio Medicorum, vt ibi per Cason.quem refert & sequitur Ioseph.Lud.*decis.Lucen.*13.*n.*52.& hinc inoleuit
85 * communis* practica quòd statim, quòd reus ad effugiẽdum torturam dicit se infirmum, vel aliquo membro debilitatum, seu aliàs inhabilem ad sufferendum tormentum,Iudex accedere facit Medicum peritum,qui medio iuramento deponat, an is possit sine periculo torqueri,nécne,& quo genere tormentorum, & iuxta Medici relationem non torquet ipsum reum.Vide tamen in proposito Franc.Marc.*decis.*790.*part.*2. vbi bene probat, in hoc standum esse iudicio Medicorum, & propterea refert aliàs fuisse decisum, bene fuisse tortum
86 quendam infirmum febre quartana laborantem,ex quo tortura fuit moderata,& illata die dimisso post febrem.

87 94 LIMITA XIV.In seruis,†qui etsi regulariter possint torqueri, tam in seipsos,quàm etiã in alios,vt suprà deduximus, *nu.*1.non tamen possunt torqueri in dominum, nisi in certis casibus, de quibus latè per Carrer.*in pract.crimin. in secundo tract.de indic.& tort.*§.*circa tertium,quæ personæ torqueri poss. num.*2. per totum,vbi facit regulam cum applicationibus, &
88 limitationibus, ac bene explicat,an & quando in caput aliorum serui torqueri possint, & torti indicium faciant, de qua materia non intendo fusiùs loqui, quia apud nos seruorum copia non habetur, sed remitto me ad Carrer.in loco citato, & ad Brun.*in tract.de indic.& tort.*2.*part.quæst.*4.*n.*25.*vers. Serui etiam,& omnibus sequentibus.*Ghirland.*de quæst.& tort. q.*6.*num.*4.*vers.*5.*excipiuntur serui,* Ludou.Bologn.*in addit. ad Guid.de Suzzar.in tract.de indic.& tort.num.*11.

95 AMPLIA I. Et† generaliter omnes propositas limitationes in tantum procedere,vt si aliquis torqueatur,qui de iure torqueri non debuisset,& fateatur, talis confessio non valet, etiam quòd ratificata sit,vt per Marsil.*in l.dictum,n.*25.*iuncto n.*29.*&* 30.*ff.de quæst.*vbi generaliter,& etiam particulariter de cõfessione decurionis, & mulieris prægnantis, Brun. *de indic.& tortur.*2.*part.quæst.*3. vbi pariter de confessione mulieris prægnãtis, de qua etiam per Fran.Cason.*de tormen. c.*19.*rub.quæ personæ torqueri possunt,& quæ non,post n.*6.*&*
89 *n.*13.vbi de confessione senis torti, Carrer.*in pract.crimin.in* 2.*tract.de indic.& tortur.*§.*Circa tertium,quæ personæ torqueri possunt,n.*20.vbi de confessione Doctoris,*& num.*23.vbi de confessione nobilis,*& nu.*52.vbi generaliter,Foller.*in pract. crim.in* 3.*part.*3.*part.principal.verbo, Etsi confitẽbuntur,n.*75.*& n.*77.Duen.*regu.*190.*in septima ampliatione,* Viui.*in commun.opin.in ver.Senex ætatis decrepitæ,*vbi loquitur etiã quòd
90 confessio sit ratificata,aliósque plures adducit concordantes,
* ex quibus apparet, ita se habere communem* opinionem, Bertazz. *inter cons.crim.diuers.cons.*70.*num.*34.*in fin.tom.*2. Anton.Gomez.*var.resolut.tom.*3.*cap.*13.*rubr.de tort.reorum, num.*4.*ad fin.vers.Et in tantum est verum,* vbi pariter loquitur etiam in confessione ratificata: cùm enim ista tortura sit
91 illata contra iuris ordinem, & dispositionem, necessariò infertur, quòd quicquid inde sequitur, & sic confessio habeatur pro nulla,& inefficaci, argumento text. *in l.non dubium, ff.de legib.in l.*3.§.*scio,ff.de minor.in l.final. ff. de constit.pecu.* cum aliis allegatis per Anton.Gomez.*in loco præcitato.*

96 AMPLIA II.Vt†Iudex torquẽs personas de iure torqueri prohibitas, puniatur pœna capitis, ad text.*in l.decuriones,* ibi,*quod quidem capitale iudicium, C.de q.*& ibi hoc expressè notat Bald. dicens insuper, quòd eo textu probatur Iudicem
92 teneri pœna capitis pro quacunq; tortura, quam dolo malo, & sine causa infert, & Baldum referẽdo sequuti sunt Angel. *de malef.in verbo,Quòd fama publica præced.num.*102.*ad fin. versic.Ex quo Baldus,* Ludou.Bolognin.*in addit.ad Guido.de Suzzar.in tract.de indic.& tort.num.*17.*&* 111.Carrer.*in pract.crim.in* 2.*tract.de indic.& tort.*§.*Circa tertium,quæ personæ torqueri possunt,num.*17.*vers.& dixit Baldus,*Gig.*de crimine læsæ maiesta. lib.*2.*tit.quom. & per quos crim.læsæ maiest. prob.q.*27.*in fin.num.*6. Conrad.*in pract.tit.de negat.crim.&*
97 *tormen.n.*35.*vers.Imò Iudex punitur,fol.mihi* 301.*col.*2.† Verùm diuersa imponitur pœna,*in l.omnes Iudices,C.de decurio. lib.*10. vbi dicitur, *quòd si quis fortè Iudicum in hanc pertina-*

ciam illiciti furoris eruperit, vt audeat principalem, aut decurionem,& Senatorem,tormentis subdere, viginti librarum auri illatione mulctabitur perpetua infamia inustus: & ibi hoc notat Bart.& Io.de Platea, quos in proposito pariter referendo, sequitur idem Conrad.*post practicam,in titul.de decurion.post n.*106*fol.mihi* 30.*col.*2. † Sed tu dicas veriùs in proposita fa- 98
cti specie,quando Iudex torquet aliquam personam,quæ de iure torqueri non potest,vt puniatur arbitrariè,iuxta facti,& personarum qualitatem, & sic pœna capitis, de qua *d.l.Decuriones,* non erit intelligẽda de maxima capitali pœna,prout in terminis voluit Anton.Gomez. *varia.resolu.tom.*3.*cap.*13. *rubr.de tortur.reor.num.*6.*in fin.versic. Ex quibus infertur,* & vide quæ dixi *suprà,q.*37.*num.* 111.*& pluribus seqq.*

AMPLIA III. Omnes † prædictas limitationes,vt Iudici 99
volenti torquere aliquem, qui de iure torqueri non debet, possit impunè de facto resisti,vt probat text. *in d.l.omnes Iudices,in fin.C.de decurio.lib.*10.dum per hæc verba dicit:*Quoniam vt pertinaciæ Iudicis sui resistat,liberam eidem contradicendi permittimus facultatem,*& per illum textum hoc ibi notat glossa,Bart.& cõmuniter* omnes,Marsil.*in l.edictum,n.*7.* *vers.Etsi Officialis vellet aliter facere,ff.de quæst.*Gram.*voto* 1. *nu.*15.*& voto* 32.*nu.*24.Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de indic.& tortu.*§.*Circa tertium,quæ personæ torqueri possunt,n.*14.*in fin.* Duen.*reg.*190.*in* 8.*ampliatione,*Conrad.*in pract.tit.de negat. crim.& tormen.nu.*35.*fol.mihi* 301.*col.*2.*& post practicam, in titul.de Decurion.n.*106.*vers.Ampliatque Bartol.fol.*30.*col.*2. *ad fin.&* vide quæ dixi *supra,q.*37.*n.*117.

SVBLIMITA I. Omnes † præcedentes limitationes non 100
procedere in infrà scriptis criminibus exceptis,in quibus etiã personas priuilegiatas,& alias à iure torqueri prohibitas posse tamen torqueri non obstante quocunque priuilegio, probat text.*in l.de minore ff.de quæst.& in l.si quis alicui,& in l. nullus,C.ad l.Iul.maiest.* quæ loquuntur in crim.læsæ maiest. Item text.*in l.proditores,ff.de re milit.* vbi loquitur de proditoribus & transfugis.& ibi hoc notant glos.& communiter* Doctores,Ang.*de malef.in verbo, Quod fama publica,n.*102. *vers.Aduertas tamen,& in fine numeri,vers.Excepto crimine,* vbi quòd existentes in Magistratu, & Doctores possunt torqueri in crimine læsę maiestatis,hæresis,& proditionis,Marsil. *in l.edictum,in fin.n.*31.*&* 32.*ff.de quæst.*vbi de crimine læsæ maiestatis humanæ, & diuinæ, Ludou.Bolognin.*in addit.ad Guid.de Suzzar.de indic.& tort.nu.*15.vbi quòd Doctor,miles,& alij omnes exceptuati,possunt torqueri in crimine læsæ maiestatis,hæresis,& similibus delictis,*nu.*16. vbi quòd in crimine læsæ maiestatis,dignitas non excusat à tortura,Brun. *de indic.& tort.*2.*part.q.*4.*n.*24.*vbi de crimine læsæ maiestatis, proditionis,maleficis, mathematicis,falsi.priuati carceris, & simoniæ,* sed hoc vltimum de simonia,nisi Principis consensus & licentia accedat,videtur improbari à Gig.*in tract.de crim. læsæ maiest.lib.*2.*tit.quom.& per quos crim.læsæ maiest.prob.n.*8. Foller.*in pract.crim.in verbo, Item quòd commisit crimen læsæ maiest.n.*104. vbi de crimine læsæ maiestatis, Iodoc.*in pract. crim.cap.*41.*rub.qui à tortura sint excusandi,n.*7.*& omnibus seqq.*vbi enumerat omnia delicta enumerata per Brun.*n.*24. Carrer. *in pract.in* 2.*tract.de indic.& tortur.*§.*Circa tertium, quæ personæ torqueri possunt,n.*16.vbi quòd in criminibus exceptis decuriones possunt torqueri,Sima.*de hæret.titu.*65.*nu.* 44. vbi quòd in crimine hæresis, & læsæ maiestatis, nobiles, milites, decuriones & omnes omnino, qui quantalibet prærogatiua præfulgeant torqueri poterunt, Nicol.Pignolot.*in addit.ad Rom.sing.*494.*milites,Doctores,& decuriones,*vbi generaliter de criminib. exceptis,Gabr.Saray.*in addit.ad Matthes.*59.*Nota quòd legum Doctores, ante medium,* vbi præcipuè de crimine falsi,& læsæ maiestatis, Franc.Cason.*de tormen.cap.*10.*rub.quæ personæ torqueri possum, & quæ non,n.*4. *in fin.*vbi de crimine læsæ maiestatis,& veneficij, Gram.*voto* 25.*nu.*5. vbi quòd Doctor torquetur in crimine falsi,Gig.*de crimin.læsæ maiest.lib.*2.*tit.quom. & per quos crim.læsæ maiest. prob.q.*27. vbi quòd Doctor,miles,& Antiani,seu Consiliarij possunt torqueri in crimine læsæ maiestatis, & proditionis, Boss.*in tit.de indic.& considerat.ante tortur.n.*115. vbi quòd personæ priuilegiatæ torqueri possunt in crimine læsæ maiestatis,falsi,& priuati carceris.Ghirland.*tract.de quæst.& tortu. q.*6.*n.*10.*ad fin.*|vbi de crimine læsæ maiestatis,maleficorum, & incantatorum,Ant.Gomez.*variar.resol.tom.*3.*cap.*13.*rubr.*

de tortur.reor.nu.3.ad fin.vers.Item adde, vbi loquitur in crimine læsæ maiestatis,diuinæ,& humanæ,& testatur de communi* opinione Conrad.*in pract.titu.de negat.crimin.& tormen.n.34.post medium,vers.Item quòd possit.fol.mihi* 301.*col.1. & col.2.n.34.in fin.vers.Limita etiam,* vbi quòd decurio potest torqueri in crimine læsæ maiestatis,*& fol.*302.*col.1.n.37.* vbi de crimine læsæ maiestatis,hæresis,proditionis,simoniæ, in maleficiis,mathematicis,in crimine falsi, in priuato carcere,in ingenti assassinio, homicidio sacræ personæ, vel magni Principis,& similibus, Cyrill.*in summ.crimin. in rubr.29.de quæst.§.Secundò post num.2.fol.mihi* 148.*col.2.*vbi de crimin. læsæ maiestatis,Ioan.Maria Monticel.*reg.crim.num.*119.vbi quòd in crimine falsi Doctor torqueri potest,Rolād.*cons.*32. *num.6. & seqq.* vbi de crimine hæresis, læsæ maiestatis,falsi, priuati carceris,simoniæ,proditionis, maleficis,& mathematicis,Iacob.Por.Imol.*cons.96.n.44.*vbi quòd in crimine læsæ maiestatis,barataria & his similibus nulla ætas,ac dignitas excusat à tortura,Vulpell.*cons.*141.*n.*12.vbi quòd Doctor torquetur in delictis exceptis,nempe impietatis in Deum,& læsæ maiestatis in Principem. Franc.Personal.*in tract.de indic. & tortur.n.*15.*vers.Ex quo senex,* vbi de crimine læsæ maiestatis, Iacobus Beni.*in tract.de priuileg.Iurisconsultorum,priuileg.39.num.*10.*& seqq.* vbi de crimine hæresis,læsæ maiestatis,proditionis,simoniæ,falsi,& priuati carceris,Flam.Cart. *in sua pract.interrog.reor.lib.4.cap.1.n.94.* vbi refert Eugen. *cons.63.num.89.* dicentem Doctores posse torqueri in crimine hæresis,læsæ maiestatis,priuati carceris,& falsi. Ex quibus omnibus apparet,hanc primam sublimitationem fuisse à Doctoribus* pluspquam communiter,* vt ita dicam, receptam,& faciunt, quæ de decurione torquendo in crimine falsi,dixi *suprà,num.65.*& de Doctore *suprà,num.56.in fin.*

101 LIMITA Hanc sublimitationem, † vt procedat in iis,qui non possunt torqueri propter priuilegium personę,& propter eorum dignitatem,prout sunt milites Doctores,Decuriones, Magistratus, & similes. Hi, inquam, in criminibus exceptis poterunt absque vlla prærogatiua, & priuilegio torqueri per præallegata: at secus in iis,qui non possunt torqueri propter ætatem senilem, vel puerilem, propter periculum partus,vt suprà,dixi de muliere prægnante, vel propter debilitatē personæ,prout sunt infirmi,valetudinarij;& aliquo membro debilitati: nam & hos non posse torqueri etiam in exceptis criminibus, cùm vtroque casu militet ratio eadem illos nō torquēdi,expresè dixit Anton.Gomez.*var.resol.tom.3.cap.*13. *rubr.de tort.reor.n.3.in fin.vers.Quod tamen intellige,* vbi dicit hanc declarationem in hoc articulo esse necessariam, & Gomez.Ferret.& sequitur Iacob.Benius,*de priuileg.Iurisconf. priuileg.39.num.*12.vbi & in idem adducit Bald.*in l.quicunque,num.17.vers.Quarto casu,C.de seru.fug.* dicentem, quòd in casu, in quo vigore alicuius statuti est imponenda pœna abscissionis manus, potest licèt non cogatur Iudex dispensare,& pœnam hanc in aliam commutare ratione ætatis,vtputà quando is, cui manus erat abscindenda, erat ita puer vel senex,vt ex illius abscissione statim moreretur,& pro hac eadem opinione ponderari potest text. *in l.si quis alicui,*ibi,*minimè quisquis priuilegio dignitatis,&c. in l.nullius militiæ, vel generis,aut dignitatis defensione, C.ad l.Iul.maiest.* ex quibus iuribus à regula non torquendi priuilegiatos videtur solùm excludere Imperator priuilegiatos ratione dignitatis,militiæ, vel nobilitatis,non autem ratione ætatis, cùm de ætate nihil dicat,prout certè dixisset,si ita de ea intellexisset.

102 Contra † declarationem de directo faciunt verba text. *in l.de minore,ff.de quæstio.*vbi facta per Arcadium conclusione, quòd minor quatuordecim annorum quæstioni subiici non potest,illam declarat non procedere in crimine læsæ maiestatis,in quo crimine,vt ibi inquit text.*Omnes omnino si ad testimonium prouocentur,cùm res exegerit,torqueantur.*Per quem textum primò apparet expresè, quòd in crimine excepto, prout est læsæ maiestatis,nō habetur ratio ætatis, cùm ibi dicatur, minorem etiam quatuordecim annorū posse torqueri. Secundò,ex eodem textu probatur,quòd idem minor potest torqueri,etiam si ad testimonium prouocetur, de quo & particulariter etiam dixi *infrà,quæst.*58.*n.*22.*& seq.* Videas ergo multò magis,si vt reus inquiratur de eo crimine. Tertiò,textus ille non solùm loquitur in minore, sed etiam in omnibus aliis, qui de iure non possunt torqueri: vt colligitur ex illis verbis, *omnes omnino,* quæ verba omnes personas includunt. Quartò, pondero illum textum, quòd non dixit minores in crimine læsæ maiestatis esse terrendos habena,vel ferula cædendos,prout dicebatur *in l.1.§.impuberi.ff.ad Sylla.*sed dicit esse torquēdos,ergo in tortura ætas, nec etiam in modo torquendi, aut in genere tormentorum, excusat in eo crimine læsæ maiestatis, & ex iis considerationibus,quæ currenti calamo mihi nunc in mentem venerunt,credo commotos esse plures Doctores,qui in criminibus exceptis,& minores,& senes posse torqueri affirmarunt, vt videre est apud Gand. *in tit.de quæst.& torm.sub num.9.ad fin.*Brun.*de indic.& tortur. 2.part.quæst.4.num.16.in fin.vers.Item textus.*Franc.Cason. *de tormen.cap.10.rubr. quæ personæ torqueri poss. & quæ non, num.10.*Carrer.*in pract.crimin.in 2.tract.de indic.& tortur. §.Circa tertium,quæ personæ torqueri poss.num.37.vers.Fallit in criminibus exceptis*, Guid.de Suzzar.*in tract.de indic. & tortur.num.15.* & ibi Ludou.Bolognin.*num.16.* Foller.*in pract.crimin.in verbo,Item quòd commisit crimen læsæ maiest.n.104.& in verbo,Rei indurati torqueantur,in fin.* Conrad.*in pract.titul.de negat.crim.& tormen.nu.34.post medium,vers.Item quo possit,fol.mihi* 301.*colum.*1.Duen.*regul.259.ætas seu fragilitas,in septima ampliatione,vers.Quod tamen non habet locum*, vbi allegat Igne.*in l.1.§.impubes,num.*18.*ff.ad Syllan.* Petrus à Placha *in epitom.delicto.lib.1.cap.32. num.12.in fin. vers.Quibus & id conuenit,*Iacob.Port.*consil.96.nu.44.* vbi quòd in crimine læsæ maiestatis,hæresis,& his similibus delictis, nulla dignitas aut ætas,vel senectus, etiam decrepita, excusat à tortura, Franc.Personal.*in tract.de indic.n.15.vers. Ex quo senex,* Flam.Cartar.*in sua pract.interrogan.reor.lib.4. cap.1.num.49.prope fin.*

Quid dicendum? Dicas quòd licèt hæc vltima opinio sit magis* communis, eam tamen nunquam in practica seruarem,nec seruandam esse credo, quando ex tortura senis,minoris,aut infirmi esset periculum,ne mors sequeretur. Quod totum, *vt suprà,* iterum admonui Medicorum,& peritorum iudicio relinquitur, & sic credo, etiam minores, & senes fore torquendos in criminibus exceptis,nec in iis ætatem excusare à tortura, dummodo tamen moderatè, & sine periculo inferatur,& hoc est, quod voluit Simanc.*de hæretic.titul.65. num.*45. vbi dixit in crimine hæresis minores posse torqueri hoc modo,vt si sint minores 25.annorum torqueantur:si verò minores 14.vel terreantur, vel habena, aut ferula cædantur,iuxta tradita *suprà,num.16.& sequent.*aliàs dicere, quòd minores, & senes possent torqueri sicut maiores, & iuuenes, esset nimis absurdum,& impium. Et ita est veritas,& ita practicatur. 103 *

SVBLIMITA II.Et generaliter omnes prænarratas limitationes,vt personæ prohibitæ torqueri,non tamen sint prohibitæ terreri, sicuti post Brun.quem allegat, scripsit Carrer. *in pract.crimin.in 2.tract.de indic.& tortur.§.Circa tertium, quæ personæ torqueri poss.num.*43.Pluribus iuribus ac Doctorum authoritatibus comprobat Ant.Gomez.*var.resol.tom.3. cap.*13.*rubr.de tortur.reor. num.*4. 104

† imò non solùm possunt terreri, sed etiam leuiter torqueri, vsque ad solum gradum torturæ inclusiuè, videlicet cum modica eleuatione,secundùm Conrad. *in pract.crim.in tit. de negat.crimin.& tormen. post num.39.fol.mihi* 302.*col.1.iuncto num.*41.*vers. Secundus est gradus,fol.*303.*col.2.* & faciunt quæ suprà dixi, *quæst.*37. *num.*98.99.*&* 100. 105

LIMITANDO Hanc† secundam sublimitationem aduerte, quòd contra eam faciunt plura, quæ considerauit idem Gomez.*vbi suprà,dict.num.4.vers.Sed in contrarium.*Et ideo pro declaratione secundùm eum distingue sic, aut agimus de territione,& comminatione torturę verbali,leui,& remota, & tunc omnes personæ, quæ non possunt torqueri, possunt sic verbaliter terreri, per textum qui bene hāc comprobat cōclusionem,*in l.item apud Labeonem.§.quæstionem,ff.de iniu.* cuius verba sunt, *quæstionem intelligere debemus, & tormenta,& corporis dolorem ad eruendam veritatem.*Nuda ergo interrogatio, vel leuis territio non pertinet ad hoc edictum, & ibi hoc notat glos.ordinaria, & communiter* Doctores, teste Anton.Gomez.*dict.num.4.in princ.vers. Ex quo infert,* vbi loquitur in illustribus, & clarissimis in dignitate positis, *& eodem num.4.post medium,versic.Quod tamen intelligo,*vbi alia adducit iura,refert, & sequitur Iacobus Benius *de priuil.* 106 *

Iurisconsul

Iurisconsult. priuileg. 39. num.4. & faciunt quæ suprà dixi *quæst.37.num.102.& 103.*

107 Si verò agimus de territione reali,† & propinqua,ea scilicet quæ fit per spoliationem, cõductionem ad locum torturæ,& funi applicationem,& tunc si sumus in personis,quæ à iure prohibentur torqueri, non propter dignitatem personæ, sed propter corporis debilitatem , vt de minore , & sene dixi *supra,num.17.& seqq.& nu.29.*Nulli dubium,quòd possunt etiam sic realiter terreri,vt per Ant.Gom.*vbi supra.dict.n.4. ad modum,vers. Ego tamen in hoc articulo,*argumento text.*in l.1.§.impuberi,ff.ad Syllan.*& dixi,*dicto num.17.& seqq.& n.29.* Et licèt Bertazz.quem suprà retuli,*num.19.in cons.116. num.31.lib.1.* dixerit,minorem non solùm non posse in funem,& in altum eleuari,sed nec etiam ligari:quia sine dubio maior est dolor sibillorum , quibus hodie vtuntur Iudices ad torquendum minores, vt suprà adnotaui , *quæst.38.num.68.* quàm simplex ligatura funis,etiam quòd stricta sit, & si licet quod est maius,licet multò plus quod est minus.

108 Si † verò sumus in personis à iure torqueri prohibitis beneficio alterius,vt de muliere prægnante, propter periculum
109 partus,dixi *supra,num.84.* † vel etiam in prohibitis torqueri, propter priuilegium personæ,& dignitatis, vt sunt Doctores, milites,decuriones,Magistratus,& positi in aliqua dignitate, & tunc cùm sit eadem dignitatis ratio in territione reali,quę in ipsa tortura, ideo sicut non possunt torqueri,ita etiam nec realiter terreri,vt per Anton.Gomez. *vbi supra,d.num.4.post medium, versic. Aliquando quis non potest torqueri priuil.&c.* Iacob.Benius *in tract.de priuileg.Iurisconsult.priuileg.39.n.4.* Vbi loquitur in Doctore, & allegat in idem Rip.*in l.Centurio,num.14.vers.Imò non potest.ff.de vulga.& pupilla.*

110 SVBLIMITA III. Quia † omnes personæ,quæ non possunt torqueri de iure,poterunt tamen torqueri Principe consulto , ad text. *in l.nullus,* ibi,*inconsultis,ac nescientibus nobis:* sumpto ex illis verbis argumẽto à contrario sensu,*C.ad l.Iul. maiest.*& per hũc text.hanc sublimitationem posuerũt,Brun. *de indic.& tort.2.part.quæst.4.n.24.versic.Item adde,* vbi loquitur de positis in dignitate , & generaliter dicit , quòd de scientia Principis,& Principe cõsulto, nulla dignitas,seu priuilegiũ excusat à tortura , Carrer.*in pract.in 2.tract.de indic. & tortur.§. Circa tertium,quæ personæ torqueri possunt,nu.24. in fin.* Duen.*regu.190.in prima limitatione,* vbi de decurione, & aliis in dignitate constitutis,Cyrill.*in summ.crim.lib.29.de quæst.§.2.post num.2.* Iacob.Benius *de priuileg. Iurisconsult. priuileg.39.n.14.vers.octauò fallit,* vbi de Doctore.

111 SVBLIMITA IV. Quia in casu, in quo reus,vel propter ætatem,vel propter dignitatem,seu aliàs de iure torqueri nõ potest , sic contra ipsum laborant legitima ad torquendum indicia,poterit ratione dictorum indiciorum in aliquam pœnam extraordinariam,vtputà pecuniariam,vel exilij,cõdemnati,prout voluit Anton.Gomez.*var.resol.tom.3.cap.13.rub. de tortur.reor.nu.28.in princ. iunct.vers. Sed his non obstantibus,* & ante eum fuit de mente Bald.*in l.fin.num.8.versic. Si autem non adiungitur confessio,Cod.de probat.* quem referendo sequuti sunt Gram.*voto 15.n.15.*& Capic.*decis.126.n.14.* nec dissentit Baiard. *in addit.ad Clar.in pract.quæst.64.n.72.* Menoch.*de præsumpt.lib.1.q.97.n.26.*Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Tortura in qua causa inferri possit, & in qua non.

SVMMARIVM.

Tortura regulariter in omnibus causis,& criminibus inferri potest , in quibus à iure expressum contrarium prohibitum non reperitur,num.1.

Oratio indefinita æquipollet vniuersali,num.2.

Tortura infertur in criminibus capitalibus, & atrocioribus, in quibus agitur de pœna corporali,num.3.

Tortura infertur, vbi agitur de pœna corporali, etiam quòd illa pœna corporalis efficiatur pecuniaria ex aliqua causa excusante delictum,num.4.

Tortura potest inferri in crimine blasphemiæ,num.5.

Tortura non infertur in delictis leuibus,nu.6.& nu.7.& 8. vbi exemplificantur multa delicta leuia, in quibus non potest deueniri ad torturam.Cõtrarium,quòd etiam in leuibus delictis Farin.Prax.crimin.p.1. Tom.2. sit locus torturæ saltem leui, & moderatæ,num.19.& 20.sed prima opinio est verior,& cõmunior indistinctè,n.23.& 25.

Tortura in leuibus delictis potest dari personis vilibus, & abiectis,secus autem nobilibus,& honestæ conditionis,n.21.& 22. sed contrarium,quòd nec etiam viles personæ possunt torqueri in leuibus delictis,n.24.

Pœna omnis corporalis,quamuis minima,est maior qualibet pœna pecuniaria,quamuis magna,n.15.Declara hoc procedere in personis nobilibus,secus in vilibus,& abiectis,n.22.

Tortura non potest inferri in criminibus, in quibus venit solùm imponenda pœna pecuniaria,num.9.& 14.& seqq. vbi reduntur plures rationes huius conclusionis.

Tortura non infertur,vbi agitur de pœna pecuniaria,etiã quòd illa efficeretur corporalis,propter reiterationẽ delictorum,n.10.

Tortura non infertur in crimine libelli famosi, quando pro eo non venit imponenda,nisi pœna pecuniaria,n.11.& seqq.

Libelli famosi pœna est capitalis regulariter,n.11.aliquando tamen non est capitalis,exemplum ponitur,n.12.

Tortura est grauissima pœna,& grauior,quàm vtriusque manus abscissio,num.14.

Prohibitum vna via , non debet permitti per indirectum alia via,num.17.

Ordinata ad vnum finem , debent regulari secundùm naturam illius finis,num.18.

Tortura nõ potest dari in causa ciuili pecuniaria,n.26.& n.27.

Tortura ad hoc,vt inferri possit, attendi debet principium causæ de qua agitur,num.27.

Tortura non potest inferri in causa damni dati,num.28.

Serui possunt torqueri,etiam in causa ciuili pecuniaria,n.29.

Tortura potest inferri,quando de crimine ciuiliter agitur,n.30. contrarium est verius,num.31.& seqq.

Iudex non prohibetur ex officio,& criminaliter inquirere,etiam quòd pars inceperit agere ciuiliter,num.32.

Actione ciuili intentata per partem,non potest eadem pars conuolare ad actionem criminalem,d.n.32. nisi saltem finito iudicio ciuili, ibid.d.n.32.

Tortura potest inferri in causa ciuili pecuniaria habente crimen annexum,n.33.Declara primò,dummodo agatur criminaliter,secus in ciuilibus,n.34. Declara secundò,dummodo crimen annexum sit graue,secus si leue,d.n.34.

Negans depositum,commisit furtum,& potest torqueri,n.33.

Mercatores falliti possunt torqueri , vt indicent pecunias ipsis datas,quas denegant habere,& dicunt perdidisse,n.35.

Vsurarum causa licèt ciuilis sit, tamen in ea habet locum tortura,n.36.Declara primò,vt procedat hæc conclusio in vsurario manifesto,secus in non manifesto,n.37. sed an declaratio sit vna,n.38. Declara secundò,dummodo agatur criminaliter,secus ciuiliter,num.39.

Vsura est in omni iure prohibita,& criminaliter punitur extra ordinem Iudicis arbitrio,num.38.

Tortura infligitur,quando agitur de inueniendis rebus ad fiscum spectantibus,num.40.Declara,vt num.42.

Thesauri causa est criminalis, & in ea potest deueniri ad torturam,quod quando verum sit,num.40.& seqq.

Tortura potest inferri pro interesse ciuili, etiam contra eum, qui de delicto habuit gratiam à Principe , vel se composuit cum fisco,& præside,num.43.

QVÆSTIO XLII.

TORTVRAM non omni causa inferendam esse, etiam quòd legitima præcedant indicia , dixi *supra,q.38.n.6.* vt modò sciamus , quænam sint causæ , in quibus deueniri possit ad torturam,& in quibus non præmitto † priùs,quòd 1
regulariter in omnibus causis,& criminibus,in quibus à iure contrarium expressè prohibitum non reperitur, tortura semper inferri potest , vt per Brun. *in tract. de indic.& tortur.2. part.quæst.3.nu.1.*vbi dixit,quòd in omni crimine,tam publico,quàm priuato,habet locum tortura, & per Paul.Ghirlãd. *in tract.de quæst.& tortur.quæst.5.nu.1.*vbi pariter dixit,quòd generaliter in omnibus causis criminalibus , & in omnibus criminibus si præcedant & legitima indicia , & veritas aliter haberi non potest,inferri potest tortura:quia in regula torturæ est affirmatiua,& vniuersalis,*l.1.in princ.ff.de q.* ibi,*in criminibus,& cæt.*& sic loquitur indefinitè.Quæ † quidem inde- 2
finita oratio æquipollet vniuersali,*l.si plures,ff.de leg.3.l.1.§.si*

quis simpliciter,ff.de verb.obligat. Alexand.& Doctor.*in rub. ff.solu.matrim.* cum aliis ibi per eum allegatis,& per Corn.*in cons.*101.*in causa,num.*9.*lib.*2.vbi pariter dixit, quòd regulariter quælibet persona pro quocunq; crimine potest torqueri, per text.*in l.milites, Cod.de quæst.& in l.ex libero.ff.eod.* & Corneum,& Ghirlandum sic,vt suprà dicentes,refert Franc. Becius *in cons.*67.*nu.*22.*lib.*1.Verùm quia,vt admonui,hæc regula non semper vera est, & aliquas patitur declarationes, ideo ex illius resultatione tres principales casus mihi in hac quæstione constituendos proposui.

3 PRIMVS erit † casus in criminibus capitalibus , & atrocibus , in quibus de iure venit imponenda corporalis pœna, in iis inquam sine dubio tortura inferri potest,ad text.qui expresse hoc probare videtur,*in l.edictum*,ibi,*sed cùm capitalia,* * *& atrociora maleficia*,vbi Bart.Bald.& Alber. & cõmuniter * omnes,*ff.de quæstio.*& hæc conclusio non solùm est communis,sed etiam ab ea nemo contradicit,vt videre est apud omnes Doctores infrà allegandos in secundo casu,Clar.*in pract.* §.*fin.quæst.*64.*sub vers.Præterea debet Iudex*,ibi,*vbi verò pœna corporalis imponitur,&c.* Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de in-*
4 *dic.& tort.*§.*Circa secundum,in* † *quibus casibus locum habeat tortura,num.*37.*in fin.* vbi ampliat, etiam quòd postea pœna efficiatur non corporalis ex aliqua causa minuente , seu excusante delictum,cùm in hoc attendatur primordialis natura
5 ipsius delicti,*& ibidem, num.*17. vbi † infert ad crimen blasphemiæ, in quo pariter affirmat esse locum torturæ, quia de iure communi est pœna capitis, *vt in Authent.vt non luxur. contra natur.* & vigore cõstitutionis Regni lingua obtruncatur.Addo & Ludou.Peguer.*decis.crim.*16.*nu.*6.vbi propterea infert,quando agitur de pœna fustigationis,quę cùm sit corporalis , ideo tunc contra reum posse deueniri ad torturam, testatur ibi aliàs tempore suo fuisse vocatum per sex Doctores, & demum addo Flam.Cartar.*in sua pract.interrogan.reorum,lib.*4.*cap.*1.*nu.*17.*& seqq.* vbi alios refert,& testatur de communi , & seruata opinione , & iste primus casus nullam prorsus habet difficultatem.

6 SECVNDVS est casus † in leuibus delictis non atrocibus,nec capitalibus,in quibus,etiam quòd legitima præcedãt indicia,minimè torturę locum esse,probare videtur text.*in d. l.edictum,ff.de quæst.*dum ibi dicitur: *Quæstiones neque semper in omni causa,& persona desiderari debere arbitror;sed cùm capitalia,& atrociora maleficia non aliter explorari,& inuestigari possunt,quàm per seruorum quæstiones.* Ergo vbi maleficia non sunt capitalia, & atrocia : quæstio non habet locum,& ita per illum text.affirmarunt,Gandin.*de quæst.& tormen.nu.*12.*in fin.* Mars.*in l.edictum,n.*1.Franc.Cason.*de tormen.ca.*8. *rub.de non torquen.in causis ciuilibus,num.*3. Carrer.*in pract. in tract.de indic.& tortu.*§.*Circa secundum , In quibus casibus locum habeat tortura,nu.*1. Brun.*de indic.*2.*part.quæst.*3.*n.*2. *versic.In leuibus autem criminibus*, vbi post Papien. *in pract.* quem allegat,reprehendit Iudices,qui pro quibuscunque leuibus iniuriis faciunt reos poni ad torturam. Iodoc.*in pract. cap.*35.*rubr.de criminoso traden.tortu.nu.*4.Conrad.*in pract. tit.de negat.crimin.& tormen.n.*34. *in* 10.*limitatione, fol.mihi* 300.*col.*2.*in fin.*Ant.Gomez.*varia.resolu.tom.*3.*cap.*13.*rubr.*
* *de tortur.reor.num.*2. vbi dicit ita communiter * tenere Doctores *in d.l.edictum, ff.de quæstion.* & ita etiam de communi testatur Boss.*in tit.de indic.& considera.ante tortu.nu.*92.Vulpell.*cons.*24.*num.*13.*& cons.*33.*num.*7.*& cons.*95.*n.*17. Fran. Bec.*cons.*67.*n.*26.*&* 29.*in fi.& n.*30.*&* 32.Nec dissentit Ludou.Peguer.*decis.crimin.*16.*per totam*, vbi disputata ad partes illa quæstione,an in furto paruæ rei, & sic in leui delicto possit Iudex deuenire ad torturam , dixit æquiorem,& in iudicando seruandam opinionem esse negatiuam , & quòd ita aliàs fuit resolutum , & obseruatum in Regio illo criminali Cataloniæ Consilio , in quo fur indiciatus pro primo furto parui momenti non solet torqueri , sed in exilium mitti,licèt aliàs ecõtrà,prout is testatur,alibi fuerit tenta,& seruata contraria opinio affirmatiua contra eius votum, quam propterea ipse,& seueram & rigorosam appellat.

7 Leuia autem delicta, † quæ in proposito dicantur vltra ea, quæ generaliter posui *in* 1.*lib.tit.*3.*de delict.& pœn.q.*18.*nu.* 61.*& seqq.* in terminis bene exemplificat Brun. *de indic.d.*2. *par.q.*3.*n.*3.vbi quòd leuia crimina sunt infrà scripta, trahere quem per capillos : proiicere lapides in aliquẽ:omnia delicta commissa sine dolo:armorum delatio:ire de nocte sine lumine: ludere,percutere aliquem pugno, furtum,seu aliud delictum commissum in re parua,crimen abigeatus , furtum domesticum,& verbalis iniuria,Iodoc.*in pract.crim.cap.*35.*rub. de criminoso tradendo tortura,num.*5.vbi quòd leuiuscula crimina sunt,quempiam capillis cõuellere,pessundare pedibus, impingere colaphos,conuicia ingerere,iniuriam verbis inferre , & his similia , & in specie de furto commisso in re parui valoris, videlicet duorum, aut trium ducatorum, vide disputantem Ludou.Peguer.*d.decis.crim.*16.*per totam.*

Et † quia ex qualitate pœnę cognoscitur grauitas,& leui- 8
tas criminis, vt per Brun.*d.q.*3.*post nu.*4.& latiùs dixi *d.q.*18. *num.*83. & consequenter, vbi pœna pecuniaria,ibi delictum pro quo imponitur talis pœna, leue reputatur,vt pariter dixi *d.q.*18.*num.*88. & in terminis adnotauit Franc.Becius *d.cons.* 67.*post num.*26.*versic.& cùm delictum pro quo pœna pecuniaria est imposita.*

Idcirco torturæ locũ non esse,†vbi pro delicto imponen- 9
da venit pœna pecuniaria,tradiderũt in specie Aym.*cons.*137. *n.*11.*& omnib.seqq.* vbi loquitur in simplice vulnere, pro quo cùm non veniat imponẽda secundùm eum,nisi pœna pecuniaria,*ad l.si seruus seruum,*§.*rupisse.ff.ad l.Aquil.*Ideo torturam locum habere affirmauit, & ita testatur seruari in suprema Curia Delphinali,Marsi.*in pract.*§.*expedita,n.*57.*& seqq. & in l.maritus, sub vlt.notab. ff.de quæst.* Capic.*decis.*126.*in causa Ioannis,num.*5.Gramm.*cons.*15.*n.*4.*& cons.*57.*num.*14. *in fin.& seq.& voto* 15.*n.*11.Nouell.*in pract.crim.fol.* 53.*nu.* 3.idem Aym. *cons.*41.*n.*9. vbi quòd ita etiam obseruatur per supremam curiam Gratianopolis , Iodoc.*in pract.crim. c.*35. *rub.de criminoso tradendo torturæ,n.*4.vbi ampliùs quòd quæstioni locus non est , nisi in delicto pro quo quis inquiritur, agitur de pœna vitæ , vel membri mutilationis, aut absciss ionis,ad quod etiam vide ea quæ deduxit Ludou.Peguer.*deci. crim.*16.*n.*3.Ant.Gom.*var.resol.tom.*3.*c.*13.*rubr.de tort.reor. n.*2.vbi affirmat pariter torturæ locum non esse,vbi infertur pœna pecuniaria , vel exilij , & ita testatur, quòd ita tenent communiter * Doctores *in d.l.edictum,ff.de quæst.* Mandell. * *cons.*56.*Quamuis dubitationes,n.*36.*&* 37.Clar.*in pract.crim.* §.*fin.q.*64.*vers.Præterea debet*,Vulpel.*cons.*24.*nu.*13.*& cons.* 33.*n.*7.Bertazz.*cons.*215.*n.*7.*lib.*1.Franc.Bec.*cons.*67.*n.*25.*& seqq.omnib.lib.*1. vbi etiam loquitur in causa vulneris , & in furto seu rapina , pro qua vigore statuti imponitur pœna pecuniaria,& ibi præsertim,*n.*29 plures adducit Doctorum authoritates volẽtium,quòd in regno Neapolitano vigore constitutionũ tortura nõ potest infligi,nisi agatur de delicto, pro quo de iure communi imponitur pœna vltra relegationem, Soarez *in comm.opin.vers.Quæstionibus locus non est, liter.Q, n.*1.Franc.Personal.*in tract.de indic.& tort.n.*11.*vers.Tu verò prudens Iudex*, Flam.Cartar.qui alios refert,& de cõmuni testatur,*in sua pract.interrog.reor.lib.*4.*c.*1.*n.*17.*& seqq.*

Et, † quod plus est,si de sui natura delicti pœna est pecu- 10
niaria, vel secundùm ius cõmune, vel secundùm ius statutarium,tunc licèt ob reiterationem eiusdem delicti pœna efficiatur corporalis,iuxta *l.*1.*C.de superexactor.lib.*10.*& l.omnes,* §.*delatore,C.de collat.eod.lib.* cum aliis per nos adductis,*in* 1. *lib.tit.*3.*de delict.& pœn.q.*23.*nu.*2. non per hoc tamen in ea causa torturæ locus est:quia isto casu vnumquodq; delictum de per se consideratur, & non cumulatiuè,sicuti post Corn. quẽ allegat,tradidit Carrer. *in pract.crim.in* 2 *tract.de indic. & tort.* §.*Circa secundum, in quibus casibus locum habeat tortura,n.*27.& sequitur Foller.*in pract.crim.in* 3.*part.*3.*partis, verbo,Et si confitebuntur,num.*66.*fol.mihi* 326.

Et † licèt rursus pœna libelli famosi regulariter videatur 11
capitalis, *ad l.vnic.ff.de famos.libel.*cũ aliis cumulatis per Placham *in epitom.delict.lib.*1.*c.*3.*n.*3.& per Ant.Gom.*var.resol. tom.*3.*c.*6.*tit.de iniur.n.*1.& per Clar.*in pract.*§.*fin.q.*68.*vers. Libelli famosi*,& aliàs cõgruentiori loco, si dicẽdi tempus dabitur,latiùs dicam:quia tamẽ quando in libello non infamatur quis de iniuria seu delicto quod pœnã mortis mereatur, sed de alio leuiori,non succedit pro eo crimine capitalis pœna,sed ea tantummodo qua veniret plectendus infamatus,si irrogata in libello famoso,iniuria vera esset, & consequenter pœna erit solùm pecuniaria, quando delictum in libello deductum pecuniariter tantummodo veniret coërcendum , vt bene declarat glo.Cyn.Sal.Ang.&*communiter Doct.*in d.* *
l.vnic.

l.vnic. Anton.Gomez.*dict.c.6.eod.nu.1.verſ.Vnum tamen eſt*, Pett.à Placha *dict.cap.3.num.3. ad fin.verſic.Verùm præmiſſa*
13 *omnia,fol.mihi 69.in fin.* Idcirco † iſto caſu,etiam quòd ſimus in cauſa criminis libelli famoſi,non eſſe locum torturę,apertè voluit Foller.*in pract.crimin.in verbo,Etſi confitebuntur,in 3.part.3.partis principalis,num.*107. vbi dicit iſtum caſum ſe habuiſſe de facto Salerni.

14 Ratio,† quare in leuibus delictis, & vbi agitur de pœna pecuniaria, torturæ locus eſſe non debeat, communiter ea à Doctoribus ſuprà relatis affertur,quia cùm tortura nō ſolùm ſit pœna,ſed & etiam ea quidem grauiſſima,vt dicūt,maior, quàm vtriuſque manus abſciſſio, *ad §.fin.in Authent.vt nulli iudic.* cum aliis cumulatis per Marſil.*in d.l.Diuus,nu.2.& 3. ff.de quæſt.in pract.§.expedita,num.*59. Paridem de Puteo *in tract.de ſyndic.in verb.Tortura,c.*10.*incip.Tortura grauior eſt, num.*1.*fol.mihi* 324.*col.*2.*in fin.* Nouell.*in tract.ad defenſam, tit.de excuſat.à reo facien.n.*24.Boſſ.*tit.de tort.n.*12.Roland. *conſil.*12.*num.*41.*vol.*3.Clar.*in pract.dict.quæſt.*64.*verſ.Præ-*
15 *terea debet*,vbi quòd eſt grauius afflicto. Imò † omnis pœna corporalis, quamuis minima,maior ſit qualibet pœna pecuniaria,quamuis magna,*l.in ſeruorum,ff.de pœnis*, vtiq; ſi torturæ locus eſſet ad inueſtigandum delicta, pro quibus non niſi pœna pecuniaria imponitur, ſequerentur plura abſurda,
16 & inconuenientia. † Primò, quòd ex modo probandi, quis grauiùs puniretur,quàm ex modo condemnandi, & ſic pœna non eſſet delicto commenſurata, contra text. *auth.omnes peregrini*,& ibi Bald.*in fin.C.commu.de ſucceſſio.* cum aliis per
17 Franc.Becium *d.conſ.*67.*num.*27.† Secūdò ſequeretur,quòd id,quod eſt prohibitū vna via directè,permitteretur alia via, & indirectè,cōtra tex.*in l.auia,§.Titio,ff.de cond.& demonſt. & in §.eſt autem caſus, & ibi gloſ. Inſtitu.de hæred.inſtituen.*
18 Tertium † ſequeretur abſurdum, quòd ordinatum ad vnum finem, non regularetur ſecundùm naturam illius finis, & ſic medium per quod ad finem peruenitur, excederet ipſum finem,contra text.*in l.etſi non ſint,§.perueniamus,ff.de aur.& argent.legat.*prout has,& alias etiā rationes in propoſito conſiderarunt,Marſ.*in pract.§.expedita,n.*57 *& ſeq.* Aym.*d.conſ.* 137.*nu.*11.*& ſeqq. vſque ad finem conſilij*,& Franc.Becius *d. conſ.*67.*n.*25.*& omnib.ſeqq.pariter vſque ad finem conſilij.*
19 Contrarium, † quòd imò etiam in leuibus delictis,& vbi ſola pecuniaria pœna imponitur, torturæ locus ſit, cōmuni-
* ter* de conſuetudine ſeruari teſtatur Alber.*in l.edictum,n.*4, *ff.de q.* quē refert Clar.*in pract.§.fin.d.q.*64.*eod.verſ. Præterea debet,in fine*,& facit pro hac contraria opinione,text.*in d.l.*1. *ff.de quæſt.& in l.milites,§.oportet,C.eod.* inducendo hæc iura, prout inducit Paul.Ghirland. *in tract.de quæſt.& tormen.q.*5. *n.*2.*& ſeqq.* vbi etiam reſpondet textui, *in d.l.edictum, ff.de*
20 *quæſt.& in l.leuia,ff.de accuſat.* † & declarat hanc cōtrariam opinionem, vt procedat quoad leuem torturam, non quoad grauem:in grauioribus enim & atrocibus delictis,& grauis & atrox infertur tortura,in leuibus verò delictis leuiter torquēdus eſt reus,& ibi per eum,*n.*3.*verſ.Solutio,verum eſt,& n.*4. *verſ.Solutio,dic.*& ab iſta declaratione non videtur diſſentire Franc.Bec.*deciſ.*67.*n.*29.*ad fin.verſ. Et licèt addat, & nu.*31. *verſ.Vel poſſet intelligi*,quem etiam in propoſito refert Flam. Carta.*in ſua pract.interrogan.reor.lib.*4.*c.*41.*n.*45. & ita etiā
* de communi* obſeruantia in multis Italiæ locis, vt videlicet poſſit tortura inferri in cauſis furtiuis,etiam minimis arbitrio Iudicis, teſtatur Ioſeph.Lud.*in ſuis commun.opin.concluſ.*38. *verſ.infertur, num.*106. quem etiam in propoſito referendo ſequitur Baiard.*in addit.ad Clar.q.*64.*n.*15.*iunct.n.*6.vbi pro hac contraria opinione alios adducit concordantes.
21 Rurſus † & hanc eandem contrariam opinionem, idem Ghirland.*vbi ſupr.n.*4. *verſ.Maximè quando perſona,& n.*5 *&* 6. declarat procedere in perſonis vilibus & abiectis, quas ſi legitima præcedant indicia in leuibus delictis, leuiter torqueri poſſe nō erit abſurdum:ſecus in perſonis grauibus honeſtæ conditionis,aut nobilibus,contra quas in leuibus delictis non erit deueniendum ad quemcunque actum torturæ etſi leuis, quia ex ea quāuis minima,grauis fit iniuria dignitati,& nobilitati,argumento text.*in d.l.milites,§.oportet,C.de*
22 *quæſt.* ibi,*ſi perſonarum conditio id requirit, &c.* † Et etiam, quia regula illa,de qua *in l.ſeruorum ff.de pœnis*.quòd quælibet pœna corporalis, quamuis minima, eſt maior quælibet pœna pecuniaria,quamuis maxima, procedit in perſonis nobilibus, non autem in vilibus, vt per Bald.*in l.*1.*§. fin. ff.de pœnis*,& ita etiam declarauit idem Ghirland.*in eod.tract.q.*7. *n.*6.*verſ.Quidam vero dant aliam ſolutionem.*

Verùm † circa primam declarationem Ghirlandi, aduer- 23
tendum puto,quòd tantùm eſt dicere,in leuibus delictis reus poteſt leuiter torqueri,non autem grauiter,quantùm ſimpliciter dicere, in leuibus delictis eſt locus torturæ : quia dum prælegati Doctores *ſuprà*, *num.*6.*& num.*9. dixerunt iſto caſu non eſſe locū torturæ,intellexerunt tam de grau- quàm de leui. Nam ſi in leuibus eſſet torquendus reus,quis dubitat,quòd non poſſit torqueri,niſi leuiter:ſed quòd nec etiam leuiter in leuibus delictis poſſit reus torqueri, facit incōmodabiliter ratio, qua mouentur Doctores ſuprà, pro negatiua opinione deducti, quòd videlicet ſi aliter diceremus, ſequeretur abſurdum, quòd per indirectum admitteretur id quod via directa eſt prohibitum, cùm omnis pœna corporalis quamuis minima, & leuis,maior ſit qualibet pœna pecuniaria,quamuis magna, *dict.l.in ſeruorum,ff.de pœnis*. Ergo ſiue grauis,ſiue leuis ſit tortura, non videtur poſſe eam inferri in leuibus delictis.

Circa † verò ſecundam declarationem Ghirlandi, quòd 24
videlicet in leuibus delictis perſona nobilis,& honeſtę conditionis non poſſit torqueri:ſecus autem perſona vilis, & abiecta: contrarium, & quòd immò indiſtinctè etiam perſona vilis non poſſit torqueri in leuibus delictis, expreſsè contra Ghirlandum, tenuit Franc. Caſon.*in tract.de torm.c.*8.*n.*3.*in fin.& nu.*4. vbi dixit,quòd indiſtinctè in omni perſona pœna non debet eſſe maior delicto:& licèt ius præſumat contra viles perſonas, non propterea ſequitur, quòd pro re parua torqueri poſſint.

Quid dicendum? † Non recedas à prima opinione, quia 25
ſine dubio eſt magis * communis, & verior,& rationabilior, *
vt poſt alios ſuprà allegatos eam bene à contrariis defendit Fran.Bec.*d.conſ.*67.*n.*25.*& ſeqq.*& licèt Albericus *in d.l.edictum,num.*4.dixerit communiter ſeruari contrarium,non per hoc tamen eſt ei credendum, niſi de conſuetudine ſuæ patriæ, vt per Iaſ.*in l.de quibus,n.*80.*ff.de legibus*, Viui.*in comm. opin.lib.*1.*opin.*88.& in terminis,reſpondet Franc.Bec.*d.conſ.* 67.*n.*32. vbi etiam dixit,quòd apud eum ſeruatur communis opinio,prout etiam ſimpliciter ita obſeruari contra Alber.teſtatus eſt Ang.*in l.fin.n.*4.*ver.quarta nota,Cod.de quæſt.*quem in propoſito refert,& ſequitur Boſſ.*in tit.de indic.& conſiderat.ante tort.n.*92. & licèt apud nos quandoque viderim Iudices deueniſſe ad torturam, etiam in delictis leuibus, bene tamen ſcio eos maximè ob id reprehenſos extitiſſe à prudentibus viris, & Iuriſconſultis.

TERTIVS eſt caſus in cauſa ciuili,† & pecuniaria,in qua 26
ſine dubio nō poteſt eſſe locus torturæ:quia ſi, vt ſuprà dixi, in præcedenti caſu,quando pœna eſt pecuniaria, rei non torquentur, etiam quòd criminaliter agatur, multò minùs torqueri debēt,quando pro pecunia agitur ciuiliter,vt bene probat text.*in l.Diuus,in fin.ff.de q.* cuius verba ſunt hæc:*Sed nec de ſtatulibero in pecuniarijs cauſis quæſtio habenda eſt, niſi deficiente conditione.*& ibi hoc notant communiter* Doctores, *
& vltra eos Paris de Put.*in tract.de ſyndic.in verb. Tortus,c.*5. *An in cauſa pecuniaria,n.*1.*in prin.& eod.n.in fin.ver.Tamen principalis*,Marſ.*in l.Diuus,n.*1.*& in l.marius,n.*4.*ff.de quæſt.* Brun.*de indic.& tort.*2.*par.q.*3.*n.*5.*&* 6.Carrer.*in pract.crim. in* 12.*tract.de indic.& tort.§.Circa ſecundum*,in quibus caſib. locum habet tortura,*n.*21. Fran.Caſon.*de tormen.cap.*8.*n.*1. Ghirland,*in tract.de quæſt.& tort.quæſt.*7.*num.*1.*& n.*2.*verſ. Vnde dico,& n.*6.*verſ.Nam eſt verum,& n.*7.*&* 8.vbi † bene 27
in propoſito adnotauit, in inferenda tortura eſſe potiſſimùm attendendum non finem,ſed principium cauſę & illius naturam,an ſcilicet actio oriatur ex contractu,vel quaſi: ex delicto,vel quaſi:& ſi agatur criminaliter,tunc locus eſt torturę, ſi pœna delicti eſt corporalis, ſecus ſi pecuniaria, vt ſuprà dictum eſt:ſi verò actio oriatur ex contractu,vel quaſi,non eſt tractandum de aliqua tortura, etiam quòd veritas aliter haberi non poſſit:iura enim in ciuilibus cauſis dederunt alia remedia, quia ſi actor plenè probauit intentionem ſuam, reus cōdemnatur,*l.ſi debitori,ff.de iudic.*& ſic nō eſt opus tortura, ſi verò ſemiplenè tantummodo probauit,& tunc defertur iuramentum in ſupplementum, *l.admonendi,ff.de iureiur.*& ſic nec etiam eſt neceſſaria tortura: aut minùs,quàm ſemiplenè

probauit,& tunc datur reo iuramentū purgationis,*c.fin.extra de iureiur.*& sic nec etiā tortura succedit:aut verò nihil probauit, & tunc reus absoluitur, *l.actor, C.de prob.* & sic tantò minùs erit locus torturæ, addo pro hac eadem conclusione, Aym.*cons.*136.*num.*12.Boss.*de indic.nu.*95.*in princ.*& Flam. Cartar.*in sua pract.interrogan.reor.lib.*4.*c.*1.*n.*21. Ex quibus, sine dubio prædictam conclusionem esse communiter receptam negari non potest,quamuis contra eam,quòd etiam in causa ciuili possit tortura inferri, voluisse videantur Alber. *in l.ex libero,in princip.n.*1.*ff.de quæst.*Cyn.*in l.fin.n.*4.*C.eod.* Henric.Boic.*in c.cùm in contemplatione, n.*4.*de reg.iur.* & ibi etiam Butr.*num.*1.*col.*1.*in fin.vers. Et hoc est verum,& nu.*6. *vers.De quarto tertio,* Guid.de Suzzar. *in indic.& tort.n.*26. *& ibi in addit.*Lud.Bolog.*n.*27.vbi & hanc opinionē admittit, quando ciuiliter agitur pro delicto. Sed quid in testibus torquendis in causa ciuili;dixi *in tract.de testib.q.*79.*n.*63.

28 Et hinc inferri potest, † secundùm Ioseph.Ludou.*in suis comm.opin.concl.*45.*vers.Et Plotus,*quòd in causa damni dati in agris, ac etiam in occisione animalium,nō potest deueniri ad torturam,quicquid in contrarium præsupponere videatur Plot.*de in lit.uran.*§.54. vbi enumerat indicia,quibus credit in causa damni dati posse deueniri ad torturam. Sed labitur Plotus, quia indicia per eum enumerata bene procedunt in aliis delictis,nō autem in causa damni dati, quæ aut si criminalis,prout criminalem, ad delictum in se continere præsupponere videatur,Aret.*in cap.series,n.*12.*in fin.vers.Nam si tu occidis aliquod animal, extra de testibus*, & ob id non coram Iudice criminali tractandum esse,ac si de maleficio ageretur, dixerit Gandin.*in titul.de aliquibus,q.variarum,n.*11.*non tamen.* nisi leue producit delictum,prout inter leuia delicta in proposito illud numerauit Brun.*in indic.& tortura, 2.part.q. sub nu.*3.& post Brun.Conrad. *in pract.tit.de iniur.post nu.*8. *fol.*404.*col.*..Bertazz.*in cōs.*116.& ibi Claud.eius filius *in addit.lib.*1. vbi consuluit non posse procedi criminaliter contra eum qui duos occiderat equos,cùm sit mera causa damni dati, & hoc vigore statutorum Ferrariæ, sed circumscriptis statutis:quid iuris sit, vide omnino *in addit.lit.A,& lit.B.* & secundùm distinctiones ibi positas,declara hanc illationē,contra quam etiam aliàs seruasse testatur idem Ioseph.Ludou. *supra.concl.*38.*vers.Infertur* 106.quem refert Flam.Cartar.*in sua pract.interrogan.reor.lib.*4.*cap.fin.num.*34.*& seqq.* & post Cartarium Baiard.*in addit.in Clar.quæst.*64.*nu.*15. Vide quæ dixi *infrà,in* 2.*part.in titul.de var.quæst.q.*190.*nu.*39. in specie posui,an causa damni dati dicatur criminalis.

29 LIMITA I.Cōclusionem† huius tertij casus,vt procedat in homine libero, vel etiam statulibero,prout loquitur text. *in d.l.Diuus, in fin.ff.de quæst.*secus in seruis, quos propterea etiam in causa ciuili,& pecuniaria torqueri posse,si aliter veritas haberi non potest,bene probat text. *in dict.l.Diuus, in princip.*per hæc verba:*Diuus Pius rescripsit posse de seruis haberi quæstionem in pecuniaria causa, si aliter veritas inueniri non possit,quod & aliis rescriptis cauetur:sed hoc ita est, vt non facilè in re pecuniaria quæstio habeatur, sed si aliter veritas inueniri non possit, nisi per tormenta, licet habere quæstionem, vt Diuus Seuer.& Anton.rescripserunt:licet itaque & de seruis alienis haberi quæstionem, si ita res suadeat :* & ibi hoc notat * glos.Bart.& cōmuniter*Doctores,& vltra eos hanc eandem limitationem firmarunt etiam Paris de Put.Marsi.Brun.Carter.Ghirland.Boss.allegati per nos *supra,num.*26.*& seq.*

30 LIMITA II.Eandem†conclusionē non procedere,quando de crimine tractaretur, licèt ciuiliter ageretur: vbi enim de crimine,vtputà de falso ciuiliter agitur, tūc locus est torturæ,vt per Bal.*in l.sicut falsi,*per illū text.*n.*1.*in primo notab. C.ad l.Corn.de falsi.* vbi dicit, quòd in crimine falsi ciuiliter moto proceditur per tormenta præcedentibus indiciis, non tamen ita acriter, vt in criminali:& Baldū referendo sequuti sunt,Paris de Put.*in tract.de synd.verb.tortus,c.*5.*An in causa pecuniaria,n.*1.*vers.Si tamen agatur de falso.fol.mihi* 345. *in fin.*Brun.*de indic.*2.*par.q.*4.*n.*4.*in fin.* vbi loquitur per verbum *fortè,*& ibidem *q.*3.*n.*5.Pau.Ghirland.*de q.& torm.q.*7. *n.*2.*vers.Item fallit*, vbi etiam ex hoc infert,idem dicendum esse in furto, vbi ageretur ad rem sibi furto subtractam,non per accusationē furti, sed priuato iudicio ciuili per actionem furti,iuxta text.*in §.furti autem actio, Instit.de obligat.quæ ex delict.nascuntur,*vel condictione furtiua, iuxta text.*in l.si pro fure,§.*1.*ff.de condict.furtiu.*tūc enim vbi plena probatio non adest, dummodo adsint indicia, potest deueniri ad torturam sicut in crimine falsi, quia ratio text.*in d.l.sicut crimine falsi,* ita militat in furto,sicut in falso, vt ibi per Ghirlan.*d.num.*2. *& num.*4.*& seqq.* vbi respondet contrariis, Carrer.*in pract. criminal.in* 2 *tract.de indic.& tort.*§. *Circa secundum,*in quibus casibus locum habeat tortura,*nu.*26. Fran.Cason.*de tormen.cap.*8.*num.*1.Foller.*in pract.crim.canon.cap.*12.*in verbo, Etsi in carceribus mancipatus,n.*2.*&* 3. vbi alios adducit concordātes,& facit pro hac eadem limitatione text.*in l.damus, C.de falsi.*vt per Boss.(qui tamē huic opinioni,vt mox dicam, nō adhæret) *in tit.de indic.& considerat.ante torturam, n.*98. *in princ.& 99.in fin.* vbi quòd si hanc opinionem tenere velimus,leuior tamen est quæstio. Quod & idem voluit Baiard. *in addit.ad Clar.quæst.*64.*num.*13.

Contrariū, † quòd imò in causa criminali ciuiliter intentata torturæ locus non sit, apertè voluit Boss.*vbi supra,d.tit. de indic.eod.num.*98.*vers.Aduiro tamen,*vbi optimè respondet textui *in l.sicut falsi,& in l.damus, C.de falsi.* & ibi etiam dicit, quòd etsi facilè esset apud rigidos Iudices propositam limitationē in practica seruari facere,ea tamen de iure,prout nec vera est,ita pariter, nec vmquam illam practicari se vidisse, sed bene centies cōtrarium fuisse obseruatum,testatur, cùm satis absurdum sit,vt postquam pars elegit viam procedendi ciuiliter,possit ad criminalē conuolare,& petere reum torqueri: † licet enim, vt ibi inquit Bossius,per electionem actionis ciuilis factæ à parte non sit præclusa via Iudici criminaliter procedēdi,& veritatem inuestigandi ex officio:nec isto casu Iudex ordinarius procedendo criminaliter pendente iudicio ciuili introducto à parte dicatur attentare, vt per Alciat.*cons.*48.in hac attentatorum causa,*num.*3.*lib.*6.& per Ægid.*decis.*400.*incip.Ciuilis,& criminalis est,*bene tamē præclusa via ipsi parti per dictam electionem actionis ciuilis criminaliter agendi, quando præsertim vtraque actio,& ciuilis, & criminalis tendunt ad eundem finem,secundùm communem*,de qua post Marant.quē allegat,testatur Clar.*in pract.* §.*fin.q.*2.*vers.fin.incip.Vlteriùs quæro.* Et dato,quòd eadem pars etiam intentata actione ciuili posset ad criminalem proficisci,non tamen id poterit pendente iudicio ciuili, quia vna proposita electione sua,se ipsum excludit ab altera,sicuti post Bald.*in l.*1.*C.de appellat.* & Bart.*in l.*1. *C. quando ciuil.actio crimin.præiud.& in l.interdum,ff.de publ.iud.*consuluit Natta *in cons.*138.*Magnificè,num.*6.*lib.*1.quem referendo,sequitur Robert.Lancellot. *de attentat.lit.penden.*2. *part.cap.*4. *limit.* 23.*num.*24. vbi etiam testatur aliàs in Rota fuisse resolutum in vna Cæsar-Augustata iuris eligendi coram D. Sarmiento, 27.Maij 1566. & faciunt quæ dixi *in lib.*1.*tit.*1.*de inquisit. q.*4.*num.*40. vnde aut potest, aut non potest agens ciuiliter de crimine omissa actione ciuili ad criminalem se cōuertere: si non potest, iuxta communem de qua per Clarum in loco citato, vtique res est expedita,quod nec poterit petere reum torqueri,iuxta Boss.opinionem, qui & in idem etiam allegat Bald.*in cons.*171.*col.*2.*vol.*2.*Si potest.*Et tunc nec vtique hoc potest iudicio ciuili pendente,per Nattam in loco præcitato, sed necesse erit, vel quòd expectet illud expediri, vel quòd Iudici interim procedenti ex officio adhæreat, iuxta tradita per Alciat.& Ægid.*vbi supra,*& sic in omni casu torturæ locus erit nō in iudicio ciuili, sed in criminali,& ista est veritas, nec vmquam contrarium fuit apud nos practicatum, & si in actione ciuili intentata peteret pars deueniri ad torturam per Iudicem ciuilem ex eo,quod de crimine agatur,& Iudex torqueret, vtique non sine maximo hominum derisu, & forsan etiam suo damno id faceret, & hoc in practica nullam habet difficultatem pro qua addo idem expresè tenentem Aym.*in cons.*137.*post num.*12.*versic. Nec similiter tortura locum habet,* vbi allegat Bald.*in consil.*6.*factum tale est,quidam nomine Blasius,in fin.lib.*5. quam etiam refert Flam.Cartar.*in sua practica interrogan.reor.lib.*4.*cap.*1.*num.*22. 31 32

LIMITA III.Huius†tertij casus propositā conclusionem non procedere, quando causa ciuilis, & pecuniaria haberet crimen annexum. Nam tunc torturæ locum esse communiter*Doctores adducunt text.*in c.*1.*extra de deposito.*vbi summus Pontifex loquens de quodam Belia qui pecuniam sibi depositam ab Episcopo Lodonense denegabat,& eum furem appellans,subdit deinceps per hæc verba: *Nam & Iudicibus dedimus* 33 * *

dedimus in mandatis, vt illum iniquum sub quæstionibus ad rationem ponant, etiam si oportuerit vinculis alligatum, vt dictam pecuniam reddere compellatur. Ecce ibi agebatur de actione ciuili depositi, quia tamen habet crimen annexum, propter illius negationem, quæ sapit furtum, idcirco quæstionibus locum esse deciditur in eo textu, & ita illius authoritate freti hanc firmarunt limitationem, Paris de Put. *in tract. de synd. in verbo, Tortus, c. 5. An in causa pecuniaria, n. 1. vers. Quæ limita, & paulò infrà, in vers. Tamen principalis,* Alexā. *cons. 77. n. 8. vers. Non obstat prædictis, lib. 1.* Marsil. *in l. Diuus, n. 6. vers. Limita singulariter, ff. de q.* Carrer. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. Circa secundum, In quibus casibus locum habeat tortura,* Franc. Cason. *de torm. c. 7. rubr. de non torquen. in causis ciuilibus, & c. num. 1.* Paul. Ghirland. *de quæst. & tort. quæst. 7. nu. 2. in princ. & in vers. Fallit ista regula, & nu. 4. & seqq.* vbi respōdet contrariis, *& n. 6. in fin. vers. Sed in casu, & n. 8. in fin. vers. ille verò,* vbi affert rationem, Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tort. n. 97.* Foller. *in pract. crim. canon. d. cap. 12. n. 3.* Franc. Bec. *cons. 67. nu. 13. lib. 1.* ex quibus sine dubio dici po-
* test, ita communiter * à Doctoribus teneri. Nec dissentit Baiard. *ad Clar. q. 64. n. 8. & seqq.* vbi tamen declarat, dummodo Iudex sit talis, qui habeat iurisdictionem inferendi tormenta, & dummodo tortura moderatè inferatur.

34 SVBLIMITANDO Hanc† tertiam limitationem aduerte, quòd illa non procedit nisi duobus aliis requisitis concurrentibus. Primò, quòd agatur criminaliter, & nō ciuiliter, per ea, quę suprà deduxi, *n. 31. & seqq.* & in specie, post Afflictum, quem allegat, declarat Carrer. *d. §. Circa secundum, in quibus casibus locum habeat tortura, eod. n. 24.* & est de mente Bossij *in d. tit. de indic. & considerat. ante tort. nu. 98. vers. Non obstat, d. c. 1. de deposito.* Secundò requiritur, quòd crimen annexum sit tale, vt in eo de sui natura possit reus torqueri, secus si leue, per ea quæ suprà deduximus in secundo casu, & colligitur ex text. *in d. cap. 1. de deposito,* vbi hoc ideo torquetur negans depositum: quia negando committit furtum, & sic delictum graue, & ita reperio in specie hāc materiam declarantem, Frāc. Bec. *d. cons. 67. n. 31. lib. 1.* & declaratio est vera quia si in delicto non graui de se considerato tortura non infertur, multò magis inferri debet, quando est annexum cū causa ciuili, in qua regulariter reus non torquetur.

35 LIMITA IV. Hanc† eandem huius tertij casus conclusionem, & illatiuè ex præcedenti limitatione, non procedere in mercatoribus fallitis, & decoctis, quos posse torqueri, vt indicent pecunias ipsis datas, quas denegant habere, & dicunt perdidisse, scripserunt Paris de Put. *in tract. de synd. in verbo, Tortus, c. 5. incip. An in causa pecuniaria, n. 2. fol. mihi 346. col. 1.* Marsil. *in l. Diuus, n. 7. ff. de q.* vbi dixit, hoc esse singulariter notandum, cùm sæpissime eueniat in facto, *& in pract. §. expedita, nu. 62.* Purpurat. *in l. singularia, n. 94. ff. si cert. pet.* Boër. *dec. 215. n. 5.* Carrer. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. Circa secundum, in quibus casibus locum habeat tortura. post n. 24. vers. Et ideo ex hoc dixit,* Fran. Cason. *de torm. c. 8. rub. de non torq. in cau. ciui. n. 2. & c. 10. rubr. quæ persona torqueri poss. n. 22.* Paul. Ghirland. *de q. & torm. q. 7. n. 4.* Franc. Bec. *cons. 67. n. 25.* Mascar. *de probat. lib. 2. concl. 819. nu. 38.* Flam. Cartar. *in sua pract. interrog. reor. lib. 4. cap. 1. n. 44. & seqq.* licèt enim res ista habuerit originem à contractu, quia tamē, vt inquit Boër. *in loco citato,* omnis coniectura crescit contra fallitos, qui ad mentiendum faciles sunt, & infamissimi: idcirco ex ista mala præsumptione possunt torqueri, quod & ego credo verum si criminaliter agatur, secus si ciuiliter, per ea, quæ suprà deduxi, *n. 31. & seqq.* & addo Baiard. *in addit. ad Clar. d. q. 64. n. 8. & seqq.* vbi declarat dummodo tortura sit moderata, inferatúrq; à Iudice suam inferendi potestatem habente.

36 LIMITA V. In causa vsurarū, † in qua posse de iure reos torqueri, licèt in Regno contrarium seruari testatur post Soc. & Anan. quos allegat, affirmauit Maran. *disp. 5. in fin. n. 23.* & in aliis locis relatis per Carrer. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. circa secundum,* in quibus casibus locum habeat tortura, *n. 28.* Alciat. *in cap. 1. n. 52. de offi. ordinarij,* Natta *cons. 369. Quod Sempronius, in fin.* Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tort. n. 98.* Franc. Bec. *d. cons. 67. n. 24.* Foller. *in pract. crim.*
37 *canon. c. 20. in verbo, Vel vsuram committere, n. 16.* vbi † videtur declarare hanc limitationem, vt procedat in vsurario manifesto, cōtra quem iure canonum agi potest, & ad restitutionem vsurarum, & ad pœnam, secus in simplici, & non manifesto vsurario, contra quem non agitur, nisi ad restitutionem vsurarum, vt ibi per eum, quem in proposito refert, & sequitur Bertaz. *in cons. 251. nu. 45. lib. 2.* & refert etiam Flam. Carta. *in sua pract. interrog. reor. lib. 4. c. 1. n. 42. & seq.* † Verùm veritas 38
huius declarationis depēdet à veritate illius alterius quæstionis, an scilicet vsura de iure ciuili sit prohibita, & an possit criminaliter puniri, & qua pœna, de qua alibi pleniori manu dicam, *in lib. 4. sub tit. de vsur. & extraord. crim. & q.* & pro nunc vide Clar. *in pract. in §. vsura, ver. Et ex hoc, & vers. Sed quæro,* vbi post alios quos allegat dicit, magis communē *opi- *
nionem esse, quòd vsurarius possit criminaliter puniri extra ordinem Iudicis arbitrio, & quòd propterea Parlamētum Parisiense illius criminis reos torturę subiicit, & sic nullam facit distinctionem inter manifestum, & non manifestum vsurarium. † Bene verū est, quòd tunc demum in causa vsurarum 39
locus est torturę, quando scilicet criminaliter agitur, & ad restitutionem vsuratum, & ad pœnam: secus si ciuiliter tantùm ad restitutionem vsurarum, per ea, quæ dixi *suprà, nu. 31. & seqq.* & est de mēte Follerij *in pract. crim. canon. d. cap. 20. eod. n. 16.* & Doctorum allegatorum *suprà, n. 36.* qui semper præsupponunt criminalitatem in vsuris.

LIMITA VI. Eiusdem † tertij casus cōclusionem, vt non 40
procedat in causa pecuniaria, in qua agitur de rebus asportatis ad fiscum spectantibus: nam tunc eos, apud quos dubitatur tales res esse, vel eas asportasse in fisci præiudicium, posse torqueri, probare videtur text. *in l. 1. §. 1. in fin.* ibi, *tormentis subyci iubemus,* & ibi glo. *in verbo, subyci, & in §. si pariter, in fin.* ibi, *seuera quæst. perquirens,* & ibi glo. *in verbo, Quæstio, C. de natura. liber.* per quem text. dicit generaliter Bald. *in l. 1. col. 2. n. 7. post medium, ver. Item quod in causa fisci, C. de hæred. vel actio. vendita,* pro inueniendis rebus fisci acerrimam esse faciendam indagationem etiam per tormenta, refert hæc, &
sequitur Carrer. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. Circa secundum, in quibus casibus locum habeat tortura, n. 23. & n. 29.* † vbi ex hoc infert, quòd cùm thesaurus inuentus spe- 41
ctet ad fiscum: idcirco in causa thesauri potest deueniri ad torturam. † Quæ omnia ego intelligo vera esse, dummodo 42
agatur criminaliter: item dummodo inquisitus non sit bonæ famæ, & etiam contra eum adsint legitima indicia doli, aliàs secus: dicere enim generaliter, quòd pro inueniendis rebus fiscalibus homines sint torquendi, est contra text. *in d. l. 1. C. de natural. liber.* qui, prout adnotauit ibidem Bald. *n. 2.* loquitur in personis infamibus & præsertim in concubina non autem in aliis non infamibus, prout sunt vxores, quæ propterea non erunt torquendæ, sed suo solo sacramento tenentur indicare bona, vt ibi per eum, & fuit de mente glo. *in ead. l. 1. in verbo, pœna, & in verbo, quæst.* vbi ampliùs dixit, quòd illi cōstitutioni fuit derogatum Authen. *quib. mod. natura. effician. sui, §. fin. collatione 6.* sed quicquid sit, locus erit torturæ, quando agitur contra eos, qui prætenduntur occultasse, seu subripuisse bona fisci: dummodo talis occultationis, & subreptionis adsint indicia, aliàs secus.

LIMITA VII. Vt † etiam pro interesse ciuili possit deue- 43
niri ad torturam contra eum, qui criminaliter molestari non potest pro delicto, de quo vel fuit aggratiatus à Principe, vel se composuit cum fisco, & præside, vt dixi *in 1. lib. tit. de inquisitio. quæst. 5. num. 12. vers. Limita sublimitationem, & vers. Sublimita iterum,* ibi dixi de hoc, ideo hîc non bene est idem repetere. Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Indicium, an & quādo, & quale oriatur ex depositione socij criminis contra inculpatum ab eo.

SVMMARIVM.

Socius criminis in casibus, in quib. potest de consociis interrogari in illis facit semper indiciū ad torturam, & econtrà in casibus, in quibus non potest interrogari, non facit indicium, n. 1. & 2.
Socius criminis regulariter de cōsociis interrogari nō potest, n. 3.
Socius criminis regulariter non facit contra nominatum indicium ad torturam, n. 4.
Socius criminis etiam examinatus, vt testis, non facit indiciū ad torturā, n. 5. & quid si est examinatus tanquam principalis

quoad se, & testis quoad alios, vide ibid.n.6. sed an isto casu faciat qualemqualē præsumptionē, n.7. vbi alia ad materiam.
Socius criminis regulariter in criminalibus non recipitur in testem, & receptus non probat, num.8.
Socius criminis non admittitur, etiam quòd veniat, vt accusator, num.9.
Socius criminis sicut non probat contra socium, nec facit indicium, ita nec probat pro socio illum exculpando, quod quando verum sit, num.10. & seqq. vsque ad num.24.
Exculpatio socij criminis, non prodest inquisito exculpato, n.10. contrà, num.11. vbi præsertim in delictis occultis, & difficilis probationis, & ista vltima opinio est verior, declarata tamen, vt num.11. & seqq. vbi respondetur contrariis.
Exculpatio socij criminis, non prodest exculpato, quando ille est inductus in testem ab inquisito, secus si ex Iudicis officio examinatus de se confessus alios exculpet, quia tunc exculpatio prodest, num.12. & 13.
Reus est fauorabilior, quam fiscus, num.14.
Defensio est fauorabilior, quam offensio, num.14.
Charitas ordinata incipit à seipso, num.15.
Tortura habet à iure præsumptionem veritatis, num.15.
Testes inhabiles admittuntur ad probandum innocentiam rei, & ad illius defensionem, num.16.
Exculpatio socij criminis, non prodest inquisito exculpato, quādo de eius delicto constat per plenas probationes, n.17. & seq.
Exculpatio socij criminis tollit indicia alias contra exculpatum existentia, ita vt torqueri minimè possit, num.18.
Exculpatio offensi, tollit indicia, ita vt inquisitus non possit amplius torqueri, num.18.
Exculpatio sociorum criminis denotat errorem confessionis ipsius rei, si contrarium fassus est, & stante exculpatione non potest ex sua confessione amplius condemnari, num.19. & seqq. nisi exculpatio sit procurata, & suspecta, num.23.
Confessio est maior probatio omnibus aliis, num.19.
Error confessionis probatur per probabilia argumenta, & coniecturas, num.20.
Confessio verisimilis, non sufficit ad condemnandum, num.21.
Tortura fallax est, nec semper credendum reo in tortura, quia aliqui adeò sunt impatientes, vt potius mori, & mentiri de se, & aliis velint, quàm tormentorum cruciatus, & dolores sufferre, num.22.
Exculpatio illius, qui se inculpat ad alium exculpandum, non valet, & de materia, num.23.
Socius criminis nō facit indicium ad torturam, etiam quòd alias esset vir bonæ famæ, dignitatis, & æstimationis, num.24.
Socius criminis non facit indicium ad torturam, etiam quòd sit clericus, num.24.
Socius criminis non facit indicium ad torturam, etiam contra hominem malæ famæ, in genere, num.25. contrà, n.26. Prima opinio procedit in criminibus non exceptis, secunda autem in exceptis, num.27.
Socius criminis non facit indicium ad torturam, etiam quòd perseuerauerit vsque ad mortem in suo dicto, n.28. & seqq.
Morti proximus, vel moribundus, non præsumitur immemor salutis æternæ, nec præsumitur mentiri, n.28. fallit, quia per hoc præsumitur semper dicere verum, nec præsumitur S. Ioannes Baptista, n.29. item fallit, vbi agitur de præiudicio, n.30.
Socius, & particeps criminis dicitur, etiam ratione connexitatis delictorum, num.31.
Socius criminis facit indicium ad torturam, quando inquisitus, in exceptionibus illum simpliciter dicit socium, quod an verum sit, & quando, & materia, num.32. & seq.
Excipiens non dicitur fateri aliquid de intentione aduersarij, num.33.
Socij criminis duo, aut plures non faciunt indiciū ad torturam, num.34. & 36. præsertim si sint singulares, num.55. contrà, quod imò faciunt indicium ad torturam, num.37. & 38. Vbi ampliat etiam quòd sint singulares. Dic quòd faciunt indicium ad torturam in casibus exceptis, in quibus potest quis de complicibus interrogari: secus in non exceptis, & in quibus non potest de consociis interrogari, num.41. & 42.
Socij criminis nunquam inducunt plenam probationem, nec vnquam reum conuincunt ad effectum, vt possit condemnari, etiam in exceptis, num.39. & 40.
Testes inhabiles, vbi à iure in exceptis admittuntur, non tamen faciunt plenam probationem, num.40.
Fur non potest de consociis interrogari, num.43. contrà, num.44. & hæc vltima opinio est verior in fure insigni, & diffamato, & alias, vt in num.45. nunquam tamen dictum socij criminis in crimine furti, facit indicium ad torturam, nisi adminiculatum, num.46.
Socius criminis, nec etiam in crimine falsi, potest de consociis interrogari, num.47. & 48. declara, vt num.49.
Testis falsus, & corruptus, non potest interrogari de corrumpente, num.47. & 48. sed contrà, num.49. vbi declaratur materia.
Socius criminis, non interrogatur de complicibus, etiam in crimine homicidij, num.50. declara, nisi adsint indicia tractatus, num.51. Item declara, nisi adsint indicia, quòd homicidium commissum est cum pluribus, num.52.
Socius criminis non admittitur in testem, in crimine simoniæ, quando criminaliter agitur, num.53. licèt alij contrà, nu.55. Si verò agitur ciuiliter, admittitur particeps sceleris, & non muneris, secus particeps sceleris, & muneris, d.num.53. item admittitur contra eum, qui fecit simoniam, secus contra tertium, num.54. item admittitur contra diffamatum: secus contra non diffamatum, d.num.54.
Socius criminis facit indicium ad torturam in casibus exceptis, & in quibus potuit de consociis interrogari, num.56. & 57. vbi etiam remissiuè, qui sint isti casus excepti.
Socius criminis admittitur ad testificandum in crimine læsæ maiestatis, num.59. & 60. vbi quòd admittitur tam ad inculpandum, quàm ad exculpandum.
Socius criminis admittitur in testem in crimine hæresis, n.58.
Conspiratio, & coniuratio, quid sit, num.62.
Socius criminis admittitur ad testificandum in crimine falsæ monetæ, num.63.
Latrones, & grassatores viarum, possunt de consociis interrogari & torqueri, num.64.
Assassinus interrogatur, & torquetur de mandatoribus, & sociis, num.66.
Socius criminis admittitur in crimine sacrilegij, num.66.
Malefici, & mathematici interrogantur, & torquentur de consociis, num.67.
Conspiratio, & coniuratio probatur per socios criminis, num.61. & sequent.
Socius criminis admittitur in delictis occultis, & vbi veritas aliter haberi non potest, num.68. vbi ponuntur exempla contrà, num.73. limita primam opinionem, dummodo delictum sit tale vt soleat cum pluribus committi, aliter secus, nu.74. limita secundò, dummodo veritas aliter haberi non possit actu, & habitu, & alij testes non interuenerint, aut interuenire non potuerint, aliter secus, num.77.
Socius criminis si in delicto difficilis probationis aliquem nominet sponte, & non interrogatus, an talis nominatio faciat indicium ad torturam, num.74. in fine, vbi remissiuè.
Socij criminis in casu difficilis probationis sunt testes omni exceptione maiores, num.69. sed contrà, num.75. & hoc verius.
Tractatus probatur per socios, & participes criminis, num.68. in discursu.
Socij criminis, in delictis occultis admittuntur, etiam ad plenam probationem, num.71. sed contrà, num.75.
Socius criminis, in delicto occulto, & difficilis probationis facit indicium ad torturam, etiam sine adminiculis, num.70. contrà, num.75.
Socius criminis, concurrentibus adminiculis, & præsumptionibus, sufficit ad condemnandum in casu difficilis probationis, num.72. declara in pœnam extraordinariam, secus in ordinariam, & dummodo præsumptiones sint plures, & vrgentes, alias secus, num.76.
Socius criminis, in crimine adulterij, potest de consociis interrogari, & facit contra nominatos indicium ad torturam, num.78. & seqq. contrarium, num.82. & seqq. Vbi respondetur contrariis, pro resolutione dic, quòd adulter potest de consociis, hoc est, lenonibus & mediatoribus interrogari, vbi adsint indicia, quòd in adulterio tales personæ interuenerint, & isto casu iunctis adminiculis facit contra eos indicium ad torturam, aliter secus, num.85. & 86.
Adulterium nō probatur per confessionē adulterantis, vel adulteratæ, n.87. sed an talis cōfessio faciat indicium ad torturam, dic, quòd

dic,quòd sic iunctis adminiculis, aliter secus,nu.88. cætera ad hanc materiam vide in n.78.& seqq.vsque ad n.89.

Socius criminis facit indicium in crimine adulterij,contra adulterantem,vel adulteratam iunctis adminiculis.secus sine adminiculis , n.88.

Adulterium probatur per iuramentum adulteri, n.79.sed contrà,n.83.vbi declaratur materia.

Meretricem quam esse probatur per eos, qui cum ea concubuerunt,n.80.81.& 84.

Sodomitati confessio facit indicium ad torturam contra sodomitantem,n.89.contrà,n.93.Dic quòd facit indicium cum adminiculis.secus sine adminiculis,n.99.

Stuprata confessio facit indicium ad torturam contra stuprantem,n.90.contrà,n.94.distingue, vt n.99.

Raptæ confessio,& inculpatio,an faciat indicium contra rapientem,n.90.94. & 99.

Sodomitati confessio facit indicium ad torturam,etiam quòd sodomitatus sit minor,nu.91.contrà,n.95. distingue, vt n.99.

Sodomitatus per vim,non est socius criminis,nec punitur,& facit indiciũ ad torturam,n.92. Contrà quòd non faciat indiciũ,n.96.& quòd vis non præsumatur,nisi probetur,n.97.& quòd vis probetur,vel excludatur per circumstantias, n.98.

Sodomiam passus non potest de lenonibus & mediatoribus interrogari,nisi de illis adsint indicia,n.100.

Sodomiam passus ab vno, non potest interrogari de aliis de quibus non adsunt indicia, n.100.

Sodomitati confessio nunquam facit indicium ad torturam, nisi ea fuerit confirmata in tortura,n.101.vbi etiam idem in sodomitato per vim.

Testes inhabiles admittuntur, vbi veritas aliter haberi non potest:intelligo,dummodo deponant de gestis per alios,secus si de gestis per ipsos,cum aliis,post n.73.

Leno facit indicium contra socium criminis,n.102.

Partus suppositus probatur per socios , & participes criminis, quando agitur ciuiliter,& contra tertium:secus si criminaliter,n.103.& 104.

Socius potest de consociis interrogari in delictis,quæ cõmittuntur ad commodum delinquentis,secus in iis,quæ in alterius odiũ, & offensam,n.105.sed hæc distinctio reprobatur,n.106.

Socius criminis de consociis interrogatur in delictis, quæ regulariter,& de sui natura solent cum pluribus committi, n.107. 108.109. vbi respondetur contrariis.

Socius criminis interrogatur de consociis , etiam quòd delictum de sui natura non soleat cum pluribus committi , dummodo adsint indicia,quòd alij in eo interuenerint,n.110.

Mandatarius potest interrogari,& torqueri de mandante, nu.110.in fine.

Socius criminis admittitur in testem, etiam quoad plenam probationem,quando agitur ciuiliter,n.111.contra,n.112.113. 114. Dic quòd admittitur nõ quoad probationem.sed tantum quoad præsumptionem faciendam,n.115.vel melius dic,quòd etiam admittitur quoad plenam probationem, si sit emendatus de crimine,alias secus,n.115.& sequenti.

Criminosus à testimonio repellitur,num.112. fallit in criminoso emendato,n.117.

Infamis à testimonio repellitur,n.113.

Testis vnus non facit semiplenam probationem , etiam in ciuilibus,nisi sit omni exceptione maior,n.117.

Sociuscriminis potest de consociis interrogari,quando proceditur ex officio,& per viam inquisitionis,n.118.sed contrarium verius,n.119.

Serui de se confessi delictum possunt de consociis interrogari,fautoribus,& mandatoribus,n.120.

Socius criminis potest de consociis interrogari,si est seruilis conditionis,n.120.

Statutũ potest facere,vt socius criminis admittatur in testẽ, itẽ quòd possit de consociis interrogari,n.121.& 122.vbi tamen quòd hoc statutum non intelligetur de eo socio criminis , qui patitur plures defectus , & alia ad materiam huius statuti, vbi videas.

Socius criminis hodie de generali consuetudine interrogatur in omni casu de consociis,& indistinctè facit indicium ad torturam,n.123. sed contrà, n.124.

Socij criminis nominatio facit indicium ad inquirendum,n.125. cõtrà,n.126. Dic,quòd cũ adminiculis indistinctè facit indiciũ,etiam in nõ exceptis,n.127.& 128. vbi etiam isto casu, quale debeat ess adminiculũ, item ad assumendas informationes pariter indistinctè facit indiciũ,etiam in non exceptis, n.129. Ad formandam verò,vel ad transmutandã inquisitionẽ facit indicium in exceptis,secus,in non exceptis,n.130.

Socius criminis interrogatus de consociis.potest torqueri.si recusat eos nominare,quando adest contra eum præsumptio scientiæ,alias secus, n.131.

Socius criminis debet interrogari de consociis in genere,non autẽ in specie de aliqua certa persona,nisi adsint specialia,& manifesta indicia contra illam certam personam,n.132.& 133.

Socius criminis non facit indicium ad torturã , nisi suum dictũ confirmauerit in tortura,n.134.& seqq.licèt alij contra, d.n. 134.in fine,nec sufficit quòd deponat statim depositus à tortura,prout aliqui vlouerunt relati ,n.136.immò tortura debet esse specialis,vt n.137.sufficit tamẽ leuis tortu.vt ibid.n.129.

Socius criminis facit indicium ad inquirendam,etiam quòd non deposuerit in tortura,n.135.

Socius criminis non facit indicium , nisi depositionem suam in tortura emanatam sponte ratificet,n.138.

Socius criminis non facit indicium , nisi deponat ad faciem nominati,n.140.

Socius criminis nõ facit indicium, nisi eius dictum fuerit iuramento speciali firmatum,n.141.sufficit tamen hoc iuramentũ quandocunque interuenire,vel ante,vel post torturam,n.142. vel melius dicas in hoc attendendam esse fori proximi cõsuetudinem,n.145.& apud nos sufficit generale iuramentum de veritate dicenda, & alias, vt in n.144.

Socij criminis nominatio,licet non faciat indicium ad torturam, bene tamen facit aliquam præsumptionem,n.146.

Socij criminis dictum iunctis adminiculis facit indicium ad torturam in criminalibus exceptis , n.145.in non exceptis autẽ non facit indicium, etiam iunctis adminiculis,n.152.& seq.

Testis in totum inhabilis non coadiuuatur adminiculis, n.152.

Socij criminis dictum, nec etiam in exceptis , facit indicium ad torturam,non concurrentibus adminiculis,n.147.& seqq.sed contrà,n.154.Prima tamen opinio defenditur, n.155.

Amplia etiã quòd deposuerit in tortura,n.148. Amplia etiã in latrocinio,n.149.Amplia etiã in crimine hæresis,& læsæ maiestatis,n.150.Amplia etiã in assassinio,n.151 sed qualia debeant esse ista adminicula seu indicia , Doctores diuersimodè loquuti sunt , vt in n.156. Dic quòd adminicula debent esse plura,& vnum non sufficit,n.167. itẽ dic,quòd sufficiunt indicia non ita legitima,sicut ea,quæ regulariter torturã præcedere debent,n.158. item dic,quòd debent esse indicia propinqua,& non remota,n.159.& sequenti,item dic,quòd indiciũ debet esse vrgens,& non leue,n.161.item dic,quòd remittitur arbitrio Iudicis,regulato tamen,vt in n.162.

Alius,alia,aliud, est dictio relatiua, & repræsentatiua eiusdem qualitatis, n.160.

Socij criminis dictum iuncto testimonio de auditu , facit indiciũ ad torturam,n.163.& seq.

Testes de auditu faciunt aliquam præsumptionem,n.164.

Socij criminis dictum iuncto alio teste de visu,fide digno, sufficit ad condemnandum,n.165. si verò testis non sit fide dignus, tunc non sufficit,nec etiam ad torquendum, n.166.sed verius est nunquam dictum socij criminis , etiam iunctum cum alio teste de visu,fide digno,sufficere ad condemnandum, sed bene ad torquendum grauius,n.167.

Socij criminis dictum iuncta inimicitia facit indicium ad torturam,n.168.

Socij criminis dictum iuncta fama facit indicium ad torturam, numero 169.

Socij criminis dictum iuncta conuersatione & amicitia cum nominato facit contra ipsum indicium ad torturam,n.171.contrà,n.172.Declara,vt n.173.& seq.

Socij criminis dictum iuncta fuga facit indicium ad torturam, n.170.

Amicitia est bonũ,ideo ex ea non debet præsumi malum,n.172.

Amicitia est idem velle & idem nolle in licitis,& honestis,num. 172.

Amicitia cum malis hominibus,non est amicitia.sed dolus,fraus, & conspiratio,n.174.

Mandatum præsumitur ex secreta alloquutione , homicidio incontinenti sequuto,n.176.

Socij criminis dictum, iunctum cum secreta alloquutione, facit indicium ad torturam,n.175.& seq.

Alloquutio secreta inducit præsumptionem mandati,& tractatus,n.176.

Socius criminis infamis, criminosus,& qui patiatur plures defectus,vt puta,quòd sit vilis,abiectus,pauper,minor,lusor,vel alias inhabilis,nec etiam in exceptis facit indiciũ ad torturã, imò nec ad inquirendũ,etiã in casu, in quo veritas aliter haberi non potest,etiã in crimine læsæ maiestatis,etiã cũ tortura, etiã quòd infamia aliũde probetur,quam per famẽtiã,ad confessionẽ ipsius rei,ac eiã quòd defectus sint tãtùm duo,n.178.

Socius criminis inimicus, nec etiam in exceptis facit indicium ad torturam,n.179.

Socij criminis nominatio,nec etiam in exceptis facit indicium ad torturam,nisi sit verisimilis, n.177.

Socius criminis periurus etiã in casibus exceptis non facit indiciũ ad torturã,n.180.& 183.Amplia,quòd nec etiã ad inquirendũ,n.181.Amplia etiã in crimine cõspirationis,n.182.fallit quoad assumẽdũ informationes super dicto,n.184.fallit de cõsuetudine,d.n.184.vbi tamen contrarium creditur verius.

Periurus ad testificandum repellitur, n.184.ideo non facit indicium,nec ad torturam,nec ad inquirendum, n.180.& 181. sed an sufficiat ad sumendum informationes super delicto,& quid de consuetudine,vide ibid.n.184.

Socius criminis varius, qui primò negauit, & postea fassus est, non facit,nec etiam in exceptis,indicium ad torturam,num. 184.imò nec ad inquirendum, n.186.

Socius criminis,nec etiã in exceptis facit indicium cõtra nominatũ qui sit bonæ cõditionis,& famæ,n.187.sed cõtrà, n.188.

Socij criminis nominatio sponte facta nec etiam in exceptis facit indicium ad torturam,n.189.Declara,vt in n.190.sed an faciat ad inquirendum,vide ibid.n.191.

Testis vtrò se offerens examini suspectus est,n.186.ad finem.

Socius criminis reuelans spõte propter impunitatẽ sibi promissam à Iudice,vel etiã debitam à lege, prout in casu criminis læsæ maiestatis,nullũ facit indicium contra nominatum.n.192.

Reuelanti sub spe impunitatis sibi debitæ à iure, vel promissæ à Iudice,nihil creditur contra nominatos, n.192.

Socij criminis nominatio non facit indicium ad torturam,quando emanauit in tortura non legitimè data, n.193.& seq.

Testis non legitimè & sine indiciis tortus,si aliquid fateatur non probat,nec contra se, nec contra alios, n.194.

Socij criminis nominato nunquam admittitur, nisi in casu, in quo veritas aliter haberi non potest,n.195. vbi quòd contrarium verius.

QVÆSTIO XLIII.

1 INDICIVM, An, † & quando oriatur ex dicto socij criminis, vt bene scias, & vt bene etiam comprehendas ea, quæ à Doctoribus proponuntur in hac materia satis quotidiana, & practicabili,sed non bene intellecta à Iudicibus, & ab aliis,qui in palatiis versantur,secundùm Marsi.*in §.diligenter, n.59.* præmittendum primo loco duxi, quòd præsens quæstio duas videtur habere inspectiones.Prima est,An & quãdo reus possit de consociis & complicibus interrogari. Altera,An,& quando interrogatus,& nominans socios faciat cõtra illos indicium.Verùm quia Doctores promiscuè loquuntur de interrogatione,& de indicio ex eo,quòd,vt infrà mox
2 dicam,*n.56.in* †prima limitatione,in omnibus casibus,in quibus quis de consociis interrogari potest,in illismet interrogatus semper facit indicium ad torturam contra nominatos & è contrà,vt pariter dicam *infra,n.4.*in omnibus casibus,in quibus de sociis interrogari non potest, in illis interrogatus nullum facit indicium:idcirco

3 REGVLAM Propono negatiuã, † & bipartitã tam respectu interrogationis,quàm indicij,quòd videlicet reus non solũ non potest de cõsociis interrogari,*ad l.fi.in fine.C.de accusa.*ibi,*Cum veteris iuris authoritas de se cõfessos,nec interrogari quidẽ de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem super conscientia scrutetur aliena, l.3.peti,ff. de quæst.*ibi,*is qui de se cõfessus est,in caput aliorũ non torquebitur,c.1.extra de confess.*ibi,*cùm secundùm vtriusque iuris statuta de se confessi super aliorũ conscientiis interrogari non debeat, c.nemini,15.q.3.* ibi, *nemini de se cõfesso super alienum crimen reddi oportet,*Gand.*ti.de quæst.& torm.n.16. ad medium,vers. nam regulariter,*Guido de Suzzar.*in tr.de indic.& tort.n.51. vers. regulariter de proprio scelere confessus,* Ang. *de malefic.in verbo,quòd fama publica præce.post n.31.vers.& sic non fuit interrogadus. & vers.vbi autẽ delicta,*Marsi.*in l.1.§.Diuus Ant. per illũ textũ ante n.1.& n.2.ff.de quæst.*Gram.*dec.28,nu.9. in fine,vers.cũ regulariter,*Brun.*de indic.& tort.par.1.q.3.n.19. vers.ad primũ respondeo,quòd regulariter,*Crot.*in tr.de testib. in 3.par.n.91.*Campeg.*de testib.reg.88.in prin.* Paris.*cõs.151, n.8.li.4.*Bol.*tit.de indi.& considerat. ante tortu.n.44.vers.& hæc est regula,*Conrad.*in pra.tit.de testib.§.personas testiũ aggrediendo,n.39.vers.regulariter enim non fit in eis interrogatio, fol.mihi 86.col.2.ad finem, & in tit.de confessione crim.nu.11. fol.mihi 286.col.1.ad finem,vers.27.limita, & in tit.de negacri.& torm.n.24.vers.ponendo regulam fo.mihi 294.col.1.*Roland.*cons.73.nu.5.vers.per regulam,quæ habet, col.1.* Io Mar. Monticel.*reg.4. n.1.* vbi alios plures adducit concordantes, Ant Gom.*var.resol.to.3.c.12. rub.de prob.delict.n.14.vers. nõ verò in aliis,*vbi testatur de communi*opinione, de qua etiã * testatur Io.de Amic.*cons.27.n.1.*quẽ refert & sequitur Clar. *in pra.§.fi.q.21.vers.dictũ socij criminis,in prin.*Menoc.*de arbitr.q.li,2.cent.5.casu 474.n.18.vers. regula itaque est,*Bona.*in com.opi.par.1.fol.86.col.2.ad finem.post vers.indicium facit socius,*Masc.*de prob.li.3.concl.1311.n.1.*vbi alios plures adducit cõcordantes,Flam.Carta.*in tr.de exequ.senten.capto bannito, c.2.n.59.in fi.vers.cùm regulariter,*Ludou.Peguer.*dec.crim.5. n.1. iuncto n.4.* vbi huius conclusionis hanc veram dicit esse rationem,quia scilicet,tam ex lege naturali, quàm etiam diuina vnusquisque tenetur sui amici secretum celare, vt ibi per eum qui pluribus Doctorum,& sacræ Scripturæ authoritatibus hoc axioma comprobat,& propterea si Iudex interrogat reum de consociis in casu, in quo interrogare non tenetur, peccat, vt ibi per eum,*n.24.& dec.37.n.2.*

Verùm etiam si interrogatus in casu, † quo de iure interrogari non debebat,aliquẽ nominat,& includat, nõ facit indicium ad torturam cõtra dictum inculpatum, & nominatũ, prout in specie de indicio ad torturam loquuti sunt Salic. *in l.fi.n.12.C.de accusat.*Ang.*de malefi.in verbo. Quod fama publica præceden.n.21.*& ibi August.*in addit.vbi in fine additionis,*post Rom.quẽ allegat,*in l.Etsi certus, ff.ad Sylla.* testatur de communi*opinione,Mars.*in pra.§.diligẽter,n.59.vers. Et ideo scias,& sing.209.in princ.& in l.is qui cum telo,n.74.C.ad l.Corn.de sicar.*Gram.*cons.21.nu.1.& seq.& cons.37.nu.14.& dec.28.n.19.*Carrer.*in pra.in 2.tr.de indic.& tortu.§.8. indiciũ,n.1.in fi.*vbi quòd ita communiter tenetur,Boër.*dec.319. n.1.vers.Tamen facit solus,& ver. Sed præcedens,* vbi testatur de magis communi*opinione,Ruin.*cons.7.n.14.vol.5.* Nell. *intr.de testib.n.16* Paris.*cons.54.n.15.vol.1.& cons.151.n.16. vol.4.* Viui. *in com.opi.in vers. In testem non admittitur socius criminis,in prin.*Io.Mar.Monticel.*reg.4.n.1.& 2.*vbi alios adducit cõcordantes.Clar.*in pra.§.fin.q.21.ver.Successiuè quæro,in prin.* vbi quòd de iure hoc nullam habet difficultatem, Natta*cons.298.n.2.lib.2.*Rol.*cons.16.n.18.vol.1.*Ceph. *cons. 234.n.5 li.2.& cons.462.n.10.li.4* Bonac.*in suis com.opi.par. 1.fol.86.col.2.in fin.sub ver.indicium facit socius,*Bertaz. *cons. 28.n.3.& cons.39.n.13.*vbi de* communi,*& cons.61.n.15.& cons.116.n.21.& cons.226.nu.16.*vbi etiam de communi, *& cons.234.n.1.* vbi de communi.*& cons.229.v.19.li.1.& cõs. 33.n.1.& cõs.341.n.23.* vbi etiã quòd hoc est expeditum in iure,&nullus discrepat,*& cons.427.n.2.& cons.556.n.8.& 10. cõs.539.n.4.li.2.* Dec.*cons.18.sub n.92.vol.1.*Burlat. *cons.572. n.18.li.2.*Osasc.*cons.64.n.27.ver.3.Principaliter,& n.28.par. 1.*Mascard.*de prob.conclus.466.n.3.lib.1.& conclus.1311.n.1.* vbi pariter testatur de * communi, & plures alios adducit * concordantes,quos etiam retuli *infrà,numero 8.* vbi generaliter probaui in criminalibus depositionem socij criminis non esse admittendam aduersùs aliquem.Et est ratio,quiaeo ipso, quòd quis facit se socium criminis, facit etiam & fatetur se infamem:infamis autem fidem non facit,*cap.in primis,2.q.1* cum aliis,quos referam *in seq.tit.de oppos.contra test. in materia testis infamis,q.56.*& in specie, post alios considerat Lud. Peguer.*d.dec.cri.5,n.2.& 3.& dec.37.n.2.vers.Quod ideo fit.* Honded.*cons.100.n.1.*

AMPLIA 1. Hanc regulam procedere, † etiam quòd so- 5
cius criminis sit examinatus,vt testis:adhuc enim nõ probat

nec

nec facit indicium,ſicut poſt Ioan.Anan.Alex. & Dec.in locis per eum allegatis,ſcripſit Gram.*deciſ.*28.*n.*23.*ad finem*, & Grammaticum pariter refert,& ſequitur Ioan. Mar.|Montic. *reg.crim.*4.*n.*5.vbi quòd quomodocunque venire voluerit ſocius criminis ad deponendum,admittendus non eſt,Roland. *conſ.*57.*nu.*23.*in* 4.*vol.*Rimi. *inter conſ.matrimonialia diuerſ. cõſ.*81.*n.*45. Maſcar.*de prob.concl.*1311.*n.*8. *li.*3. vbi poſt laſ. Par.&Fulgo.quos allegat,inferẽdo dicit,quòd cõfeſſio illius, qui cum aliqua adulteriũ commiſit, non probat adulterium, etiã quòd ſit facta per modum teſtificationis, quia reuera ſocius criminis eſt,cui fides non adhibetur , Oſaſc. *conſ.*64.*poſt n.*4.Bertazz.*conſ.*125.*n.*4.*li.*1.vbi ait nõ referre,quòd ex proceſſu appareat,quem eſſe interrogatum in forma teſtis,& nõ rei principalis,quia modus non eſt attendendus, ſed effectus, *l.*3.& ibi Bal.*C.de inſtit.& ſubſt.l.quoties*,§.*ſi quis nouem*,& ibi Imola.*ff.de hæred.inſtituen.*cum aliis per eum allegatis.

6 Et aduerte in|materia,†quòd licèt Carrer.|*in pra.in* 2. *tra. de indic.& tort.*§.*octauum indicium*,*n.*9.*verſ.item limita*,dixerit quòd ſi quis examinatus,tanquam principalis quoad ſe & teſtis quad alios (prout practica inoleuit) deponat,& nominet in criminis ſocium aliquem , tunc talis nominatio faciat indicium ad torturam,ex Gram.*in conſ.* 14.*nu.*6. non per hoc tamen recedas à propoſita concluſione , quia Carrerius & Grammaticus per eum allegatus , loquuntur in criminalibus exceptis, & in caſibus, in quibus poteſt reus de conſociis interrogari:item concurrentibus adminiculis ; quo caſu , etiam quòd quis nõ ſit examinatus vt teſtis,ſed ſimpliciter vt principalis,facit indicium ad torturam,vt infrà videbimus,*nu.*56. *&* *n.*145.& ſic non aduerſantur propoſitæ ampliat.

7 Aduerte rurſus,†quòd licèt Menoc. *in tra. de arbit.quæſt. li.*2.*cent.*5.*caſu* 474.*n.*65.poſt Abb.*in c.*1.*de confeſſ.*Dec.*in ca. quoniam*,*in fine*,*de teſtib.*Blanch.*ad l.ſi. ff. de q.in tra.de inuic. & tortu.n.*388.dixerit, quòd vbi ſocius criminis deponit, non tanquam reus, ſed vti teſtis, tunc vel probat,vel qualemqualem facit præſumptionem , & cum tortura facit indicium ad torturam, vt ibi per Blanch. quem etiam referendo ſequitur Additionator ad Carre.*in pra. in eius repertorio, poſt ver. ſocij crimi.exculpatio,in fi.addit.* Hæc tamẽ intelligenda ſunt, non quãdo agitur criminaliter,prout nos loquimur,ſed quãdo agitur ciuiliter:tũc enim propriè ſocius criminis dicitur receptus in teſtẽ,vt poſt Abb.& Dec.in locis præcitatis adnotauit Meno.*vbi ſup.d. caſu* 347.*n.*66.& poſt Meno.Maſc.*de prob.cõcl.* 1311.*n.*54.*in fi.li.*3.& ideo non eſt mirum,ſi probet,vel aliquam fidem faciat,vt accuratiùs dicam *infrà*,*n.*111.*& ſeq.*

8 In criminalibus†autem generale eſt,quòd ſocius criminis non recipitur in teſtem , nec ei recepto creditur , prout bene probat tex.*in l.quoniã liberi*,ibi.*ſi ſocij,& participes criminis*,*nõ dicãtur*:& ibi præcipuè Sal.*n.*3.*C.de teſt.& in c. perſonas.* ibi, *morbo conſimili laborantes,extra de teſt.& in c.veniens,* ibi , *eò quòd ille qui eodẽ erat infectus crimine, inde cõtra cũ teſtificari non poſſet, nullique de ſe cõfeſſo aduerſus aliũ in eodẽ crimine ſit credẽdũ,extra eo.& in c.*1.*de cõfeſſis*,ibi, *De reatu proprio cõfitẽtis periculoſa cõfiſſio nõ eſt aduerſus quẽlibet admittẽda,& in c. nemini* 15.*q.*1.cuius verba ſatis clara ſunt,dũ ibi dicitur,*Nemini præterquã de crimine læſæ maieſt. de ſe confeſſo credi poteſt ſuper crimẽ alienã, quoniã eius atque omnis rei profeſſo periculoſa eſt,& admitti aduerſus quemlibet nõ debet.* Et per iſta iura, hoc idẽ expreſsè,& generaliter firmarunt Spec.*in ti.de teſtib.* §.1.*verſ.itẽ quod eſt ſocius criminis*,*n.*37.Crot.*in tr.de teſtibus*, *par.*3.*n.*91.& ibi Petr.Moncad.*in addit.ſub.litera GG*, Lanf. *de teſt.n.*72.Alb.*in tra.de teſt.ca.*4.§.*expedita*,*n.*65.*in* 1.*parte* Nepos à Monte Albano,*in tra.de teſtib.in princ.n.*69. Feder. Schench.*in ſimili tra.n.*17.Iacob.Egid. *de reprob.teſt.n.*16. Nell.*de teſtibus*,*n.*16.Marſil.*in l.ſi forte*,*num.*15.*&* 16.*ad leg. Cornel.de ſicar.*Bal.*conſ.*95.*regula....li.*1.Cæpol.*conſ.criminal.* 32.*quidam ruſtici Vicentini*,*num.*6.Pariſ.*conſilio* 53.*n.*15.*vol.* 4.Iodoc.*in pra.cri.ti.de reprob.teſt.n.*14.idem Pariſ. *conſ.*151. *numero* 8.*eodem volu.*4.Natta *conſilio* 14.*num.*14.*volum.*1.*& conſ.*666. *numero decimo tertio* , *volum.*4. Boër. *deciſion.*319. *in prin.verſiculo vel econtrà*,vbi alios adducit Barth.Soc.*regul.* 425.*in prin.* Gig. *de cri.læſæ maieſt.lib.*2. *tit.quom.& per quos crimen læſæ maieſtatis prob.queſtio.*7. *n.*1. *& queſt.*14.*nu.*1. & Corn.*conſ.*172.*n.*5.*volum.*3.Conrad.*in practica tit.de teſtib.* §.*perſonas teſtium aggrediendo*,*n.*39.*in prin.* Anton. Gomez. *var.reſolu.to.*3.*cap.*12.*rubr.de probat.d. delicto.n.*16. *in princ.*

* vbi teſtatur de communi*opinione,Io.Mar.Monticel.*reg.cri.* 4.*n.*2.Roland.*conſ.*51.*n.*25.*vol.*1.Cephal.*conſi.*251.*n.*25.*pariter vol.*1.Menoch. *de arb.quæſt.lib.*2. *caſu* 474.*cent.*5.*n.*18. Bertaz.*conſ.*538.*n.*3.*lib.*2.Maſcar. *de probat.li.*1.*concl.*466.*n.* 1.*& concl.*311.*n.*1.*li.*3.vbi alios plures adducit Doctores, *&* *concl.*1357.*n.*9.*eod.lib.*de communi* opinione teſtantes, Decian.*conſ.*83.*numero* 13.*vol.*3. Burſa.*conſilio* 192.*nu.*3. *lib.*1. vbi pariter teſtatur de communi opinione, & huius concluſionis eam affert rationem,quæ ſumitur ex text. *in l.finali, C. de accuſ.* ne ſcilicet rei fortè veniã ſperantes à Principe fauore,ſeu priuilegio alterius illum nominent,& quandoque etiã fortaſſe odio,inimicitia,alióque reſpectu, vt eodem nominatus pereat ſupplicio,& vltra hanc rationem alia eſt ratio manifeſta quia eo ipſo quòd quis ſe ſocium criminis dicit,infamis & criminoſus efficitur, ideo à teſtimonio repellitur, *l.*3. §.*lex Iulia*,*ff.de teſtibus*,*c.propterea*,*extra de teſtib.cogen.l.infamem*,*ff.de publ.iud.* & dicam latiùs *infra*,*ſub tit.*2.*de oppoſ. cont.teſt.in materia teſtis infamis.*

AMPLIA II Dictam regulam, vt ſocius criminis, non ſolùm non admittatur ad probandum ſeu faciendum indicium, ſi veniat vti teſtis,ſed etiam ſi veniat vti accuſator,vel denũciator,,ſecundùm Sal.*in l.ſi.n.*12.*ver.non enim ſocius*,*C.de accuſ.*vbi quòd ſocius ſocium non accuſat,*per l.ſi filium*,*de libera.can.*Marſi.*in l.*1.§.*Diuus Amon.n.*3.*ff.de q.* vbi alia iura,& alias Doctorũ authoritates adducit poſt Anan.Alex.& Dec. quos allegat,idem ſcriptum reliquit Gram.*dec.*28.*n.*23.*ad.fi.* quem refert & ſequitur Io.Mar.Montic.*reg.cri.*4.*n.*5. Viui.*in com.opin.in ver. in teſtem non admittitur ſocius criminis, ad §.* Rim.*inter conſilia cri.diuerſ.matrimonialia*,*conſ.*81.*n.*45.Rol. *conſ.*57.*n.*23.*vol.*4.Oſaſc.*d.cõſ* 64.*poſt n.*4.& iſta ampliat. iudicio meo non ſolùm eſt communis*,ſed etiã eſt indubitata:* quia,vt ſuprà dixi,*n.*5.*& ſeqq.* ſocius criminis non admittitur veniẽs vti teſtis , multò minùs debet admitti veniẽs vti accuſator,cui in nihilo credendum eſt, etiam quòd non ſit ſocius criminis,*c.forus*,§.*in omni.de ver.ſig.c.accuſ.*3.*q.*5.*l.Diui ff.de accuſ.*& aliàs infrà ſuo loco,latiùs explicabo Honde.*conſ.*100. *n.*7.*&* 26.vbi conſul.in quadã muliere,quæ per modũ querelæ depoſuit ſe ab altero præpoſtera Venere cognitam.

AMPLIA III Vt non ſolùm†non credatur ſocio criminis inculpanti, & nominanti alium in conſocium , ſed nec etiam credatur illi exculpanti:nam ſicut non admittitur pro ſocio, arg.tex.qui generaliter loqui videtur.*in d.l.quoniam liberi*,& ibi gl.*in ver. participes*,*C.de teſtib.*vbi præſertim Bal. *nu.*2.dixit,q; ſocij,& participes criminis,non admittũtur in teſtimonium,nec defendendo,nec impugnando, & propterea ſi ſint quatuor ſocij in rixa,quorum tres volunt deponere,quòd ego non fui culpabilis,inquit Bal.nõ creditur ipſis per tex. *in l.ſi. C.de accuſat* & ſic loquitur , quòd plus eſt in pluribus ſociis criminis deponẽtibus ad exculpationem alicuius,& Bal. doctrinam referendo ſequuti ſunt,Alb.de Malet.*in tr.de teſtib.* 1.*par.c.*4.§.*expedita poſt n.*65.Petr.Moncad.*in addit.ad Crot. in tr.de teſtib.n.*92.*ſub litera GG, verſ.pone exemplum*, Campeg.*de teſt.regula* 86.*&* 87.*in prin.*vbi facit regulã generalẽ, quòd ſocius pro ſocio in criminalibus non admittitur , Boër. *dec.* 319.*in prin.*vbi refert Bal.*vbi ſuprà*,& illum aliis Doctorum authoritatibus exornat,Io.Maria Monſtic.*reg.cri. poſt n.* 6.Meno.*de arbit,q.li.*2.*cent.*5.*caſu* 474.*n.*13. vbi alios adducit concordantes,& duplicẽ affert huius ampliationis rationẽ, tum ſ.quia adeſt affectio erga ſocium eius criminis : tum etiã quia confeſſus de ſe delictum, infamis eſt , Maſcar. qui alios plures citat Doctor.*in ſuo tr.de prob.li.*3.*concl.*1311.*num.*1.*& concl.*1357. *num.*9. *eod.li.*1. ex quibus ſine dubio dici poteſt, ampliationem eſſe communiter * receptam. *

Contrarium†expreſsè tenuit Carrer. *in pract.* 2.*in trac.de indic.& tort.*§.8.*indicium*,*n.*29.vbi ſimpliciter dixit,quòd exculpatio ſocij criminis, prodeſt exculpato, dum aſſerit talem putà non fuiſſe participem delicti per eum commiſſi, allegat inter alios Gram.*voto* 3.*n.*15.*& ſeqq.& voto* 11.*n.*18.&Marſ. *in pra.*§.*reſtat*,*per totum*, qui quidem Doctores, licèt non loquantur propriè in terminis noſtris,bene tamen eorum dicta faciunt in argumentum,dum concludunt,quòd ſi ſocius criminis in patibulo exiſtens damnatus ad mortem exculpet illum,|quem priùs examinatus in carceribus inculpauerat, talis exculpatio prodeſt exculpato, ſaltem concurrentib.aliquibus aliis adminiculis (de quo & nos latiùs dicemus *infrà*, *in q.*46. *n.*68.*& ſeqq.*) ergo multò magis debet prodeſſe exculpatio illius,qui nũquã antea exculpatũ inculpauit,nec cõtrarũdixit,

& ita

& ita etiam eiusdem opinionis reperio Osasc.*Pede.79 in fin. & seq. iuncto n.60.* vbi loquitur in tractatu de occidendo, & sic in delicto difficilis probationis,ac eo socio criminis, qui etiam in tortura perseuerat in exculpatione,& videns se confessum proximum morti non præsumitur voluisse mentiri,& esse immemor salutis æternæ,argumento,*l.fi.C.ad l.Iul.repetund.*cum ibi per eum allegatis.Addo & Cepha. *in cons.75.n.46.& seq.lib.1.* vbi loquens in crimine læsæ maiestatis, & in delicto,in quo veritas aliter haberi non potest,cõcludit,quòd ad fauorem, & defensam inquisitorum admittuntur etiam socij, & participes criminis;nec dissentit Bertaz. *in cons.638.n.6.& seq.lib.2.* vbi pariter loquens in tractatu de occidendo consuluit ad defensionem inquisitorum admitti illosmet, qui in delicto interuenerunt triplici ratione. Primò, quia in illis, quæ occultè fiunt,factum non potest per alios melius probari,quàm per eosmet, qui in facto interuenerunt, ad Bal. *in l. quoniam liberi,n.3.C.de test.*cum aliis per eum allegatis.Secũdò,quia ad probandum innocentiam admittuntur inhabiles, Gram.*dec.56.n.16.*pariter cum aliis per eum adductis.Tertiò, quia ad defensionem inquisiti præsumptiones sufficiunt, gl. *in l.1.C.de sicar.*Marsi.*in pract.§.vltima quæst.n.15.*Aym.*consilio 73.n.19.& consilio 119.n.9.*Adde demum Claud. *in addit.ad eundem Bertaz. in cons.3.nu.1.in fi.sub litera A, lib.1.* generaliter dicit, quòd maximè creditur exculpationi illius, qui contra se etiam deponit, cùm non præsumatur in sui dãnum fassus.ex Aym.quem allegat *in cons.6.num.62.*Ioan.de Amic.*cons.vltim.num.quarto,& quinto,*quod & iterum voluit idem Clau.ad eundem Bertazz.*in cons.246.litera A,vers.3. modo,lib.1.*sequitur Mascard.*de prob.lib.3.concl.1130. numero quarto,& numero 15.*

12 Quid dicendum? †Ardua est dubitatio, nec eam reperio à Doctoribus in specie consideratam. Dicerem,quòd si inquisitus de aliquo delicto, putà vulnere seu homicidio à plurib. commisso in rixa(prout loquitur Bal. *in d.l.quoniam liberi, n.2.C.de testibus,*qui originaliter allegatur pro prima opinione) vellet ad sui fauorem inducere in testem vnum,vel plures ex illis, qui in rixa interuenerint, ad hoc, vt deponerent dictum inquisitum in ea rixa non interuenisse, vtiq; tunc non debẽt tales recipi in testes, per tex. *in d.l.quoniam liberi*, & si recipiantur,eis non creditur,vt per Bal.& alios suprà allegatos,& verum dicunt. Sed quomodo, & quando dicentur socij criminis inducti ab inquisito in testes?in hoc aduerte,quia istud erit,non quando illi reperiuntur carcerati, & in fortiis curiæ examinantur à Iudice pro habenda veritate, & de se confessi negant alios interuenisse, quia tunc non sunt testes inducti,sed rei ex Iudicis officio,vel ad accusatoris instantiam examinati: sed tunc demum dicuntur in testes inducti, quando extra carceres & extra reatum producuntur,vt tales testes ad inquisiti defensionem ab eodem inquisito,quod poterit contingere, vel quando de eo delicto ipsi socij criminis fuerunt aggratiati,vel si condemnati pœnam soluerint, hoc inquam casu,quod non debeant recipi in testes, & si recipiantur,non eis credatur propter præsumptam affectionem, credo verissimum esse,secundùm Doctores allegatos *suprà,nu.10.* cum * quibus dixi transire communem*opinionem.

13 Quòd si isti socij criminis non sunt in testes inducti à reo, sed per Iudicem capti carcerati,& examinati,ac de complicibus & sociis interrogati (in casu in quo interrogari de iure poterant) dicunt putà ipsum reum de eodem delicto inquisitum reuera non esse culpabilem, nec in eo interuenisse, & torti à Iudice persistunt etiam in tortura,in hac exculpatione, tunc vtique nulla suadet ratio,omnis repugnat æquitas,vt dicamus talem exculpationem ipsi reo exculpato non prodesse: si enim, vt infrà dicam in prima limitatione propositæ regulæ,inculpatio socij criminis facit indicium, & nocet inculpato in casibus, in quibus de iure potuit de consociis interrogari. Cur etiam exculpatio,tanquam magnum innocentiæ signum non debeat exculpato prodesse?Nulla,vt dixi,potest rationabilis ratio adduci immò contrarium suadetur manifestè;quia si aliter diceremus, sequeretur quòd melioris conditionis es-
14 set fiscus, quàm reus.† Item quòd fauorabilior esset offensio, quàm defensio contra tex. *in l.Arianus, ff.de actio. & oblig.l. non puto,ff.de iure fisci,capitu.domino guerra,§.promptiores,in ti.hic finitur lex,in vsibus feud.* Conrad.*ca.verus,de prob.* cum aliis per Boss. *in ti.de fauor.defen.n.2.*Ideo sicut inculpatio socij criminis in casu excepto, & in quo licita est interrogatio de consociis,inducit contra reum indicium culpæ & delicti, & ita è contrà exculpatio debet facere indicium inclusiuum innocentiæ,& exclusiuum delicti,vt contrariorum sit eadem disciplina,*ad l.1.ff.de his,qui sunt sui,vel alieni iur. l.in fundo. ff.de rei vendica.*Rolan.*cons.16.n.5.vol.3.*& in terminis considerauit Salic.*in d.l.quoniam liberi,post n.7.versi.& vt breuiter concludam*, vbi facit conclusionem, quòd quando vnius socij confessio admittitur contra alium,ibi debet admitti eius testimonium:& propterea bene dixerunt Osasc.Cephal.Bertazzo.& Mascard. *in locis vbi suprà allegatis,n.11.*valde prodesse exculpationem socij criminis.

15 Nec obstent rationes, †vbi suprà consideratæ pro prima opinione per Menoch. *dicto casu 474.n.13.*Prima enim ratio affectionis prorsus cessat. Nam si reus sine tortura de se fatetur alios exculpãdo,vtique debemus dicere,quòd charitas & affectio non est causa inculpationis,sed veritas ipsa:quia si affectionem & charitatem habuisset,non vtique de se sic facilis fuisset ad confitendum, cùm prima charitas incipiat à se ipso,*l.præses,C.de seruit.& aqua,c.si noluit,13.q.5.ca. nisi specialis,de authorit.& vsu pal.*si verò fatetur de se in tortura,& pariter in tortura alium exculpat: dicendum est, quòd non propter affectionem, sed propter tormentorum dolorem sic fateatur,& dicat, qui dolor operatur,vt puram veritatem,siue velit,siue nolit dicere cogatur,& ita à iure præsumitur gl.*in l. edictum, in verbo,efficacissimas,*& ibi Alb.*n.2.ff.de quæst.*Boër. *dec.163.n.12.*Gram.*dec.8.n.9.in fi.*Couar.*in pra.q.ca.23.n.5. vers.nam verberibus torti*, cum aliis suprà relatis *in quæst.40. num.1.* vnde in reo de se confesso,& alium exculpante, siue sponte,siue in tortura id faciat,non potest considerari aliqua affectionis ratio, sed tantùm veritatis stimulus.

16 Secunda†ratio infamiæ pariter isto casu non obstat: quia, vt bene considerauit Bertazz. *in dicto consilio 538. num.6. & sequentibus*, ad probandum innocentiam rei, & ad illius defensionem, etiam inhabiles admittuntur, ad tradita per Nattam *in consilio 359.& n.12.vol.2.*Cepha.*consilio 110.n.30.& seq.& consilio 140.num.octauo & sequentibus,vol.1.* Hercu. *in tr.de negatiua,num.409.314.& 325. Soarez in commun.opin. versiculo testis, numero 132.* vbi de * communi, & si non ad * plenam probationem,saltem ad præsumptionem faciendam, vt bene declarant Anton.Gomez.*varia.resolut.tomo tertio,capitulo duodecimo,nub.de probat.delict.n.23.*& Clar. *in pract.§. fin.a.quæst.24.vers.item scias.*

17 Quare,† quòd exculpatio socij criminis, prosit reo exculpato,res apud me est indubitata:dubium solum remanere videtur,quantum prosit ista exculpatio,& an tollat alia indicia, seu probationes contra reum existentia? Circa probationes crederem dicendum, quòd si reus est plenè & legitimè conuictus, putà per testes omni exceptione maiores, immediatè deponentes de visu,& de ipso delicto, tunc cùm ex exculpatione socij criminis non resultet plena probatio innocentiæ, sed solùm nimis absonum est putare, quòd per illam tollatur concludens delicti probatio:quia licèt vnum indicium tollatur per aliud,*l.Diuus,*& ibi gl.*in verbo,extimatur,ff.de in integr.restit.l.non solùm,in prine.ff.de ritu nup.* Brun. *de indic.& tortura,parte 1.q.3.num.6.& quæst.5.num.5.* Marsil. *in l.1.§. Diuus Adrianus, num.28.ff.ad l.Corn.de sicar.in practica, §. diligenter,numer.190. & sequen.* cum aliis cumulatis per nos *suprà, quæstio. 38. numero 510. & seqq.* non tamen plena probatio tollitur per contrarium indicium, vt mox dicam

18 Si verò reus non est plenè conuictus, † sed tantummodo indiciatus ad torturam,& tũc per istã exculpationem socij criminis pariter credere, adeò fuisse debilitata dicta indicia, vt torqueri ex illis minimè possit reus, argumento eorum, quæ post alios allegant,scripserunt Foller.*in practica crimin.in prima parte partis principalis,verbo,etsi confitebuntur,n.septuagesimooctauo,fol.mihi 306.* Gig. *de crimine læsæ maiestat.libro 2. tit.quomodo, & per quos crimen læsæ maiestat.prob.quæstio. 26. n.5.*Anton.Gomez. *var.resol.tomo 3.capitulo 13.rub.de tortu. reor.n.17.* Matth.Gribal.*in sua collecta commun.opin. vers. excusatio offensi. fol.mihi 347. col.1. in primo tomo commun.opin. in antiquis,*Masc.*de prob.lib.1.concl.389,n.1.& 2.*Menoc.*de præsumpt.li.1.q.90.per totam,*qui omnes*communiter cõcludũt,quòd si de delicto inquisiti plenè cõstat,tunc exculpatio * offensi,

offensi, & vulnerati asserentis se non fuisse vulneratum & offensum ab inquisito, non tollit delicti probationem, sed ea non obstante poterit conuictus condemnari in pœnam ordinariam. Si verò non constat de delicto nisi præsumptiuè, ita quòd reus non potuisset ex indiciis, & præsumptionibus, nisi torturæ subiici, & tunc exculpatio taliter debilitat, & eneruat dicta indicia, & præsumptiones, vt minimè torturæ locus sit, prout etiam, Deo dante, latiùs dicam *infra, hoc eod. tit. q.* 46. sic erit dicendum in exculpatione socij criminis, quòd per eam non tollatur delicti plena probatio: sed bene tollantur præsumptiones & indicia.

19 Sed quid si reus non est † nec conuictus, nec indiciatus, sed ore proprio confessus in tortura, etiam legitimis præcedentibus indiciis (si enim legitima non præcesserunt indicia, confessio est nullius momenti, & non sufficiens ad condemnandum, etiam quòd non interueniat sociorum exculpatio, vt *supra* dictum est *in quæst.* 37. *n.* 110.) & post confessionem istius rei apparent consocij illius delicti, qui re vera scelus patrauerunt, & de se confessi, interrogatique de consociis negant etiam in tortura, in eo delicto interuenisse illum, qui confessus est: An error istius confessionis dicatur plenè probatus per exculpationem sociorum criminis? Prima facie videtur dicendum quòd non: quia si, vt suprà mox dixi, exculpatio socij criminis non tollit plenam delicti probationem, multò minùs debet tollere rei oris proprij confessionem, quę à iure reputatur maior probatio omnibus aliis *l. cum te*, & ibi latè Ias. *C. de transact.* cum aliis per Rol. *consilio* 75. *n.* 23. *& sequentibus, vol.* 2. *& consilio* 21. *n.* 3. *& sequentibus, vol.* 1. *& consilio* 71. *n.* 40. *& sequentibus, vol.* 2. *& consilio* 6. *n.* 25. *& sequẽtibus, vol.* 3. *& consilio* 54. *num.* 16. *& sequent. eodem volum.* 3.

20 Verùm † rectiùs intuenti contrarium verius multò videbitur triplici ratione. Primò, quia ad probandum errorem confessionis sufficiunt indicia & coniecturæ, vt per Bald. *in l. errorem, n. duodecimo, C. de iur. & fac. ignoran. & in lege finali, n. secundo, in fine, C. de probat.* Brun. *de indic. & tortura, in quarta quæstion. primæ partis, nu. quarto*, Ioan. Mar. Montic. *regul. de*

21 *cimanona, num. sexto.* Secundò, † quia vbi confessio redditur inuerisimilis ex contrariis indiciis & præsumptionibus, tunc vtique non sufficit ad condemnandum, etiam quòd sit millies ratificata, Boss. *in tit. de confess. num.* 46. Conrad. *in pract. titu. de confess. criminosi, num. vndecimo, in secunda limitatione*, Mascard. *de probat. libro primo conclus.* 384. *numer. quinto*, & quòd per exculpationem sociorum oriatur indicium, & præsumptio non leuis innocentiæ ad fauorem exculpati, satis supérque suprà demonstraui, & consequenter ex ea satis inue-

22 risimilis redditur confessio prædicta. Tertiò, † quia videmus, quòd aliqui reperiuntur adeò in tortura impatientes, vt potiùs mori, ac de se, & aliis mentiri deliberent, quàm tormentorum cruciatus, & dolores sufferre, iuxt. tex. *in l. 1. §. in causa tributorum, in vers. alij tanta, ff. de q.* cum aliis adductis per Fol. *in pra. cri. Canon. cap.* 31. *num. secundo, & num. decimo-tertio.* Quare si mihi casus contingeret, nunquam per præallegata condemnarem saltem in pœnam ordinariam, eum qui confessus est se aliquod delictum commisisse, quem veri delinquentes de se confessi in tortura, & extra exculparent, vbi præsertim nulla adesset præsumptio, quòd exculpatio fuerit facta ad seductionem, ac subornationem ipsius confitentis, vel eius amicorum.

23 Verùm, † vbi præsumptio est subornationis, prout contingit in eo, qui non existens in manibus Curiæ, sed in longinquis partibus scribit, & fidem facit, quòd putà Titius inquisitus re vera non interuenit in delicto per ipsum commisso, vel quòd nõ Titius, sed ipse commisit delictum: tũc, inquam, talis exculpatio nihil prorsus proderit ipsi inquisito: tum quia, vt suprà dixi, est suspecta, & procurata: tum etiam quia, facta informiter sine iuramento, & extra iudicium, vt per Foller. *in pract. cri. in secunda parte tertia partis, verbo, etsi confitebuntur, num. nono, fol. mihi* 517. *& in tertie parte, eodem verbo, numero* 116. *folio* 333. vbi etiam, an talis confessio noceat ipsi confitenti, Riminald. *cons.* 420. *num. decimoquinto, & numero* 17. Claud. ad Bertaz. *cons.* 246. *litera A, sub vers. tertio modo*, Masc. *de prob. li.* 3. *concl.* 1130. *n.* 4. *& n.* 15. Sed an hæc confessio exculpantis, si is in manus Curiæ deuenerit, faciat contra ipsum indicium ad torturam, vt dixi *in titu. de reo confesso, & conuict. q.* 82. *n.* 38.

AMPLIA IIII. Propositam † regulam procedere, etiam 24
quòd reus inculpãs aliàs esset vir bonæ famæ, & magnæ existimationis, & dignitatis, etiam clericalis, & sacerdotalis: nam adhuc eius dictum contra inculpatum non facit indicium ad torturam, per ea, quæ præcipuè in socio criminis clerico scripserunt Abb. *in c. 1. in 2. not. extra de confess.* Gram. *cõs. 21. n. 3. & cons. 35. post nu. 25.* Boër. *dec. 319. post num. 3. ver. quinimo etiam*, Bertaz. *cons. 61. n. 16. vol. 1. & cons. 341. nu. 24. vol. 2. & cons. 559. nu. 5. eo. li. 2.* Burs. *cons. 275. post num. 18. li. 2.* Masc. *de prob. concl. 1311. n. 15.*

AMPLIA V. Etiam † contra hominem malæ famæ, con- 25
tra quem socius criminis, nec etiam facit indicium ad torturam, vt per Gandin. *in tit. de q. & torm. n. 18.* Ang. *de malefic. in verbo, quòd fama publica præced. post n. 31. vers. etiam si inculpatus sit malæ famæ*, & ibi Aug. *in add. ver. & ambo præfati Docto.* Guid. de Suzzar. *in tra. de indic. & tort. nu. 55.* Nel. de san. Gemin. *in tract. de test. n. 16. in fin.* vbi dixit, quòd quatumcunque quis sit infamis, ludæus, & legibus odiosus, tamen conuinci debet per testes idoneos, *adnotata in capitulo testimonii, de test.* Gram. *cons. 21. n. 3. & n. 9. & cons. 35. n. 23. & dec. 28. n. 17.* Bertran. *cons. 268. n. 2. vol. 3.* Conrad. *in pra. tit. de negat. cri. & torm. post n. 24. ante vers. 14.* secundùm aliquos, *fol. mihi 294. cl. 2. in prin.* Io. Mar. Montic. *reg. cri. 4. n. 4.* Meno. *de arbit. q. lib. 2. cent. 5. casu 474. ad fi.* Rol. *cons. 16. nu. 18. & cons. 51. n. 31. vol. 1.* Bonac. *in com. opin. parte 5. vers. indicium faciũt duo socij, in fine*, vbi ex Rom. quem allegat *in l. & si certus, ff. ad Syll.* testatur de communi * opinione. Masc. *de prob. lib. 3.* * *concl. 1311. nu. 15. & 20. & post n. 53.* Osasc. *cons. 64. nu. 28. post medium*, Lud. Peguer *dec cri. n. 32. vers. imò plus dicunt.*

Contrarium † videtur fuisse de mente Alber. de Malet. *in* 26
tra. de testib. par. 1. cap. 4. §. expedita, n. 67. vbi dixit, quòd in criminibus exceptis facit qualemqualem præsumptionem; non tamen sufficientẽ ad torturam, nisi concurreret infamia: ergo occurrente infamia tacitè sentit socium criminis facere indicium ad torturam, etiam in non exceptis: ad idem adduci potest etiam Menoch. *in tr. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n. 73.* vbi facit conclusionẽ quòd socius criminis facit indicium ad torturam concurrentibus adminiculis, vt putà si accusatus sit malæ famæ, ex Carrer. *in pra. in tra. de indic. & tort. in 8. indicio, sub n. 10.* Addo & Masc. *de prob. li... cõcl. 158. n. 5.* vbi quòd socius criminis, iuncta infamia rei, facit semiplenam probationem, quia contra infamem leuiores sufficiunt probationes, & leuiora indicia, ex Aym. quem allegat *in cons. 178. n. 3.*

Pro concordia dicas, † quòd si sumus in criminibus non 27
exceptis, & in quib. reus nõ potest de iure interrogari de consociis, & tunc ex dicto socij criminis non oritur indicium ad torturam, etiam contra hominem malæ famæ, & ita procedat communis, * & prima suprà allegata opinio, pro qua & fa- *
ciunt ea quæ ponam *infra, n. 152.* vbi probabo, quòd in criminibus non exceptis socius criminis non facit indicium ad torturam, etiam iunctis adminiculis, quicquid in contrarium sensisse videatur Alb. de Malet. *in loco præcitato*: si verò sumus in criminib. exceptis, & in quibus potest reus de complicib. interrogari, & tunc procedat secunda opinio, videlicet quando dictum socij criminis, iuncta mala fama accusati, facit cõtra eũ indicium ad torturam, & hoc quia, vt infra dicam, *nu. 145. & seqq.* in exceptis oritur indicium ad torturam, ex dicto socij criminis adminiculato, & in specie ita propositam ampliationem declaratam inuenio per Ang. *de malefi. in d. ver. quòd fama publica præced. post n. 31. vers. quod est verum*, & ibi Aug. *in addit. ad medium additionis*, Lud. Bologn. *in addi. ad Guido. de Suzzar. in tra. de indic. & tort. n. 54. in fi.* Carrer. *in pra. cri. in 2. tra. de indic. & tortura, §. octauum indicium, post n. 13.* Conrad. *in pra. vbi sup. in ti. de neg. cri. & torm. fol. 294. col. 2. in prin.* Io. Mar. Monti. *reg. cri. 4. n. 49. in fine.* An autem dictum socij criminis, faciat indicium ad torturam, contra hominem diffamatum, in specie dixi *infra, n. 169.*

AMPLIA XI. Vt † dictum socij criminis non faciat indi- 28
cium ad torturam, etiam quòd in eo perseuerauerit vsque ad mortem: licèt enim morti proximus, vel moribuudus mentiri nõ præsumatur, nec immemor esse salutis æternę, ad tex. *in l. fi. C. ad l. Iul. repetũdarũ, & in c. sancimus, 1. q. 7.* gl. *in l. 1. C. de sal. cau. adiec. leg.* cũ aliis in proposito allegatis per Bal. *in cons. 25. vol. 1. & cons. 162. n. 4. in fine, vol. 2.* Gram. *cõs. 61. n. 1. & vo. 3. n. 4. & seq. & dec. 34. n. 57. & dec. 42. n. 10. & dec. 46. n. 12.*

Osasc.

Osasc.*decis.Pal.*79.*n.*20. Ancharan.Regien.*quæst.*55.*n.*7. *par.*1.Cepha.*cons.*276. *n.*34.*volum.*2. & propterea in terminis valde confitmari, & verisimilem reddi depositionem socij criminis, in ea vsque ad mortem perseuerantis, consuluit Tiber Decian.*in cons.*18.*nu.*65. *&* 66.*lib.*1. & bene explicat
29 Hier.Decian *decisio. Auenionen.*15.*num.*8. Quia† tamen nec morti proximus præsumitur esse sanctus Ioannes Baptista, & Euangelista, & sic non semper præsumitur dicere verum, ad scripta per Bald.*in ti.de pace Constan.in verbo,vassalli,il primo, in vsibus feud.*Gramma. *decisio.*42.*sub n.*9.*&* *decis.*56.*nu.*12. Marsi *consilio* 5.*n.*5.*& in pract.*§.*restat,nu.*12. Menoch.*cons.*
30 39.*n.*70.*lib.*1.*&* *de arbi.quæst.lib.*2.*casu* 89.*n.*30. † Et quatenus præsumatur quis verum dicere in articulo mortis, id non procedit, vbi agitur de tertij præiudicio,ad Bar.*in l.si quis*, §. *si quis moriens.ff.ad Syllan.*Menoc.*d.cons.*39.*n.*44.*&* 68.*vol.* 1.Cephā *cons.*276.*n.*34.*& sequen.li.*2. idcirco socium criminis non facere indicium contra nominatum, etiam quod in eo perseuerauerit vsq; ad mortem, verissimum credo per prę allegata,& in terminis voluit Hier.Lauren. *d.dec. Auenionen.* 15.*n.*16. vbi loquitur in inculpatione duorum sociorum criminis, qui etiam in furca perseuerauerunt in eorum confessione, & nihilominus dicit, quòd talis inculpatio non nisi ad detinendum sufficit.

31 AMPLIA VII.Vt in proposito socij † & participes criminis dicantur non solùm illi, qui eiusdem delicti numero fuerunt socij,secundùm glo. *in d.l. quoniam liberi, C. de testibus*, verùm etiam & ij qui sunt socij non in eodem crimine numero,sed in diuerso crimine,inter se tamen connexo,vtputà, quòd vnum sit causa,vel occasio alterius, vt est lenocinium cum adulterio:nam ex quo ratione connexitatis leno videtur habere societatem cum adultero, & è contrà, idcirco vnus contra alterum, tanquam socius criminis non facit indicium ad torturam,vt per Sal.*in d.l.quoniam liberi n.*4.*C. de testibus.* quem sequuti sunt Campeg.*de testibus,reg.*87 & Conrad. *in practica,in ti.de testibus,& personas testium aggrediendo,num.* 30.*ver, at qui sint participes, fol.mihi* 86.*col.*2.*in fine, vide infrà,numer.*86.

32 AMPLIA VIII.Vt † licèt quando reus inculpatus à socio criminis opponendo contra ipsum, quod est criminis socius, tacitè videatur etiam se fateri illud idem delictum cõmisisse, postquam inculpantem in criminis socium nominat, & propterea ad effugiendum istam tacitam confessionem variæ adinuentæ fuerunt exceptionum formulæ per Doctores, ac præsertim per Bar.& Sali. post glo. *in l.si filium, C. de libera. causa*,Bar.Bal.& alios *in d.l.quoniam liberi,C.de testibus*,Abb. & cæteros Doct. post gl.*in c.*1.*de testib.in* 6.Alber.de Malet. *in tra.de testib.par.*1.*c.*4.§.*expedita,n.*66.Marsi.*in l.*1.§.*Dinus Ant.n.*10.*& omnib.seqq.ff.de q.*vbi latissimè,Brun.*de indic.& tor.par.*1.*q.*3.*n.*25.*in fi.*Io.Mar. Monticel. *reg.cri.*40.*n.*50.*& seqq.*vbi etiam latè,Conrad. *in pra.in rub.de testib.*§. *personas testium aggrediendo.post n.*39.*fol.mihi* 86.*col.*2.Carrer. *in pra. in* 2.*tr.de indic.& tor.*§.*octauum indicium,n.*28. Anto. Gom. *var.resolut.tom.*3.*c.*12.*rub.de prob.delicti,n.*16.*vers.sed aduertendũ*,vbi etiam latè Clar.*in pra.*§.*fin.d.q.*21.*ver.in hoc autem proposito*,& apud nos soleant cauti Procuratores, & Aduocati inculpantem nominare non sociũ criminis simpliciter, sed assertũ sociũ criminis, vel, vt inquit Clar in loco nuper citato, quòd facit se socium criminis:nihilominus, iudicio meo, etiã quòd inquisitus excipiendo inculpantẽ simpliciter dicat socium criminis, non per hoc crederem quòd tacitè se delinquenrem fateatur,per regulam vulgarem &†communem,*
33 * quod excipiens non dicitur aliquid fateri de intentione ad- * uersarij,de qua *in lege, non vtique*, vbi Bar. & communiter * Doct.*ff.de except.*idem Bar. & Doct.*in lege,si quidem,C.co.ti. de except.*Inno. Abb.& Canonistæ *in l.cùm venerabilis, extra eo.*Ias.*in l.Iulia.verũ debitorẽ.ff.de condic.indeb.*cũ aliis relatis per Ant Gom.*vbi sup.d.n.*16.*ver. sed huic difficultati respõdeo.*

34 AMPLIA IX.Vt†indicium ad torturam non faciat depositio socij criminis, etiam quòd duo aut plures sint contra eandem personam deponentes,secundùm Bal.*in l. quonia liberi,n.*2.*C.de testib.*vbi expressè dixit,quòd si ex quatuor,qui in rixa interuenerunt, tres volunt deponere, quòd ille alter fuit culpabilis,nõ creditur ipsis de confessis in alium, *per l.fi.* * *C.de accus* & hanc Baldi doctrinam cõmuniter*sequuti sunt plures alij Doctores suprà relati *nu.*10. quibus addo Blanch. *de indi.& ad l.fi.ff.de quæst.n.*385.vbi reddit rationem,quia etsi plures correi sint,vna tantum est qualitas indicij, & ad hoc vt indicia dicantur plura requiritur diuersitas inter vnum & aliud non autem quòd sint eiusdem generis, prout sunt plures socij,qui propterea faciunt vnum,& idẽ indicium,Gram. *cons.*21.*post n.*10.vbi post And.& Iser.quem allegat,cõcludit, quòd etsi plures sint confitentes de nominato, horum tamẽ depositiones non valebunt tantum, quantum dictum vnius testis, & idem repetit *in cons.*61. *post n.*1.vbi etiã dixit,quòd si plures sunt confitentes de nominato,nihil probant, nisi ad inquirendum,& rursus *in cons.*35.*post n.*25. *& in dec.*28. *post n.*17.Natta *in cons.*298.*n.*9.*in fine,& n.*10. *vol.*2.† vbi dicit, 35 quòd si plures socij sunt in eorum dicto singulares,tunc sine dubio non faciunt indicium ad torturam,quia tantum probant mille testes singulares quantum vnus:si verò sunt conteſtes, & tunc nec etiam probant, nec faciunt indicium ad torturam:† quia vbi testes laborant tali defectu, qui non di- 36 minuat de eorum fide,sed ex toto reddat eos inhabiles,prout est socius criminis,qui, vt suprà probaui, *n.*8.in testem à iure non admittitur,& inhabilis reputatur,tunc numerus nõ supplet inhabilitatem,nec supplet probationem,quia quod nihil est,supplementum non recipit.*l.sed si manente.ff.de precar.*cũ aliis ibi per eũ allegatis,& est bona ratio Io.Mar.Mont.*reg.cri.* 4.*n.*6.vbi referendo sequitur Gram.& Blanch. *in locis præcitatis*,Roland.*cons.*16.*n.*18. *vers.nec obstat, iuncto n.*13. *ad finem,vers.quarto respondetur,vol.*1. vbi propterea dicit, quòd Boër.qui contrarium voluit,malè loquutus est Bertazzo.*cõs.* 28.*n.*2.*& cons.*116.*n.*20.*& cons.*234.*n.*1.*lib.*1. vbi quòd duo socij criminis non faciunt indicium ad torturam sine aliis adminiculis, & ibi plures adducit concordantes, & testatur de communi*opinione,& cons.*333.*n.*1.*&* 2.*lib.*2.vbi pariter a- * lias citat Doctorum authoritates, Burs. *cons.*201.*nu.*61.*lib.*2. Osasc.*d.cons.*64.*n.*29.per totum,vbi latè Mascar.*de prob.li.*3. *concl.*1311.*n.*18.*& seq.*ex quibus sine dubio,hanc ampliationem esse communiter*receptam affirmari potest. *

Contrarium,† quòd imò duo seu plures socij criminis faciant indicium ad torturam,pluries fuisse seruatum per Senatum Burdegalen. per Curiam Parien.in Ducatu Mediolani, & in Regno Neapolitano ex Boerio, Papon. Bossio & Grãma.in locis per eum allegatis,testatur Clar. *in prac.*§.*fi.quæst.* 21.*vers sed pone quòd vnus.*† vbi ampliat etiã quòd sint singu- 38 lares,& Clarum refert,& sequitur Bonacossa *in communi opinione,parte*1. *versiculo indicium faciunt duo socij, fol.mihi* 87. *col.*1.*in fine*,Claud.*in additio.ad Bertaz.cons.*332.*litera C, libro* 2.vbi in idem allegat Franc.Pegu.*in libro* 3.*annotat.ad director.inquisi.Schol.*111.*circa finem*, §.*an autem*, & ante istos fuit de mente Carrerij,*in pract.cri.in secundo tract.at.de indic. & tortura*,§.*octauum indicium,numero* 3.*in fine,vers.quòd intelligas.*

Quid dicendum?†Pro resolutione distinguas, aut quęris, 39 an duo, vel plures socij criminis faciant plenã probationẽ ad conuincendum & condemnandum inculpatum, an verò faciant indicium ad ipsum torquẽdum:primo casu dicas,quòd licèt Ant.Gomez.*var.resol.tomo* 3.*c.*12.*rub.de prob.delict.nu.* 18.*ver.sed.his non obstantibus*,& alij infrà per me relati,*n.*69, *& seq.* voluerint, quòd duo vel plures socij criminis plenè probent,& sufficiant ad conuincendũ,& cõdemnandum reũ in casibus,in quibus de iure poterat de consociis interrogari; negari tamen non potest, quin loquatur contra communem* * Doctorum opinionem, de qua ipsemet Gomez. testatur, *eodem num.*18.*in prin.*vbi pro communi concordantes adducit, quibus addo Marsi.*in pra.*§.*diligenter,nu.*68. Boër.*decis.*316. *num.*4.*in fi.*Blanc.*de indic.ad.l.fin.num.*384.*pariter ad finem, ff.de qu.* quem refert, & sequitur Additionator ad Carrer. *in eius repertorio,in pra.cri.post versiculum.socij criminis exculpatio,post medium additionis,ver.& nota in hoc*, Io.Mar.Monticel. *reg.cri.*4.*n.*6.*in* 3.*ampliatione*,Clar.*in pra.*§.*fin.q.*21.*vers. sed pone in prin.*Bonac. *vbi sup.in d.vers. indicium faciunt duo socij.fol.* 87.*col.*1.*in fine*,Osasc.*cons.*65.*nu.*12.*li.*1. Et pro hac opinione contra Ant.Gomez.faciunt omnes Doctores relati *supra,n.*34.*& seqq.*qui volunt nõ oriri indicium ex dicto plurium sociorum:ergo multò minùs volunt oriri ex eo plenam probationem. Item faciunt Doctores allegati *suprà, n.*37.*&* 38. qui dum concludunt ex dicto duorum sociorum criminis oriri indicium ad torturam, tacitè sentiunt non oriri

conclu

* concludentem probationem. Et certè ſicut hæc opinio eſt * communis, ſita etiam & verior, & rationabilior, cùm abſurdũ ſit dicere, quòd quis conuincatur ex dicto infamium, & cri-
40 minoſorum.† Nec valet conſequentia facta per Ant. Gomez. in loco præcitato, dum dicit, ſocij criminis admittuntur in caſibus exceptis, ergo tunc faciunt plenam fidem, & ſunt legitimi teſtes: quia reſpondetur, quando teſtes, qui aliàs à iure propter eorum inhabilitatem non admittuntur regulariter, ſi in aliquibus caſibus exceptis admittuntur, non tamen ſunt omni exceptione maiores, nec plenam fidem faciunt, vt per Gram. *conſilio* 59. *n.* 12. & Boſſ. *in tit. de indic. & conſiderat. ante tort. n.* 150. *& n.* 177. *verſ. non tamen credas*, Marſ. *conſ.* 109. *n.* 15. *vol.* 2. cum aliis per me relatis *ſuprà, q.* 37. *n.* 63. & ſic in iſto primo caſu indubitanter teneas, quòd duo vel plures ſocij criminis non conuincunt ab eis inculpatum, etiam in caſibus exceptis, & in quibus poterant iure de complicibus, & ſociis interrogari, licèt contrarium ſeruari teſtetur apud eum in Regio criminali Cataloniæ Conſilio, ad compeſcendam delictorum frequentiam eo loci exiſtentem, Ludo. Peguer. *dec. cri.* 5. *n.* 38. *& ſeq.* localis enim illa conſuetudo nullo pacto ad alia loca extendenda eſt.

41 Secundo autem caſu, † an duo ſocij criminis faciant indicium ad torturam? Dicerem quòd non in caſibus, in quibus de iure non poteſt reus de complicibus interrogari, & ita ſunt intelligendi Doctores allegati *ſuprà, in ampliatione, num.* 34. *& ſeqq.* & ita etiam bene intrat ratio conſideranda per Nattã *in d. conſ.* 289. *n.* 10. videlicet, quòd numerus non ſupplet defectum illius teſtis, qui omnino admitti non debeat, & iſto caſu dato, quòd vellemus admittere, quòd depoſitio vnius ſocij ſit adminiculata ex depoſitione alterius, adhuc tamen non per hoc ſequitur, quòd faciat indicium ad torturam, per ea quæ dicam *infrà, num.* 152. vbi probabo, quòd dictum ſocij criminis, etiam adminiculatum non facit indicium ad torturam in caſibus, in quibus non poterat de complicibus inter-
42 rogari: vnde † ſecus in caſibus, in quibus potuit reus de ſociis, & complicibus interrogari, vt in terminis declarat Boſſ. *in titulo de inquiſit. num.* 51. ſi enim, vt infrà dicam, *n.* 145. depoſitio ſocij criminis adminiculata facit indicium ad torturam in caſibus exceptis, in quibus quis poteſt de complicibus interrogari, & ſi etiam, *vt dixi ſuprà, n.* 27. ſufficiens erit in propoſito adminiculum mala fama inculpati, quantò magis debet oriri indicium ex dicto vnius ſocij adminiculato ex dicto alterius? Et ita procedant authoritates Doctorum relatorum *ſupra, n.* 37. *&* 38. & præſertim Franc. Pegu. qui loquitur in crimine hæreſis, & ſic excepto.

43 AMPLIA X. Vt regula procedat, † etiam in crimine furti: furem enim nec poſſe de conſociis interrogari, & ſi interrogatus alios inculpet, non facere illius dictum indicium ad torturam, ſcriptum reliquerunt Marſil. *in conſ.* 22. *n.* 13. *in fi. & ſeqq.* vbi dicit ſe non meminiſſe vidiſſe textum, nec gloſſam iuris canonici, aut ciuilis huic ampliationi repugnantem, & quòd gl. *in l. fi. C. de accuſat.* Spec. *in ti. de accuſatore, §. in ver. itẽ repellitur. quia fuit ſocius, & in ti. de teſte, §. 1. in verſ. itẽ quòd eſt ſocius criminis*, Hoſt. *in ſum. de teſtib. §. ij verò omnes, in ver. itẽ in cauſa communi*, & Gand. *in ti. de quæſtionib. & tormẽtis, n.* 16. *ver. nunc autẽ reſtat*, qui originaliter ponunt omnes caſus, in quibus reus de ſe cõfeſſus poteſt de ſociis & cõplicib. interrogari, non vtique inter dictos caſus ponunt furtũ: quicquid in contrarium voluerit Bar. *in l. repeti, §. 1. ff. de q.* per tex. *in l. Diuus Adrianus, ff. de cuſt. reo.* cum Bar. doctrina efficaciſſimis rationibus impugnetur per Sal. *in l. fi. C. de accuſat.* & tex. *in d. l. Diuus Adria.* ad hoc per Bar. allegatus, loquitur in latrone, eo ſcilicet, qui ſtratas publicas aggrediẽdo viatores ſpoliat, & non in fure, qui clam bona aliena aufert, iuxta tex. *in l. capitalium. §. famoſos, ff. de pœnis.* Nec eſt inferẽdũ de latrone ad furem, quia latrones in viis publicis regulariter non ſolent eſſe ſoli, ſed fur poteſt etiam ſolus furari, vt per Salic. *in d. l. fi. C. de accuſa.* cum aliis ibi per Marſ. allegatis, & pro hac cõcluſione conſideratis, & poſt Marſilium, idem etiam voluerunt Gram. *conſ.* 37. *n.* 14. *ver. præterea nec eſt verũ, & conſ.* 59. *n.* 2. & 3. Foll. *in pra. cri.* 1. *par.* 3. *par. principalis, verbo, & ſi confitebi-tur, n.* 104. Carrer. *in pra. cri.* 2. *tra. de indic. & tort. §. octauum indiciũ, n.* 2. *in fi.* Rol. *conſ.* 51. *n.* 26. *& ſeq. vol.* 1. Meno. *de arb. q. li.* 2. *caſu* 474. *n.* 20. Maſc. *de pro li.* 2. *concl.* 1311. *& ſeqq.* vbi cũ Saliceto reprobat Bar. cõtrariũ dicentẽ, *in d. l. repeti, ff. de q.*

Contrarium, † quòd imò fur poſſit de conſociis interroga- 44
ri vltra Bar. *in d. l. repeti, ff. de q.* cuius doctrinã & diſtinctionẽ ſequuti ſunt etiam Doctor. relati *infrà, num.* 105. affirmarunt idem Gram. ſibi contrarius, *in conſ.* 14. *n.* 15. *in fi. conſ.* 21. *n.* 3. *in fi.* Mar. Montic. *reg. crim.* 4. *n.* 28. vbi ex Bal. de Periglis, *in tract. de indic. & tort. c.* 2. *n.* 5. & aliis ibi per eũ allegatis ita ſeruari teſtatur ex generali conſuetudine, ob maximã furtorum frequentiã, licèt cõtrariũ forſan verius ſit, de iuris ſubtilitate, Clar. *in pract. §. fi.* 21. *verſ. dictum ſocij, ad finem*, vbi etiam ita apud eum Mediolani ſeruari teſtatur Flam. Cartar. *in tract. de exequ. ſenten. capto bannito, c.* 2. *n.* 59. *ad finẽ*, vbi allegat Dom. Sot. *de tegen. vel detegen. ſecreto, in quæſt.* 6. *concl.* 3. *in fin. fol.* 98. dicentem in conſuetudine eſſe, interrogare omnes latrones & fures de ſociis, & pro hac contraria opinione ſtringere videtur, quia furtum de ſui natura reputatur à iure delictum occultum, & difficilis probationis, vt ſuo loco explicabo, & dixi aliquid *ſuprà, in primo lib. in materia corporis delicti, in tit. de inquiſit. quæſt.* 2. *n.* 14. *& ſeqq.* ideo dictum ſocij criminis facit indicium ad torturam, cùm ita generaliter ſtatutum ſit in omnibus delictis occultis & difficilis probationis per ea quæ infrà ponam, *n.* 68. in terminis per iſtam rationem ſic videtur etiam fuiſſe de mente Alexan. *in conſ.* 69. *poſt. n.* 1. *iunctis n.* 8. *lib.* 2. quem in propoſito referendo, ſequitur Menoc. *d. caſu* 474. *n.* 20. *ad finem*, qui propterea infert, quòd hæc Bar. contraria opinio poſſet forte defendi in furto occulto: ſed certe ſẽper & de ſui natura furti delictum reputatur à iure occultũ: ideo ſemper poteſt fur de conſociis interrogari, per rationem prædictam.

Quid dicendum? † reſolutio huius dubitationis dependet 45
ab iis quæ ſcripſi *ſupra, hoc eod. tit. in quæſt.* 27. *n.* 163. *& ſeqq.* Vbi diſputaui, an fur, qui vnum furtũ confeſſus eſt, poſſit interrogari, & torqueri de aliis furtis, de quibus nulla extant indicia: ſi enim hoc fieri poteſt, valde etiam cõfert, vt poſſit de conſociis & complicibus interrogari: ſi econtrà hoc iure non eſt permiſſum, multò minùs debet eſſe permiſſum furem interrogare de conſociis, vt in terminis argumentatur Marſ. *in d. conſ.* 22. ideo ſicut ibi concluſum per me fuit, poſſe furem de aliis furtis interrogari & torqueri, ſi inſignis ſit & famoſus, ita quòd veriſimile ſit alia furta commiſiſſe, aliàs ſecus: ita pariter modò concludo, quòd poteſt fur de cõſociis interrogari & torqueri, ſi vel is famoſus ſit, vel aliàs furtũ, quod fuit confeſſus, eſt talis qualitatis. vt non potuerit per ipſum ſolum committi, iuxta ea quæ infrà dicam, *n.* 107. iis inquam caſibus conſuetudo ſuprà allegata, & rationabilis erit, & ſeruanda, nõ autẽ in aliis caſibus; & ita in fure famoſo, in terminis loquitur Ant. Gom. *var. reſol. tom.* 3. *c.* 12. *rub. de prob. delict. n.* 16. *ad fin. poſt verſ. adde tamen*; & in furto cum ſcalis, quod veriſimiliter non potuit, niſi à plurib. committi, loquitur Gram. *conſ.* 35. *n.* 26. & in furto ſeu ſubtractione columnarum, ſeu magnarum trabium ponit exemplum Io. Mar. Monticell. *regula crim.* 4. *n.* 31. & in terminis etiam ſic expreſsè declarat Bertaz. *in conſ.* 556. *n.* 10. *in fine, & ſeq. vol.* 2. & latiùs Ludou. Peguer. quem omnino vide *in deciſ. crim.* 37. *per totam*, vbi diſputata materia, ita teſtatur apud eum fuiſſe reſolutum in Regio illo Cataloniæ criminali conſilio, cum aliis per nos relatis *ſuprà, d. quæſt.* 37. *nu.* 167. *&* 171. Et licèt furtum de ſui natura ſemper ſit delictum difficilis probationis: non tamen ſẽper in delictis occultis, & difficilis probationis, poteſt reus de conſociis interrogari, ſed tunc demum quando delictum tale eſt, veriſimile fit per indicia, in genere, vel in ſpecie contra reum, quòd non ſolus deliquerit, aliàs ſecus, vt infrà pariter dicam, *in hac quæſtione, n.* 74.

Hoc vnum eſt, † quòd etiam in caſu, in quo fur poteſt de 46
conſociis interrogari, non tamen dictum de ſe ſolum, & non adminiculatum non faciet contra nominatum indicium ad torturam, per ea quæ infrà dicam, *n.* 147. *& ſeqq.* & in terminis in crimine furti voluerunt Marſ. *in d. conſ.* 22. *n.* 21. Roland. *d. conſ.* 51. *n.* 28. *vol.* 1. & Ioan. Mar. Montic. *reg. crim.* 4. *num.* 29.

AMPLIA XI. Etiam † in crimine falſi, in quo reum de ſe 47
confeſſum non poſſe de conſociis interrogari, poſt Fulgoſ. Decian. Socin. & Pariſium, in locis per eum allegatis apertè voluit Menoch. *de arbitr. quæſtio. libro* 2. *caſu* 474. *numero* 21. Roland. *conſ.* 73. *num.* 1. *iuncto num.* 4. *lib.* 1. Maſcard. *de prob. lib.* 3. *concl.* 1311. *n.* 5. Qui quidem Doctores, † per Menoch. 48
& Maſcard.

& Mascar.allegati, præcipuè loquuntur in falsa depositione, volúntque testem confessum se falsum deposuisse,non posse de mandatoribus,& consultorib.interrogari,eo, quia crimen falsi isto casu non est positum à iure, nec à Doctoribus inter eos casus,in quibus reus potest de consociis interrogari, quod & idem voluit Dec.*in con.*189.*n.*8.*ad finẽ*,Ruin.*consilio* 146. *n.*8.*& 9.i.*5 Natta.*con.*298.*num.*2.*lib.*2.Bertaz.*conf.*61.*nu.* 11.*lib.*1.*& conf.*146.*num.*2.*& consilio* 157.*num.*7.*eodem lib.*1. idem Roland.*consil.*16.*num* 7.*versi.sed hic casus libri*,Ludou. Peguer.*decis.crim.*5.*nu.*9. vbi propterea damnat contrarium tenentes.

49 Contrarium,† quòd imò testis,qui confessus est se falsum deposuisse,possit interrogari de subornatoribus, videtur fuisse de mente Paris.*in conf.*151.*n.*9.*lib.*4.ex Boër.*in dec.*319.*n.* 5.scripsit idem Menoch.*dicto casu* 474.*n.*39. sed certè Boër. an possit, vel non possit interrogari nihil dicit, sed bene ponit,an indicium faciat:& concludit,quòd sic,& ex hoc possumus etiam inferre, quòd possit interrogari:nam si non posset interrogari,faceret indicium,vt admonui *sup.in prin. quæstio.* *n.*2.& quicquid in contrarium sentire videantur Doct.præcitati,credo ne fidubio, quòd quando quis commisit falsitatem in aliqua scriptura ad se non spectante,sed ad alium;item, & multò magis,quãdo testis ad alterius instantiam examinatus falsum deposuit,possit interrogari,& torqueri, ad cuius preces,& subornationem fecerit illam falsitatem,vel falsam depositionem,cùm non præsumatur à iure,quòd quis ex se ipso in re alterius commodum, & interesse concernente velit falsum dicere,aut committere: ideo subintrant quæ dixi *sup.* *q.*37.*n.*154.vbi posui, quòd delinquens semper de mãdante potest interrogari & torqueri, quando ex se nullam habebat causam delinquendi.Item subintrant ea,quæ posui *infra*, *nu.* 107. vbi dixi, quòd semper reus potest de consociis interrogari, quando adsunt aliqua indicia in genere, siue in specie, quòd testis falsum deposuit, vel quòd quis falsitatem machinatus fuit ex se ipso propter particularem inimicitiam,seu aliã causam,tunc non poterit de mandatoribus,& subornatoribus interrogari,sicut in specie respondit Bertazz. *d. conf.*156.*nu.* 11.*lib.*1. & ita apud nos seruatur,quia indistinctè testes, qui se falsos in aliena causa confitentur, si ex se ipso non deponunt corrumpentem quando non apparet,quòd propter particularem causam falsum deposuerint,vt suprà,desuper interrogantur,& torquentur, prout etiam apud eum idem seruari, ac etiam de iure verissimum esse, tribus rationibus comprobat,& testatur Boss.*in tit.de indic.& considerat.ante torturam*, *n.*16. *ante medium,vers.primò considera.* & dicam *infra*, *in q.* 45.*n.*7.sed an sic interrogati, vel torti faciãt indicium,& quale contra nominatum subornatorem, latiùs explicabo *infra*, *in quæst.*45.

50 AMPLIA XII. Etiam † in homicidio, in quo reus de se confessus, nec etiam poterit de consociis interrogari, secundùm Gram.*in conf.*21.*in princ.& conf.*70.*n.*6.Conrad.*in pra. crim.in titu. de negat.crim.& torm post n.*24.*vers.negat tamen simpliciter,fol.mihi* 296. Boss. *in tit.de indi.& considerat. ante torturam,n.*144.vbi hoc limitat in assassinio,de quo infrà particulariter dicam.Menoch.*de arbitr.quæstio.lib.*2.*casu* 474.*n.* 22.Mascar.*de prob.li.*3.*concl.*1311.*n.*7.vbi etiam allegat Bart.

51 *in l.repeti,*§.1.*ff.de quæst.*†Et ampliatio est verissima, quando homicida habebat causam occidẽdi, secus si nulla apparebat causa,quare homicidium commiserit;quia tunc potest nõ solùm de mandante interrogari,sed etiam torqueri,per ea,quæ

52 dixi *supra in dicta q.*37.*n.*154.Item†ampliatio est verissima, nisi adsint aliqua indicia tractatus præcedentis cum aliis, vel quòd in homicidio plures interuenerunt, quia tunc pariter subintrant ea quæ dixi *infrà*,*n.*107.*& seqq.*

53 AMPLIA XIII. In † crimine simoniæ, in quo habemus text.*in ca.*1.*de test.in 6.*clarè dicentem, quòd si agatur criminaliter,socius in eo crimine indistinctè non admittitur, si vero ciuiliter,admittitur si est socius criminis, & non muneris: secus ciuiliter admittitur si est socius criminis,& non muneris:secus si sit socius & criminis, & muneris:& per illum tex. *in c.veniens,il primo,extra eod.*ita affirmarunt,Specu. *in tit. de teste,ver.*item quòd est socius criminis,post *n.*37.vbi ponit in proposito duo hæc carmina:

Per testem socium sceleris simonia probatur,
Muneris,& sceleris testis socius reprobatur,

Salic. *l.in quoniam liberi,nu.*5. *vers. Et in crimine simoniæ, C. de testib.*Albe.de Malet.*in tra.de testib.par.*1.*cap.*4.§. *expedita,post num.*65.*ver.Fallit hæc regula*, vbi bene declarat Crot. *de testib.post nu.*91.*ver. ampliatur etiam ista regula*, Campeg. *de testibus,reg.*86.*in* 1,*& 4. fallen.* Nep.de Monte Albano *in simili tra.de testib.n.*69.*in fine*,Bertaz.*conf.*234 *nu.*3.*li.*1. Alciat *conf.*2.*Tria principaliter,n.*4.*& n.*8.*tomo* 1.*lib.*1.Redoan. *in tra.de simon.par.*4.*c.*5. *num.*28. *vers. Item in crimine simoniæ*,quem in proposito referendo sequitur Mascar. *de probat. lib*3.*concluf.*1311.*n.*26.*& seqq.* vbi etiam declarando materiam subdit,† quòd in casu,in quo socij criminis simoniæ ad- 54
mittũtur,illud procedit contra illum,qui fecit simoniam, & in eius odium, secus contra tertium,qui ignorabat secum simoniacè contraxisse.

Item procedit contra eum, qui diffamatus sit de tali delicto, secus si non sit diffamatus, ex Dec. & Alc. in locis per eum allegatis,† & in proposito aduerte,quòd licèt Nouell.*in* 55
*tra.de testibus,n.*16. *part.*1. Boër.*decis.*319.*n.*2. *vers. Item in crimine simoniæ*,Io.Mar.Monticell.*regul.crim.*4.*num.*24. post Corn.quem allegat,& alij plures allegati per Menoch.*de arbit.q.lib.*2.*dict.casu* 474.*n.*31.per Rodoan.*in d.tract. de simonia,par.*4.*c.*5.*n.*28.& per Mascar.*de probat.li.*1.*concl.* 466.*n.* 7.*& lib.*3.*de concl.*1311.*n.*25. simpliciter dixerint in crimine simoniæ,socium,& participem sceleris recipi in testem: corũ tamen dicta sunt intelligenda,& declaranda,secundùm præpositam distinctionem,de qua *in dict.ca.*1.*de test.in 6.* Et aduerte etiam, quòd quando agitur ad priuationem beneficij, tunc eo minùs admitti in hoc crimine illius socium simpliciter tenuit Rota in vna Tullen.Parochialis coram R.P.D.Seraphino,die 28.Maij 1593. allegans ad idem Alex. de Neuo *conf.*64.*n.*4.Fab.*dec.*47.*lib.*2.& Alciat.*responf.*2.*n.*3.*&* 4.

LIMITA I. Propositam†regulam non procedere in casi- 56
bus exceptis à iure, & in quibus idem ius statuit posse de se confessos, de aliis sociis,& complicibus interrogari:in iisdem enim casibus si interrogati aliquem inculpãt, facit contra inculpatum talis nominatio indicium ad torturam, sicut post Bart.& alios,quos allegant,affirmauit Paris de Put.*in trac.de syndic.in verbo,Tortus,c.*1.*incip. An stetur dicto torti, post nu.* 13.*fol.mihi* 335.*col.*1.Gandin.*in tit.de q.& torm.n.*17.Guido de Suzzar.*in tra.de indic.& tor.n.*53.Ang.*de malefi.in verbo, quòd fama publ.præceden.n.*106.*ver.*10.*quæro*,Boër.*decis.*319. *ver.sed in casib.*vbi allegat Cyn.Aug.& Pet.Bellap. *in d.l.fi. C.de accusat.*Marsi.*in l.*1.§. *Diuus Anton.n.*4.*ver.in illis autem delictis,ff.de q.& in pra.*§.*diligenter,n.*59.*ad fin.ver.sed in casib.*Ale.*conf.*69.*n.*7.& ibi *in addition.li.*1. Alberic.de Malet.*in tr.de test.par.*1.*c.*4.§.*expedita,n.*67.Foll.*in pra.crim.*1.*par.*3. *partis,verbo,& si cõfitebũtur n.*102.*ver.& sic ex prædictis.*Natta *cõs.*298.*n.*2.*li.*2.Io.Mar.Mõticell.*reg.cri.*4.*n.*3. Ant.Gom. *var.resolu.tom.*3.*c.*12.*sub.de prob.delict.post n.*17.Clar.*in pra. cri.*§.*fi.q.*21.*ver.dictũ socy.post princ.*† Quę autẽ dicãtur cri- 57
mina excepta,in quibus de se cõfessus potest de sociis,& cõplicibus interrogari,mox in seqq.limitationib.audies. Et dicit Lud.Peguer.*decis.cri.*5.*n.*12.quòd excepta crimina in proposito erũt illa,quæ reipublicæ pestifera sunt,multitudinémq;& bonũ publicum nimis lædunt.& in quibus non solùm socius potest de consociis interrogari, sed quicũq; etiam non vocatus,proferre se in testẽ tenetur, vt prouincia malis hominib. purgetur,arg.tex.*in l.congruit,ff.de offic.præsid.*& vide in proposito eundem Peguer.*d.decis.n.*24.*& seqq.*vbi pluribus probat,quòd in casibus à iure exceptis, & in quibus reus potest de cõsociis interrogari, interrogatus etiam in foro cõscientiæ tenetur reuelare socios,& complices, & non reuelando peccat:& isto casu debent confessores reum pœnitentem monere vt eos reuelet, aliter dicuntur absoluere impœnitentem contra ius diuinũ & humanũ,*c.pœnitentia,dist.*3.*c.peccati venia,de reg.iur.in*6.*c.legatur,*24.*q.*2.cũ aliis ibi per eũ allegatis.

LIMITA II.Et † illatiuè ex præcedenti limitatione (pro- 58
ut etiam illatiuè veniunt plures aliæ sequentes limitationes) vt regula non procedat in crimine læsæ maiestatis diuinæ, in quo de se confessus potest de cõsociis interrogari,& interrogatus facit indicium,si aliquem nominat,cùm in hoc crimine admittatur in testem,ad tex.*in c.in fidei fauorẽ,de hæret.in 6.* *& in cap.literas,de præsum.*& per ista iura ita voluerunt Salic. *in l.quoniam liberi,num.*5.*vers.item hæresis,C.de testibus*,Boër. *decis.*319.*n.*2.*vers.item in crimine hæresis*,Carrer.*in pra.crimmin.in*

mi.in tract.de ind.& tort.§.Octauũ indicium,n.5. Corn.*cons.* 28.*n.*11.*lib.*1.Bald.*cons.*95.*regula iuris,col.*1.*lib.*1.Grammat. *cons.*35.*n.*25.Ioan.Maria Monticel.*reg.crim.*5.*n.*16. Bosi. *in tit.de indic.& de considerat. ante tort.num.*145. *post medium,* Conrad.*in pract.in titut.de testibus,*§. *personas testium aggrediendo,post n.*39.*fol.mihi* 86.*col.*2.*& in tit.de neg.crim. & tormen.post n.*24.*fol.*294.*col.*1.*in princip.*Ant.Gomez.*var.resol. tomo* 3.*c.*12.*rubr.de prob.delict.n.*16.*vers. Adde tamen,* Menoch.*de arbit.q.lib.*2.*casu* 474.*n.*28.Simanch.*de hæret.tit.*35. *n.*18.vbi Iudicis arbitrio remittit,quanta fides isto casu sit socio criminis adhibenda,Bertaz.*cons.*332.*ante n.*1.*lib.*1.Masc. *de prob.lib.*1.*concl.*476.*n.*7.*& lib.*3.*concl.*1311.*n.*22. *& concl.* 857.*n.*8.*lib.*2.Ludou.Peguer.*d.decis.crim.*5.*n.*13.Et sine dubio limitatio est* communis.

59 LIMITA III. Vt†idem sit in crimine læsæ maiestatis humanæ ad text.satis clarum,& expressum *in c.*1.*de confess.* vbi ad literã dicitur, *quòd de se cõfessi super illorũ consociis interrogari non debent* , crimine læsæ maiestatis excepto, & ibi hoc notat Abbas,& cõmuniter Doctores,facit text.*in l.quisquis, in fine,ad l.Iul.maiest.* Itẽ est textus pariter ad literã,*in c. nemini,*15.*q.*3. vbi quòd nemini præterquam de crimine læsæ maiestatis de se confesso credi potest super crimẽ alienũ,Salicet.*in l.quoniam liberi,n.*5.*v.Et in crim.læsæ maiestatis, Cod. de testibus,& in l.fin.n.*7.*in fine,Cod.de accusat.* Ang.*de malefic.in verbo,Quòd fama publica præceden.nu.*31.*vers.idem in crimine læsæ maiestatis,*vbi reddit rationem, quia tale crimen non potest vnus solus committere,Ludou.Bologn.*in Addit. ad Guid.de Suzzar. in tract.de indic. & tort.post n.*32. Boër. *decis.*319.*n.*2.Brun.*de indic.& tort.*1.*part.*3.*par.post n.*22.*v. idem dicit de his,qui contra Principẽ moliuntur* , Blanc.*de ind. ad l.fin.ff.de q.n.*371.*ad finem,vers.item in crimine læsæ maiestatis,& n.*373.*vers.item de eo,qui contra Principem molitur,* Carrer.*in pract.in tract.de indic.*§.*Octauum indicium,num.*2. *prope finem,& n.*5.Campeg.*de testib.reg.*86.*in* 8.*fallen.*Crot. *de testibus,in* 3.*par.n.*92.*vers.*1.*Fallit ista regula,* Capic.*decis.* 130.*n.*57.Foll.*in pract.crim.in verbo,item,quòd commisit crimen læsæ maiestatis,n.*2.*fol.mihi* 225.Gig.*de crim. læsæ maiest. lib.*2.*tit.quom.& per quos crim.læsæ maiest.prob.q.*7.*n.*2.Alex. *cons.*13.*n.*14.*vol.*3.Io Mar.Mon.*reg.crim.*4.*n.*10. Bosi.*in tit. de ind.& consid.ante tort.n.*145.*vers.Et in iis qui cõtra Principẽ moliuntur* , Conrad.*in pract.in tit.de test.*§.*personas testiũ aggrediẽdo,post n.*39.*fol.mihi* 86.*& in tit.de neg.crim.& torm. n.*24.*f.*293.Ant.Gom.*var.resol.tom.*3.*c.*12.*rub.de prob.delict. n.*16.*v.Adde tamẽ* Menoc.*de arb.q.lib.*2.*casu* 474.*n.*27.Viu. *in com.opin.v.in testẽ non admittitur socius criminis,post princ.* Roland. *cons.*68.*n.*4.*vol.*2. Ceph.*cons.*75.*n.*38.*& seqq.lib.*1.

60 Vbi † quòd socij criminis admittuntur in crimine læsæ maiestatis non solùm ad inculpandũ,sed etiã ad exculpandũ, de quo vltimo dixi *suprà,n.*10. *& seqq.* Claud. ad Bertaz.*in cons.*28.*in addit.litera A,*Masc.*de prob.lib.*1.*concl.*158.*n.*6.*& concl.*462.*n.*2.*& concl.*466.*n.*7.*& lib.*3.*concl.*1311.*num.*21. Decian. *cons.*18.*n.*62.*& seq.lib.*1. Lud. Pugue.*decis.crim.n.* 16.& faciunt Doctores allegati *in seq.limitatione.*

61 LIMITA IIII. In conspiratione,& cõiuratione,in qua socium coniurationis, & conspirationis pariter in testẽ admitti, probat textus *in cap.fin.*& ibi glos.*extra de testib. cogen.* qui loquitur in coniuratione facta contra Episcopũ Rauennatẽ, item text.*in c.si quis cum militibus,in fin.* 5.*q.*1. vbi loquitur de factione,& coniuratione inita,vel contra Principem, vel contra eius consiliarios,Salic.*in l.quoniam liberi,num.*5.*vers. Item coniurationis,& conspirationis,C.de testib.* Crot.*in tract. de testib.par.*4.*n.*92.Campeg.*de test.reg.*86.*in vlt.fallen.*Mars. *cons.*1.*n.*32.*& cons.*109.*n.*11.Alex.*cons.*13.*n.*14.*vol.*6.

Vbi generaliter dicit quòd ad probandũ conspirationẽ cõtra aliquẽ possunt admitti testes,& participes criminis,etiam quòd preciũ pro hoc recepissent , & iurassent non reuelare,

62 per tex.*in d.c.fi.de test. cog.* & † quòd conspiratio dici potest omnis cõuenticula,vel cõiuratio multorũ ad actũ illicitũ,per tex.*in c.cõiurationũ,cum* 4.*seq.capit.*11.*q.*1.& si Alex. videtur loqui generaliter in omni conspiratione facta etiã contra aliũ,quàm contra Principẽ, quod & idem voluit Conrad.*in pract.in tit.de testib.*§.*personas testium aggrediendo , in verbo, coniurat.n.*66. vbi facit conclusionẽ generalẽ, vt conspirator repellatur à ferendo testimonio contra eum,contra quẽ cõspirauit,per tex.*in c.conspiratores,q.*4.cũ aliis per Spec. *in tit.*

de testib.§.4.*col.*1.Bal.*in c.conuenticulas,in* 1.*notab.de pace iuram.firman.*& per Aufrer.*in tract.de prob.test.n.*27. & quòd cõspiratio nihil aliud est,nisi quædã conspiratio iurata in præiudiciũ tertij,secũdùm Fel. *in d.c.fin.de testib.cogen.* & ita etiã generaliter in omni conspiratione loquuntur Natta *in cons.* 138.*n.*22.*lib.*1. & Tibe.Decia.*in cons.*18.*n.*61.*& seqq.lib.*1. vbi ampliat,quòd tales socij criminis admittuntur, etiam ad condemnationem(quod non credo verum per ea,quæ dixi *supra,n.*39.*& seq.)*Gig.*de crim.læsæ maiest.d.*2.*tit.quom.& per quos crim.læsæ maiest.prob.q.*7.*n.*3.vbi de conspiratione cõtra Principem,Boër.*decis.*319.*n.*2.*vers.item in crim.conspirationis,*Ioan.Mar Monticel.*reg.crim.*4.*n.*18.*in princ.iuncto vers.* 10.*Limita,*vbi alios adducit concordantes & loquitur in crimine coniurationis,conspirationis,rebellionis,& subuersionis status,idem Conrad *in pract.in d.tit.de testib.*§.*personas testiũ aggrediendo,post n.*39. *fol.mihi* 86.*& in tit.de neg.crim.& tormen.post n.*24.*fol.mihi* 294.*in prin.* Viui.*vbi supra,sub d.ver. in testem admittitur socius criminis,* Campeg.*de testib.reg.*86. *in* 10.*fallen.* Menoc.*de arbit.q.lib.*2.*casu* 474.*n.*29. Masc.*de prob.lib.*1.*concl.*466.*n.*5.*lib.*3.*concl.*1147.*n.*38.*& concl.*1311. *n.*23 Ludou. Pegue.*decis.crim.n.*17. Ex quibus apparet sine dubio,quòd Doctores loquuntur non solùm in conspiratione , & coniuratione facta contra Principem,quo casu subintrant ea,quæ suprà deduxi in antecedenti limitatione,sed etiã in conspiratione facta contra priuatum, quo casu subintrant etiam tradita *infra,n.*68.*& seqq.* & alia pulchra ratione hoc idem firmat Ludo.Peguer.*d.decis.crim.*5.*n.*20.

LIMITA V. In crimine falsæ monetæ,†quæ cùm sub læ- 63
sæ maiestatis crimine claudatur,*l.si quis nummos,C.de fal.monet.*& regulariter non solet nisi cum pluribus fabricari,ideo de se confessus poterit etiam de aliis interrogari,& torqueri, ad text.*in l.*1.*in princ.facti consocios per tormenta illico prodituri,C.de fals.monet.* Salic.*in l.si.post n.*7.*C.de accusat. & in l. quoniam liberi post n.*5.*C.de testib.* Alber.de Malet.*in tract.de testib.par.*1.*c.*4.§.*expedita,post n.*67.*ad fi.* Crot.*de testib.par.* 3.*post n.*93.Campeg.*de testib.reg.*86.*in* 8.*fallen.* Gandin.*in tit. de q.& torm.post n.*16.*ver.Secundus in falsatoribus,* Guido de Suzzar.*in tract.de indic.& torm.post n.*51.*vers. Secundus est,* Ang.*de malef.in verbo,Quòd fama publica præced. post n.*31. *ver.In falsificantibus,* Brun.*de indic.& tor.*1.*par.quæst.*3.*n.*22. Blanch.*de ind.ad l.fin.ff.de q.n.*371.*in prin.& post num.*373. Boër.*decis.*319.*n.*2.*ver.Item in crimine falsæ monetæ,* Carrer. *in pract.crim.in* 2.*tract.de ind.& tor.*§.*octauum indicium,post n.*1.*ver.Vt falsam monetam committere,& in fine numeri,ver. Idem in falsificantibus monetam,* Io.Mõticel.*reg.crim.*4.*n.*13. vbi declarat,dummodo cõcurrant requisita,de quibus dicam *infra,in sublimitationibus,* Bosi.*in tit.de ind.& consid.ante tor. n.*145.*ver. Et in falsificatoribus monetarum.* Gramm.*cons.*21. *n.*3.*in fine,& decis.*28.*post n.*10.Conrad.*in pract.tit.de testib.* §.*personas testium aggrediendo sub n.*39.*fol.mihi* 76.Ant.Gomez.*var.resol.tom.*3.*c.*12.*rubr.de probat.delict.n.*16.*post ver. Adde tamen,* Menoch.*de arbitr.q.lib.*2.*casu* 474.*n.*35.Masc. *de probat.lib.*1.*concl.*466.*n.*8.*n.*3.*concl.*1311.*nu.*32. Lud.Peguer.*decis.crim.*5.*n.*18.Flam.Cartat.*in sua pract.interrog.reo. lib.*4.*cap.*1.*post n.*91. Tiber.Decian.*in suis tract.crim.lib.*7.*c.* 24.*n.*9.*par.*2.

LIMITA VI. In latronibus, † grassatoribus viarum,quos 64
posse de consociis interrogari , & torqueri,cùm crimen tale sit,quòd non soleat,nisi à pluribus committi,probat tex.*in l. prouinciarum,C.de feriis,*ibi,*nec differatur sceleratorũ proditio consiliorum,quæ per latronum tormenta quærenda est.*itẽ tex.*in l.Diuus ff.de cust.reor.ibi,vt irenarchæ cum apprehenderint latrones,interrogent eos de sociis,& receptatorib.* & per ista iura, hocidẽ affirmarunt,Sali.*in l.fi.post n.*7.*ver.Et ad hoc accedat, C.de accus.* Gand.*tit.de q.& torm.post n.*16.*ver.Primus casus est,* Guido de Suzzar.*in trac.de ind.n.*51.*v.Primus est in quibuslibet latronibus,* Crot.*de testib.par.*3.*n.*93.*v.Item latrocinia cõmittere,* Alb. de Malet.*in tract.de test.par.*1.*c.*4.§.*expedita, post n.*67.*ad fi.* Campeg.*de testib.reg.*86.*in* 5.*fall.* Brun.*de ind. & tor.par.*1.*q.*3.*n.*21 *in fi.* Blanch.*de ind.ad l.fi.ff.de q.n.*371. *in prin.& n.*372.*in fi.& seq.* Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de ind. & tor.*§.*octauũ indiciũ,n.*2.*ver.Ideo latrones.* Gram.*cons.*37.*n.* 14.*ad finem,& dec.*28.*post n.*10.Foller.*in pract.crim.in* 1.*par.* 3.*part.verbo,Et si confitebuntur,n.*102.*ver.Item in latrocinio, & num.centesimoquarto,* Conrad.*in pract.in titul.de testibus,*

§.*personæ testium aggrediendo,sub n.39.fol. mihi 86.& in tit. de negat.crim.& torm.n.24.fol.mihi 293.in fine*, Boss.*d.tit. de indic.& consider.ante tort.post n.45*.Menoch.*de arbit.q.lib.2. casu 474.n.20.in fine*,Bursat.*cons.201.n.58.lib.2.* Mascar.*de prob.lib.3.concl.1311.n.36.*Flam. Cartar.*in tract.de exequut. sententi,capto bannito,cap.2.sub n.59.*vbi refert Clar.*in pract. §.fin.q.21.ver.Dictum socij,ad finem*,dicentem,ita apud eum seruari in statu Mediolani,Ludo.Peguer.*decis.crim.5.nu.14.* vbi bene hanc comprobat limitationem,*& decis.37.n.3.ver. Et propter hanc rationem*,Carrer.*d.lib.4.c.1.post d.n.91.*

65 LIMITA VII. In crimine assassinij,† in quo posse assassinum de mandatoribus interrogari post gloss.& Bald.*in l.non ideo minus,n.1.C.de accusat.* voluit Paris de Put.*de synd.verbo,Tortus,cap.1.an stetur dicto torti,post num.25.ver.Et dicit Bald.fol.mihi 335.col.1.* Ang.*de malef.in verbo,Et Sempronii mandatorem,& n.3.vers. Et bene nota*,& ibi Aug.*in addit.n.* 4. vbi dicit hoc procedere propter immanitatem criminis, Ludou.Bolognin.*in cons.8.col.4.in prin.vers.In quo assassinamenti horrendo delicto*, prout illum referendo sequitur Boër. *decis.319.n.2.ver.Item etiam in crimine assassinamenti*, Carrer.*in pract.in 2.tract. de indicio,& tort.§.octauum indicium, n.4.*Gram.*decis.28.n.10.vers.Si tamen contra illos,& cons.35. n.26.*Foller *in pract.crimin 1 par.3.partis,verbo,Etsi confitebuntur,num.102.vers.Fallit*,secundùm Angelum, Conrad.*in pract.tit.de negat.crim.& tormen.n.24.fol. mihi 294.in princ.* Marsi.*in l.is,qui cum telo,n.74.C.de sicar.& cons.22.nu.15.*Io. Mar. Monticel.*reg.crim.4.n.22.& reg.8.n.28.& 29.*vbi etiam quòd facit indicium ad torturam, nisi de alio delicto sit infamis(de qua tamen declaratione latiùs dicam *infrà,n.178.*) Menoch.*de arbitr.quæst. lib.2.casu 474.n.32.* Gabriel. *lib.6. concl.n.25.*Bertaz.*cons.341.post n.9.lib.2.* Bursat. *cons.192.n. 5.lib....* Mascar.*de prob.lib.3.concl.1311.n.3.*Ludou. Peguer. *decis.crim.5.n.19.* ex quibus sine dubio patet ita communiter* fuisse à Doctoribus receptum,& faciunt ad hanc ampliationem etiam ea quæ posui *suprà,quæst.37.n.154.& seq.* vbi dixi,hoc esse generale in omni mandatario,etiam non assassino,quando non apparet in eo causa,cur ad delinquendum ex se ipso motus fuerit, item faciunt ea,quæ de mandatario dixi in simili *infrà.q.44.n.18.*

66 LIMITA VIII.In sacrilegio,† in quo socius criminis admittitur ad testificandum, Salic.*in l. quoniam liberi, post n.5. vers.Item sacrilegij,C.de testib.* Campeg.*de testib.reg.86.in 9. fall.*Boër.*dec.319.n.2.ver.Item in crimine sacrilegij*, Conrad. *in pract.in tit.de testib.§.personas testium aggrediendo,nu.39. vers.Tertiò,nisi particeps fuisset,fol.86.col.2.& in tit.de negat. crim.& torm.nu.24.fol.293.col.2.in fine.*Ioan. Mar.Monticel. *reg.crim.4.n.20.*Menoc.*de arbit.q.lib.2.casu 474.n.30.*Masc. *de prob.lib.3.concl.1311.n.24.*qui omnes adducunt ad comprobationem huius limitationis, text. *in capite in primis,2. quæst.1.& in capit.qui autem,17.q.4.*

67 LIMITA IX.In maleficis, † & mathematicis, quos posse de consociis interrogari,& torqueri, cùm sit delictum,cuius extirpatio spectat ad omnium salutem,per tex. *in l.fin.in fin. Cod.de malef.& mathemat.*scripsir Salic.*in l.quoniam liberi,n. 5.ver. Et in crimine matheseis,C.de testibus,& in l.fin.n.8.C.de accusat.& per text.prædictũ*,hoc idem voluerunt Ang.*de malef.in verbo,Quòd fama publica præcedente,num.31.ver. Item quando tendit ad salutem*,Gandin.*in tit.de q.& torm.n.26.ad finem,ver.Quartus,&c.*Paris de Put.*in tract.de syndic.verbo, Tortus,c.1.an stetur dicto torti post nu.25.vers.Etiam quando tendit ad communẽ salutem*,Campeg.*de testib.reg.86.in 6.fall.* Crot.*de testibus,par.3.n.94.*Brun.*de ind.par.1.q.3.n.20.in fi. ver.Item maleficus, & n.22.ver.Aut est delictum*, Blanch.*de ind.ad l fi.ff.de q.n.371.ver.Item maleficus,n.373.ver.in crimibus vero*,Carrer.*in pract.crim.in tract. de ind.§.octauum indicium,n.2.ad finem*,Foll.*in pract.crim.in 1.par.3.par. verbo,Etsi confitebuntur.n.102.ver.Nisi delictum*, Gram *dec.28. n.10.ad finem*,Boss.*in tit.de ind.& consid.ante tort.n.145.ver. In criminibus vero.*Ant. Gom.*var.resol.tom.3. cap.12.rub.de prob.delict.n.16.post ver. Adde tamen*,Conrad.*in pract.tit.de testib.§.personas testiũ aggrediẽdo.sub n.36.fol.86. & in tit.de neg.cri.& torm.v.Si persona.fol.294.col.1.ad fin.*Io.Mar.Monticel.*reg.crim.4.n.11.*Menoc.*de arb.q.lib.2.casu 474.*Masc.*de prob.lib.3.concl.1311.n.11.ad fin.& n.31.*Lud. Peguer.*decis. crim.num.15.*

LIMITA X.In delictis occultis,†difficilis probationis, & 68 in quibus veritas aliter haberi nõ potest,quàm per socios criminis:iis enim casibus cùm ob probationis difficultatẽ testes inhabiles admittantur, leuioráque sufficiant indicia, idcirco socium criminis admitti in testem,& consequenter ex dicto illius oriri indicium ad torturam cõtra nominatum,per text. *in dict.c.fin.extra de test.lib.cogen.*(qui text.vt adnotaui *supra, n.61.*loquitur in coniuratione)affirmarunt post alios quos allegant,Mar.*in l.1.§.Diuus Antoninus,in fin.n.21.ff.de quæst.* vbi generaliter dixit, quòd quando crimen per alios probari non potest, tunc indistinctè socius criminis admittitur in testem,Carrer.*in pract.crim.in 2.tract.de indic.& tort.§.octauũ indicium,n.12.* vbi quòd in casibus difficilis probationis socius criminis admittitur, & facit indicium,Dec.*cons.342.n.3.* vbi pariter generaliter concludit,quòd in materia,in qua alij testes haberi non possunt, socius criminis facit indicium ad torturam,per communem*regulam,quòd quando ex natura * facti alij testes haberi non possunt,admittũtur testes qui aliàs prohibentur,*l.consensu, C.de repud.c. veniens,in fi.il 2.de test. c.Et si Christus,in fine,de iureiur.*cum aliis ibi per eum allegatis,Gramm.*voto 3.n.6.* vbi loquens in homicidio per venenũ commisso,generaliter dixit,quòd in delictis occultis,probat cõtra socium,socius criminis,Aym.*cons.178.n.1.2.& 3.lib.1.* vbi loquens in furto commisso de nocte, pluribus comprobat,quòd in delictis,quæ clàm committuntur,socius criminis admittitur ad faciendum indicium ad torturam, Natta *cons. 298.n.9.lib.2.*vbi quòd socius criminis in subsidium admittitur in testem,putà in delicto facto domi,vel in capitulo Canonicorum,seu in aliis, in quibus alij testes ex natura rei haberi non possunt,& idem affirmauit Conrad. *in pract.in tit. de negat.crim.& torm.post num.24.ver.Quibus adde,etiam in subsidium*, Ioan.Mar. Monticel.*reg.crim.4.nu.17.& 18.* vbi inter alia exempla præcipuè exemplum ponit in delicto cõmisso de nocte Menoch.qui alios plures adducit concordãtes *in tract.de arb.quæst.lib.2. casu 474.n.36.* vbi loquitur in homicidio domi commisso, ac in omni alio delicto occulto, & secreto, dicítque iis casibus posse socium de consociis interrogari,Viu.*in commun.opin.sub vers. in testem non admittitur socius criminis*,Ceph.*cons.75.n.45.lib.1.*vbi quòd est indubitatum,socium criminis admitti,quando veritas aliter haberi non potest, Claud.*in addit.ad Bertaz.in cons.225.n.18. litera C,lib.1.*vbi quòd illud quod dicitur socium criminis nõ facere indicium ad torturam,non seruatur de consuetudine, maximè quando sumus in occultis,ex Bald.& Carrer.& aliis ibi per eum allegatis idem Bertaz. *cons.341.num.9.lib.2.* vbi loquitur in tractatu de occidendo, prout etiam loquitur *in cons.538.il 2.incip. Nulla indicio meo,n.6. & seqq. eodem lib.* Et ampliat hoc procedere non solùm,ad inculpationem, sed exculpationem,de quo latiùs dixi *suprà,n.10.& seqq.* Tiber. Decian.*cons.18.n.67.lib.1.*Mascard.*de prob.lib.1.concl.158.in 4.limitatione*,vbi refert ad crimen adulterij,de quo dicam *infrà in seq.limitatione,& concl.466.n.6.eodem lib.1.* vbi generaliter loquitur in subsidium,& quando veritas aliter haberi non potest,*& concl.1147.nu.37.& seqq.lib.3.*vbi ex Dec.*in præallegato cons.342.n.3.*testatur ita esse* communem regu- * lam,*& concl.1311.nu.33. & iterum in concl.1386.n.7. & 8. eodem lib.3.* vbi loquitur in tractatu. Ex quibus sine dubio apparet, hanc conclusionem non solùm esse à Doctoribus * communiter receptam,verùm etiam non habere contradi- * ctorem,quem inter legendum viderim.

Imò†& quod plus est,isto casu socij criminis,cùm à iure 69 ob difficultatẽ probationis admittantur,reputandi sunt testes idonei in omni exceptione maiores, vt in terminis voluit Dec.*in cons.342.n.3.ver.Et ista conclusio*,quem in proposito refert,& sequitur Mascar.*dict.concl.1147.n.39.* qui alios adducunt concordantes,nec dissentit Ant.Gomez.*var.resolut. tom.3.c.12.rub.de probat.delic.n.18.ver. Sed his non obstantibus*,vbi generaliter loquitur in omnibus casibus exceptis. Et † propterea non solùm vnus socius criminis facit indicium 70 ad torturam,etiam sine aliis adminiculis,sicut post Castren. & Matth.de Afflict.quos allegat,voluit Carrer.*in pract.in d. §.octauum indicium,num.12.*quem referendo sequitur Ioan. Mar.Monticel.*reg.crim.4.n.37.*Menoch.*de arbit.quæst.lib.2. casu 474.num.36.in fine,& post n.43.*vbi in idem etiam allegat Feder. Scot. *in consilio 10.numer.28.lib.2.tomo 2.*Verùm

† etiam

71 † etiam si plures sint socij plenè probant,& sufficiunt ad cõdemnandum,vt per Ant.Gomez.in loco citato, & post Castren. & Dec. per eum adductos voluit Aym. *in d.cons.*178. *post n.*3.& Aymonem refert,& sequitur Ludou.Peguer.*dec. crim.*17.*n.*44.*ad finem*, nec dissentit Dec. *in d.cons.*18.*n.*61.

72 *& seq.lib.*1.Vbi†præcipuè loquitur in conspiratione, etsi socij non sunt plures,sed depositio vnius socij sit adminiculata aliis præsumptionibus,& coniecturis,tunc pariter faciat plenam probationem,ad condemnandũ sufficientem,ex iis quæ in proposito latè deduxit Aym.*d.cons.*278.*per totum,lib.*1.

73 Contra†hanc limitationem de directo,faciunt ea,quæ *suprà* posui *in* 10.11.*&* 13.*ampliatione*,vbi dixi in crimine furti,falsi,& simoniæ, socium nõ posse de consociis interrogari, minúsque facere indicium ad torturã,nisi in casibus,in quibus adsint indicia,quòd plures interuenerint delicto, & tamẽ,vt suo loco dicetur,huiusmodi crimina esse difficilis probationis dubitandum non est:nec video textum *in c.fi.de test. cogen.*vnde limitatio prędicta sumitur per Doctores,bene istũ probare,quia textus ille loquitur in cõspiratione,& sic in delicto non solùm difficilis probationis, sed etiam quod regulariter cum pluribus committitur,& ideo subintrant ea, quæ dicam *infrà,in limitatione,n.*107. Nec etiã obstet,quòd vbi veritas aliter haberi non potest, ibi testes inhabiles admittũtur,quia istud procedit quo ad extraneos, & tertias personas litigantes, & quando testis inhabilis deponit de gestis per eos : secus,quando deponeret de eo,quod ipse fecit cũ alio, quia tunc eius dictum non valet,vt per Marsi.*in cons.*102.*n.* 7.Anch.*cons.*24.Gram.*cons.*59.*n.*15.Lud.Cat.*inter cons.crim. diuers.cons.*99.*post n.*25.*vol.*1.in partis,quos in proposito refert,& sequitur Menoc.*de arbitr.q.casu* 474. *post n.*67.*lib.*2.

74 Vnde ad euitandum†hanc contrarietatem,quæ aliter esset ineuitabilis,necesse est declarare limitationem prædictam,vt procedat non in omni casu,in quo veritas aliter haberi non potest, nec in omni delicto occulto,& difficilis probationis, sed tantùm in eo,quod vel de sui natura cõmittitur cum plu-
* ribus, * prout est conuentio, & tractatus,in quo loquuntur plerique ex Doctoribus suprà citatis,vel quando adsunt particularia indicia,quòd illud delictum cum pluribus commissum sit : istis enim casibus licitum est reum de se confessum interrogare de complicibus in delictis occultis, & difficilis probationis, secus in aliis, & licèt difficultas probationis soleat admittere leuiores probationes,non tamen operatur facultatem interrogandi reum de se confessum, de aliis sociis, & complicibus, quia inter casus exceptos à iure, in quibus potest socius de consociis interrogari,qui ponuntur per glos. Speculato.Hostiens.& Gandin.in locis per nos relatis, *n.*43. ac demum per Salicet.*in l.fin.C.de accusatio.* cuius magistra-
* lem doctrinam magis communiter*sequuntur Doctores,nõ reperitur expressè difficultas probationis, & ista est pura veritas,à qua si in examinibus reorum tu Iudex recederes, vtique errares iudicio meo.

Sed quid si reus in istis delictis occultis,& difficilis probationis,non interrogatus à Iudice,sed sua sponte narrando seriem facti nominet aliquem in consocium, etiam in casu,in quo delictum non erat tale, vt de consociis esset suspicandum, an talis nominatio faciat indicium ad torturam, vide *infrà,n.*189.*& seqq.*

75 Nec verum est,†quòd in delictis occultis,& difficilis probationis socij criminis, tanquam omni exceptione maiores, *l.si vnus sit,*sufficiant ad torturam, etiam sine adminiculis,si verò plures, ad condemnandum : quia quicquid in contrarium dixerint Doctores citati *suprà,num.*69.*& sequentib.*veritas est,quòd etiam in occultis vnus testis non facit indiciũ ad torturam,nisi sit omni exceptione maior,vel nisi coadiuuetur aliis adminiculis,vt dixi *suprà,quæst.*37.*n.*16.*& n.*62. *& seqq.*

Et in terminis in socio criminis voluit Boss.*in tit.de indic. & considerat.ante tort.num.* 166. & isto casu non etiam verum est,quòd tales socij criminis, tanquam testes omni exceptione maiores,plenè conuincant, quia cõtrarium probaui *suprà,hac eadem quæstione,n.*39.*& seq.*& declarat idem Boss. *in loco nuper citato,n.*167.vbi propterea dicit,quòd etiam in casu,in quo taliter veritas haberi non potest,duo socij criminis non sufficiunt ad condemnandum, licèt bene sufficiant ad torquendum,vt ibi per eum.

*Farin. Prax.crim.*1.*p.Tom.*2.

Sed†si cum depositione socij criminis concurrant non so- 76
lùm adminicula,sed etiam plures aliæ præsumptiones vrgentes,prout in casu suo considerauit Aym. *in d.cons.* 178. vbi enumerauit octo præsumptiones,tunc vtique non erit absurdum dicere posse Iudicem non solùm ad torturam deuenire contra inculpantem, in casu difficilis probationis, sed etiam omissa tortura ad condemnationem in pœnam extraordinariam prout etiam Deo dante dicam *infra*, *in tertio tit.de reo confesso,& conuicto*, quando disputabo,an ex præsumptionibus possit reus condemnari.

Hoc vnum nota in materia, † quando ad hoc,vt dicatur, 77
veritatem in proposito aliter non posse haberi,& consequẽter vt socij criminis licèt inhabiles in testes admittantur, non sufficit,quòd in delicto alij testes nõ interuenerint,sed quòd illud de sui natura sit tale,vt nec interuenerint,nec interuenire regulariter potuerint, & sic,vt dicunt Doctores, quòd actu,& habitu veritas per alios haberi non possit:secus si actu tantùm,& non habitu,quia etsi alij nõ interuenerint casu,si tamen interuenire poterant,non dicitur veritatem aliter haberi non posse,vt in terminis de materia socij criminis,declarat Natta *in cons.*298.*n.*9.*lib.*2.Io.Maria Monticel.*dicta reg. crim.*4.*n.*18.Bertaz.*in cons.*257.*n.*8.*lib.*Mascard.*de prob.lib.*3. *concl.*1311.*n.*34. apud quos reperies concordantes, sed pro nunc remitto me ad ea quæ dicam *infrà,in tit.de oppos.cont. test.in ea quæstione*,in qua disputabo,An,& quando testes domestici admittantur.

LIMITA XI.In crimine adulterij, † quod delictum cùm 78
non committatur in offensam alicuius principaliter, sed tantùm ad commodum delinquentis,iuxta doctrinam,& distinctionem Baldi *in l. repeti,*§.1.*ff. de quæst.* cum aliis infrà per nos allegandis,*n.*105. idcirco in eo posse quem de sociis interrogari,& cùm sit pariter delictum difficilis probationis, in quo veritas per alios haberi non potest, iuxta ea, quæ etiam posui *suprà,n.*68.eius nominationem facere indicium ad torturam,voluerunt Paul.de Castro *in cons.*348.*incip.Notandũ quòd adulterium,ad fin.n.*3.*lib.*1.Io.Mar.Monticel.*reg.crim.*4. *n.*18.*iuncto n.*30.Mascar.*de prob.lib.*1.*concl.*158.*n.*4.*& concl.* 56.*n.*14.*eod.lib.*1.† vbi ampliùs quòd crimen adulterij pro- 79
batur per iuramentum adulteri dicentis se cum vxore alicuius cõcubuisse,per tex.*in capit.continebatur,extra de desponsi. impub.*cum aliis per eundem Mascard.allegatis, *in concl.*312. *n.*23.*& seqq.& concl.*452.*n.*14 *eodem libro.*

Et ab iis non multùm differt†quod consuluit Alex.*in con-* 80
*clus.*13.*in fin.lib.*7. vbi quòd ad probandum vitam inhonestam, & meretriciam alicuius mulieris, admittuntur illi,qui cũ ea se copularunt,& Alex.refert,& sequitur Natta in *cons.* 205.*ad fin.n.*4.*lib.*1.quos pariter refert, & sequitur Masc. *de prob.lib.*1.*concl.*1063.*n.*38.*iuncto nu.*26.*&* 27.† vbi ampliùs 81
post Gram.*in cons.*58.*n.*19. *& seqq.* voluit sufficere isto casu dictum vnius nobilis asserentis se pecuniam dedisse mulieri ob copulam carnalem, & ante istos videatur Gandin.*in tit. quom.de malefic.cognoscam per inquisit.num.*12.vbi qnòd creditur testibus asserentibus se cognouisse eam, quæ falsò se virginem prætendebat,etiam quòd singulares sint de loco & tempore.

Contra † hanc limitationem tenuerunt Hostiens. *in sum.* 82
*de diuor.colum.*5.*vers. Caueat autem Iudex*,volens adulteratam contra adulterum nullam prorsus fidem facere, tanquã sociam criminis,*ad l.fi.*cum ibi notat.*C.de accusat.*prout illum refert,& sequitur Paris.*in cons.*64.*nu.*50.*lib.*4. Fulg.*in cons.*135.*in causa criminationis,col.fi.* prout illum pariter refert,& sequitur Menoc.*de arbit.q.lib.*2.*casu* 474.*n.*23.*lib.*2. Ias.*in cons.*22.*accusator Ioseph.Hebræus,per tot.lib.*1.vbi latè probat,quòd confessio illius,qui cum aliqua adulterium cõmisit, etiam si sit facta per modum testificationis in iudicio, non probat adulterium,tum quia est socius criminis,& infamis,tum etiam quia adulteri à testimonio repelluntur,prout etiam hos omnes,& refert,& sequitur idem Mascar.*de prob. lib.*3.*concl.*1311.*n.*8.Addo & Alex.*in cons.*157.*in prin.lib.*4. & Gram.*cons.*45.*num.*1.Honded.*cons.*100.*n.*11.*& seqq.*vbi aliis pluribus relatis concordantibus facit generalem conclusionem,quòd mulieri asserenti se carnaliter cognitam ab alio non creditur,nec talis assertio facit indicium ad torturam:& nanc contrariam opinionem sustinere volueris,non obstet, quòd adulterium committatur ad commodum delinquentis,

& nõ ad offensam alterius,iuxta distinctionem Bart.*in d.l.repeti,§.1.ff.de quæst.*quia,vt infrà dicam,*num.*106.Bartoli doctrina reprobatur per Salic.*in fi.Cod.de accusat.* & distinctio
* Salic.eo loci est magis*communiter recepta.Nec etiam obstet,quòd adulterium sit difficilis probationis , quia,vt suprà dixi,*n.*73.*& seqq.*difficultas probationis sola,nisi concurrant indicia,vel in genere,vel in specie,non operatur,vt de se con-
83 fessus possit de aliis interrogari. Minùs † obstat text. *in cap. continebatur,de desponsa.impub.*quia non loquitur ille text.in causa criminali , & in assertione adulteri iurata contra adulteram,vel è contrà, prout sunt termini propositæ ampliationis,& prout ad id textum illum inducit Mascard.*d.concl.*65. *n.*14.sed in causa ciuili,& in assertione viri dicẽtis medio iuramento se carnaliter cognouisse suam vxorem ad effectum impediendi separationem matrimonij , & sic etiam fauore matrimonij,prout etiam ita loquitur text. *in cap.si quis acceperit,*33.*quæst.*1.cum aliis per eum Mascard.allegatis *in dict. concl.*1312.*n.*23.*& seqq.* ideo non inferendum de vno casu
84 ad alium. † Et demum non obstent ea,quæ voluerunt Alex. *in d.cons.*13.*ad finem,lib.*7.& Natta *d.cons.*205.*n.*4.dum dixerunt inhonestatem & meretriciam vitam mulieris probari per eos,qui cum ea rem habuerunt carnalẽ:nam ex eo quòd quis rem habeat cum meretrice , licèt peccet,non tamen est infamis , & criminosus,ideo non est mirum , si probat,quia non potest dici socius criminis:at secus in eo,qui adulterium committit,quia non solùm dicitur criminosus,sed etiam dicitur committere grauissimum crimen , vt dicam *in* 3.*lib.in tit.de delictis carnis,in materia adulterij*,si dicendi tempus diuina maiestas concedet.

85 Quid dicendum?†Pro resolutione de duobus videndum est.Primò,an adulterium confessus possit interrogari de cõsociis putà lenonibus,mediatoribus,seu aliis participibus criminis. Secundò, an talis confessio probet contra dictos participes, & præsertim contra socium in ipso adulterio, vtputà contra adulteratam,vel adulterantem respectiuè,prout casus continget.Circa primum dico,quòd licèt adulterium sit difficilis probationis , adulter tamen non potest interrogari de consociis,lenonibus,mediatoribus,& participibus,nisi in casu,in quo adsint indicia,quòd adulterium fuerit commissum cum interuentu, & auxilio talium personarum,aliter secus, per ea,quæ mox dixi , dicto *n.*73.*& seqq.* quæ hîc repetere superfluum est.

86 Circa secundum dico,†quòd si adulter de se confessus in casu,in quo,vt duxi,adsunt indicia sociorum,& participum, interrogatus aliquem nominat , & inculpat,facit talis inculpatio indicium contra inculpatum,iunctis adminiculis,secus sine adminiculis,per ea,quę dicam *supra,in sublimitationibus, n.*145.*& seqq.* sed si interrogatur de consociis in casu, in quo interrogari non debebat , & tunc nec etiam cum adminiculis,talis inculpatio facit indicium,per ea,quæ pariter dici *suprà, in principio quæstionis,n.*2. & dicam *infra,n.*152. & faciunt ea quæ etiam dixi *suprà,n.*31. vbi probaui , quem dixi participem criminis,& non facere indicium ad torturam, nõ solùm quando delictum est vnum,& idem,sed etiam quando delicta sunt plura,sed inter se connexa, prout est lenocinium cum adulterio.Et hæc quoad mediatores,consultores, & alios participes adulterij.

87 Quo verò ad adulterantẽ & adulteratum,†an vnius confessio afficiat aliũm,dico quoad condemnationem non sufficit confessio adulteri,vel adulteratæ,vt probat text.*in cap.significasti,extra de adult.*& per istum textum post Ias.*in dict. cons.*22.*lib.*1 apertè sic tenuit Par.*in prælegato cons.*54.*n.*50. *lib.*4.& ante istos,idem voluit Pau.de Cast.*in d. cons.*348.*ad fin. lib.*1. vbi loquitur in duobus sociis criminis : dicitque quòd eorum nominatio non sufficit ad condemnationem,licèt bene ad torturam,& Alex.*in d.cons.*157.*in princ.lib.*4.

88 Quo† verò ad torturam pro concordia opinionum suprà relatarum,dic vt suprà,videlicet,quòd facit indicium,iunctis adminiculis,secus sine adminiculis.per ea, quæ in simili , in crimine stupri dicam *infrà,n.*99. & latiùs explicabo *infrà,n.* 145.*& seqq.* & ista est veritas , licèt Doctores non sic plenè distinguant.

89 LIMITA XII.In crimine sodomiæ,†in quo socium posse de consociis interrogari, & eius nominationẽ facere indiciũ ad torturam, scripsit Bos.*in tit.de indic. & consid. ante tort.n.* 106.vbi in hac limitatione adducit quinque rationes.Primò, quia in iis,quæ sui natura aliter haberi non possunt,socij criminis admittuntur,vt *suprà* dixi.*num.*68.

Secũdò, quia in delictis occultis Iudex semper debet esse promptior,& facilior ad torturam, *vt suprà.quæst.*37.*n.*150.

Tertiò , quia sodomia non committitur in iniuriam alterius sed ad sui libidinem , & voluptatem explendam , ideo subintrat limitatio , de qua *infrà, hac eadem q.n.*105.

Quartò,propter immanitatem criminis,iuxta gloss.*in l.fin. in verbo,Conscientia,Cod.de accusat.*& iuxta ea,quæ posui *suprà,num.*59.

Quintò,& vltimò,quia hoc crimen sine socio non committitur,per ea , quæ etiam posui *infrà,n.*107. & idem affirmarunt Plot.*inter cons.crim.diuers.cons.*132.*n.*23.*vol.*1.Lud. de Alpher.*inter eadem consil.cons.*143.*n.*8.*eod.lib.*Ant.Gom. *var.resol.tom.*3.*c.*12.*rubr.de prob.delict.n.*16.*post vers. Adde tamen*,& hanc opinionem*communiter receptam esse testa- *
ri videtur Thom.Triuisan.*dec.crim.*14.*n.*1.

Et hanc† limitationem non solùm in stupro commisso in 90
marem,vt suprà, sed in stupro commisso in fœminam,quòd dicto stupratæ stetur contra stuprantem, post Anan. *in cons.* 1.& post Castrens. *in cons.*1219.*in fine* , quos allegat, voluit idem Boss.*in loco præcitato, dicto n.*160.*vers. Et facit pro hac opinione*,& in rata quòd eius confessio,& assertio faciat indicium contra rapientem,voluit Carrer.*in pract.cri.in* 2.*tract. de indic.& tort.*§.*decimum indicium,n.*4. quem refert, & sequitur Menoch.*de præsumpt.lib.*1.*q.*89.*n.*82.

Et quod plus est, † quòd siue sodomiam passus sit maior, 91
siue minor viginti,aut quatuordecim annorum,faciat adhuc indicium ad torturam contra nominatum,scripsit idem Boss. *sub d.n.*160.*vers.Et eò magis,& vers.licèt prædictæ opiniones*, vbi respondet *l. in testimonium,ff.de testib.* dicens , quòd illa lex non procedit in illis delictis,quæ sui natura fiunt sine testibus , prout est sodomia ad scripta per Ias.*in l.*1.§.*si tibi iudicium,col.fin.ff.de condictio. ob turp.causs.*cum aliis congestis per Mars.*in pract.crim.*§.*diligenter,n.*8.*& seqq.* vbi pluribus probat,quod in casu in quo veritas aliter haberi non potest, dictum impuberis facit indicium non solùm ad inquirendum,sed etiam ad torturam,& Boss. *vbi suprà* referendo sequitur Plot. *d.cons.crim.*132.*sub n.*23. Calcan.*cons.*110.*n.*8. Mascar.*de probat.lib.*3.*concl.*1313.*n.*9.*& seqq.*vbi adhuc dicit,quòd Parisius,& Marsilius infrà in contrarium allegandi, loquuntur in casu, in quo minor vltra minoritatis defectum erat vilissima persona , & pauper , & sic patiebatur alios defectus.

Et†quando sodomitatus fuit patiens non sponte, sed per 92
vim,tunc cùm non dicatur delinquere,*ad l.si vxor,*§.*si quis, ff.ad l.Iul.de adulte.* cum aliis per Tiraquel. *in tract. de pœn. temperan.causa* 36.*n.*51.*& seq.*& consequenter,nec etiã possit dici socius criminis , idcirco eo magis eius inculpationem indicium facere ad torturam , videtur fuisse de mente Ploti *in d.cons.*132.*n.*24.*ad finem,* & Lud. de Alpher.*d.cons.*143. *n.*9. Thom. Triuisan. *d.decis.crim.*14.*n.*4.vbi refert Plot. & Ludouic. de Alpher.*in locis præcitatis* , & declarat hanc opinionem quomodo procedat,eum videas.

Contrarium,† quòd immò dictum sodomitati non faciat 93
indicium ad torturam expresè consulendo , voluit Mars. *in cons.*28.*n.*16.*& seqq.vol.*1.tum quia asserendo se suppositum per sodomiam fatetur se infamem,*vt in authen.vt non luxur. coni.natur.& in l.cùm vir,C.de adult. & in cap.clerici,de excess.prælat.& in cap.flagitia,& cap.sequen.*32.*q.*7.*infamis autem a testimonio repellitur*,Specul.*in tit.de teste,*§.*primo,vers. item quòd est infamis.*tum etiã quia allegans turpitudinẽ suam non est audiendus,*cap.inter dilectos,extra de donat. cap.cùm super,de conces.præbend.*cum aliis ibi allegatis per eum,quem etiam referendo sequuti sunt Grammat *dec.*28.*n.*14.*& cons.* 65.*n.*2.*& seqq.*vbi loquitur in depositione duorum sociorum criminis,*& decis.*40.*n.*16 Paris.*cons.*163.*n.*7.*&* 8.*lib.*4.Honded.*in cons.*100 ferè per totum, vbi latissimè hanc defendit opinionem à contrariis ibi per eum propositis.

Et † hanc contrariam opinionem procedere non solùm in 94
stupro commisso in marem,sed etiam in stupro commisso in fœminam affirmarunt Alex. *cons.*157.*in prin.lib.*4. Gramm. *cons.*45.*num.*1.Boër.*decis.*319.*nu.*1.cum aliis in simili in crimine adulterij allegatis *supra,n.*81.& in specie non esse credendum

dendum mulieri asserenti se vim passam, & ob id dicenti se stupratam, vel de stupro tentatam affirmarunt Aym. *cons.* 41. *n.* 2. Grat. *cons.* 52. *n.* 28. *lib.* 1. Horat. Lut. *inter cons. crim. diuers. cons.* 161. *n.* 9 & 10. *lib.* 1. *in folio*, Paris. *cons.* 160. *n.* 24. Cephal. *cons.* 140. *n.* 28. Bursat. *cons.* 69. *n.* 19. & *cons.* 239. *n.* 33. Bertaz. *cons.* 3. *n.* 4. & *cons.* 167. *n.* 9. Vulpel. *cons.* 30. *n.* 1. & *n.* 5. & 6.

* vbi testatur de communi, * & ampliat etiam quòd deponat in tortura, & *cons.* 94. *n.* 3. & 4. vbi quòd mulieri asserenti, sibi violentiam illatam, non creditur, etiam quòd cum eius assertione concurreret depositio mariti, Mascard. *de prob. lib.* 3. *concl.* 1129. *n.* 5. *ad finem*, & pro hac contraria opinione sicut suprà ampliata vide omnino Honded. *cons.* 100. *ferè per totum, in discursu.*

95 Et multò magis in minore sodomitato, † quòd eius dictum non faciat indicium ad torturam, affirmarunt Mars. *d. cons.* 28. *n.* 13. & *seqq.* Paris. *cons.* 163. *num.* 6. *volum.* 4. Roland. *cons.* 3. *n.* 26. & *seq. vol.* 3. Gramm. *d. decis.* 40. *n.* 16. & *seq.*

96 Et demum in eo, † qui dicit se sodomitatum per vim, licèt non dicatur socius criminis, & non puniatur ex allegatis per Ludou. de Alpher. *in d. cons. crim. diuers.* 143. *n.* 9. Plot. *in cons.* 132. *n.* 24. *in fine, vol.* 1. quòd non per hoc dicatur habilitatus ad testificandum, videtur de mente Anan. *in cons.* 59. *col.* 2.

97 *vers. Non obstat si dicatur:* † immò nec etiam credi, quòd quis per vim fuerit passus sodomiam, nisi probet, videtur etiam de mente Boër. *in d. decis.* 319. *eodem n.* 7. vbi loquens in muliere stuprata, affirmat non esse credendum mulieri dicenti se per vim ab aliquo fuisse cognitam, ergo itidem nec creden-

98 dum est masculo dicenti se per vim sodomitatum, † & in hoc potissimùm fore attendendas circumstantias loci, & qualitatẽ personarum, dicit Bertazz. *cons.* 71. *n.* 64. *ver.* 4. & *n.* 65. *lib.* 1. Honded *d. cons.* 100. *n.* 26. vbi de muliere dicente se verberatam & percussam ab eo, qui ipsam præpostera Venere cognouit.

99 Quid dicendum? † Dicas quòd dictum stuprati, siue maris, siue fœminæ, & siue maioris, siue minoris, & siue sponte siue per vim, facit indicium ad torturam contra stuprantem, & è contrà cum adminiculis, sine autem adminiculis secus iuxta ea quæ in simili in crimine adulterij, dixi *suprà, n.* 88. & hæc distinctio sicut apud nos in practica prævaluit, ita etiam vide-

* tur communiter* recepta per Doctores suprà ab vtraq; parte allegatos, vt per Mars. *in cons.* 28. *n.* 16. *in fine, & seq.* Boss. *d. tit. de ind. eodem n.* 160. *vers. ita tamen, iuncto n.* 166. Plot. *d. cons.* 132. *sub n.* 23. *iuncto n.* 25. & *seq.* Bertaz. *d. cons.* 71. *n.* 66. *vol.* 1. nec dissentire videtur Tho. Triuisan. *d. dec.* 14. *n.* 1. *vers. Maximè si concurrant, &c.* Honded. *cons.* 100. *n.* 16. *ver. Vel si socius crim. iuncto & n.* 3. vbi testatur de indubitata opinione.

100 Sed † an sodomiam passus possit de consociis interrogari, hoc est, de lenonibus, mediatoribus & similibus? Et an etiam ab aliis fuerit sodomitatus? Dic quòd non, nisi adsint indicia, quòd aliàs deliquerit, vel quòd in confessato delicto interuenerint tales personæ, per ea, quę in simili in crimine adulterij, dixi *sup. n.* 85. & generaliter in omnibus delictis, difficilis probationis, *n.* 73. & *seqq.* Quæ cò magis procedunt in hoc crimine, in quo non solent testes vocari, nec cum aliis extraneis tractari, & sicut confessus vnum delictum, non potest de aliis interrogari, nisi præcedant legitima indicia, secundùm verio-

* rem, & magis communem * opinionem, quam latè probaui *suprà, q.* 37. *n.* 163. & *seqq. hoc eo. tit.* ita pariter & confessus se ab vno sodomitatum, non debet interrogari de aliis, de qui-

* bus non extant indicia, & ita apud nos cõmuniter* seruatur.

101 Hoc vnum nota, † quòd nunquam dictum sodomitati faciet indicium ad torturam, nisi illud fuerit etiam in tortura confirmatum, per ea, quæ generaliter dicam infrà in sublimitationibus, *n.* 134. & in terminis scripserunt Boss. *in tit. de ind. & considerat. ante tort. n.* 160. *ver. ita tamen*, Plot. *d. cons. crim. diuer.* 132. *in fi. & n.* 24. (vbi tamen declarat secus esse in sodomitato per vim, sed hanc declarationem ego non credo veram, per ea quæ posui *suprà, n.* 69. & *seqq.*) Bertazz. *d. cons.* 71. *n.* 66. *vol.* 1. Honded. *cons. ... post n.* 16. *iuncto n.* 26. vbi loquitur etiam in eo, qui dicit se per vim sodomitatum, & sic contra prædictam Ploti declarationem.

102 LIMITA XIII. In lenocinio, † in quo socius criminis, in testem admitti voluit Salic. *in l. quoniam liberi n.* 5. ibi, *vt puta in causa lenocinij, C. de testibus.* & Salicetum referẽdo sequuti sunt Gram. *cons.* 35. *post n.* 26. Conrad. *in pract. tit. de testib.* §. *personas testium aggrediendo. post n.* 39. *fol. mihi* 86. *col.* 2. Menoc. *de arbit. quæst. lib.* 2. *casu* 474. *n.* 38. *cent.* 5. sed certè Salicetus eo loci, hoc non dicit, & illius lectura est corrupta: qua voluit dicere non *lenocinij*, sed *latrocinij*, quod patet expressè, quia ad id allegat tex. *in l. diuus, la* 2 *ff. de custod. reorum, & in l. prouinciarum ff. de fer.* quę iura non de lenocinio, sed de latrocinio loquuntur, vt suprà deduxi, *n.* 62. ideo cùm lenocinium negari non possit quin sit delictum difficilis probationis, ex quo occultè & secretè committi solet, idcirco dic in eo, vt dixi suprà generaliter *n.* 68. & *seqq. in decima limitatione*, & particulariter, *vt n.* 85 & 100.

LIMITA XIV. In † crimine suppositi partus, quod crimen 103
cùm sit difficilis probationis, & in eo per alios veritas haberi non possit, ideo socios & participes criminis in testes admitti consuluit Dec. *in cons.* 342. *n.* 2. & 5. *lib.* 2. vbi loquitur in depositione duarum mulierum super suppositio partu, & vult quòd plenè probent etiam quod sint sociæ, & participes illius suppositionis, quòd etiam voluit, & latè comprobauit Ruin. *in cons.* 185. *n.* 14. *vers. Sed tamen præmissis non obstantibus, & seqq. lib.* 5. Rim. 158. *post n.* 3. *lib.* 1. Menoc. *de arbit. q. lib.* 2. *casu* 474. *n.* 67. *cent.* 5. Mascar. *de prob. lib.* 3. *concl.* 1311. *n.* 56. & latiùs *concluf.* 1147. *n.* 35. & *seqq.*

Qui † quidem Doctores loquuntur præcipuè non quando 104
agitur criminaliter contra aliquem participẽ huius criminis, sed quando agitur ciuiliter, vt purà ad priuandum hæreditate paterna filium suppositum, & sic contra tertium non participem criminis, quo casu nõ est mirum, si socij criminis admittuntur in testes, quia hoc generale est, etiam in omnibus aliis delictis, vt dicã *infrà, n.* 111. & *seqq.* (& ex ibi traditis declara hanc limitationem.) verùm vbi agitur criminaliter contra participẽ criminis, dic, vt generaliter dixi de aliis delictis difficilis probationis, *supra, n.* 68. & *seqq. in* 10. *ampliatione.*

LIMITA XV. Vt † regula procedat in delictis, quæ princi- 105
paliter committuntur in alterius iniuriam, & odium, prout est homicidium: in iis enim de se confessus verum est, quòd non potest de consociis interrogari, *vt in l. repeti* §. 1. *ff. de q. & in l. fi. C. de accu.* secus in delictis, quæ principaliter committũtur nõ in iniuriã, & offensam alterius, sed in cõmodũ delinquentiũ, prout est falsare monetam, & latrocinia facere, quia latro non habet odio eum, cui furatur sed diligit eius pecuniam, & ideo in iis, & similibus delictis permissum est à iure reos de consociis interrogare, vt *in l. Diuus ff. de cust. reo. & l. prouinciarum, ff. de feriis.* Ratio diuersitatis est, quia primo casu non deficit is, qui delinquentes potest accusare, non sic in secũdo, ideo in eo permittitur Iudici magis inquirere, & hanc distinctionem posuit originaliter Bar. *in d. l. repeti*, §. 1. *ff. de q.* quẽ sequuti sunt Alex. *in cons.* 69. *n.* 8. *lib.* 2. & *cons.* 127. *n.* 5. *in fi. lib.* Abb. But. Dec. & alij relati per Blanch. *de ind. ad fi. ff. de q. n.* 371. *ver. Dictum hoc Bartoli, & n.* 373. *ver. Si nolumus*, vbi Bartolũ ab impugnatione Sali. in loco mox citanto defendit Mar. *in l. Diuus Antoninus, n.* 5. *ff. de q.* Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, quòd fama publica præced. post n.* 106. vbi quòd hodie assessores communiter* videntur obseruare hanc Bar- *
toli doctrinam, Ruin. *cons.* 146. *n.* 9. *lib.* 5. Gram. *cons.* 22. *n.* 3. *in fi. & n.* 4. vbi ex Bal. *in cap. extra de confess.* Bartoli hanc distinctionem esse satis æquam testatur Crot. *in tract. de testib. par.* 3. *n.* 93. *ver.* 2. *fallit*, Conrad. *in pract. tit. de testib.* §. *personas testium aggrediendo, n.* 29. *vers. & inquit Abbas fol.* 86. *col.* 2. Rol. *cons.* 73. *n.* 3. *vol.* 1. Ioan. Mar. Monticell. *reg. crim.* 4. *n.* 30. Lud. Peguer. *decis. crim.* 37. *n.* 3. *ver. contrariam tamen opinionem, iuncto ver. Et quamuis hæc Bar. distinctio.*

Contra † hanc Bartoli distinctionẽ acerrimè insurgit Salic. 106
in l. fi. n. 6. *C. de accus.* nã latro (inquit ipse) licèt affectet res, & non personam, secundùm Bart. *in d. l. repeti*, tamen hæc affectio fit cum iniuria domini, ideo nõ deficit qui socios, & participes accusare possit, & ex hac ratione si vera esset Bart. cõsideratio, non deberet latro per Iudicem de sociis, & participibus interrogari, & tamen contrarium est in iure cautum, vt suprà deduxi, *n.* 64. item maleficus in alienũ odium sua facit maleficia, & ex hoc si pariter vera esset Bartoli distinctio non posset de cõsociis interrogari, & tamẽ, vt suprà probaui *n.* 67. etiam in iure contrariũ est resolutum, idem dici potest de crimine læsæ maiestatis, quod etsi in odium & offensam Principis committatur, interrogatur tamen in eo reus de sociis, & participibus, vt etiã probaui *suprà, n.* 59. & demum in homi-

cidio,quod principaliter in alterius offensam cõmittitur.pone seruos de sociis interrogari,est tex.*in l....§.fi.de quæst.*quare ex his rationes,& considerationes per Bar.consideratæ in illa sua distinctione corruunt omnino,vt ibi per Sal.qui aliam ex capite suo,& veriorem,& generaliorem affert distinctionẽ,quã hîc non repeto,cùm de ea sparsim in hac quæstione in singulis limitationibus,& sublimitationibus dictum fuerit.

* Et hanc Sal. opinionem magis*communiter fuisse à Doctoribus receptam dubitandum non est,& eam in specie probarunt Brun.*de ind.& tort.par.1.q.3.n.20.vers.Istam rationem.* Carrer.*in pract.in 2.tract.de ind. & tort.§.octauũ indicium,n.2.vers.Hanc rationẽ*,idem Gram.*cons.*37.*n.*14.*v. Nec obstat dictũ Bartoli*,vbi quòd Bart.*in dicta l. repeti* non bene loquitur Natta *cons.*298.*n.2.post mediũ,lib.*2.vbi quòd verba Bartoli non habent saporẽ,& quòd rationes,& considerationes Salic.sunt efficaces,Boss.*in tit.de indic. & consid.ante tort.n.*143.*iũcto n.*145.vbi quòd distinctio Salic.est facta cum maxima ratione,& porrigit lumen omnibus casibus,qui in proposito possent contingere, & in practica seruatur : nec ab ea dissentit Menoc.*de arbit.q.lib.2.casu* 474.*n.*17.*iunct.n.*20.*v. Qui quidem*,Masc.*de prob.lib.*3.*concl.*1311.*n.*3.*v.sed licèt isti.*

107 LIMITA XVI.In delictis,† quę de sui natura solent cum pluribus committi:nam tunc poterit de se confessus interrogari de aliis,qui illius delicti participes & socij fuerint,secundùm distinctionem Salic. *in d.l.fin.n.*7.*in princ.ff.de accusat.* quem in proposito sequuti sunt,Ang.*de malef.in verbo, Quòd fama publica præced.post n.*31.*vers.Si verò*, Brun. *de indic. & tort.par.*1.*q.*3.*n.*21.*in fine*,Lud.Bolognin.*in addit.ad Guid.de Suzzar.in tract.de indic.& tort.post n.*52.Gramm.*decis.*28.*n.*13.*& cons.*35.*n.*36.Blanch.*de indic.ad l.fin.ff.de q.n.*372.*ver. Aut persona accusata*,Foll.*in pract.crim.in* 1.*par.*3.*part. verbo, Etsi confitebuntur,n.*162.*vers.Aut liberæ conditionis*,Conrad. *in pract.in tit.de negat.crim.& torm.post n.*24.*v.Si persona est liberæ conditionis , fol.mihi* 294.*col.*1.Carrer.*in pract.in 2.tract.de ind.& tort.§.octauum indicium,n.2.vers.Et in aliis delictis,& vers, Aut liberæ conditionis*, Ant.Gomez.*var.resol. tom.*3.*c.*12.*rub.de prob.delict.n.*16. *ad finem,vers.Et regulari-*

* *ter dico*,vbi testatur de communi*Doctorum opinione Boss. *in tit.de indic.& consider.ante tort.n.*145. *vers. Aut est liberæ conditionis*.Ioan Maria Monticel.*reg.crim.*4.*nu.*31. vbi ponit exemplum in amotione alicuius magni termini in confinio positi,vel in subtractione columnarum , seu magnarum trabium,Bonacoss.*in 2.opin.2.par.v. Socius de socius interrogari*

* *potest,fol.*70.*col.*4.vbi pariter testatur de cõmuni,*ex Quintil.Mandos.*in apostil.ad repertor.inquisit.in verbo,Confessio,litera S.pag.*17.Decian.*cons.*18.*n.*63.*ver.Quæ eo maxime,lib.*1. Flam.Cartar.*in sua pract.interrogan. reo.lib.*4.*cap.*1.*n.*90.

108 Contra† hanc limitationem insurgit Natta *in cons.* 298.*n.2.ad medium,ver.Quanquam hæc doctrina*,vbi dicit,quòd nõ sibi videtur idonea causa admittendi criminosum contra socium, eo quia ad crimen committẽdum opus sit multitudine sociorum,attento quòd contrarium videtur statutum in iure in malefico,& mathematico,per text.*in l.fin. C.de malefic.& math.*vbi in maleficiis,quæ contrahuntur cum artibus magicis,socius contra socium auditur, licèt in illis non requiratur plurium societas:ergo non est verum,quòd interuentus plurium in delicto præbeat causam interrogandi reum de consociis , & pro hac contraria opinione addo etiam nouissimè Ludou.Peguer.*decis.crim.*5.*n.*8.vbi in hoc expressè reprobat doctrinam Salic.*in d.l.fi.C.de accusa.*

109 Verùm† non per hoc recedas à proposita limitatione,quæ verissima est, & in practica seruatur , & Nattæ consideratio leuissima est:nõ enim dicit Salic.quòd vbi in delicto non solent interuenire plures,ibi reus de consociis nõ interrogatur, & sic non loquitur negatiuè : si enim ita diceret,subintraret motiuum de malefico,& mathematico (nisi contratium alia ratione suaderetur)sed loquitur affirmatiuè dicens, quòd vbi in delicto plures verisimiliter interuenerunt, tunc reus de se solo cõfessus potest de aliis interrogari,& verum dicit,& nihilominus,etiã quòd Salicetus negatiuè loquutus fuisset,adhuc bene dixisset,quia iam ipse fecit aliam cõclusionẽ,quòd scilicet in delictis,quorum castigatio & extirpatio ad omniũ salutem spectat,potest reus de se confessus de aliis interrogari,etiam quòd non soleant talia delicta cum pluribus cõmitti,& sic licèt maleficus,& mathematicus non debuisset interrogari de consociis ex illa ratione per Nattam considerata, quod non solet cum pluribus committi:potuit tamen interrogari ex eo,quòd castigatio horum criminosorum ad omnium salutem spectat præcipuè , vt suprà latiùs probaui, *numero* 67.

Et non solùm credo,quòd possit reus de consociis interro- 110
gari.quando delictum de sui natura est tale,vt verisimiliter non nisi cũ pluribus fuerit cõmissum,sed etiã si de his natura tale non sit,dummodo adsint indicia, quòd à pluribns fuerit vel commissum,vel tractatũ. Ponamus exemplum in homicidio,quod sine dubio de sui natura,etiam ab vno solo potest committi,& nihilominus suaserunt indicia quòd in eo plures interuenerint,vel quòd fuerit à pluribus tractatum,quis dubitat, quin & illud cõfessus possit etiam de aliis interrogari? Imò & potest interrogari in specie, quando aliqua sunt specialia indicia,prout intrà dicam,*in 2.sublimitatione,n.*132. & fuit de mente Blanch.*in tract.de ind.ad l.fi.ff. de quæst.post n.* 379.vbi isto casu dicit sufficere indicia de consociis,vel generalia,vel specialia,& Blanch.refert, & sequitur Additionator ad Carrer.*in pract.in eius repertorio post ver.Socij criminis exculpatio*,ibi,*circa primum,& c.*& optimè faciunt,quæ dixi *supra,q.*37.*n.*154. vbi probaui,quòd homicida , siue vilis,siue nobilis,& siue assassinus,siue nõ potest interrogari,& torqueri de mãdatoribus,quando nullã habebat causã occidendi,& sic aderant indicia,quòd illud homicidium de alterius mandato commiserit:ita pariter poterit de aliis consociis interrogari,quando adsunt indicia,quòd plures interuenerint , vel tractauerint,& ita etiã fuit de mente Lud. Peguer.*dec.crim.* 5.*n.*7.& hoc in practica nõ habet difficultatẽ,tam in homicidio,quàm in aliis delictis quoad effectũ,vt possit interrogari,sed non ad effectũ torquendi nominatũ,vt in specie declarauit Alb.*in dicta l.fin.in fine,C.de accusat.* nisi alia concurrat præsumptio,iuxta ea,quæ scripsi *infrà,n.*145. *& sequentibus.*

LIMITA XVI.Quando† agitur ciuiliter,quo casu socios 111
criminis non solùm admitti in testes,verùm etiam plenam facere probationem,voluit Salic.*in l.fin.n.*11.*C.de accusat.* per tex,in *l.quæro,§.fin.ff.de ædil.edic.& in l.cùm seruũ,& in l.Quicunque*, & ibi glos.*in verbo, Interrogatione,in fine , C.de seru. fugit.*Ruin.*cons.*105. *ad fin.n.*8.*lib.*4. & latiùs in *cons.*158.*n.* 15.*lib.*5.vbi allegat text.*in capit. quoniam , extra de testibus*, Spec.*in tit.de teste,§.*1.*n.*38.*ver. quid si quatuor*,Aret.*in cons.* 62.*in causa illorum de Masio.*& Ias.*in l.*4.*§.si tibi.ff.de condic. ob turp.cau.*& loquitur ibi Ruinus quoad plenam probationẽ,Mars.*in l.*1.*§.Diuus Antoninus,n.*20.*ff.de quæst.* Soc. *reg.* 425.*in 2.fallent.*Boër.*decis.*319.*ver. Intellige hanc conclusionẽ esse veram*,Conrad.*in pract.in tit.de testibus,§.personas testiũ aggrediendo,nu.*39. *ver.*2.*vbi particeps.fol. mihi* 86.*col.*2. Io. Mar.Monticel.*reg.crim.*4.*n.*23.Menoc.*de arbit.qu.lib.*2.*casu* 474.*n.*66 Bertazz.*cons.*538.*n.*5.*lib.*2.Masc.*de prob.lib.*3.*concl.*1311.*n.*55.& faciunt,quæ in specie dixi,quando agitur de partu suppositio ciuiliter, *suprà,n.*103.*&* 104.

Contra hanc limitationem,† quæ sine dubio,vt ex præal- 112
legatis apparet,cõmuniter*recepta est à Doctoribus,fortiter* facit alia cõmunis,* & verissima conclusio Doctorum volẽ-* tium,quòd criminosus à testificando repellatur,tam in criminalibus,quàm etiam in ciuilibus,*capit.super eo,il primo*,& ibi gl.*capitulo,testimonium,extra de testibus,capit.constituimus,*3.*quæst.quinta* Spec.*in tit.de teste,*§.1.*n.*24.*ver.Item opponitur, quòd est criminosus*,cum aliis quos allegabo, *infrà,in sequenti tit.de oppos.cont.test. in materia testis criminosi*, si criminosus repellitur,ergo repellendus est etiã socius criminis,præsertim quando crimen,quod fatetur, est tale,quòd infamiã irrogat.
† Tunc enim succedit alia cõclusio,quòd infamis,siue in cri- 113
minalibus,siue in ciuilibus, semper à testimonio repellitur,*l.* 3.*§.lege Iulia.ff.de testibus,capit.præterea , de testibus cogen.l. infamẽ,ff.de pub.iudic.*Nescio ergo,quomodo Doctores præfati voluerint socium criminis in ciuilibus admitti ad testificandum,etiam quoad plenã probationẽ , postquam etiam in ciuilibus omnis criminosus,& præcipuè infamis à iure repellitur à testimonio , vt suprà : quod & video animaduertisse Aymonem in præallegato *cons.*178.*post n.tertium,vers.Quia in ciuilibus.* † vbi dixit,quòd nedum in criminalibus, sed nec 114
etiam in ciuilibus testis vnus facit semiplenam probationẽ, nisi sit omni exceptione maior,ergo nec duo faciunt plenam probationem,nisi sint tales,& consequenter absurdum videtur

tur dicere, quòd duo socij criminis in ciuilibus plene probẽt, prout dicunt Doctores præcitati in limitatione.

115 Quid dicendum? † Pro euitatione huius contrarietatis quã in proposito non video à Doctoribus consideratam, necesse est dicere, vel quòd socij criminis licèt in ciuilibus admittãtur in testes, non tamen admittantur ad plenam probationẽ, prout voluerunt Doctores relati *suprà, n.* 111. sed tãtummodo ad præsumptionẽ faciendam, iuxta ea, quæ dixi *supra, n.* 7. & in specie ita videtur fuisse de mente gl. *in d. cap. quoniam, in verbo, milites,* iuncta alia gl. *in verbo, Peregisse, extra de testibus,* vbi ad euitandos canones contrarios volentes, socios criminis non admitti in testes, expressè declarat tex. *in d. capit. quoniam,* (vnde etiam Doctores propositam 17. limitationem sumunt) vt loquatur quoad præsumptionem faciendam, non autem quoad probationem, prout etiam videtur sic declarasse
116 Soc *d. reg.* 425. *in* 1. *fallent.* † Vel & melius dicas, quòd etiam quoad plenam probationem in ciuilibus socij criminis admittantur, quando fuerunt de crimine emendati, aliter secus, & ita in emẽdato in terminis loquitur Soc. *d. reg.* 425. *in* 1. *fallen.* quẽ refert Conrad. vbi suprà, *sub d. n.* 39. *eod. vers. secundo, vbi particeps.* licèt enim tam in ciuilibus, quàm in criminalibus
117 criminosus à testimonio repellatur, non † tamen repellitur in ciuilibus, vbi fuerit de crimine emendatus, *d. cap. testimonium,* & ibi gl. *in verbo, emendatus. extra de testib.* §. 1. *sub n.* 24. *ver. Si vero sit emendatus,* Barb. *de testib.* 2. *par. in prin.* Alb de Malet. *de testib. par.* 1. *cap.* 3. *sub vers. Si autem sit emendatus, n.* 1. Masc. *de prob. lib.* 1. *concl.* 464. *n.* 6. & ista est vera declaratio, alioquin contrarietas esset ineuitabilis.

118 LIMITA XVIII. Vt † regula procedat, quando Iudex agit per viam accusationis, prout loquitur tex. *in d. l. fin. C. de accusat.* secus si per viam inquisitionis ex officio. Primo enim casu reus non potest de consociis interrogari: secundo autẽ sic. & ratio differentiæ est, quia quando proceditur super accusatione, non potest Iudex non solùm interrogare, sed nec torquere accusatore non instante, ad gl. *in l. quicunque, in verbo, oportet, C. de seru. fugit.* Bal. *in c.* 1 § *Iudices, de pace tenen.* ideo nimis graue esset, quòd in iudicio accusatorio plures interponantur personæ, & onus non debet imponi nisi volenti, & sic in casu accusationis non dabitur interrogatio de cõsociis, ne fiat iniuria, & grauamen ipsi accusatori. Quando verò Iudex procedit per inquisitionem, & ex officio: tunc cum ea interrogatione sociorum nullum grauamen & onus inferatur accusatori, totúmque pendeat à Iudicis officio, idcirco potest fieri interrogatio prædicta de sociis, quia ad Iudicis officium spectat, expurgare ciuitatem malis hominibus, *l. congruit, ff. de offic. præsid.* & ista fuit noua distinctio, quam latè probauit Blanch. *de indic. ad l. fin. ff. de quæst. n.* 175. *& seq.* vbi ponderat omnes casus, in quibus iura admittunt interrogationem de consociis, vt procedant, quando Iudex agit ex officio, & per inquisitionem, non autem accusatore instante, & Blanchum referendo sequuti sunt Additionator ad Carrer. *in pract. in eius repertorio post vers. Socij criminis exculpatio,* & Io. Mar. Montic. *reg. crim.* 4. *n.* 8. *iuncto n.* 21.

119 Contra † hanc distinctionẽ, nemo, quem viderim, insurgit expressè: sed bene possum affirmare, quòd tacite per Doctores reprobatur cõmuniter: * quia, vt sæpiùs admonui, in discursu huius quæstionis euidentissimè apparet distinctio Salic. *in l. fi. C. de accusat.* & nõ alia, fuit per Doctores recepta, & si velles præpositam Blanchi limitationem, seu distinctionẽ amplecti, sequerentur plura absurda. Primò, quòd hodie in omnibus delictis posset reus de consociis interrogari, quia, vt dixi *in tit. de inquisitione, lib.* 1. *q.* 1. *n.* 10. hodie in omnibus delictis, etiã nemine accusante, potest ex officio procedi. Secũdò sequeretur ex ratione per Blanchũ cõsiderata, quòd quando accusator instaret de consociis fieri interrogationẽ. Iudex teneretur omnino interrogare, & sic esset admissa talis interrogatio etiã quãdo agitur per viam accusationis, si accusator de hoc faciat instantiam, adeò quòd interrogare, & nõ interrogare esset in potestate accusatoris, quod nimis absurdũ, & Doctoribus reprobatum est, etsi post hæc scripta peruenerit ad manus meas Lud. Pugu. *in decis. crim.* 5. *n.* 11. volens posse reum de complicibus interrogari, quando proceditur per viam accusationis, quod, vt dixi, mihi non placet.

120 LIMITA XIX. In † seruis, quos posse de consociis interrogari, & torqueri, probat tex. *in l. quicũque,* § *fi. C. de seru. fugit. in l. fin. C. ad l. Iul. maiest. in l. fin. ff. ad exhiben. in l. etsi certus, & in l. prius, ff. ad Syll. & in l.* 1. *sub* §. *si quis vltrò, ff. de quæst.* per quæ iura Salic *in l. si. n.* 6. *vers. Quapropter ego credo, C. de accusat.* facit generalem conclusionẽ, quòd quando persona inquisita, & accusata est seruilis conditionis, & tunc de mãdatoribus, & sociis interrogari potest. Quia vt plurimùm tales personæ, vt meticulosæ sine sociis, instigatione, vel mandato non consueuerunt grandia delicta committere, vel attentare, & hanc Salic. conclusionem referendo sequuti sunt, Ang. *de malef. in verbo, Quòd fama publica præced. n.* 31. *ver. Non aut inquisitus est seruus,* Brun. *de indic. & tort. par.* 1. *quæst.* 3. *n.* 21. Blanch. *ad l. fin. ff. de quæst. n.* 372. *in tract. de indic.* Conrad. *in pract. in tit. de negat. crim. & torm. post n.* 24. *ver. Subiungit tamen Brunus, fol. mihi* 394. *col.* 1. Carrer. *in pract. crim. in* 2. *tr. de indic. & tort.* §. *octauum indicium, n.* 2. *ver. Vnde distinguit, iuncto n.* 6. Gram. *decis.* 28. *n.* 10. *in fine,* Ant. Gomez. *var. resol. tom.* 3. *cap.* 12. *rubr. de prob. delict. n.* 17. *in princ.* Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tort. n.* 145. Ioan. Mar. Monticell. *reg. crim.* 4. *n.* 9. *iuncto n.* 14. *&* 15. vbi refert, & exemplificat. Menoc. *de arbit. quæst. lib.* 2. *casu* 474. *n.* 37. Mascar. *de prob. lib.* 3. *concl.* 1311. *n.* 35. & faciunt quę dixi *suprà, q.* 37. *n.* 154. *& seq.* ex quibus sine dubio dici potest, ita fuisse communiter * à * Doctoribus receptum, etsi contrarium voluerit Lud. Peguer. *decis. crim.* 5. *n.* 10.

LIMITA XX. Quando † statuto cauetur, vt socius criminis in testem admittatur, vel quòd possit de sociis interrogari: hoc enim posse statuto induci dubitandum non est, vt in terminis voluit Menoch. *de arbit. quæst. lib.* 2. *casu* 474. *n.* 68. Vbi propterea infert ad statutum ciuitatis Mantuæ, quo cautum est socium criminis posse de consociis interrogari, inquit ibi Menoc. tale statutum fore intelligendum, vt possit interrogari etiã in illis criminibus, in quibus à lege permissa non erat interrogatio, & hoc, vt aliquid operetur vltra ius commune, iuxta tradita per Mars. *in pract.* §. *opportune, n.* 41. *& seq.* refert & sequitur Flam. Cartar. *in sua pract. interrog. reo. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 88. & in simili statuto Mantuæ, admittente testem criminosum, consuluit Burs. *in cons.* 20. *n.* 67. *vol.* 1. *& in cons.* 69. *n.* 25. *eodem volum.* vbi de eodem statuto Mantuæ, volente socios criminis probare, *& cons.* 239. *n* 34. *& seqq. lib.* 3. *& cons.* 275. *n.* 18 *in fine eodem lib.* quibus in locis declarat hanc limitationem non procedere, † quando socius criminis esset 122
periurus, aliàs infamis, criminosus, vel pateretur alios defectus: non habilitatus à statuto quoad vnum defectum, non censetur habilitatus quoad alios, vt ibi per eum, qui pluribus hanc comprobat declarationem, & testatur de cõmuni * opi- *
nione: sicut etiam refert Bonacos. *in commun. opin. par.* 1. *vers. Socio crim. non creditur fol.* 152. *col.* 4. & cum eadem declaratione transit etiam Menoch. *d. casu* 474. *eod. n.* 67. vbi generaliter dicit, prædictum statutum habilitans socios criminis ad testificandum fore semper intelligendum, dummodo concurrant alia requisita, de quibus dicam infrà in sublimitationibus, & non aliàs. & allegat Ludou. Cat. *in er cons. crim. diu. in cons.* 99. *n.* 30. *lib.* 1. *in paruis.*

LIMITA XXI. Vt † quicquid sit de iure, hodie de consue- 123
tudine reus de se confessus semper interrogetur de consociis, sicuti testantur Gand. *in tit. de quæst. & tormen. nu.* 18. *in fine,* vbi dicit se vidisse de consuetudine torqueri ex inculpatione facta etiam in casu in quo reus non debebat de consociis interrogari, sed loquitur Gandinus in homine malæ famæ, vt animaduertit Fulgos. *cons.* 173. *n.* 2. & ita etiã loquitur Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. & tor. n.* 55. *in fine,* & Bal. de Perigl. *in tract. de quæst. & torm. cap.* 2. *nu.* 4. *in fine,* Paris de Put. *in tract. de syndic. in verbo, Tortus, c.* 4. *incip. confessio sociorum, n.* 1. *ad medium, vers. In aliis autem casibus, fol. mihi* 345. *col.* 1. *in fine,* Blanch. *de indic. ad l. fin. ff. de quæst. n.* 374. vbi quòd ex consuetudine in omni casu fit interrogatio, & allegat vltra Gand. in loco præcitato, Iacob. de Beluiso *in pract. crim. in tit. de qu. col.* 11. *ver. Iuxta hoc quæritur.* Additionator ad Carrer. *in pract. crim. in eius repertorio, post ver. Socij criminis exculpatio,* vbi refert Blanch. *in loco præcitato,* Clar. *in pract. crim.* §. *fi. q.* 21. *sub ver. Dictum socij,* ibi, *Alij verò dicunt, &c. iuncto ver. Succedsiuè quæro,* ibi, *Sed quicquid sit de iure, &c.* Vulpell. *cons.* 52. *n.* 2. vbi quòd licèt vulgò dici soleat, socij criminis dictũ in criminibus non exceptis ad torturam non sufficere: nihilominus ex generali consuetudine totius Italiæ fit interrogatio

in quocunque casu,ex Gandino in loco præcitato , Bonacos. *in cõm.opi.2.parte,ver.Socius de sociis interrogari potest,fol.*70. *col.*4. vbi pariter dicit hodie de consuetudine omnes reos indistinctè de consociis interrogari, & allegat Quintil. Mand. *in apostil.ad Reperto.inquisitorum,in verbo, Confessio,litera S, pag.*17.Flam.Cart.*in tract.de exequut.senten.capto bannito,c.* 2.*n.*59.vbi ex Domin.Soto *de tegen.vel detegen.secreto,q.*6. *concl.*1.*in vltimo dubio.fol.*95.dicit hanc cõsuetudinẽ esse ferè vbique,quod & idem repetiit *in pract.interrog.reo.lib.*4.*c.* 1.*n.*86.*vers.quicquid sit de iure,iuncto n.*89. Mascar.*de prob. lib.*3.*concl.*1311.*n.*51.*in fine* , vbi pariter testatur de generali consuetudine Italiæ,ex Vulpel.*vbi supra*,Bertaz.*cons.*341.*n.* 8.*lib.*2. vbi quòd quicquid alij dicant, ita obseruatur de eadem generali consuetudine Italiæ,& quòd hæc opinio, tan-
* quam communis*, est amplectenda.

124 Contra hanc limitationem faciunt ea, †quæ scripsit idem Clar. *in pract.d.q.*21.*sub eodem vers. Dictum socij,in fine*,vbi iudicat laudabile esse iuri communi adhærere in loco,in quo in specie non vrgeret talis consuetudo : item faciunt scripta per eundem Bertaz.*in cons.*39.*n.*16.*lib.*1.vbi quòd licèt aliqui Doctores dixerint de consuetudine ad dictum socij criminis torqueri imputatum , talis tamen consuetudo, de qua scribunt Doctores præfati,nõ est generaliter in omnibus curiis seruanda,sed tantummodo in illis,in quibus versabantur, ad trad.per Duran.*de arte test.tit.*5.*caut.*35.*n.*3. & per Ant. Gabr.*tit.de prob. concl.*4.*n.*3.*lib.*1. quod & rursus affirmauit idem Bertazz.*cons.*40.*n.*10.*eod. lib.*1.vbi amplius sentit hanc consuetudinẽ minimè esse seruandã,per text. *in l.sed licèt ff. de offic.præsid.*vbi habetur, quòd non id, quod fit Romæ,sed quod fieri debet,seruandũ est.addo ad idem iterũ ipsum Bertazz.*cons.*225.*post n.*19.*eod.lib.*1.*& cons.*556.*n.*10.*in fine,& seq.lib.*2.vbi declarat dictam consuetudinẽ interrogandi reos super aliis,locum habere in diffamatis.Et ego,vt verũ fatear, in Vrbe,ac in pluribus locis status ecclesiastici,in quibus versatus sum,non vidi reos de se confessos fuisse à Iudicibus de consociis interrogatos, nisi in casibus à iure permissis , & sic non hanc contrariam assertam consuetudinem,sed ius commune seruatum semper vidi, & ita de iure seruari debet.

125 LIMITA XXII. Vt†licèt dictum socij criminis non sufficiat ad torturam contra nominatum,vt in regula dictum est, bene tamen sufficit ad inquirendũ,secundùm Parid.de Put. *in tract.de synd.in verb.Tortus,c.*1.*incip.An stetur dicto torti, n.*25.*ad med.ver.licèt sit sufficiens ad inquirendũ,fol.mihi* 335. *col.*1.Ang.*de malef.in verbo, Hæc est quædam inquisitio,n.*22. Aug.ad eundẽ Ang.*in verbo,Quòd fama publica,post n.*31.*v. Et ideo Angelus*,vbi ex Rom.*in l.etsi certus,in prin.ff.ad Syll.*
* testatur de communi*opinione,Brun.*de ind.& tort.par.*1.*q.* 3.*n.*25.*ad fin.vers.Vbi autem quis* , Blanch.*ad l.fi.n.*387.*ff.de*
* *quæst. in tract.de indic.* vbi etiam testatur de communi*opinione,de qua etiam testatur Carrer.*in pract.crim.in* 2.*tract. de ind.& tort.*§.*octauum indicium,n.*1.*in fine*,& Io.de Amic. *cons.*27.*n.*3.*& n.*5.Crot.*in tract.de testib.in* 3.*parte,n.*95.*&* 96.Additio ad eundem Carrer.*in pract.in eius repertorio,post ver.socij criminis exculpatio,ad finẽ additionis,ver.*2.*casu,&c.* Natta *cons.*398.*post n.*3.*lib.*2.Gram.*cons.*21.*n.*8.*& n.*10.*ver.*
* *Et quod quando*,vbi pariter testatur de cõmuni* opinione,*& cons.*37.*n.*14.*& cons.*67.*in fine*,Conrad.*in pract.in tit.de neg. crim.& torm.n.*23.*in fine,fol.mihi* 293.*col.*2. Ant.Gom.*var. resol.tom.*3.*c.*12.*rub.de prob.delict.n.*17.*ver.Ego tamen credo*, vbi quod etiam sufficiat ad capturam personæ,& ita dicit te-
* nere cõmuniter*Doctores *in c.*1.*de confess*, Villalob.*in commun.opin.litera C,n.*203.vbi ex Blancho *in loco præcitato*, testatur de cõmuni,Boss.*in tit.de inquisit.n.*43.*&* 44.vbi quòd ita apud eum seruatur,quod & rursus affirmauit, & de communi opinione testatus est *in tit. de indic.n.*182. Ioan. Mar. Monticell. *reg.crim.*4.*n.*33. vbi alios adducit concordantes, relatos per Rol.*cons.*16.*n.*1.*& seq.lib.*1. Clar.*in pract.crim. in* §.*fin.quæst.*21.*ver.Retenta igitur*,vbi & ipse testatur de cõ-
* muni*opinione,de qua etiam aliis relatis testatur Bonacos.*in commun. opin. in ver. Socius criminis solum facit indicium ad inquirendum,fol.mihi* 70.*in fine,col.*4.relati per Menoc.*de arbitr.quæst.*2.*casu* 474.*n.*24.*in princ.iuncto n.*41. vbi præcipuè loquitur in materia subornationis testium, de qua dicã infrà, *in quæst.*45.relati per Bertazz. *cons.*341.*n.*22. *in princ.lib.*2. Dec.*cons.*18.*n.*60.*ver.Attamen aduertendum.& n.*62.*& seq.*

*lib.*1.vbi testatur de veriori & cõmuni opinione,*n.*68.*&* 69. vbi respondet contrariis, Menoch. *de præsumpt.lib.*1.*q.*88.*n.* 21.*ver. Quartum indicium*,& alios plures,etiam de communi*opinione testantes,refert Mascar.*de prob.lib.*3.*concl.*1311.* *n.*10.*& num.*52.Et ita etiam se habere magis communem,& apud eum seruatam opinionem,testatur Ludou.Peguer.*decis. crim.*5.*n.*30.*per totum,in discursu.*

Contrarium,†quòd imò dictum socij criminis, nec etiam 126
faciat indicium ad inquirendum,affirmauit Mars.post Fulgos. & Dec.quos allegat *in pract.*§.*diligenter,n.*67.Gram.*cons.*55. *n.*52.vbi loquitur etiam in duob.sociis criminis , Ruin.*cons.* 147.*n.*1.*in fine.lib.*5.vbi dicit communem*opinionem esse, *
vt socius criminis nullum faciat indicium , nec ad inquirendum,nec ad procedendum,siue sponte deposuerit,siue ad interrogationem Iudicis,Conrad.*in tit. de testib* §. *personas testium aggrediendo,n.*39.*in fine fol.mihi* 87.*col.*1.Io.Bapt. Plot. *inter cons.crim.diuers.cons.*131.*n.*3.vbi alios adducit concordantes,& testatur de communi*opinione, Rolan.*cons.*16.*n.* *
4.*ver.Sed tamen his non obstantibus.& seqq.lib.*1.vbi pluribus comprobat hanc contrariam opinionem,& testatur de veriori,& receptiori opinione:quod & repetiit idem Roland.*cons.* 73.*n.*1.*& seq.eodem vol.*1.*& cons.*3.*n.*31.*& seq.vol.*3.*& cons.* 57.*n.*22.*vol.*4.Ceph.*cons.*462.*n.*8.*& num.*10.*volum.*4.relati per Menoch.*vbi supra,d.casu* 474.*numer.*24.*vers.Verum ab hac opinione,*Matth.Gribal.*in suis reg.crim.in verbo , Assertio socij, inter commun. opin. diuers.tom.*3.*fol.mihi* 345.*col.*1. vbi pariter ex Fulgos.& Dec. per eum allegatis testatur de vera, & communi * opinione,Laurent. Kirchou. *in suis commun.* *
*opin.cent.*4.*concluf.*33.vbi pluribus hanc contrariam defendit opinionem, tanquam magis communem , * & magis à Do-*
ctoribus approbatam,Viu.*in suis commun.opin.in ver. In testem non admittitur socius criminis* , vbi etiam de communi opinione omnium Doctorum Bertazz.*cons.*241.*n.*22.*vers.ic. Et quòd non sit etiam sufficiens indicium ad inquirendum,& n.* 23.*vers.Cum igitur,lib.*2.*& cons.*556.*n.*9.*&* 10.*eodem lib.*2. Burs.*concl.*239.*n.*37.*lib.*3.vbi etiam de communi plures refert,etiam de communi * testantes Mascard.*de prob. lib.*3.*d.* *
*concl.*1311.*n.*9.Alios plures refert,& etiam de communi testatur,Flam.Cartar.*in tract.de exequut.senten.capto bannito, cap.fin.n.*74.*& seqq.*vbi propterea infert,quòd stante Motu proprio Pij V. volente legitima ad inquirendũ debere præcedere indicia ad hoc,vt sententia contra contumacem bannitum lata exequi possit,non poterit talis sententia exequi,si lata fuit solùm ex inculpatione socij criminis , & hanc contrariam opinionem , & veriorem,& etiam receptiorem dixit Osasc.*cons.*64.*n.*4.

Quid dicendum? † Distinguo sic, aut dictum socij crimi- 127
nis est adminiculatum,aut non:si est adminiculatum,& tunc indistinctè dicas,quòd siue sumus in exceptis,siue in non exceptis semper facit indicium ad inquirendum : in exceptis nulla est difficultas,sicuti post gloss.*in l.final.C.de accusat.* & Ruin.quem allegat in specie,tradit Rolan. *d.cons.*16.*num.*8. *lib.*1.in non exceptis autem,& sic generaliter loquitur Campeg. *in tract.de testibus,reg.*86.*in* 2.*fallen.*vbi pro adminiculo ponit infamiam rei , & expressè etiam declarat Menoch. *d. casu* 474.*n.*25.† vbi amplius isto casu dicit pro adminiculo 128
sufficere leue indicium,& ita etiam Menochium referendo declarauit Mascard. *de probat.lib.*3.*concluf.*1311. *numer.*11. *& numer.* 13. *in princip. & numer.* 14. vbi alios adducit concordantes , dicítque quòd licèt pro adminiculo sufficiat leue indicium,non tamen sufficit leuissimum.

Si † verò dictum socij criminis non est adminiculatum, 129
& tunc facienda est alia distinctio , an scilicet sufficiat ad inquirendum , hoc est , ad assumendum informationes pro delicto : an verò ad informandum , & transmittendum inquisitionem reo ad hoc , vt postea contumax possit condemnari , iuxta latè per nos tradita *in* 1.*lib. tit. de inquisitione.quæst.*11. Primo casu pariter dicas,quòd indistinctè, siue sumus in exceptis , in quibus de se confessus potest de aliis interrogari : siue etiam in non exceptis , dictum socij criminis,etiam non adminiculatum sufficit ad inquirendum , hoc est , ad assumendum informationes super delicto,in exceptis nulla est dubitatio,& nemo contradicit : in non exceptis autem expressè loquuti sunt,Blanch.Brun.Conrad.Ant.Gomez.Bos. Montic. Decian.& alij plures relati per nos *suprà,*

num.

num. 125. ad comprobationem limitationis,& horum opinio-
* nem non solùm esse magis communem, * sed semper in pra-
ctica obseruari vidisse,testatur Clar. *in pract.* §. *fin.d.q.*21. *post versicu. Retenta igitur*,ibi, *ego tamen credo*, *&c.* vbi propterea respondendo Ruino, Rolan. & aliis in contrarium allegatis *suprà*,*num.* 12. dicit, eorum opinionem, vel non esse magis communem, vel procedere debere, quoad assumendum informationes,sed quoad formandum, & transmittendum inquisitionem,de quo infrà mox dicetur.Et ratio differentiæ est, quia quando agitur de formando inquisitionem, & de illam transmittendo,testes infames, & criminosi non admittuntur, secus quando agitur de aperiendo viam Iudici ad assumendum informationes, quo casu dictum socij criminis non recipitur,tanquam dictum testis,sed tanquam denunciatoris, notificatoris,vel accusatoris,qui potest esse, & vilis, & infamis, vel aliàs non idoneus, vt ibi per Clarum, qui bene, iudicio meo,in proposito loquutus fuit,& licèt Laurent. Kirchou. *in suis commun.opin.cent.*4. *concl.* 38. hanc Clari distinctionem reprobare videtur, volens propterea quòd in non exceptis dictum socij criminis, nec etiam sufficiat ad assumendas informationes,ponderando quòd Doctores in materia loquuntur generaliter, & indistinctè,non habita consideratione, an Iudex inquirat,hoc est, assumat informationes, an verò formet, ac fundet inquisitionem:non per hoc tamen recedas à Clari hac declaratione : quia imò si considerentur authoritates Doctorum, qui voluerunt in nõ exceptis socios criminis non facere indicium ad inquirendum,propriè loquuntur non in assumendis informationibus,sed in formandis, & fundandis inquisitionibus, vt præcipuè consuluerunt Ruin. Rolan. Ful.Dec.Gram. Plot. & alij plures deducti per Kirchou. in loco citato, vbi bene hoc animaduertit. Et ita quòd socius criminis faciat indicium ad inquirendum, hoc est ad assumendum informationes, videtur intelligere Ludou. Peguer. *d.dec.cri.*5.*n.*30.*ad finem.*

130 Si † autem agitur de formando inquisitionem,ac de illam transmittendo,& tunc dicas,quòd in criminibus exceptis, & in quibus à iure permissa est interrogatio de consociis, sola nominatio socij criminis sufficit ad inquirendum, secus in non exceptis.Et hoc modo possunt præcipuè concordari opiniones contrariæ suprà relatæ, prout in specie sic concordauit Clar. *in d.qu.* 21. *vers. Si verò quæris*, vbi ex allegatis per
* eum non solùm testatur de communi * opinione, sed etiam semper vidisse ita seruari,refert & sequitur Clarum Bonacos. *in suis commun.opin.par.*1. *sub ver.indicium facit socius ad torturam*,*fol.* 86.*col.*2. & hac eadem distinctione inter excepta, & non excepta crimina expressè etiam vsus est Roland. *d.cõs.*16.*n.*5. *& seq.li.*1.Tiber.Decian.*d.cons.*18.*n.*60. *& seqq.& n.*68.*ver. Ex quibus colligitur*,*in fine*,*pariter l.*1.Mascar.*de probat.l.*3.*concl.*1311.*n.*14.Flamm.Cartar.*in tra.de exequ.sentenc. capto bannito*,*c.fin.n.*73.*& seqq.vsque ad n.*79.vbi cum Claro, vbi suprà, pluribus modis respondet Bossio, & aliis pluribus allegatis per nos *suprà*,*n.*115. volentibus quòd etiam in non exceptis dictum socij criminis faceret indicium ad formandum inquisitionem. Horum enim opinio est magis communiter*probata,& in practica non seruanda, vt ibi per eos,præsertim in statu ecclesiastico, in quo ad formandum & transmittendum inquisitionem non solùm debent præcedere indicia, sed etiam ea debent esse legitima vigore Motus proprij Pij V.nec legitimum, & approbatum indicium dicitur illud,quod ex sola socij criminis inculpatione in non exceptis criminibus oritur,per allegata *superius n.*126.

131 SVBLIMITA I.Et generaliter omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi, de se confessum posse de consociis interrogari,vt per hoc si socius interrogatus neget,possit desuper torqueri,nisi in casu in quo aliqua adsit verisimilis præsumptio scientiæ,vt bene post glos. declarat Salic. *in l.fina.n.*10.*C.de accusat.*quem referendo sequuti sunt Blanc.*de indi. ad l.fin.ff.de q.n.*378. *ver. Et hoc modo intelligi debet*, Boss.*in tit.de ind.& considerat.ante tor.n.*147.*&* 148. Anto.Gomez. *var.resol.tom.*3.*c.*12.*rubr.de probat.delict.n.*17.*in fine*,vbi dicit hoc esse bene notandum,Ludou.Peguer. *decis.cri.*5.*n.*29. & faciunt,quæ dixi *suprà*,*q.*40.*n.*26.

132 SVBLIMITA II.Vt in casibus, † in quibus potest reus de consociis interrogari, non interrogandus sit in specie de aliqua certa persona,sed in genere, nisi adsit specialis præsumptio,quòd certa persona interuenerit:aliter enim esset potiùs suggerere,quàm inte rogare,cõtra tex.*in lib.* 1.§. *qui quæstionem*, *ff. de quæstio.*& in terminis, ita declarauit post glos. & Cyn. quos allegat.Salic.*in d.l.fi. num.* 9.*iuncto num.*10.*in fine*,*C.de accusat.* quod & idem affirmarunt Blanc. *de ind.ad l. fina.ff.de quæstio.num.*378.*ver.Et eodem modo*, *iuncto n.* 382. Carrer.*in pract.cri.in* 2.*tract.de indi. & tor.*§. *octauum indicium*,*num.*26.vbi testatur de communi*opinione, Foller. *in* *
pract.crim.in 1.*par.*3.*partis principalis*,*n.*102. *vers. Nam dicit ipse*,Brun.*de ind.& tor.par.*1.*qu.*3.*verbo*, *Et si confitebuntur*,*num.*23.*iuncto num.*25.Gram. *voto...num.*12.*& seq.*Ioan. Maria Monticel.*reg.crimin.*4.*num.*42. Boss. *in tit.de indic. & considerat.ante tort.nu.*148.Anton.Gomez.*var.resolu.tomo* 3. *capit.*12.*rubr.de proba.delict.num.*17.*ad finem*, *vers.Vnum tamen est*,vbi etiam testatur de communi * opinione, Simanc. *
*Cathol.Instit.tit.*65.*n.*59.Menoch.*de arbit.qu.lib.*2.*casu* 474. *num.*53.Clar.*in pract.*§.*fi.qu.*21.*vers.retenta igitur, ad finem.* vbi admonet Iudices, vt abstineant se ab hac suggestiua interrogatione,ne proprias animas perdant,& alios indebitè vexent,& subdit quòd hoc casu totus processus, qui deinde fieret contra aliquem, ita suggerendo à Iudice nominatum,esset ipsò iure nullus, prout in facti contingentia ita iudicauit Mediolani Senatus, & grauiter reprehensus fuit quidam Prætor, qui suggerendo contra alium delinquentem interrogauerat. Addo & pro eadem sublimitatione Conrad.*in pract.in tit.de negat.cri.& tor.post n.*23.*ver.*23.*Quando socius*, *fol.mihi* 293. *col.*2.*in prin.*Bursat.*cons.* 201. *n.*55. *& seq. iuncto n.*60.*lib.*2. Mascar.*de prob.li.*3.*concl.*1311. *n.* 39. & 40. Flam. Cartar.*de exeq.sen.capto bannito*,*c.*2.*n.*83.*& in sua pra.interrogan.reo.li.* 4.*c.*1.*n.* 94.& latiùs *lib.*2.*c.*1.*n.*69.*& seqq.* vbi bene etiam ponit formam interrogationis huiusmodi super sociis, & cõplicibus ad hoc,vt non dicatur suggestiua.Et ita etiam ad huius sublimitationis comprobationem, vide bene loquentem Ludou.Peguer.*decis.cri.*5.*n.*21.*vers.Tamen re index*,*& num.*22. *vers.Ex quibus infero*,*& n.*7.*vers. Aut ex processu constat*,*&c.* Et ad illius dicta ibi,*n.*7.*in princ.* Aduerte, quòd in practica non seruatur id, quod ipse dicit, vt videlicet reus, qui delictum cum sociis commisisse fateatur (in non exceptis) non possit vlteriùs interrogari,vt nominet specialiter socios, quia imò reo confitente delictum cum sociis commissum,interrogatur, vt specialiter nominet socios, siue simus in exceptis, prout & ipse hoc sentit *d.n.*22.*ver.Et si reus respondeat*,*&c.* siue etiam in non exceptis. Et hoc non habet difficultatem in practica,quando reus iam non solùm se deliquisse dicit : aliter enim esset illius examen imperfectum relinquere, & sic ex præmissis habes conclusionem cum duabus fallentiis. Conclusio est,quòd reus etiam in casu,in quo potest de consociis interrogari, non interrogari debet in specie, de certa persona,sed in genere,an alij interuenerint,& fuerint socij.Fallentia prima est, quando adsunt indicia particularia contra aliquam certam personam:quia tunc etiam de ea particulariter interrogari potest.Secunda fallentia est, quando iam reus fatetur cum sociis deliquisse, sed non exprimit eorum nomina: tunc etiam potest interrogari,& moneri, vt eos in specie nominet,& ita seruatur.

Et aduerte, †& in proposito,quòd ad hoc, vt reus possit in 133
specie interrogari de certa persona, non solùm requiritur, quòd contra illam personam adsit aliqua præsumptio, sed quòd illa præsumptio sit legitima: sic enim de legitima præsumptione loquitur Salic. quem cæteri præallegati Doctores sequuntur *in d.l.fi.n.*9.*&* 10.*C.de accusat.*imò secũdùm Ang. *de malef.in verbo*,*Quod fama publica præceden.post n.*118.nunquam est facienda specialis interrogatio de certa persona, nisi indicia contra eum sint nimis manifesta,ita vt verè dicatur constare, ipsum esse delinquentem, & ita vidi seruari à iustis,& bonæ conscientiæ Iudicibus. Vide quæ dixi *in tra.de testib.quæst.*79.*n.* 78. *& seqq. & infra in tit. de reo confes. & conuic.q.*83.*n.*84.*& seqq.*

SVBLIMITA III.Easdem † omnes propositas limitatio- 134
nes,vt cùm socius criminis propter delicti confessionem reddatur infamis, infamis autem nunquam admittatur sine tortura,*l.ob cri.*§.*si ea rei conditio*,*ff.de testi.c.illi*,*qui*, *quæst.*5. *cap. in primis*,11.*q.*1.*glo.in cap.per tuas*,*de simon.*cum aliis in proposito allegatis per Marsil.*in pra.*§.*diligenter*,*n.*62.idcirco eiusdem socij criminis nominationem nunquam facere indicium

ad torturam,nisi illam in tortura cõfirmet,post Fulgos.quem allegat,*in cons.*173. *in causa inquisitionis , col.*1.*in pract.& d. col.*1.*post med. vers. Quidam doctor* , voluit idem Marsil. *in d.* §.*diligenter,n.*61.*& in l.*1.§.*Diuus Antoninus,n.*7.*ff. de quæst.* Blanch *de ind.ad l.si.ff.de quæst.n.*380.*& seq.* Additio.ad Car. rer.*in pract.cri.post ver.Socy criminis exculpatio, ante medium additionis,ver.Et quando facit indicium*, idem Carrer. *ibidem, in* 2.*tract.de ind.& tort.*§.*oct tuum indicium,n.*12.*in fine,iuncto num.* 16. vbi expresè loquitur etiam in exceptis Boër. *decis.*319.*n.*3.*in fi.* Petr. Moncad.*in add.ad Crot.de testib.par.*3. *n.*95.*in add.litera HH,versicul.Tenebit tamen* Foller.*in pract. cri.in* 1.*par.*3.*partis princip.verbo,Etsi confitebuntur,n.*102.*v. Et adde*,Gig.*de cri.læsæ maiest.lib.*2.*tit.quom.& per quos crim. læsæ maiesta probe.q.*24.*n.*3.Conrad.*in pract. tit.de negat. cri. & torm.num.*33.*prope finem,fol.mihi* 293.*colum.*2. Boss. *in tit. de ind.& considera.ante tortu.num.*151.Hier.de Monte, *q.*16.
* *num.*22.vbi de communi,*Clar.*in pract.*§.*fi.quæst.* 21.*vers. Scias etiam*, vbi quòd ita Mediolani seruatur , Roland. *cons.* 16.*post n.*17.*& cons.*51.*n.*29.*& cons.*73. *num.*22. *& seq. vol.* 1.*& cons.*3.*n.*52.*volum.*3.Menoch.*de arbit.quæst. lib.* 2. *casu* 474.*n.*50.Io.Mar.Monticel.*regu.cri.*4.*num.*34. *& numer.*39. *il* 2.Bonacos.*in commun.opin.par.*1. *ver. indicium faciunt duo socij,fol.*87.*col.*1.*in fine*,Bertazz.*consil.*234.*n.*4.*vol.* 1. *& consil.*332.*n.*6.*in fine*,*&* & ibi Claud.*in add.litera D , lib.*2.Vulpell.*cons*30.*n.*7.*& cons.*34.*n.*4.*& cons.*28.*num.*2.Burs at.*cons.* 201.*n.*58.*volum.*2.*& cons.*239.*num.* 42. vbi etiam testatur de
* communi,**vol.*3.Osasc.*cons.*64.*ver.num.*28.*ver.sed ad hoc re spondetur*,Ludou. Peguer.*decis. crim.*5. *num.* 36. Mascar. *de probat.libr.*1.*concluf.*158.*num.*3.*& conclu.*462. *nu.* 28.*& seq. & lib.*2.*concl.*857.*num.* 34. vbi ampliat etiam in crimine hæres.*& lib.*3.*concl.*1311.*n.*37.Honded.*cons.* 100.*n.*2. *iuncto n.* 16.vbi loquitur generaliter in omnibus criminibus exceptis, ac præsertim in crimine sodomiæ , ex quibus sine dubio dici
* potest, ita magis communiter*fuisse receptum per Doctores, & in practica seruatum , licèt Chassa. & Simanc. allegati per Clarum,*vbi suprà*, & alij etiam relati per Claud. ad Bertazz. *dicto cons.*332.*n.*6.*litera D* , & per Mascar. *dicta concl.*857.*n.* 33.& per Decia.*cons.*18.*num.*70. *libr.* 1. contrarium asserere
135 videantur. Quorum † opinio posset forsan procedere quoad inquirendum , non quoad torturam, prout expresè declarat Decia.*dict.cons.*18. *num.* 60. & ante eum Boss. *de ind. post d. num.*151.

Et ad inquirendum intelligo , non specialiter ad transmittendum inquisitionem , ac ad citandum reum ad comparendum , prout videtur voluisse Decian. in loco præcitato , sed tantùm ad inquirendum generaliter etiam ad assumendum informationes. Ad inquirendum enim specialiter , prout suo loco dixi, indicia debent esse legitima , nec legitima dici possunt ea, quæ oriuntur ex testibus infamibus , prout sunt socij criminis, præsertim non interueniente purgatione per torturam. Certum est autem, quòd testes infames ad inquirendum specialiter non sufficiunt,prout dixi *in tract. de testib. qu.* 56. *n.* 62. *& seqq.* Nec vnquam testes infames admittuntur sine tortura , vt pariter dixi *eadem q.*56.*n.*56.*& seqq.*Et propterea Fulgos.*in præallegato cons.*173.qui originaliter per Doctores allegatur , loquens in materia inquisitionis , dixit eam non posse formari ex depositione socij criminis, qui in tortura nõ deposuerit,& Fulgos.sic dicentem omnes postea consulentes in casu ipsis proposito communiter referendo sequuti sunt. Nec aliter teneas,quia hodie formare, & transmittere inquisitiones est maioris præiudicij , quàm torquere , cùm ex illis formatis , & transmissis rei non comparentes condemnentur capitaliter , & capti decapitentur absque alia tortura , vt dixi *supra.q.*11.

136 Et licèt Boër.Blanch. Carrer. Monticell. & alij nonnulli ex præcitatis Doctoribus dixerint sufficere,vel quòd reus deponat in tortura,vel statim depositus à tortura:veritas tamen
* est,& ita magis communiter*tenetur , & obseruatur , quod
137 debet in ipsa tortura deponere.Imò † tortura debet adhiberi specialiter pro confirmatione suæ depositionis in tantùm, quòd non sufficiet illa prima tortura , in qua reus confessus est delictum, vt bene inquit Clar.*in pract.*§.*fi.q.*45. *vers. Cæterum si reus*,ibi *Item si sunt tales testes,&c.*

138 Et antequam specialiter torqueatur, † pro confirmatione suæ depositionis factæ in tortura,si in tortura fassus fuerit,debet eandem depositionem sponte , & sine tortura ratificare, prout ratificanda est principalis delicti confessio , vt post Parid.de Put.& Ioan.de Amic.in locis per eum allegatis, in terminis scripsit Carrer. *in pract. in* 2. *tracta. de indic.& tortu.*§. *octauum indicium,num.*17.*& num.*22.*in fine.* Io. Mar. Monticell.*reg.crim.*4.*num.*40.& ante istos plenè Marsil.*in pract.*§. *diligenter,n.*153.*&* 154.Burs at.*cons.* 201. *post n.* 58. *volum.*2. & faciunt quæ de tortura testium dixi *in tract.de testibus, qu.* 79 *num.*87.

Postquam † autem ratificauerit confessionem suam tam 139
quoad se,quàm quoad socios,poterit,vt suprà dixi, ad confirmationem suæ confessionis , vt socios magis afficiat , & ad purgandum defectum infamiæ, ac ad omnem alium bonum effectum,iterum † poni in tortura(quæ isto casu erit leuis, vt 140
per Bos.*in tit.de mandat.ad homicid. n.* 31) ad faciem nominari,si is præsens sit,vt per Vulpell. *dicto consil.* 30. *num.* 7. *& cons.*83.*n.*8.& ante eum per Boër.*d.decis.*319.*post n.*4. quem refert Clar.*d.q.*21. *vers. Quæro nunquid , in fine* , & ita apud nos communiter etiam seruatur. Sed an hæc confirmatio debeat esse sicca,an verò per extensum , vide quæ dixi *in tra. de testib.q.*72.*n.*39.

SVBLIMITA IIII. Et † generaliter dictas limitationes, 141
vt nunquam,nec etiam in casibus exceptis, dictum socij criminis faciat aliquod indicium contra inculpatum , nisi illud speciali iuramento protulerit, vt pluribus probat Marsil. *in pract.*§ *diligenter , num.* 26. *& sequen.* vbi, propterea dicit, quòd quando reus in tortura fatetur,& in confessione nominat socios,talis nominatio contra nominatos nihil valet, quia defecit iuramentum,ex quo reus habens in tortura manus ligatas non potuit iurare , & ideo secundùm eum debebit Iudex , antequam reum ponat ad torturam , facere illum iurare de veritate dicenda,tam quoad se,quam etiam quoad socios, & auxiliatores , aliter dicti rei depositio nihil valeret , vt ibi per eum,qui etiam dicit , ex hoc fundamento Bononiæ saluasse à morte quendam Ludouicum de Parisiis , qui tortus ex dicto socij criminis non iurato fassus fuerit , & Marsilium vbi suprà referendo sequuti sunt,Carrer.*in pract.crimin. in* 2. *tracta. deind. & tortu.*§.*octauum indicium,numer.*22. Foller. *in pract.cri.in prima parte* 3.*partis principalis,verbo, Etsi confitebuntur,num.*102.*versi.Et aduertendum*, Gig. *de crim. læsæ maiestat.lib.*2,*tit.quom.& per quos crim.læsæ maiest.probet.qu.* 24.*nu.* 3.*&* 4.Anton.Gomez *variar. resolut. tomo* 3.*cap.* 13. *rubr.de probat.delict.n.*17.*vers. Aduertendum tamen ad vnum*, Ioa.Mar.Monticell.*reg.cri.*4.*num.*47.Clar.*in pract.*§.*fi.q.* 21. *vers. Quæro nunquid* , vbi quòd ita semper vidit seruari , licèt Blanch.*in tract.de ind.ad l.fina.ff.de quæst.n.*348. contrarium probare niratur (subdit tamen ibi Clar. sufficere † , vt 142
quandocunque interueniat hoc iuramentum, vel ante torturam, vel etiam post in confrontatione facienda cum nominato,iuxta tradita Vulpell. *cons.* 30. *num.* 7. *& cons.* 27. *num.*2. *cons.*83.*n.*8.& dixi etiam *supra,n.*139. *& seq.)*Petr.Moncad. *in add.ad Crot.in tracta.de testibus,par.*3.*n.*95.*sub litera HH, Tenebis tamen*,Bonacos.*in commun.opin.vers.Indicium faciunt socij,fol.mihi* 85.*col.*1.*ad finem,par.*1. Bertazz. *cons.*332. *ante n.*7.Menoch.*de arbitr.quæst.lib.*2.*casu* 474.*n.*60.vbi reprobat Blanchum contrarium tenentem , & respondet illius rationi, ac deinceps † subdit fore in hoc attendendam , & obseruan- 143
dam fori praxim.quod & idem voluit Mascar.*de probat.lib.*3. *concl.*1311.*n.* 47. *& seqq.* iuxta generaliter tradita per Soc. iun.*cõs* 93.*n.*52.*vol.*3 Dec.*cons.*11.*n.*9.Aym.*cons.*91.*n.*7.† Et 144
quidem apud nos nunquam vidi delatum hoc iuramentum speciale de veritate dicenda,tam quoad se , quàm quoad socios,& auxiliatores, prout voluit Marsil. qui originaliter posuit istam sublimitationem, sed simpliciter defertur iuramentum de veritate dicenda, & sub hoc iuramento , ita simplici, & indefinito:omnia credo comprehenduntur , quòd si reus non iponte,sed in tortura nominet socios,tunc in ratificatione iterum defertur idem iuramentum , & confrontatione, eum nominato iterum , & sic non poterit dici nominatio facta per socium criminis esse sine iuramento : & ad præmissa vide etiam Ludou.Peguer.*decis.cri.*5.*n.*28.*iuncto n.*34.*&* 35. vbi etiam secundùm aliquos , quòd hoc iuramentum debet deferri parte citata,etsi apud eũ hoc de citatione minimè seruari testetur , prout certè nec apud nos seruatur : sed sufficit, vt iterum iuret in confrontatione,vt per Clar.*in loco præcitato,*

SVBLIMITA

145 SVBLIMITA V. Vt † licèt in omnibus prædictis casibus exceptis in quibus potest reus de se confessus, etiam de consociis interrogari, faciat talis nominatio indicium ad torturam, si cum ea concurrant aliqua alia adminicula & præsumptiones, vt post alios quos allegant antiquiores scriptum reliquerunt Brun. *de ind. & tortu. par. 1. quæst. 3. num. 24. & 25.* Petr. Moncad. *in add. ad Crot. in tracta. de testibus, par. 3. n. 95. litera HH*, Clar. *in practic. §. fin. quæst. 21. vers. Sed quia in*
146 *criminibus exceptis*, ibi, *bene facit hæc nominatio.* &c. † Vbi dicit, quòd talis nominatio contra nominatum de se sola facit
* aliqualem præsumptionem, secundùm * communem, de qua per Boër *d. dec. 319. num. 4.* quæ quidem aliqualis præsumptio habet tantam vim, vt concurrente aliqua alia suspicione possit ex ea reus tormentis subiici, secundùm Salic. *in l. fin. circa finem, vers. Sed ego respondeo, C. de accusat.* cuius doctrinam quotidie practicari dixerunt Boss. *in tit. de ind. & considerat. ante tor. num. 149.* & Clar. *d. vers. Sed quid in criminibus exceptis, in fine*, Tiber. Decian. *d. cons. 18. num. 64. 67. & 69. lib. 1.* vbi quòd in hoc omnes concurrunt, & est omnium communis opinio, Mascar. *de probat. lib. 3. concl. 1311. n. 12.* Honded. *cons. 100. n. 4.*

147 Vbi tamen cum dicto socij criminis † nulla alia concurrit præsumptio, vel adminiculum tunc sine dubio non facit indicium ad torturam, etiam quòd simus in criminibus exceptis, & in quibus socius potest de consociis interrogari, vt per Gandi. *tit. de quæst. & tormen. n. 16. ver. Hoc tamen fallit, & sequen.* Bru. *de ind. & tortu. par. 1. quæst. 3. nume. 24. & 25.* Ludou. Bologn. *in add. ad Guid. de Suzzar. in tracta. de indi. & tortu. num. 52. & 54.* Augu. ad Ang. *de malefic. in verbo, Quòd fama publica præceden. n. 31.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de ind. & tort. §. octauum indicium, n. 10. & num. 11. & num. 16.*
148 *in fine*, vbi † ampliat, etiam quòd deposuerit in tortura. Marsi. *in pract. §. diligenter, n. 60. & in l. 1 n. §. Dinus Antonius, num. 6. ff. de quæst. & sing. 209.* Boër. *dict. dec. 319. num. 1. versic. Sed*
* *præcedens*, vbi de communi * opinione, *& n. 2. ad finem*, vbi de communi, Foller. *in pract. crim. in prima par. 3. part. principalis, verbo, Etsi confitebuntur, num. 102. vers. Et dicit ipse, & vers. Sciendum est*, Gramma. *voto 3. n. 7. cons. 31. n. 6. & n. 8. & num. 10. vers. Et quando nulla, & n. 11. & num. 14. & consil. 70. sub numero 6. & cons. 61. num. 1. & decis. 28. numero 12. 13.*
149 14. 15. 16. *& decis. 56. num. 1. & sequen.* † vbi loquitur in latrocinio, Anto. Gomez. *var. resolut. tomo. 3. capit. 12. rubr. de*
* *prob. delict. n. 18.* vbi testatur de cõmuni * opinione (licèt ipse hanc communem non sequatur, vt infrà dicam) Boss. *in tit. de indic. & considera. ante tor. num. 149. & sequ.* vbi quòd ita sequuntur Doctores, & quotidie practicatur. Cum enim socius criminis non possit dici testis omni exceptione maior, vt patet ad sensum, ineptum est dicere, vt solus faciat indicium ad torturam, etiam in casibus exceptis, in quibus licèt testes aliàs inhabiles à iure admittantur], non tamen sunt habendi omni exceptione maiores, ad glo. Bald. Alexand. & alios ibi per Bossium allegatos, Paris. *cons. 151. n. 10. & seq. lib. 4.* Aym. *cons. 178. n. 3. vers. Et ideo Doctores*, Natta *cons. 298. n. 3. lib. 2.* Conrad. *in pract. in tit. de negat. cri. & tormen. n. 13. prope finem, fol. mihi 293. col. 2.* Viui. *in commu. opi. sub vers. In testem non admittitur socius criminis*, vbi quòd ita communiter, & indubitanter tenent Doctores post glos. *in l. fi. C. de accusat.* Ioa. Mar. Monticell. *reg. cri. 4. num. 36. & n. 38.* Rolan. *cons. 16. n. 17. volum. 1. & cons. 51. n. 28. & cons. 73. n. 20. eodem vol. 1. & cons. 57. n. 37. volum. 4.* Clar. *in pract. in d. q. 21. d. vers. Sed quid in cri-*
* *minibus exceptis*, vbi pariter testatur de communi * opinione, ex Boër. & Rol. *in locis præallegatis*, & ex Villalob. *in sua col-*
150 *lecta commun. opi. litera C, n. 152.* Et † ampliat hoc procedere, etiam in crimine læsæ maiestatis, prout in facti contingentia per multos sapientes fuisse decisum, dicit Afflict. *super 1. par. consti. Regni, 27. n. 34.* & in eodem crimine læsæ maiestatis, in specie idem tradiderunt, Gig. *de cri. læsæ maiest. l. 1. tit. quom. & per quos cri. læsæ maiest. prob. q. 7. n. 5. & q. 24. n. 2.* Bertazz. *cons. 332. n. 2. 4. & 6. lib. 2.* vbi loquitur etiam in crimine hæresis, & reddit rationẽ, *& in cons. 28.* & ibi Claud. *in add. litera A. li. 1.* Mascar. *de prob. lib. 1. concl. 462. n. 26. & seq.* Bursa. *cons. 192. n.*
151 *7. lib. 2.* † vbi loquitur in assassinio, *& cons. 101. num. 58. in fine*, Menoch. *de arbit. q. l. 2. casu 474. n. 43.* vbi de communi, *& in tra. de præsumpt. li. 1. qu. 89. n. 73.* Cepha. *cons. 402. n. 11. lib. 4.* Vulpell. *cons. 30. n. 8.* Hieron. de Monte, *q. 16. n. 21.* Mascar. *de prob. lib. 1. concl. 158. n. 3. li. 3. concl. 1311. n. 52.* Et hanc sententiam à Doctoribus magis communiter * approbatam esse, ex * Aym. Boër. Rol. Claro, & aliis per eum citatis, testatur Lauren. Kirchou. *in suis commu. opi. cent. 4. concl. 58. in prin.* Osasc. *cons. 64. n. 4. ad finem, & n. 28.* vbi aliis relatis dicit ab ea non esse in practica recedendum, & de recepta opinione testatur etiam Ludou. Peguer. *decis. cri. 5. nu. 32.* Tiber. Decian. *in suis tra. criminalib. lib. 7. cap. 14. n. 9. vers. Aduertendum tamen, par. 2.* vbi loquitur in crimine falsæ monetæ. Honded. *cons. 100. n. 16.* vbi loquitur in crimine sodomiæ, & generaliter in omnibus criminibus exceptis, ac etiam quòd depositio emanauerit in tortura.

In criminibus autem non exceptis, †& in casibus, in qui- 152
bus reus de se confessus non poterat de consociis interrogari: dictum socij criminis, etiam adminiculatum, licèt faciat indicium ad inquirendum, vt scripsi *supra, n. 127.* non tamen facit indicium ad torturam, sicut reprobato Blancho contrarium tenente, post Catum, & Scotum quos allegat, bene deduxit Meno. *de arbit. quæst. lib. 2. casu 474. n. 25. & 26.* quos pariter refert & sequitur Masc. *de prob. lib. 3. concl. 1311. post n. 13. ver. Secus autem in casibus non exceptis.* Et † est ratio, quia 153
vbi testis in totum repellitur, & non admittitur à iure, adminicula non reddunt eum habilem, & admittendum, per ea, quæ dixi *supra, n. 36.* & scripserunt Bal. *in l. falsus, num. 3. C. de furt.* Ang. *in l. si quis ex argenta ius, §. cogentur, n. 6. ff. de eden.* Marsi. *singu. 555. memini*, Aym. *cons. 9. n. 12.* Natta *cons. 298. n. 10. lib. 2.* Rolan. *cons. 98. n. 34. vol. 4.*

Contra † propositam 5. sublimitationem, & quòd imò in 154
casibus exceptis dictum socij criminis faciat indicium ad torturam, etiam sine adminiculis, apertè voluit Anton. Gomez. *var. resolut. tom. 3. c. 12. rub. de prob. delict. n. 18. ver. Sed his non obstantibus.* & ante eum sic declarando verba Sali. *in l. si. in fine, C. de accusat.* Idem etiam aperte censuit Blanch. *in tract. de ind. ad l. si. de quæst. n. 378. & 379.* vbi pluribus verbis nititur probare, quòd dictum socij criminis, qui ad habendum socios, & complices fuit legitimè tortus præcedentibus scilicet contra eum indiciis generalibus, vel specialibus de aliqua certa persona, iuxta ea quæ *supra* dixi, *n. 107. & seq. & n. 132.* facit indicium ad torturam contra nominatum, etiam quòd contra eundem nominatum, aliud non vrgeret indicium, vel adminiculum: inquit enim ibi Blanchus, indicia super sociis, & complicibus, quæ præcedebant contra eum tortum, & confessum antequam torqueretur, & fateretur, coniunguntur cum nominatione, & inculpatione per ipsum facta de cõsocio, adeò quòd is sine aliis adminiculis potest torturæ subiici, & requirit ibi Blanchus indicia, & adminicula, non contra nominatum, & inculpatum, sed contra nominantem & inculpantem, & ita dicit fuisse de mente Sali. *in d. l. si. in fine, ff. de accus.*

Verùm † iudicio meo non bene loquuntur Doctores isti, 155
* qui à communi, * practicata opinione discedere audent, & tradita per Gomez. *in loco præcitato*, iam fuerunt per nos probata, cum euidenti ratione *supra, n. 39. & seq.* quæ hîc repetere non intendo: tradita autem per Blanchum optimè pariter reprobantur per Menoch. *de arbit. quæst. lib. 2. d. casu 474. n. 45. & 46.* & per Bertaz. *in cons. 341. n. 8. in fine, iuncto n. 25. volum. 2. dicentes*, quòd Blanchus non bene intellexit mentem Saliceti, qui non voluit indistinctè ex dicto socij criminis oriri indicium ad torturam contra nominatum, quando præcesserunt indicia in genere de consociis, sed solùm quando præcesserunt in specie de aliqua certa persona: tunc enim si reus fatetur de eo, contra quem vrgent dicta specialia indicia, sufficit eius dictum ad torturam, quia non est solum, sed grauatum aliis specialibus indiciis, quibus fuit tortus reus principalis. At quando reus ipse torquetur, quia indicia adsunt in genere, quòd in eo delicto socij interuenerunt, & in tortura aliquem nominant, hæc sola nominatio non facit indicium ad torturam contra nominatum, quia indicia, quæ in genere de consociis præcedebant, non tangunt, nec respiciunt personam nominati, ideo non possunt coniungi cum ipsa nominatione, quæ propterea remanet sola, & ideo non sufficit ad torquendum iuxta communem, de qua *supra, n. 147. & sequen.* & ista est veritas, & mens Salicet. *in d. l. fina. C. de accusat.*

Restat modò difficultas, † vt dignoscamus, qualia debent 156
esse

esse ista adminicula,seu indicia à Doctoribus requisita in nominatione socij criminis ad hoc vt faciant contra nominatum indicium ad torturam. Nam si percurrantur Doctores allegati *supra*, *n.*147. *& seqq.* & prout in specie videtur animaduertisse Gramma. *decisio.*28.*n.*16. 17. 20. *&* 22. diuersimodè iidem Doctores in materia loquuti sunt: alij enim dicũt dictum socij criminis non facere indicium ad torturã, nisi aliis concurrentibus adminiculis: Alij dixerunt, nisi concurrentibus aliis indiciis: Alij nisi concurrentibus aliis argumentis: Alij, nisi concurrente aliqua præsumptione: Alij autem, nisi concurrente suspicione. Qui quidem termini cùm inter se valde differant, prout latè deduxi *hoc eodem tit.supra*, *in q.* 36. & bene adnotauit Gramma.*d.decis.* 28.*n.*20. *& seq.*non potest ideo ex dictis horum Doctorum, qui sic diuersimodè loquuti sunt,elici certa,& determinata doctrina, qualia scilicet debeant esse ista adminicula,sine quibus dictum socij criminis,non facit indicium ad torturam.

157 Vna†videtur fuisse opinio Grammatici *d.dicis.*28.*n.*16. *& n.* 21. quòd scilicet ex quo Doctores, ac præsertim Bald. *in cons.*429.*in* 3.*volu.*volunt debere concurrere adminicula, etsi loquuntur in numero plurali,necessario sequitur,quòd non vnum,sed plena requirantur adminicula, & ad hoc etiam facit opinio aliorum volentium concurrere debere aliquam aliam præsumptionem: nam præsumptio non ex vnica, sed ex pluribus coniecturis resultat, ponderando illius diffinitionem,traditam per Calder.*in repet.cap.vestra, de cohabita. clerico.& mulier.*dum dixit præsumptionem esse cognitionem ex circumstantiis resultantem, & ad inducendum præsumptionem plures requirũtur circumstantiæ:vnde ad hoc,vt dictum socij criminis faciat contra nominatum, indicium ad torturam,non vnicum,sed plura requiruntur adminicula.

158 Alia†fuit opinio Lud.Bolognini *in addit.ad Guid. de Suza.in tract.de ind.& tortu.nu.* 45. volentis,quòd indicia,quę requiruntur in criminalibus exceptis ad hoc, vt dictum socij criminis,faciat indicium ad torturam contra nominatum, nõ debeant esse ita legitima,quæ regulariter contra reum requiruntur ad hoc,vt torqueri possit,sed sufficiunt, & minora,& minùs legitima, & Bologninum sic dicentem referendo sequuti sunt,Io.Mar. Monticel. *reg. cri. n.* 46. Bertazz. *consilio* 34.*post.n.*26.*lib.*2.

159 Tertia fuit opinio eorum,†qui dixerunt indicia, seu adminicula huiusmodi non debere esse remota,sed propinqua,inter quos præcipuè fuit Natta *in cons.* 298.*n.*4. *in fine, & seq.* ponderando gl.*in c.de confess.*dicentem,quòd ad hoc vt confessio socij criminis faciat indicium contra aliquem, debent adesse præsumptiones non remotæ,sed propinquæ, quæ tan-
160 gant crimen,sicut tãgit depositio socij criminis: †& hoc propter illam dictionem *aliæ*, quæ est relatiua, & repræsentatiua eiusdem qualitatis,*quidam relegatus,in verbo,amicis,ff.de reb. dub.& in l.si fugitiui,in verbo, alia pœna, C.de seru. fugit. & in l.non solum,*§.*quæritur*,& ibi Docto.*ff. de procurat.* & dum Doctores dicunt requiri alia indicia, non est credendum, vt ibi considerat Natta, quòd senserint de indiciis remotis,quæ sunt parum efficacia ad animum Iudicis commouendum. Addo & pro hac eadem opinione, Mantuam *cons.*218.*n.*26. 31.*&* 34.Menoch.*de arbitr.q.lib.* 2. *casu* 474. *num.* 48. *illud quoque adnotandum est*,vbi infert,& alios adducit concordantes, Mascar. *de prob.li.*3.*concl.*1311.*n.*53.*vers. nam si huiusmodi indicia sint valde remota.*

161 Quarta succedit opinio, †quòd licèt ad inquirendum sufficiat dictum socij criminis, iuncto aliquo alio indicio etiam leui, vt suprà deduxi,*n.*28.non tamen sic est ad torquendum, quia ad torturam indicium concurrens cum depositione socij criminis debet esse non leue,sed vrgens, vt per Mascard. *de prob.lib.*3.*concl.*1311.*n.*14 *vers. Si verò alia indicia concurrant,iuncto n.*53.*vers.Si autem vrgens indicium sit, & magnũ.*

162 Quinta,†& vltima fuit opinio Menochij *in tract.de arbit. quæst.dicto casu* 474.*n.*47. *& seq. lib.* 2. quem etiam referendo sequi videtur idem Mascard.*d.concl.*1311.*sub n.*53.*volentis*,quòd ex quo non fuit à lege explicitè determinatum,qualia debeant esse indicia, seu adminicula prædicta, idcirco Iudicis arbitrio remissum cẽsebitur: qui quidem Iudex pro personarum, & facti qualitate arbitrabitur: & si istam vltimam opinionem,quam etiam sequitur Ludou.Peguer.*in decis.criminis.*5.*n.*33,tu Iudex cupidus, vt omnia arbitrio tuo remittantur,tenere volueris, non per hoc credas esse in tua potestate ex tua propria ceruice istud arbitrium regulare, quia debebit regulari non solùm secundùm præcitatas speciales Doctorum considerationes in præcedentibus opinionibus relatas, sed etiam secundùm ea,quæ generaliter dixi *supra*,*q.*37.*num.* 192.*& seqq.* & si magis in specie scire volueris adminicula, seu indicia approbata à iure, cum quibus iuncta nominatio socij criminis faciat indicium ad torturam contra nominatum, percurre infrascriptos casus.

Primus est casus,†quando cum nominatione socij crimi- 163
nis concurrunt testes de auditu:tunc enim sufficiet talis nominatio ad torquendum reum,secundùm Soc.*in cons.*95.*colum.*4.*post medium,libr.*3.quem referendo sequuti sunt Aym. *in cons.*178.*n.*3.*ad medium,ver.Item voluit*, & Dec. *consil.*15. *n.*68.*lib.*1.† Testes enim de auditu,licèt de se non faciant in- 164
dicium ad torturam,nec probent *l.testium,ff.de testib.l.si arbiter,ff.de proba.c.licèt ex quadam,extra de testib.* negari tamen non potest, quin faciant aliquam præsumptionem, ad trad. per Gozad.*in cons.*79.*n.*11.Rola.*cons.*82.*n.*56.*vol.*2. Cepha. *cons.*140.*n.*29.*lib.*1. Meno. *de arbit.q. lib.*2. *casu* 475.*n.*5. *& seqq.*quæ quidem præsumptio iuncta cum nominatione socij criminis faciet indicium ad torturam.

Secundus est casus, † quando cum eadem nominatione 165
concurrit vnus testis de visu, qui sit omni exceptione maior, & idoneus:tunc enim talis nominatio non solùm facit indicium ad torturam, sed etiam plenè probat delictum, vt per Calcan.*in cons.*10.*n.*4.*vers. Et hoc in casu nostro*, quẽ referendo sequuti sunt, Aym.*d.cons.*178.*n.*3*post medium, vers.Alibi scripsit Calcaneus*,Menoc.*de arbitr.q. lib.*2.*d. casu* 473.*n.* 64. Tiber.Dec.*d.consilio* 18.*post n.*68.*vol.*1.Mascar.*de prob.lib.*1. *conclusio.*158.*n.*5.*libro* 3.*conclusio.*1311.*n.*54.Foll.*inter consilia cri.diuers.consilio.*143.*n.*10.*lib.*1.*in folio.*vbi dixit,quòd socius criminis,iunctus cum alio teste fide digno, vel alia semiplena probatione,facit fidem per regulam *l.si quis ex argentariis*, §. *cogentur,vers.quid enim si humilis*, *ff.de eden.*

Si † autem testis non sit fide dignus,sed plures patiatur ex- 166
ceptiones,& defectus, tunc nominatio socij criminis, etiam iuncta cum isto teste non faciet indicium ad torturam,vt per Marsc.*cons.*28.*n.*17.

Verùm†sicut de huius 2.casus conclusione dubitare vide- 167
tur Menoch.*vbi suprà*, *d.casu* 473. *eodem n.* 64. ita & mihi aperte falsa videtur euidenti ratione: quia scilicet ad conuincendum reum testes debent esse idonei, & omni exceptione maiores,ad plenè post alios tradita per eundem Mascard. *de probat.lib.*1.*conclusio.*459.*n.*6.*&* 9.*& conclu.*496.*n.* 9.*& lib.* 2.*conclu.*1360.*n.*4.Burs.*cons.*346.*n.*9.*vol.*4.& dixi *suprà*,*q.*37. *num.*29.sed socius criminis, etiam in casibus exceptis, non dicitur testis omni exceptione maior, vt aliàs dixi *suprà hac eadem quæst.num.*40.*ergo.&c.*faciet bene isto casu nominatio socij criminis,iuncto teste de visu indicium ad torturam, & tale indicium,vt cùm delictum possit dici plusquam semiplenę probatum, poterit Iudex grauis torquere nominatum, & ista est veritas, secundùm quam à bonis Iudicibus sæpissimè vidi practicatum.

Tertius est casus, † quando cum dicto socij criminis con- 168
currit inimicitia nominati cum occiso: tunc enim sine dubio ex ea contra eundem nominatum oriri indicium ad torturam, vult post alios quos allegat Ioan. Mar. Monticel. *regu. crim.*4.*post num.*38.*il primo,& reg.*5.*n.* 15. conclusio est verissima: quia, prout etiam latiùs infrà explicabo, inimicitia iuncta cum alio adminiculo sufficit ad torturam, secundùm magis*communem opinionem,de qua per Clar. *inpract.* §. * *fi.q.*22.*vers.Inimicitia.*

Quartus est casus†,quando cum dicto socij criminis con- 169
icurrit fama contra nominatum:tunc enim pariter ex eo oriri ndicium ad torturam contra nominatum, voluit Calcan.*d. cons.*110.*n.*4.quem referendo sequuti sunt,Aym.*d. cons.* 178. *post n.*3.*vers. Alibi scribit Calcaneus, &c.*vbi dicit hoc dictum Calcanei esse valde singulare,& notandum,Blanch.*de indi.& tor.ad l.si.ff.de quæst.n.*385.*in fine*, Gram.*cons.*21.*n.*7. Carrer. *in pract.cri.in* 2.*tract.de ind.& tort.*§.*octauum indicium,n.*10. *in fine*,Io.Mar. Monticel. *reg.cri.* 4.*n.* 35. Tiber. Decian. *d. cons.*18.*n.*68.*lib.*1.*vol.*1.

Quintus est casus,†quando cum dicto socij criminis con- 170
currit fuga nominati: tunc etiã quòd possit idem nominatus torqueri,

torqueri voluerunt Bald. *in d. consilio 429. in 3. vol.* Gram. *decisio. 28. n. 16.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 474. n. 48.* Tiber. Decian. *d. cons. 18. n. 71. lib. 1.* Mascar. *de prob. lib. 2. concl. 1311. num. 52. in fine,* & conclusio est verissima, quia secun-
* dùm communem,* & obseruatam opinionem, de qua testãtur Rom. Ias. Cur. sen. Marsil. Clar. & alij relati per Dec. *d. n. 71.* sola enim fuga delinquentis ante formatam inquisitionem facit indicium ad torturam, ergo multò magis iuncta cum dicto socij criminis, seu alio adminiculo, prout etiam latiùs dicam *infra, hoc eodem tit. in quæstione de fuga.*

171 Sextus est casus, †quando cum dicto socij criminis concurrit conuersatio nominati, cum nominante socio: tunc enim etiam ex eo oriri indicium ad torturam contra eum denominatum, voluit Gram. loquens in conuersatione, & cohabitatione *in cons. 35, n. 16.* ex Bal. quem allegat *in cons. 95. regula iuris est, li. 2.* idem Gram. *voto 6. n. 3.* Carrer. *in pract. in 2, tract. de indic. & tort. §. octauum indicium. n. 10. ad fin.* idem Gram. *voto 6. n. 3.* Io. Mar. Monticel. loquens in conuersatione, vel in stricta amicitia *d. reg. cri. 4. n. 38. il primo, in prin.* Menoch. *de præsump. lib. 1. q. 89. n. 73. in fine,* & aliquid dicam *infra, q. 52. n. 89. & 92.*

172 Contra huius sexti casus †cõclusionem apertè tenuit Natta, *in cons. 298. n. 3. in fine, vers. Sed in proposito, & n. 4. vol. 2.* inquiens, conuersationem, & amicitiam esse de se bonum, quia amicitia est idem velle, & idem nolle in rebus licitis, & honestis, ideo absurdum est ex eo, quòd bonum est, malũ prę-sumere velle, & absurdum est amicitiam, quæ est virtus, in nomen delicti velle transferre. Augeo Nattæ obiectionem, quia si volumus nominationem socij criminis facere indiciũ ad torturam contra nominatum, quando cum nominante nominatus habet amicitiam, vel conuersationem, vtique semper faciet eadem nominatio tale indicium, quia semper ferè nominans cognoscit nominatum, & cum eo aliquam habet conuersationem.

173 Verùm †non per hoc recedas à proposita conclusione, quæ
* vt vides, magis communiter* recepta per Doctores, declarata tamen, vt non procedat in omni conuersatione, ac in omni amicitia: quia si sic generaliter procederet, vtique subintraret consideratio vltimo loco facta, sed tantùm in ea, quæ stricta, & assidua est, & talis, vt verisimile sit, inter eos delictum fuisse tractatum, prout etiam dicam *infrà, hoc eodem tit. quæstio 52. num. 91.*

174 Nec †obstet consideratio Nattæ, quia amicitia est bonum, & virtus, quando cum bonis contrahitur: at quãdo cum malis non solùm non est virtus, nec bonum, sed nec amicitię nomen meretur, quia inter malos non est amicitia, sed fraus, dolus, & conspiratio. prout idem Natta ibidem fatetur ex gl. *in l. latæ, §. amicos. ff. de verb. sig.* ideo non est absurdum sumere adminiculum ex cõseruatione nominati cum criminoso, & criminis socio: qui, prout latiùs dicam, *hoc eo. tit. in indicio conuersationis, sub q. 52. in 6. indicio, n. 85. & seqq.* Conuersatio cũ malis hominibus, & delinquentibus, facit nõ mediocre indicium contra conuersantem, & tale, vt iuncta aliqua alia præsumptione possit tormentis subiici. Sic itaque poterit in casu nostro, iuncta nominatione socij criminis, cum quo quis assiduè conuersabatur, & strictam habebat amicitiam. hæc enim conuersatio, & stricta amicitia reddit verisimilem talem, nominationem, ideo sufficit ad torquendum, per ea, quæ infrà dicam *hac eadem q. n. 177. in 6. sublimitatione.*

175 Septimus est casus †quando cum socio criminis concurrit secreta alloquutio habita inter nominatum, & nominantem: tunc enim ex eo etiam oriri contra ipsum nominatum indicium ad torturam, post alios quos allegat, scripsit idem Montic. *d. reg. 4. n. 38. il primo, & reg. 5. post n. 13.*

176 Et †faciunt ad hæc ea, quæ generaliter post alios quos allegant antiquiores tradita sunt per Petr. à Plac. *in epit. delict. c. 14. n. 5.* Ant. Gomez. *var. resol. tom. 3. tit. de homic. n. 46.* Gabr. *lib. 7. concl. 2. n. 48. & seqq.* Clar. *in pract. q. 89. vers. fi.* Masc. *de prob. lib. 1. cõcl. 410. n. 8. & seqq. & lib. 2. conc. 1012. n. 16.* Quĩ-
* bus in locis communiter* affirmant ex alloquutione facta ad aures & homicidio incontinenti sequuto præsumi tractatum & mandatum, de quo tamen latiùs dicam *infrà, lib. 3.* in materia mandati, si dicendi tempus vita dabit.

177 SVBLIMITA VI. Omnes †propositas limitationes, vt etiã in casibus exceptis ad hoc, vt nominatio socij criminis faciat indicium ad torturam contra nominatum, non solùm requirantur ea, quæ mox dixi in præcedentibus sublimitationibus, & dicam *infrà, in sequentibus,* sed etiam necesse est, talem nominationem esse adeò verisimilem, vt vltra adminicula, ex numero testiũ, ex qualitate deponentiũ, ex persona eorũ contra quos deponitur, ac ex aliis circumstantiis facti, Iudex certò credat nominantem non mentiri, ad text. qui bene hanc sublimitationem probare videtur, *in l. sicuti,* & ibi Bal. *in summario, C. de quæst.* & meliùs *in cap. fideiussorem, de hæret. in 6.* vbi tunc demum in crimine hęresis admittuntur socij, & participes illius criminis in testes, *Si ex verisimilibus cõiecturis, & ex num. testiũ, aut personarũ, tam deponentiũ, quam eorum, contra quos deponitur, qualitate, ac aliis circũstantiis sic testificantes falsa nõ dicere præsumantur.* & per istum text. hanc sublimitationem pręcipue firmarunt Marsil. *in pract. §. diligenter, n. 60. in fine & sing. 396. ad finem.* Gram. *cons. 35. n. 49.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de ind. & tortu. §. octauum indicium, n. 15.* Gig. *in tract. de cri. læsæ maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crimen læsæ maiesta. prob.* Conrad. *in pract. rubr. de negat. crimin. & tormen. post n. 23. folio mihi 293. col. 2.* Ioan. Monticell. *reg. crim. 4. post n. 38. in primo, iuncto n. 48.* Roland. *cons. 73. n. 25. & 37. vol. 1.* Menoch. *de arbitr. q. libro 2. casu 484. numero 58.* Dec. *cons. 18. num. 64. lib. 1.* Bursat. *consilio 201. numero 61. libro 2.* Bertazz. *consil. 40. numero 13. libro 1. & consilio 341. num. 15. in fine, libro 2. & consilio 556. num. 15. & sequen. eodem lib. 2.* Mascard. *de prob. lib. 1. conclu. 158 n. 3. & lib. 3. concluso. 1311. num. 45. & sequentibus.* Honded. *d. cons. 100. n. 17.* vbi alij referuntur concordantes.

SVBLIMITA VIII. Eadem †limitationes, vt nunquã, nec etiam in exceptis, socij criminis dictum faciat indiciũ ad tor- 178
turam, si is patiatur plures defectus: putà, quòd sit aliũde infamis, criminosus, seu aliàs inhabilis, vt per Marsil. *sin. 200. & cons. 74. n. 23. & cons. 102. n. 12.* Gramm. *cons. 35. n. 23. & seq. & cons. 61. n. 2. & cons. 66. n. 4. & cons. 38. num. 9. & cons. 70. n. 7. in fine. & seqq. vbi num. 9.* loquitur etiam in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, *& cons. 1.* in materia fornicationis post suas decisiones, *n. 61. & voto 34. num. 8. & n. 9.* Carrer. *in pract. in 2 tract. de ind. & tort. §. octauum indicium, n. 23.* Foll. *in pract. cri. in prima par. 3. par. principalis, verbo, Etsi confitebuntur, n. 102. ad medium, vers. Et licèt in casibus exceptis, &c. & in fi. num, vers. Et nota vlteriùs,* Aym. *cons. 6. n. 15. & seq.* Boër. *decis. 319. post n. 3.* Gig. *de cri. læsæ maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læsæ maiest. prob. q. 7. n. 7. & seqq.* vbi loquitur in crimine lęsæ maiestatis, & reddit rationem, Natta *cons. 298. n. 6. & seq. lib. 2.* vbi etiam reddit rationem, & ampliat, etiã quòd infamia sit probata aliunde, quàm per sententiam aut confessionem socij criminis (quicquid in hoc contrarium senserit Carrer. *d. n. 2.*) Rolan. *cons. 16. n. 20. & seqq. vol. 1.* vbi de socio criminis abiecto, & paupere, *& cons. 73. n. 24. 27. & 28. eod. vol. 1. vbi de socio criminis minore, & paupere, & cons. 3. n. 51. vol. 3. consilio 57. n. 38. & sequenti vol. 4.* vbi latè & præsertim de socio criminis lusore, Menoc. *d. arbitr. q. li. 2. casu 474. n. 54.* Hier. de Monte, *quæst. 16. n. 22.* Bursat. *consil. 69. n. 25.* vbi plures allegat, & testatur de communi * opinione, & *
cons. 239. n. 42. vbi pariter de communi, & quòd duo defectus sufficiũt, & ampliat etiã quòd deponant in tortura, cùm tortura non suppleat, nisi vnum defectum, quod & antea dixerat *in cons. 192. n. 21. & seq. & cons. 201. n. 57. & cons. 275. n. 19.* vbi quòd isto casu nec etiam sufficit ad inquirendum, Bonacoss. *in comm. opin. par. 1. ver. Socio criminis non creditur, fol. mihi 152. col. 4.* Vbi etiam de * communi, de qua & per Laurent. Kirchou. *in suis commun. opin. cent. 4. concl. 40.* Ioan. Mar. Mõticell. *reg. cri. 4. n. 41.* Bertaz. *cons. 61. n. 16. & seqq. li. 1.* vbi * præcipuè de socio criminis minore vel paupere, *& cons. 39. n. 14. & cons. 40. n. 12. & consil. 234. num. 5. & cons. 341. num. 27. & cons. 333. n. 3. & consi. 556. ante nu. 3.* Osasc. *cons. 64. n. 30* Mascard. *de prob. lib. 1. conclu. 462. n. 25.* vbi loquitur etiam in crimine læsæ maiestatis, *& lib. 3. concluso. 1311. n. 15. iuncto n. 21.* vbi etiam de socio criminis minore, & paupere: faciunt quæ dixi *suprà, n. 22.* vbi ampliatur hæc conclusio etiam in socio criminis habilitato per statutum ad testificandum, Hõded. *consil. 100. n. 37.* vbi ampliat etiam quòd depositio emanauerit in tortura: *& ibidem n. 22. & 23.* vbi ampliat etiam ad inquirendum, & aliis relatis testatur de communi; ex quibus sine dubio dici potest, sublimitationem hanc ab omnibus

fuisse

fuisse receptam. Ad cuius cõprobationẽ vide plures concordantes relatos per Baiard. *in pract. quæstio.* 24. *num.* 128. quo in loco licet idẽ Baiard. testetur consuetudine seruari omnes testes, seu socios criminis cum tortura admitti, etiam quòd mille paterentur defectus, ac etiam ad faciendum indiciũ, ex Bos. quem allegat *in tit. de ind. n.* 156. & Clar. *in pract. q.* 21. *vers. Scias tamen* (qui tamen non loquitur in socio criminis patiente plures defectus, sed in socio criminis periuro) ego tamen in socio criminis patiente plures defectus bonis Iudicibus testari possum nunquam in Vrbe vidisse, quòd fuerit ad torturam deuentum, nisi vltra inculpationem socij criminis concurrerent alia quæ de se sola indicium facerent.

179 Et†particulariter in socio criminis inimico, quòd nec etiã in casibus exceptis faciat indiciũ ad torturam, post alios quos allegant, scripserunt Alexand. *consil.* 127. *post n.* 16. *volum.* 4. Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de ind. & tortu. d.* §. *octauum indicium, n.* 24. Gig. *in tract. de crim. læsæ maiest. lib.* 2. *rub. quom. & per quos cri. læsæ maiest. prob. q.* 7. *n.* 6. Ioan. Mar. Monticel. *d. reg. cri.* 4. *n.* 43. Meno. *de arb. q. lib.* 2. *d. casu* 474. *n.* 55. Mascar. *de prob. lib.* 1. *concl.* 462. *n.* 24. vbi loquitur etiam in crimine læsæ maiestatis. Honded. *d. consi.* 100. *n.* 26. *& seqq.*

180 SVBLIMITA VIII. Et†illatiuè ex præcedẽti sublimitatione, vt nec in casibus exceptis socius criminis periurus faciat indiciũ non solũ ad torturã, vt in specie de tortura, post alios quos allegant antiquiores, loquuti sunt, Ioan. Mar. Monticel. *d. reg. cri.* 4. *n.* 32. *&* 41. Rolã. *cons.* 16. *n.* 9. *& seq. vol.* 1. Bertaz. *cons.* 39. *n.* 14. *& cons.* 40. *n.* 10. *& consil.* 61. *n.* 10. Menoch. *de*

181 *præsump. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 74. †sed nec etiam ad inquirendum, vt per eundem Monticell. *d. reg.* 4. *post n.* 33. Rol. *d. cons.* 16. *eod. n.* 9. *& seqq.* vbi amplia, etiam quòd cum tortura confirmauerit suum dictum, *& cons.* 73. *n.* 6. *& seqq.* 18. *& seq. eod. vol.* 1. vbi quòd hæc est indubitata iuris conclusio, *& cons.* 57. *n.* 15. *lib.* 4. *& cons.* 94. *n.* 20. *& seq. & cons.* 98. *n.* 21. *eodem volum.* 4. Cephal. *consi.* 204. *n.* 32. *& cons.* 233. *n.* 6. *& 7. lib.* 2. vbi pariter loquitur, etiam quòd in tortura deposuerit, prout etiã loqui-

* tur, & de communi, *ac indubitata conclusione testatur Laurent. Kirchou. *in suis commu. opin. cent.* 4. *concl.* 39. Burs. *cons.* 239. *n.* 34 Mascard. *de prob. lib.* 2. *concl.* 1003. *n.* 5. Honded. *consil.* 100. *n.* 29. *iuncto n.* 39. *& seq.* vbi pariter testatur de cõ-

182 muni, etiã quòd in tortura deposuerit. †Et licèt Decian. *in d. consi.* 18. *n.* 61. dixerit periurum non diminuere de fide socij criminis, in materia conspirationis, quę est difficilis probationis, non per hoc tamen recedas à proposita sublimitatione,

* quę, vt vides, communiter*recepta est in casibus exceptis, & in quibus veritas aliter haberi non potest. Generale † enim

183 est, & in omni materia absolutum, periurum à testificando repelli, ad gl. *in c. per tuas, in verbo, adulteri, extra de simon.* quã

* dicit communiter * approbatam, Gig. *de cri. læsæ maiest. lib.* 2. *tit. quomodo, & per quos crim. læsæ maiestat. probet. quæstio.* 11. *num.* 1. cum aliis per Clar. *in pract.* §. *periurium, vers. Repellitur etiam periurus.* cum aliis per Antõn. Gomez. *variar. resolut. tomo* 3. *capite* 13. *rubric. de probat. delict. num.* 15. Osasc. *decis. Pedemon.* 72. *num.* 7. est text. *in cap. paruuli*, 22. *quæst.* 5. *in cap. quicunque, 6. qustion.* 1. *& in cap. testimonium, de testibus*, & dicam *infrà, in sequen. tit. de oppos. contra testes*; in materia testis periuri.

184 Et†licèt rursus Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 21. *vers. Scias tamen*, videatur declarare hanc sublimitationem, vt quicquid sit de iure, de consuetudine tamen contrarium seruatur secundùm quam dictum socij criminis periuri sufficit non solùm ad inquirendum, hoc est, ad assumendum informationes, sed etiã ad formandam, & transmittendam inquisitionem, & plerũque etiam ad torturam, vt Clarum referat, & sequi videatur, Bonacos. *in com. opi. par.* 1. *sub vers. Indicium facit socius ad torturam, ad finem, fol. mihi* 87. *col.* 1. Hæc tamen consuetudo quoad assumendas informationes super delicto, posset, iudicio meo, forsan vbique seruari, & erit rationabilis per ea, quæ dixi suprà, *n.* 120. (licèt neque hoc placeat Laurentio Kirchou. *in suis comm. opin. centu.* 4. *concl.* 39. *in fine.*) At quoad formandam, & transmittendam inquisitionem, & multò magis quoad torturam, non erit vllo pacto extendenda extra statum Mediolani, in quo Clarus versabatur per ea, quæ in terminis scripsit Roland. *in consil.* 93. *n.* 21. *in fine, & seq. eodem volumine* 4. & vide ea quæ in simili dicam *infra, in q.* 45. in materia testis subornati, *n.* 16. *& seq.*

Nisi forsan cum dicto socij criminis periuro concurrerent non solùm adminicula, sed illa quidem etiam grauia: tunc enim, vt verum fatear, vidi quandoque practicari, & etiam practicaui ex tali dicto ad torturam deueniri, prout etiam sic practicari in statu Ecclesiastico, & in Regno Neapolitano testatur Baiard. ad Clar. *q.* 21. *n.* 30. *& seqq.* Et aduerte, quòd hoc ideo dixi isto casu adminicula debere esse grauia, quia etiam quòd socius criminis non sit periurus, nisi cum illius dicto adminicula concurrant, inculpatus torqueri non potest vt dixi *infrà, hac eadem q. n.* 147. Ergo vbi concurrit periurium, adminicula debent esse grauiora.

Et quia socius criminis varius † & contrarius in suis depo- 185
sitionibus, dicitur etiam periurus, secundùm*communem, de *
qua in terminis testatur Burs. *in cons.* 275. *n.* 5. ideo si reus primò examinatus negauerit delictum, ac etiam complices, vel confessus de se delictũ interrogatus de complicibus illos reticuerit: si postea iterum de hoc interrogatus, vel tortus sponte, aut per torturam variando à prima depositione socios nominauerit: non vtiq; tunc faciet talis nominatio contra nominatos indicium ad torturam propter defectum periurij, sicut in specie post alios, quos allegant antiquiores, scriptum reliquerunt, Carrer. *in pract. cri. in* 2. *tract. de indic. & tort.* §. *octauũ indicium, n.* 18. Gramm. *voto* 34. *post n.* 10. *& sequen.* Dec. *in cons.* 189. *n.* 8. Natta. *cons.* 298. *n.* 7. *in fine, & n.* 8. per totum vbi bene Rolan. *cons.* 16. *n.* 13. *& n.* 18. *in fine, & num.* 19. *& n.* 22. *in fine, volum.* 1. *& cons.* 73. *n.* 15. *in fine, iuncto n.* 28. *& seqq. eodem lib.* 1. Cepha. *cons.* 233. *n.* 14. *& seq. & cons.* 234. *n.* 9. *& sequen. lib.* 2. Laurent. Kirchou. *in suis commun. opinio. concl.* 79. *cent.* 4. *tom.* 2 *commu. opi.* Bertazz. *cons.* 28. *n.* 4. *& cons.* 39. *n.* 13. *& cons.* 50. *n.* 12. *& cons.* 116. *n.* 21. *in fine, & seq. lib.* 1. *cons.* 331. *n.* 4. *& cons.* 559. *n.* 7. *lib.* 2. *& cons.* 341. *n.* 27. *eodem vol.* 2. vbi†quòd isto casu, nec facit indicium ad inquirendum, quod 186
& idem affirmauit *in consilio* 559. *n.* 8. licèt contrarium sensisse videatur *in cons.* 332. *n.* 4. ex quibus ita communiter*per *
Doctores receptum esse dici potest. Quæ omnia declara secundùm ea, quæ dixi *in anteced. sublimitatione, n.* 184. *in fine, versicu. Nisi forsan.*

SVBLIMITA IX. Vt†nec etiam in casibus exceptis, dictũ 187
socij criminis faciat indicium ad torturam contra nominatum, qui sit bonæ conditionis & famæ: quòd enim bona fama inquisiti tollat indicium resultans contra eum ex dicto socij criminis, affirmarunt Carrer. *in pract. cri. in* 2. *tractat. de indic. & tortu.* §. *octauum indicium, n.* 13. *& n.* 14. Gramma. *cons.* 21. *n.* 10. *& cons.* 35. *n.* 25. 49. *& 50. & cons.* 61. *n.* 1. *& cons.* 70. *n.* 7. vbi loquitur etiam in dicto duorum sociorum criminis, *& decis.* 28. *sub n.* 17. Paris. *cons.* 151. *n.* 13. *lib.* 4. Soc. iun. *cons.* 39. 66. *lib.* 2. Ludou. Cat. *inter cons. cri. diuers. cons.* 99. *n.* 23. *lib.* 1. *in paruis*, Roland. *cons.* 16. *n.* 24. *& seqq. vol.* 1. *& cons.* 73. *n.* 35. *& sequen. eodem vol.* 1. Ioan. Mar. Monticel. *regu. crimin.* 4. *n.* 36. Menoch. *d. arbitr. quæst. lib.* 2. *casu* 474. *n.* 42. Bertazz. *cons.* 61. *n.* 19. *& sequen. lib.* 1. *& cons.* 332. *n.* 10. *& cons.* 341. *num.* 29. *& cons.* 556. *num.* 15. *& consilio* 559. *numero* 9. *lib.* 2. Mascar. *de prob. lib.* 3. *conclu.* 1311. *num.* 16. *& seq.* Osasc. *dicto cons.* 64. *n.* 28. *versicul. Vnde post Alex.* Ludou. Peguer. *decis. crimin.* 5. *numero* 31. Honded. *d. consil.* 100. *num.* 4. *iuncto numero* 20.

Verùm de hac sublimitatione, †licèt communiter*recepta, 188
multùm dubito, & vix eam in practica obtineri posse credide- *
rim per ea, quæ ponam *infrà, in q.* 47. *in materia famæ*, vbi probabo per bonam famam inquisiti non tolli, sed tantùm debilitari indicia specialia contra ipsum laborantia: ideo si cum dicto socij criminis concurrerent tot adminicula, & præsumptiones, vt superarent bonam famam, nescio quónam pacto posset is nominatus euadere torturam.

SVBLIMITA V. Vt in omni casu, †in quo socius criminis 189
facit indicium contra nominatum, id debeat intelligi, si de sociis interrogatus, ita respondeat: quòd si nulla præcedente interrogatione socios nominet, talis nominatio, tamquam suspecta, nullum facit indicium, vt in specie voluerunt Gandin. *in tit. de q. & tormen. post num.* 16. *vers. Nam regulariter.* ibi, *vel sine interrogatione confiteatur*, Guido de Suzzar. *in trac. de indic. & tort. post n.* 51. Salic. *in l. fi. n.* 11. *vers. Sed tunc oppono, C. de accusat.* Ang. *de malef. in verbo. Quòd fama publica præced. post n.* 31. *ver. Et ideo interrogatur*, Bru. *de indic. & tort.* 2. *par.* 1. *q.* 3. *n.* 23. *ad finem, vers. Vbi plus subdit*, Ruin. *cons.* 146. *num.* 1.

volum.

*vol.*5.Gram.*consil.*21.*num.*5.*&* 6.*&* *consil.*35. *numero* 22.*&* *dec.*28.*n.*10.*&* *seqq.&* *cons.*65.*n.*1.Carrer.*in pract.in* 2.*tract. de ind.& tor.*§.*octauum indicium*, *n.*27. Foller. *in pract. cri.in* 1.*par.*3.*par.v. Et si confitebuntur*,*n.*103.Ioan.Maria Monticel. *reg.cri.*4.*n.*7.Menoch.*de arbit.q.lib.*2.*casu* 474.*n.*56. Rolan. *cons.*73.*post n.*2.*vol.*1.Bertazz.*cons.*61.*n.*21.*li.*1.*&* *cons.*116. *n.*15.*eod.lib.*1.*&* *cons.*556.*n.*12.*li.*2.Masca *de prob.li.*1.*concl.* 1311.*n.*43.*&* *seqq.*Ratio huius sublimitationis ea communi-
* ter* consideratur per Doctores præfatos : quia testis vltrò se offerens examini suspectus à iure reputatur, *l.post legatum*,§. *his verò* & ibi glo.*ff.de his*,*quib.vt indig.* Ruin.*cons.*146.*n.*1. *vol.*3.Marsil.*cons.*2.*n.*41.*&* *cons.*12.*n.*8 *&* *sing.* 140. Neuiz. *cons.*25.*n.*17.Boss.*tit.de oppos.cont.test.n.*21.*ver. Et minus dubium*, *iuncto n.* 29. ita pariter reputari debet suspecta nominatio socij criminis sponte facta.

193 Verùm† sicut hæc sublimitatio sic simpliciter, & generaliter,prout illius verba sonant intellecta,vera non est in iure, ita nec etiam in practica recipitur.Magis enim suspecta videtur nominatio,quando est facta ad Iudicis interrogationem, siue in genere,siue in specie de consociis,ac præsertim in tortura in qua reus videt ex ea interrogatione Iudicē velle scire socios,quam quando sponte reus narrando seriē facti, socios indicat absq;vlla interrogatione.Primo enim casu vrget magis periculum suggestionis,quam in secundo,& hoc patet ad sensum.Nec obstet ratio suprà per Doctores considerata de teste vltrò se examini offerente, quia ea non potest applicari socio criminis , qui non sponte se examini subiicit , sed coactus,captus,& carceratus.Nec spōte dicitur deponere de cōsociis,quia dum à Iudice ad dicendum veritatem super facto, de quo agitur,interrogatur , satis etiā implicitè dicitur interrogatus,& monitus,vt socios nominet:si socij interuenerunt, & ideo nunquam in iudiciis quoad adimendum fidem dicto socij criminis,vidi factam vim in eo,quod sponte nominauerit,potiùs quàm interrogatus.Bene verum est, quòd sicut regulariter nominatio socij criminis,etiam in exceptis,de se sola non facit indicium ad torturam Iudice interrogante emanata.vt suprà probaui,*n.*47. *&* *seqq.* ita nec etiam facit indicium,si sponte nulla præcedente interrogatione emanauerit, & ita loquuti sunt,si bene eorum dicta ponderētur,Gandin. Guido de Suzzar.& Angel.*de malefi.in locis præcitatis* : at si nominatio hæc iuncta fuerit cū adminiculis, quòd tunc nec etiā faciat indicium,prout videtur de mente aliquorum Doctorum allegatorum suprà pro sublimitatione, non solùm à iure alienum est,imò aperte contrarium expressè voluit Carrer.*vbi suprà*,*n.*27.*ad finem*,& est de mente Grammat. *dicto consilio* 21.*n.*61.*&* *dict.consil.*35.*n.*22.*in fine*,*&* *consilio* 65.*n.* 1.*in fine*, *&* *d.decisio.*28.*n.*11.vbi expressè dicunt, quòd socij criminis nominatio etiam sponte facta sine aliis indiciis , & adminiculis, non facit indicium ad torturam:secus autem aliis concurrentibus,prout & idem esse in nominatione facta ad Iudicis interrogationem probaui *suprà*, *n.* 145. *&* *sequen.* & sic nullam credo differentiam inter nominationem sponte factam,& eam quam præcessit Iudicis interrogatio,prout etiam ita expressè affirmauit Clar.*in pract.* §.*fi.* *quæst.* 21. *post*
191 *vers.Retenta igitur, ante medium*,†vbi dixit , quòd sicut nominatio socij criminis facta ad Iudicis interrogationem de se sola sufficit ad inquirendum, hoc est , ad assumēdum informationes super delicto,iuxta ea, quæ latiùs exposui *supra*.,*n.* 129.ita pariter & ad inquirēdum sufficit ea nominatio quam reus facit , non interrogando de consociis , sed simpliciter narrando delictum,& eius seriem , & Clarum vbi suprà referendo sequiturDec.*d.consilio* 18.*post n.*63.*lib.*1.nec dissentit Ludou. Peguer.*decisio.crim.*5.*n.*30. *vers.& hanc vltimam opinionem.*

192 Posset † autem proposita sublimitatio verificari in duobus casibus.Primò in eo,qui nō existens carceratus Iudicem adit sua propria voluntate,& sponte reuelat crimen, de quo putà propter reuelationem habet impunitatem à lege , prout est crimen læsæ maiestatis,*ad l.quisquis*,§.*fi.C.ad l.Iul.maiest.*Secundò in sponte reuelante dictum,de quo fuit sibi promissa impunitas à Iudice. His enim duobus casibus spontanea nominatio socij criminis,multo minùs nominato nocet , quàm facta ad Iudicis interrogationem.Primo enim casu, videlicet in reuelante crimen habente impunitatem à lege, antequam sit carceratus,aut à Iudice requisitus,reus ex tali reuelatione succedit loco accusatoris,seu denūciatoris,ideo tantùm probat quantum probaret alius accusator,seu denunciator, vt in terminis bene declarat Ossc.*decisio.Pedemon.*79.*n.*7. *iuncto n.*51.item & isto casu proprie reus dicitur sponte , & non interrogatus nominare socios,quia non carceratus,nec à Iudice monitus, sed ex sua propria voluntate nulla præcedēte Iudicis interrogatione socios nominat:ideo non est mirum, si talis nominatio est suspecta,per ea,quæ in propriis terminis cōsuluit Ruin.in ex aduerso allegato *consilio* 146.*n.*1.*volum.*5. Secundo autem casu in reuelante propter impunitatem sibi à Iudice promissam , multò minùs reuelans probat contra socios quos nominat,quia dicitur corruptus promissione impunitatis sibi à Iudice facta , & propterea nihil ei credendum est,nisi id,quod dicit,aliunde probauerit,ad tex.*in l.nō omnes*, §.*fin.ff.de re milita.*quem in proposito,& in terminis ponderauit Boss.*in tit.de opposi.contra test.n.*21.in iis inquā,duobus casib crederem sine dubio,multò minùs esse credendum reo sponte nominanti socios , quam nominanti ad interrogationem Iudicis,secus autem extra hos casus. Et in proposito aduerte quòd si is,cui promissa est impunitas falsum dixerit de se,& aliis,acerimè punitur, vt dixi *in tit. de reo confess. &* *connic.q.*81.*n.*194.

SVBLIMITA XI.Vt† nec in casibus exceptis dictum so- 193
cij criminis faciat indicium contra nominatum,quando illud emanauit in tortura non legitimè data,putà sine præcedentibus indiciis:tunc enim sicut talis confessio non nocet ipsi reo de se confesso,per ea quæ dixi *supra*,*in quæst.* 37. *num.* 110. ita pariter nec nocebit ipsi socio inculpato, vt per Ioan. Mariam Monticell.post Carrer quem allegat. *d.reg. crimin.*4.*n.* 44.*iuncto num.*39 vbi ex Gramma.*voto* 34. *sub num. decimo*, loquitur in confessione emanata propter doloris impatientiam in immodereata tortura,Bursat.*consilio* 201.*n.* 58. *vers. Et quidem cum tortura legitimè illata* , *&c. iuncto n.*61. *vers. Vnde cum tortura non fuerit legitimè illata.* Et† faciunt scripta 194
per Grammat.*in voto* 6.*n.*10.*&* *cons.*21.*n.*19.*&* *cons.*37.*n.*6. vbi post Bart.Marsi & Dec.quos allegat,voluit depositiones testium absque indiciis tormentorum nihil valere , nec indicium facere contra illos , contra quos deponunt , quod & affirmarunt Mascar.*de probat.lib.*1.*conclus.* 353. *n.* 6. Franc. Personal.*in tract.de ind.& tortura post n.*32.*vers.Imò si testis.* Et dixi latiùs *in tract.de testib.quæst.*79.*n.*73.*&* *seqq.&* *in tit. de reo confess. &* *conuict. quæstio.* 83. *n.* 8. & hæc sublimitatio eò magis procedit, quia quando Iudex deuenit contra reum ad torturam,est signū,quod ipse neget socios:quare si postea in tortura eos fateatur,effectus est varius , & periurus , ideo subintrant ea , quæ suprà adnotaui , *n.*182. & in specie animaduerit Gram.*dicto voto* 34.*sub n.*10.

SVBLIMITA XII.Vt† dictum socij criminis,nec etiam in 195
casibus exceptis,faciat indicium ad torturam,nisi quādo actu & habitu veritas aliter haberi non potest ,sicuti post Marsi. *in consil.*61.*in fine*,concludit Rolan.*consilio* 73.*n.* 26. *vol.*1. sed Rolandum optima ratione reprobat Menoc.*de arbi.quæst.lib.* 2.*dict.casu* 474.*n.*62.*&* *seq.*Laus Deo semper,&c.

ARGVMENTVM

Indicium an , quando , & quale oriatur ex depositione mandatarij, contra mandantem.

SVMMARIVM.

*Mandatarius,in quo casu possit interrogari de mandante,n.*1.

*Mandatarij dictum regulariter non facit indicium contra mandantem ad torturam,n.*2.*&* *seqq.vbi respondetur contrariis.*

*Mandatarij dictum in crimine læsæ maiestatis facit indicium contra mandantem,si concurrit aliqua alia præsumptio,alias secus,n.*5.

Mandatarij si plures sint, etiam si inculpent mandantem , faciunt indicium ad torturam contra inculpatum , n. 7.*&* 8. *contrà,n.*9.*Dic , quòd primo est vera in casu , in quo mandatarius possit interrogari de mandante : secunda autem opinio procedit in casu,in quo non potuit interrogari , numero* 9.*&* 10.

Manda

Mandatarij dictum facit indicium ad torturam in omni casu, in quo illud indicium facit nominatio socij criminis, & è contra, & sic valet argumentum, tam affirmatiuè, quàm negatiuè de socio criminis ad mandatarium, n.8. & n.24.

Mandatarij si plures sint, & in eorum dicto singulares, non faciunt indicium ad torturam contra mandantem, etiam quod plures sint, n.10.

Mandatarij dictũ facit indiciũ ad torturam, iunctis adminiculis, putà inimicitia, familiaritate, receptatione post dictum, mendacio, secreta alloquutione, & venditione bonorum ante dictum, n.11, & 12. vbi etiam quod in criminibus exceptis adminicula sufficiunt leuiora, quam quæ in non exceptis.

Mandatarij dictum, nec etiam cum adminiculis facit indicium ad torturam in casu, in quo non poterat de mandato interrogari, n.13.

Mandatarij dictum iuncto cum vno teste de auditu mandati facit indicium ad torturam contra mandatem. n.14.

Mandatarij dictum facit indicium ad torturam, si mandatarius non acceptauit mandatum, n.15. Contrarium est verius, n.16. maximè si mandatarius diu stetit ad reuelandum mandatum, n.17.

Assassinus mandatarius facit indicium ad torturam contra mandantem, n. 18. intellige iunctis adminiculis, secus sine, n.19.

Mandatarij dictum, licèt non sufficiat ad torturam, sufficit tamen ad instructionem. n.20.

Mandatarij dictum facit contra mandãtem indicium ad inquirendum, n.21. sed an ad formandam, & transmittendam inquisitionem, n.22.

Exculpatio mandatarij an prosit mandanti, n.23.

Mandatario dicenti se occidisse ex propria causa, & inimicitia, & non de mandato alterius, creditur, nisi resistant aliquæ aliæ coniecturæ, n.23.

Mandatarij dictum non facit indicium ad torturam, si is sit aliàs infamis, & criminosus, n.25.

Mandatarij dictum non facit indicium ad torturam, si is sit varius, vel periurus, n.26.

Mandatarij dictum nõ facit indicium ad torturam, si emanauit ad Iudicis suggestionem, n.27.

Mandatarij dictum non facit indicium ad torturam, nisi fuerit in tortura confirmatum, n.28.

Mandatarij dictum extortum per immoderatam torturam, non facit indicium contra mandantem. n.29.

Testibus deponentibus de mandato, & commissione ipsis facta creditur, etiam quoad plenam probationem, n.3. limita, vt hoc procedat in ciuilibus, secus in criminalibus, n.4.

Testis vnus de auditu facit indicium ad torturam in materia mandati, n.14.

QVÆSTIO XLIIII.

1 INDICIVM ad torturam, †an & quãdo faciat dictum socij criminis, generaliter, &, ni fallor, ad saturitatẽ explicaui *supra, in antecedenti quæstione*: videndum modò est specialiter, an, & quando dictum mandatarij faciat idem indicium contra mandantem, & in hoc præmittendum est, quòd quando apparet de propria causa, ex qua quis motus fuit ad delinquendum, putà ad vulnerandum, seu occidendum aliquem: tunc non potest idem delinquens de mandatoribus interrogari, vt dixi *supra in antecedenti quæstione, n.*50. si verò nõ appareat causa, qua quis delictum commisit, vulnerauit, vel occidit, & tunc delinquens potest de mandatoribus & interrogari, & torqueri, vt pariter *dixi supra qu.*37. *n.* 54. *& sequen.* Quandoque etiã licèt appareat causa, qua quis putà vulnerauit, vel occidit: si tamen adsunt aliqua indicia, quoad vulnerandum, seu occidendum, non defuerunt consultores, persuasores, auxiliatores & similes, poterit pariter vulnerãs, & occidens de cõsultoribus, persuasoribus, & auxiliatoribus interrogari iterum, & torqueri, per ea, quæ de aliis sociis criminis dixi *etiam in antecedenti q.n.*51. *&* 52.107. *& seqq.* Difficultas igitur est, vt sciamus in casu, in quo reus dicit se deliquisse de mandato alicuius, an, & quale faciat talis inculpatio contra assertum mandantem?

REGVLA sit negatiua, † quando scilicet, mandatarij dictum alio non concurrente minimè contra assertum mãdantem indicium faciat ad torturam: nam, vt inquit Bald. *in cons.* 97. *An mandatarius, volum.*5. *alias cons.*429. *vol.*3. licet sufficiat ad instructionem, non tamen sufficit ad probationem, & Bald. sic dicentem in proposito referendo sequuti sunt, Marsil. *in l.*1. §. *Diuus Antoninus, n.*8. *ff de q. & in prac.* §. *diligenter, n.*37. Nouel. *in pract. crimin. sub rubr. de modo, & forma citan. reos cri. n.*32. *&* 34. *fol. mihi* 88. vbi testatur de * communi * opinione Paris. *cons.*151. *nu.*5. *vol.*4. Rolan. *cons.*14. *n.*3. *lib.*4. si non facit probationem, ergo non facit indicium ad torturam, quod, vt dixi *supra, quæst.*36. *n.*218. *& seqq.* ex semiplena probatione nascitur: sic enim expresè, quòd non faciat indicium ad torturam pluribus rationibus comprobat idem Marsil. *vbi supra, in pract.* §. *diligenter, n.*39. *n.* 40. *in fine*, Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de indic. & tort.* §. *nonum indicium, n.*1. *& in* 3. *tract. de homicid. & assassin.* §. *sequitur de mãdatario, n.*10. *& seqq.* Paris. *d. cons.*15. *n.*4. *& seqq. lib.*4. vbi etiam latè, Gramm. *cons.*21. *n.*11. *in fine, & seqq. & decis.*28. *n.*9. *& num.*14. *in fine, & seq.* idem Paris. *cons.*99. *n.*9. *& sequen. eodem lib.*4. Ludou. Cat. *inter consil. cri. diuers. consil.*99. *n.* 2. *& sequen. li.*1. *in paruis*, Boss. *in tit. de ind. & considerat. ante tor. n.*154. *&* 155. vbi dixit, quòd licèt mandatũ de sui natura connumerari possit inter delicta occulta, & difficilis probationis: non per hoc sequitur, quòd mandatarius sit integer testis, ac omni exceptione maior, per ea quæ dixit idem Bos. *eodem tit. de indic. n.*150. Et consequenter, nec etiam sequitur, quòd sine adminiculis faciat indicium ad torturam, per ea quæ latiùs explicaui *in antecedẽn. quæst. n.*75. *iuncto n.*147. *& seqq.* Pet. à Placha *in epitom. delict. c.*15. *n.*18. *fol. mihi* 246. Ioan. Mar. Monticel. *reg.*5. *n.*1. *&* 2. Hier. de Monte, *qu.*16. *n.*20. Rolan. *cons.*14. *n.*48. *& seqq. vol.*4. Clar. *in pract.* §. *fin. quæstio.*2. *vers. Et ex hac conclusione*, vbi etiam in idem allegat Signoral. *cons.*209. testatur de communi * opinione, ex Nouello, *vbi supra*, ac etiã dicit, ita semper seruari vidisse, Bursat. *cons.*20. *n.* 2. *in discursu, lib.*1. *& cons.*192. *n.*4. *lib.*2. vbi testatur de se ita sæpius in facto obtinuisse, Bertazz. *cons.*116. *n.*23. *lib.* 1. *& cons.*158. *n.*9. *eodem lib.*1. *& cons.*341. *n.*22. *& seqq. lib.*2. *& cons.*56. *num.*7. *eodem lib.*2. Marc. Anton. Eug. *in cons.*27. *n.* 47. vbi etiam plures refert de communi opinione testantes, & faciunt quæ in simili regula generaliter de omni socio criminis dixi *supra, in antecedenti q.n.*4. * 2

Et † licèt Alexand. *in cons.*88. *n.*31. *ad finẽ, vol.*5. post Bart. *in l. ex sententia, ff. de testam. tutela.* & Bald. *in l. Iudices, C. de fide instrum.* dixerit, quoad plenam probationem credi testibus deponentibus de mãdato, & commissione sibi facta, & Alexandrum in proposito referant, Gramm. *in cons.* 3. *n.*4. Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de ind. & tort.* §. *in textu ergo*, ibi, *testibus superatis, &c. n.*10. vbi alios adducit † concordantes. 3 4

Hæc tamen conclusio procedit in ciuilibus, non autem in criminalibus: item procedit, quando mandatum non continet quid turpe, ac crimen, ita vt ex eius acceptatione mandatarius non efficiatur criminosus, & infamis: secus si mandatum continet in se delictum, quia tunc cùm acceptando quis illud efficiatur criminosus, & infamis, ideo repellitur à testimonio, nec facit indicium ad torturam, sic enim vltra alias responsiones respondet præcipuè Mars. *in pract. in dicto* §. *diligenter n.*37. *&* 38. Paris. *d. cons.*151. *post n.* 6. *vol.* 4. Io. Mar. Monticell. *reg. cri.*5. *post n.*15. Rolan. *cons.*73. *n.*16. *lib.*1.

AMPLIA I. Hanc regulam, † vt procedat etiam in crimine læsæ maiestatis, in quo nec mandatarij dictum indiciũ facere ad torturam in specie voluit Carrer. *in pract. cri. in* 3. *tract. de homici. & assassin.* §. *sequitur de mandatario, n.*12. *in fine*, vbi refert Matth. de Afflict. *in const. si damna clãdestina*, testantẽ se ita vidisse seruari quos pariter referendo sequitur Io. Mar. Monticell. *reg. cri.*5. *n.*6. & licèt *supra in anteced. quæst. num.*59. dixerim, in crimine læsæ maiestatis admitti in testem socium criminis: id tamen declaraui procedere *in eadem q. n.*150. dummodo alia concurrant adminicula, aliter secus: sic in specie de mandatario in eodem crimine non facere indicium ad torturam, sine adminiculis, cum adminiculis autem, sic post Gram. quem allegat, declarauit idem Io. Mar. Monticel. *d. reg. cri.*5. *eod. n.*5. *vers. Sed verum est.* 5

AMPLIA II. Vt † nec duo mandatarij faciant indicium ad torturam contra nominatum mandantem aliis non concurrentibus 6

rentibus: sic in specie de pluribus mandatariis per alios quos allegant scriptum reliquerunt,Roland.*cons.*73.*num.*16.*lib.*1. Bertaz.*cons.*116.*n.*23.*lib.*1.Mascar.*de probat.lib.*3.*concl.*1311. *num.*19. & alij plures allegati *supra in anteced.q.num.*34. & *seqq.* volentes generaliter, quòd nec duo socij indicium ad torturam producant.

7 Contra † hanc ampliationem faciunt plures alij Doctores per nos pariter allegati *in anteced.q.num.*37.& 38. volentes secundùm magis seruatam opinionem duos socios criminis
8 indicium facere ad torturam:ergo † idem & in duobus mandatariis, cùm apud me firmissima, & verissima sit regula, quòd in illis casibus,in quibus dictum socij criminis facit indicium contra nominatum, in iisdem dictum mandatarij facit indicium contra mandantem.

9 Pro resolutione dico sic, † aut sumus in casu,in quo reus potuit de mandante interrogari; aut in casu,in quo non po-
10 tuit de iure de eo interrogari. Primo † casu dictum duorum mandatariorum (si contestes sint, & circa idem mandatum, & non singulares) facit indicium ad torturam,quia vnius dictum coadiuuatur ex dicto alterius.Secúdo autem casu,non iuxta ea,quæ dixi *in anteceden.quæst.num.*41.*& sequent.* vbi optimè probatur hæc distinctio,quando autem mandatarius possit de mandante interrogari, & quando non, dixi *supra, in principio huius quæstionis.*

11 LIMITA I. Propositam † regulam non procedere,quando cum dicto mandatarij cõcurreret aliqua alia præsumptio. Quando enim talis inculpatio est adminiculata, tunc quòd faciat cõtra nominatum mandantem indicium ad torturam, in specie voluerunt Paris de Put. *in tract. de syndic.in verbo, Tortus,cap.*12.*incip. Dicitur communiter,num.*3. vbi pro adminiculo ponit inimicitiam, seu odiũ inter occisum,& mandantem: receptationem mandatarij, & familiaritatem inter mandantem, & mandatarium, Marsil.*in pract.* §.*diligenter, num.*40.*in fin.*Carrer.*in pract.crim.in* 2.*tract.de indic.& tort.* §. *Nonum indicium, post num.*1.*&* 3.*tract.de homicid. & assassin.*§.*sequitur videre,num.*10.*& seqq.in discursu,*Grammat. *cons.*21.*sub num.*11.*& seqq.*Paris.*cons.*151.*n.*9.*& seqq.lib.*4. Petr.à Placha *in epito.delict.lib.*1.*cap.*15.*sub num.*18. Boss.*in tit.de indic.& considerat.ante tort.nu.*155.*in discursu,* Clar.*in pract.crim.*§.*fin.q.*21.*vers. Et hac conclusione,* vbi testatur de
* communi,* & seruata apud eum opinione, † dicítque quòd
12 in exceptis criminibus leuiores suspiciones sufficiunt, quàm in non exceptis,Ioan.Mar.Monticel.*reg.crim.*5.*num.*13. vbi pro adminiculo ponit inimicitiam, familiaritatem, & secretam alloquutionem, Roland.*cons.*14.*post nu.*18.*& seq.lib.*4. vbi bene,& ponit pro adminiculo inimicitiam,mendacia rei, & venditionem bonorum factam ante delictum:Hieron. de Monte,*quæst.*16.*num.*21. Menoch.*de præsumpt.lib.*1.*qu.*89. *num.*75.Bursat.*cons.*20.*num.*3.*lib.*1. Marc.Anto.Eugen.*cons.* 27.*num.*9.vbi quòd hæc limitatio procedit sine dubio,& faciunt, quæ generaliter dixi de socio criminis *in antecedenti quæstione,num.*145.*& seq.*

13 SVBLIMITA Hanc † 1.limitationem,vt procedat in illis casibus,in quibus mandatarius potest de mandantibus interrogari: secus in casibus,in quibus non potest de illis interrogari: tunc enim nec etiam cum adminiculis dictum mandatarij faciet indicium contra mandantem,per ea,quę de socio criminis generaliter dixi *supra,in antecedenti quæstione,n.*152. *& seq.*quando autem possit delinquens de mandatoribus interrogari,& quando non,dixi *in principio huius quæstionis.*

14 LIMITA II. Et † illatiuè ex præcedenti limitatione, vt multò magis faciat indicium ad torturam dictum mãdatarij, quando est iunctum cum vno teste deponente se audiuisse inculpatum à mandatario eidem delictum mandasse:is enim testis, licèt de auditu deponat, dicitur tamen immediatè,& directè deponere de ipso mandante, quod non per sensum visus,sed auditus percipitur:ideo de se solus facit indicium ad torturam, multò magis si iungatur cum nominatione mãdatarij, vt per Parid.de Put.qui bene hæc deducit, *in tract.de syndic.in verbo,Tortus,capit.*12.*incip.dicitur communiter,n.*1. *in fin.vers. Tamen erit cogitandum, & num.*2. *fol.mihi* 335.*à tergo,*Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de indic.& tort.* §.*Nonum indicium,num.*2. Ioan.Mar.Monticell.*reg.crim.*5.*nu.*9.& optimè ad id faciunt, quæ generaliter de nominatione socij criminis,iuncta cum teste de visu,dixi *supra,in antecedenti quæstio. num.*165.*& seqq.* & limitatio est verissima, quicquid in contrarium sensisse videatur Marsil.*in pract.*§.*diligenter, nu.* 39.*vers secunda est ratio,*quem refert Gramma.*cons.*21.*n.*15. *vers. Secunda ratio est.*

LIMITA III. Vt † regula procedat in eo mandatario,qui 15
vel mandatum exequutus est, vel saltem illud acceptauit: tunc enim cùm vtroque casu efficiatur criminosus, non admittitur propterea in testem contra mandantem, at secus si mandatum non acceptauit,sed illud recusauit: tũc enim cessat ratio criminis, & infamiæ,& reuelando, tanquam bonus vir laudandus est: & ideo nihil est, quod ei obiici possit,& consequenter eius dictum contra mandantem facere indicium ad torturam,voluit Bald. *in cons.*97.*vol.*5.*& cons.*429. *vol.*3.quem refert Marsil.*in l.*1.§.*Diuus Antoninus, n.*8.*ff.de quæst.* Gramm.*cons.*3.*num.*1.vbi etiam in idem allegat Aret. *in cons.*13.*col.*12.Io.Mar.Monticell.*reg.crim.*5.*num.*10. Boss. *in tit.de indic.& considera.ante tort.nu.*154.vbi quòd dictum Bald.in loco præcitato seruatur,relati per Rolan.*in consil.*14. *num.*4.*& seqq.volum.*4.

Contrarium, † & bene defendit Marsil.*in pract.*§.*diligen-* 16
*ter,n.*57.*vers. Mihi autem nunquam placuerunt,iuncto nu.*39. *vers. Sed in hoc dubio,& num.*40. apertè volens indistinctè, siue mandatarius acceptauerit mandatum, siue non,nũquam eius dictũ facere indicium ad torturam,pluribus ibi per eum adductis rationibus,inter quas illa potissimùm vrget,quòd si aliter diceremus,esset in potestate cuiuslibet hominis lacerare,& destruere eum, quem forsan occulto odio habet illum inculpando,quod sibi mandatum dedit,putà ad occidendum vel vulnerandum,quod non est permittendum,ideo aliunde probare debet, quòd mandatum sibi delatum nõ acceptauit, per ea,quæ idem Hippol.dixit *in l.*1.§.*Si quis dicatur,in prima colum.ff.de quæst.*& Marsilium sic contra Baldum tenentem sequuti sunt,Carrer.*in pract.in* 3.*tract.de homicid.& assassin.*§ *sequitur de mandatario.sub num.*10. Gramm.*cons.*21. *post num.*14.*vers. Tertia & vltima ratio, & decis.*28.*num.*26. Hieron.de Monte,*quæst.*16.*nu.*20.& ita etiam videtur fuisse de mente eiusdem Bossij *in d.tit.de indic.n.*155. *vers. Tamen secundum ea*, vbi sic ad idem videtur etiam ponderare verba Bald.*in præallegato cons.*429.*lib.*3.Clar.*dicta quæst.*21.*ver. Et ex hac conclusione.*vbi testatur de communi, * & seruata opi- *
nione,quicquid in contrarium dixerit Boss.*dict.nu.*154. aliàs, inquit Clarus, esset in facultate cuiuslibet scelesti facere, quòd quilibet vir probus tormentis subiiceretur, quod esset impium,& absurdum, Io.Maria Monticell.*d.regul.crim.*5.*n.* 11. † vbi hanc contrariam opinionem,scilicet Grammat.*dict.* 17
*decis.*28.*num.*26.multò magis procedere dicit,quando mandatarius diu post datum mandatum sic reuelasset, Roland. *cons.*14.*num.*7.*& sequentibus,volum.*4.vbi pariter testatur de communi, * ex Claro *in loco præcitato.* *

LIMITA IV. In † mãdatario assassino,cuius dictum con- 18
tra mandantem indicium facere ad torturam, affirmarunt Marsil.*in pract.*§.*diligenter,num.*37.vbi in idem allegat Bertachi.*in eius Repertorio,in verbo,Mandatarius,in vltim.vers.* Idem Marsil.*in lib.*1.§.*Diuus Antoninus sub nu.*8.*ff.de quæst.* Carrer.*in pract.crimin.in* 2.*tract.de indic.& tortu.* §.*Nonum indicium,num.*3.*in* 3.*tract.de homicid. & assassin.*§ *sequitur de mandatario,num.*11. Paris.*cons.*151.*num.*6.*vol.*4. Boss.*in tit. de indic.& considerat. ante tortur.post num.*155.*vers. Et vbi essemus,* Petrus à Placha *in epitom.delict.lib.*1.*capit.*15.*n.*19. *fol.mihi* 146.Ioan.Maria Monticel.*regul.crim.*5.*num.*16.Roland.*cons.*14.*num.*12.*& seqq.volum.*4.Bursat.*cons.*192.*num.*5. *lib.*2. Bertazz.*consil.*341.*post num.*9.*lib.*2.& faciunt,quæ de socio criminis generaliter dixi *supra,in antecedenti quæstione, num.*65.

SVBLIMITA Hanc † 4.limitationem, vt procedat con- 19
currentibus adminiculis, aliàs secus,secundùm ea,quæ posui *supra,in anteceden.quæst.num.*147.*& seqq.& præsertim n.*151. sed in terminis de mandatario assassino, sic expressè materiam declarando concludunt,Gramma.*voto* 34.*num.*1. *&* 2. Carrer.*in pract.crim. in* 3.*tract.de homicid. & assassin.*§ *sequitur videre,num.*12.*Gabriel.lib.*7.*crim.concl.*1.*nu.*38. Io.Mar. Monticel.*d.reg.crim.*5.*n.*5.*& post n.*16. Bursat.*cons.*30.*nu.*3. *lib.*1.*& cons.*192.*num.*7.*lib.*2.

LIMITA V. Vt † licèt dictum mandatarij non sufficiat ad 20
torturam contra mandantem, bene tamen sufficit ad instru-

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

ctionem, secundùm Bald. *in d. cons.* 429. *volum.* 3. & 97. *vol.* 5. quem in proposito sequuti sunt, Marsil. *in pract. §. diligenter, num.* 37. & *in l.* 1. §. *Diuus Antoninus, numer.* 8. *ff. de quæstio.* Nouell. *in pract. crimin. sub rub. de modo, & forma cit. reos crim. n.* 33. *fol. mihi* 88. vbi testatur de communi,* Grammat. *decis.* 28. *post num.* 9. Paris. *cons.* 151. *n.* 5. *vol.* 4. Rolan. *cons.* 14. *num.* 3. *lib.* 4. † Et idem etiam oriri indicium ad inquirendum contra nominatum mandantem dixerunt, Carrer. *in pract. in* 3. *tract. de homicid. & assassin. § sequitur de mandatario, num.* 10. Petr. à Placha *d. cap.* 15. *sub eod. n.* 18. Rol. *cons.* 16. *num.* 3. *lib.* 1. Ioan. Mar. Montic. *reg. crim.* 5. *n.* 8. Bert. *cons.* 341. *sub num.* 22. *lib.* 2.

* *crim. n.* 33. *fol. mihi* 88. vbi testatur de communi,* Grammat.

21 *num.* 3. *lib.* 4. † Et idem etiam oriri indicium ad inquirendum contra nominatum mandantem dixerunt, Carrer. *in pract. in* 3. *tract. de homicid. & assassin. § sequitur de mandatario, num.* 10. Petr. à Placha *d. cap.* 15. *sub eod. n.* 18. Rol. *cons.* 16. *num.* 3. *lib.* 1. Ioan. Mar. Montic. *reg. crim.* 5. *n.* 8. Bert. *cons.* 341. *sub num.* 22. *lib.* 2.

22 Sed † an tale mandatarij dictum sufficiat ad inquirẽdum, hoc est, ad assumẽdum informationes super delicto, an verò ad formandam, & transmittendam inquisitionem, vide ea, quæ generaliter de socio criminis dixi *supra, in anteced. q. nu.* 125. *& seqq.* & ex ibi traditis crederem dictum mandatarij facere indicium, etiam ad formandam, ac transmittendam inquisitionem, quando de mandante fuit interrogatus in casu in quo poterat de iure interrogari, iuxta ea, quæ posui *supra, in principio huius quæstionis*, aliàs secus.

23 LIMITA VI. Vt † licèt inculpatio mandatarij non faciat indicium ad torturam contra mandantem, bene tamen exculpatio tantùm prodest, vt ea sic stante mandans torqueri non possit, cùm credatur delinquenti, putà occisori dicenti se occidisse ex propria causa, & inimicitia, & non de mandato alicuius, nisi in contrarium aliæ vrgeant coniecturæ, per ea, quæ in specie sic scripserunt, Marsil. *in l. Diuus Antoninus, n.* 6. *ff. de quæst.* vbi etiam refert alios tractantes materiam, Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de indic. & tort. §. nonum indicium, num.* 4. Foll. *in pract. crimin. in verb. Rei indurati torqueantur, num.* 4. *fol. mihi* 287. *colum.* 2. Ioan. Mar. Monticell. *reg. crim.* 5. *num.* 5. Petr. à Placha *in epitom. delict. cap.* 15. *n.* 14. *lib.* 1. *fol. mihi* 243. Menoch. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *casu* 474. *n.* 14. iunctis iis, quæ de socio criminis, generaliter, & latiùs explicaui *supra, in antecedenti quæstione, num.* 10. *& seqq.*

24 SVBLIMITA generaliter omnes prænarratas limitationes, in quibus dixi mandatarij dictum facere contra mandantem indicium ad torturam, vt tunc demum procedant dummodo concurrant omnia alia requisita, quæ in socij criminis nominatione dixi concurrere debere sub limitationibus præcedentis quæstionis, *num.* 123. *& omnib. seqq.* valet enim argumentum, tam affirmatiuè, quàm negatiuè de socio criminis in genere, ad mandatarium in specie, & è contrà, cùm nulla inter casum, & casum possit ratio diuersitatis afferri, vt etiam dixi *supra, hac eadem q. num.* 8. & ita promiscuè de socio criminis, & de mandatario in occurrenti casu nulla facta inter eos differentia, video per Doctores omnes in materia * loquentes communiter * tractari.

25 Ideo sicut socius criminis, † qui sit aliunde infamis & criminosus, ac alios patiatur defectus, non facit indicium ad torturam, etiam in casibus exceptis, per ea, quæ dixi *in anteced. quæst. num.* 178. ita etiam idem in mandatario, quòd non faciat contra mandantem indicium, etiam quòd sit interrogatus in casu in quo poterat interrogari, in specie post alios quos allegant, affirmarunt Grammat. *voto* 34. *num.* 8. *& seq.* Ioan. Mar. Monticel. *reg. crim.* 5. *num.* 3. Rol. *cors.* 16. *num.* 16. *lib.* 1. & Bertazz. *cons.* 341. *num.* 27. *lib.* 2.

26 Item sicut socius criminis, † nec etiam in exceptis indicium facit contra consocium, quando fuit varius, & periurus, iuxta ea, quæ dixi *in anteced. quæst. num.* 180. *& seqq.* ita pariter nec faciet indicium, dictum mandatarij varij & periuri contra mandantem etiam in casibus exceptis, & in quibus aliàs faceret indicium, secundùm Gramma. *voto* 34. *n.* 10. *& seqq.* Io Maria Monticell. *reg. crim.* 5. *num.* 4 Rolan. *cons.* 73. *num.* 7. *lib.* 1.

27 Rursus † sicut nominatio socij criminis, facta ad Iudicis suggestionem, non facit contra nominatum aliquod indicium, ad trad. *in anteced. quæst. num.* 132. ita & idem iuris esse in nominatione mandatarij suggestiua in specie consuluit Grammat. *dict. voto* 34. *num.* 12. *& seq.*

28 Et † sicut socij criminis infamia purganda est per torturam, vt nominatum afficiat in casibus exceptis, sicut dixi *in anteced. quæst. n.* 134. ita etiam nec mandatarij inculpationem sine tortura inculpato obesse voluit Carrer. *in pract. crim. in* 2. *tract. de indic. & tort. §. nonum indicium, nu.* 1. *in fin.* Ioan. Mar. Monticel. *reg. crim.* 5. *nu.* 14. Marc. Anto. Eug. *d. cons.* 27. *n.* 46.

Et † demum sicut cõfessio socij criminis per illegitimam, 29
& immoderatam torturam extorta nec reo ipsi cõfitenti, nec socio nominato obest, sicut dixi *supra, in anteced. quæst. n.* 103. ita & idem in confessione mandatarij immoderatè torti, voluit idem Monticell. *dict. reg.* 5. *num.* 4.

Et his similia possent plura afferri exempla.

Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Indicium, an, quando, & quale oriatur ex depositione testis dicentis, se falsum dixisse de mandato alterius.

SVMMARIVM.

Testi corruptum se asserenti, ac dicenti se falsum deposuisse de mandato alterius non creditur, nec eius dictum sufficit ad torturam, num. 1. *& nu.* 2. *& seqq. vbi redduntur rationes contra, num.* 6. *& 7. prima opinio est verior, & communior, quam à contrariis defende vt num.* 8. *& seqq.*

Testis vnus immediatè super delicto deponens, nõ facit indicium ad torturam, nisi is sit omni exceptione maior, num. 2.

Socius criminis non facit contra nominatum indicium ad torturam, num. 3.

Testis falsus non probat, nec ad testificandum admittitur, n. 4.

Periurus à testimonio repellitur, nec vllam prorsus facit fidem, num. 5.

Testis corruptus probat contra corrumpentem, si is fuerit inductus ab eo, in cuius præiudicium corruptus erat, nu. 6. *Limita primo, si fuerit corruptus ad non deponendum, & non deposuerit: secus si ad falsum deponendum, & illud deposuerit, num.* 8. *Limita secundò, vt probet in ciuilibus, secus in criminalibus, num.* 9. *Limita tertiò, vt probet in causa principali de qua agitur, non autem, vt probet corruptionem, num.* 10.

Testis corruptus potest de corrumpente interrogari triplici ratione, num. 7.

Testis corruptus testis corruptum se asserentis depositio, nec etiam facit indicium ad inquirendum, num. 12. *& seq. licèt alij contrà, nu.* 14. *Limita primò, vt licèt non sufficiat ad inquirendum specialiter: bene tamen sufficit ad inquirendum generaliter, & sic ad assumendum informationes, num.* 15. *Limita secundò, quia de consuetudine contrarium seruatur, vt scilicet sufficiat ad inquirendum, nu.* 16. *sed an hæc secunda limitatio sit vera, vide ibidem, num.* 17. *& seqq.*

Aliquatenus dictio, importat idem quod nullatenus, & nullo modo, num. 13.

Doctoribus testantibus de consuetudine non creditur, nisi de consuetudine locorum, in quibus versati sunt, num. 18.

Iuramentum est de iure diuino, num. 19. *& ex contrauentione iuramenti, quis efficitur Deo infidelis, d. num.* 19.

Testis corrupti assertio contra corrumpentem, nõ facit indicium, etiam ad capturam, num. 20. *contrà num.* 21.

Testis corrupti assertio non facit indicium contra corrumpentem, etiam quòd in tortura emanauerit, num. 22. *& seqq.*

Periurium non tollitur per torturam, num. 23.

Tortura purgat periurium, & infamiam in ciuilibus, non autem in criminalibus, num. 23.

Testes corrupti, etiam quòd sint plures, non faciunt indicium ad torturam contra corrumpentem, num. 24. *contrarium tamen seruatur de consuetudine, & in practica. ibidem, num.* 25. *vbi de materia.*

Consuetudo non inducitur in Vrbe Roma, nisi fuerit consensu Apostolico confirmata, num. 27.

Testis corruptus facit indicium ad torturam contra corrumpentem, si solùm tentatus corruptionem acceptauit, nu. 29. *idem si acceptauit, sed pœnitentia ductus noluit falsum deponere, num.* 30. *Contrarium verius, num.* 31.

Testis corruptus ad non deponendum probat corruptionem contra corrumpentem, num. 33.

Testis corrupti assertio facit indiciũ ad torturam contra corrumpentem, si concurrat aliqua alia præsumptio seu adminiculum,

num.

num.34. & ita seruatur de consuetudine, licèt de iure forsan contrarium verius sit, d.num.34.

Testis corruptus facit indicium ad torturam contra subornantem quando fuit productus, & transmissus ad examinandum ab eodem subornante, quod an verum sit, & quando, num.35. & seqq.

Testis corruptus facit indicium contra corrumpentem, quando deposuit falsum in causa spectante ad ipsum corrumpentem, quod an verum sit, & quando, num.38. & seqq.

Producens testes non potest contra illos aliquid ampliùs opponere, num.36.

Producens testes potest contra eos opponere exceptionem superuenientem post productionem, num.37.

Falsitas præsumitur commissa ab eo, & de eius mandato, de cuius commodo, & vtilitate agitur, num.39.

Delictum præsumitur commissum ab eo, de cuius commodo agitur, num.38.

Testi dicenti se falsum deposuisse non creditur, in præiudicium eius, ad cuius fauorem deposuit, num.39.

Testes corrupti, quando sunt vary, vel aliàs periuri, nec etiam in casibus exceptis faciunt indicium ad torturam, num.41. licèt alij contra, num.42.

Testes corrupti, an faciant indicium ad torturam, si sint singulares, num.43. contrà, num.44. distingue, vt in num.45.

Testes corrupti non faciunt indicium ad torturam in casibus, in quibus nec socij criminis faciunt tale indicium, quia valet argumentum de socio criminis ad testem corruptum, nu.46.

Testes corrupti si sint aliunde criminosi, & infames, vel alios patiantur defectus, minimè faciunt indicium ad torturam, num.47.

Testes corrupti an faciant indicium ad torturam contra hominem bonæ famæ, num.48.

QVÆSTIO XLV.

1 REGVLA sit † in proposita quæstione, quòd testi dicēti se falsum deposuisse de alterius mandato, prece, vel præmio minimè credendum est, & propterea minimè etiam facit talis depositio indicium ad torturam contra mandantem, textus est *in cap. sicut nobis, extra de testibus.* vbi deciditur, non esse aliquatenus admittendum testimonium eorum, qui se corruptos dicunt falsitatem perhibuisse. Anchar. *consil.24. visa inquisitione, col.1. versic. Ad hoc respondeo, Fulgos. consil.107. super eo, de quo primo loco, col.3, & cons.173. in causa, n.2. & cons.136. in causa criminationis, colum. fin.* Dec. *consil.189. nu.6.8.9. & 10. lib.1. vbi in d.n.9.* dicit istam veram, & communem * opinionem, Soc.iun. *cons.39. n.54. lib.2.* Curt.iun. *cons.179. num.4.* Grammat. *cons.46. n.10. & sequent.* Alciat. *de præsumpt. reg.il.2. præsumpt.10. num.3. & sequen.* Aym. *cons.6. num.18.* Paris. *cons.169. n.50. lib.1.* Plot. *in l. si quando, nu.394. C. vnde vi,* secundùm antiquam impressionem, Alexand. *cons.124. n.5. & seqq. lib.6.* Rom. *cons.146. & 147. per totum, lib.5.* Marsil. *cons.78. num.13. & seqq. & præsertim, num.18.* Natta *cons.298. num.1. & seqq.* & per totum cōsilium, *libro secundo,* vbi pluribus hanc probat regulam, dicitque *in d.nu.1.* quòd cùm in indiuiduo habeamus decisiones præfatorum illustrium modernorum, & antiquorum Doctorum, nulla supra hoc debet fieri difficultas, Gozadin. *cons.2. num.71.* vbi testatur de magis communi * opinione, August. Bero *q.58.* per totam, vbi etiam latè, Boss. *in tit. de inquis. nu.42. & seqq.* vbi ex Decio, *vbi supra,* pariter testatur de communi opinione, & idem *in titul. de inquisit. num.156. in princip. vsque ad vers. In contrarium, &c.* Clar. *in pract. §. falsum, vers. Subornans autem testes, in princ.* Gabriel. *lib.7. concl.32. n.11. & 12.* Rolan. *cons.61. n.1. & seqq. lib.1.* vbi *n.7.* testatur de communi, & in fine consilij pariter secundùm hanc conclusionem testatur fuisse iudicatum, *& cons.73. num.1. & seqq. & nu.20. & seqq. eodem libr.1.* Cephal. *cons.233. & 234. per totum, lib.2.* vbi latissimè, Laurent. Kirchou. *inter commun. opin. cent.4. concl.38. post medium. vers. Ego verò cùm hæc quotidiana sint,* vbi etiā testatur de magis communi * opinione, quod & iterum affirmauit *in concl.80. eadem cent.4.* Ioan. Mar. Monticel. *reg. crimin. num.7.* Vulpel. *cons.10. num.1.* vbi quòd hæc sententia crebriori Doctorum calculo recepta videtur, *& cons.68. nu.8. & cons.77. num.10. & cons.83. n.1. & seqq.* Bertaz. *cons.61. n.10. & seqq.* vbi & ipse testatur, ita aliàs fuisse iudicatum, *& cons.71. n.38. lib.1.* & latiùs *in cons.156. & 157. per totum, eodem lib.1.* vbi pluribus hanc regulam comprobat, eam * receptissimam dicit, & bene loquitur in materia, & rursus *in cons.456. num.3. 8. & 9. lib.2.* vbi etiam testatur de magis * communi opinione, Mascar. *de probat. lib.1. concl.454. num.10. & lib.3. concluf. 1311. num.6.* Et voluit idem Rota in vna Parmen. status, coram d. Seraphino *16.* Iunij 1597. vbi dixit subornationem tanquam materiam criminis & odiosam, esse probandam per probationes concludentes, & aliunde quàm per testes, qui dicant se fuisse corruptos, & ita ibidem affirmatur fuisse aliàs resolutum in causa vbi bonor. coram Cotta 20. Februarij, 1573.

Ratio huius verissimæ regulæ, † & conclusionis ea potis- 2
simùm per præallegatos Doctores affertur: quia ad hoc, vt vnus testis immediatè super delicto deponēs faciat indicium ad torturam, necesse est, quòd sit omni exceptione maior, &, vt dicūt, inuulnerabilis, ad glos. *in §. item verborum. super verbo, idoneos, Instit. de inut. stipulat.* ad text. *in l.1. §. idem Cornelio, & in l. maritus.* vbi etiam glos. *in verbo, illicitè, in fin. ff. de qu.* cum aliis per nos congestis *supra, q.37. n.58. & seqq.* & in terminis adnotarūt, Ruin. *d. cons.147. n.3. lib.5.* Cepha. *cons.233. n.2. & 234. n.24. lib.2.* Testis autem qui prece, vel præmio se falsum dixisse profitetur, non solùm non est talis, sed vndiq; inhabilis, & plures in se habens defectus, ergo, &c.

Minor † huius argumēti propositio probatur. Primò, quia 3
dum testis dicit se corruptū ab alio ad falsum deponendum, facit se infamem, & socium criminis: ideo à testimonio repellendus est, nec indicium facit ad torturam, per ea, quæ latiùs explicaui suprà, *in q.43. n.4. & q.44. n.2.* & in terminis sic argumentantur, Dec. *in d. cons.189. n.8. ad fin.* Ruin. *d. cons.146. n.8. & 9. lib.5.* Rol. *cons.16. n.16. & cons.73. n.2. & seqq. lib.1.* Natta *cons.298. n.2. lib.2.* Bertazz. *cons.61. n.11. lib.1.*

Secūdò, † dum pariter idem testis se falsum, & corruptum 4
confitetur, pariter quoque & à testimonio se repellendum declarat, *l.1. §.1. ff. de fals. c.1. de crim. falsi. cap. li èi causam, de probat. l.3. §. lege Iulia, ff. de testib.* Bald. *in l. Si quis testibus, C. de testi.* cum aliis in proposito deductis per Bero. *d.q.85. n.3. & seq.* & hanc rationem in proposito considerauit Rota in vna Parmen. status, coram Seraphino Lunæ *16.* Iunij 1597. vbi etiam affirmatur idem fuisse tentum de anno 1551. 12. Iunij in eadem causa coram Puteo.

Tertium, † si testis dicit se falsum deposuisse, in necessariā 5
consequentiam se etiam periurum prædicat, vt bene considerat text. *in d. cap. sicut nobis, in fin. extra de testib.* Vnde semel periurus semper præsumitur periurus, & nullam facit fidem, *c. testimonium, extra de testibus.* Alciat. *de præsump. reg.2. præsumpt.10. n.1. & seqq.* cum aliis adductis in proposito vltra Doctores præcitatos in regula (qui omnes potissimùm ad illius comprobationem faciunt vim in periurio) per Boss. *in tit. de inquisit. n.45. & in tit. de indi. & considerat. ante tor. n.156. prope finem, vers. est verum,* quod obstat periurium, vbi apertè dicit, quòd Doctores contrarium tenentes non possunt respondere huic rationi, & fundamento periurij. [Et ita per has rationes in substantia reprobatis contrariis nouissimè hāc regulam latè defendit Onded. *cons.106. n.1.4. & seqq. iuncto n.22. & seqq. & n.47. & seq. vsque ad n.71. lib.1.*]

Contrariū, † quòd imò in odium corrumpētis testes cor- 6
rupti plenè probent contra corrumpentem, adducitur text. *in c.1. in prin. si de inuest. inter dom. & vassall. lis oriatur, in vsibus feu.* vbi dicitur: *qui etiamsi veritatē celare voluerint, fortè amore, vel pretio, vel alia qualibet ex causa comite, vel à populo iurare compellantur, quod ex ea causa falsitatem non dicant, nec vera scientes, taceburi.* Ecce ergo, quòd testes corrupti ad veritatem celandam admittuntur contra eum, qui istos sic corruperat, si iurent non per hoc se veritatem celaturos. item est text. *in c. fin. de testib. cogen.* vbi summus Pontifex ad instātiam Archiepiscopi Rauennaten. mandat compelli testes, qui pecunia corrupti iuramēto promiserant se non reuelaturos cōiurationem factam cōtra eundem Archiepiscopum ad se examinandum pro veritate super dicta conspiratione cōtra conspiratores, & subornatores, & per ista iura dixit Bald. *in d.c.1. si de inuestit. &c. n.7. Nota mirabile verbum, quòd testi, qui accepit pecuniam ne testimonium dicat, creditur, ex quo productus est in causa per eum, in cuius præiudicium pecuniam accepit. &*

in d.c.fin.in fin.nu.3.de teſt.cogen. dixit idem Bald. *Item nota quòd iſti teſtes erant corrupti pecunia, tamen poſſunt produci contra corrumpentem etiam ad plenam fidem, quod rarò alibi inuenies.* & Bald.ſicut ſuprà dicentem pro originali doctrina referendo ſequuti ſunt, Felin.*in cap.licèt cauſam, in 9.not.ab. num.6.in fin.de probat.vbi quod teſti, qui accepit pecuniam ne teſtimonium dicat, creditur, ſi eſt productus ab eo contra quem fuerat corruptus, & in d.cap.fin.de teſtib.cogen.* idem Felin.*n.3.* dicit, *Nota participum criminis admitti teſtimonium in defectum probationis, volente illo cui actus criminoſus nocebat, & ita teſtes corrupti poſſunt produci contra corrumpentem etiam ad plenam fidem* Nouell.*in tract.de teſtib.nu.*102. vbi quòd creditur teſti, qui accepit pecuniam, vt teſtimonium dicat, ſi eſt productus ab illo, in cuius præiudicium dixit teſtimonium, Afflict.*in d.cap.1 ſi de inueſtit.inter domi.& vaſſall.n.*40. vbi per illum textum notat, quòd teſti quantumcunq; corrupto credi debet contra corrumpentem, & hoc dictum eſſe mirabile, vt ſuprà, cum Baldo fatetur, illúdque pluribus rationibus exornat, Roma.*ſing.*330.*incip.Tu ſcis text.* vbi quòd licèt à teſtimonio ferèdo prohibeatur ille qui accepit pecuniam, vt diceret, vel non diceret teſtimonium: hoc tamen non procedit, quando teſtis producitur per illum, in cuius præiudicium data fuit teſti pecunia: tunc enim admittitur, & valet eius teſtimonium, per text.*in d.c.1.ſi de inueſt.* Iaſ.*in l.1.in prin.n.*21. *ff.de fer.* vbi generaliter dicit, quòd teſtes pecunia corrupti poſſunt produci cõtra corrumpentẽ, etiam ad plenam probationem: quod & iterũ affirmauit idem Iaſ.*in l.omne datum, in princ.poſt nu.6. ff.de cond.ob turp.cau.* vbi quòd creditur teſti pecunia corrupto, ſi producatur contra eum, qui pecuniã dedit, *& in l.Diuus, n.*17.*ff.de re iudic.* Dec.*in c.placuit, n.*11.*& ſeq.extra de teſtib.* vbi pariter generaliter notat, quòd teſtes pecunia corrupti poſſunt produci cõtra corrumpentẽ, vt probant, Aret.*in d.cap.placuit*, vbi hoc ampliat procedere nõ ſolum quando aduersùs teſtem illum corruptũ contra corrumpentem procederet, ſed etiam quãdo Iudex ex officio procederet, Bertrand.*conſ.*22.*n.*7.*& ſeqq.vol.*1. Gomez.*in §.Item ſi quis poſtulante, nu.*15.*Inſtit.de act.* Marſ.*ſing.*112.*& conſ.*61. *n.*22. Grammat.*conſ.*1.*nu.*12.*&* 13.*& conſ.*3.*n.*2.*&* 3.*& voto* 11.*n.*10. Carrer.*in pract.crim.in* 2.*tract..de indic.& tort.*§.*in textu ergo, ibi, teſtibus ſuperatus, n.*8. Vulpel.*conſ.*104.*n.*5. vbi allegat in idẽ Alciat.*in l.cunctos populos, in verbo, Hæretici, C. de ſumma Trinit.& fide cathol.* [alios refert, ſed non ſequitur Honded.*d.conſ.*106.*num.*1.*& ſeqq.* & dixi *infra q.*67.*n.*280.]

7 Ratio huius cõtrariæ opinionis † bene explicatur per Boſ. *in d.tit.de indic.& conſiderat.ante tort poſt n.*156. vbi enim ſumus in caſu, in quo poteſt de cõſociis interrogari, tunc ſi interrogatus ſocium nominat, facit ſine dubio talis nominatio indicium ad torturam contra nominatum, *vt ſuprà* deduxi, *in quæſt.*43.*n.*56. quòd autem teſtis corruptus poſſit de corrumpente interrogari, quicquid alij dixerint, iam bene firmaui *ſuprà, in d.quæſt.*43.*n.*49. & pluribus bene etiam explicat idem Boſſ.*d.n.*156. vbi in id tres validiſſimas adducit rationes. Primò, quia ſumus in iis, quæ ſunt difficilis probationis, prout etiam in propoſito hanc particularem rationẽ adducit Bald.*in d.cap.fin.in fine, de teſtib. cogen.* & poſt Bald. Vulpel.*d.conſ.*104. *n.*5. Ideo intrant cumulata per nos *ſuprà, d.q.*43.*n.*68.

Secundò, quia mandatarius poteſt regulariter de mandante interrogari, vt dixi *ſuprà, quæſt.*37.*num.*154.*& ſeqq.*

Tertiò, quia agitur de delicto, cuius extirpatio ſpectat ad cõmunem omniũ ſalutem, prout eſt crimen falſorũ teſtium, per quod vniuerſus mũdus deſtrueretur, niſi debita pœna vindicaretur: ideo ſuccedunt ea quæ poſui *ſuprà, in d.q.*43.*nu.*67. Quæ omnia, vt inquit Boſſius, *eo loci*, Dec.*in d.conſil.*189. vbi ex profeſſo primã tuetur opinionem, vel nõ vidit, vel videre noluit, vt ſuum amicũ, pro quo conſulebat, bene defenderet.

8 Verùm præmiſſis non obſtantibus, † non recedas à pro-
* poſita regula, tum quia magis * communiter recepta eſt, tum etiam quia rationabilior, & in iure verior, vt ſuprà bene probaui. Nec obſtent iura, & authoritates Doctorum in contrarium allegatæ: quia tripliciter reſpondetur [prout etiam non multum diſſimile reſpondit Honded. poſt hæc ſcripta habitus *in conſ.*106.*num.*47.*& ſeqq.lib.*1. quem omnino videas.]

Primò, quòd præfati Doctores originaliter referunt ſe ad doctrinã Bald.*in c.1.ſi de inueſtit.inter dom.& vaſſal.lis oriatur, & in c.fin.de teſtib.cogen.* qui quidem Bald. per iura prædicta loquitur in valde diuerſis terminis, videlicet non in teſte, qui iam corruptus falſum depoſuit, prout ſunt termini quæſtionis noſtræ, ſed in teſte, qui ad deponendũ corruptus non adhuc fuit examinatus: quo caſu poteſt per aduerſariũ contra quem fuerat corruptus produci, & productus admittitur cõtra corrumpentẽ, & probat, vt in dictis iuribus. Ratio diuerſitatis eſt, quia primo caſu, quando teſtis iam falſum depoſuit, dicitur non ſolùm corruptus, ſed etiam falſus, & periurus.

Secundo autem caſu, licèt corruptus dicatur, non tamen dicitur falſus, nec periurus: ideo magis probat in vltimo, quàm in primo caſu: ſic in ſpecie diuerſificando hos caſus, reſpondet Natta *dict.conſil.*298.*num.*9.*verſ.Non obſtat*, Bero. *dict.q.*58.*num.*5.*in* 1.*reſponſione*, Vulpel.*conſ.*83.*nu.*5. Bertaz. *conſil.*158.*num.*8.*lib.*1.

Secundò reſponderi poteſt, † quòd text. *in d.c.*1.*ſi de in-* 9
ueſtit.&c. vbi Bald. originaliter ſumit iſtud notabile, quòd teſtes corrupti probẽt contra corrumpentẽ, loquitur nõ in criminalibus, prout pariter ſunt termini quæſtionis noſtræ, ſed in ciuilibus, ideo nõ inferendum de vno caſu ad alium, quia in criminalibus, vt notum eſt, multò clariores, & concludentiores requiruntur probationes, quàm in ciuilibus, ſic etiam in ſpecie reſpondent Dec. *in d.conſil.*189.*num.*10.*verſic. Et per hoc*, Boër.*deciſ.*319.*n.*5.*poſt medium, verſic. Intellige hanc concluſionem*, vbi alios adducit concordantes, & Boërium refert, & ſequitur Maſcar.*de prob.lib.*1.*concl.*454.*n.*13.

Tertiò reſpondeo verum eſſe, † prout præfati Doctores 10
aſſerũt, quòd teſtes corrupti probant contra corrumpentem, ſi producantur ab eo, contra quem fuerũt corrupti, ſed quòd probant corruptionem. Hoc nec dicunt Doctores in materia allegati, nec iura quibus Doctores nituntur id vllo pacto inferunt. Bene autem probant in cauſa in qua examinantur, & ob quam fuerunt corrupti, de qua in præſenti quæſtione non dubitatur, ſic mihi probat tex.*in d.cap.*1.*ſi de inueſtitura, inter domin.& vaſſal.lis oriatur*, vbi quòd cõpelluntur teſtes etiam corrupti ne deponant ad perhibẽdum teſtimonium veritatis ſuper contentione orta inter dominum, & vaſſallum, & eis creditur, non quoad corruptionem, vt de eo poſſit criminaliter agi contra corrumpẽtem, prout ſunt termini quæſtionis noſtræ, ſed quoad dictam cauſam inter dominum, & vaſſallum, in qua erant corrupti ad non deponendũ: ita etiam probat text.*in d.cap.fin.de teſtib.cog.* vbi quòd teſtes qui pecunia corrupti promiſerant medio iuramento non reuelare conſpirationem factam contra Archiepiſcopum Rauennatem, eis præſtita abſolutione à dicto iuramento non compelluntur ad deponendum ſuper corruptione, ſed quoad cauſam conſpirationis: & iſte eſt verus ſenſus iurium prædictorum, ac etiam Doctorum ſuprà in contrarium: quia propterea volunt, quòd iſtis teſtibus corruptis, ſi producantur per eum contra quem fuerunt corrupti, non ſolùm credatur contra ipſum corrumpentem in cauſa in qua deponunt, ſed etiam contra ipſum producentem, vt expreſsè declarat Dec.*in dict.cap. placuit, num.*12.*extra de teſtibus*, & poſt Aretin. Rom. & alios quos allegat, ſequitur Bero.*dict.quæſt.*58.*num.*5.*& ſeqq.* vbi bene loquitur in materia, & ex ibi traditis per eum, licèt non ſic in ſpecie deductis optimè probatur hæc noſtra reſponſio, & ſic coniungendo hanc vltimam reſponſionem cum prima, non obſtant iura, & Doctores ſuprà in contrarium allegati, quia non loquuntur in teſtibus corruptis, & examinatis, & qui dicunt falſum dixiſſe ad alterius inſtantiam, ſed in corruptis ne deponerent, & non adhuc examinatis: item loquuntur non quoad probationem corruptionis, vt ex ea agi poſſit criminaliter contra corrumpentem, ſed quoad probationem cauſæ in qua erant corrupti, vt non deponerent: quo enim ad corruptionem, etiam quòd non adhuc ſint examinati, minimè credendum eſſe, ſi deſuper aliquid deponerent, multò verius eſſe infrà demonſtrabo *num.*33.

Nec etiam obſtet ratio potiſſimùm † conſiderata per Boſſ. 11
*in tit.de indic.d.n.*156.*verſ. In contrarium*, de qua dixi *ſuprà, n.*7. nam omiſſis aliis reſponſionibus, quas per te videre poteris apud Dec.*d.conſ.*189.*n.*10.*in prin.& verſ.Non obſtat, &c.* Natta *conſ.*298.*n.*9.*lib.*2. Cephal.*conſ.*234.*n.*23.*eodem lib.*2. Rol.*conſ.*73.*n.*15.*lib.*1. Bertaz.*conſ.*62.*n.*11.*lib.*1. Bertaz.*in cõſ.* 157.*n.*6.*& ſeqq.lib.*1. Reſpõdetur, quòd etiam quòd ſimus in caſu, in quo per præallegata fundamenta corruptus teſtis potuerit de corrũpente interrogari, nõ per hoc ſequitur, quòd ſi

interrogatus corrumpentem nominat, quod eius nominatio facit indicium ad torturam: nam etiam in casibus exceptis, & in quibus reus potest de consociis interrogari, non facit eius dictum indicium ad torturam, nisi concurrente alia præsumptione, & adminiculo, secundùm* magis communem, de qua latiùs dixi *suprà, in quæst.* 43. *n.* 147. *& seqq.* & nihilominus, quando socius criminis est periurus, tunc nec etiam cum adminiculis facit tale indiciũ, *vt in d. q.* 43. *n.* 180. *& seqq.* sed sic est, quòd testis, qui pecunia corruptus falsum se deposuisse affirmat ad alterius instantiam, periurus est, vt suprà probaui, in principio huius quæstionis, *n.* 5. ergo nullum facit indiciũ, prout ex hoc solo fundamento regulam sustineri fatetur idẽ Boss. *d. n.* 156. *ad finem*, dicens, se nescire respondere huic argumento de periurio, quia iudicio suo responderi non potest.

12 AMPLIA I. Propositam regulam, † vt dictum testis corrupti contra corrumpentem non solùm non faciat indicium ad torturam, vt suprà, sed nec etiam ad inquirendũ, vt bene probate videtur tex. *in d. c. sicut nobis, extra de testibus*, vbi punctualiter dicitur, quòd testibus asserentibus se corruptos falsũ dixisse, quia sunt periuri, non est aliquatenus credendũ, si nõ est aliquatenus credendũ, ergo nec etiã ad inquirendum, põ-
13 derando dictionẽ, *aliquatenus*, † quæ importat idẽ quod *nullatenus & nullo modo*, vt notat Archid. *in cap. statutũ, de reser. in 6. & in cap. quoniã, de immun. Eccl. & in c. 2. de dec. in 6.* sic in specie ad huius ampliationis probationem argumentatur Ruin. *in cons.* 146. *n.* 5. vbi propterea dicit esse de hoc casum in terminis, *in d. cap. sicut nobis*, & per totum illud *cons.* 146. *&* 147. *lib.* 3. vbi latè, quod & idem affirmarunt Alex. *cons.* 124. *n.* 1. *iuncto n.* 5. *& seqq. lib.* 6. Dec. *in d. cons.* 180. *n.* 9. *lib.* 1. vbi post Fulg. Ioan. de Ana. Aret. Alex. Corn. & Veronen. in locis
* per eum citatis, istam esse veram, & communem* opinionem testatur Mars. *in pract. §. diligenter, n.* 67. *& §. constante, n.* 93. *& cons.* 78. *n.* 17. Alc. *de præsumpt. reg.* 2. *præsump.* 10. *n.* 3. *&* 4. Grammat. *cons.* 46. *n.* 11. Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tort. post n.* 156. vbi ex Decio, *in d. cons.* 189. hanc fatetur com-
* munem* opinionem, & latiùs *in tit. de inquisit. n.* 42. *iuncto n.* 45. *&* 46. vbi ad idem ponderat dictionem, *aliquatenus*, *de qua in d. cap. sicut nobis*, & de iure hanc dicit esse solidam cõclusionem, Roland. *cons.* 16. *n.* 5. *& seqq. volum.* 1. *& cons.* 73. *n.* 16. *& seqq. & num.* 18. *eodem volum.* 1. *& cons.* 31. *n.* 2. *iuncto n.* 42. *vol.* 3. vbi etiam de communi, *& cons.* 98. *n.* 20. *& seqq. vol.* 4. Bonac. *in commun. opin. par.* 2. *vers. Testis dictum, fol.* 81. *col.* 4. *& vers. Testi asserenti se corruptum, ead.* 2. *par. fol.* 80. *in fine, & simili, ver. Testi asserenti se corruptũ, fol.* 175. *col.* 2. *par.* 1. Ceph. *cons.* 233. *n.* 4. *& n.* 6. *& n.* 16. vbi quòd nec minimũ facit indicium, *& cons.* 234. *n.* 1. *& n.* 4. *in fine, & sub n.* 23. *lib.* 2. Vulpell. *cons.* 83. *n.* 3. *&* 4. Laur. Kirchou. *inter commu. opin. tom.* 2. *cent.* 4. *concl.* 37. *post mediũ, vers. Ego verò cùm hæc quotidiana sint, & concl.* 39. *in discursu, eadem centu* 4. Burs. *cons.*
* 34. *n.* 22. *lib.* 1. vbi de communi,* Mas. *concl.* 454. *n.* 11. *lib.* 1. Bertazz. *cons.* 451. *post n.* 9. *lib.* 2. vbi testatur de magis cõmu-
* ni* opinione, de qua etiam latè per eundem Bertazz. *in cons.* 156. *per totum, lib.* 1. præsertim in figuratione casus illius consilij, *& n.* 3. *& n.* 6. *& cons.* 157. *n.* 1. *eod. lib.* 1. vbi pluribus hanc comprobat ampliationem: cùm enim is testis corruptus, ob falsum testimonium effectus sit periurus, subintrat cõclusio, quòd non solùm ad torturam non facit indicium; sed nec etiam ad inquirendum ex iis quæ generaliter de socio criminis periuro scripsi *sup. quæst.* 43. *n.* 180. *& seqq.* & est communis,
* *vt per Burs. *cons.* 79. *n.* 11. *& cons.* 34. *n.* 3. *& cons.* 20. *n.* 61. *vol.* 1. & hæc ratio periuri potissimùm, quoad inquirendum deducitur, & consideratur per Alc. Boss. Ceph. Rom & alios
14 præcitatos Doct. Et † licèt Felin. *in d. cap. sicut nobis, in vltimo notab. n.* 3. *in fine, extra de testibus*, & ibi etiam Aret. dixerunt, quòd licèt isto casu testis periurus non faciat indicium ad effectũ probationis, bene tamẽ tribuit iustam causam inquirẽdi super corruptione, quod & affirmasse etiã videtur Menoc. *de arbitr. quæst. lib.* 2. *casu* 474. *n.* 39. Istud tamen dictum Felini, vel non est tutum, cùm loquatur contra cõmunes opiniones Doctorum suprà relatas, prout dixit Ceph. *in d. cons.* 234.
15 *n.* 23. *ver. Infertur etiam*, vel intelligi potest, † vt tribuat causã inquirendi, ideſt, vt sufficiat in viam inquisitionis formandæ, & sic quoad inquisitionem generalem, non autem ad ipsam inquisitionem formandam, prout in terminis dixit Bos. *d. tit. de inquisitione, post n.* 42. *vers. & ad Feli. respondea*, & hoc est, quod suprà dicebam *in q.* 43. *n.* 184. quod periurus sufficit ad assumendum informationes ad hoc, vt ex illis possit formari inquisitio: non autem immediatè ad formandam inquisitionem.

Et licèt rursus † idem Boss. *in d. tit. de inquisit. num.* 44. *&* 16 *numer.* 46. dixerit, quòd quicquid sit de iure, de facto tamen contrarium seruatur, quia scilicet dictum testis asserentis, se fuisse corruptum ab aliquo, facit contra alium talem indiciũ ad inquirendum, & Bossium sic, vt suprà dicentem referendo sequatur Clar. *in pract. §. falsum. post vers. Subornans autem testes*, Ioseph. Ludou. *in decis. Lucen.* 15. *num.* 6. vbi ex Claro in loco citato dicit, ita* communiter seruari, & quòd ita etiã *
multoties ipse practicauit, † vide tamen Roland. *in d. cons.* 98. 17
num. 22. *& seqq. volum.* 4. & Bertaz. *in d. cons.* 156. *num.* 5. *& seqq. lib.* 1. vbi in terminis, tribus modis respondet Boss. & Clar. de asserta contraria cosuetudine testantibus, & primò dicit, Doctori testanti de consuetudine non esse credendũ, secundùm communem,* de qua per Cagnol. *in l.* 1. *in princ.* *
n. 20. *ff. si quis ius dicen. non obtemp. & in l. quis maior, n.* 73. *C. de transact.* † Secundò, quatenus credendum sit, non esse ta- 18
men credendum, nisi de loco in quo versati sunt, iuxta trad. per Gualdin. *de arte testan. in tit. de subst. tit. cau.* 33. Ioan. Lup. *in rubr. de donat. int. vir. & vxor. § Hodie, n. primo*, Burs. *cons.* 43. *n.* 54. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 54. *num.* 3. *lib.* 1. † Tertiò cùm iu- 19
ramentum sit de iure diuino, *capit. etsi Christus, extra de iureiuran.* & ex eo, quod quis iurat, ius acquiritur Deo. Abb. *in cap. quantò, de iureiuran.* Marsil. *cons.* 107. *num.* 16. & sic extra contrauentionem iuramenti quis Deo efficitur infidelis: idcirco talis consuetudo, tanquã irrationabilis nutritiua peccati, & dans materiam delinquendi, valere non debet, per ea, quæ notat Crauetta. *in cons.* 116. *n.* 4. cum aliis ibidem per Rol. allegatis, & quidem, si Iudex essem, alia non concurrẽte præsumptione, nunquam formarem inquisitionem contra sic inculpatum ab isto corrupto falso, & periuro teste, maximè ad effectum, vt inquisito citato, & non comparente contra ipsum deueniatur ad condemnationem in contumaciam, iuxta per nos tradita *in* 1. *libro, in tit. de inquisit. quæstion.* 21. cùm id sit maximi præiudicij, & faciunt ad hæc, quæ de socio criminis periuro generaliter dixi *supra, quæst.* 43. *num.* 184.

AMPLIA II. Eandem regulam, † vt depositio testis corru- 20
pti contra corrumpentem non solùm non faciat indicium ad torturam, & ad inquisitionem, vt suprà, sed nec etiam ad capturam, si credimus Alciato *in tract. de præsump. regul.* 2. *præsumpt.* 10. *n.* 4. Ceph. *cons.* 233. *n.* 8. *& 9. & cons.* 234. *n.* 23. *vol.* 2. Burs. *in cons.* 34. *n.* 22. *vol.* 1.

Quorũ † opinio licèt ratione periurij, quod tollit fidei fun- 21
damentum, posset forsan in iure sustineri, in practica tamen sine dubio contrarium* communiter seruatur. *

AMPLIA III. Etiã quòd is corruptus, † & falsus testis de- 22
ponat in tortura: adhuc enim indicium non faciet contra assertum corrumpentem, vt per Dec. *in cons.* 189. *nu.* 16. *ad finem, ver. Non obstat*, quod secundum dictum fuit depositum in tormentis *& num.* 11. *ver. non obstat*, quòd infamia videtur purgari per torturam, Ruin. *cons.* 146. *nu.* 2. *vers. Et ideo eius testimonium etiam post torturam, & numer.* 3. *vers. Nec obstat, quòd fuerit tortus, & num.* 6. *versic. Nam iste captus, & cons.* 147. *num.* 4. *in fine, versic. Nec prædictis habet obstare tortura, & num.* 5. *volum.* 5. Roland. *cons.* 16. *num.* 9. *& num.* 11. *in fin. & cons.* 73. *num.* 12. *volum.* 1. *& cons.* 98. *numer.* 16. *volum* 4. Ceph. *cons.* 233. *num.* 7. *& cons.* 234. *num.* 1. *& seqq. & num.* 7. *& num.* 19. *lib.* 2. vbi pluribus comprobat hanc ampliationem, & etiam pluribus modis respondet ad doctrinam Bart. *in l. postulauerit. §. Sed & si negauerit, ff. ad l. Iul. de adult.* dicentis, testis secundum dictum in tortura esse attendendum, & non primum, Laurent. Kirchou. *inter commun. opin. tom.* 2. *concl.* 81. *cent.* 4. Vulpel. *cons.* 10. *sub num.* 1. *& cons.* 83. *num.* 1. *& num.* 7. Bertaz. *cons.* 157. *num.* 7. *lib.* 1. † licèt enim in causa 23
ciuili periurium, aut infamia testis purgetur per toruram, in causa tamen criminali secus est, vt per Dec. Ruin. Rol. Cepha. & omnes præcitatos Doctores, vt per eundem Rol. *cons.* 94. *num.* 17. *& cons.* 95. *num.* 15. *& seqq. vol.* 4. vbi de* com- *
muni, & per Honded. *d. cons.* 106. *n.* 29. vbi alios plures refert concordantes.

AMPLIA IIII. Vt † nec oriatur indiciũ ad torturam, vel ad 24

inquisitionem non solùm ex dicto vnius, sed etiam ex dicto duorum, vel pluriũ testium asserentium se corruptos falsum dixisse de mandato alterius prout videtur probare tex. *in dict. cap. sicut nobis, extra de testibus*, vbi loquitur summus Põtifex non in numero singulari, sed in plurali, tacite sentiens, quòd nec etiam pluribus testibus corruptis aliquatenus creda tur, & sic in specie de duobus testibus corruptis loquuti sunt, post Fulg. Anch. & alios quos allegant, & quos etiam suprà retuli *in principio quæstionis, n.* 1. Mars. *in cons.* 78. *n.* 14 *in fine*, Natta *in d. cons.* 298. *per totum, & præsertim ante n.* 1. *ver. Capiendo igitur primum inquisitionis caput, & n.* 9. *in fine, vers. Non obstat, quòd hìc non vnus tantùm, & vers. Præterea etiam quòd essent conteſtes, & n.* 10. *lib.* 2. vbi reddit rationem, quia scilicet, quando testes sunt in totum inhabiles ad ferendum testimonium, prout sunt testes corrupti, falsi, periuri, & socij criminis, tunc numerus non tollit inhabilitatem, nec supplet probationem. Rolan. *cons.* 16. *per tot. vol.* 1. *& præsertim n.* 18. *ver. Nec obstat, quòd duo testes, & n.* 23. *in fie, ver. quarto respondetur*, vbi propterea dicit malè loquutum esse Boër. *in dec.* 319. *n.* 5. contrarium sentientem, & in fine consilij, vbi quòd ita iudicatum fuit in illo casu, in quo ipse consuluit, 73. *pariter per totum, præsertim in princ. consilij, iuncto n.* 16. *eod. vol.* 1. *& cons.* 98. *nu.* 9. *in fine, vol.* 4. vbi loquitur in tribus testibus periuris, Ceph. *cons.* 233. *&* 234. *per totum, volum.* 2. vbi loquitur in tribus testibus, quorum vnus dicebat se corruptum, alij verò duo se tentatos, Vulpell. *cons.* 83. *n.* 6. vbi etiam respondet Boërio, *vbi suprà*, contrarium asserenti, Lauren. Kirchou. *inter commun. opin. tom.* 2 *concl.* 38. *post medium, & post vers. Ego verò, cùm hæc quotidiana sint, cent.* 4. Bertaz. *cons.* 61. *n.* 9. *lib.* 1. & latiùs *in cons.* 156. *per totum, eod. lib.* 1. & præsertim *n.* 3. *& n.* 8. *ad finem*, vbi testatur de* communi, & ab ea fatuum esse dicit recedere, & in resolutione illius consilij post diuturnam disputationem testatur sic fuisse iudicatum per consultorem sacri officij inquisitionis, *& in cons.* 157. *n.* 15. *d. lib.* 1. & in hanc opinionem videtur descendisse Rota *in dec. coram Seraphino*, quam retuli *suprà, n.* 1. *in fine*, vbi dixit subornationem probandam esse aliunde quàm per testes, qui se subornatos asserant, & sic loquitur etiam stante pluralitate testium: & faciunt, quæ in simili generaliter de pluribus sociis criminis dixi *suprà, quæst.* 43. *n.* 34. 35. *&* 36. & quæ infrà dicam, *in quæst.* 46. *num.* 57.

25 Contrarium, †quòd imò duo testes corrupti, & de corruptione deponentes faciant indicium ad torturam contra corrumpentem, post multa concludere videtur Boër. *d. dec.* 319. *n.* 5. *ad finem, ver. Et secundùm hanc opinionem*, vbi testatur, ita per illum Senatum fuisse iudicatum, eo quia in tali corruptionis crimine non solent adhiberi testes, ideo admittuntur tales quales reperiri possunt, Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tort. n.* 159. vbi quòd licèt de iure, nec etiam plures testes corrupti essent admittẽdi ad probationem corruptionis propter defectum periurij, ponderando tex. *in d. cap. sicut nobis, extra de testibus*, prout suprà ponderaui, quòd scilicet loquatur in numero plurali, nihilominus in pract. seruatur, quod si duo, vel plures dicant se fuisse sollicitatos, deuenitur ad torturam ex eorum dicto contra inculpatum ab eis, *& in tit. de inquisit. n.* 50. vbi quòd ridicula est eorum opinio, qui dixerunt duos testes corruptos, & periuros nõ facere indicium ad formandam inquisitionem specialem, & ibi respondet contrariis, Vulpell. *cons.* 103. *n.* 5. *&* 6. vbi etiã quoad torturam referendo Boërium in loco præcitato illius rationem exornat dicens, quòd quando testes examinantur super eo, quod ferè aliis esse notum non potest: tunc admittuntur etiã quòd aliàs essent inhabiles, ex Socin. iuniore *in cons.* 69. *num.* 11. *&* 14. Addo & Clar. *in pract. §. fin. quæst.* 21. *vers. Sed pone*, Bertaz. *cons.* 219. *post n.* 1. & faciunt Doctores allegati generaliter de pluribus sociis criminis *suprà, in d. quæst.* 43. *n.* 34. *iuncto n.* 42. vbi distinguendo probaui, quòd quando sumus in casu, in quo reus de iure potest de consociis interrogari (prout huiusmodi esse crimen corruptionis, dixi *in eadem quæst.* 43. *num.* 49.) tunc plures socij criminis faciunt indicium ad torturam, &c.

26 Et† licèt hæc consuetudo torquendi reum ex dicto duorum testium corruptorum reprobetur expressè, vel saltem declaretur, vt non extendatur extra locum, in quo præfati Doctores sic de ea testantes commorantur, per Roland. *in cons.* 94. *num.* 21. *& seqq. lib.* 4. *& cons.* 98. *n.* 22. *& seqq. eod. lib.* 4. & per Bertaz. *in cons.* 61. *suprà, num.* 14. *lib.* 1. & latiùs *in d. cons.* 156. *num.* 5. *& seqq. eodem lib.* 1. pluribus nititur probare non obstante hac asserta consuetudine, non esse recedendum à propolita cõmuni amplıatione [nec dissentire videatur Honded. *in d. cons.* 106. *num.* 69. *in fi. & seq. lib.* 1.] † & eò minùs 27
eadem consuetudo videatur extendenda ad Vrbem Romã, vbi nulla recipitur consuetudo, nisi consensu Apostolico cõfirmata sit, secundùm Ias. *in l. cunctos populos, n.* 52. *C. de Sum. Trinit. & fide cathol.* Et certè si de iure loquamur, & vbi talis nõ viget consuetudo, veriùs dici potest, quòd testes, siue sint plures, siue vnus, nullam prorsus faciant fidem propter defectum periurij, quod tollit omne fidei fundamentum, tam in vno, quàm in pluribus.

Nihilõminus, † vt veritatem fatear, apud nos semper vidi 28
seruatum, vt quando testes corrupti fuerint duo, vel plures contra corrumpentem deponentes: idem corrumpens ex eorum dicto si aliud in contrarium releuans non deduxit, fuit cõpetenter tortus, iuxta decisionem Boërij, immò habeo manuscriptas quasdam allegationes excellentissimi iuris vtriusque Doctoris, & in Romana Curia inter criminales Aduocatos facilè Principis [D. Augustini Lazarini] aliàs datas in vna Romana libelli famosi, coram quondam Domino Fabio Menochino in criminalibus tunc Locumtenente Illustrissimi Domini Auditoris Cameræ pro Ioanne Mar.a Vbaldino cõtra fiscum, in quibus testatur, ita etiam pluries in hac curia fuisse seruatũ, immò dicit, quòd aliàs in vna Pampilonẽ. pro fisco cõtra Dominum Doctorem Roldam fuit idem Doctor condemnatus per tres cõformes à Magnificis Dominis Locumtenentibus criminalibus Reuerẽdissimi Domini Gubernatoris Vibis Illustrissimi Domini Auditoris Cameræ, ac Illustrissimi Domini Vicarij, ex eo quòd duo testes per eos in Rota examinati deposuerint fuisse ab eo subornatos, sed istud de condemnatione nullo pacto est tenendum per ea, quæ latiùs explicaui suprà, *in q.* 43. *n.* 39. *& seq.* & fuit resolutum tẽpore Gregorij XIII. in causa Alexandri Rastelli Abbatis sancti Sebastiani, coram Illustrissimo D. tũc Vicario, in qua aderant tres testes, videlicet Rutilius, Vtrallus, Alex. Hilarius, & Vincentius de sanctis, qui confessi fuerant falsum deposuisse contra prædictum Ioan. Mariam Vbaldinum de mandato dicti Abbatis, & tamen causa discussa in plena carcerum visitatione existentibus Iudicibus Bernardino Cotto, & Horatio de Benedictis fuit idem Abbas ex carceribus relaxatus sine tortura, nedum sine condemnatione, quamuis acerrimum haberet instigatorem, quo verò ad torturam practica indistinctè ita seruat sine difficultate, sed quid si isti testes sint singulares, vide *infra, n.* 43.

1 LIMITA I. Propositam regulã. †vt procedat, prout loqui- 29
tur, videlicet in teste, qui corruptus, & examinatus falsum deposuit: vnde secus si solùm tentatus ad falsum deponendũ non permisit se corrumpi. Tunc enim si sic, vt supra assurit se tentatum ab aliquo, facit contra illum indicium ad torturam: quia cùm non acceptauerit mandatum, non potest dici, nec falsus, nec periurus, nec socius criminis, nec etiam corruptus, ideo de eius fide nihil diminui debet, sicut post Bald. & Aretin. quos allegat, consuluit Gram. *cons.* 1. *in fin. numer.* 13. *& cons.* 3. *num.* 2. Bertaz. *cons.* 451. *post numer. octau. lib.* 2. Vulpell. *cons.* 103. *numer.* 1. *in fin. & sequentibus vsque ad numer.* 5.

Vbi† ponderando dicta per Bero. *in qu.* 58. & per Aret. *in* 30
c. placuit, in princ. extra de testibus, ampliat hanc limitationem procedere etiam in teste, qui acceptauit corruptionem, sed postea pœnitẽtia ductus noluit falsum deponere, nec se examini subiicere, prout etiam videtur fuisse de mente Bertaz. *in d. cons.* 156. *n.* 8. *lib.* 1. Et faciunt ad hæc, quæ generaliter de mandatario non acceptante mandatum, dixi *suprà, in antecedenti quæstione, n.* 15.

Verùm† sicut contra hanc limitationem in terminis con- 31
suluit Ceph. *cons.* 233. *n.* 16. *lib.* 2. & bene faciunt scripta per Grat. *dec.* 28. *n.* 26. ita etiam illam nec iuri consonã credo per ea, quæ latiùs de mandatario contra mandantem explicaui *in dict. quæst.* 44. *num.* 16. *&* 17. & propterea non concurrente, dico, quòd indicium ad torturam non oritur contra inculpatum ab eo, qui asserit se ab illo fuisse tentatum ad falsum deponendũ, & quòd noluit corruptioni consentire: aliàs

esset

esset in cuiuscunque facultate sic dicendo homines vexare, & damnificare.

32 LIMITA II. Eandem † regulam procedere in teste corrupto ad falsum deponendum, secus in corrupto ad non deponendum: nam si is examinetur productus ab eo, in cuius præ iudicium erat corruptus, probat contra corrũpentem, ad tex. *in cap. 1. si de inuestit. inter domi. & vassall. his oriatur, & in c. fin. de testib. cogen.* quæ iura quomodo faciant ad propositum, induxi *supra, hac eadem quæst. n. 6.* & per ista iura, quod testes corrupti ad non deponendum probent contra corrumpentem (licèt secus sit in testibus corruptis ad falsum deponendum) scriptum reliquerunt, Natta *d. cons. 298. n. 9. vers. Non obstat, lib. 2.* Boër. *d. quæst. 58. n. 5.* Vulpell. *cons. 83. n. 5. & cons. 103. sub n. 4.* Bertaz. *cons. 451. post n. 8. lib. 2.* Burl. *cons. 54. numer. 22. lib. 1.* Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 454. n. 14.* & ante istos Bald. *in d. c. 1. n. 7.* & ibidem Afflict. *n. 40. & seqq.* Rom. *sing. 330. incip. Tu scis textum,* Fel. *in cap. licèt causam, n. 7. in fine, de probat.* Dec. *in cap. placuit, n. 11. extra de testibus,* Mars. *cons. 61. n. 32.* Gramm. *cons. 1. n. 12. & 13.* [& dixi *infra, in 3. lib. qu. 67. n. 249.*

33 Verùm † hæc limitatio sic, vt suprà posita, prout nec iure vera est, ita nec etiam mihi satisfacit, quia si, vt modò probaui *n. 31.* non creditur testi asserenti se tentatum ab aliquo ad falsum deponendum, ac dicenti se tentationi non consensisse, quo casu re vera non potest dici corruptus: tanto minùs credendum est iis, qui consenserunt corruptioni ne deponerent. Nec obstant iura, & Doctores in contrarium allegati: quia, vt iterum admonui *supra, n. 10.* loquuntur non de probatione corruptionis, prout sunt termini quæstionis nostræ, sed de probatione in causa illa, in qua erant corrupti, vt non deponerent: de quo non est præsens disputatio, vt plenius explicaui, *d. n. 10.* [& dixi *infra, lib. 3. q. 67, n. 249.*]

34 LIMITA III. Vt † licèt sola assertio testis corrupti non faciat indicium ad torturam contra corrumpentem, iuncta tamen cum aliqua alia præsumptione, vel adminiculo faciet sufficiens indicium ad torturam. Natta *d. cons. 298. n. 3. lib. 2.* Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tort. n. 156. ad finem,* vbi * quòd ita communiter seruatur, Gabriel. *concl. 32. num. 13. lib. 7.* vbi alios adducit, Clar. *in pract. §. falsum, vers. Subornans, in fine,* vbi etiã quòd ita & ipse vidit toties seruari. Vulpell. *cons.* * 10. *n. 1.* vbi de magis communi, * & quòd adminicula concurrentia debent esse multa, & talia, vt Iudicis animum mouere possint, *& cons. 103. n. 13. & seqq.* vbi enumerat septem coniecturas, seu præsumptiones, quibus talis assertio adminiculatur, Bertazz. *cons. 210. n. 1. vers. Tamen negari non potest, lib. 1.* vbi quòd omnes admittũt, & per totum consilium, vbi ponit quatuor alias coniecturas, seu adminicula: faciunt ad hanc limitationem, quæ generaliter de socio criminis dixi *in q. 43. n. 145. & seqq.* & de mandatario, *in qu. 44. n. 11. & seq.* & licèt de iure hæc limitatio non transeat sine difficultate, & forsan etiam non vera sit, prout dixit Boss. *in d. nu. 156. ad finem, ver. Verum, & ver. Dico igitur propter defectum periurij,* quod cùm reddat testem omnino inhabilẽ, & omni fide carentem, adminicula non possunt nec debent aliquid operari, iuxta tradita per Nattam *d. cons. 298. n. 10.* cum aliis per nos relatis *supra quæst. 43. n. 153.* & propterea idẽ Bertaz. *in cons. 61. sub n. 14. vol. 1.* dixerit, quòd deuenire ad torturam ex inculpatione asserentis se corruptũ, alio nõ concurrẽte adminiculo, iuxta obseruantiam Bossij, & Iulij Clari in locis præcita- * tis, sit malè factum, & contra communem * Doctorum opinionem: ego tamẽ, vt quid verè apud nos seruatum viderim, pro veritate dicam, negare non possum, fuisse semper deuẽtum ad torturam contra inculpatum, quando cum inculpatione prædicta concurrit aliquod aliud indicium, seu præsũtio, iuxta terminos prædictæ limitationis: & in hanc partem concurrisse etiam Rotam Auenionensem, testari viderur Hieron. Lauren. *decis. 98. n. 1. & 2.* licèt in suo casu non fuerit deuentum ad torturam, eo quia testis, qui priùs se corruptum asseruerat à Cæsare (erat hoc nomen illius inquisiti ad eius faciem ductus, & tortus confessionem reuocauit [nec etiam ab ista limitatione dissentire videtur Honded. *in d. cons. 106. n. 70. ver. præterea.*]

35 LIMITA IIII. (Et † ad hanc limitationem bene aduertas, quia non est ab omnibus Doctoribus considerata vt regula nõ procedat, quando testis ab eodem de subornatione inculpato fuisset ad examinandum transmissus, & inductus. † Nam 36 tunc cùm producens, & inducens testes censeatur illorum qualitates, & conditiones approbasse, ad regulam *l. si quis testibus, C. de testibus,* cum alijs per Las. *in l. 1. §. editiones, numer. 15. C. de eden.* Boër. *decis. 245. n. 4.* Gramm. *decis. 34. n. 11.* Patr. *cons. 53. n. 40. vol. 4.* Soc. iun. *cons. 69. n. 11. & 14. lib. 2.* ideo si iste testis productus contra producentem aliquid deponat, siue in eadẽ, siue in diuersa causa, & etiã inter easdem personas, non potest producens contra illum aliquid obiicere, & eius depositionem improbare, vt per præallegatos, & consequenter, quin eius depositio indicium faciat ad torturam, nulla videtur dubitatio per præmissa, & prout in terminis sic argumentando, tenet Vulpell. *dict. cons. 103. numer. 7. & sequenti.*

Ratio † hæc per Vulpellum considerata est verissima in 37 iure, sed non procedit, quando exceptio, seu defectus in teste superueniat post ipsius productionem, & examen (prout in casu nostro superueniat periurium) tunc enim producens nõ prohibetur à iure contra testem productum opponere exceptionem superuenientem post productionem, vt bene probat text. *in d. l. si quis testibus, C. de testibus,* Boër. *d. decis. 245. n. 4. in fin.* Alex. *cons. 91. num. 8. vol. 4. Ideo limitatio redditur dubia.*

Sustinendo † limitationem potest considerari alia ratio, 38 quia quando inculpatus de subornatione est ille idem, qui testem inculpantẽ produxit, & de eius commodo, & causa agitur, subintrat ad coadiuuandum inculpationem subornati ea præsumptio satis vehemens, & approbata, quòd scilicet falsitas, ac delictum semper præsumatur commissum ab eo, vel de illius mandato, de cuius commodo agitur, ac vtilitate, *l. 2. §. si quis in suo,* & ibi Alberic. *ff. ne quid in loco publico,* Grat. *cons. 59. n. 7. vol. 1. & cons. 37. n. 11. volumine secũdo,* Campeg. *de testibus, reg. 394 ver. 6. ille præsumitur,* Bero. *cons. 118. cum Alphonsus, n. 22. lib. 3.* Boss. *in tit. de indic. num. 58. vers. Et si dicas, num. 63. versiculo, Nam concurrit duplex indicium, & num. 156. in vers. secundo considera,* vbi in terminis loquitur de falso teste, & Bossium in proposito, & pariter in terminis refert, & sequitur Bertazzol. *in cons. 210. numero primo, vers. at in proposito, libro primo,* vbi pro adminiculo & verisimilitudine ad dictum testis subornati considerat, quòd non est præsumendum testem falsum deposuisse, nisi fuerit instigatus, & subornatus ab eo, ad cuius fauorem deponebat: ideo stante hoc adminiculo oritur indicium ad torturam, ex dicto testis subornati, iuxta ea quæ scripsi *supra, numer. trigesimo-quarto.*

Verùm † nec ista ratio mihi admodum satisfacit. Nam licèt 39 verum sit, quòd falsa depositio præsumatur facta ad instantiam, ac de mandato illius de cuius commodo agitur, per præallegata: hoc tamen procedit, vbi iam constat de falsa depositione aliunde, quàm ex dicto testis asserẽtis se falsum deposuisse. Nam sicut de iure ipsi testi non creditur quo ad corruptionem in præiudicium corrumpentis, vt suprà in regula, ita nec etiam creditur, quòd falsum deposuerit in præiudiciũ eius, ad cuius fauorem deposuerit, vt in terminis consuluit Ruin. *in cons. 15. n. 11. lib. 5.* quem refert & sequitur Gabriel. *lib. 7. de crim. concluf. 32. n. 4. in 3. ampliatione,* & dicam latiùs *infra, hoc eodem tit. in sequenti quæstione, num. 56. & sequentibus.*

Crederem † igitur sic in proposito distinguendum, quòd 40 si constat de falsitate depositionis testis, qui ad illam dicendam asserit se subornatum ab eo, de cuius commodo, & causa agebatur; aliunde, quàm ex eiusdem testis depositione, vt-putà per testes, scripturam, facti euidentiam, seu alio modo: & tunc cùm iam de falsitate appareat, & solum de subornatore quæratur, talisque inculpatio sic adminiculata illa præsumptione, quòd falsitas præsumatur facta de eius mandato de cuius commodo agitur, faciet vtique contra inculpantem indicium ad torturam, per ea quæ dicta sunt *supra, in 3. limitatione* secus si aliunde non constat de dicta falsitate, quia, vt dixi, sicut testi asserenti se falsum, & corruptum non creditur quoad corruptionem: ita nec creditur quoad falsitatem, & consequenter non potest intrare præsumptio prædicta: quæ omnia bene nota, quia ea credo verissima, & forsan alibi non reperies sic plenè explicata.

SVBLIMITA I. generaliter † omnes præcedentes limita- 41

tiones,ac omnes casus, in quibus depositio testium corruptorum facit indicium contra corrumpentem,vt non procedant, quando iidem testes,vltra falsam,quam asserant fecisse depositionem,essent iterum periuri, vel varij, vtputà quia primò examinati negassent subornationem, deinde illã essent confessi:tunc enim concurrente duplice periurio, etiã in casu in quo aliàs indicium facerent ad torturam,tale indicium minimè facit,& statur primo dicto,etiam quòd vltimum emanauerit in tortura,vt per Dec.*in cons.*189.*post n.*6.*vers.*2. etiam alia ratione,*& n.*10.*vers.*2.*principaliter*, vbi quòd ita tenent
* communiter*Doctores.Natta *cons.*298.*n.*8.*per tot.li.*2.Rol. *cons.*16.*n*9.*& seqq.vsque ad n.*13.*& n.*18. *& seq.n.*22.*in fin. lib.*1.*& cons.*73.*n.*6.*& seqq.& n.*15.*v.*2.*respondetur*,*& n.*29. *& seqq.eod.lib.*1.Ceph.*cons.*233.*n.*14.*cons.*234.*in prin.vncto n.*6.*& seqq.vsque ad n.*2.*lib.*2. vbi pluribus hanc comprobat limitationem,& respondet contrariis Laurent.Kirchou.*inter commun. opin. tom.*2. *cent.*4. *concl.* 79. vbi pariter testatur,de
* communi*opinione,Bertazz.*cons.*156.*nu.*12. *&* 13.*& cons.* 157.*n.*5.*lib.*1.

42 Et†licèt contra hanc sublimitationem contrariũ affirmauerit Vulpel.*cons.*102.*post n.*12.*vers. Ego etiam quòd isti testes,& cons.*103.*n.*9.*& seqq.*vbi pluribus hanc contrariã opinionem nititur comprobare,sicut etiam facit *in cons.*104.*n.*1. 2.6.*& seqq.vsque ad n.*11.negari tamen non potest,quin prima opinio sit magis communiter*recepta,vt etiam colligitur ex allegatis per nos *suprà,q.*43.*n.*180.*& seqq.in* 8.*sublimitatione,& q.*44.*n.*26.[& faciunt generaliter dicta *infrà,in* 3.*lib. tit.de oppos.cont.dic.test.quæst.* 66.*n.*181.

43 SVBLIMITA II. (Et†hæc sublimitatio propriè venit ad declarationem eorum,quæ firmaui *suprà,n.*25.*& seqq.*)vt in casu in quo testes corrupti faciunt indicium contra corrumpentem,id sanè intelligendum sit,vt procedat, si sint contestes, secus si singulares,Dec.*d.cons.*189.*num.*8.Natta *d.cons.* 298.*n.*9.*in fin.vers.non obstat,quod hic*,Ceph.*cons.*233.*n.*19. *& seqq.lib.*2.*& cons.*234.*n.*24 *in fi.ver. Aduertatur etiam,& post n.*25.*ver.Nec obstat,inuncto n.*26.vt in proposito exemplificatur singularitas non solùm si est circa diuersam rẽ,& causam,sed etiam si in eadem causa,quando vnus dicit se corruptum,alter verò tentatum (quod tamen non credo verum, vt mox declarabo)Pet.Ant.à Pet.*in trac.de fideic.q.*12.*n.*525.

44 Contrarium,†quòd imò testes singulares corrupti faciant indicium ad torturam contra corrumpentem,saltem de consuetudine,dixerunt Boër.*d.decis.*319.*n.*5.*in fi.* Boss.*de indic. & consider.ante tort.*159. Clar.*in pract.§.fi.q.*21.*vers.Sed pone,in fine*,Vulpel.*cons.*103.*n.*5.

45 Breuiter dicas,†quòd si singularitas est circa causam,vtpurà quia vnus dicat se corruptum in vna causa, alter verò in alia causa, tunc sine dubio isti testes non coniunguntur, & tantum probat vnus,quantum mille,per vulgatem regulam, quæ datur in materia testium singularium. & bene probant Doctores allegati in sublimitatione:si verò singularitas nõ est circa causam sed circa locum,tempus,modum,& similia:vtpurà, quia vnus dicat se fuisse tentatum, vel corruptum ad deponendum contra Titium in vno loco, alter verò in alio loco,vnus cum pecunia,alter sine pecunia:vnus dicat se corruptum,alter verò solummodo tentatum.& his similia,sed in eadem causa,& tunc coniunguntur isti testes ad faciendum indicium ad torturam contra subornãtem, quia potest stare, quòd vnum subornauerit in vno loco,& vno modo, & alium in alio, & alio modo, & ita loquuntur, & sunt intelligendi Boër. Boss. & alij in contrarium præcitati Doctores, prout bene animaduertit Ceph.*in d.consil.*234.*num.*23.*in fine,vers. Aduertatur etiam libr.*2.

46 SVBLIMITA III.Et generaliter,†vt ad hoc vt dictũ testis corrupti faciat indicium ad torturam contra corrumpentem, necesse sit vt intercueniant omnia ea, quæ de socio criminis dixi *suprà,quæst.*43.*in sublimitationibus,num.*131.*& omnibus seqq.*in omni casu, in quo socius criminis non facit indicium ad torturam contra nominatum,nec etiam in eo faciet indicium testis corrupti contra corrumpentem,cùm non possit dari ratio diuersitatis inter vnum,& alium casum,& in simili dixi de mandatario,*supra in antecedenti q.*44. *n.*24.

47 Ideo sicut socius criminis,†qui sit aliunde infamis, & criminosus,aut alios patiatur defectus, nõ facit indicium ad torturam,etiam in casibus exceptis,per ea,quæ dixi *in qu.*43,*n.* 18.ita etiam & idem in teste, qui corruptus asserit se falsum deposuisse,quod non faciat contra corrumpentem indicium, vbi alias faceret, in terminis voluerunt Natta *d. cons.*298.*n.* 9.*& seq.lib.*2.vbi reddit rationem,Ruin.*d.cons.*147.*sub n.*3. *vers.*5.Boss.*de indic.n.*2.Roland.*cons.*16.*n.*10.*& seq.& n.*73. *n.*24.27.*& 28.lib.*1.Vulpell.*cons.*83.*n.*6.*ver.Sic & qualitas*, Bertaz. *cons.*61.*n.*17.*& seqq. & cons.*157.*n.*2. *ver. Et tanto minus, lib.*1. & in simili faciunt,quæ dixi de mandatario *supra,quæst.*44.*n.*24.

Item †sicut indicium,quod oritur ex dicto socij criminis, 48
tolli per probationem bonæ vitæ,& famæ,scripserunt plures Doctores per nos relati *supra,in qu.*43.*nu.*187. ita & pariter testem corruptum,etiam in casu excepto indicium non facere contra assertum corrumpentem, qui aliàs sit bonæ famæ, in terminis consuluerunt Ruin.*in cons.*147.*n.*6.*lib.*5. Rolan. *d.cons.*16.*n.*24.*& seqq.& cons.*73.*num.*35.*& seqq.lib.*1.Vulpell.*cons.*10.*num.*4.*& cons.*83.*post num.*8.Bertazz.*d.cons.*61. *num.*19.*& seq.lib.*1.*& cons.*156.*num.*18.*eodem lib.*1. verùm de hac conclusione valde dubito,per ea, quæ dixi *in d.quæst.* 43.*num.*18.

Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Indicium,an,& quando,& quale oriatur ex inculpatione querelantis vulnerati, vel offensi, seu etiam alterius existentis præcipuè in articulo mortis, vel infirmi; quid de exculpatione, & quid de teste Iudice, aut Notario asserentibus se præmio corruptos falsum tulisse testimonium,iniquam dedisse sententiam, aut falsum fabricasse instrumentum,&c.

SVMMARIVM.

*Assertio vulnerati existentis in articulo mortis facit indiciũ ad torturam,contra vulnerantem,n.*1.*& seqq.vsque ad n.*7.*contrarium est verius,& magis receptum,d.nu.*7.*& seqq.vsque ad n.*17.*vbi ponuntur rationes,& respondetur contrariis.*

*Dictio si,importat conditionem,n.*3.

*Conditione deficiente,deficit etiam conditionalis dispositio,n.*3.

Mortis in articulo constitutus,non præsumitur mentiri,nec præsumitur immemor salutis æternæ, & alia similia videas in n. 4.5.6.

*Moriens omnis licèt non præsumatur sanctus Ioannes Euangelista:maior tamen morientium pars nititur ab hoc seculo migrare sine onere conscientiæ,n.*5.

*Infirmitas est quædam tortura spiritualis, tutior, & certior, quam ea,quæ per fidiculas,& cruciatũ corporis infertur,n.*6.

*Assertio vulnerati existentis in articulo mortis, non facit indicium ad torturam,contra vulnerantem, etiam quòd is aliàs fuerit vilis,& subiecta persona,n.*8.

*Hæres accusando eum, quem defunctus inculpauit,excusatur à calumnia,n.*9.

*Debitorem sibi quis non potest propria authoritate constituere, num.*11.

*Querelans aliquem de vulnere, aut offensione, dicitur testis in causa propria,& ei non creditur,quia ex tali querela facit se inimicum querelanti,n.*12.

*Mortis in articulo constitutus non dicitur esse in sano intellectu, æquiparatur mortuo,non dicitur esse vinus, nec mortuus,& alia similia,n.*13.

*Assertio vulnerati contra vulnerantem, etiam constituti in articulo mortis,facit aliqualem præsumptionem,n.*17.*sed hæc reputatur à iure vilis,& leuis præsumptio,ibid.n.*14.

*Serui facilius torquentur quàm liberi homines,n.*15.

*Mortis in articulo constitutus,non præsumitur mentiri,& eius assertioni est valde credendum in ipsius asserentis præiudicium,non autem in præiudicium tertij,n.*16.

*Assertio vulnerati existentis in articulo mortis, sufficit ad capturam,n.*18.19.*& 20,vbi secus in assertione alterius querelantis.*

Assertio

Assertio vulnerati existentis in articulo mortis sufficit ad inquirendum,n.21.etiam ad inquirendū specialiter, n.22. contrà, n.25. Aliqui distinguunt, quòd si vulneratus conualuit, eius assertio non sufficit ad formandam,aut ad transmittendā inquisitionē.sed solum ad assumendas informationes:si verò non conualuit,sufficiat etiam ad formandum, ac transmittendum inquisitionem saltem de consuetudine,n.24.& sequen.veritas est,quòd siue vulneratus cōualeat, siue non,nunquam eius assertio sufficiat ad formandum,& transmittendum inquisitionem,sed tantummodo ad assumendū informationes, n.26. & seqq.vbi respondetur contrariis,sed si cū assertione vulnerati concurrat fuga vulnerantis,tunc talis assertio sufficiet, etiam ad formandam inquisitionem,& ista est bona practica,n.34.

Inquisitio an possit formari ex assertione vulnerati existentis in articulo mortis,vide in n.21.& seqq.vsque ad n.35.

Inquisitio non potest formari ex leuibus indiciis,sed ex grauibus, & vrgentibus,n.36.

Inquirere nihil aliud est,quàm informationes assumere,n.31.

Assertio vulnerati existentis in articulo mortis.facit indicium ad torturam,si concurrant alia adminicula, n.35. secus sine adminiculis,n.32.sed ista adminicula, an debeant esse leuia, vel vrgentia,n.36.

Assertio vulnerati facit indicium ad torturam.si vulnus non poterat per alios testes probari, secundùm vnam opinionem, n.37.& seqq.sed contraria opinio est verior, n.41. & seqq. & multò minus faciet indicium,si delictum poterit per alios testes probari,n.53.

Difficilis vbi est probatio, recipitur ea, quæ haberi potest, num.38.

Testis de facto proprio deponens plenè probat,n.39.intelligе concurrentibus adminiculis,non sine,n.43.

Delicta non debent remanere impunita,n.40.

Testi inimico non creditur,etiam in casibus exceptuatis, & difficilis probationis,n.42.

Assertioni vulnerati existentis in articulo mortis non creditur, etiam quòd susceperit sacrosanctam Eucharistiam,n.46.

Assertio vulnerati existentis in articulo mortis facit indiciū ad torturam,si est iurata,n.44.sed contrarium est verius, n.45. multò minùs facit indicium, si iuramentum non interueniet, n.50.

Assertio vulnerati existentis in articulo mortis, si is fuerit probatæ vitæ,facit indicium ad torturam, n.47.sed contrarium est verius,n.48.

Assertioni vulnerati non existentis in sano intellectu minimè credendum est,n.49.

Testi deponenti sine iuramento nihil omnino credendum est, n.51.

Assertio vulnerati etiam existentis in articulo mortis,nunquam facit plenam probationem sufficientem ad condemnandum,n.55.

Testis si in articulo mortis fatetur falsum deposuisse, non præiudicat ei,in cuius fauorem deposuit,nisi aliunde probetur falsitas depositionis,n.56.

Amplia primò,etiam quòd testes sic asserentes sint duo, nn.57.

Amplia secundò, etiam quòd testis sic se falsum deposuisse deponat in iudicio criminali contra ipsum moto,n.58.

Amplia tertiò, quòd talis assertio non nocet parti non solùm in iudicio ciuili,verùm etiam nec in criminali, n.59. limitationes vide in seqq.versiculis.

Testis si in articulo mortis dicat se falsum dixisse in aliqua causa,creditur ei,si cum tali assertione concurrat fama, vel rumor,seu aliqua alia coniectura,n.60.& 61.sed contra, n.62. Declara,vt in n.63.& 64.

Testis assertio in articulo mortis, quòd falsum dixerit in aliqua causa,licèt non probet falsitatem depositionis,diminuit tamen illi fidem,vt non tantum credatur,n.65.

Testis se falsum dixisse asserentis dictum præiudicat parti,cuius non est quæsitum,& sic quando res est integra,n.66.

Testis assertio,quòd falsum deposuerit,licèt non præiudicet ei, in cuius fauorem deposuit, bene tamen præiudicat ipsi testi confitenti,n.67.

Testis,qui deposuit in causa criminali, Titium putà inculpando, si postea in articulo mortis constitutus asserat se falsò eundem Titium inculpasse,an talis exculpatio, prosit inculpato, & de materia,n.68.& seqq.

Exculpatio socij criminis facta in mortis articulo,& in patibulo, de eo quem priùs inculpauerat,asserentis propterea se falsum dixisse,prodest exculpatio taliter, vt non possit torqueri, n.68.& 69.licèt aliqui contra,vt in d.n.69.

Exculpatio facta per socium criminis asserentis se falsò inculpasse socium, maximè prodest exculpato,quando est facta, vel in confortatorio, vel in tempore quod is cōfessus fuit peccata sua Sacerdoti,& sanctissimam sumpsit Eucharistiam,n.70.

Exculpatio socij criminis de eo, quem priùs inculpauerat,maximè prodest exculpato,quando est geminata,n.71.

Exculpatio socy criminis,facta in mortis articulo,& asserētis se falsò inculpasse aliquem, tollit inculpationem prædictam si ea sola,& nuda: secus si pro inculpatione alia concurrebant adminicula,n.72. verum dic, quòd isto casu exculpatio tollit inculpationem etiam adminiculatam,si adminicula erant leuia, & de se non sufficientia ad torturam,secus si grauia, & vrgentia,n.73.

Exculpatio socij criminis de eo,quem priùs inculpauerat, nihil prodest exculpato,quando est facta in carcere extraiudicialiter,& extra punctum mortis,n.74.

Notario dicenti,etiam in articulo mortis se falsum fabricasse instrumentum non creditur in præiudicium partis,n.75.

Iudici asserenti iniquam protulisse sententiam ob pecuniam, quā acceptauit,non creditur in præiudicium eius, ad cuius fauorem sententia lata fuit, n.76.

Amplia primò,etiam in arbitro,n.77.

Amplia secundò,etiam quòd Iudex ita asserat pronunciasse absque eo,quòd dicat,ob id pecuniam accepisse,ibidem, n.83. & seqq.licet alij contra, n.78.& 79. limitationes vide in seqq. versiculis.

Arbitro asserenti iniquum protulisse laudum ob pecuniam,quam corruptus accepit, non creditur in præiudicium eius,ad cuius fauorem laudum datum fuit,n.77.

Iudici creditur aliquid asserenti super iniustitia suæ sententiæ,n.79.

Limita primò,vt non credatur in præiudicium partis,n.83.

Limita secundò, credatur, dummodo alleget aliquem probabilem errorem suæ pronunciationis, aliter secus, d.n.83.

Iudici asserenti ob pecuniam,iniustam protulisse sententiam,creditur, quando contra sententiam vrget iuris præsumptio, n.84.

Iudici asserenti ob pecuniam,iniquam protulisse sententiam,creditur,quando cum tali assertione concurrit fama,rumor,seu aliqua alia coniectura,n.84.

Iudici asserenti se pecunia corruptum,iniustam protulisse sententiam creditur in præiudicium ipsius Iudicis sic asserentis, n.86.

Iudicis assertio, quòd ob pecuniam iniquè pronunciauerit, facit præsumptionem contra corruptentem,n.85.vbi etiam,an talis præsumptio sufficiat ad inquirendum,n.85.

Iudices duo si asserant ob pecuniam iniquè pronunciasse,creditur eorum assertioni,n.87.& 88.contra,n.89.

Iudicibus si plures sunt, creditur, attestantibus de gestis coram eis,n.88.& 89.

Iudex,qui per sordes & pecuniam corruptus iudicauit, infamis est,& punitur extra ordinem Iudicis arbitrio, etiam vsque ad mortem,n.91.

Testis si extra iudicium dicit contrarium eius, quod dicit in iudicio,non per hoc tollitur prima iudicialis depositio,n.91.

Assertio offensi non existentis in articulo mortis, minimè facit indicium ad torturam contra offendentem,n.92.

Querelanti, seu accusatori contra querelatum, seu accusatum, minimè creditur,n.93.& seqq.

Testis sponte se offerens examini suspectus est,n.94.

Accusator,& testis,quis esse non potest in vna,& eadem causa, num.95.

Querelantis inculpatio, nec etiam ad inquirendum facit indicium,n.95.

Querelantis inculpatio,nec etiam ad capturam sufficit,n.97.

Querelanti non creditur, etiam quòd sit examinatus,vt testis, n.98.

Querelanti,& accusatori non creditur,etiam quòd eius dictum fuerit confirmatum in tortura,n.99.

Inimicus testis non admittitur etiam cum tortura,n.100.

Querelans,& accusator si offerat se velle stare cū reo in tort.nō

*est acceptand. talis oblatio,n.*101.
Principi asserenti se offensum à suo vassallo non creditur, num. 102.
*Imperatori asserenti se ab aliquo spoliatum non creditur, n.*102.
*Querela porrecta diu post delictum commissum,præsumitur calumniosa,n.*103.
*Exculpatio vulnerati existentis præcipuè in articulo mortis, in tantum prodest exculpato,vt vbi alias esset torquendus, amplius torqueri non possit,n.*104.*licèt aliqui contra,n.*105.
*Exculpatio vulnerati, & offensi prodest exculpato, etiam quòd sit tacita,& implicita,& quæ dicatur exculpatio explicita,& quæ implicita,n.*106.
*Inclusio vnius,quando sit exclusio alterius,n.*107.
*Exculpatio prodest exculpato,etiam quòd exculpans priùs inculpasset,n.*108 .*declara,vt in n.*109.
*Exculpatio non prodest exculpato, quando de delicto plenè constat,n.*110.*& seqq.& n.*115.
*Exculpatio offensi tollit fictam probationem delicti, licèt non tollat veram,n.*111.
*Pax & remissio prodest in præiudicium remittentis, & pacem facientis,non autem in præiudicium fisci,n.*112.
Exculpatio offensi,& vulnerati,non tollit indicia vrgentia, n. 113.*contra,n.*114.*& 115.Pro resolutione dic, quòd exculpatio tollit indicia vrgentia,& sufficientia ad torturam, non autem vrgentissima,& plusquam sufficientia,n.*116.
*Exculpatio offensi,si est verisimilis, & adminiculata aliis coniecturis, tollit indicia quantumuis grauissima, & vrgentissima,n.*117.
*Exculpatio,an sit verisimilis,nécne,vtrùm attendenda,vel non, remittitur Indicis arbitrio,n.*118.
*Exculpatio offensi maximè attenditur, quando per eam exculpans amittit pœnam conuentionalem sibi applicatam ob pacem,vel cautionem ruptam,n.*119.

QVÆSTIO XLVI.

VT distinctè in hac quæstione procedamus,in qua plures cadunt inspectiones, plures etiam pro faciliori legentis intellectu,erunt per nos proponendi casus:& in eorum quolibet firmata vera conclusione,& regula,vel affirmatiua, vel negatiua, prout magis iuri consonum erit, illam more solito suis ampliationibus & limitationibus exornabimus, quibus expeditis, nihil credo supererit desiderandum in proposita materia.

1 PRIMVS itaque casus figurari potest in eo†,qui valdè infirmitate oppressus propter vulnus, & offensionem illatam, & in mortis articulo constitutus,asserit se fuisse offensum,seu putà vulneratum ab aliquo:& isto casu,an talis inculpatio faciat contra inculpatum indicium ad torturam. Vna fuit opinio affirmatiua, quam præcipuè tenuit Ang.*in l.si quis in graui,§.si quis moriens,ante n.*2.*ad Sylla.*Iacob de Beluis.*in pract. sub rub.de q.in* 12.*iudicio.*Dec.*cons.*363.*n.*2.Marsil.*in cons.*5.*n.*14.*& seqq.& in sing.*516.*Tene.us perpetuò affixum cordi, & in pract.§.diligenter,num.*118.*vers.Sed contrariam partem, & num.*119.*& seqq.*vbi pluribus rationibus, argumentis, & similibus, hanc comprobat opinionem, eámque à contrariis defendit,*& n.*121.*ad finem,*dicit illam sibi videri magis æquã, magísque rationi,ac iuri naturali consonam, *& singu.*22.*incip.confessio offensi,ver.Et vide Iacobũ de Beluiso,* & hãc Marsilij opinionem vti veriorem,& æquam sequitur Francis.Cason.*de ind.& tort.tractatu octauo, capitulo primo, num.*4.*& sequen.*concurrentibus tamen infrascriptis requisitis. Primò, quòd inculpatio sit facta in articulo mortis. Secundò, cum iuramento. Tertiò,quòd inculpans sit in plenitudine intellectus. Quartò, quòd sit bonæ famæ. Quintò,quòd delictum non possit per alios probari. Sextò, quòd fuerit commissum de die, & non de nocte, seu aliàs, ita quòd delinquens potuerit videri ab offenso. Septimò,quòd alij non contradicant circumstantiæ;& ita secundùm hanc opinionem semel iudicasse testatur:addo & Matth.Brun.*inter cons. cri. diuers.cons.* 115.*n.*19.*& seqq.tom.*2.*in fol.*Bal.Ancha.Paris de Put.& alij plures,quos referunt,sed non eos sequuntur,Iacob.Nouel.*in pract.ad defensam,in rub.an indicia pro reo danda sint, n.*89.*v. inculpatio offensi,fol.mihi* 90.Matth.Gribal.*inter commu. opin. diuers.tomo mihi* 2.*an suis regulis criminalibus, ver.Assertio sollius vulnerati,in prin.fol. mihi* 347.*colum.*1. Ioseph. Ludou.*in decis.Lucen.*62.*sub n.*3.*par.*1. Menoch. *de præsumpt. lib.*1.*q.* 89.*n.*37.*& seqq.*Mascar.*de probat.lib.*1.*concl.*144.*n.*1.*& n.*4.*& 5.lib.*2.*concl.*1074.*n.*3.

Et † pro hac affirmatiua opinione ponderari potest à con- 2
trario sensu tex.*in d.l.si quis in graui, §.si quis moriens, ff.ad Syll.hoc modo dicitur,* ibi, *si quis moriens dixisset à seruo vim mortis sibi illatam esse,dicendum est non esse credendũ domino.si moriens hoc dixerit,nisi potuerit etiam comprobari.* Põdero illa verba,*si moriens hoc dixerit,* ex quibus videtur voluisse Vlpianus non esse credendum domino asserenti sibi vim illatam à seruo,quando talis assertio est facta ab eo moriente:& sic in statu mortis,quo casu cùm non præsumatur sanæ mentis, & synceri intellectus,ideo non est mirum, si eius dicto non statur,iuxta *l.hac consultissima,* §.*at cùm humana fragilitas, Cod. qui testa.face.poss.& in l.iubemus,C.de testa.* cũ aliis infrà allegandis*n.*49.Ergo à contrario sensu,si talis assertio sit facta ab infirmo non moriente:& sic in sano intellectu existẽte,faciet probationem contra vim inferentem. Augetur argumentum, quia in eo textu bis apponũtur illa verba,*si quis moriens,* quasi quòd enixè per illam geminationem voluerit ibi Iurisconsultus demonstrare, quo tempore particulari non sit credendum domino asserenti sibi vim illatam à seruo,*ad l.balista.ff. ad Trebellian.*cum vulgaribus,& cùm illa verba sint apposita conditionaliter,vt apparet ex dictione,*si* quæ † conditionem 3
importat,secundùm gl.*in l.*1.*C.de his quæ sub modo leg.*Bar.*in l.*1.*C.de condit.& demon.*sequitur,quòd deficiente conditione, deficiat etiam conditionis dispositio, *l.pecuniam, quam, ff.si cert.pet.a.l.hæc venditio,in prin.ff.de contrah.emp.l.necessario.*§. *quòd si pendente.ff.de pericu.& commo.rei vend.*& hanc interpretationem ad illum textum reiecta interpretatione glossæ ibi ponit Blanc.*d.ind.ad l.fin.ff.de q.n.*394.

Et † pro eadem opinione inter omnes rationes de ductas 4
per Marsi.*in pra.*§.*diligenter,n.*119.*& seqq.*ea potissimùm attingere videtur, quòd constitutus in articulo mortis nõ præsumitur mentiri,Bal.*cons.*25.*casus super quo,col.*2.*vol.*1.& quilibet præsumitur memor salutis æternæ, *l.si. C.ad l. Iul.repetund.c.sancimus,*2.*q.*7.præsertim ille,qui laborat in extremis, contra quem non potest stare aliqua præsumptio mendacij: quia,vt docet experientia rerum magistra,si vnquam habetur veritas ab homine, habetur quando recessurus est ab hoc seculo,& quando anima statim debet separari à corpore:morituri enim magis timẽt mentiri,& offendere maiestatem Dei, quam aliquo alio tempore,iuxta illud diui Hieronymi dicentis,*Facilè contemnit omnia,qui cogitat se morituru.* †Et licèt,vt- 5
dixit Bal.*in ti.de pace Cõstan.in verbo.vassalli nostri,*nõ omnis moriens sit iudicandus sanctus Ioannes Euangelista,nec omnis moriens semper dicat verum,ad gl.*in c.literas,in* 2.*extra de præsump.*maior tamẽ pars morientium nititur mori sine onere conscientiæ:& hoc est notissimum. Et ideo qui dicit constitutum in articulo mortis mentiri,non debet audiri,quia dicit nõ verisimile:† & infirmitas est quædam tortura spiritua- 6
lis,& ea quidem certior,& tutior illa,quæ fit per fidiculas, & cruciatum corporis, vt bene deducit Aym. *cons.*6.*n.* 51. ideo sicut aliquid affirmans,vel negans in tortura, præsumitur puram,& meram veritatem dixisse,ad gl.*in l.edictum, in verbo, efficacissimas,*& ibidẽ Alberic.*n.*2.*ff.de q.*Boër. *dec.*163.*n.*12. Gram.*decis.*8.*post n.*1.*& n.*9.*ad finem*, cum aliis per nos allegatis *supra*, *q.*40.*n.*1. ita & multò magis præsumendum est, quòd veritatem dixerit is, qui prope mortem existens suæ propriæ conscientiæ stimulo sponte torquetur.

Altera huic contraria fuit negatiua eorum opinio qui dixe- 7
runt,minimè credendũ esse assertioni illius,qui etsi in articulo mortis cõstitutus,dicit se ab altero fuisse offensũ,percussum, aut vulneratum,sicuti per tex.*in d.l.si quis in graui, §.si quis moriẽs,ff.ad Syll.*cuius verba suprà retuli,affirmarũt Bar. ibi in sũmario dicens,quòd assertio interfecti non probat,nisi probetur aliter mors illata, Bald. *in eodem summario*, vbi quòd non creditur dicto offensi,nisi probet, Alber.*etiam in summario*, vbi quòd non creditur dicenti se ab aliquo vulneratum, Angel. *pariter in summario*, vbi quòd non est credendum percusso de percussore suo,etiam in mortis articulo, Rom.*similiter in summario,*vbi quòd non statur meræ assertioni domini dicentis, mortem sibi à seruo illatam, nisi aliter probetur,idem Alber.*in l.*2.*n.*3 *ff.eodem tit. ad Syllan.* Igne. *in d.*§. *si quis*

Si quis moriens, in princ. & n. 1. vbi quòd assertioni morientis non creditur, nisi aliter de causa mortis, aut vulneris probe-
9 tur. † Nec ex ea Iudex moueri debet, quantumcumque reus factus à moriente vilis, aut aliter abiecta persona sit, vt bene probat ille textus: licet enim defuncti hæc accusatio necessitatem hæredi imponat accusandi eum, quem moriens suæ mortis conscium dixit † quasi sua voluntate hæredem adid damnauerit, & ob id excusetur idem hæres à calumnia illum accusando, quē defunctus inculpauit, *l. mater, C. de calumnia, l. qui cùm maior, §. fina. & l. Paulus*, 2. *ff. de bonis libert.* & est * communis, * vt per Battan. *consil.* 137. *num.* 10. *libr.* 2 *parte* 1. & per Clar. *in practica, §. finali, q.* 21. *vers. Assertio vulnerati, post medium*, & per Franc. Becium *consilio* 85. *num.* 9. *libro* 1. & per Ludou. Peguer. *decis. crimin.* 17. *num.* 7. Non tamen sic est in Iudice, qui non ita faciliter moueri debet, si aliunde mors sibi non probetur, vt bene probat ille textus *in dicto §. si quis moriens*, quem sic in proposito exornat Igneus *in loco citato, & in l. Caius, n.* 10. & 12. *ff. eodem tit. ad Syllan.*

10 Et magis in specie, † quòd eadem assertio non faciat indicium ad torturam contra inculpatum, voluerunt Ang. *de malef. in verbo, Qui Iudex ad probationem, num.* 6. vbi vocat imperitos eos Iudices, qui ex sola assertione vulnerati procedunt contra aliquem, & ibi August. *in add. n.* 12. Marsil. sibi contrarius, *consil.* 20. *numer.* 14. Gandin. *sub rubr. de transact. num.* 16. *versicul. item si dicat Titius*, Paris de Put. *de syndica. verbo, Tortura, il* 3. *capitu.* 6. *incip. Officialis posuit ad cordam, n.* 9. Brun. *de indic. prima parte, quæst.* 3. *numero* 26. Blanch. *de ind. ad l. fina. ff. de quæst. numer.* 390. *in prin. & numer.* 393. vbi quòd ita tenent omnes Doctores *in d. l. si quis moriens, ff. ad Syll.* Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de indi. & tort. §. decimum indicium, n.* 1. *& in* 3. *tract. de homicid. & assassin. ver.* 17. *excusat exculpatio, n.* 5. Petrasan. *sing.* 55. *Nota bene quòd si vulneratus, n.* 1. Gram. *cons.* 57. *n.* 14. *in fine, & seqq.* vbi quòd opinio Ang. contrarium sentientis *in d. §. si quis moriens*, non est tuta, & * communiter * non tenetur, & idem Ang. sibi contrarius hanc negatiuam tenuit opinionem, *in l. mater, in fine*, per illam glo. *C. de calumniator.* vbi melius, & grauius loquutus est, secundùm Alex. *in consi.* 14. *n.* 3. *& seqq. vol.* 3. Cæpol. *consi.* 70. *n.* 2. Foller. *in pra. cri. in verbo, Item quòd sororem venenauit, n.* 28. *fol. mihi* 241. Chassan. *consi.* 58. *n.* 28. vbi quòd ita tenent omnes, idem Gram. *cons.* 42. *n.* 7. vbi quod hoc est indubitati iuris, *& cons.* 70. *n.* 1. *& seqq.* vbi respondet cōtrariis, Natta *cons.* 354. *n.* 1. *& seq.* Bertran. *cons.* 137. *n.* 10. *lib.* 2. *& cons.* 26. *n.* 8. *eodem lib.* 2. Io. Turrius *inter cons. cri. diuers. cons.* 81. *n.* 26. *& 27. li.* 2. Barth. Ghitt. *inter eadem cons. criminalia, lib.* 1. *cons.* 160. *nu.* 3. Conrad. *in pract. tit. de inquisit. n.* 29. *ad finem, v.* 10. *Adde, fol. mihi* 256. *col.* 1. vbi quòd non facit indicium ad torturā, licèt secus quoad inquirendum, ex Bruno, *vbi supra, & in tit. de negat. cri. & tormen. n.* 29. *ver.* 37. *indicium est. fol.* 297. *col.* 1. vbi * quòd ita communes * opiniones sunt contra Marsilium *in pra. in d. §. diligenter.* Addo & eundem Conrad. *ibidem, d. tit. de negat. cri. & tormen. n.* 37. *in* 23. *limitatione, ver. è conuerso tamen, fol.* 302. *col.* 2. *in princ.* Anto. Gomez. *var. resol. tom.* 3. *c.* 13. *rub. de tort. reor. n.* 16. vbi non solùm testatur de verissima & communi opinione, sed etiam quòd ab ea in iudicando, & consulendo recedendum non est, Petr. à Placha *in epitom. delict. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 15. *&* 16. vbi pariter testatur de communi, * & alios plures adducit concordantes, Couarru. *var. resol. lib.* 2. *ca.* 1. *n.* 8. Mātua, *cons.* 118. *in fine, lib.* 2. vbi ita de stylo seruari testatur, Clar. *in pract. §. fina. q.* 21. *ver. Assertio vulnerati, ad finem.* vbi etiam de * communi, Franc. Herculan. *in tra. de negat. n.* 159. *v. Et si in præiudicium tertij.* Franc. Becius *cons.* 84. *n.* 4. *& seqq. lib.* 1. vbi bene Matth. Gribal. *inter commun. opini. tom.* 2. *in suis regulis criminalibus, ver. Assertio solius vulnerati, fol. mihi* 347. *col.* 1 Roland. *cons.* 27. *n.* 9. *& omnibus seqq volum.* 3. vbi latè reprobatis contrariis pluribus hanc defendit negatiuam, & communem * opinionem. Ioseph. Ludou. *in occis. Lucen.* 62. vbi testatur de magis recepta opinione de praxi communi, & quòd ita multories iudicauit, Menoc. *de præsump. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 7. *& seq.* vbi dicit nō esse recedendū ab hac opinione magis recepta, & vsu forensi comprobata, Vulpell. *consi.* 30. *n.* 4. *& cons.* 72. *n.* 1. vbi testatur de crebriori opinione, Burlat. *cons.* 316. *n.* 6. vbi testatur de receptissima opinione, Bertaz. *cons.* 3. *n.* 2. 3. *&* 33. *lib.* 1. vbi de cōmuni, *& cons.* 167. *n.* 17. *&* 8. *& cons.* 235. *n.* 2. *& seqq. iunctis n.* 14. *lib.* 14. vbi decommuniori opinione, & ibi Claud. *in add. sub litera A*, vbi de receptissima opinione, Mascard. *de prob. li.* 1. *concl.* 144. *n.* 1. *& seq. & n.* 8. *in fine, & seqq. lib.* 3. *concl.* 1129. *& seq. vsque ad n.* 11. Ludou. Peguer. *d. decis. cri.* 17. *n.* 5. Honded. *consi.* 107. *& seqq.* vbi pariter testatur de communi * post alios quos allegat * concordantes Doctores.

Nec † desunt (vltra plura similia adducta per Marsil. *in pra.* 11
§. diligenter, n. 117. *& seqq.*) plures rationes à Doctoribus consideratæ pro hac negatiua opinione, quas sūmatim hîc referre non ab re erit. Primò enim facit argumentum de ciuilibus ad criminalia, quòd sicut nemo potest sua authoritate constituere debitorem in nummis, *l. rationis exemplo, C. de iure fisci, lib.* 10. ita pariter nec poterit constituere debitorem in pœna, sic in terminis argumētatur Alber. *in l.* 2. *n.* 3. *v. Sed hoc etiam facit, ff. ad Syll.* † Secundò ad hoc, vt testis faciat indicium ad 12
torturam, sine dubio debet esse omni exceptione maior, vt plenè deduximus *supra, q.* 37. *n.* 58. *& seqq.* Is autem, qui dicit se ab altero offensum & vulneratū, non est omni exceptione maior, tum quia deponit in causa propria contra tex. *in l. nullus. ff. de testib. & in l. omnibus. C. eodem*, tunc etiā quia eo ipso quòd dicit se ab altero vulneratum, dicit etiam se vulnerantis inimicum, cùm ex vulneribus & atroci iniuria oriatur etiam atrox, & grauis inimicitia, secundùm Bartol. *in l.* 3. *§. finali, ff. de adimen. lega.* Testi autem inimico minimè creditur, *l.* 1. *§. præterea*, vbi gl. Bar. & alij *ff. de q.* etiam in mortis articulo cōstituto, vt per Bald. *in ti. de pace Cōstan. in verbo, vassalli vestri, in fine*, sic etiā in terminis argumentatur Alex. *d. cons.* 14. *n.* 3. *li.* 3. Natta *in cons.* 354. *n.* 1. *& seq. li.* 2 Gram. *cons.* 70. *n.* 2. Rol. *cons.* 37. *n.* 10. *& seqq. lib.* 3. Ant. Gomez. *var. resol. tomo* 3. *ca.* 12. *rub. de tortura reorum, n.* 16. Fran. Bec. *d. cons.* 85. *n.* 4. *& seq.* Vbi bene ad finē, *ver. item etiā quia reputatur inimicus* † *capitalis.* 13
Tertiò, eò minùs videtur danda fides constituro in articulo mortis, quia eo tempore memoria, & intellectus languescit. *l. hac consultissima, §. at cum humana fragilitas. C. qui testam. face. poss.* eóque tempore quis efficitur mutus, *ad glo. in c.* 1. *in tit. Episcop. vel Abb. in vsibus feudorum.* & qui in extremis laborat, non omnino dicitur viuus, nec mortuus *l. qui duos. ff. de manum. testamen.* & mortis timore oppressus mortuo similis est, *l. iubemus, post princip. C. de testamen.* & morti propinquus pro mortuo haberi debet, *l. pen. ff. de milita. testam.* sed sic est, quòd in teste debet adesse memoria & scientia, *l. quidam tabularum, ff. de furt.* ego, ex eo quòd aliquid asserat in articulo mortis, vel ei non est credendum, vel nihil plus credendum, quàm si esset extra illum statum, ita etiam in terminis argumentatur Boss. *in tit. de ind. & consider. ante tor. n.* 86. *& seqq.* & post Boss. Rol. *d. cons.* 27. *n.* 21. *& seqq. lib.* 3. † Quartò, & vlti- 14
mo facit, quia ex tali inculpatione facta ab eo, qui exitit in articulo mortis, non oritur nisi leuis quædam & vilis præsūptio, prout dixit gl. *in l. ... in gl. penult. C. de caluminat.* quam in proposito sequuti sunt ibidem, Bald. Ang Salic. & communi- *
ter * Doctores. Albert. *in l.* 2. *n.* 4. *ff. ad Syll. & in l. si quis in graui, §. si quis moriens, ver. Vel dic secūdum Iacobum*, & ibidem Igne. *n.* 2. *&* 10. *ff. eodem ad Syll.* Bru. *de ind. & tor. par.* 1. *q.* 3. *n.* 26. *ad finem.* Carrer. *in pra. in* 2. *tra. de ind. & tor. §. decimum indiciū, post n.* 1. Blanc. *de ind. ad l. fi. n.* 390. *ff. de q.* Gram. *cōs.* 42. *post n.* 7. Couarru. *var. resolu. lib.* 2. *c.* 13. *post n.* 8. *ver. Cui suffragatur glossa.* Alexan. *d. cons.* 14. *n.* 5. vbi de * communi, Petr. à * Plac. *in epitom. delict. li.* 1. *c.* 13. *post n.* 25. *ad medium.* Ant. Gomez. *var. resol. tomo* 2. *c.* 12. *rub. de tortura reorum, post n.* 16. vbi etiam de * communi, Boss. *in ti. de ind. & considerat. ante tor. n.* * 186. Rol. *d. cons.* 37. *n.* 16. *li.* 3. Franc. Bec. *cons.* 85. *post n.* 9. *li.* 1. Burlat. *cons.* 316. *post n.* 6. *lib.* 3. Mascar. *de prob. lib.* 1. *concl.* 144. *post numerum* 2. Hæc autem leuis, & vilis præsumptio licèt excuset hæredem inculpantis à calumnia, vt per gl. & præfatos Doctores, non est dicendum quòd inducat plenum indicium ad torturam, tum quia præsumptio est minus quàm indicium, & ad torquendum non debet esse minus, quàm semiplena probatio, vt dixi *supra, hoc eodem ti. q.* 36. *n.* 220. *& seqq. iuncto n.* 236 tum etiā quia leuis, & vilis præsumptio nō sufficit ad torturam, *l. maritus, ff. de q.* cum aliis per Alexand. *d. consilio* 14. *n.* 4. *&* 5. *li.* 3. & per Rolan. *d. cons.* 37. *n.* 15. *&* 16. *li.* 3.

Et † his stantibus non obstat tex. *in l. si quis in graui, §. si quis* 15
moriens, ff. ad Syll. nā adhuc admisso intellectu, de quo per Blanchum, *vbi supra*, allegatum *in tra. de ind. num.* 394. non per hoc tamen ex eo inferri potest ad quæstionem propositā,

quia,

quia, vt animaduertit idem Blanch. *d.n.*394. *ad finem*, *versic. Sed aduerte, iuncto n.* 395. textus *in d.§. si quis moriens* loquitur in seruis torquendis, ex quibus non est bona argumentatio affirmatiua ad torturam liberi hominis: quia multò facilius proceditur ad torturam contra seruum, & maximè proprium conquerentis, & occisi, prout loquitur ille tex. quàm contra liberam personam, *l. si quis, & l. ex libero, ff. de q.* Barto. *in l.* 1. *§. si seruus, in princ. ff. eodem.*

16 Minùs etiam obstat, † quòd constitutus in articulo mortis non præsumatur mentiri, nec immemor salutis æternæ, & quòd propterea in tali puncto aliquid asserenti sit maximè credendum, vt ex allegatis *supra, n.* 4. *& seqq.* quia istud bene procedit, & est verissimum in præiudicium ipsius asserentis, non autem in præiudicium tertij, secundùm glo. *in l. cùm quis decedens codicillis, ff. de leg.* 3. quam referendo sequuti sunt Igneus *in d. l. si quis in graui, §. si quis moriens, n.* 10. *ff. ad Sylla.* Blanch. *in l. fin. n.* 393. *v. Nec obstat ratio ff. de q. in tra. de ind.*
* *& tor.* vbi quòd ita omnes* concludunt, quod & idem affirmauit Rolan. *in d. cons.* 37. *n.* 26. *v.* 2. *non obstat, l.* 3. Ceph. *cons.* 276. *n.* 34. *& seq. lib.* 2. Mascar. *de probat. lib.* 2. *concl.* 1074. *n.* 5. Menoch. *de præsump. l.* 5. *præsump.* 5. *n.* 17. *&* 19.

Vides igitur ex expressis, quòd hæc vltima opinio negatiua
* est verior, communior, *& receptior: sed nihilominus, quia re vera dantur multi casus, in quibus aliquando inculpatio offensi facit indicium ad torturam, & aliquando non, idcirco vtramque opinionem, & negatiuam scilicet, & etiam affirmatiuam, illas tamen limitando, & declarando, vt infrà dicam, posse sustineri facillimè crediderim, & in primis sustinendo propositam negatiuam opinionem, quòd scilicet offensi dictum in articulo mortis constituti non producat indicium ad torturam contra inculpatum.

17 LIMITA I. Quia † licèt non faciat indicium ad torturam, negari tamen non potest, quin faciat aliquam præsumptionem, secundùm Soc. *in cons.* 54. *incip. Visis testibus, nu.* 15. *cotum. penul. ad finem, volum.* 3. Marsil. *in pract. §. diligenter, n.* 45. 121. *& sing.* 22. *incip. confessio offensi, ad medium, v. Vide tamen Socinum*, Boss. *in tit. de inquisit. num.* 49. vbi quòd licèt dictum vulnerati in articulo mortis non inducat aliquod firmitatis, vel probationis robur, negari tamen non potest, quin faciat aliquod indicium, prout in simili declarat Anton. de Butrio textum *in cap.* 2. *in fine, de fide instrum.* Claud. Battand. *reg. cri.* 34. *n.* 4. vbi quòd vtcunque sit præsumptio hæc resultans ex assertione offensi iurata vltimo spiritu, alias probationes fulcit, & adminiculatur, Vulpell. *concluf.* 39. *n.* 4. vbi pariter dicit negari non posse, quin saltem ex tali assertione qualisqualis insurgit præsumptio, ex Ang. & Alexand. ibi per eum allegatis, quod & iterum affirmauit *in cons.* 22. *n.* 3. *& cons.* 118. *n.* 16. Franc. Becius *cons.* 89. *n.* 9. *lib.* 1. Mascar. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1129. *n.* 1. *in fine, & n.* 8. *etiam in fine.* Hanc autem aliqualem præsumptionem vilem, & leuem à Doctoribus reputari, probaui *supra, n.* 14.

18 LIMITA II. Huius † primi casus negatiuam opinionem, vt licèt vulnerati, & offensi in articulo mortis existentis dictum non faciat indicium ad torturam, bene tamen facit indicium ad capturam, vt per Couar. *var. resolu. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 8. vbi quòd ita passim obseruatur, Ant. Gomez. *var. resolut. tom.* 3. *c.* 13. *rub. de tortura reorum, nu.* 16. *ad medium, vers. Et similiter*, vbi reddit rationem, quia scilicet ad capturam sufficit simplex, & summaria conitio, ac Iudicis informatio, Petr. à Placha *in epitom. delict. cap.* 13. *lib.* 1. *n.* 15. *post medium, v. Quorum*
* *sententiam*, vbi etiam quòd ita communiter* in praxi seruatur, Clar. *in pract. §. fin. q.* 21. *v. Assertio vulnerati, ad medium*, vbi pariter de communi, ex Anto. Gomez. & Placha in locis præcitatis, quibus addo etiam Menoc. *de præsump. q.* 88. *n.* 15. *in fine*, & Masc. *de prob. l.* 3. *concl.* 1129. *n.* 23. *& seq.* Ludou. Pe-
19 guer. *d. decis. cri.* 17. *n.* 6. † Et licèt contra hanc limitationē sensisse videatur Vulpel. *in cons.* 30. *n.* 1. vbi loquens in assertione mulieris dicentis se ab altero stupratam, cōsuluit tale dictum
20 nec etiam sufficere ad capturam. Aduerte † tamen pro declaratione huius limitationis, quòd illa intelligenda est, prout loquitur videlicet quando talis assertio est facta in articulo mortis aliter secus, vt in casu Vulpelli de muliere vim passa: si enim quis non existens in mortis periculo aliquem accusat, seu contra ipsum querelam porrigit, sine dubio talis querela sola non sufficit ad capturam contra querelatum, vt dixi *in ti. de carceribus, & carceratis, q.* 27. *n.* 120. *& seqq. lib.* 1.

LIMITA III. eandem † negatiuam opinionem, vt etiam ad inquirendum sufficiat inculpatio existentis in articulo mortis, vt per Roma. *in d. l. si quis in graui §. si quis moriens, n.* 2. *ff. ad Sylla.* quā refert, & sequitur Igne. *ibid. in d. §. si quis moriens, n.* 6. *in fi.* idē Igne. *in l. Caius, n.* 13. *ff. eodē ti. ad Syllan.* vbi quòd licèt morientis testimonium ad cōdemnandum non sufficiat, certum tamen est sufficere ad inquirendum, & in hoc cōmunem* stylum, & obseruantiam Italiæ consistere testatur Bru. *
de ind. & tor. par. 1. *q.* 3. *n.* 26. *ver. credo tamē quòd sufficiat ad inquisitionē formandā*, Carrer. *in pra. in* 2. *tra. de ind. & tor. §. decimū indicium post n.* 1. & ita etiam videtur de mente Conrad. *in pra. in ti. de inquisit. n.* 29. *v.* 10. *Adde, fol. mihi* 256. *col.* 1. dū respondēdo Ploto in loco per eum citato contrarium tenenti animaduertit, quòd Ias. & Aym. per Plotum allegati loquūtur de tortura, & non de inquisitione, Boss. *in tit. de inquisit. n.* 47 *&* 48. vbi quòd licèt Doctores disputent, an talis assertio faciat indicū ad torturam, tamen quoad inquirendum res videtur plana, Clar. *in pra. §. fi. q.* 21. *versi. Assertio vulnerati*, vbi quòd quicquid sit de iurē, de consuetudine practicatur, quòd talis assertio faciat sufficiens indicium ad inquirendum, & ab ista practica longo vsu obtenta dicit se putare non esse recedendū, Ioseph. Ludou. *decis. Lucen.* 62 *n.* 4. vbi quòd authoritates Doctorum volentium esse credēdum inculpationi factæ ab existente in articulo mortis, ex cōmuni* praxi admit- *
tūtur, quoad faciendum indiciū ad inquirendū, Burs. *cons.* 316. *n.* 6. *ad finem, li.* 3. vbi videtur testari de receptissima* opi- *
nione, Franc. Bec. *cons.* 85. *n.* 9. *ad finē, l.* 1. Claud. *in add. ad Bertaz. cōs.* 235. *in* 1. *additione, sub litera A. in fine.* vbi tamen loquitur dubitatiuè per verbū *fortè*. Ludo. Peguer. *dec. cri.* 17. *n.* 6. Honded. *cons.* 107. *n.* 17. vbi refert Clar. *in loco præcitato*, Mascar. *de prob. l.* 3. *concl.* 1129. *n.* 2. *in fine*, vbi pariter de receptissima opinione, *& *n.* 19. † Vbi ampliat etiam ad transmit- 22
tendā inquisitionem, & ita dicit de consuetudine practicari ex Claro & Igneo *in locis præcitatis*, Menoc. *de præsump. lib.* 1. *q.* 88. *n* 21. *v. iudicium*, vbi loquitur de inquisitione speciali.

Contrarium, † quòd immò inculpatio existentis in articulo 23
mortis, non faciat indicium ad inquirendum, voluit Angel. *de malefic. in verbo, Quæri Iudex ad probationē inquisitionis, n.* 6. vbi imperitos vocat eos Iudices, qui ex assertione vulnerati inquirunt contra aliquem, & Angelum eo loci bene loquutū dixit Igne. *in l. si quis in graui. §. si quis moriēs post n.* 4. *v. Adde Angelū Aretinum, ff. ad Syllan.* Grām. *cōs.* 42. *post n.* 7. Plo. *in l. si quādo, n.* 759. *C. unde vi, in antiqua impressione*, vbi de* cō- *
muni, & Clarus *in suo repertorio, in v. indicium ad inquisitionē*, prout illū refert Conrad. *in pra. ti. de inquisit. n.* 29. *v.* 10. *Adde, vt assertio, fol. mihi* 256. Rolād. *cōs.* 3. *n.* 47. *vol.* 3. vbi pariter testatur de communi, *de qua etiā per Villapā *super l.* 22. *ea ibi,* *
post n. 8. Vulpell. *cons.* 30 *n.* 1. vbi etiā hanc dicit receptā* con- *
clusionem, Burs. *cons.* 239. *n.* 39. *li.* 3. Bertaz. *cons.* 8. *n.* 43. *lib.* 1.

Quid dicendum? † In hac contrarietate, ex Claro *in pra. d.* 24
q. 21. *v. Assertio vulnerati*, elicio hanc distinctionē, aut vulneratus inculpās cōualuit, & superuixit, aut nō: si nō cōualuit, & obierit, tunc licèt de iure eius dictū non faciat indicium ad inquirendum, prout tenent Doctores mox in hac vltima opinione allegati *n.* 23. tamē de facto, & consuetudine contrarium obseruatur, vt per Igneum, & alios citatos suprà *n.* 21. *& seq.* † Si verò vulneratus conualuit, & superuixit, & tunc secū- 25
dùm Clarum, *vbi suprà*, res non habet difficultatem, quia tale dictū habeatur loco denūciationis querelæ, & ideo nisi alia concurrant indicia, non potest sub eo de iure procedi ad formandam seu transmittendam inquisitionē, sed tantummodo ad assumendum informationes, & hanc Clari distinctionem, & differentiam, an scilicet vulneratus conualuerit, nécne, approbauit Mascar. *de prob. l.* 3. *concl.* 1129. *n.* 17. & etiam Menoc. *de præsumpt. q.* 88. *n.* 15. *iuncto n* 21. *ver. Quintum indicium.* vbi expressè dixit, quòd si vulneratus superuiuat, sufficit eius assertio ad generalem inquisitionem: si verò sit in articulo mortis, & decesserit, sufficit ad inquisitionem specialem.

Verùm hæc distinctio † an vulneratus superuixerit, nécne, 26
mihi nullo pacto satisfacit. Nā nō possum considerare rationē, quare debeat sufficere ad inquirendum assertio vulnerati morientis, postquam etiā quòd ille decesserit, obstant omnes rationes consideratæ suprà *n.* 11. *& sequentibus*, & quòd indistinctè, siue conualuerit, siue non conualuerit vulneratus,

num

nunquam tam de iure, quàm de consuetudine faciat illius inculpatio indicium ad inquirendum, hoc est, ad formandam, vel transmittẽdam inquisitionem, licet secus quoad assumẽdas informationes: moueor ex iis quæ aliàs scripsi in 1. *li. tit. de inquisitione, quæstio.* 1. *n.* 45. *& seqq. ac præsertim, n.* 48. *& q.* 11. *n.* 16. *vers. Aduerte secundo*, vbi latè probaui, quòd licèt ad assumendum informationes sufficiat, quòd præcedant leuia indicia, ac leues præsumptiones, ad formandã tamen, & trãsmittendam inquisitionem præsumptiones, & indicia debent esse non leuia, sed grauia, & vrgentia, præsertim nostris temporibus, in quibus vigore generalis consuetudinis, statutorum Italiæ, & Bullarum Apostolicarũ, si rei post formatam inquisitionem citati in comparendo contumaces fuerint, condemnantur diffinitiuè, & capti decapitantur non aliter ac si plenè fuisset probatum delictum: sed sic est, quòd assertio vulnerati morientis non grauem, sed leuem, & vilem inducit præsumptionem, *d. l. si quis in graui, § si quis moriens, ff. ad Syll.* glos. *in l.* 2. *C. de calumniat.* cum aliis relatis *sup. n.* 14. Ergo necessariò etiam sequitur, quòd eadem assertio non sufficiat, *vt sup.* ad formandam & transmittendam inquisitionem, licèt secus quoad assumendas informationes, vt dixi, & ita in terminis adduco eundem Clar. *in pra. § fi. q.* 20. *vers. Ad inquirendum*, ibi, *& potest poni exemplum in dicto seu assertione morientis, iuncto vers. Ad formandum seu transmittendum, &c.*

27 Nec obstant authoritates Doctorum suprà in contrarium relatorũ, *n.* 21. Nam illis singulariter respondendo dico, quòd Romanus *in l. si quis in graui, § si quis moriens, n.* 2. *ff. ad Syll.* quem in proposito refert Igneus *ibid. n.* 6. *in fi.* & in eius dicto fundat se Franc. Becius *d. cons.* 85. *n.* 9. *ad finẽ*, non loquitur de formanda, ac transmittẽda inquisitione, sed de assumendis informationibus à Iudice ad hoc vt ex illis postea possit formare inquisitionem, vt clarè colligitur ex eius verbis, dum dicit, *sed potest responderi saluando eum, quòd tale dictum sufficiat ad informationẽ Iudicis, vt propter hoc possit inquirere: informatio enim gratia Iudicis facta non requirit iuramentum.* & sic vides etiam quòd loquitur Romanus in assertione nõ iurata, quam non sufficere ad formandam, & transmittendam inquisitionem dubitandum non est per ea, quæ infrà dicam *n.* 50.

28 Nec etiam obstat authoritas Bruni *in tra. de indic. par.* 1. *q.* 3. *n.* 26. *ver. credo tamen*, vbi loquitur expressè, quoad formãdam inquisitionem, in cuius dicto fundat se Conrad. *in pra. ti. de inquisit. n.* 47. Franc. Bec. *d. cons.* 85. *n.* 9. *ad finem* Menoc. *de præsump. li.* 1. *q.* 88. *n.* 21. *vers. Quintum indicium*, quia Brunus pro hac sua opinione, primò allegat Dyn. & Bal. *in l. si quis moriens ad Syll.* qui quidem Doctores eo loci nullum verbũ faciunt de inquisitione. Secundò allegat gl. & Bal. *in l.* 2. *C. de calumn.* volentes, quòd ex assertione constituti in articulo mortis oriatur leuis quædam ratio, non solùm non probat opinionem Bru. sed imò contrarium expressè concludit, vt deduxi *suprà, n.* 26.

29 Minùs obstat authoritas Carterij *in pra. in secundo tract. de indic. & tortur. in vers.* 10. *indicio.* Primò, quia ipse allegat pro sua opinione, Gerard. Dec. & alios nonnullos Doctores, qui minimè loquuntur de inquisitione. Secũdò, idem Carrer. solùm dicit, quòd assertio iniuriati facit quandam leuem suspicionem ad inquirendum, quæ verba debent intelligi, non de assumẽda informatione, vt ex ea possit postea formari inquisitio, vt suprà dicit Romanus *in d. § si quis in graui*, & in specie declarat Paris de Put. per Carrerium, ibidem allegatus, *in tr. de syndi. in ver. tortu. il* 3. *c.* 6. *incip. Officialis posuit ad cordã, n.* 9. *ver. Tamen Angelus*, vbi expressè dicit id quod dicitur, morientis assertionem facere indicium, intellige verum quoad informationem Iudicis, vt supra hoc possit inquirere, etiam quòd deposuerit non iuratus, quia in tali Iudicis informatione non requiritur iuramentum, *ad gl. in c.* 1. *§. si duo, in ver. testimonium, de pace iuramento firman. in vsibus feud.* & sic concordat cum dicto Romani *in d. §. si quis moriens.*

30 Nec etiam facit authoritas Ignei, *in d. §. si quis moriens, n.* 6. *in fine, & in l. Caius, n.* 12. *ff. ad Syll. nam in d. §. si quis moriens*, dum dicit assertionem vulnerati sufficere Iudici ad inquirendum, debet intelligi de sumendis informationibus, & non de formanda inquisitione: tum quia allegat Roma. *ibidem*, qui sic de Iudicis informatione loquitur, vt suprà deduxi: tũ etiã quia loquitur de assertione sine iuramẽto, quo casu dicere ꝙ lla sufficiat ad formandam, & transmittendam inquisitionẽ, nefas esset, vt suprà iterum admonui, & si aliter verba Ignei eo loci interpretari vellemus, esset ipsum redarguere de contrarietate, & inconstantia, cum paulò suprà, *in dict. §. si quis moriens, post n.* 4. cum Angelo. Aret. *de malef. in ver. Qui Iudex ad probationem inquisitionis, n.* 6. valde arguat eos Iudices, qui statim susceptа sola querelati, aut morientis querela seu assertione contra reum à moriente delatum inquirunt, & simili modo respondetur ad eundem Igneum, *in l. Caius, n.* 13. *ff. eodem, ad Syll.* dum testatur morientis testimonium sufficere ad inquirendum ex* cõmuni stylo, & obseruantia Italiæ: vt scilicet intelligatur quoad assumẽdam informationem per Iudicem, nõ autem quoad formandam, & transmittendam inquisitionem, & quòd ita idem Igneus eo loci voluerit se declarare, apparet manifestè, quia refert se ad ea, quæ dixit *in dicto § si quis moriens*, vbi sine dubio sic, vt suprà declaraui, ita sunt eius dicta interpretanda.

Multò †minùs facit authoritas Bossij, *in ti. de inquisi. n.* 47. & 48. quia non loquitur quoad formandam inquisitionem, sed quoad inquirendum, & sic quoad assumendum informationes, prout Bossij dicta sic fore intelligenda, in terminis declarat idem Mascar. *de prob. lib.* 3. *d. concl.* 1129. *n.* 15. *in fin.* inquirere enim nihil aliud est, quàm informationem super delicto sumere, vt per Iodoc. *in pra. tit. de inquisi. c.* 8. *n.* 1 *& seqq.* & per Clar. *pariter in pract. § fi. qu.* 3. *vers. Et aduerte. q.* 11. *in prin.* & differunt inter se inquisitio & inquisitionis trãsmissio, vt bene ex præallegatis deduxi *supra, li.* 1. *tit. de inquisit. q.* 1. *n.* 3. ideo ex hoc inferri potest generaliter ad omnes Doctores in proposito dicentes, assertionem vulnerati sufficere ad inquirendum, vt intelligi debeant ad inquirendum, hoc est assumendum informationes, quod propriè est inquirere, prout in specie declarant, Paris de Put. Rom. & Igneus, *in locis præcitatis*, & nos hoc non negamus, vltra quod etiam Bossius, *in loco citato*, allegat Aret. *in ver. Qui Iudex ad probationem inquisitionis, &c.* qui tamen Aret. contrarium apertè probat, prout pro contraria suprà eum allegaui, *n.* 23. 31

Et demum †neque etiam obstabit authoritas Iulij Clari, *in d. q.* 21. *sub. ver. Assertio vulnerati*, dicentis, quòd de cõsuetudine practicatur, assertionẽ vulnerati, & morientis facere indiciũ ad inquirendũ, intelligendo non solùm, quoad assumẽdas informationes, sed etiam quoad formandam, & transmittendã inquisitionem. nã Clarus ad id allegat Igneũ *in dict. l. Caius, n.* 13. *ff. ad Syll.* qui quidẽ Igneus, vt suprà deduxi, intelligit non de formanda, aut transmittenda inquisitione, sed de assumenda informatione, ex qua possit postea formari inquisitio. Et dum idem Clarus contra Igneum videtur etiam testari, ita longo vsu obtentum fuisse, & propterea ab hac practica crediderit non esse recedendum: respõderi potest, prout aliàs pluries diximus, quòd ei sic de consuetudine testanti non erit credendum, nisi de consuetudine Mediolani, vbi versatus erat, non autem de consuetudine generali. 32

Cæteri autem Doctores, † qui affirmatiuã sequuti sunt opinionem, prout inter alios fuerunt Menoc. *de præsump. q.* 88. *n.* 15. *vers. Quintum indicium*, Masca. *d. concl.* 1129. *nu.* 16. non indigent alia responsione, cùm fundent se in authoritatibus Ignei, Bruni, Roma. Boss. & Clari, *in locis præcitatis*, quibus, ni fallor, concludenter per præallegata responsum est. 33

Et †vt etiam quid apud nos in Vrbe apud doctissimos Iudices seruetur, & quid in occurrẽti casu, si Iudex essem, ego etiã obseruarem, liberè dicam. Practica est, quòd accepta per notarium formiter, medio iuramento depositione, & inculpatione vulnerati per eundem notarium visitati, statim quod curiæ fuit vulnus denũciatũ, Iudex ex tali assertione, siue vulneratus moriatur, siue non, relaxat contra inculpatũ mandatũ de capiendo, iuxta ea, quæ dixi *sup. n.* 18. & si is capiatur, nõ est opus formare, aut transmittere inquisitionem, quia loco inquisitionis, interrogatur, & examinatur per Iudicẽ: si verò nõ capiatur, quia aufugerit facta relatione per exequutores de illius fuga aut latitatione, quæ satis in præsenti casu dicitur apparere, si per exequutores eũ diligenter perquirentes nõ inuenitur, Iudex ex dicto illius vulnerati iũcta fuga formar contra eũ inquisitionẽ, & eum monitũ, & citatum, iuxta stylum non comparentem condemnat, iuxta tradita per nos *in 1. li. ti. de inquisi. q.* 11. & sic isto casu ex sola vulnerati assertione nõ proceditur cõtra inculpatum ad inquisitionem formandam, ac transmittendam, nisi concurrente inimicitia, aut 34

aliquo

aliquo alio adminiculo,vt modò dicam in sequenti limitatione,aut constito,vt suprà de fuga, vel latitatione, & est bona practica, vt per Clar. *in pract.§.fi.quæst.20.vers. Ad formandam.in fine.*

35 LIMITA IV.Eiusdem † primi casus negatiuam opinionẽ, vt non procedat concurrentibus adminiculis:tunc enim oriri indicium ad torturã ex dicto existentis in articulo mortis, * non solum est communis * opinio, sed nemo,quem viderim contradicit,& in specie sic affirmarunt Paris de Put. *in tra.de syndic.in verb. Tortura,il 3.c.6.incip.Officialis posuit ad cordã, post n.9.vers.Et sic non trahitur,fol.mihi 329.a tergo*, vbi pro adminiculo ponit capitalẽ inimicitiam, Grat. *cons.57. nu.15. & cons.70.n.4.& dec.42.n.7.& seqq.* vbi pro adminiculo ponit iuimicitiam,& famam,Nouell.*in pra.ad defensam, rub.an indicia pro reo danda sint,n.89.vers.Alius concurrẽtibus*,vbi q ita communiter* dicunt Doctores, *fol.mihi 90.* Petr. à Plach. *in epito.delic.li.1.c.13.post n.15.ver. Adhuc ad huius capitis veram resolutionẽ*, Cõrad.*in pra.tit.de negat.cri.& torm.n.29.ver. 37.est indiciũ f.mihi 297.col.1.* Rol.*cons.37.n.26.vers.Secundò respõderi potest,vol.3.*vbi pariter pro adminiculo ponit inimicitiam, Vulpell. *conf.72.nu.3.iuncto n.6.* vbi pro adminiculo ponit erubescentiam,& trepidationem rei constituti, *& cons. 118.n.16.in fi.*Masc.*de prob.li.1.concl.144.nu.3.vers.Concilies* 36 *has inter se opiniones.*Menoc.*de præsump.l.1.q.89.n.81.*† vbi quòd sufficiunt alia indicia etiam leuia, Ioseph.Ludou. *decis. Lucen.62.n.2.5.& sequen.* vbi quòd in hoc multùm versatur Iudicis arbitrium:si enim constitutus in articulo mortis sit vir probatæ vitæ, & isto casu pro adminiculo sufficit minimum quodq;indiciũ,vt putà simplex variatio,simplex mendacium, aut quid simile: si verò talis constitutus in articulo mortis nõ esset ita exploratæ vitæ, tunc vtique pro adminiculo requiritur indicium vrgens,& alicuius considerationis arbitrio Iudicis, sed in hoc qualia debeant esse ista adminicula, vide quæ in simili dixi de socio criminis,*suprà,q.43.n.156.& seqq.*

37 LIMITA V.Dictam†negatiuam opinionem non procedere, quando vulnus illatum constituto in articulo mortis non posset per alios testes probari,vt putà,quia de nocte,vel in loco secreto,in quo testes non interuenerunt:tunc enim solam morientis assertionem,si is tẽpore assertionis erat in sana mẽte,erátque etiam homo bonæ conditionis & famæ,indicium faceret ad torturam contra inculpatum,latè probat Marsil. *in pra.§.diligenter,n.123.in fine,vers.Sed si non potest probari per alios,n.124.& seqq.vsque ad nu.132.vbi nu.131. in fine*,dicit istã limitationem sibi videri iustã,æquam,iuridicam,& rationabilem,& Marsil.refert Carrer. *in pract.in 2.tractat.de indic. & tortura,§.decimum indicium,post n.2.*qui quidem Marsilius 38 ad hanc limitationẽ fundandam triplici vtitur ratione. † Primò,quia ob difficultatem probationis lex contentatur ea probatione,quæ haberi potest,ad Bar.& Imol. *in l.in illa stipulatione si Calendis,in fi.ff. de ver.obli.& in l.si quis ex argẽtariis,* 39 *§.penult.ff.de edẽ.*† Secundò,quia testis in facto proprio plenè probat.*l.quæro,§.fi.ff.de ædil.edic.* Pau.de Castro *in l.1.§.si ab-* 40 *sens,ff.si ex noxa.cau.aga.& in l.seruos,C.de test.*Tertiò,†quia si aliter diceremus,delicta remanerẽt impunita,*cõtra l.nauvulneratus,ff.ad l. Aquil.& in l.si longius, §.1.ff. de iudic.& in l. Stichum,§.1.ff.de solut.& in l. si operis, C.de pœnis, & in c.vt fatuæ,de sent.excommu.& in c.licet Heli,extra de simon.*

41 Contrarium,& verius,ni fallor,de mente omnium Doctorum allegatorũ *suprà,n.7.& seqq.*qui generaliter,& nulla adhibita distinctione, an alij testes possint, vel non possint haberi,concludunt solam assertionem existẽtis in articulo mortis non facere indicium ad torturam,& magis in specie,Marsilium isto casu reprobant,Blanch.*de indic.ad l.fi.ff.de qu. nu. 393.ver.in hac quæstione*,Conrad.*in pra.ti.de negat cri.& tortu.n.29.post vers.37.Est indicium*,vbi quòd in hoc communis * opinio est contra Marsilium,Rolan.*cons.[illegible].n.28.volu.3.* Mascard,*de prob.li.1.concl.144.n.9.in fine,& seq.*Nec obstent rationes in contrarium allegatæ.nam nunquam in iure cautũ reperitur,quòd ob difficultatem probationis credatur testi in 42 causa propria,ac etiam inimico:† imò contrarium verius esse post alios quos allegant,scripserunt Menoch.*de arbit. q.libro 1.quæs.28.n.2.*Rimin.*inter cons.cri.diuers.cons.84.n.8.tomo 2. in folio*,Ant.Gom. *var.resolut.c.12.rub.de proba.delict.n.21.in fine*,Burs. *cons.346.n.17.vol.4.* & aliud est, q testis deponat de facto proprio,prout argumentatur Marsilius,aliud autem, quòd deponat in causa propria,prout sunt termini quæstionis nostræ:† & nihilominus etiam testis deponens de facto proprio minimè de se solus probat, nisi concurrentibus adminiculis,vt in terminis sic respondet Blanch. *d.nu.393.vers.Nec obstant rationes*,& Roland.*d.cons.37.n.28.vol.3.* 43

LIMITA VI. Eandem † negatiuam opinionem non procedere quando constitutus in articulo mortis offendentem inculpauerit medio iuramento : tunc enim eius assertionem ratam facere contra inculpatum indicium ad torturam, voluit idem Marsil.*in pra.§.diligẽter*,ex Bal.quem allegat *in auth. si dicatur,C.de testib.in c.literas,de præsump.n.12.in fi.& in ca. quoniam frequenter,n.8.vt lite non contesta.*& ex Rom.*in d.l. si quis in graui,§.si quis moriens ff.ad Syll.*& Marsilium refert Carrer.*in pra.in 2.tra.de indi.& tort.§. decimum indicium,n. 2.& in 3.tract.de homicid.& assassin.§.decimoseptimò excusat exculpatio offensi,post n.5.vers.Quod Ludou.*Couarru.*var.resol.li.2.c.13.n.8.vers.Maior tamen oritur præsumptio*, vbi loquitur in depositione existentis in articulo mortis iurata, & publica Iudicis authoritate facta. 44

Contrarium est verius, † quòd imò assertio vulnerati existentis in articulo mortis non facit indicium ad torturam,etiã quòd sit iurata,voluerunt Alexa.*cons.14.post n.3.li.3.* Petr. à Placha.*in epit.delict.li.1.c.13.nu.16.*vbi expresè dicit,quòd assertio defuncti in vltimo vitæ articulo constituti non sufficit,vt quis torturæ subiiciatur, etiã quòd emanauerit publica Iudicis authoritate,& prælibito iuramẽto,Claud.Battand *regu. cri.34.in princ.*vbi quòd solius vulnerati dictum ad quem onerãdum,non sufficit quantumuis iuratum,Mascard. *de prob. li.3.concl.1129.n.20.*vbi reddit rationẽ,quia offensus,& vulneratus cùm per offensionẽ factam vulnusque illatũ efficiatur inimicus offendentis,& vulnerãtis, ac etiam ob id dicatur testis in causa propria, certum est,quòd illi non creditur, etiã quòd cum iuramento deponat,*l.nullus.ff.de testib. l.omnibus, C.eodem,l.1.§.præterea*,vbi gl.Bar.& alij,*ff.de quæst.* cum aliis suprà relatis,*n.12.*& propterea,prout aduertit idem Masc.*vbi sup.n.22.* non obstent scripta per Rom. & Bal.in locis ex aduerso citatis, quia non loquuntur in offenso, & vulnerato, prout sunt termini propositæ limitationis, sed in teste, ideo non inferendum,quia primo casu obstat exceptio inimicitiæ, & proprij commodi,quæ non suppletur per iuramentum,vt modò deduxi, in secundo autem non obstat talis exceptio: item neç obstet Couar.pariter, *vbi supra*,in contrarium allegatus:quia non dicit, quòd ex assertione iurata oriatur indicium ad torturam, sed quòd ex ea maior oritur præsumptio, quàm si non esset iurata. 45

Imò † & quòd non credatur isti sic vulnerato, & offenso in præiudicium inculpati per eum de vulnere,& offensione, non solùm si iurauerit, sed etiam si susceperit sacrosanctam Eucharistiam,affirmarunt Igne. *in l.si quis in graui, §.si quis moriens,n.3.vers.Etiam si suscepisset,ff.ad Syll.* Gram.*cos.57. sub n.15.& cons.70.post n.7.* Carrer.*in pra.in 3.tra.de homicid. & assassin.Decimoseptimo excusat exculpatio,n.5.in fi.* Bertaz. *cons.235.n.4.in fi.li.1.*Mascar.*d.concl.1129.n.4.* 46

LIMITA VII.In homine bonæ vitæ†& famæ,qui si in articulo mortis existẽs aliquem inculpauerit de offensione sibi facta,facit talis inculpatio cõtra inculpatum indicium ad torturam,si inculpãs fuerit in sano intellectu,& delictum per alios probari non possit:sic enim post Marsil.*in pra.§.diligenter, n.18.*quem allegat,voluit etiam Fran.*de indic.& tort.tit.8.c.1. rub.de dicto offensi,& delinquentis,n.5.ad finem*, & Marsil.refert etiam Claud.ad Bertaz.*in cons.245.in addit.sub littera A.* 47

Sed certè hæc limitatio non est tenenda.†& sicut optima ratione reprobatur in ea parte, in qua dicitur stari assertioni constituti in articulo mortis,quando delictum non potest per alios testes probari,vt dixi *suprà,n.41.& seqq.* ita etiam & reprobatur meritò in alia parte,in qua habetur,quòd talia asserenti credatur,quando inculpans est vir bonæ famæ, & per Ant.Gomez.*var.resol.to.3.c.13.rubr.de tortura reorum, n.16. vers.Quòd extenditur*,vbi ad id ponderat tex. *in d.l. si quis in graui,§.si quis moriens,ff.ad Syll.*refert & sequitur Mascar.*de prob.li.3.d.concl.1129.n.12.*Ratio est in promptu,quia quãdo testis tractat de proprio interesse, ei credendum non est, etsi dignissimus sit,vt per Dec.*in cons.410.nu.10.* & Paris.*in consilio 15.n.4.li.2.* & dicam latiùs *infra in seq.ti.de oppos.contra testes*,in materia testis deponentis in causa propria. 48

Si verò

Si verò sustinere volueris affirmatiuam opinionem, de qua *supra.n.*1.*& seq.* quòd scilicet oriatur indicium ad torturam ex inculpatione facta ab existente in articulo mortis.

49 LIMITA I.illam non procedere, † quando sic in articulo mortis constitutus non esset in sano intellectu,& mentis cõpos,iuxta textum *in l.hac consultissima,§. at cùm humana fragilitas,C.qui testam.fac.poss.& in l.iubemus,C.de test.*.cum aliis allegatis *supràn.*13. Tunc enim ex illius assertione non oriri aliquod indicium, dubitandum non est, & in specie sic affirmarunt Marsi.*in pra.§.diligenter,n.*123.*vers.aut talis moriens*,Franc.Cason.*de indic.& tort.tractatu 8.ca.*1.*rub.de dicto offensi,& delinquentis,n.*5.*ad finem*, Marc. Anton.Blanc. *de indic.ad l.fi.ff.de quæst.n.*391.*ad finem,iuncto n.*394.vbi bene ad id ponderat text.*in d.l.si quis in graui, §.si quis moriens,ff. ad Syll.*facit Boss.*in tit.de indic.n.*188.Rolan.*cõs.*37.*n.*1.*in fine,lib.*3.Mascard.*de prob.li.*1.*conc.*144.*n.*8.*&* 9. & hæc limitatio nullam prorsus habet difficultatem.

50 LIMITA II. Eandem†affirmatiuam opinionem non procedere quando constitutus in articulo mortis, ita assereret sine iuramento : nam tunc nec indicium facere voluit idem Marsil.*in pra.§.diligenter,n.*118.*ad finem*,Alexand.*cons.*114.*n.*6.*lib.*6. Franc.Cason. *de indic.& tort.tra.*8.*c.*1.*rub.de dicto offensi,& delinquentis,post n.*5.Foll.*in pract.cri.in verbo, Item quod sororem venenauit,post n.*27. Anton.Gom. *var.resol.tomo* 3.*c.*13.*rub.de tortura reorum,n.*16.*post medium, vers. Pro qua sententia*,Masc.*de prob.li.*144.*n.*6. & hæc limitatio pariter nõ
51 habet difficultatem,quia & quod plus est, †nec etiam testi sine iuramento creditur,*ca.nuper nobis,&c.præterea*,& ibi *Doctores,extra de testib.*cum aliis per eundem Masc.*lib.*1.*in præfatione,q.*5.*n.*74.*& seqq.& concl.*270.*n.*5.

52 · LIMITA III.dictam affirmatiuam opinionem procedere, quando cum dicto sic asserentis in articulo mortis concurrerent adminicula:tũc enim talis assertio facit indicium ad torturam vt sup.probaui *n.*35.*& seq.* vnde secus sine adminiculis,vt per Parid.de Put.*in tr.de synd.in ver. Tortura,il* 3.*ca.*6. *incip.Officialis posuit ad corda,post n.*9.*ver. Et sic non obstabit, fol.mihi* 329.*à tergo*,Nouel.*in tr.in rub.ad defensam,an indicia pro reo data sint,post n.*89.*fol.mihi* 90.Carrer.*in pra.in* 2.*tr.de indic.& tort.§.decimum indicium,n.*2.*in fine,& in* 2.*tr.de homicid.& assassin.n.*5.*pariter ad finem*,Petr.à Placha *in epit.delict.li.*1.*c.*13.*post n.*16.*vers. Adhuc ad huius capitis veram resolutionẽ,f.mihi* 212.Conrad.*in pra.in ti.de negat.cri.& torm. post n.*29.*sub vers.*37.*est indicium,f.mihi* 297.*col.*1.*ad finem*, Gram.*cons.*57.*n.*15.Vulpel.*cons.*72.*n.*1.*&n.*3.vbi testatur de
* magis cõmuni*opinione,Mascard.*de prob.li.*1.*concl.*114.*n.*3. *ver.Concilies.*& ita est de mente omnium Doctorum allegatorum,*supràn.*7.*& seq.*pro negatiua opinione.

53 LIMITA IV. Vt†eadem affirmatiua opinio non procedat, quando delictum potest per alios testes probari. Nam tunc assertionem, & inculpationem existentis in articulo mortis non facere indicium ad torturam, voluit idem Marsi. *in pra. §.diligenter,n.*132.*ad finẽ,vers.si potest probari per alios*, Fran. Cason.*de indic.& tortu.tract.*8.*c.*1.*rub.de dicto offensi, n.*5.*ad finem* Blanc.*de indic.ad l.fi.ff.de quæst.n.*391.*in fine,vers. Aut est boni sensus*,Roland.*cons.*37.*n.*1.*in fine,vol.*...Masc.*de prob. lib.*1.*concl.*144.*n.*7.sed quid econtrà,si delictum per alios testes probari non potest,dixi *supràn.*37.*&seq.in* 5.*limitatione negatiuæ opinionis.*

54 LIMITA V.Eandem†affirmatiuam opinionem non procedere,quando ille, qui erat constitutus in articulo mortis, dum asseruit se ab altero offensum,vulneratum, reconualuit & superuixit;tunc enim habetur tale dictum loco denunciationis,seu querelæ, & non sufficit, nisi ad aperiendum viam Iudici ad capiendum informationes super delicto,vt per Clar. *in pract.§.fi.q.*21.*ver. Assertio vulnerati, in prin.* & sequitur Hond.*cons.*107 *sub.num.*17. vbi aliis relatis testatur de com-
* muni,*de qua re latiùs dixi *supràn.*24.*& seq.*

55 LIMITA VI. Dictam † affirmatiuam opinionem, vt licèt talis assertio faciat indicium ad torturam, non tamen inducit cõcludentem probationem sufficientem ad condemnandum, vt bene probat tex.*in d.l.si quis in graui,§.si quis moriens,ff.ad Syll.*quo cauetur non esse dictæ assertioni credendum, notãt Doctores allegati *supràn.*7. & facit vna ratio,quia si secun-
* dùm veriorem,& magis cõmunem * opinionem non oriatur indiciũ ex ea, multò minùs oritur probatio, in specie, quòd probationem nõ faciat, fateatur idem Marsil. qui affirmatiuã tuetur opinionem *in pra.§.diligenter,n.*121.*in fine,vers. Dico quòd ille textus,ff.ad Syll.*vbi expressè dicit, quòd text. *in d.l.* § *§.si quis moriens*,intelligi debeat plena probatione, dignè *in l. Cæsus,n.*13.*ff.eodẽ tit.ad Syll.* Vbi propterea quòd non sufficit ad condemnandum,& testatur de communi*stylo,& obser- *
uantia Italiæ,& Brun.*de indic.& tort.par.*1.*q.*3.*n.*26.*in prin. & vers. Ad idẽ facit*,Alciat.*de præsump.præsumpt.*44.*n.*5.Anton.Gom.*var.resol.tom.*3.*c.*13.*rub.de tort.reor.n.*6.*in prin.*vbi de communi,Petr.à Plac.*epit.delict.lib.*1.*c.*12.*n.*15.Boss.*in ti. de inquisit.n.*48.Claud.Battand.*reg.cri.*31.*n.*1.Clar. *in pra.§. fi.q.*21.*vers. Assertio vulnerati, prope finem*. ibi, *ad condemnationem verò,&c.*vbi exPlacha in loco præallegato,testatur de communi*opinione,Mascar.*de prob.lib.*3.*concl.*1126.*n.*1. *

SECVNDVS casus † proponi potest in teste qui etiam in 56
articulo mortis constitutus extraiudicialiter fatetur, putà ad suæ conscientiæ exonerationem falsum deposuisse in causa Titij,& isto casu formari potest regula negatiua, quòd s.talis depositio non præiudicat Titio, in cuius fauorem deposuit, niti aliunde ipsum falsum deposuisse probetur:sic.n.communiter tradunt Doctores omnes *in d.l.si quis in graui. §.si quis moriẽs*,per illum tex.*ff.ad Syll.*vt videre est per Bar.ibi,*in ver. Vel aliquis*,per Bal.*in vers. Et sic est argumentum*.per An.*n.*2. Rom.*post n.*1.& per Igneum,*post n.*2.*vers.*2.*si testis,& n.*3. vbi reddit rationem, quia scilicet cùm morientes ita asserant ex interuallo post depositionẽ factam, id vtique corrupti dixisse præsumuntur,*c.literas*, & ibi Fel. *extra de præsumpt.* cũ aliis, ibi per eum allegatis per Alb.*in tr.de testib.n.*4 Bal.*in l. generaliter,au.*2.*ver.vltimo nota,C.de non nu.pec.*& ibi etiam Bar.*in* 1.*lectura,circa finem,ver. & per hoc dicemus,& in* 2.*lectura,col.fi.ver.insuper hic textus facit*,Sal.*col.*1.*ver.quod facit ad quæstionem*,Nouel.*de test.n.*140.Bal.*in l.si test.n.*3.*in fine, C.de testibus*,Marsil.*in pra.§ diligenter,n.*116.*post mediũ,vers. Et idem tenent,& in §.testat.n.*3.*& in cons.*78.*n.*19.Dec.*in l.* 1.*n.*12.*ff.si cer.pet.a.*Bertran.*cõs.*19.*n.*13.*par.*2.Guald.*de arte testa.cau.*17.*n.*4.*tit.de int.& exequut.*Rom.*in l.*1.*n.*3.*ver. Ponas al ã quæstionem,ff.de testam.*Alex.*cons.*114.*n.*5.*& seqq.lib.* 6.Villalo.*in comm.*opin.vers.Iudici,vel.testi,n.*115. vbi etiã *
de communi,*de qua & per Couar.*var.resol.li.*2.*ca.*13.*in fi.* Cur.iun.*in l.*1.*n.*36.*ff.si cert.pet.a.*Sim.*deberet.c.*62.*n.*29.Plot. *in l.si quando,post n.*651.*in antiqua impressione,vnde vi.* Foll. *in pra.cri.in ver. Et si consuebumur,in* 1.*par.*3.*par.princip.dis, n.*91.Alciat.*de præsump.re.*2.*præsump.*4.*n.*8.vbi quòd ita cõmuniter*tenetur,secũdùm Alex.& alios ibi per eum allega- *
tos,Pet.à Placha *in epit.delict.lib.*1.*c.*13.*n.*2.vbi de magis cõmuni opinione,*&n.*20.vbi alios adducit concordantes,Clar. *in pra.§.fina.q.*53.*ver. Secundus est casus* vbi etiã de communi,ex Didaco,Curtio,Siman.&Ploto in locis præcitatis,Ioan. Mar.Monticell.*in repertor.testium,fol.*120.*col.*1.*&* 2.*per totã in discursu*.vbi alios plures adducit concordantes,Gabriel.*cõclu....n.*1.*&* 2.vbi etiam quòd ita communiter*Doctores di- *
cunt,& alios plures allegat,& idem tenentes,*li.*7.Rolan.*cõs.* 37.*n.*26.*vers.*2.*Non obstat,vol.*13.Bertaz.*cons.*61.*n.*14.*lib.*1. Mascard.*de prob.li.*2.*concl.*744.*n.*1.*& lib....concl.*1130.*post n.* 13.vbi etiam de cõmuni,& faciunt pro hac conclusione pulchra verba tex.*in d.l.generaliter,ad fi.C.de non num.pec. Nimis enim indignum esse iudicamus*,inquit Imperator.*quod sua quisque voce dilucidè protestatus est,in eundẽ casum infirmare, testimonioque proprio resistere*.Addo & Menoc.*de præsump.li.* 5.*præsump.*5.*n.*18.[vide ad materiam huius 2.casus,quæ dixi *infràn.*3.*lib.quæst.*66.*n.*203.]

AMPLIA I.†Huiussecundi casus regulam procedere etiã 57
in duobus testibus,qui etsi in mortis articulo dicant se falsum protulisse testimonium ad fauorem Titij,non per hoc Titio, & eorum primæ depositioni præiudicant,vt per Iaf.*in l.iusiurandum,§.procurator,col.*8.*n.n.*27.*vers. Prædicta multum singulariter limitat Angel.de iureiurand.*vbi in id ponderat tex. *in c.sunt nobis,extra de testibus*, loquentem in pluribus testibus corruptis, volentémque eorum dicta non facere fidem contra corrumpentem,de quo & ego latiùs dixi *supràn qu.* 45.*nu.*24.& Iasonem refert Igne.*in l.si quis in graui, § si quis moriens,post n.*4.*ff.ad Syll.*& Gabr.*d.concl.*32.*n.*3.*li.*7.

AMPLIA II Huius 2. casus regulam, † vt procedat non 58
solùm quãdo testis extraiudicialiter,& in mortis articulo dicit se falsum deposuisse, sed etiam si iudicialiter id fateatur in

causa

causa falsitatis contra ipsum criminaliter mota. Nam tunc sicut per talem assertionem non probatur corruptio ad hoc, vt criminaliter contra corrumpentem procedatur, per ea, quæ dixi *sup. in præcedenti q.45.* ita pariter, nec probabitur falsitas depositionis ad hoc, vt in causa ciuili fiat præiudicium ei in cuius fauorem deposuit per ea, quæ in terminis bene deduxit Ruin. *cons.16.col.pen.n.11.vers. quibus non obstantibus, vol.5.* & Ruinum in proposito referendo sequuti sunt Gabr. *d.concl. 32.n.4.in 3.ampliatione, lib.7.* & Io.Mar.Monticel. *in repertorio testium, fol.220. versic.1.* quidquid in contrarium dixisse videatur Bossi. *in tit.de fals.n.99.* vbi tamen quando testis fuit iudicialiter examinatus parte citata.

59 AMPLIA III. Eiusdem † 2. casus regulam, vt talis assertio testis dicẽtis, se falsum fecisse testimonium, nedum non noceat parti in causa ciuili, sed nec etiam noceat in causa criminali illi qui dicitur testes subornasse, & corrupisse, vt per Gab. *d.concl.32.n.11.li.7.* de quo tamen dixi latè *in antecedẽti q.45.* vbi est propriè materia huius ampliationis.

60 LIMITA I. Hanc † regulam huius secundi casus non procedere quando cum assertione testis dicentis se falsum deposuisse concurrerent aliæ coniecturæ, quia tunc tali assertioni
61 creditur, secundùm Gab. *d.cons.32.n.15.in 2.limitatione.* † Et facit quod scripsit Rom. *in l.si quis in graui, §.si quis moriens, n.2. in fi.ad Sylla.* vbi isto casu pro coniectura considerat rumorem, aut famam, quòd inculpatus testem corruperit.

62 Verùm ego valde dubito de hac limitatione, quia in criminalibus, quando cum assertione testis iudicialiter dicentis se falsum, aut corruptum, concurrunt alia adminicula, vtputà fama, vel quid simile, tunc talis assertio contra corrumpentem non facit nisi indicium ad torturam, vt dixi *supra in antecedẽti q.45.n.34.* & forsan de iure ratione periurij nec etiam facit tale indicium, *vt ibidem d.n.34.* ergo in ciuilibus, quod isto casu, etiam aliis concurrentibus, faciat plenum præiudicium illi, ad cuius fauorẽ deposuit, videtur mihi valde absurdũ, primò per regulam, quòd quæ in criminalibus indicium ad torturam faciũt, in ciuilibus non inducunt nisi semiplenam probationem, & è contrà, vt dixi sup. *q.36.n.221.* Secundò, quia si vt suprà in criminalibus testis iudicialiter examinatus & iuratus asserens se falsum deposuisse, non facit nisi indicium concurrentibus adminiculis, certè multò minùs debet fidem facere in causa ciuili testis, qui sic extraiudicialiter, & sine iu-
63 ramẽto se falsum deposuisse dicit. † Quare vel limitationem falsam dicas, veleam saltem non procedere intelligas, nisi cõcurrentibus tot coniecturis, & illis quidem adeò vrgentibus,
* vt pro certo Iudex credat falsitatem depositionis, iuxta* communem illam conclusionem, †
64 quòd licèt ad hoc, vt testis de falso puniatur, necesse sit, vt de falsitate constet non præsumptiuè, & per coniecturas, sed per concludentes probationes: ad tollendũ tamẽ fidem testi, & ad hoc, vt in causa ciuili nõ probet, sufficiunt præsũptiones, & coniecturæ, prout dicemus *infra, in 2.ti.de oppos.cont.testes, in materia testis falsi.*

65 LIMITA II Huius † secundi casus regulam, vt licèt, per extraiudicialem confessionem testis sic falsum deposuisse asserentis non tollatur eius primà iudicialis depositio, negari tamen non potest, quin saltem diminuatur de fide, si ita asseruit in articulo mortis constitutus, prout videtur fuisse de mente Alexand. *in cons.124.n.5.vers. Posito quòd verum esset, libro 6.* vbi dixit, quòd licèt assertio huius testis non faciat indicium criminaliter contra eum, à quo se dicit corruptum, aliquid tamen de fide primi dicti diminuitur, ex Innoc. Anton. de Butr. & Abb. in locis per eum allegatis: refert, & sequitur Alexandrum, vbi *suprà*, Io Mar. Montic. *in repertorio testium, fol.mihi 220. col.2. vers.primo.*

66 LIMITA III. Dictam regulam secundi casus procedere, quando ex testimonio illius, qui postea dicit se falsum deposuisse, est ius quæsitum parti: tunc enim per talem assertionẽ non tollitur tale ius, secus si res est integra, vt per Gram. *cons.72.* quem sic allegat & refert Gabr. *d.concl.32.n.16.lib.7.cri.* & faciunt ea quæ scribit idem Gabr. *concl....n 3. eodem li.* Et vide in proposito quæ dixit Bossi. *in ti.de fal.n.98.*

67 LIMITA IV. Licèt huic testi nõ credatur in præiudiciũ eius ad cuius fauorem priùs deposuit, tã quoad causam ciuilẽ, quàm quoad criminalẽ, vt dixi: bene tamen creditur in præiudicium ipsius testis sic cõfitentis, vt per Boër. *dec.255. ad finem*, qui loquitur in notorio dicente, & falsum fabricasse instrumentum, & post Ang. Felin. in locis per eum allegatis sic declarat Gabr. *dicta concl.32. num.24. lib.7. crimin.* & hæc declaratio est etiam generalis ad duos sequentes casus de Iudice, & Notario, prout *infra, num.86.*

LIMITA V. Vt † regula huius secundi casus procedat in 68
teste dicente se falsum deposuisse in causa ciuili, vnde secus in causa criminali, in qua si quis examinatus ad fisci fauorem, vel testis principaliter, vel vt principalis quoad se, & testis quoad alios, aliquem de aliquo delicto inculpauerit, cúmque sibi in criminis per ipsum confessati socium per oris proprij confessionem assumpserit, & postea in articulo mortis constitutus, putà in patibulo, prout sæpe contingit, ad suæ conscientiæ exonerationem dicat se falsum deposuisse, ac falsò se illum inculpasse, vtique per talem exculpationem taliter eneruantur vires primæ depositionis, & inculparionis, vt is primo loco inculpatus nullo modo torqueri possit, vt per Gramma. post And. de Isern. quem allegat *in voto 3.num.15. & sequentibus, & voto 11.n.11. in fin.* Marsil. *cons.109.nu.30. & seqq.* † vbi loquitur in examinato, vbi teste, & ibi pluribus 69
hanc comprobat limitationem, ad quam etiam faciunt dicta per Tiber. Decian. *in cons.18.num.65. & sequenti, lib.1.* Hippol. Riminal. *cons.420.num.17.vol.4.* Bursat. *cons.201.n.146. & sequentibus, lib.2.* vbi bene loquitur in materia, faciũt quæ de exculpatione socij criminis non existẽtis in articulo mortis dixi *supra, quæst.43.num.11.* item facit, quia vt dicam *infrà in vltimo casu.n.108.* exculpatio prodest exculpato etiã quòd exculpans priùs exculpatum inculpasset: & licèt contra hanc limitationem pluribus contendat Marsil. *in practica, § restat, per totum*, cuius rationes refert Mascard. *de probat. lib.3. concl. 1130. num.14.* non per hoc tamen recedas ab ea, quæ, ni fallor, magis communiter* recepta, & verissima est, declarata *
tamen, vt infrà mox dicam.

AMPLIA Hanc 5. limitationẽ † multò magis procedere, 70
quando talis exculpatio per testem, seu socium criminis fuisset facta non in patibulo, sed tempore quo is confessus fuerit peccata sua sacerdoti, sanctissimámq; acceperit Eucharistiam: tale enim tempus est magis conueniens ad exculpandum indebitè inculpatos, quàm tempus quo ille in furca cum laqueo ad collum, vt per eundem Marsil. *in pract. d.§.restat, num.12. versic. Item pro hac parte, quòd non credatur*, Bursat. *d.consil.201.n.148. in fin. & seqq.* vbi † loquitur de exculpa- 71
tione facta in confortatorio, necnon de exculpatione geminata, & facta in pluribus & diuersis locis, dicítque, quòd talis multiplicatio operatur idem, ac si dicta exculpatio fuisset iurata, ad tradita per Ias. *in l.sed & si possessori, §.fin.* quem legit *cum l. Aut Prætor, ff.de iureiurando*, vbi æquiparat actum iuratum, & actum geminatum.

SVBLIMITA I. Eandem † 5. limitationem, vt procedat; 72
quãdo inculpatio priùs facta per testem, seu socium criminis erat nuda, sola, & sine aliis indiciis, & coniecturis: tunc enim exculpatio subsequens, & reuocatio inculpationis facta in articulo mortis, & patibulo, prodest inculpato, & inculpationẽ tollit: at secus si dicta inculpatio fuerit aliis cõiecturis, & præsumptionibus adminiculata, quia tunc non tollitur per subsequentem exculpationem, vt per Marsil. qui hac adhibita distinctione conciliat contraria *in d.§.restat, ad fin. vers. Vel fortè iudicio meo posset distingui*; subdens, quòd talis distinctio multùm conueniens iuri, & rationi naturali, & Marsilium sic distinguentem referendo sequuti sunt, Foller. *in pract. crim. in verbo, Etsi confitebuntur, in 3.part.3.partis princip.nu.101. fol.mihi 330.* Burs. *d.cons.201.n.14.lib.2.* Hipp. Rim. *d.consil. 420.n.17. lib.4.* Masc. *de probat. lib.3. concl.1130.n.14.*

LIMITANDO Hanc † 1. sublimitationem, aduerte, quòd 73
etsi inculpatio sit aliis indiciis, & coniecturis grauata, adhuc tamen crederem, quòd licèt isto casu exculpatio eam nõ tollat penitus, tanquam fortiorem adminiculatam, prout dicunt Doctores præcitati: negari tamen non potest, quin saltem illam debilitet in aliqua parte: nam si sola exculpatio tollit solam inculpationem, vt mox dixi; ergo sola exculpatio tollet inculpationem, etsi adminiculatam: nõ quoad adminicula, & coniecturas concurrentes, sed quoad ipsam inculpationem, remanẽtibus tamen coniecturis, & indiciis super existentibus vnde si indicia cõcurrentia cum inculpatione sint leuia, & de se non sufficientia ad torturam: tũc crederem exculpationem tantum prodesse exculpato, vt nec torqueri possit ex illis

super

superexistentibus indiciis, licèt bene posset, si exculpatio nõ interueniſſet: at ſi concurrentia indicia, grauia, vrgentia, & de ſe ſola ad torturam ſufficientia, tunc vtique per exculpationẽ nõ euitat exculpatus torturam: & ſic ego credo, quòd indiſtinctè exculpatio iſto caſu tollat inculpationem, licèt non tollat concurrentia indicia, & coniecturas, & iſta eſt pura, & obſeruata veritas apud bonos & literatos Iudices, & ſi aliter diceremus, ſequeretur abſurdum, quòd nunquam talis exculpatio tolleret inculpationem, quia nunquam ferè datur caſus, quòd inculpatio ſit ſola ſine aliquo leui indicio, aut adminiculo: ideo concludo, quòd exculpatio tollit inculpationem etiam adminiculatam, quando adminicula ſunt leuia, quoad effectum torquendi, ſecus ſi adminicula ſint grauia & vrgentia.

74 SVBLIMITA II. Eandem quintam †limitationem huius ſecundi caſus, vt procedat, prout loquitur, in teſte, ſeu ſocio criminis exiſtente in articulo mortis, ſeu in patibulo, ac exculpante eũ quẽ iudicialiter inculpauerat: at ſecus ſi hanc exculpationem faciat in carcere abſque eo, quòd ſit in puncto mortis, prout ſæpiſſimè cõtingere ſolet temporibus noſtris in illis, qui reo poſito ad largam procurant, vt extraiudicialiter reuocet confeſſionem factam de aliis forſan ſub ſpe eũ liberandi à carceribus, vel quid ſimile: talis enim exculpatio ſine dubio non tollit præcedentẽ inculpationem, cùm abſurdum ſit, quòd actus extraiudicialis tollat actũ iudicialem, vt bene docet Marſ. poſt Bal. quem allegat *in conſ.* 79. *inc. reg. iuris, in fine, vol. 3. in pract. d. §. reſtat, n.* 16. *&* 17.

75 TERTIVS eſt † caſus in Notario aſſerente, in articulo mortis, & ad ſuæ conſcientiæ exonerationem, falſum fabricaſſe inſtrumẽtum, & iſto caſu ipſi minimè credi in præiudicium eius, ad cuius fauorem cantat inſtrumẽtum, per tex. *in d. l. ſi quis in graui, § ſi quis moriens, ff. ad Syllan.* ſcripſerunt Bald. *in l. generaliter, col.* 1. *verſic. vltim. nota*, & ibi etiam Salic. *col.* 1. *in pr. verſic. quod facit ad quæſtionem, C. de non num. pec.* Ang. *in l. errore, verſ. ex prædictis habes, C. de teſtam.* Alexan. *conſ.* 133. *in fine, lib.* 7. Marſil. *in pract. §. diligenter, num.* 117. *ad finem*, vbi allegat Paul. de Caſtro *in l. Seia. in pr. ff. ad Velleia.* Ign. *in d. §. ſi quis moriens, num.* 2. *verſ. tertio, de notario, & n.* 3. vbi reddit rationem, *ff. eodem.* Foll. *in pract. crim. in verbo, & ſi confitebuntur, in* 1 *parte* 3. *partis principalis, n.* 91. *in fine*, Roland. *conſ.* 58. *n.* 11. *& conſ.* 85. *n.* 6. *lib.* 2. Boër. *dec.* 255. *in fine*, Pet. à Placha *in epit. delict. l.* 1. *cap.* 23. *n.* 10. Gabr. *lib.* 7. *cr. d. concl.* 32. *n.* 5. Maſc. *de prob. l.* 2. *concl.* 744. *n.* 1.

Verùm ad huius tertij caſus materiam, vide omnino pulchrum *conſ.* Bald. 252. *poſtquam notarius lib.* 4. vbi dicit quòd licèt prædicta concluſio de iuris rigore bene procedat, ſi tamen ipſe Iudex eſſet, ſtuderet, aliunde per teſtes, & per omnẽ aliam viam veritatem inquirere, & ſi eã habere non poſſet, nullo mõdo tali inſtrumento fidem adhiberet, ex quo inſtrumenti author illi detrahit per propriam confeſſionem, & propterea concludit Iudicis arbitrio remiſſum eſſe, an debeat credere, vel non credere inſtrumento prædicto, circumſtantiis hinc inde penſatis.

Et vide etiam Boſſ. *in tit. de falſ. n.* 95. *& ſeqq.* vbi quid ſi Notarij ſint duo, qui fateãtur ſic falſum inſtrumentũ fabricaſſe? Quid ſi ipſe Notarius ſic deponeret iudicialiter, & parte citata, & quid demum ſi Notarij aſſertio eſſet coadiuuata aliis teſtib. vel coniecturis? Ad quod vltimũ vide bene declarãtẽ Io. Per. Surd. *dec. Mãt.* 135. *per tot. in diſcurſu, in dec.* 107.

76 QVARTVS eſt caſus † in Iudice pariter in artic. mortis aſſerente iniquam tuliſſe ſentẽtiam ad fauorẽ alterius, prece vel præmio corruptum: huic enim nec etiam credendũ eſſe * in præiudicium eius, ad cuius fauorem lata eſt ſententia, tradiderũt cõmuniter* Doctores omnes, *in d. l. ſi quis in graui, §. ſi quis moriẽs, ff. ad Syll.* & præſertim ibi Bar. *in ver. item facit.* Ang. *n.* 2. *verſ. vlt. allegatur hæc littera*, Rom. *poſt n.* 1. Ign. *n.* 2. *verſ. in primis ſi Iudex, & n.* 3. vbi reddit rationẽ, *& poſt n.* 4. *ver. adde prædict. & n.* 5. *in fi. ver. nec in hoc*, idẽ R. *in l. iuſtur. §. procurator, col.* 2. *in fi. ver. ſed adde, ff de iurein.* Ang *conſ.* 309. *col.* 2. *ver. hoc etiam probatur.* Paul. de Caſtr. *in l. Seia. in pr. ff. ad Velleia.* Gual. *de arte teſt. tit. de tut. & exeq. caut.* 7. *n.* 4. Marſ. in *pract. §. diligenter, n.* 117. *prope fi. ver. & pro hac parte, & in §. reſt. n.* 2. *in fi. & cõſ.* 78. *n.* 20. Alc. *de præſ. reg.* 2. *præſ.* 14. *n.* 8. vbi * quòd ita cõmuniter* tenetur, Foll. *in pract. in ver. & ſi cõfitebuntur, in* 1. *par.* 3. *par. n.* 91. Pet. à Plac. *in ep. del. l.* 1. *c.* 13. *n.* 21. Rol. *conſ.* 37. *n.* 26. *ver. ſecundo, non obſtat, l.* 3. Villalob. *in com. opin. ver. Iudici, vel teſti, n.* 115. Gabr. *lib.* 7. *crim. concl.* 32. *n.* 7. Maſc. *de prob. l.* 2. *conc.* 744. *n.* 1. *& conc.* 949. *n.* 21. vbi de cõmuni, * *& lib.* 3. *conc.* 1130. *poſt n.* 13. vbi etiam de communi. *

AMPLIA Regulã † huius quarti caſus procedere, nedũ 77
in Iudice, ſed etiam in arbitro, prout expreſsè in arbitrio loquuti ſunt, Inn. *in c. cùm dilectus, col.* 2. *in fi. extr. de elect.* Ang. *d. conſ.* 309. *col.* 2. *eod. ver. hoc etiam probatur, & in l. errore, ver. facit optimè, C. de teſt.* Ign. *in l. ſi quis in graui, § ſi quis moriens, n.* 5. *in fi. ver. nec in hoc, ff. ad Syllan.* Marſ. *in pract. §. diligenter. n.* 117. *ad finem, ver. & pro hac parte, & in §. reſtat, n.* 2. *in fine, ver. & idem dicit eſſe in arbitrio.* Gabr. *d. conc.* 32. *n.* 10. *lib.* 7. *crim.* & facit pro hac ampliatione, quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, *l.* 1. *ff. de arbitr.* cum aliis per Robert. Lancellot. *de attent. c.* 15. *n.* 55. *& ſeqq.*

LIMITA I. Regulã huius quarti caſus, †vt procedat, quã- 78
do Iudex non ſolum dicit ſe iniquam & iniuſtam tuliſſe sẽtentiam, ſed etiam ſi allegãdo ſuam turpitudinem ſic feciſſe aſſerat corruptum præmio: tunc enim talis aſſertio nõ præiudicat ei ad cuius fauorem lata eſt: ſecus ſi tantũmodo dicat ſe iniuſtam tuliſſe ſententiam abſque eo quod ſe corruptũ nominet, vt per Gabr. *in l. 7. cr. d. conc.* 32. *n.* 7. *in fine, iuncto n.* 8. vbi ſic diſtinguit ad euitandum doctrinas contrarias, Antonij ſcilicet de But. & Imol. *in c.* 2. *extr. de arbit.* volentium, † quòd Iudici credatur ſuper iniuſtitia ſuæ ſententiæ: quod 79
& antè iſtos voluerunt etiam Hoſt. & Inn. *in d. c.* 2. quorum dicta bene inducit ibi Abb. *n.* 11.

Verùm † hæc limitatio mihi vllo pacto non ſatisfacit, & 80
ſatis abſurdum puto, quòd per hanc Iudicis extraiudicialem cõfeſſionem tollatur id, quod iudicialiter profeſſus eſt, vt in ſimili cõſiderat Marſ. *in pr. §. reſtat. n.* 16. *&* 17. co. n. ipſo, quòd Iudex aſſerit ſe iniuſtè pronunciaſſe, ſine dubio ſuam admittit turpitudinem, ideo ei credi nõ debet in præiudiciũ partis ſtantis pro ſententia, *c.* 1. *cum ibi notatis, de conſ. ſ.* cum aliis adductis in propoſito per Ab. *in d. c.* 2. *n.* 12. *verſ. quia ex quo confitentur turpitudinem propriam, extr. de arb.* † Et ſicut 81
per extraiudicialem teſtis aſſertionem non tollitur præcedens iudicialis depoſitio in præiudicium eius, in cuius fauorem primo loco depoſuit teſtis, etiam quòd is non dicat in prima falſum depoſuiſſe prece, vel præmio, maximè quãdo iam poſt eius examen eſt acquiſitum ius parti per ſentẽtiam, ad plenè cumulata per eũd. Gabr. *d. l.* 7. *conc.* 30. *n.* 1. *& ſeqq.* & eſt communis, * vt per Grat. *conſ.* 59. *n.* 16. *lib.* 2. quẽ * in propoſito refert & ſequitur Cl. *in pr. §. fi. q.* 53. *verſ. ſecundus eſt caſus*, ita pariter, nec tolli debet iudicialis declaratio, ac ſolemnis ſententia Iudicis per eiuſdem Iudicis contrariam extraiudicialem aſſertionem, etiam quòd ſe pretio corruptum non dicat. † Et ideo quicquid in contrariũ aſſeruerint, Hoſt. Inn. Ant. de Butrio, & Imola in locis præcitatis, 82
verius eſſe dicas quòd † Iudici ſuper iniuſtitia ſuæ ſententiæ 83
in præiudicium partis minimè credẽdum ſit ſecundùm Bar. *in l. ne in arbitr. C. de arbit.* & caſu quo ſit credendum, id vtique admitteretur, non quãdo ſimpliciter dicit ſe iniquam tuliſſe ſententiam, quo caſu vere fatetur turpitudinẽ ſuam, & prout ſunt termini propoſitæ limitationis, ſed quando allegat aliquem probabilem errorem, quo ductus fuit ad ſic iniuſtè pronunciandum, vt per Abb. & Fel. *in d. c.* 2. vel etiam & forſan meliùs dicas, quòd tunc demum creditur Iudici aliquid atteſtanti ſuper iniuſtitia ſuæ ſententiæ, abſq; eo quòd dicat ſe pecunia corruptum, quando ſcilicet ex tali atteſtatione nullum ſit præiudicium parti, ſecus ſi fiat præiudiciũ, vt in caſu noſtro: ſic enim Innocentium, & qui eũ ſequuntur loqui in caſu, in quo parti non fit præiudicium, in terminis adnotauit Men. *de arb. q. lib.* 1. *q.* 73. *n.* 15. vbi tamen dicit, quòd difficile eſt dare caſum, in quo tale Iudicis teſtimonium vni partium proſit, quin alteri noceat, refert, & ſequitur Maſc. *de prob. lib.* 2. *conc.* 949. *n.* 22.

LIMITA II. eiuſdem † quarti caſus regulam nõ procede- 84
re, quando cum aſſertione Iudicis dicentis ob pecuniã iniquam protuliſſe ſententiam, cõcurreret aliqua alia cõiectura: tũc enim eidem credendum eſſe, poſt Curt. ſen. quẽ allegat *in conſ.* 70 *n.* 1. *ver. ſed præmiſſis omni.* apertè tradidit Gab. *d. conc.* 32. *n.* 15. *li.* 6. Petr. à Plac. *in epit. del. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 21. *ver. ſi forte fortuna, fol. mihi* 215. vbi declarat, quãdo contra ſentẽtiam militaret aliqua iuris præſumptio, ex Ab. *in d. c.* 2. *n.* 12

ver.hoc dictum Antonij,extr.de arbit. cum aliis ibi per eum allegatis,& ante istos Rom.*in d.l.si quis in graui*, §. *si quis moriens,n.2.in fi.ff. ad Syllan.* vbi loquitur,quando concurreret fama,vel rumor, quòd Iudex ob pecuniam eam iniquâ tulerit sententiã:vide quę in simili de teste dixi su.*n.*60.*& seqq.*

85 LIMITA III. Eandem regulam † huius quarti casus,vt licèt talis assertio Iudicis dicẽtis se pecunia corruptum iniquam tulisse sententiam, non probet contra assertum corrumpentem, & in eius præiudicium,facit tamen contra eũ præsumptionem, vt per Abb. *in d.c.2.n.12.vers.sed tu vide, extr.de arb.* alios adducit concordantes Mascar. *de prob. lib.2.concl.*949.*n.*25.*& 26.* vbi etiam an ex hac præsumptione oriatur indicium sufficiens ad inquirendum,de quo dic, vt de teste dixi *supr.in anteced.q.* 45.*n.* 12.*& seqq.*

86 LIMITA IV. Dictam † regulam dicti quarti casus, vt licèt non credatur Iudici sic dicenti in præiudicium eius,ad cuius fauorẽ pronunciauit,bene tamẽ creditur in præiudicium ipsius Iudicis,vt per Abb.*in d.c.2.n.* 12. *eod.vers.sed tu vide,extr.de arbit.*Rol.*cons.*37.*n.*26. *vers.*2. *non obstat,vol.* 3. Gab.*d.l.*7.*crim.ead.concl.* 32.*n.* 14.vbi alios adducit concordantes,& alios etiam citat Masc.*de prob.l.*2.*conc.*949.*n.* 23. *& seqq.*& faciunt quæ in simili de teste dixi *suprà,n.* 67.

87 LIMITA V.In duobus Iudicibus,† qui si invna & eadem causa iudicauerint,ambóque asserant se pecunia corruptos, ita pronunciasse,creditur assertioni in præiudicium corrumpentis,vt per Ang.qui post Innoc.& Io.And. in locis per eũ allegatis,sic aperte declarat *in l.errore,n.*3. *vers.saluo nisi duo iudices.C.de test.* & loquitur Ang.in duobus Iudicibus sic asserentibus ad interrogationem ,udicis eos iudicialiter, & cum iuramento examinãtis, & Angelum referẽdo sequitur Ias.*in l.iusiurand.*§.*procurat.n.*27.*vers.prædicta multùm singulariter limitat Ang.ff. de iureiur.* vbi propterea respondet ad tex.*in c.sicut nobis,extr.de test.* & Ias.pariter refert Igne. *in d. l.si quis in graui,*§.*si quis moriens,post num.*4.*vers. limitat Angelus,& n.* 5.*ff. ad Syllan.* vbi ex Innoc. in loco per eum allegato contrarium tenente, & eius verbis relatis, declarat etiam hanc limitationem procedere, quando negotium tam secretò actum est, vt aliter facti veritas apparere non possit, aliter secus,Gab.*d.l.*7.*crim.ead.conc.*32.*n.* 9. Foll. *in pract. crim. vers. & si confitebuntur,in* 1.*p.*3.*part.n.*91.*in fi.fol.*

88 *mihi* 308.Masc.*de prob.l.*2.*d. conc.* 949.*n.* 27.*&* 28. vbi † propterea alios adducit concordantes,dicentes,credi duob. Iudicib.de actis causæ asserẽtib.Bos.*in tit,de fals.n.*95.*& seq.*

89 Contrarium, † quòd imò duobus Iudicib. asserentibus se pecunia corruptos iniquã protulisse sententiã minimè credatur, voluit in specie Abb.*in d.c.*2.*n.*12.*vers.hoc dictum Antonij,ext.de reb.*† & generaliter,nec etiã duob. Iudicib.de po-

90 nentib.super iustitia seu iniustitia suæ sententiæ,esse credẽdum voluerunt post gl.ibi Abb.*in c.cùm à nobis,n.* 2.*vers.itẽ si deponunt super processu*, & ibi etiam Fel.*n.* 6.*in fi.vers.item procedit concl.extr.de test.*vbi allegat Bal.*in c.quoniã contra, de prob.*sequitur Men.*de arb.q l.*1.*q.*73. *n.*9. Masc. qui alios adducit concordantes,*de prob.d.conc.*949.*n.* 19.*l.*2.Et certe in proposito themate hanc contrariam opinionem veriorem

91 credo:eo † enim ipso,quòd Iudices se pecunia corruptos fatentur,statim etiã ex hac confessione se criminosos & infames reddunt,cùm ob id vltra dãna,& interesse parti resarcienda dignitate priuentur,ac etiã criminaliter Iudicis arbitrio pro facti & personatũ qualitate extra ordinẽ,& quãdoque etiam perpetui exilij,confiscationis bonorum, & pœna mortis puniantur,*l.*3.*& l.lex Iul.*§.*hodie,ff.ad l.Iul.rep. l.iud. C.de dign.l.*12.Gram.*cons.*35.*n.*9.*& voto* 25.*n.* 8.Boër. *decis.* 153.*n.*39. cum aliis per Bos.*in t.de Officiali corrupto*, *n.* 6.*& seqq.*& per Clar.*in pr.*§.*fi.q.*73.*vers.Iudex cõmittens*, & latiùs per Men.*de arb.q.l.*2.*casu* 342.*n.*1.*& seq.*& dicã *inf.in* 4.*lib. loco suo.*ergo satis absurdũ videtur,quòd duo testes,sicut criminosi, & infames plenè probẽt corruptionẽ in præiudiciũ asserti corrũpentis, & contrariũ quoad plenã probationẽ de duob.sociis criminis,*dixi sup.q.*43.*n.*39.*& seq.* & de duob. test.corruptis vix indiciũ facere ad tortur. & id quidẽ potiùs de cõsuetud. quã de iure dixi pariter *sup.q.* 45.*n.*24.*& seqq.*

92 QVINTVS est casus in inculpatione,† quam facit aliquis offensus, seu aliter damnificatus contra aliũ non in articulo mortis,sed viuens, & tunc sine dubio facias cõclusionẽ negatiuam,quòd talis assertio non facit indicium ad torturam contra inculpatum, tum quia iste talis dicitur testis in causa propria: tum etiam quia eo ipso, quòd dicit se ab altero offensum,statim etiam se eiusdem inimicũ profitetur,vt iterũ deduxi *sup.n.*12.ideò in nihilo ei credendum esse apertè voluerunt Fr.Cason.*de ind.& tort.tr.*8.*c.*1.*rub.de dicto offensi,& delinquentis,n.*5.*ver.limitádo tamen.*Par.*cons.*152.*n.*41.*vol.*4. Rol.*cons.*24.*n.*25.*& seqq.vol.* 1.Io.Turrius *inter cons. cr.diu. cons.*81.*n.*26.*&* 27.*vol.*2.*in fol.*Bertaz. *cons.* 3.*n.*2.*&* 3.*& n.* 33.*& cons.*8.*n.*42.*& seqq.*vbi latè & pluribus hanc comprobat conclusionem,*& cons.* 167.*n.* 8.*& cons.* 235.*n.*2.*lib.*1. Hieron.Magon.*dec.Lucens.*80.*n.*2.Masc.*de prob. l.*3.*concl.* 1129.*n.* 1.*& pluribus seqq.* vbi & iuribus, & rationibus, ac Doctorũ authoritatibus hanc exornat conclusionem,eãque & cõmunem & magis communem, * ac etiam vsu receptã * esse testatur,& verum dicit:si enim nõ creditur offenso existenti in articulo mortis, quo casu minùs præsumitur mentiri,vt probaui *sup.hac ea.q.n.*4.*& seqq.*multò minùs credendum est ei, qui alium inculpat de offensione,ac iniuria sibi, vel bonis illata, non existens in articulo mortis.

AMPLIA I. Huius † quinti casus conclusionem multò 93 magis procedere in offenso,seu aliàs iniuriam,aut damnum passo,qui per modum querelę,aut accusationis sponte vadit ad Iudicem;& offendentem, seu aliàs iniuriam ac damnum inferentem accusat, & inculpatis,inquam,sine dubio nullũ facit indicium præsertim ad torturam contra accusatũ, seu querelatum duplici ratione vltra prænarratas.Primò,† quia 94 sponte se offerens examini suspectus est, & nihil probat gl. Bar.& alij *in l.post, egat.*§ *hu verò,ff.de his quibus vt ind.*cum aliis relatis per Menoch.*de arb. q. casu* 474.*n.* 57.*l.* 2.*& de præsumpt.pariter in* 2.*libr.præsumpt.*55.*n.*1.

Secundò,† quia absurdũ est in iure,quòd quis sit accusa- 95 tor & testis,*c.forus,*§.*in omni,de ver.sign.*Spe.*in tit.de teste,* §. 1.*vers.item quod ipse testis & accusator,*Fel.*in c.licèt Heli,n.*6. *de simo.*Lanfranc.*in tr.de test.n.*118.& in terminis per has rationes sic in accusatore & querelante loquuti sunt, Barth. Grit.*inter cons.diu.cons.*160.*n.*3.*l.*1.Rol.*cons.*37.*n.*10.*& seqq. l.*3.Iacob.Port.Imol.*cons.*94.*n.*33.Vulpel.*cons.*17.*n.*1.*& cons.* 94.*n.*4.Bertaz.*cons.*8.*n.*42.*l.*1.Honded.*cons.*100.*n.*7.*& n.* 11. & vltra infrascripta dicam latiùs hac de re,*infr.q.* 60.*in prima illatione, n.*620.*& seqq.*vbi vide ad materiam.

AMPLIA II. Vt † dictum huius offensi querelantis, seu 96 accusatoris non solùm non faciat indicium ad torturam,sed nec etiam ad inquirẽdum (licèt bene aperiat iudici viam ad assumendum informationes)secundùm Clar.*in pr.*§.*fin. q.*7. *vers.habes igitur,*vbi ampliat,etiam quòd accusatio,seu querela porrigatur per tertiam personam,& in hoc dicit,quòd nullus est,qui dubitet,refert & sequitur Bertaz.*cons.*8.*n.*43. vbi etiam allegat Nattam.*in cons.* 407. *n.* 6.& ampliatio est 97 verissima,quia,vt dixi,*in* 1.*lib.tit.*4.*rub.de carc.& carce.q.*27. *n.*120.*& seqq.*† talis accusatio seu querela, nec etiam suffi- 98 cit ad capturam: † etiam quòd examinetur vti testis,per ea quæ dixi *hoc eo. lib.in tit.supr.q.* 43.*n.* 5.

AMPLIA III. Vt † accusatoris querelantis, & offensi 99 inculpatio non faciat indicium,etiam quòd in tortura emanauerit,Vulpell.*cons.*30.*n.*5.*&* 6. Bertaz. *cons.* 8. *n.* 44.*lib.* 1. † inimicitia enim non purgatur per torturam, Bos.*in tit.de* 100 *inquisitione, num.* 2. † Ideo si accusator & querelans offerat 101 Iudici se velle stare torturæ cum reo,non debet talis oblatio acceptari,quia non per hoc erit accusatus torturæ subiiciẽdus,vt per Brun.*de ind.& tort.p.*2.*q.*7.*n.* 9. sequitur Mascar. *de prob.lib.* 3.*conc.*1129.*n.*18.*&* 19.& faciunt quæ dixi *supra, q.* 37.*n.*109.

AMPLIA IV. Vt † nec credatur Principi asserenti se ab 102 aliquo eius subdito fuisse offensum.Dec.*cons.*410.*n.*3.Plo.*in l.si quando,n.*762.*C.vnde vi,in antiq. impr.* Bos.*in tit.de Princip.& priuil.eius,n.*80 *&* 81.vbi loquitur in Principe asserẽte aliquem esse rebellem, & hos refert & sequitur Bertazz. *in cons.*335.*n.*5.*lib.*1.Vulp.*cons.*39.*n.*1.vbi quòd nec creditur Imperatori asserenti se ab aliquo spoliatum, ex Ripa,quem allegat,*in c.cùm Eccles.Sutrina,n.*37.*de causa poss.& propriet.*

AMPLIA V.Dicti † quarti casus conclusionem,vt multò 103 magis procedat,& sic multò minus credatur offenso querelanti,& accusanti,si diu post offensionem factam,& iniuriã illatam,querelam,& accusationem porrexit:tũc enim valde calumniosa præsumitur,cùm ex tarditate dolus præsumatur,

vt per

vt per Bald.*in consil.37.quidam Tabellio,in fi.lib.*1.Fran.Cason. *de indic.& tortu.tract.*8.*c.*1.*rubr. de dicto offensi,& delinquẽtis, n.*9.Boër.*decis.*42.*num.*20.Aym. *consilio* 75.*num.*1.Marsil.*in pract.*§.*diligenter,num.*201.Foller.*in pract. crimin.in verbo,itẽ quòd commisit falsitatem,num.*18. Igne. *in l.si quis in graui,*§.*si quis moriens,num.*3.*ff. ad Syllan.* Plot. *de in litem iuran.* §.51. *n.*11.Conrad.*in pract.tit.de accus.num.*13.*versic.*77.*vt accusator morosus, folio* 230.*colum.*2.Bar.Thæge.*in suo tract. crimin. par.*16.*n.*13.& 14. Cepha.*cons.*187.*n.*13.*lib.*2.Vulpell.*consil.* 94.*numer.*5.Mascard.*de probat.lib.*1.*concl.*531.*num.*59.

104 SEXTVS & † vltimus casus est in eo vulnerato,seu aliter offenso,qui præsertim in articulo mortis cõstitutus, aliquẽ exculpat,dicendo putà, ab eo se minimè fuisse vulneratũ & offensũ,& isto casu facias cõclusionẽ in tãtũ prodesse inquisito hanc exculpationẽ, vt per eã sint sublata omnia indicia cõtra ipsum vrgẽtia,nec torqueri ampliùs potest, vbi forsan aliàs ex dictis indiciis,sine tali exculpatione torquẽdus fuisset,vt per Bal. & Alb. *in l.si quis in graui,*§.*si quis moriens,in prin.ff.ad Syllan.*vbi generaliter dixerũt,quòd licèt nõ credatur dicto offensi in odiũ ipsius offendẽtis, creditur tamen in eius fauorẽ,quod & affirmarunt Alc.*de præsũp.reg.*3.*præsũpt.* 44.*n.*5.Bos.*ti.de fauor.defens.n.*10.sed in specie,quòd tollãtur indicia,affirmarũt Bal.*in l.*1.*col.pen.vers.item si testatur,n.*32. & ibi etiã Ias.*col.pen.n.*10.*C.cõm.de legat.*Aret. *in c.tertio loco, col.fi.n.*31.& ibi etiã Dec.*in fi.extra de prob.*idẽ Ias. *in l.*1.*n.*9. *ff. de eo per quem factum erit*, Feli *in c.*1.*n.*18.*de præsũpt.*Alex. *cons.*14.*n.*2.*lib.*3.*& cons.*124.*n.*9.*lib.*6.*& cons.*1.*n.*16. *lib.*3.*& cons.*30.*nu.*13.*lib.*7. Paris. *cons.*67.*n.*118.*& seq.lib.*3.Mars.*in sing.*22.*incip.confessio offensi,post mediũ,ver. tenea s tamen mẽti,* vbi cõcordantes adducit,*& in pract.*§.*diligenter,num.*200.*& cons.*17.*n.*10.*& cons.*50.*num.*18.*& cons.*61.*n.*34. Horat.Lucius *inter cons.crim.diuers.cons.*151.*n.*42.*lib.*1.*in folio,& cons.* 168.*n.*18.*eodem libro,*Nouell.*in tract.ad defensam,* §. *an indicia pro reo danda sint,n.*90.*fol. mihi* 90.Foller.*in pract.crim.in* 1.*par.*3.*partis principalis,n.*78.*verbo,etsi confitebũtur, fol.mihi* 306.Alciat.*de præsumpt.reg.*3.*præsumpt.*4.*n.*10.& Petras.*sing.* 55.*incip.nota bene,quòd si vulneratus,n.*2.Cou. *var.resol.lib.*2. *c.*12.*n.*8.*in fine principij.vers.si verò vulneratus,*Carrer.*in pra. in* 2.*tract.de ind.& tort.*§.*decimũ est indicium,n.*5.*& in* 2.*tra. de homic.& assassin.*§. *decimoseptimò excus. exculpatio, num.*1. Pet.à Plach.*in epitom.delict.c.*13.*nu.*17.*&* 18. *lib.*1. Gigas *de crim.læsæ maiest.libr.*2.*tit. quom.& per quos crimen læsa maiest. probet.q.*26.*n.*5.Ant.Gom.*var.resol.tom.*3.*c.*13.*rub.de tortura reorum,n.*17.*ad finem,vers.si verò delictum,*Conrad.*in pra.tit. de neg.crim.& torm.n.*37.*ad medium,verfic.*23.*limita. fol. mihi* 302.*col.*2.*in princ.*Hercul. *in tract. de negatiua,n.*159.Matth. Gribal.*in suis regulis criminalibus, vers.excusa. offensi,& vers. assertio solius vulnerati,in fi. tom.primo cõm.opin.fol.mihi* 347. *col.*1.Clar.*in pract.cri.*§.*fi.q.*52.*vers.potest etiam,* vbi testatur

* de*cõmuni,ex Ploto quem allegat, *in cons. crim. diuers.*110. *n.*1.*in paruis primò impressis,*Tiber.Dec. *cons.*96.*n.*29.*vol.*2. Bertazz.*cons.*3.*in* 1.*add.litera A,& ad cons.*246.*pariter in litera A,in* 1.*&* 2.*vers.*Burs.*cons.*20.*n.*38.*&* 39.*lib.*1.vbi bene, *& cons.*332.*n.*23.*lib.*3.Claud.Battãd.*reg.cri.*34.*n.*2.*& reg.*35. *n.*1.Meno.*de præsumpt.libr.*1.*q.*90.*n.*1. Mascar. *de probat. lib.* 1.*concl.*389.*n.*2.*& concl.*1130.*nu.*1.*& post n.*6.*& seqq. lib.*3.

* vbi pariter testatur de*communi, ex Ploto & Iulio Claro in locis præcitatis. Fulu. Pacian.qui aliis relatis pariter de cõ-

* muni*testatur,*in tra.de prob.lib.*1.*c.*38.*n.*20. Et † licèt cõtra

105 hanc conclusionem tenuerint aliqui relati per Aug.ad Ang. *de malef.in verbo,qui Iudex ad probationem suæ inquisitionis, n.* 12.*in discursu,*& per Plach.*in epit. delict.lib.*1.*c.*7.*n.*42.*in fin. fol.mihi* 106.& per Mascar.*in d.concl.*1130.*nu.*3. Gand.*in tit. de transact.& pract.n.*16.Gram.*cons.*70.*n.*5.Montic.*in repert. test.pag.*103.*col.*2.Simon de Prætis, *cons.*187. *n.*3.sicut illũ refert Burs.*cons.*239.*post n.*36.*lib.*3.relati per Fulu.Paciã.quos & ipse sequitur *in tract. de prob. lib.*1.*c.*38.*n.*21.*& sequenti.* (licèt *supra n.*20. dixerit Doctores contrarium communiter tenere.)Non per hoc tamẽ ab ea recedas,quia non solùm,vt

* ex præallegatis Doctoribus vides,est*communiter recepta, sed etiam verissima,declarata tamẽ, vt infrà mox dicam.

106 AMPLIA I. Huius†sexti casus conclusionem,vt procedat nedum in exculpatione explicita,& expressa, sed etiam in implicita,& tacita,vt per Claud.ad Bertazz.*in cons.*246.*in primo & 2.versiculo,sub litera A,*vbi illam videtur nũcupare

explicitam exculpationem,quando vulneratus expressè Titium exculpando dicit se ab eo non fuisse offensum:implicitam autem,quando neminẽ exculpando,aliquem inculpando nominat.†Nã tunc non inculpati videntur tacitè,& im- 107
plicitè exculpati,per regulam,quòd inclusio vnius,est exclusio alterius,de qua *in l.cum Prætor,in prin.ff.de iudi.l.& si fine,* §.*sed quod Papinianus,ff.de iudic.l.cùm ita legatum,ff.de condit. & demonst.l.maritus,C.de procurat. l. quamuis,C. de pignor.canonne,de præsump.*Addo pro eadem hac ampliatione Burs*at. cons.*20.*n.*38.*lib.*1.Vbi in terminis loquitur de exculpatione implicita per aliorum inculpationem,& nominationem.

AMPLIA II. Vt†exculpatio prosit exculpato, etiã quòd 108
culpãs priùs eundẽ exculpatum inculpasset:adhuc enim primum dictum non potest exculpato officere,licèt solemne,& iuratum,vt per Claud. ad Bertazz. *in cons.*246.*in* 1. *addi.sub litera A,in ver.*3.*incip. quod procedit etiam*, vbi in id allegat Mars.*cons.*209.*n.*30.*& seqq.*Gram.*voto* 3.*n.*14. & Burs.*cons.* 201.*n.*147.*lib.*1.sequitur Mascar.*de probat.lib.*3.*concl.*1130. *n.*12.† Vbi bene aduertit,Doctores præfatos loqui in excul- 109
patione facta in articulo mortis per eũ, qui priùs viuens aliquem,veluti testis,veluti socius criminis,inculpauerat: hoc enim casu exculpatio tollit præcedentem inculpationem, quia non est verisimile, quòd in eo pũcto quis voluerit mẽtiri magis grauando suam conscientiam, prout & nos diximus *supra,hac eadẽ q.n.*68.*& seq.* Vnde secus in exculpatione facta ab offenso, & non existẽte in articulo mortis,prout sunt termini propositæ ampliationis. Fingamus enim quòd quis vulneratus,iniuriam, damnũ, aut furtum passus porrigit querelam contra vnum dicens se ab eo offensum, aut derobatũ, deinde illinc ad aliquos dies reuocando hanc suã derobatũ, deinde illinc ad aliquos dies reuocando hanc suã inculpationem dicit illum antea per ipsum inculpatum re vera non esse inculpabilem, & hoc forsan, quia magis certioratus de veritate, sic affirmare cogitur, prout fæpissime cõtingit in facto: erítne standũ tali exculpationi in præiudicium præcedentis inculpationis, & aliorum indiciorũ cõtra exculpatũ existentium?Certè nõ, nisi exculpatus siue inculpatus apertè probauerit errorem primæ inculpationis aliũde,quàm ex dicto exculpãtis:præsumitur enim isto casu exculpatio procurata & in fraudem fisci, ideo non attendẽda, eo præsertim,quia dicenti varia,& contraria, non est credẽdũ,*l.qui falsa,ff.de testibus,l.eos,*vbi Bart.& alij,*ff.de fals.* Boss. *ti.de oppos.cont.testes,n.*1.*& seqq.* & vbi admittitur confessionis reuocatio, id vtique intelligitur dictum de errore, aliàs secus,Boss.*ti.de conf.n.*59.*&* 60. Clar. *in pr.*§.*fi.q.*55.*ver.fin.* & dicam latiùs *inf.tit.*3.*de reo confess.& conuict.*

LIMITA I.Eandem † conclusionem huius sexti casus,vt 110
non procedat,quãdo de delicto plenè cõstat:nã tũc exculpatio nihil prodest exculpato,vt per Bal.*in l....n.*32.*ver.si tamẽ, C.com.de lega.& in l.transigere,n.*26.*C.de transa.*Aug.ad Ang. *de malefi.in verbo qui Iudex ad probationem suæ inquisitionis, n.* 12.*ad fi.ver.fortè tamen iuuaret confessio,* Petrasan.*sing.*55.*n.*2. *in fi.*Carrer.*in pra.in* 3.*tra.de homicid.& assassin.*§.*decimoseptimò excusat exculpatio,post n.*3.Petr.à Plac.*in epitom.delict.li.*1. *c.*13.*n.*15.*post mediũ fol.*212.*ad finem.*Ant.Gom.*var.resol.to.*3. *c.*13.*rub.de tor.reo.n.*17. vbi quòd isto casu nõ obstãte exculpatione prædicta poterit imponi pœna ordinaria delicti,ex glos.quã allegat *in l.*2.*in gl.fi.*& ibi Bar.Alb. Bal. Ang.Rom. Cũ.& cõmuniter*Doct.*ff.ad Syll.*Ferr Garg. *inter cons. crim.* *
*diu.col.*121.*n.*14.*& cons.*122.*pariter n.*14.*li.*1.*in fol.* Frã.Herc. *in tra.de negat.n.*160.*&* 161.†Vbi quòd exculpatio,licèt nõ 111
tollat verã probationẽ delicti, bene tamẽ tollit fictã probationẽ à statuto,vt in exẽplo ibi per eũ posito,Claud.Battand. *reg.cri.*34.*nu.*2.*ver. quod dictum procedere*, vbi de crebriori* *
opinione,*& reg.*35.*n.*1.*in fi.*Matth.Grib.*in suis regulis criminalibus,in* 1.*to.com.opin.fol.mihi* 347.*col.*1.*ver.excusatio offensi,* Clar.*in pra.*§.*fi.q.*52.*ver.potest etiã,ibi,sed si apparet de veritate in contrariũ,&c.*Burs.*cons.*20.*n.*39.*li.*1.Clau.ad Bertazzo.*in cons.*646.*in* 1.*addit.sub litera A,ver. modò de delicto nõ cõstet,* Mascat.*de probat.li.*3.*concl.*1130.*nu.*5.*& n.*6.*in princ. & n.*9.*n.* 10.Meno.*de præsum.li.*1.*q.*90.*n.*2.*& n.*3. vbi ex mente præfatorũ Doctorũ duas huius l mitationis affert rationes. Primò, quia non est in potestate hominis facere de crimine nõ crimẽ,secundùm Bar.*in d.l.trãsigere,in fi.C. de trãsa.* Secũdò, quia talis exculpatio aliud nõ est, nisi quædam partis remissio,*l.*2.& ibi Doctores,*ff.ad Syllan.* Quæ † quidem remissio, 112

bene quidem valet in præiudicium remittentis, & eius hæredum, non autem in præiudicium reipublicæ, *d.l.transigere, C.de transact.l.licitatio, §.quod illicitè, ff.de publica.& vectigal. l.congruit, ff.de offic.præsidis.* cum aliis adductis per nos *in lib.1. q.5.n.31.& seqq.* Addo pro hac eadem prædicta limitatione Fulu.Pacian.*de prob.libr.1.c.38.n.19.*

113 LIMITA II. Dictam†huius sexti casus conclusionem (& hæc limitatio venit ampliatiuè ad præcedentẽ limitationem) vt nec exculpatio prosit exculpato, quando cõtra eum adessent indicia vrgẽtia: tunc enim nõ obstãte exculpatione poterit torqueri secũdùm Alc.*de præsumpt.reg.3.præsumpt.4. n.10.* vbi dicit, quòd si indicia essent tam vrgentia, tollerent præsumptionem illam orientẽ ex exculpatione facta per cõstitutũ in articulo mortis: tunc cùm vna præsumptio tollat aliam, & fortior tollat debiliorem, *l.Diuus ff.de in inte.restit.* cum sua materia, tunc vtique poterit exculpatus torqueri. Nec obstat, inquit Alciatus, quòd quis eo tempore non præsumatur mẽtiri, & immemor esse salutis æternæ, quia istud mendacium non videtur tendere in præiudiciũ salutis æternæ, *c.primum est, in ver.7. quod & nulli, &c. ne quis arbitretur, versic.duo sunt omnino.22.q.2.* Blanc. *in pract. in §. verùm quia quãdoque, n.100.& seq.fol. mihi 29.* vbi quòd exculpatio propinquorum multùm prodest, quãdo indicia sunt leuia, secus si indicia sint grauia, & ita practicatur secundùm eũ, Couar. *variar.resl.lib.2.c.13.post n.8.in fi.princ.* vbi ex Alciato in loco nuper citato dicit, quòd si indicia forent valde vrgentia, verè tunc Iudex iustissimè torquebit, non obstãte occisi exculpatione, quod & idem affirmauit Petr.à Plac.*in epito.delict.lib. 1.c.13.post n.17.* Clar.*in pr.§ fi.q.52.vers.potest etiã*, vbi quòd quando adsunt cõtra reum indicia valde vrgentia, & proxima delicto, non est standum exculpationi saltem ad euitandum torturam, & Clarũ refert Masc.*de prob.lib.3. concl.130. post n.10.& 11.* Meno.*de præsumpt.lib.1.q.90.n.3. in fin.* Fulu. Pacian.*de prob.lib.1.c.38.n.24.* ex quibus licèt dici possit hãc * limitationẽ fuisse cõmuniter*à Doctor. receptã, nihilomi-
114 nus contra eam faciunt†scripta per Bursatum *in cons.20.sub n.39.vol.1.* vbi quòd exculpatio est signũ innocentię, & facit, vt exculpatus non possit torqueri, etiã quòd multa contra eũ cõcurrerent, & tamen certum est indicia dici vrgentia, quãdo multa sunt: quod & idẽ affirmauit Masc. *de probat.lib.3. concl.1130.n.2.prope finem, vers. & clarum innocentiũ signum*, vbi alios adducit cõcordantes, Claud. ad Bertazz. *in cõs.246. sub litera A, in prima addit.* vbi dicit, quòd per exculpationem tolluntur indicia, etiam quòd multa, & grauissima sint.

115 Item†faciunt Doctores allegati *suprà, n.110.* qui cõmu-
* niter*volunt exculpationẽ tunc demũ non prodesse, quando de delicto plenè, liquidè, & concludenter constat, & sic in consequentiã videntur sentire non sufficere, quòd indicia sint vrgentia, nisi delictum sit plenè probatum, vt videre est apud Bal.*in l.1.n.32.vers.si tamẽ, C.cõ.de leg.* vbi quòd exculpatio non prodest, si liquidò constaret de crimine: quod & idẽ affirmauit Aug.ad Ang.*de malef.in ver. qui Iudex ad probationẽ suæ inquisitionis, n.12.ad fi.ver.forte tamẽ*, & Burs. *in cons. 20.n.39.lib.1.* Carr.*in pra.in 3.tra.de homi. & assas. & 17.excus.exculpatio, post n 3.* vbi quòd stante exculpatione reus non potest torqueri, nisi cõtra exculpatum esset claræ & liquidæ probationes. Pet.à Plac.*in ep.del.li.1.c.13. post med.* vbi quòd defuncti cõfessio nequaquã reo prodest, si ex facti qualitate manifestè oppositũ probatur, An.Go.*var.res.to.3.c.13.rub.de tor.reo.n.17.* vbi pariter defuncti cõfessionẽ, & expurgationẽ nõ prodesse affirmat, quãdo verè & realiter probatur delictũ, Fer.Garg.*inter cõs.cri.diu.3.cõs.121.n.14.& cõs.122.n.14.li.1.in fi.* vbi loquitur nõ solùm, quãdo cõtra inculpatũ militãt indicia vrgẽtia, sed quãdo plenè est probatũ delictũ, & liquidò de eo cõstat: & etiã in casu plenè, probati delicti, loquitur Frã. Herc.*in tr.de negatiua, n.160.* Clau.Battau.*reg.cri.34.n.2.ver. quod dictũ procedere*, vbi quòd exculpato nõ potest per Iudicẽ inferri tortura, nisi liquidis ac lynceis probationibus in cõtrariã opinionẽ & sẽtẽtiã, idẽ Iud. repelleretur, Mat.Grib. *in suis reg.cri.in 1.tom.cõ.opi.fol.mihi 347.col.1.vers.exculpatio offensi*, vbi quòd offensi exculpatio debilitat indicia, vt ex eis reus torqueri non possit, nisi crimine manifestè, & concludenter liquidato, Masc.*de prob.li.3. concl.1130. nu.9.* vbi loquitur in casu, in quo infallibiliter patens præsupponeretur delictum. Quare non indiciorum vrgentia, sed delicti plena probatio tollit exculpationis vires: & quidem si vellemus admittere, quòd exculpatio non tollat indicia vrgentia, esset sine dubio destruere regulã huius sexti casus, cùm certũ sit, indicia non esse sufficientia ad torturã, nisi ea sint grauia & vrgentia, vt dixi *supr.q.37.n.3.& seqq.* sed sic est quod in reg. prædicta, de qua *supr.n.104.* plenè probauimus per exculpationem tolli indicia sufficientia ad torturam, ergo negari non potest, quin ea tollantur, etiam quòd sint vrgentia.

Quid dicẽdũ?†Pro resolutione aduerte, quòd Doct. alle- 116
gati pro hac limit. *supr.n.3.* & præsertim Alc. Couar. Plac. & Clar. loquuntur nõ in indic. vrgẽtib. & sufficientibus ad torturã simpliciter, sed in plùs quam vrgentibus & plus quàm sufficiẽtibus, dicúntq; quòd isto casu exculpatio illa nõ tollit, & bene dicũt. Fingamus enim quòd cõtra inculpatũ adsit vnus testis de visu omni exceptione maior, qui solus secundùm cõmunẽ*facit indiciũ ad torturã, vt súo loco dictũ est: *
item & quòd cùm hoc teste concurrant alia indicia, vtputà fuga, minæ, inimicitiæ, fama, aut quid simile, quo casu sine dubio reus iste dicitur grauatus indiciis nõ solùm vrgẽtibus & ad torturã sufficientibus, sed etiam vrgentissimis, & plùs quàm sufficiẽtibus, isto inquã casu erit certè absurdũ dicere, quòd tot vrgentissima & grauissima indicia sint sublata per solã exculpationẽ, & hoc modo intellecta proposita secũda limitatio verissima est in se: & ita bene procedunt Doctores pro ea allegati, qui, vt præmonui, loquuntur non in indiciis vrgentibus simpliciter, sed in valde vrgentibus, & proximis.

Si verò indicia contra reum existentia non sint ita vrgẽtissima, & plùs quàm sufficientia ad torturã: tunc etiã quòd
multa sint, exculpatio illa tollit, vt probant communiter* *
Doct. allegati *in reg. suprà n.104.* & ita potest procedere opinio tenentiũ contra propositã limitat. de quib. *suprà, n.114.*

Bene verum est, †quòd si cum exculpatione concurrerẽt 117
alia signa & indicia innocentię: tunc per eam tolli etiam indicia quãtumuis vrgentissima & grauissima, sine dubio crederem: quia illa superabundantia indiciorum contra reum existentium, tollitur per abundantiam indiciorum innocentiæ, cum exculpatione concurrentium, per regulã *l.Diuus, ff. de restit. in integ.* & propterea quando exculpatio aliunde est verisimilis, tunc tollit omnia indicia etiam grauissima, secũdùm Gramm.*dec.56.n.11.* vbi pro verisimilitudine exculpationis cõsiderat, quãdo verificatur causa in exculpatione expressa, Bertazz.*cons.246.n.10.libr.1.* vbi offensi exculpationẽ tunc maximè attendendam dicit, quando pro ea extant aliqua indicia, & verisimiles coniecturæ, quod & affirmauit Claud. ad eund. Bertaz.*in cons.3.in addit.sub litera A, vers. & maximè si extent indicia verisimilia*, Meno. *de præsumpt. lib.1. q.90.n.3.vers.illud tamen*, vbi quòd quando vltra offensi exculpationẽ adessent aliæ coniecturæ, quæ ostenderent accusatum nõ deliquisse, tunc eadẽ offensi exculpatio proderit, etiam ad absolutionẽ. Fulu. Pacian. *de probat.lib.1.c.38.n.22.*

Sed an exculpatio sit verisimilis, nécne: †& consequenter, 118
an etit attendenda, vel non, id totum Iudicis arbitrio remittetur, vt per Clar.*in pract.§.fi.q.52.vers.potest etiam, in fi.* vbi quòd ex quo plerunque videmus, quòd offensi, siue propter remissionem, quã fecerunt vulnerati, siue propter suasiones. amicorũ faciunt huiusmodi exculpationes veritati cõtrarias: idcirco in hoc maximè versabitur Iudicis arbitrium, qui inspecta facti qualitate considerabit, an talis exculpatio sit verisimilis, nécne; & an ei standum sit, vel nõ, & Clarum referendo, sequitur Mascar. *de prob.lib.3 concl.1130.n.10.iunctio n.4.* vbi quòd isto casu ex coniecturis Iudex suum arbitrium regulabit: nec dissentit Fulu. Pacian. *de prob. lib.1.c.38.n.25. & seq.* vbi etiam considerat qualitatem exculpantis.

Et inter alias coniecturas, † ea potissimùm exculpationis 119
verisimilitudinem arguet, quando ex ea exculpans lucrum amitteret, vtputà adest inter Meuium, & Titiũ cautio de nõ offendendo sub pœna centum parti offensæ applicãdorum: prætendit Curia Titium fuisse vulneratum à Meuio, verùm Titius exculpat Meuiũ, dicítque nõ ab eo, sed ab altero fuisse vulneratum. Hæc exculpatio est multùm verisimilis, & attẽdenda, quia si Meuius vulnerasset Titium, est præsumendũ, quòd Titius illum accusasset propter lucrum sibi venturum ex acquisitione pœnæ conuentionalis ob cautionem ruptã, vt in terminis cõsuluit Simõ de Prætis *in cons.187.n.24.* quẽ in proposito refert, & sequitur Clau. ad Berta. *in cons.246.*

in addit.

in addit sub litera A, versic. & maximè si ille, Masc. *dict. concl.* 1130. *num.* 15. *libr.* 3. Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Fama, siue bona, siue mala, siue in genere, siue in specie, ac siue in ciuilibus, siue etiam in criminalibus, quid probet, quid operetur, quomodo, & quando præsumatur, atque probetur.

SVMMARIVM.

Ordo propositæ quæstionis, numer. 1.

Fama quid, & quotuplex sit, & in quo differat à rumore, à communi opinione, à notorio, à publico, à manifesto, & similibus, numero 2.

Fama tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, non facit plenam probationem regulariter, num. 3.

Fama regulariter non facit indicium ad torturam, num. 4. 6. *& seqq. vbi de magis communi, & magis seruata opinione, licèt alij contrarium dixerint, ibidem, n.* 5.

Fama est indicium remotum, num. 6.

Fama est res fallax, mendax, perniciosa, transmissa vt plurimùm ab iis, qui nocere cupiunt, eique propterea credendum non est, numer. 7. *& seqq.*

Voces vanæ populi non sunt audiendæ, num. 8.

Confessio extorta à reo, contra quem sola fama vrgebat, non valet, nec confitenti nocet, etiam quòd fuerit ratificata, n. 10.

Fama facit indicium ad torturam in delictis occultis, & difficilis probationis, n. 11. *Declara, dummodo sit legitimè probata, ac habeat ortum ex aliqua verisimili causa, & ratione, aliter secus, num.* 12.

Fama orta in continenti post delictum facit indicium ad torturam, n. 13. *sed contrarium est verius, n.* 14.

Fama de iure canonico facit indicium ad torturam, num. 15. *sed contrarium, num.* 16.

Fama iuncta cum aliis indiciis, & coniecturis facit indicium ad torturam, num. 17.

Inimicitia iuncta cum fama facit indicium ad torturam, n. 18.

Fuga iuncta cum fama facit indicium ad torturam, n. 19.

Minæ iuncta cum fama faciunt indicium ad torturam, n. 20.

Syndici dictum iunctum cum fama facit indicium ad torturam, numero 21.

Fama delicti in specie, iuncta mala fama in genere, facit indiciũ ad torturam, n. 2. *dummodo tamen in actis constet de mala fama in genere, aliter secus, n.* 24. *& quæ in proposito dicantur personæ viles, & malæ famæ, n.* 23.

Fama quæ habuit ortum à personis honestis, & fide dignis, facit indicium ad torturam, n. 45. *sed contrarium verius, n.* 26. *&* 27. *vbi declaratur materia.*

Fama vehemens non facit indicium ad torturam, nisi fuerit orta à personis honestis, & fide dignis, n. 27. *&* 31.

Fama vehemens regulariter facit indicium ad torturam, n. 28.

Fama quando dicatur vehemens, remittitur arbitrio Iudicis, n. 29. *sed quomodo Iudex debeat regulare suum arbitrium, n.* 30. *& seqq.*

Fama non dicitur vehemens, nec facit indicium ad torturam, etiam quòd fuerit probata per plures, & plures testes, quia testium numerus non inducit vehementiam famæ, n. 32.

Fama an dicatur vehemens, vel non, attenduntur causæ, & coniecturæ, ex quibus orta est, iuxta qualitatem dictarum causarum, vnde originem habet, facit, & non facit indicium ad torturam, num. 33.

Fama orta ex granibus causis, & coniecturis, facit indicium ad torturam, secus si ex leuibus, n. 33.

Fama non facit indicium ad torturam, si causæ & coniecturæ, vnde originẽ habet, vel non probentur, vel appareant falsæ, n. 34.

Fama vehemens propriè dicitur ea, quæ ab iis indiciis & coniecturis coadiuuatur, n. 35.

Fama nunquam facit indicium ad torturam, nisi habeat requisita, de quibus remissiuè, n. 36.

Fama facit indicium ad inquirendum, num. 37. *etiam quòd testes non dicant se audiuisse à maiori parte populi, ibid. n.* 38.

Fama facit indicium ad capturam, num. 39.

Fama sufficit ad inquirendum specialiter, & sic ad formandum, & transmittendum inquisitionem, num. 40. *sed contrarium est verius, n.* 41. *& seqq. vbi declaratur materia.*

Prohibito vno, censetur prohibitum omne illud, per quod deuenitur ad illud vnum, num. 42.

Fama non facit indicium ad inquirendum, nisi ortum habuerit à personis honestis, & fide dignis, numer. 44. *Contrà, num.* 45. *sed prima opinio est verior, declarata tamen ibidem, num.* 46. *& seqq.*

Fama licèt non plenè probet, tamen coadiuuat alias probationes, num. 50.

Fama transfert onus probandi contrarium in aduersarium, nu. 51. *sed contrarium est verius, vt in n.* 52. *& seq.*

Præsumptio iuris transfert onus probandi contrarium in aduersarium, n. 52.

Fama facit regulariter semiplenam probationem, n. 54. *Contrà, n.* 55. *Tertia est opinio, quòd remittatur arbitrio Iudicis, nu.* 56. *Reprobatur hæc tertia opinio, n.* 57. *Resolue, vt in n.* 58.

Fama facit semiplenam probationem, dummodo sit orta ex verisimilibus coniecturis, aliàs secus: & an ista coniectura, ex quibus fama orta est, sint verisimiles, nécne, remittitur arbitrio Iudicis, num. 58.

Fama in criminalibus non facit semiplenam probationem, numero 59.

Fama non facit semiplenam probationem, quando de crimine agitur per viam exceptionis, n. 60. *idem si de crimine agatur ciuiliter, n.* 61. *&* 63. *licèt aliqui relati, ibidem, n.* 62. *contrarium dixerint.*

Fama non facit semiplenam probationem in causa ciuili ardua, num. 64.

Fama non facit semiplenam probationem, vbi agitur de dissoluendo matrimonio, n. 65.

Fama nõ facit semiplenã probationem in causis, in quibus nõ defertur iuramentum in supplementum plenæ probationis, n. 66.

Iuramentum in supplementum non defertur ex semiplena probatione resultante ex fama, n. 67. *& seq.*

Iuramentum in supplementum, in quibus casibus non deferatur, num. 69.

Excommunicatio probatur per famam, vbi agitur in foro animæ, & nõ de præiudicio tertij: secus vbi agitur de repellendo quem à iudicio, tanquam excommunicatum, & de materia, num. 70. *& seqq.*

Fama iuncta cum vno teste de visu, facit semiplenam probationem, num. 73. *& seqq. licèt aliqui ibi contradixerint, & num.* 76. *vbi idem si vnus testis deponit de visu, & fama, & alter de fama tantùm.*

Testis vnus deponens de visu, & fama, coniungitur cum alio teste deponente de fama solùm, ad faciendam plenam probationem, num. 76.

Fama coniuncta cum pluribus testibus de auditu, plenè probat, secus coniuncta cum vno tantùm teste de auditu, num. 77. *& sequentibus.*

Fama iuncta cum vno teste de visu, non facit semiplenam probationem in pluribus casibus, de quibus remissiuè, n. 79.

Fama iuncta cum vno teste non facit plenam probationem in criminalibus, n. 80. *Limita* 1. *vt procedat quoad pœnam corporalem, secus quoad pecuniariam, n.* 81. *Limita secundò, quando cum fama adessent alia indicia, & coniecturæ, quia tunc plenè probat etiam in criminalibus, n.* 82. *sed hæc vltima limitatio declaratur, ibidem, n.* 83. *& seq.*

Fama iuncta cum aliis indiciis, adminiculis, vel coniecturis, plene probat in ciuilibus, numer. 86. *contrà, num.* 87. *distingue, vt in num.* 88.

Fama nunquam coniungitur cum alia probatione, nisi ea fuerit plenè probata, & per testes idoneos, n. 89. *& seq.*

Fama in iis, quæ sunt difficilis probationis, probat plenè iunctis aliis adminiculis, num. 91. *&* 92. *Vbi quòd isto casu saltem transfert onus probandi contrarium in aduersarium.*

Valor rei probatur per famam, n. 93.

Interesse probatur per famam, n. 91.

Filiatio probatur per famam, n. 94. *contrà, n.* 95: *Prima opinio est magis communis, num.* 96. *saltem quoad transferendum onus probandi contrarium in aduersarium, vt ibid.*

Mors probatur per famam, n. 97. *dummodo habeat ortum ab aliqua verisimili causa, & coniectura, aliàs secus, n.* 89. *Item, si dummodo agatur de præiudicio modico, secus si de graui, n.* 99. *declara aliis modis, vt remissiuè, n.* 100.

Virtus probatur per famam,numer.101.
Nobilitas probatur per famam,num.101.
Doctoratus probatur per famam,num.102.
Peritia alicuius probatur per famam,num.103.
Doctorandus non est examinandus, si per publicam vocem, & famam,habetur pro perito,& idoneo,num.104.
Fama probat in causis leuibus,& modici præiudicij, n.105.
Fama probat in antiquis,n.106.licèt aliqui contra,num.107.& quale in proposito dicatur tempus antiquum,n.112.
Fama probat in antiquis dominium, non solùm de præterito,sed etiam de præsenti,num.108.
Dominiũ an probetur per famã, n.107.& seqq. vbi de materia.
Fama probat in factis notoriis antiquis,n.109.
Fama probat in factis in loco longinquo,n.110.
Confines antiqui probantur per famam,n.111.
Antiquum tempus in materia probationis dicitur centum annorum,& non minus,nu.112. vbi de communi: contrà quòd sit 40.aut 50.annorum,vel minus centum annorum, num.113. & seqq.vbi de magis seruata opinione.
Antiquum tempus in materia probationis, quale dicatur, remittitur arbitrio Iudicis,num.116.
Tempus immemorabile, vel excedens hominum memoriam, non est minus centum annorum,num.118.contrà,num.119.
Præscriptio immemorabilis,quãto tẽpore inducatur,n.118.& seq.
Antiquum tempus non est minus centum annorum, quando agitur de graui præiudicio,secus si de leui,n.120. sed quid indistinctè,etiam si minus centum annorum, n.122.
Antiquum tempus, quoad plusquam semiplenam probationem inducitur etiam minori tempore centum annorum,n.121.
Fama inducit plenam probationem in casibus, in quibus lex ob publicum fauorem præfert opinioni veritatem,n.123.
Vsus communis loquendi probatur per famam,n.124.
Vsus communis loquendi,quomodo probetur per testes,n.125.
Fides mala probatur per famam,num.126.
Consuetudo probatur per famam,n.127.
Fama plenè probat in materia peccati,num.128.
Possessio an probetur per famam,in remedio canonis, reintegrandæ,dic quòd sic,vt num.129. contrà,n.130. & seq. distingue, vt in num.132.
Possessorium reintegrandæ, non admittit præsumptionem,ac semiplenam probationem,sed an requirat plenam, & concludentem, numero 131.
Ius patronatus probatur per famam,iuncta possessione præsentandi,num.133.
Defensio probatur per famam,n.134.& seqq.
Defensio probatur per præsumptiones,& coniecturas,n.135.
Fama probat distantiam de vno loco ad alium,n.136.
Milliaria de vno loco ad alium probantur per famam,n.136.
Fama probat coram arbitratore,n.137.& seq. vbi declaratur.
Arbiter seu arbitrator potest dare fidem famæ, ac aliis imperfectis probationibus,num.137.& seq.
Pactum de retrouendendo probatur per famam,n.139.
Vsurarium quem esse, probatur per famam iunctam cum adminiculis,n.140.& seq. & quid de statuto Episcopi volente vsuram probari per famam, ibid.n.142.
Statutum Episcopi,quòd vsura probetur per vnũ testẽ de delicto immediatè deponentẽ,ac per duos de fama, non valet,n.142.
Matrimonij impedimentum probatur per famam,num.143.
Statutum,quòd fama plenè probet,tam in ciuilibus, quàm in criminalibus,n.144.Limita primò,vt hoc statutum sit strictissimè intelligendum,n.141.Limita secundò, vt non extendatur ad causas criminales,nisi expressè dicatur,num.146. Limita tertiò,vt in criminalibus vigore statuti fama probet delictum principale,non autem adminicula,n.147.Limita quartò, dũmodo fama sit legitima,& legitimè probata, aliàs secus,num. 148. Limita quintò, dummodo fama ortum habeat ab aliqua verisimili causa,& coniectura,aliàs secus, num.149. Limita sextò,dummodo sit probata per duos testes, & vnus solus non facit semiplenam probationem,n.150. Limita septimò, dummodo testes probantes famam sint omni exceptione maiores, aliàs secus,n.151. Limita octauò, quia hoc statutum factum generaliter in omnibus causis non valet, sed tantùm in certis casibus,& ex causa,num.152.
Fama non probat, nisi fuerit orta ex aliqua verisimili causa, vel coniectura,n.153. Limita, si habuerit ortum à personis fide dignis,quia tunc non est necesse, quòd procedat aliqua verisimilitudo,ibid n.154.declaratur limitatio,n.155.
Fama debet habere ortũ à personis honestis,& fide dignis,aliàs si à maleuolis,& inimicis oriatur,nihil probat,n.156.Limita,si habuit ortum ab aliqua verisimili causa, quia tunc probat, etiam quòd sit orta à personis vilibus, num. 157. & seq. declaratur limitatio, vt in n.159.
Testes inhabiles probant, si pro eorum dicto concurrit verisimilitudo,num.158.
Fama de aliqua re turpi potest habere originem à turpibus personis:pone exemplum,vt in num.160.
Fama potest etiam habere originem à mulieribus, quando agitur de re spectante ad mulieres,n.161.
Fama in dubio præsumitur orta à personis fide dignis, nisi contrarium probetur,quod quando verum sit,n.162.
Fama debet esse vniformis,& nõ varia ad hoc,vt probet, n.163.
Famæ testimonium facilè prosternitur, num.164. nec est deterior testis,quàm fama.d.n.164.
Fama nihil probat, nisi fuerit solida,incõcussa,crescens,nõ leuis, non vaga,non contraria,nec in aliquo labefactata, n.164.
Fama posterior tollit priorem,n.165.fallit, vt in n.166.
Fama vna si alteri sit contraria,attenditur illa, quæ dignioribus testibus comprobata est, & quæ ex verisimilioribus causis, & coniecturis originem habuit,n.167.
Fama vna tollit aliam, etiam quòd sit in diuersis locis, quod quando verum sit,n.169.
Fama vna tollit aliam: negatiua tollit affirmatiuam: & fama non delicti tollit famam delicti,n.168.
Fama negatiua dicitur probata per testes, qui interrogati de fama respondeant,se nihil scire,n.170.
Scientia præsumitur eorum,quæ publicè fiunt,& dicuntur, n.171.
Fama orta post litem motam nihil probat,num.172. Sed quid in dubio præsumatur, n.173.& seqq.
Tempus vbi est fundamentum intentionis, illud debet præcisè probari,numer.173.
Testes sine tempore deponentes, nihil probant, quando deponunt super facto,de cuius substantia requiritur tempus, n.174.
Fama orta post inquisitionem, accusationem, vel carcerationem, nihil probat,n.176.Limita,nisi causa, vnde fama oritur, superuenerit post,quia tunc probat, etiam post accusationem,inquisitionem,& carcerationem,n.178.
Fama orta ex interuallo,post delictum, nihil probat, n.177.Declara,vt in num.178.
Fama extra locum delicti non probat in loco delicti, & quando ad famæ probationem requiratur locus,n.179.
Fama procurata non probat, tam in ciuilibus,quàm in criminalibus, num.180.
Fama bona in genere tollit inditium malæ famæ pariter in genere,num.181.& seq.
Testibus deponentibus de bona fama in genere, magis creditur, quàm deponentibus de mala,n.182.licèt aliqui ibidem relati, n.183.contrarium dixerint. (184.
Fama bona in specie, multò magis tollit malã famã in genere,n.
Fama bona facit,vt reus mitiùs puniatur,n.185.
Delinquens mitiùs punitur,si toto tempore vitæ suæ fuit aliàs homo bonæ vitæ,& famæ,& aliud delictum nõ commisit,n.185.
Fama bona tollit delicti præsumptionem, n.186.
Fama bona tollit indicia ad torturam sufficientia, ita vt probata bona fama,reus non possit ampliùs torqueri, n.186. sed vide in seqq.versiculis.
Fama bona in genere,non tollit indicia specialia,n.187.
Famæ bonæ probatio est leuis defensio,n.188.
Fama bona tollit indicia leuia,& non grauia,n.189.
Fama bona tollit indicia,si sumus in dubio,aliter secus,n.190.
Fama bona non tollit,sed debilitat indicia,n.191.
Fama bona non facit, vt reus indiciatus nullatenus torqueatur, sed vt leuiter torqueatur,n.192.
Fama bona in genere non tollit malam famam in specie,n.197. contrà,n.195.Dic,quòd bona fama in genere non tollit penitus malam famam in specie, sed tantùm debilitat, num.197. vel verius dic,quòd etiam tollit,si non est adminiculata, secus si adminiculata,num.198.
Testibus deponẽtibus super mala fama in specie magis creditur, quàm deponentibus de bona fama in genere, n.194.contra, num.196. Distingue,vt in num.197.& 198.

Fama

Fama mala in genere inquisiti, facit contra ipsum inquisitum præsumptionem super delicto, de quo inquiritur. n. 199.
Fama mala quandoque operatur cõdemnationem in pœnam exilij vel triremium in tribus casibus, de quibus n. 200. & seqq. sed declara, vt ibid.
Fama mala facit præsumptionem delicti, dummodo sit in eodem genere mali, alias secus, n. 204.
Fama mala in genere, de se sola non sufficit ad torturam, sed iunctis aliis sic, n. 205.
Fama mala an faciat indicium ad torturam cõtra personam vilem, & abiectã, & quid in delicto difficilis probationis. n. 206.
Fama est difficilis probationis, ideo vix vnquam bene probata reperitur, n. 207.
Testes super fama deponentes debent esse duo, aliter non probant, n. 208.
Testis vnus super fama deponens non solùm non probat, sed etiam est de falso suspectus, n. 209.
Testes probantes famam debent esse omni exceptione maiores, nu. 210. Et quid contra valde diffamatum, d. n. 210. Et an ista qualitas, quòd scilicet testis sit omni exceptione maior, articulanda, & probanda, n. 211. & seqq.
Testis non præsumitur omni exceptione maior, ideo ista qualitas est articulanda & probanda, n. 211. contrà, n. 212. Distingue, vt in n. 213. & seqq.
Testes super fama deponentes debent reddere rationem sui dicti, & sic exprimere causas, quibus fama orta est, etiam non interrogati, n. 216. si testis dicat se ita publicè dici audiuisse: an tunc teneatur exprimere causas, n. 217. & seq.
Testes deponentes super fama debent scire quid sit fama, & interrogati de illius diffinitione tenentur respondere, aliter non probant, n. 219.
Amplia primò, etiam quòd deponant super bona, vel mala fama in genere, n. 220.
Amplia secundò, siue testis sit peritus, siue sit imperitus. n. 221.
Amplia tertiò, vt non solùm teneatur reddere diffinitionem famæ, sed etiam congruam diffinitionem, aliter non probat, num. 222. & seqq. vbi ponuntur exempla.
Limita primò, quia sufficit testes diffinire famam per verba facti, & non iuris, n. 225. immò testis diffiniendo famam per verba iuris redditur suspectus, n. 226.
Limita secundò, quia non tenetur testis afferre diffinitionem famæ, si ex iam per eum depositis appareret ipsum intellexisse, quid sit fama, num. 227.
Testis super fama deponens, debet de illa deponere specialiter super quolibet articulo, & non sufficit, vt deponat super vltimo generali de publica voce & fama, n. 228.
Testes super fama deponentes, debent nominare eos, à quibus fama ortum habuit, aliter non probant, n. 229.
Amplia etiam quòd non fuerint interrogati, n. 230. licèt contra ampliationem tenuerint aliqui relati, n. 231.
Testis super fama examinatus, si pro famæ authore alium non nominet, quàm contestem examinatum, non probat, n. 232.
Testis non probat famam, si examinatus à quo audiuerit, dicat se non recordari, n. 233.
Fallit, quando nominasset aliquos, & deinde dixerit, & à nonnullis aliis de quibus non recordatur, n. 234.
Testes super fama deponentes, non est necesse, quòd nominent authores famæ, quando illa orta est ex probabilibus coniecturis, n. 235.
Testes probant famam, etiam quòd non dicant à quibus audiuerint, si tamen dixerint, ita publicè dici audiuisse, n. 236.
Testes non probant famam, nisi dicant, se ita dici audiuisse à maiori parte populi, n. 237.
Testes non probant famam, etiam quòd dicant se audiuisse à pluribus, n. 238. Idem si dixerint audiuisse, à mille, n. 241.
Idem si dixerint se ita dici audiuisse sæpe, ac sæpius. n. 242.
Idem si dixerint se ita centies audiuisse, n. 243. Idem si dixerint se ita audiuisse à diuersis personis, n. 244. Idem si dixerint se ita dici audiuisse inter homines, n. 245. Idem si dixerint se ita dici audiuisse à pluribus, & pluribus, num. 246.
Idem si dixerint se ita dici audiuisse per totam ciuitatem, n. 250.
Idem si dixerint se ita dici audiuisse ab omnibus illius ciuitatis, n. 254.
Pluralis numerus in duobus verificatur, n. 247.
Testes non probant famam, etiam quòd dixerint, quòd ita dicitur à maiori parte populi, nisi dicant se ita audiuisse, n. 248. contrà, n. 249.
Testes non probant famam, si simpliciter dicant se ita dici audiuisse à maiori parte populi, nisi etiam addant à maiori parte populi illius ciuitatis, n. 251.
Testes non probant famam, etiam quòd dixerint ita dici audiuisse à maiori parte populi, nisi etiam addãt, quòd ita sentiat eadem maior pars populi, n. 252. & quid si non dicãt se credere id quod audiuissent à maiori parte populi, ibidem.
Testes non probant famam, etiam quòd dicant, ita dici audiuisse à maiori parte populi, nisi etiam addant, quòd ita publicè dicebatur, n. 253.
Testes probantes per famam peritiam alicuius, sufficit, quòd dicãt se ita dici audiuisse à maiori parte peritorum, & non populi, num. 255.
Testes quando agitur de probanda fama super aliquo facto, vel negotio paruo, sufficit quòd dicant se ita dici audiuisse à maiori parte vicinia, & non populi, n. 256.
Testes probant famam, si dixerint, se ita publicè dici audiuisse, etiam quòd non dicant à maiori parte populi, n. 257. licèt multi contrarium dixerint, de quibus n. 258.
Limita dummodo exprimant causas & coniecturas, ex quibus fama orta est, aliter secus, n. 259.
Limita secundò, dummodo simus in foro canonico, secus in foro ciuili, n. 260.
Limita tertiò in ciuilibus, secus in criminalibus, d. n. 260.
Limita quartò, in casu, in quo fama facit plenam probationem: nam tunc non sufficit testes dicere se ita publicè dici audiuisse.
Limita quintò, vt non per hoc, quòd testis dicat se publicè ita audiuisse, suppleantur alia requisita ad probationem famæ. nu. 262. sed contra hanc quintam limitationem, n. 263. Distingue, vt in n. 264.
Testes singulares probant famam, n. 265. licèt aliqui contrà, num. 266.
Fama probata per decem testes, dicitur bene probata, etiam quòd sit formiter probata, n. 267. licèt aliqui contrà, n. 268.
Limita primò, vt non per hoc, quòd talis fama sit formiter probata, sufficiat ad torturam, n. 269.
Limita secundò, dummodo concurrat habilitas testium, n. 270.
Limita tertiò, dummodo non sit minor numerus decem testium, num. 271.
Fama probatur per scripturam, vt putà per literas bonorum virorum, num. 272.
Fama probatur per instrumenta, & priuilegia antiqua, numero 273.
Limita primò, dummodo instrumenta & priuilegia sint plura, num. 274.
Limita secundò, dummodo habeant originem à diuersis personis, secus, n. 275.
Fama an sit bene probata, multùm remittitur arbitrio Iudicis, n. 276.
Bonus in dubio quis præsumitur potiùs quàm malus, n. 277.
Bonus præsumitur is, qui natus est ex bona patria, & natione, & è contrà, n. 278.
Bonus præsumitur is, qui natus est ex bonis parentibus, & è contra, n. 279.
Bonus præsumitur is, qui est nobilis & diues, n. 281.
Bonus non præsumitur, qui est vilis & pauper, n. 280.
Nobilis & diues præsumitur bonus, & non malus: & è contrà, n. 280. & seqq.
Bonus præsumitur is, qui bene educatus est, n. 282. il primo.
Bonus non solùm quis præsumitur, sed etiam bonæ existimationis, & famæ, n. 282. il secondo.
Bonus præsumitur, etiam quòd adsit in contrarium aliqua sceleris præsumptio, n. 283. & seqq. sed contrà n. 285.
Delicti præsumptio exclusiua est fortior inclusiua, n. 284.
Bonus quis præsumitur etiam per verba improprianda, n. 286.
Bonus, & bonæ famæ licèt quis præsumatur, non tamen præsumitur optimæ famæ, n. 287.
Bonus quis non præsumitur, vbi agitur de præiudicio tertij, num. 288. declara, vt n. 289.
Bonitas, & bona fama non præsumitur, quando quis eam allegat pro fundamento suæ intentionis, n. 290. contrà, n. 291. & seqq. Declara, vt in n. 294.
Præsumptio iuris non solùm releuat ab onere probandi, sed etiam

dicitur liquidissimâ probatio, n. 292. fallit quando probatio est requisita specialiter, n. 295.

Bonus & bona fama non præsumitur, quando qualitas bonitatis, & bonæ famæ requiritur à statuto, num. 294. & seqq.

Bonus, & bonæ famæ quis non præsumitur, quando præsumptio bonitatis noceret ei pro quo præsumitur, n. 296. contrà, n. 297.

Bonus non præsumitur is qui aliàs fuit malus, n. 298.

Bonus quis non præsumitur fauore animæ, n. 299.

Bonus non præsumitur qui dat operam rei illicitæ & prohibitæ, n. 300.

Fama bona, vel mala in genere requirit ad eius probationẽ omnia, quæ requiruntur ad probationem famæ in specie, n. 301.

Fama bona, vel malæ in genere probatur per testes, n. 302. & sufficiunt duo testes, n. 303.

Infamia hominis probatur per duos testes, n. 302. & 303.

Infamia hominis probatur per testes singulares, n. 304. Dummodo tamen sint conteſtes in qualitate infamiæ irrogatæ, aliter secus, n. 305.

Testes singulares probant bonam, vel malam famam in genere, n. 304.

Declara, vt in num. 305.

Fama hominis in genere probatur per testes amicos & inhabiles, n. 306. & 307.

Fama hominis bona, vel malæ ingen. ad hoc vt dicatur probata, necesse est, vt testes reddant rationes sui dicti, & causas bonæ, vel malæ famæ, n. 308. & an sit sufficiens ratio, si testis dicat, ita scio, quia sum vicinus, n. 310. & quid si dixerit, ita scio, quia ita sum expertus, n. 312.

Infamia hominis non probatur per testes, nisi vel non interrogati, reddant rationem sui dicti, n. 308. imò debent dilucidè explicare factum ex quo infamia resultat, n. 309.

Infamia hominis an probetur per testes, qui dixerint, hoc scio, quia sum vicinus, num. 311. & quid si dixerint, hoc scio, quia expertus sum, n. 312. & quid si dixerint, quia viderunt hominis familiaritatem vitari, n. 313.

Fama bona, vel mala non probatur per testes, nisi nominent eos, a quibus dici audiuerunt illũ esse bonæ vel malæ famæ, n. 314.

Fama bona, vel mala in genere non probatur per testes, nisi dicãt se audiuisse à maiore parte populi illum esse bonæ vel malæ famæ, num. 315. ideò non sufficit dicere, ita audiuisse ab omnibus cognoscentibus eum, n. 318.

Criminosum quem esse non probatur per famam, n. 316.

Fama bona, vel mala hominis in genere non probatur per testes, qui dicant ita extare vocem apud populum, n. 317.

Fama bona, vel mala alicuius hominis in genere potest per Iudicem percipi ex informatione extraiudiciali, n. 319.

Iudex potest se extraiudicialiter informare de bona, vel mala fama alicuius, n. 319.

Fama bona, vel mala alicuius non probatur per testes, nisi deponant de loco talis famæ, sed de quo loco debeant deponere, vide in n. 320.

QVÆSTIO XLVII.

1 INDICIVM an, & quale oriatur ex fama delicti, vt bene dignoscamus, operæpretium duxi in proposita quæstione totam materiã famæ, quæ satis ampla, & diffusa est, pertractare: sed vt illa bene à legentibus percipiatur, præmitto ordinem, quem in illius explicatione seruabo. Nam in quatuor inspectiones eãdem materiam distribuendam putaui.

In quarum prima discutiendum erit, quid probet fama in specie alicuius rei vel delicti, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.

In secunda, quid & quantum valeat, ac operetur in criminalibus, alicuius bona, vel mala fama in genere.

In tertia quomodo probetur fama alicuius rei vel delicti in specie.

In quarta & vltima, quomodo probetur bona, vel mala fama alicuius in genere.

2 Verùm & antequã ad hæc me accingam, esset in primis præmittenda cognitio aliquorum terminorum, quid scilicet & quotuplex sit fama bona, vel mala: in quo differat à rumore, à notorio, à cõmuni opinione, vel æstimatione, à populi clamore, & similib. in quib. non immorabor, cùm ad vlteriora me conferre properem, sed super his vltra trad. per Mari. Soci. *in cap. qualiter, & quando, in 9. artic. principali de accusat.* Aret. & Felin. *in c. cùm oporteat, eodem titul.* lectorem remitto ad scripta per Bar. *in l. de minore, §. plurium num. 5. & seqq.* & ibi etiam *in add.* Alexand. *post numer. 6. littera E*, ac etiam Marsil. *n. 47. ff. de quæ.* Gand. *in rub. quom. de malefi. cognosc. quando crimen est notor. & quid sit fama seu infamia, n. 2. per totum, & num. 5.* Franc. Cason. *de indic. & tortu. tractatu 1. c. 2. rub. de fama reorum, n. 2.* latissimè post alios per Salic. *in l. ea quidem, numer. 104. & seq. Cod. de accus.* Bost. *in tit. de inquisit. n. 28.* vbi remissiuè alios allegat concordantes, Duen. *regula 299. in pr.* Cyrill. *in summa crim. rubr. 29. de q. §. 4. num. 9. fol. mihi 151. col. 2. & §. 6. num. 13. fol. 155. colum. 2.* Hieron. de Monte, *in tract. de finibus regen. cap. 55. num. 2. & seqq.* Mascar. *de prob. libro 2. concl. 748. n. 1. & seqq. pluribus*, vbi bene post alios terminos prædictos describit, exemplificat ac diuersificat, Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 1. n. 39. & seqq.* vbi etiam declarat materiam, & ante istos modernos doctè admodum & magistraliter in proposito loquutus est Capra *in tract. de notor. in præfat. num. 22. & seq.* bene etiam declarans, quid & quotuplex sit fama, & in quo differat à rumore, à notorio, à publico, & à manifesto: sed particulariter, quid, & quotuplex sit infamia, vide quæ dixi *infrà, in seq. tit. de oppos. cont. test. in materia testis infamis.*

REGVLAM itaq; negatiuam, † & generalem constituo, in prima inspectione propositæ quæstionis, quòd scilicet tã in ciuilibus, quã in criminalibus, fama nõ facit plenã probationem, hanc regulam probat tex. *in l. 3. §. eiusd.* & ibi gl. *in verbo confirmat, ff. de test.* tex. *in c. si testis, §. sæpe etiã*, & ibi gl. *in ver. fama, 4. q. 3.* item tex. *in c. illud.* & ibi gl. *in verb. in hoc, ext. de cler. excom.* Feli. *in c. veniens, n. 7. extr. de testib.* & ibi Aret. *n. 21.* vbi testatur de communi * opinione, Dec. *in c. 1. n. 26.* * & ibi *in add. littera A, extra de appel.* vbi, quòd ista est cõmunis * opinio, quæ seruatur in pract. secundùm Sali. & Fulg. * ibi per eum allegatos; Gand. *in rub. qui ad famæ probat. possint & debeant de iure admitti, post n. 15. vers. tamen per eã solã, & infrà, in ver. tamẽ sola fama*, & ibi *in add. litt. B*, vbi propterea infert per solam famam non posse quem definitiuè condẽnari, Marsil. *in l. de minore, §. pluriũ, n. 78. vers. scias modò. ff. de q.* Ang. Aret. *inter cons. crim. diu. cons. 71. n. 67. & seq. vol. 1. in fol.* Rum. *cons. 151. n. 16. in fine, vol. 4.* Bero. *cons. 23. num. 23. & seqq. vol. 3.* Duen. *reg. 299. incip. fama generaliter non facit plenam fidẽ*, vbi alios adducit concordantes, & etiã testatur de * communi, de qua etiam testantur Viui. *in suis com. opin. in verb. fama publ. n. 1.* * & Illustrissimus Dominus Card. Alb. *in lucubr. ad Bar. in d. l. 3. §. eiusdẽ, n. 2. ff. de testibus*, Conrad. *in pract. in tit. de test. rub. dicta testium assumendo, in §. de fama, n. 54. ante medium, vers. probationẽ verò plenã, fol. mihi 142. col. 1. in pr.* Natta *in cons. 473. n. 15.* Couar. *in epit. 2. p. c. 8. §. 3. n. 3.* Marc. Mant. *cons. 61. n. 41. & cons. 248. n. 7.* Rota *dec. 16. incip. ad effectum, aliàs 244. de prob. in nouis*, Bellam. *dec. 98. sentẽtia lata, & dec. 242. ad effectũ obtinẽdi, & dec. 455. Monasteriũ allegans, & dec. 564. conc. quòd gratia, & dec. 612. Actor admissus*, Michaël Cras. qui alios adducit, *in suis com. op. l. 2. c. 16. q. 1.* Bur. *cons. 20. n. 3. vo. 1. & cõs. 330. n. 130. vol. 3.* vbi inter alios allegat Cels. Vgo. *in cons. 62. n. 8. & 9.* Masc. *de prob. l. 2. conc. 753. n. 1. & seq.* Pet. Ant. à Pet. *in tr. de fideic. q. 13. n. 135.*

AMPLIA Hanc regulam, † vt in criminalib. fama sola nec 4
etiam faciat indicium ad torturam, vt per Felin. *in c. veniens, n. 12. in fine, extra de testib.* Alexand. ad Bart. *in l. de minore, §. plurium, post n. 30. sub littera D.* Ang. *de malef. in verbo, quòd fama publica præced. n. 41. in princ.* & ibi Aug. *in addit. dict. num. 41. in fin.* vbi dicit quòd si esset assessor, nunquam per solam famam poneret reum ad torturam, & idem affirmat *in n. 45. pariter in fine*, Marsil. *cons. 3. num. 4. in fine, & singul. 97.* vbi testatur de * communi, & alios adducit concordan- *
tes, *& in pract. §. diligenter, n. 18.* Ias. *in l. admonendi, n. 251.* vbi pariter de * communi, *ff. de iureiuran.* Carrer. *in pract. in* *
tract. de indic. §. secundum indicium, n. 1. vers. tamen communiter concluditur. Blanc. *ad l. fin. num. 313. ver. vnde Bal. ff. de q. in tr. de indi. & tortu.* vbi etiam de communi, Brun. *de indic. p. 1. q. 3. n. 32. ver. sed tu serua contrarium.* Franc. Cason. *in tract. de indic. & tortu. tract. 8. c. 2. rub. de fama, seu dicto gentium, num. 2. & sequentibus.* vbi quòd ita ferè omnes sentiũt. Gram. *cons. 42. n. 15.* vbi ita refert per assessores obseruari, ex Abb. quem allegat, *in c. 1. extra depos.* Diaz. *reg. 333. in prin.* Duen. *reg. 300. in 4. fal. & reg. 301. in pr.* vbi alios citat, & etiã

testatur

testatur de communi, Nouell. *reg.4.in princ.* Plot. *de in litem iuran.§.54.n.15* Conrad. *in pract.in tit.de negat.cri.& tormen. n.24.versi.19.Fama publica,fol. mihi 294.col.2.* Aym. *cons.41. n.6.* Crot. *de testib.n.147.* Natta. *cons.362.n.9.* Simanc. *de hæret.tit.65.n.36.* vbi de veriori & receptiori opinione, Villa-
* lob. *in com.* * *opin.versi.Fama,n.4.* Foller. *in pract.cri.in verbo, Dentur capitula, quod suffocauit vxorem,nu. 28. post medium, versic.Vnde Bal.* Galeot. Maluat. *inter cons.cri.diuers.cons.110.*
* *n.1.& n.20.vol.1.in fol.* vbi de * communi, ac etiã de magis communi, Bart. Ghitt. *inter eadem consilia, cons.160.n.12.eod. vol.1.* & ibidem Horat. Lut. *consil.161.nu.34.& inter eadem*
* *consil. Lauren.de Occa in cons.60.n.55.* vbi de * communi, & ibidem Io. Turrius, *consil.81.n.49.* vbi de magis communi, & æquiori opinione, Paul. Meren. *cons.92.nu.15.d.2.vol. Consiliorum criminalium*, & Brun. *cons.113.n.52. vbi de communi.* Mich. Crass. *in com.opin.l.2.c.19.q.4.* Clar. *in pract.§.fin. quæst.21. ver. Fama fola,* vbi dicit, quòd licèt in hoc articulo sit controuersia inter scribentes, quorũ aliqui ibi per eum relati contrariũ affirmarint, ac etiam de consuetudine seruari testati fuerint, ipse tamen semper sequutus fuit communem hanc opinionem, & eam etiam à Iudicibus iustis seruatam semper se vidisse testatur, & post Clarum hanc eandem opinionem vti veriorem, æquiòrem, magis com-
* munem, * ac magis obseruatam ex recentioribus sequuti sunt, Bonac. *in com. opin. par. 2. in ver. Fama cum vno teste, in discursu versiculi, in pluribus locis, fol. mihi* 28. Thob. Non. *cons.99.n.28.* Bertaz. *cons.162.n.4.* vbi de receptissima opinione, *vol.1.* & ibi Claud. *in addit. litera C. in prin.* vbi etiã de communi, & rursus *in cons.234.n.6.ver. Et quatenus, eod. lib. 1.& iterum in cons.548.n.4.l.2.* Hippol. Rimin. *cõs.88.n.44.*
* *& seqq.l.1.* vbi de æquiori, & communi opinione, Burs. *cons. 20.n.32.vol.1.& consil.35.n.16.* vbi de * cõmuni, *eod.l.1.&*
* *consil.166.n.27.vol.2.& cons.216.n.75.& n.132.d.vol.2.* vbi de communiori, & æquiori opinione, *& cons.315.n.8.vol.3. & cons.430.n.15.vol.4. & cons.437.n.9.& consil.368.n.16. eod. vol.4.* vbi pariter de communi, Mascard. *de prob.lib.2. concluf.754.nu.5.* vbi etiam de * communi, Menoch. *de præsum.l.1.q.89.n.29.& seqq.* Petr. Ant. à Petr. *in trac.de fideicom.*
* *q.13.n.137.* Marc. Ant. Eug. *cons.26.n.42.* vbi de communi, * & alij plures relati per Franc. Personal. *in tract. de indic. & tortu.n.50.& 51.& n. 33. in fin.& n.66. etiam in fine,* vbi testatur de crebriori, ac æquiori opinione, licèt illam non sequatur, vt mox dicam, Lud. Peguer. *dec. cri. 17.n.12.* vbi de
5 communi, veriori, & tutiori opinione.

Et † licet contra hanc ampliationem tenuerint Bart. *in d.l. de minore, §. plurium, post n.4. versi. Ex hoc habes duo, ff. de quæst.* Io. And. & Paris de Put. in locis relatis per Clarum, *d.q.21. sub eod. versi. Fama sola,* Gand. *in tit. qui ad famæ probationem possint, & debeant de iure admitti, post n.14. vers. Respondeo di. stinguẽdum, & vers. Et dixi, quòd per illam talem solã famã,* & latiùs *in tit. de q. post n.39. vers. Ecõtra videtur, & versic. Solut.*
* *dic, quòd secundùm,* &c. vbi quòd ita communiter * seruant omnes assessores, Ant. Gom. *var. resol. rub. de tort. reorum, cap. 13. nu.10.* vbi quòd in id iura adducit, & pariter testatur de communi opinione, Fert. Gargiar. *inter cons.cri.diuers.cons. 121.n.5.vol.1.fol.* Cyril. *in summa cri. rubr.29. de q.§.7.n.12. fol. mihi 115.* est glo. *in l. qui sine accusatorib. in ver. suspicionib. ff. de q.* quam communiter approbatam fatetur Duen. *d. regul.300. in 4. fallent. in princ.* & ita omnes tenere etiam *in c. qualiter, & quando, il secondo, de accus.* testatur Foller. *in pract. cri. in ver. Dentur capitula, quòd suffocauit vxorem, n.18. in princ. folio mihi 178.* relati per Simanc. *de hæret. tit.65. nu. 34.& 35.* per Hippol. Rim. *cons.88.n.43. vol.1.* & per Franc. Person. *in tit. de indic. & tort. n.49. in discursu, & 56.* vbi expressè tenet, quòd mala fama alicuius delicti in specie faciat contra diffamatum indicium ad torturam, si cum
6 circunstantiis, & qualitatibus fuerit legitimè probata. † Non per hoc tamen recedas ab ea, † quæ non solùm com-
* munior, * magis in practica seruata est, sed etiam & verior, & rationabilior: & pro ea omissis aliis duæ potissimùm per Doctores communiter adducuntur rationes vrgentissimæ, & inconuincibiles. Prima, quia negari non potest, quin fama sit indicium remotũ: ergo de se sola non debet sufficere ad torturam, per ea quæ secundùm veriorem, & magis
* communem * opinionem posui *suprà, q.37.n.43.& seqq.*

Secunda est ratio, quia pariter certum est, quòd indicia ad torquendum debent esse non solum verisimilia, grauia, vrgentia, & probabilia, sed etiam certa, clara, &, vt aiunt, in suo genere luce meridiana clariora, vt pluribus *suprà, dict.q. 47.n.3.& seqq.* † Sed non talis est fama, quæ vt plurimùm 7
fallax est, cùm ad dictum vnius facilè sequi consueuit multitudo, *c. cùm in iuuentute sua, extra de purg. canon.* Nullúmque malũ velociùs fama discurrere dicitur, cùm ipsa mobilitate vigeat, sibíque vires acquirat eundo, & ab initio nata, & inchoata de facili transeat, & spargatur, & falsi nuncia plerumque consistat, iuxta illud Virgilij,

Fama malum, quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget, virésque acquirit eundo:
Parua metu primo, mox sese tollit ad auras,
Ingreditúrque solo, & caput inter nubila condit.

Et alibi idem Virgilius.

Fama volat, transitque modum quocunque feratur.

Cui concinit Ouidius dicens:

Fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas, qua veris addere falsa
Gaudet, & à minimo sua per vestigia crescit.

Et alibi scitè admodum fingens domum famæ, post alia inquit idem Ouidius:

Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, eúntque,
Mixtáque cum veris passim commenta vagantur,
Millia rumorum, confusáque verba volutant,
E quibus hi vacuas implent sermonibus aures:
Hi narrata ferunt alio, mensuráque ficti
Cresçit, & auditis aliquid nouus adiicit author.

Et magnus ille Alexander apud Curtium, *lib.9.* inquit, *Nunquam ad libitũ fama perducitur, sed falsis mixta omnia illa tradẽte maiora sũt vero.* Et Seneca tragœd. inquit: *Fama vix vero fauet.* Et alter Seneca epist. 67. inquit: *In illis nihil inuenies veri, nihil certi quæcunque famæ placent.* Hinc Fabius dixit: *Famã esse sermonẽ sine vllo certo authore dispersum, cui malignitas initiũ dederit, credulitas incremẽtũ, quod nulli non etiam innocẽtissimo potest accidere fraude inimicorum falsa vulgantiũ.* Hinc Tertullianus in apolog. dicit: *Fama malũ plurimum mendax, quæ ne tum quidem cùm aliquid veri affert sine mendacij vitio est detrahens, adiiciens, demutans de veritate. Quid? quòd ea illi cõditio est, vt non nisi cùm mentitur perseueret, & tandiu venit, quãdiu non probat,* & quæ sequuntur, ac deinde. *Fama incerti est, cui nemo credit, nisi inconsideratus, quia sapiens nõ credit incerto, sæpe mendacium ab vno seminatur, aut ingenio æmulationis, aut arbitrio suspicionis, aut ingenita mentiendi voluptate.* Hinc etiam Beatus Hieronymus ad Ruffinum scribens dixit: *Multum in vtranque partem crebrò fama mentitur, & tam de bonis mala, quàm de malis bona falso rumore concelebrat. Multi profectò sunt falsi rumores à maleuolis, & nugigerulis conficti: quinis enim potest turpem de qualibet re rumorem proferre, & confictam fabulam dissipare, temerè etiam conflari solent ea, quæ ex rumoribus spargũtur sine certo authore, sine radice veritatis.*† Hinc de- 8
mũ vltra ea, quę in proposito considerarunt Gandin. *in tit. à quo, vel à quibus possit fama incipere, n.12. ver. Secunda ratio,* Tiraquell. *de pœnã temperan. causa 27.n.quarto,* Simanc *de hæret. tit.65.n.38.& sequentib.* Mascard. *de probat. lib.2. concl.648. n. 5.& seqq.* Menoch. *de præsumpt. libro primo, quæst.89. nu.30.* iura nostra ciuilia vanas populi voces exaudiendas minimè esse statuerunt, vt *in l. Decurionum filij, Cod. de pœnis, l. si constat, de appellat. cap.2.* & ibi communiter * Doctor. *extra de* *
elect. Lucas de Penna *in l. prima, Cod. de imponen. lucrat. descr. libro decimo,* Bal. *cons.295. num. secundo, vol.1.* Guliel. de Benedict. *in c. Raynutius, in verbo, patre mortuo, il 1.n.191. extra de testam.* cum aliis infrà allegandis, *n.153.*

Et † propterea famæ tanquam rei fragili, fallaci, pernicio- 9
sæ, & vt plurimùm transmissæ ab iis, qui nocere cupiunt, & qui ita desiderant de hoc famam esse, minimè credẽdũ, post alios, quos allegant antiquiores, scripserunt Gandin. *in tit. de q. post n.39. versi. Est enim fama res fallax.* Marsi. *in l. de minore, §. plurimum, n.63. in medio, ff. de q. & in pract. §. diligenter, nu. 18. in fine.* Francisc. Cason. *de indic. & tortu. tract. 8. c.2. rub. de fama, seu dicto gentium, numer. quarto, & sequentibus.* Galeat. Maluat. *inter consilia crimin. diuersor. consilio 110. numero 10.*

vol.1.in fol.& ibidem Horat.Lut.*conſ.*161.*n.*46. Laurent. ab Occa. *inter eadem conſil. cri.conſ.*60.*n.*61.*lib.*2. & ibidem Io. Turri.*conſ.*81.*n.*51.Hippol.Rimin. *conſ.*88.*n.*46. *& ſeq.lib.*1. *& conſ.*360.*n.*52.*& ſeq.lib.*4.

10 AMPLIA Præcedentem † ampliationem in tantum verã eſſe,vt ſi quis ex ſola fama fuerit à Iudice tortus,& in tortura faſſus fuerit delictum,& poſt torturam debito tempore confeſſionem ratificauerit, talis cõfeſſio etiam ratificata minimè noceat ipſi confitenti,ita in terminis poſt Bal.quem allegat *in conſ.*275. *ad euidentiã,lib.*1. *col.*1.voluit Marſi.*in ſuo ſing.*97.*incipiẽte,Fama ſola,ver.Et dixit notabiliter Bal.*ſequitur Meno.*de præſumpt.lib.*1.*q.*89.*n.*28.*in fi.*& de mente omnium Doctorum allegatorum *ſuprà,n.*4. & faciunt quæ generaliter de confeſſione per Iudicem extorta, non legitimis præcedentibus indiciis,dixi *ſuprà,q.*37.*n.*110.

11 LIMITA I.Propoſitam ampliationem,† vt nõ procedat in delictis occultis,& difficilis probationis,in quibus ſolam famam facere indicium ad torturam,ſcripſit Clar. *in prac.*§. *fi.q.*21.*ſub verſi.Fama ſola,poſt medium,*ibi,*poſſet etiam eſſe delictum adeò difficilis probationis, &c.* vbi quòd ita quandoque vidit ſeruari,Ferrans Gargiar.*inter conſ.crim. diuerſ.conſ.*126. *n.*79.*vol.*1.*in fol.*Hippol.Rim.*conſ.*302.*n.*5. *in fine,vol.*3. vbi referendo ſequitur Clarum *in loco citato,* Meno.*de præſumpt. lib.*1.*q.*89.*n.*34.vbi pariter refert,& ſequitur Clarum *vbi ſuprà,*& faciunt ad hanc limitationem ea, quæ poſui *infrà,nu.* 91.vbi dixi,quòd iunctis adminiculis fama ſola facit plenam
12 probationem in iis, quæ ſunt difficilis probationis: †ergo ſine adminiculis facit indicium ad torturam: dummodo tamen ſit legitimè probata,ac etiam dummodo habeat ortum ab aliqua veriſimili cauſa,& coniectura:aliàs tanquam vana vox populi minimè eſſet attendenda, iuxta ea quæ poſui *inf. à,n.*153.

13 LIMITA II. Eandem†ampliationem non procedere, quando fama eſſet orta incontinenti,& ſtatim ſequuto delicto.Nam tunc faciet etiam de ſe ſola indicium ad torturam, ſecundùm Gandin. *in tit.de quæſt. & tormen. poſt nu.*39. *verſ. econtrà videtur,*dum reddẽdo rationem dicit:quia fama, quæ aduerſus aliquem oritur incontinenti commiſſo crimine, eidẽ crimini ineſſe videtur,*l.quod ait lex,ff.ad l. Iul. de adulter.l.*3.§.*cùm igitur,ff. de vi arma.* & Gandinum in propoſito referendo,ſequitur Marſil.*in conſ.*3.*n.*7.Maſcard.*de probat.li.* 2.*concl.*754.*n.*11.vbi & in idem allegat Fran.Caſon.*in tract. indic,& tort.tra.*8.*c.*2.*rub.de fama,ſeu dicto gentium,n.*2.

14 Sed certè,hæc limitatio ſicut non eſt vera,† ita etiam eſt contra mentem omnium Doctorum allegatorum *ſuprà,n.*4. *in ampliatione,*qui quidem Doctores,dum affirmant famam ſolam non facere indicium ad torturam,præſupponunt vtique eam etiam incontinenti ortam, & legitimam:niſi enim incontinenti ſequuto delicto naſcatur fama, ſine dubio nullam prorſus facit fidem,vt infrà explicabo,*num.*177.& dum Doctores de vno dubitant,ac diſputãt,in cæteris præſupponunt terminos habiles,ideo veriùs dicas,quòd ſiue fama incontinenti,ſiue ex interuallo naſcatur poſt delictum, nunquam de ſe ſola facit indicium ad torturã,cùm vtroque caſu vrgeant rationes conſideratæ *ſuprà,n.*6.*& ſeqq.*& ita cũhac cõtraria opinione videtur pertranſire Fran.Caſon.*ſuprà,*per Maſcar.pro limitatione allegatus,*d.tract.*8.*c.*2.*n.*2. vbi relata opinione Gandini volentis famam incontinenti ortam facere indicium ad torturam, poſtea ſubdit ibidem, *num.*3. propter tamen ſolam famam quis torqueri non debet,& * ita* ferè omnes ſentiunt *in l.admonendi,ff. de iureiuran.*

15 LIMITA III. De iure canonico,†& ſecundùm quod ſola fama facit indicium ad torturam,ſecundùm Gandin.*in ti.de quæſt.nn.*39.*prope finem,verſi.Solutio, dic.* & reddit rationem, quia ſcilicet tali iure fama facit ſemiplenam probationẽ, & * æquiparatur dicto vnius teſtis: & ita teſtatur communiter* ſeruare aſſeſſores, licèt per iura ciuilia poſſet dici contrariũ, vt ibi per eum,quem in propoſito referunt Aug. ad Ang. *de malef.in ver. Quòd fama publica præced.n.*41.*prope finẽ,*Brun. *de indic.& tortu.par.*1.*q.*3.*poſt nu.*32.& Boſſ. *de inquiſit.n.*38. *in fine,*vbi allegat etiam in idem Caccialup.*in l. admonendi, in* 10.*concl.in materia fama,ff de iureiur.*& Soc. *in conſ.*54.*col. pen.& fi. vol.*3.

16 Verùm † Gandini hæc originalis doctrina communiter* * reprobatur per omnes ferè Doctores allegatos *ſuprà, n.*4.& in ſpecie eam reprobat Aug.ad Ang.*de malef.d.n.*41.*in fine,* vbi relata opinione Gandini teſtantis ob id aſſeſſores communiter ita ſeruare,inquit ipſe:Ego autẽ, ſi Aſſeſſor eſſem, hoc non facerem,& Brunus etiam *dicto num.*32. pariter relata eiuſdem Gandini ſententia dicit poſtea. Sed tu ſerua contrarium, vt nunquam ex ſola fama aliquem torqueas, niſi ſit iuncta cum aliis indiciis, imò & ipſe Gandinus in loco citato ſubdit etiam, quòd vidit per Aſſeſſores obſeruari pro & contra, ſecundùm varias virorum, & diuerſas opiniones: ſed certè hodie apud nos indiſtinctè vtroque iure, & tam à Iudicibus ſecularibus, quàm etiam eccleſiaſticis, ex ſola fama rei non torquentur.

LIMITA IV. Propoſitam † ampliationem, vt licèt ſola 17
fama de ſe non ſufficiens ad torturam, ſit tamen ſufficiens iuncta cum aliis indiciis,ſeu coniecturis,vt per Gand.*in tit. de q.n.*39. *ad medium, verſ.Vnde ſi præter famam eſſet aliquod indicium,& d.nu.*39. *in fine,verſ.Verùm ſi præter famam,* vbi quòd tunc res non habet difficultatem.Ang.*de malef.in verbo, Quòd fama publica præced.n.*41.*verſ.Sed iuncta cum aliis,* & ibi Ang.*in addit.in princ.*vbi etiam in idem allegat Guid. de Suzza.*in tra.de malef.in rub.qualiter reus ſubiiciatur torm. pariter in prin.*Bru.*de indic.& tortu.par.*1.*q.*3.*n.*32.Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de indic.& tortu.*§.*Secundum indicium,n.*1.*in fine,ver.Cum aliis ergo adminiculis,* Iacob. Nouell.*reg.*4.*in* 1. *fallen.*Paul.Mere.*inter conſ.crim.diuerſ.conſ.*88.*n.*51.*l.*2.*in fol.* & ibidẽ Brun.*conſ.*115.*n.*52. Grat.*conſ.*57.*n.*8.*l.*2.vbi quòd hoc omnes fatentur,ſicut illum refert Clar. *in pract.* §.*fin.d. quæſt.*21.*eodem ver. Fama ſola,* ibi, *Cæterùm ſi cum ipſa fama concurrant aliqua alia adminicula,*&c. Menoch.*de præſumpt. l.*1.*quæſt.*89.*n.*28.vbi alios adducit,Bertazzo.*conſ.*320.*nu.*2. Hipp.Rimin.*conſ.*88.*n.*45.*vol.*1.*conſ.*302.*n.*5.*vol.*4.

Hinc famam,iuncta inimicitia,† indiciũ facere ad tortu- 18
ram, poſt Guid. de Suzzar. quem allegat in ſpecie ſcripſit Aug.ad Ang.*de malef.in verbo, Quòd fama publica præcedente,poſt num.*41.ſequitur Paul.Meren.*inter conſ.cri.diuerſ.conſ.* 88.*n.*51.*vol.*2.*in fol.*Blanc.*de indic.ſub n.*315.*poſt medium.*

Hinc etiam famam † iuncta fuga rei facere contra ipſum 19
indicium ad torturam, ſcripſit idem Aug. ad Ang. *de malef. vbi ſuprà,d.n.*41.Carrer.*in pract. in* 2.*tract.de indic.& tort.*§. *Secundum indicium eſt,n.*1.*in fine,* Duen. *reg.*301.*in* 4.*fallent.* Maſcar.*de proba.l.*2.*concl.*754.*n.*10.Ludo.*deciſ.cri.*17.*n.*20.

Hanc pariter famam,† iunctis minis,indicium facere ad 20
torturam poſt Guid.de Suzzar.quem allegat *in tract.de malefic.rub.qualiter reus ſubiiciatur tormentis,in princip.* ſcripſit Aug.ad Ang. *de malefic. vbi ſuprà,d.verbo, Quòd fama publ. præced.poſt num.*41.

Hinc † & indicium ad torturam ſufficientem oriri ex fa- 21
ma,iuncto dicto ſyndici, ſeu publici denunciatoris, poſt Bart.*in conſ.*186.ſcripſit idem Aug.ad Ang.*de malef.d. verb. Quòd fama publica præcedente,n.*43.*verſ.*2.*limitarem,* & ibidem affirmarunt Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de indic.& tort.*§. *ſecundum indicium,n.*11.Brun. *de indic. & tort. par.*1.*q.*3.*nu.* 32.*ad finem,verſ.Item limitat.* niſi cum fama concurreret dictum ſyndici,Blanc.*de ſyndic.ad l.fi.ff.de quæſt.n.*315.*ver. Et idem Bart.*Plot.*de in litem iuran.*§.54.*n.*15.*verſ.quintò fallit,* Duen.*reg.*300.*in* 6.*limitatione,& reg.*301.*in* 2.*limit.* Matth. de Affli.*in c.*1.*in* 4.*notab.nu.*35. *de pace iuram.firman.in vſib. feudorũ,*Grat.*conſ.*126.*n.*17.*vol.*1. Conrad. *in pract.tit.de negat.cri.& torm.n.*24.*circa medium, verſ.*19. *Fama publica,fol. mihi* 294.*col.*1.Maſc.*de prob.l.*2.*concl.*754.*n.*25. Menoch.*de præſumpt.l.*1.*q.*89.*nu.*35.Franc.Perſonal.*in tract. de indic. & tortu.n.*49.*ad fin.*& dixi *infrà,q.*52.*n.*177.ex quibus ſine dubio dici poteſt,hanc illationem fuiſſe communiter * à Do- *
ctoribus receptam;addo & Ludo.Peguer.*dec.cri.*17.*n.*19.

Hinc † demũ famam alicuius dilecti in ſpecie,iuncta ma- 22
la inquiſiti fama, in genere indiciũ etiam producere ad torturam ſufficientem,poſt Gand. quem allegat *in tit.à quo,vel à quibus poſſit fama,&c.num.*12.*per totum.*vbi latè affirmauit Aug. ad Ang. *de malef.vbi ſuprà,d. verb. Quòd fama publica præceden.n.*44.*ver.Tertiò limitarem,*& poſt iſtos,Brun.*de ind. & tort.par.*1.*q.*3.*n.*2.*ad fi.*Fran.Caſo.*de ind.& tort.tract.*1.*c.*2. *rub.de fama reorum,n.*3.*ver.Sed ſecundùm Brunum,* Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de indic.& tort.*§. *Secundum indiciũ,n.*3.*&* 4.

Vbi † remiſſiuè,quæ in propoſito dicantur perſonæ malæ 23
conditionis,& famæ:†& ampliùs dicit,quòd iſto caſu debet 24
ex actis

ex actis, & ex processu apparere de vtilitate, & mala fama inquisiti, Plot. *de in litem iuran. §.54. n.15. ver.fallit primo,* Duen.*reg.*301. *in 3.limitatione,* vbi etiam allegat Matth. de Affli.*in c.1.in 4.notab.n.41.de pace iuramen.firm. in vsib.feud.* & Hieron.Zannetinum *in tract.de differen.vtriusque iuris,in* 109.*differentia,n.*185.Boss.*in tit.de indic.* 65.*in fine,* Simanc. *in tract.de haret.tit.*65.*n.*37. Paul.Meren.*inter consilia cri. diuersorum,consil.*88.*sub nu.*51. *&* 64.*& consil.*90.*n.*21.*vol.*2.*in folio,* Conrad.*in pract.in tit.de negat.crim.& tormen. circa modiũ,versi.*12.*&c.fol.mihi* 294.*col.*2.Bertaz.*consil.*54.*n.*4.*versi. Nec obstet,*& etiam Claud.*in addit.litera A,versi. Secundum est aduertendum,lib.*1.Franc.Personal.*in tract.de indic.& tort. n.*49.*ad medium,versi.Si reus esset vilis conditionis.*Ex quibus pariter, & sine dubio hanc eandem illationem communi-
* ter* à Doctoribus receptam esse affirmare possum, & illi addo etiam Ludo.Peguer.*decis.crim.*17.*num.*13.

25 LIMITA V. Eandem † ampliationem non procedere in fama, quæ habet ortum à personis honestis, & fide dignis: nam ex ea oriri plenum indicium ad torturam, affirmarunt Marsi.*in cons.*3.*n.*5. *& cons.*31.*n.* 5. *& sing.*97.*versi.Item limita.* Aret.*in c.veniens,n.*35.& ibidem Felin. *nu.*17. *extra de testibus,* Diaz.*reg.*333.*in secunda limitatione,* Duen.*reg.*301.*in 5.fallit.*Pau.Meren.*inter cons.crim.diuers.cons.*88.*n.*15.*in fine, vol.*2.*in fol.*Plot.*de in litem iuran.*§.54. *num.*15. *versi.Fallit* 3. Boss.*in tit.de inquisit.n.*38.*ver.Dubito tamen,* Bonacos.*comm. opin. par.* 2.*sub versi. Fama cum vno teste, fol. mihi* 28. *col.*2. Masc.*de prob.lib.*2.*concl.*753.*nu.*26. vbi ampliùs,quòd plenè probat(quod est falsum)*& concl.*754.*num.*6.*& post num.*22. Ludou.Peguer.*dec.crim.*17.*num.*18.

26 Sed certè,† hæc limitatio est contra mentem Doctorum relatorum *suprà,n.* 4. qui dum dicunt famam de se solã non facere indicium ad torturã, præsupponunt etiam quòd illa ortũ habuerit ab honestis,& fide dignis personis : alioquin si ab honestis, & non fide dignis, quæstio esset de indubitabili, cùm certum sit,talem famam non haberi in consideratione, vt dicam *infrà,num.*156. Quare sine dubio, vel limitatio est falsa, vel veriùs intelligenda non in simplici fama, sed in vehementi, & ea quæ orta fuerit ex verisimilibus coniecturis iuxta terminos sequentis limitationis.

27 Si † enim vehemens fuerit fama, ortáque fuerit à fide dignis,& honestis viris,faciet indicium ad torturam, aliter secus,vt per Boss.*in tit.de indic.& considerat.ante tortu. n.*65. *in princip.* vbi ad hoc, vt fama faciat indicium ad tortũram, non solùm requirit eius bonam originẽ,quoad personas:sed etiam vehementiã,quoad causas, & verisimilitudines,vnde orta est, & Bossium sic vt suprà dicentem retulit Mascard. *de prob.lib.*2.*concl.*754.*nu.*7.*in fine,*& ista est veritas, licèt à Doctoribus in specie non sic declaretur.

28 LIMITA VI. Ampliationem † non procedere in fama
* vehementi,quam de* se solam facere indicium ad torturam omnes Doctores vno ore fatentur,vt videre est apud Felin. *in cap.veniens,num.*15.*extra de testibus,* Alex.ad Bart.*in l.de minore,*§.*plurium,post num.*4.*litera C.ff.de quæst.*Aug.ad Ang. *de malefi.in verbo, Fama publica præceden. nu.*42. Marsi.*sing.* 97.*versi.Istud tamen,& consi.*3.*n.*6.*& in pract.*§. *diligenter,nu.* 19.*& seq.*Gram.*decis.*34.*n.*52. *& decis.*42.*n.*11.*& cons.*57.*n.* 16.Brun.*de indic.parte* 1.*q.*3.*post nu.*32.*versic. Nisi fama esset multum vehemens,*Carrer.*in pract.in* 2. *tract.de indic.& tortu. nu.*6.Fran. Cason. *de indic.& tortu. in* 8.*tractatu,c.*2. *rub. de fama,seu dicto gentium,n.*12.Duen.*reg.*301.*in* 1.*fallent.* Paris. *consil.*153.*n.*21.*vol.*4.Grat.*consi.*57.*n.*2.*l.*2.Matth.de Afflict. *in c.*1.*nu.*17. *de pac. iuram.firman.in vsib.feudorum.* Foller. *in pract.cri. in verbo, Dentur capitula,quòd suffocauit vxorem, n.* 18.*post medium,* Diaz *reg.*333.*in* 1.*limitatione,* Galeot. Maluat.*inter consil.crimin.diuers.consil.*110.*n.*1. *in* 1.*lib.in fol.* & ibidem Ioan. Turrius,*consi.*81.*post num.*48.*l.*2. & Paul.Meren.*consi.*88.*sub num.*51.*& consi.*90.*n.*8.*in fine,& n.*10.*d.l.*2. Plot.*de in litem iuran.*§.54.*n.*15.*versic.Fallit secũdò,*Conrad. *in pract.tit.de negat.cri.& tormen.n.*24. *circa mediũ,versic.*19. *&c.fol.mihi* 294.*col.*2.Boss.*de indiciis,n.*56. *in princ.*Menoch. *de arb.quæst.l.*2.*casu* 261.*num.*2.*& de præsumpt.q.*89.*num.*32. Cyrill.*in summa cri.rub.* 29.*de quæst.*§.6.*nu.*16.*fol. mihi* 155. Mascard.*de probat.lib.*2.*concl.*754.*num. septimo,* Francis.Personal. *in tract.de indic.& tortu.n.*49. Ludo.Peguer.*d.dec.cri.* 17.*num.*16.

Fama † autem quando dicatur vehemens, Iudicis arbi- 29
trio remissum est,prout ex præcitatis Doctoribus apertè affirmarunt Marsi.*sing.*97.*in fine,*Carrer.*in pract.in* 2.*tractatu, de indic.& tortu.*§.*secundum indicium,n.*7.Plot.*de in lit.iuran.* §.54.*nu.*15.*sub versi.Fallit secundo,* Boss.*tit.de indic.sub d.nu.* 65.Duen.*d.regu.*301.*in* 1.*fallent.*Gram.*dec.*34.*n.*53.Io.Mar. Monticell.*reg.*2.*n.*13.*ver.*18.*&c.* Menoch. *de arbit. q. d.casu* 261. *n.*3.*l.*2.*& in tract.de præsumpt.q.*89. *nu.*33.*l.*1.Masc.*de prob.lib.*2.*d.concl.*754.*n.*7.Ludo.Peguer.*d.dec.crim.*17.*n.*17.& est de mente Rotæ,coram Robustero,*decis.* 82.*post num.* 3. *parte* 1.*inter diuers.*

Verùm, quia hoc Iudicis arbitrium non debet esse abso- 30
lutum,sed à iure regulatum, idcirco vt bene Iudex cognoscat regulas,quibus moderari oporteat eius arbitrium, subiicio in proposito infrascriptas conclusiones.

Prima sit conclusio, † quòd fama nunquam dicitur vehe- 31
mens,quando illa habuit ortum à personis non honestis, & non fide dignis,vt in terminis adnotarunt,Boss.& Mascard. quos retuli *suprà,n.*27.& faciunt generaliter scripta *infrà,n.* 156.*& num.* 270. vbi posui numerum testium minimè supplere illorum inhabilitatem in probatione famæ.

Secunda sit conclusio,† quòd ad hoc,vt fama dicatur ve- 32
hemens,attendũtur causæ originis ipsius famæ,vt mox subiiciam, non autem numerus personarum. Nam si fama ortum habuerit à mille personis,& nulla appareat causa,vnde talis fama orta est, nõ vtique est habẽda in consideratione, & consequẽter minimè indiciũ faciet ad torturam,sic pulchre scriptum reliquit Franc. Cason.*de indic.& tortur.tract.* 8.*c.*2.*rub.de fama,seu dicto gentiũ,n.*12.*versic.hæc autẽ opinio, & n.*13.*&* 14.vbi allegat illud Exod.*c.*22.dum dicit, *Nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies,* Iudex enim debet considerare isto casu, non quia dicitur, sed vnde, à quibus,& quid,& quale dicitur, ne contingat,quod exemplo etiam pernicioſum est, cùm magni sanctique viri vulgi opinione perierunt, & trucidati sunt,Christúsque noster Redemptor populi voce crucifixus est:quare ad hoc,vt fama dicatur vehemens, faciátque contra diffamatum indicium ad torturam, non est attendendus numerus personarum, vt bene etiam ex Simone de Prætis, quem allegat, *in cons.*104.*n.*18.*& cons.*105.*n.* 13. animaduertit Claud. *in addit.ad Bertaz.in consil.*162.*litera C,in fi.l.*1.expressè dicens, quòd fama,etiam per decem testes probata, non facit indicium ad torturam,sine adminiculis,&c.

Tertia sit conclusio, † quòd fama an dicatur vehemens, 33
vel non vehemens, attenduntur causæ, & coniecturæ, ex quibus orta est:si .n.tales causæ erunt verisimiles,graues,& vrgentes, tunc vehementem inducent famam, & ad torturam sufficientem:secus si leues, inuerisimiles,& friuolæ, vt per Salic.*in l.ea quidem,ad finem, post n.*148. *C.de accusat.* & Blanch. qui bene declarat, & exemplificat hanc conclusionem,*in suo tract.de indic.ad l.fi.ff.de quæst.n.*313.*versi. Sed an faciat indicium,& versi.Exemplum,dico testes.&* 315.*vers. Nam si ex causa, & vers. Vnde si erit causa leuis,* Gram. *consi.* 42.*n.*16.Fran.Cason.*de indic.& tortu.trac.*8.*c.*2.*rub.de fama, seu dicto gentiũ, n.*9.Cyrill.*in summa crimin.rub.* 29.*de quæst.* §.6.*nu.*16. *fol.mihi* 156.*col.*1.Felin.*in c.veniens,q.*15.*extra de testibus,*Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de indic. & tort.*§.*secundum indicium, nu.*10. Plot.*de in litem iuran.* §.54.*n.*15.*ver. Fallit sextò,*Follet.*in pract.crim.in verbo, Dentur capitula,quòd suffocauit vxorem,num.*28.*vers.Imò,si bene inspiciantur Doctores, & versiculo exemplum,duo testes,&c.*

Quarta † sit conclusio præcedentis tertiæ cõclusionis am- 34
pliatiua,quòd si fama fuerit nuda,non scil.orta ex aliqua verisimili,& probabili causa,vel quatenus ex aliqua causa originẽ habens:ea tamen causa,vel non fuerit probata,vel appareat falsa,& tũc eo casu fama nõ dicitur vehemẽs,nec faciet indicium ad torturã,vt per Foll.*in prac.cri.d.ver. Dentur capitula, quòd suffocauit vxorem, n.*28.*prope fin.*ibi,*nisi ex pòst fuerint probatæ causæ,&c.& n.*36.& ante eum Blanc.*de indic. ad l.fi.ff.de q.n.*313.*ad medium versi.Si verò vltra famã, & ad finẽ n.*ibi,*licèt ex pòst probatæ fuerint causæ,&c.* Plot. *de in litẽ iuran.*§.54.*n.*16.*vers.Fallit sextò,*& faciũt, quæ infrà generaliter dicam,*n.*153.vbi probabo famã haberi pro vana populi voce, & non esse habendam in consideratione, quando ex nulla præcedenti verisimili causa,& coniectura orta est.

His

35 His†iactis conclusionibus,ex quibus apparet famam non dici vehementem,nec indicium facere ad torturā, nisi probetur,quòd ortū habuerit ab aliqua verisimili, & probabili causa,seu cōiectura,infertur necessariò, propositam limitationem,quæ famam vehemētem indicium facere ad torturam contendit, superfluam quodammodo esse,vel saltem non aliquid noui inducere, vltra ea, quæ posui *in 4.limitatione suprà,n.17.& seqq.*vbi dixi fam am facere indicium ad torturam, quando est adminiculata aliquo alio indicio, seu coniectura: vbi enim fama habet ortum ex aliqua verisimili,& probabili causa,tunc non est sola, & simplex fama,sed adminiculata:ideo iudicio meo stantibus prædictis declarationibus,quæ in se verissimæ sunt,tantum est dicere:*famam vehementem facere indicium ad torturam*: quantum dicere: *famam adminiculatam facere indicium ad torturam*, cùm non possit fama dici vehemens, nisi etiam fuerit adminiculata, per præallegata, & sic materia propositæ quartæ limitationis videtur eadem cum ista.

36 SVBLIMITA, Et † generaliter, omnes prædictas limitationes, in quibus dixi famam facere indicium ad torturam, vt procedant, dummodo habeat omnes illas circumstantias,& qualitates, quæ ad famæ essentiam requiruntur, & de quibus dicam in sublimitationibus propositæ principalis regulæ *infrà,num.* 153.*& seqq.* Item dummodo sit plenè,& legitimè probata,iuxta ea, quæ pariter dicam *infrà,in tertia inspectione,num.*308.*& seqq.& non aliàs*, &c.

37 LIMITA I. Propositam † principalem regulam, sic vt suprà ampliatam, vt licèt fama præsertim in criminalibus non faciat plenam probationem, immò, nec iudicium ad torturam, bene tamen facit indicium ad inquirendum, vt per Sali.*in l.ea quidem,n.* 137.*C. de accusat.* Alex. *in addit.ad Bart.in l.de minore,§.plurium,post num.*30.*ff.de quæst.*Felin. *in c.veniens,n.*14.*ad finem, vers. Vnde sufficit sola fama,extra de test.*allegat tex.qui multùm bene authoritate sacrarum literarum hanc probare videtur limitationem, *in cap. qualiter, & quando,il secondo,de accusat.* Bal.*cons.*438.*ad euidentiam, col.3.circa finem,lib.*5.Aym.*consil.*41.*n.6.*Franc.Cason. *de indic.& tortur.tract.*8.*c.*2.*rub.de fama,seu dicto gentium, n.6.& n.*10.Foll.*in pract.cri.in verbo,dentur capitula, quòd suffocauit vxorem,num.*37.*ante fin.*Boss.*tit. de inquisit. n.*27.*in fin.*Brun. *inter consilia crim.diuers.consi.*115.*num.*53.*vol.*2.*in fol.* Duen. *regul.*300.*in tertia limitatione,*Nouell.*reg.*4.*in prin.*Conrad. *in pract.§.fi.q.*21.*vers. Fama sola, in prin.& q.*20.*ver. Ad inquirendum,*Menoch.*de præsumpt.lib.*1.*q.*88.*n.* 16. Mascard. *de prob.lib.*2.*concl.*754.*num.*19.*& concl.*613.*num.*2.

38 Vbi † ampliat, etiam quòd testes non dicant se audiuisse à maiori parte populi, & quòd sufficit non solùm ad inqui-
39 rendum,† sed etiam ad capturam,& ita concordantes adducit, quod & affirmauit etiam Brun. *inter consilia crimin. diuers.dicto consi.*115.*eod.n.*53.*l.*2.an autē fama nō præcedente possit inquisitio formari,dixi *in* 1.*l.tit.de inquisit.q.*9.

40 AMPLIA Hanc primam limitationem,† vt fama sufficiat non solùm ad inquirendum generaliter, & sic ad assumendum informationes super delicto, sed etiam ad inquirendum specialiter, & sic ad transmittendum reo citationem, & inquisitionem,vt per Clarum *in prac.§.fi.q.6.in fin.princ.* vbi expresè dixit, quòd si ex dictis testium resultet probatio famæ contra aliquem,tunc specialiter Iudex contra eum inquirit, & ad vlteriora cōtra eum procedit,vel per citationem, vel per capturam, quod & iterum affirmauit idem Clarus *in d.q.6. vers. Successiuè quæro,ad fin.*vbi ex Mariano Socino quem allegat *in c.qualiter,& quando,il* 2.*post n.*212.
* *ver.*70.*Quæro,&c.* dicit cōmuniter* seruari,quòd assumptis informationibus super fama delicti, si reus est præsens,examinatur,& interrogatur: si verò est absens citatur,vt compareat ad se defendendum:addo & Menoc. *de præsumpt.l.*1. *q.*88.*n.*16.*&* 17. vbi quòd fama facit indicium non solùm ad inquisitionem generalem,sed etiam specialem.

41 Verùm sicut hanc ampliationem † minimè vnquam seruatam vidi apud bonos, & graues Iudices:ita etiā nec in iure veram credo:nā citare, & inquirere reum specialiter nō est res modici præiudicij,sed grauissimi, quia si citatus reus non compareat,condemnatur, & condemnatus, si capiatur, absque alio decapitatur,iuxta latè per nos tradita *in* 1.*l. qu.* 11.vnde ad inquisitionem hanc specialem formandā, cùm de graui præiudicio agatur,grauia requiruntur indicia, vt etiam deduxi *d.*1.*lib.tit.de inquisit.q.*12 *n.*48. solā autem, & nudam famam non graue indicium reputari credo: ideo ad inquirendum specialiter sufficiens: certa enim est, vt sup. firmaui, regula, quòd sola fama ad condemnandum non sufficit: ergo nec debet sufficere ad inquirendum specialiter,cum ex speciali inquisitione reo non comparente Iudex deueniat ad condemnationem,per regulam,† quòd prohi- 42
bito vno,censetur prohibitum omne illlud, per quòd deuenitur ad illud vnum,*l. oratio, ff.de sponsal.c. cùm quid prohibetur,de reg.iur.in 6.l.cùm lex,ff.de fideiuss.l.legem,in fin. C. de natur.liber.* Put.*dec.*7.*n.*3.*l.*3.Ceph.*cons.*63.*n.*7. *l.* 1.sic nempe per hanc rationem ex sola fama non posse cōtra contumacem ferri sententiam condemnatoriam, reperio in facti contingentia consuluisse Ceph.*in cōs.*124.*n.*74.*l.*2.quem in proposito refert,& sequitur Flam.Cartar.*in tra.de exeq.sent. c.fin.post n.*75.& aduertatur quòd Clarus suprà ex aduerso allegatus *in d.q.6.in fine,princip.*non dicit simpliciter,quod ex fama Iudex specialiter inquirat, & citet diffamatum,sed quòd ad vlteriora procedat, vel per citationem,vel per capturam, iuxta qualitatem indiciorum, & sic tacitè videtur requirere alia indicia vltra famam.

Quare, † vel ampliationem minimè veram dicas, vel 43
eam declara procedere non in sola, & nuda fama, sed in ea, quæ processerit ex aliqua verisimili causa, & coniectura in actis probata,& verificata *suprà,nu.*33.*& seqq.*& propterea cauti Iudices, quando aliud non habent,nisi famā, videntes illam solam non sufficere ad formandā,& transmittendam inquisitionem, relaxant cōtra reum mandatū de capiendo, quia ad hoc fama sufficiēs est,vt dixi *suprà,n.*39.& eo capto illum examinant,& interrogant,iuxta communem*practi- *
cā,*de qua suprà,n.*40.si verò capi non potest,quia aufugerit, seu aliàs se occultauerit, fit de hoc relatio apud acta, quo casu dicitur constare de eius fuga, & tunc tutè procedunt ad formandam, & transmittēdam inquisitionem,quia fama, iuncta fuga,non solùm sufficit ad sic inquirendū, sed etiam ad torturam,vt suprà dixi,*nu.*19.& est optima practica, secundùm Clar.*in pract.§.fi.q.*20.*vers.ad formandam,in fi.&c.*

SVBLIMITA Hanc † primam limitationem, vt tunc 44
demū fama faciat indicium ad inquirendum,dummodo ortū habuerit à fide dignis viris, aliter secus. Sic enim in specie vltra generaliter tradita *infrà,n.*156. scripserūt Gandin. Aret.& Dec. *in locis citatis* per Bossiū *in tit. de inquisit.n.*38. *in prin.*refert Mascar.*de probat.l.*2.*concl.*754.*n.*21.& videtur text.apertus *in c. qualiter,& quando, il* 2. vbi, *Non quidem à maleuolis,& maledicis:sed à prouidis,& honestis:extra de accus.*

Et † licèt idem Boss.*d.n.*38.*vers.Debito tamen.*videatur du- 45
bitasse de hac sublimitatione,ea ratione,quia quando habet ortum à fide dignis,tunc fama non solùm facit indicium ad inquirendum,sed etiam ad torturam, vt tenent suprà relati Doctores,*n.*25. ergo ad inquirendum debet sufficere,etiam quòd non habeat sic bonā originem, cùm ad inquirendum leuiora sufficiant indicia,quàm ad torturā,vt dixi: *in* 1.*l.in* 1. *tit.de inquisit.q.*1.*n.*47.† Non per hoc tamen ab ea recedas, 46
quia,vt sup.dixi,*n.*26.secund.veriorem opinionē,fama sola non facit indicium ad torturam,etiā quòd habuerit ortū ab honestis,& fide dignis personis.† Et nihilominus idē Boss. 47
*vbi sup.n.*39. fatetur, quòd quando constaret,famam ortum habuisse à maleuolis,& non fide dignis viris:tūc nec etiā ad inquirendū sufficeret,& Bossium sic,vt suprà dicentem,refert Masc.*d.concl.*754.*n.*22.*in fi.ver. Si tamē.*† Et sic reuera 48
opinio Bossij est, quòd fama orta à nō fide dignis viris non faciat indiciū ad inquirendū,sed quòd in dubio, nisi contrarium probetur,præsumatur famā fuisse ortam à fide dignis, non autē à maleuolis,& dicit verum,prout etiam consuluit Iustin. Bōdenar. *inter cons.cri.diuers.l.*2.*cōcl.*54.*n.*45.*in fol.*& videtur de mēte gl.*in d.c.qualiter,& quādo,il* 2.*in verb.à maleuol.extr.de accus.*& dicā *infrà,nu.*162.*& seq.*Potes etiā dicere,†& ista est melior resolutio,iudicio meo, quòd ad inqui- 49
sitionē generalē,& sic ad assumēdū informationes super delicto,fama sufficit:etiā quòd ortū habuerit non à fide dignis viris:secus ad formādā,& trāsmittēdā inquisitionē specialē, iuxta ea,quę in simili dixi *sup.n.*41.*& seqq.*& ita practicatur.

LIMITA II.Eandem regulam,† vt licèt fama non faciat 50
plenā probationem, bene tamen adminiculatur, & adiuuat

alias

alias probationes,tex.est *in lib.3.§. eiusdem quoque principis*, ibi,*alios vti consentiens fama confirmat*.& ibi gl. *in verbo,confirmat,ff.de testibus*, & per illum textum hanc firmarunt limitationem, Bart. *in l. de minore, §. plurium, num.30. versi. Alij videntur dicere, & versi. Sed licèt non probet, ff. de quæst.* Marsil.*in d.§.plurium,n.64.* Gandin. *tit.de quæst. post n.* 39.Fran.Cason.*de indic.& tortu. tract.9.c.2. rub.de fama, seu dicto gentium,n.10.*Gram.*consi.42.n.15.* Ang.Aret.*inter consilia criminalia diuersorum, cons.71.nu.26. vol.1.in fol. & inter eadem consilia,*Ferrans Gargiare.*consil.126.num.80.l.2.* Ioan. Turrius *consil.81.n.50.d.l.2.*Boss.*de inquisit.n.37.*Mascard. *de probat.l.1.q.11.n.6.in præfatione,& lib.2.conclus.748.nu.9. & conclus.753.n.5.*Petr.Ant.à Petra *in tract.de fideicom.q.13.n.* 136.sed quantum operatur ista adminiculatio, seu adiuuatio famæ, an scilicet inducat,iuncta cum aliis, plenam probationem,dixi *infrà,in 4.limitatione,& seqq.*

51 LIMITA III. Quia† licèt fama non inducat plenam probationem, tamé transfert onus probandi contrarium in aduersarium,vt per Gand.*in rub.qui ad famæ probationē debent, & possint de iure admitti,n.16. ad finem,* vbi refert sic dicentem Marc.de Fano,Franc.Hercul.*in tract.de negat.num.* 15. Ceph.*consi.540.n.24.vol.*4. Masc. *de prob.l.2.concl.653.n.28.*

52 Si † hæc limitatio esset vera,vtique esset magna,& notabilis : sed certè eam minimè veram credo,quia non reperio legem hoc dicentē,aut quomodolibet inferentē,vt id,quod à fama diuulgatur,verum præsumatur,quo casu ex hac iuris præsumptione onus probandi contrarium transferetur in aduersarium,iuxta tex.*in l.generaliter,§.si petitum,ff.de fideic. libert.*cum aliis per eundem Masc.*de probat.l.3.concl.* 1122. *n.2.& seqq.* Sed bene reperio in criminalib. quòd fama non solùm non facit probationem, sed nec etiā indicium ad torturam,vt sup.deduxi:in ciuilib. autem,vt mox dicam,vix facit semiplenam probationem ,sed semiplena probatio non habet hunc effectum transferendi onus probandi contrarium in aduersarium:ergo nec fama,& ista est veritas.

53 Nec † obstent authoritates in contrarium allegatæ,quia Gandinus primo loco citatus nihil pro ea opinione, quam refert fuisse Mar.de Fano, allegat,Parisius autē,& Alex. per Herculanum citati loquuntur in valde diuersis terminis, Alexander scil. loquitur in antiquis,quo casu sine dubio fama plenè probat regulariter, vt infrà,demonstrabo,*n.106.* Parisius autem loquitur non in fama in specie alicuius rei, vel delicti, prout sunt termini huius inspectionis, sed in mala fama in genere,quæ hoc ideo transfert onus probandi contrariam bonam famam in aduersarium, quia iure statutum est,vt *semel malus semper præsumatur malus in eodem genere mali*,& propterea,vt inquit Paris.eo loci,& nos *infra,n.* 298.dicemus etiam : bonus licèt quis regulariter præsumatur,& non malus,hoc non procedit, vbi quis fuit aliàs malus,quia per mali præsumptionem cessat bonitatis præsumptio.Pariter nec obstat tex.*in c.illud,§.verū,extra de præsūpt.* cū aliis allegatis per Ceph.*in d.cōs.*540.*n.24.vol.*4.Quia tex. ille, vt ex eius lectura apparet, loquitur in probatione matrimonij non per solam famā, sed iunctā cum diutina cohabitatione,contractibus matrimonialibus,ac aliis adminiculis,quo casu non est mirum, prout etiam & nos infrà dicemus,*nu. 86. & seqq.* si plenè probat, nedum transfert onus probandi in aduersarium, & ita etiam in probatione filiationis,legitimitatis,seruitutis, libertatis, ex quasi possessione,tractatu, communi reputatione,ac aliis adminiculis, loquuntur Alex.*consi.51.n.3.l.1.*allegatus per Mascar. *d.concl.* 753.*n.28.*ac alij per Ceph.*vbi suprà* relati,qui termini sunt valde diuersi à proposita generali limitatione, & particulariter de probatione filiationis dicam *infrà,num.94.& seqq.*

54 LIMITA IV. Dictam † regulam,vt licèt fama non faciat plenam probationem,bene tamen facit semiplenam,secundùm glossas relatas per Bart.*in l.de minore,§.plurium,ver.Et alibi gl.ff.de q.*& per Feli.*in c.veniens,n.12.extra de testib.* vbi alios adducit antiquiores,Dec.*in dict.cap.veniens,d.n.24.*vbi * testatur de communi * opinione, & respondet contrariis, *& in c.1.36. & ibid. addentes, litera B.* vbi quòd non solùm est communis opinio,sed & quod in practica seruatur,Ias.*in l.admonendi,n.242.versic.Tangit etiam.ff.de iureiurand.* Soc. *regul.144.in prin.*Carret.*in pract.crim. in 2.tract. de indic. & tort.§.Secundum indicium,n.1.* Marsi.*in d.§.plurium,post n.63.* & *n.108.* Contrad. *in pract.in tit.de testib. §.dicta testium assumendo,n.54.post medium,vers. Sed hanc limitationem,& vers. Secundā conclusionē,fol.142.col.1.in prin.* Castr.*inter cons.crim. diuers.cons.48.n.38.vol.1.in fol.*& ibidem Laurent. ab Occa. *cons.60.n.56.vol.2.* vbi de*communi, de qua testatur etiam * Ioan.Baptist.Villalob.*in suis com.opin.ver.Fama,n.6.*Viui. *in versi.Fama,in princip.*Fran. Turza. *opin.57.* Blanch.*de indic. ad l.fi.ff.de quæst.n.314.*Natta *cons.460.n.19.vol.2.* Ceph.*cons. 443.n.28.vol.3.& consil.435.n.6.eod.vol.* Bonacos. *in comm. opin.parte 2.sub ver.Fama cum vno teste,*ibi, *& licèt etiā famæ,* Hippol.Rimin. *consil.6.n.44.vol.1. & cons.363.n.148.vol.* 4. Hieron.Mago.*decis.Lucen.46.n.14.*Mascar.*de prob.l.2. concl.* 753.*num. 6.in princ.*vbi etiam de communi,* & practicata * opinione,Caputaq.*decis.208.n.7.par.2.*Rota coram D. Robusterio *decis.82.nu.1. in princ.par.1.inter diuers.* & hinc famam cum vno teste, plenam inducere probationem dicam *infrà,num.73.& seqq.*

Contrarium, † quòd fama non facit semiplenam proba- 55
tionem,affirmarunt Dyn.Ioan.Andr.Ioan.de Anan.& Abb. relati per eundem Felin. *d. cap. veniens, n.11.ver.Sed contra istam conclusionē,* & rationibus cōtrariis respondet Dec.*in d. c.veniens,n.23.extra de testib.*concurrit Rota *dec. 19.in fi. de præben.in nouis,*vbi expressè dixit, quòd sine adminiculis fama non facit plenam,nec semiplenam probationem.

In † hac contrarietate reperio Bart.*in l. De minore,§.plu-* 56
*rium,n.30. in fine,versic. Sed facit semiplenam,ff. de quæst.*dicentem,quòd debemus considerare illa indicia,& illas præ. sumptiones , ex quibus fama traxit originem , qualiter vrgeant , & secundùm illam qualitatem famam facere semiplenam probationem , vel non facere , hæc fuerunt verba Bart.eo loci,quem in proposito sequuti sunt Soc.*reg.144.in 1.fallent.in fine,*Felin.*in d.c.veniens,n.11.ver.Quapropter non puto securum,extra de testib.* vbi post Bart. quem allegat *in l. proprietatis,post princip.C.de probat.& in c.veritatis. in 3.col. versi. Quærit Bart.extra de dolo, & contumac.* concludit non posse in hoc dari certam doctrinam, sed in arbitrio Iudicis plurimùm versari attenta qualitate famæ,& eius probatione,& arduitate negotij,& reliquis circunstantiis, hæc pariter sunt verba Felini eo loci , vbi etiam retenta hac distinctione respondet iuribus , quæ pro contrariis suprà relatis opinionibus hinc inde adducuntur, & Felinum sic, vt suprà dicentem , etiam referendo sequuti sunt, Marsil. *in dicto §. plurium,n.108.in fine,versicul.Tandem dicit,* Blanch.*de indic. ad l.fina.ff.de quæst.n.313.vers.Sed an faciat indiciū.*Mascard. *de prob.lib.2. concl.753.n.6.versi.hac autem opinio.*

Hæc † distinctio non placet Dec. *in dict.cap.veniens.num.* 57
*23.in fine,extra de testibus,*vbi propterea *num.24.*indistinctè & simpliciter sibi placere primam, & communem opinionem affirmat.

Quid ergo dicendum? † Nulli dubium,quòd prima opi- 58
nio affirmatiua,vt ex præallegatis apparet, magis communis*est,quàm secūda,sed non per hoc est spernenda distinc- *
tio Bart. *in d. §.plurium*, quæ in se verissima est : tum quia præsupponit famam , nec etiam facere semiplenam probationem , nisi ortum habuerit ex verisimilibus coniecturis, quod quidem receptissimum* est apud Doctores , vt infrà *
dicam *n.53.*Tum etiam quia,an coniecturæ,quibus eadem fama oritur,sint verisimiles, nec ne, Iudicis arbitrio remissum contendit,quod etiam à Doctorib.cōmuniter *admit- *
titur,vt dixi sup.*n.29.& seqq.* Quare dicere possumus,etiā dictam Bart.distinctionem esse communem,*& sic respon- *
dendo propositæ dubitationi concludo, famam facere semiplenam probationem,dummodo tamen ortum habuerit ex verisimilibus coniecturis , de quibus standum est arbitrio Iudicis, aliàs secus , & hæc sit prima sublimitatio præsentis quartæ limitationis,&c.

SVBLIMITA II. Eandem † quartam limitationem non 59
procedere in criminalibus, in quibus cùm probationes debeant esse luce meridiana clariores,*ad l.sciunt cuncti, C.od.de probat. c.sciant cuncti, 2. quæst.*8. idcirco famam non facere semiplenam probationem, affirmarunt glo. *in c.veniens. in verbo,illorum,*& ibidem Bald.Imola,Ant.de Butr.*n.10.*Abb. *n.8.*Felin.*n.12.*Dec.*n.25.extra de testibus, & seqq.*Salic. *in l. ea quidem.n.142.C.de accusat.extra de testibus,* Blanch. *de indic.d.l.fi.ff.de quæst.num.313.*vbi de * communi,Iacob. de S. *

Georgio

Georgio *in l.3.§.eiusdem,n.10.ff.de testibus*,Cæpol.*consil. cri. 34.n.35*.Aym.*consil.41.n.6*.Duen.*reg.300.incip.Fama in cri-*
* *minalibus*,vbi pariter testatur de communi,*ex Blancho in loco præcitato,aliósque plures adducit concordantes Conrad. *in pract.in tit. de testibus,§.dicta testium assumendo,nu.54. prope finem,ver.3.Vt criminalibus,fol. mihi 142.col.2*.Bero. *in d.c.qualiter,& quando,n.78. C.de accusat.*vbi etiam de com-
* muni, * de qua pariter testatur Clar. *in pract.§. fi.q.21.vers. Fama sed*.ibi,*Fama enim in criminalibus,&c.* vbi etiam affir-
* mat, ita se habere communem * practicam, ex Salic.*in l.ea quidem,n.113.C.de probat.*& Bertran. *in cõsil. 126.n.11.lib.7.* Addo & pro hac eadem sublimitatione Michaël. Crass.qui
* etiam de communi * testatur *in suis com.opin.lib.2.c.19.q.3.* Bonacos.*in com.opin.par.2.sub versi. Fama cum vno teste*, vbi
* testatur de magis communi * opinione,*fol.mihi 28.colum.1.* Burs*at.in consil.320.n.113.vol.3*.Mandos.*in Apostil.ad repertor.inquisitorum,in verbo,Fama*,Mascard.*de prob.lib.2.concluss. 754.n.1.& 2.*vbi alios refert,Lud.Peg.*dec.cri.17.n.12.vers. nam in criminalib.*Rota coram Robustero *decis.82.n.2.vers. Tamen secus est in criminalibus, par.1. inter diuer.* & hinc famam coniunctam cum vno teste, non inducere in criminalibus plenam probationem,dicam *infrà,n.80.*

60 AMPLIA Hanc sublimitationem, † vt procedat, etiam quòd crimen excipiendo intentetur,vt post alios quos allegant,affirmarunt Felin.*in dict.cap.veniens,n.2.vers.Item amplia,extra de testibus*,& Dec.*in c.1.n.67. extra de appellat.*

61 Et generaliter, † vbi de crimine agitur ciuiliter, famam nec etiam facere semiplenam probationem, voluerunt Ias. *in l.admonendi,n.251.in fine,ff. de iureiuran.*Dec.*in c.veniens, num.28.*& ante eum ibidem Ant.de Butr. *n.10.*& Abb.*n.9. extra de testibus*,Bald.*in c.tam literis*, per illum tex.*nu.1.in 2. notab.extra de testibus*,Ioan.de Ana.*in consil.49.n.3.de testib.& in c.1.n.66.extra de appellat.* Marsil.*in l.de minore,§.plurium, n.111.ff.de quæst.* Natt.*cõs.18.post n.13.l.1*.Duen.*reg.300.in*
62 *1.ampliatione*,Masc.*de probat.l.2. concl.754.n.130.* Et† licèt hæc ampliatio dubitabilis videatur Decio *in c. veniens, eod. nu.28.vers. Ista tamen ampliatio*,eò quia quando de crimine agitur ciuiliter, non requiruntur ita strictæ probationes, sicut quãdo criminaliter;& causa criminalis ciuiliter intentata æquiparatur causæ ciuili simpliciter,*ca.per tuas,extra de simon.*cum aliis ibi per Dec.allegatis, & propterea cõtra hãc ampliationẽ aperte etiã tenuerint Imola,*in d.cap.veniens, n.* 8.& Iacob.de S.Georg.*in l.3.§. eiusdem, n.11.ff.de testib.*relati per Duen. *d.reg.300.eadem 1.ampliat.vers. Quã ampliationem*,& per Mascard.*d.concl.754.n.14.* & per Rotam coram Robustero *decis.82.n. 2.part. 1. inter diuer.*vbi ex Lanfranc. *in l.admonendi, n.41 ff. de iureiur.*sic testante,hæc opinio ve-
63 rior reputatur.† Non per hoc tamen ab ea recederem, tum
* quia iunctis allegatis *suprà,n.60.*videtur communis,* tum etiam quia eam sequitur Rota Romana,vt per Caputaquẽ. *decis.8. n. 2.par. 2.* latiùs per eandem Rotam coram Robustero *dict.dec.82.n.2.& seqq.*vbi *n.6.*ampliat,siue crimen ciuiliter intentetur agendo,siue etiam excipiendo: & nihilominus pro concordia affert duas distinctiones; vna est, vt prima opinio negatiua procedat, quando crimen, de quo ciuiliter agitur, est famosum. Secunda autem affirmatiua procedat, quando dictum crimen non infamat, vt ibi *num. 5.* ex Lanfranc. quem allegat *in l. admonendi, num. 42.ff.de iureiuran.* Altera est distinctio,vt pariter prima opinio procedat, quando fama est nuda,non vehemens,seu frequens, vel non adminiculata. Secunda autem procedat, quando fama est vehemens vel adminiculata, quia tunc inducit semiplenam probationem, etiam quòd de crimine agatur ciuiliter, vt ibidem *n.2.3. & 4.*vbi allegantur concordantes, & pro hac vltima distinctione faciunt,quæ dixi *infrà, n.82.* Addo pro eadem prædicta communi opinione aliam decisionem Rotæ in vna Imolen. Confidentiæ die Lunæ 24. Februarij 1592.coram R.P.D.Pamphilio,in qua dicitur ad priuationem beneficij crimen simoniæ, & confidentiæ etiam ciuiliter intentatum non probari per publicam famam, iuncto vnico teste. Quod idem voluit Rot. in vna Tullen. parochialis coram R. P. D. Seraphino, 28. Maij 1593.

64 SVBLIMITA III. Eandem † quartam limitationem non procedere in causa ciuili ardua, & magna, in qua fama non inducit semiplenam probationem,& cõsequenter iuncta cum vno teste de visu, nec etiam facit plenam probationem, eo quia talis causa æquiparatur criminali, ita post Bald.*n.7.*voluit Dec.*in cap.veniens,n.29. extra de testibus,& in c.1.n.67.*& ibi Aldobrand.*in addit.extra de appellat.* Duen. *reg.300.in secunda ampliatione*,Burs*at.cons.98.num.17.vol.1.* Bonacos.*in communi* opinione,par.2.sub vers.Fama cum vno* *teste*,ibi, *Et fama in causa ardua, &c.fol.mihi 28.col.2.* vbi de communi,Mascard.*de probat.lib.2.conclus.754.num.15.* Menoch.*de præsumpt.lib.1.quæst.41.num.11.*

SVBLIMITA IV. Vt † & idem, vbi agitur de dissoluen- 65
do matrimonio, quæ causa cùm grauis, & ardua reputetur, ideo fama non facit in ea semiplenam probationem, vt voluit Alex.*in cons.143.n.4.vol.2.*quem sequuti sunt Ias. *in l.admonendi, n.252.ff.de iureiur.*Dec.*in c.veniens,nu.30.& ibi in addit.litera A,extra de testib.& in c.1.n.68.de appellat.* Marsil.*in l. de minore,§.plurium,n.73.& seq.ff.de quæst.* Duen. *reg.300.in 2.ampliatione*,Mascard.*de probat.l.2. concl.753.n.* 4. vbi hanc dicit communem,* ex Burs*at.in cons.98.n.16.* *

SVBLIMITA V. Et † idem in causis,in quibus nõ defer- 66
tur iuramentum in supplementum plenæ probationis:nam & in iis fama,nec etiam facit semiplenam probationem, & consequenter iuncta cum vno teste non probat plenè, secundùm Dec. *in d.c.veniens,n.31.extra de testibus,& in c.1.n.* 69.& ante eum Bald.*n.3.extra de appellat.*Duen.*regu.300.in 3.ampliatione.*Mascar.*de proba.l.2.concl.754.n.16.*Petr.Ant. à Petra *in tract.de fideicom.q.13.n.126.& seq.*vbi ampliùs dicit, † quòd ad probationem famæ non potest deferri iura- 67
mentum in supplementum,& hoc,quia talis probatio irregularis est, ex Aym.quem allegat *in cõs.260.n.8.vol.2.*Item 68
dicit,† quòd probata fama,quæ facit semiplenã probationẽ, non per hoc potest deferri iuramentum in supplementum, ex Bald.*in c.fin.de consuet.*Dec.*in cons.37.ad finem,* Aym.*cons. 260.n.8.in prin.*& sic apparet,non solùm famam non facere semiplenam probationem in causis arduis, & magnis, seu aliis,in quibus non defertur iuramentum in supplementum plenæ probationis: sed etiam ex probatione famæ,licèt regulariter oriatur semiplena probatio, non debere deferri iuramentum. † Quæ autem sint causæ,in quibus iuramen- 69
tum in supplemẽtum non defertur, remissiuè ponuntur per Duen. *d. reg.300.sub d.3. ampliatione*, per Doctores *in d.l. admonendi, ff.de iureiur.*per Mascard.*de proba.l. 2.concl.459.* per Seraphi.de Seraph.*in trac.de priuileg.iuramẽ.priuileg.33.*

SVBLIMITA VI. Dictam † quartã limitationem,quia li- 70
cèt ad probandã excommunicationẽ,vbi non agitur de tertij præiudicio,& in foro animæ,fama admittatur pro probatione,ad tex.& ibi gl.*in c.illud,in verbo,in hoc.de cleri.excommu.ministrã.& in c.ad hæc, in verb.publicè,de postul.a.prælator.* cum aliis per Duen.*regu.299.in 15.fallent.in princ.*† vbi ta- 71
men opponitur excommunicatio ad repellendum agentem à iudicio, tunc fama apertissimis documentis probanda est, & ideo,nec plenè,nec etiam semiplenè excõmunicationem probat, & sic iuncta cum vno teste, nõ facit plenam probationem,ad tex.*in c.pia,in verbo,apertissimis documentis,de excepti.in 6.*Ant.de Butr. *in d.c.veniẽs*,& ibi etiã Feli.*n.12.vers. Et amplia, extra de testib.* itẽ Ant.de Butr.*in c. prudentiã*,*§. sexta*, & ibidem Abb.*n.11.* & Dec.*n.36.extra de offic.deleg.* idẽ Dec.*in c.ad hæc, n.48. de postulat.prælat. & in c.1.n.71.de appellat.*Iacob.de S.Georg.*in l.3.§.eiusdã,n.19.ff.de testib.*Ias. *in l.admonẽdi,n.248.ff.de iureiur.* Marsil.*in l.de minore,§.plurium,n.160.ff.de quæst.*Duen.*d.fallent.15.vers. Sed quantũ,& regu.300.in 4.ampliatione*,Mascar.*de probat.l.2. concl.753.n.* 44.*& cõc.754.n.12.*† Verũ ad hanc materiã,an,scil.& quãdo 72
fama probet plenè, vel semiplenè excommunicationẽ oppositã in vim dilatoriæ,vide Giga. *in addit. ad Dec.in d.c.1. n.71. lit.F,de appel.*Mars.*in d.§.pluriũ,n.70.*Rom.*sing.201. incip.Item quæro,an vnus testis*,& ibid.Nicol.Pignol.*in addit. & in cons.349.dum quæritur,n.4.*cum aliis ibid. allegatis per Mandos. *in addit.litera A,vers.An autem possit probari.*

LIMITA V. Huius † primæ inspectionis regulã (& hæc li- 73
mitatio venit illatiuè ex præcedẽti quarta limitatione) vt licèt fama de se sola nõ probet plenè,iuncta tamẽ cũ vno teste de visu plenam inducit probationem, vt per Felin. *in c. veniens,n.16.in fi.de testib.*Ias.*in l.admonẽdi,n.259.ff.de iureiur.* Ang.*de malef.in ver. Quòd fama publica præced.post n.41.vers.*

tene

Tene tamen menti. Gandin. *in tit. qui ad fama probat. poss. & debeant de iure admitti, n. 15. ad medium, versic. Verum si de ciuili causa tractetur,* Alex. post Imol. *in l. Gallus, §. ille casus, n. 13. ff. de liber. & posth.* Dec. *in c. 1. n. 64. de appell.* Marsil. *in l. de minore, §. plurium, n. 10. ff. de quæst.* Soc. *reg. 144. in prin.* Conrad. *in pract. rub. de testib. §. dicta testium assumendo, n. 54. post medium, versi. Sed hanc limitationē, fol. mihi 142. col. 2. in prin.* Iacob. Nouel. *reg. 4. in 1. ampliatione,* Mascard. qui alios adducit concordantes *in suo tract. de probat. l. 1. q. 11. n. 6. in præfat. & l. 2. concl. 753. nu. 11.* Ioan. Mar. Monticell. *in Repertorio testium, fol. 434. col. 2. ver. 3. & seqq.* Paul. Granut. *theorem. 22. n. 5.* Menoch. *de præsumpt. l. 1. quæst. 41. n. 4.* Hieron. Magon. *dec. Lucen. 46. n. 15.* † Et licèt contra hanc limitationem, quæ vt
74 * ex præallegatis apparet, * communiter recepta est, sensérint aliqui relati per Bart. *in d. l. de minore, §. plurium, post num. 30. versi. Et ideo dicunt isti, ff. de q.* & per Marsil. *ibid. n. 65.* † Non
75 per hoc tamen ab ea recedas, quia verissima est: nam si, vt suprà probaui, *num. 54. & seqq.* fama sola facit semiplenam probationem secundùm veriorem & magis communem opinionem: ergo iuncta cum alia semiplena probatione vnius testis de visu plenam inducit probationem.

76 AMPLIA I. Hanc † quintam limitationem, vt idem sit, si ex duobus testibus vnus deponit de visu & fama: alter verò de fama tantùm: nam adhuc coniunguntur ad faciendā plenam probationem, secūdùm Bald. *in l. Gallus in 3. notab. n. 1. in fine, vers. Et est argumentum, ff. de liber. & posthum.* vbi Alex. *n. 14.* dicit, *istud* dictum Baldi mirabile, & non alibi scriptū: & licèt postea illud impugnet tribus rationibus, de quibus ibi per eum, tamen in fine subdit, quòd opinio Baldi non habentis in hoc contradictorem, non parum vrgeret in practica, quam etiam sequuti sunt ibidē, Soc. *in 2. notab.* & Ias. *n. 7. in fine, vers. Subdit Bald.* vbi bene respondet rationibus contrariis per Alex. vbi suprà adductis, Ruin. *consil. 46. n. 11. lib. 4. & cons. 81. n. 8. & l. 5.* Marsil. *sing. 585. incip. Probationes diuersi generis,* Paris. *cons. 57. n. 23. lib. 1.* Soc. iun. *cons. 99. num. 24. lib. 2.* Viui. *in comm. opin. vers. Testis vnus deponens de veritate,* vbi suadet Baldi doctrinam in iudicando sequendā fore, tanquam * communem, Menoc. *de præsumpt. l. 1. quæst. 41. n. 5.* Paul. Granut. *theorem. 22. sub num. 5. ver. quodque quando adest vnus testis de visu, &c.* vbi testatur, ita aliàs fuisse dictum in Rota Romana in vna Toletana prætensi spolij, die Veneris 29. April. 1552. coram Capisucco, incip. primum extremum, & ita teneas, quicquid in contrarium senserint, idem Alex. & Gran. in locis allegatis per Menoch. vbi *suprà, d. n. 5. in fin.* & Hieron. *dec. Lucen. 46. n. 16.*

77 AMPLIA II. Eandem † quintam limitationem, vt pariter fama plenè probet, quando est coniuncta cum pluribus testibus de auditu, vt per Mascard. qui concordantes adducit *in tract. de probat. lib. 2. conclus. 753. num. 13.* † Licet secus
78 quando adesset tantummodo vnus testis de auditu, vt per Marsil. *in lib. de minore, §. plurium, num. 110. ff. de quæst.* quem sequitur Mascard. *d. conclus. 753. num. 12.*

72 SVBLIMITA I. Hanc † quintam limitationem sic vt suprà ampliatam, vt non procedat in omnibus illis casibus, in quibus *suprà, num. 58. 60. & seqq.* dixi famam non facere semiplenam probationem: nam & in eisdem casibus sine dubio, nec etiam iuncta cum vno teste de visu plene probat, & hoc non habet difficultatem, vt expressè loquuntur Doctores allegati, *d. n. 68. 60. & seqq.*

80 SVBLIMITA II. Vt † eadem quinta limitatio non procedat in criminalibus, in quibus sicut fama non probat semiplenè per ea, quæ scripsi *suprà, num. 59.* ita nec etiam probat plenè, iuncta cum vno teste de visu, sicuti post Cynū, & Dynū in locis per eum allegatis, affirmauit Bart. *in l. de minore, §. pluriū, n. 30. versi. Sed Dynus,* & ibidem Marsi. *n. 71. & seq.* vbi alios adducit concordantes, *ff. de quæst.* Felin. *in c. veniens, n. 12.* & ibidem Abb. *n. 8.* Ant. de Butr. *n. 10.* Imol. *n. 9.* Dec. *n. 25. & seqq. extra de testibus,* idem Dec. *in cap. 1. n. 65. de appellat.* Ias. *in l. admonendi, n. 250.* & post *n. 251. ff. de iureiuran.* Ang. *de malef. in ver. Quòd fama publica præced. n. 41.* Conrad. *in pract. in rub. de test. §. dicta testium assumendo, n. 54. ad finem versi. Tertiū vt in criminalib. fol. mihi 142. col. 1.* Cro.
* qui de communi * testatur *in tract. de testib. n. 102.* sicut illum referendo sequitur Clar. *in pract. §. fi. q. 63. ver. fi.* vbi ampliùs dixit, & generaliter, quòd in criminalibus fama coniuncta cum qualibet semiplena probatione non facit plenam probationem, per gl. *in cap. veniens, in verbo, illorum, extra de test.* quam communiter * approbatam testatur Dec. *in cons.* * 210. *circa finem.* addo pro hac eadem sublimitatione Natt. *cons. 18. n. 13. lib. 1.* Vulpell. *cons. 4. num. 7.* Bonacos. *in commu. opin pa. 2. ver. Fama cum vno teste, fol. mihi 28. col. 1.* vbi etiam testatur de communi * opinione, Hippol. Rimin. *cons. 175. n.* * 24. *vol. 2.* idem Hippol. *inter consilia criminalia diuersorū cons. 83. num. 18. & cons. 84. num. 11. lib. 2.* Arnal. Alber. *in tract. de agnoscen. assert. cathol. & hæret. q. 34. n. 8.* Vigil. Boccac. *in constitu. Marc. glos. 8. n. 100.* Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 459. num. 1. & lib. 2. concl. 754. n. 3.* Menoc. *de præsumpt. lib. 1. q. 40. num. 10. & quæst. 41. num. 9. & quæst. 98. n. 1.* Franc. Personal. *in tractat. de indic. & tortu. post numer. 50.* & habemus *decis. Caputaquen. 8. numer. 1. part. 2.* Andr. Gayl. *de pace publ. libro secundo, cap. 7. num. 14.*

LIMITA I. Præcedentem † secundam sublimitatio- 81
nem, vt procedat quoad condemnandum in pœnam corporalem, secus quoad condemnandum in pœnam pecuniariā, in quam reum conuictum ex vnico teste de visu, iuncta fama posse condemnari, voluit Menoch. *de præsumpt. lib. 1. d. q. 98. n. 3. & seq.* vbi tamen videtur loqui quando de crimine agitur ciuiliter, non si criminaliter. Et tamen quòd nec etiā possit sequi condemnatio, quando de crimine agitur ciuiliter ex fama iuncta cum vno teste de visu, eo quia nec etiam tunc fama facit semiplenam probationem, vt dixi suprà, voluit Boss. post alios quos allegat *in tit. de conuict. n. 53.* verùm hæc limitatio dependet à veritate eorum, quæ differentur *infrà, in 3. tit. de reo confesso, & conuicto, & in ea quæstione 86. præsertim n. 20. & sequentib.* in qua tractabimus, an, & quando imperfectæ probationes, ac etiam plures præsumptiones coniungantur ad faciendum contra reum plenam probationem, vbi videas, &c.

LIMITA II. Eandem † sublimitationem non procedere, 82
quando vltra famam cum teste de visu concurrerent etiam aliqua alia indicia, vel coniecturæ, & sic adesset alia plusquā semiplena probatio: nam tunc hæc omnia simul iuncta etiā in criminalibus inducunt plenam probationem, vt per Bal. *in l. si quis, §. 1. n. 4. ff. de eden.* Io. And. *in addit. ad Specul. in tit. de proba. § fi. ver. 15. ad finem,* Aret. *in c. veniens, n. 23. extra de testibus,* vbi allegat singularem, secundùm vltimū intellectū gl. *in c. præterea, de testib.* vbi probatur, quòd testes audientes commixtionem, & tergiuersationes adulteri cum adultera, iuncta fama, & aliis legitimis adminiculis, probant crimen adulterij, ad idem tex. *in l. 1. §. idem Cornelio, in fi.* & ibi Bar. *ff. de quæst.* vbi ex vno teste de veritate coniunctis argumentis fit plena probatio, facit etiam gl. & ibi Domin. *in c. 1. in ver. manifestos, de vsur. in 6.* & hanc eandem limitationē sequuti sunt Felin. *in c. veniens, nu. 13.* † & ibi etiam Dec. *n. 32.* Qui 83
tamen affirmat hoc totum esse in arbitrio Iudicis, attenta qualitate famæ, & præsumptione, quæ esset vltra semiplenam probationem, quod nec displicuit Duen. *d. reg. 300. in fi. primæ fallentiæ,* Iacob. de S. Georg. *in l. 3. §. Eiusdem, n. 13. ff. de testib.* idem affirmat idem Dec. *in cons. 103. n. 12. & in c. 1. nu. 70. de appellat.* Gram. *dec. 42.* Marsil. *in l. de minore, §. plurium, n. 76. ff. de q.* Clar. *in pract. §. fina. quæst. 63. ver. fin.* vbi testatur de communi, * Bonac. *in commu. opin. p. 2. ver. Fama cum vno* * *teste, fol. mihi 28. col. 1.* vbi etiā de communi, * Virgil. Boccacc. * *in constit. Marc. gl. 8. n. 300.* Hippol. Rim. *inter cons. cri. diuers. cons. 84. num. 12. vol. 2. in fol.* Ioan. Mar. Monticell. *in repertorio test. fol. 435. col. 1. ver. 3.* Mascard. *de prob. lib. 1, concl. 55. n. 6. & 7. & conclus. 459. num. 11. & 12. & lib. 2. conclus. 754. num. 4. & num. 24.* vbi etiam Dec. *in d. cap. veniens,* pariter Iudicis arbitrio hoc remittit: † imò *in dict. conclus. 459. numer.* 84
13. dicit, limitationem hanc procedere quoad torturam, non autem quoad condemnationem, sed hæc vltima declaratio non solùm non est vera, sed etiam contra mentem omnium præallegatorum Doctorum, qui loquuntur quoad condemnandum, & non quoad torquendum, & sola fama, iunctis aliquibus adminiculis, etiam sine teste de visu, sufficit ad torquendum, vt suprà probaui, *num. 17. & sequentib.*
† Quare non recedas à proposita limitatione, declara ta- 85
men, vt procedat, dummodo adminicula sint vrgētia, & delicto proxima, & vt sufficiat ad condemnandum in pœnam extraordinariam, secus in ordinariā, & maximè capitalem,

in quam

in quam nunquam vidi aliquem cõdemnatum ex vno teste de visu,iunctis adminiculis,& fama:nisi forsan sic ex talibus præcedentibus indiciis, & probationibus in contumaciam condẽnatus deuenisset in fortiam Curiæ:quia tunc tutè proterit sententia sic contra eum lata exequutioni mandari, vt plene tractauimus *in* 1. *lib. tit.* 1. *de inquisi. q.* 11. aliàs secus: quicquid in contrarium apud eum seruatum fuisse, testetur Ludou.Peguer.*dec.crim.*17.*n.*45.& dicam latiùs infrà *hoc eodem lib in tit.de reo confesso,& conuicto*,vbi tractabo illã quæstionem, an scilicet in criminalibus ad condemnandum habeat locum illa regula, singula, quæ non prosunt, multa coniuncta iuuant.*q.*86.*n.*85.*& seq.*vbi præcipuè generaliter tractaui,an duæ semiplenæ probationes iunctis adminiculis, sufficiant ad condemnandum criminaliter.

86 LIMITA VI. Principalem†dictæ primæ inspectionis regulam,vt non procedat, quando cum fama concurrunt alia indicia,coniecturæ seu præsumptiones: nam his iunctis fama plenè probat in ciuilibus,vt per gl. *in cap.cùm diœcesi,de vsu.*Marsi. *in rubr. de probat.n.*214. Dec.*in l.ex his,*§.25.*ff.de milit.*Paris.*cons.*10.*n.*57.*& n.*104.*vol.*1.Iacob.Nou. *reg.*4. *in* 2.*ampliatione*, Vulpel.*cõs.*118.*n.*24. vbi ampliat etiã quòd indicia & coniecturæ sint diuersi generis, dũmodo tendant ad eundem finem,Ceph.*cons.*540.*n.*25.*vol.*4. *& cons.*508.*n.*38. *eod.vol.*4.*& cons.*311.*n.*31.*vol.*3.*& cons.*435.*n.*55.*eod. vol.*3. Hippol.Rim.*cons.*217.*n.*2.*vol.*2.*& cons.*488.*n.*76.*vol.*4.Masc. *de prob.lib.*2.*concl.*753.*n.*19.*& lib.*3.*concl.*1223.*n.*22.

87 Contrarium,†quòd imò fama etiam iunctis aliis adminiculis,seu præsumptionibus non probet plenè,fuit de mente Rotæ *in ti.de exce.dec.*6.*alias* 327.*in nouis,n.*5.*in fi.in illis verbis*:tamẽ in casu nostræ quæstionis requiritur adeo exacta,& plena probatio,sed sufficit semiplena:& ideo maior pars dominorum dicebat sufficere in hoc casu publicam vocem, & famã cum aliis adminiculis,quæ habebantur in casu, seu facto proprio,& sic fuit obtẽtum.Ex quib. Rota voluisse videtur,quòd fama iunctis adminiculis sufficiat,& plenè probet, non indistinctè,& generaliter,prout loquuntur Doctores in limitatione allegati:sed tantùm in casu, in quo non requiritur exacta & plena probatio,sed sufficit semiplena:ad idem potest adduci alia decisio *in tit.de præben. dec.*16. *aliàs* 44. *in fi.in nouis*,vbi dicitur, quòd fama sine adminiculis non facit semiplenam probationẽ,tacitè sentiens, quòd cum adminiculis facit solùm semiplenã. Potest etiam pro hac contraria opinione considerari alia ratio: quia si admittimus famam plenè probare,quando est iuncta cũ aliis adminiculis,vtique sequitur necessariò, quòd semper fama faciet plenã probationẽ,cùm nunquã detur fama legitimè probata,nisi sit orta ex aliqua verisimili causa & coniectura,*vt infrà dicam*,*n.*153. & tamen famam etiam legitimè probatam non facere plenam probationem,satis probatur suprà in regula.

88 Quid dicendum?†Dico quod ad hoc, vt fama faciat plenam probationem,primò requiritur,quod orta sit ex verisimilibus causis,& coniecturis, vt mox dixi. Secundò, quod vltra dictas verisimiles causas,& coniecturas,vnde fama orta est, adsint aliæ coniecturæ, & præsumptiones. Tertiò, quòd dictæ coniecturæ, & præsumptiones, non sint indicia, seu adminicula leuia,sed graues, & vrgentes,& tales, quòd etiam de se constituant semiplenam probationem: & tunc iunctæ cum fama,sic ex verisimilibus causis orta plenam facient probationem, aliàs secus, & ita distinguendo, prout etiam video distinxisse Mascard. *dict.conclusio.*1222.*num.*23. *libro* 3. poteris has contrarias opiniones concordare, & distinctio est verissima.

89 SVBLIMITA Hanc†sextam limitationem(& hæc sublimitatio deseruiet etiam præcedenti quintæ limitationi) vt nunquam fama coniungatur cum testibus,cum præsumptionibus,seu aliis imperfectis probationibus ad faciendam plenam probationem,nisi sit plenè probata, vt per Marsi.*in l.de minore,*§. *plurium,num.*112. *& seq.ff.de q.* & per Laurent.ab Occa *inter cons.crim.diuers.cons.*60. *num.*64. *vol.*2. *in folio*, &
90 per Hippol.Rimin.*cons.*363.*n.*145.*vol.*4.† vbi ampliùs,quòd debet esse probata per testes idoneos, & discretos, de quo latiùs dicam *infrà*,*n.*210.

91 LIMITA VII. Regulam†non procedere in iis, quæ sunt difficilis probationis, in quibus fama, iunctis saltem aliquibus adminiculis,plenam facit probationem,ita post Ant.de Butr.quẽ allegat *in c.trãsmissæ,qui fil.sint legit.& in c.veniens, de testib.* voluit Dec.*in c.*1.*n.*41.*de appellat. & cons.*152.*n.*2. *vol.*5.Rom. *cons.*76.*in causa nobilis viri,n.*5.*ver.tertiò ad hæc*, & ibi Mandos.*in addit.litera L*,vbi alios adducit cõcordantes, Ias.*in l.admonendi,post n.*246.*& post n.*252. *ff.de iureiur.* Marsil.*in l.de minore*, §.*plurium,n.* 84.*& seqq.ff. de quæst.* vbi *in nu.* 90. infert ad probationem interesse,Gram.*decis.*42.*n.* 12. Iacob.Nouell.*reg.*4.*in* 2.*fallent.*Conrad.*in pract.in tit.de testibus,*§.*dicta testium assumendo,n.*54.*ver.*4.*In his,in quibus aliàs probatio est difficilis,fol.mihi* 142.*col.*1.Boss.*in ti.de partu supposito,n.*...Hier.de Monte *in tract.de finib.regen.c.*55.*n.*15. Hercul.*in tract.de negat.n.*309.*iuncto num.*311.Vbi † declarat,quòd isto casu non probat plenè,sed transfert onus probandi contrarium in aduersarium,Ioan.Mar.Monticel.*reg.* 11.*n.*12.*iuncto num.*19.Menoch. *de arbitr. quæst.l.*2.*casu* 89. *n.*87.*&* 88.*&* 93. Iustin. Bũdenar. *inter cons.criminalia diuersorum, cons.*54.*n.*28.*vol.*2. Ceph.*cons.*435.*n.*7.*l.*3.Mascar. *de probat.lib.*2.*concluf.*753.*n.*22.*& l.*3.*concluf.*1124.*n.*9. Caputaquen.*decis.*78.*n.*4.*par.*2.*& decis.*49.*n.*3.*par.*3.† vbi infert ad 93
probationem valoris,qui cùm sit difficilis probationis,ideo per famam probatur,vt ibi per eum. 92

LIMITA VIII. In † probatione filiationis,quæ cùm sit 94
difficilis probationis, hoc ideo per famam probari, probat text *in c.per tuas,in verbo,communiter, extra de probat.& in c. transmissa*,& ibi gl.*in verbo, A vicinia.qui fil.sint legit.& in l. filium diffinimus,ff.de his,qui sunt sui,vel alien. iur.* & per ista iura,hoc idem voluerunt Ant. de Butr.*in c.veniens,n.*10. & ibi Felin.*n.*3.*in fin.extra de testib.* Marsil.*in l.de minore*,§.*plurium,n.*83.*ff.de quæst.*Alex.*cons.*88.*n.*7.*vol.*7. & *consil.*51.*n.*2. *l.*1.*& cons.*90.*n.*6.*lib.*6.Gozad.*cons.*13.*n.*33.Dec.*cons.*54.*n.*3. Paris.*cons.*10.*n.*57.*& cons.*13.*n.*9.*lib.*2.Ruin.*cons.*52.*num.*18. *in princ. vol.*5.*& consil.*52.*n.* 2.*eodem vol.*5.Soc. *cons.*89.*n.*6. *vol.*1. Alciat.*respons.*6.*n.*22. Illustrissimus Card.Paleott. *in tract.de nothis,& spuriis,c.*23.*n.*2.*versic.vltimo superest*,Natta *cons.*473.*n.*14. Conrad.*in pract.in tit.de testib.*§. *dicta testium assumendo, nu.*54. *vers.*3.*limita,fol. mihi* 142.*col.*1.Duen.*reg.* 299.*n.*4.Menoc.*de arb.q.l.*2.*casu* 89.*n.*86.*& seqq.* vbi testatur de magis communi * opinione, Mascar.*de probat.lib.*2.* *concl.*753.*n.*10.*& concluf.*791.*n.*1.*& seqq.*Petr.Ant.à Petra *in tract.de fideicom.q.*11.*n.*439.*& seq.*Bursat.*cons.*268.*n.*30.vbi etiam de communi,**vol.*3.Et licèt contrarium † quòd imo * sola fama sine adminiculis non probet filiationem, voluerint Salic.Alex.Dec.Aret.Rimin.& alij relati per Pet.Ant.à 95
Petra,*vbi suprà,d.q.*11.*nu.*441. & hanc contrariam opinionem communem dixerit Illustrissimus D. Card. Alban. *in lucubrat. ad Bart. in l.*3.§.*eiusdem,n.*2.*ff.de testib.* Iacob. Nouel.*reg.*4.*in vltima fallentia*, Hippol.Rimin.iun. *in cons.*363. *n.*147.*& seqq.l.*4. & alij plerique relati per Mascard.*d.concl.* 791.*n.*5.*& seqq.*& videtur de mente Putei *in decis.*173.*n.*2. *lib.*2.Non † per hoc tamen recedas à proposita limitatione, 96
quæ, vt ex præallegatis apparet, magis cõmuniter * recipi- *
tur,& est etiã verissima,saltem ad effectum,vt transferat in aduersarium onus probandi contrarium,vt in specie sic declarant Alciat.*cons.*6.*n.*19.Franc.Hercul.qui alios adducit *in tract.de negatiua,n.*311. Petr. Ant. à Petra *d.quæst.*11.*eod.nu.* 441.*in fine,versicul. Nisi dicamus*, vbi hoc modo concordat has contrarias opiniones,Bursat.*cons.*268.*nu.*30.*vers.& dato quòd talis fama, lib.*3. verùm de hac re latiùs dicam in quæstionibus ciuilibus, in materia probationis filiationis, & ad ibi tradita me remitto.

LIMITA IX. In probatione mortis, † quam per solam 97
famam probari per tex.*in l.non omnes*,§.*à barbaris,ff.de re mil.* affirmarunt Felin. *in c.veniens.n.*8.*de testib.* Bart.post Cynum *in l.*§.*si quidem*,& ibi etiam Salic.*C.soluto matrim.*idem Bart.*in l.*2.§.*si dubitetur ff.quemad.testam.aperian.& in tract. de testib.n.*38.Ant.de Butr.*in c.in præsentia,num.*7. *de sponsal.* Præpos.*in c.*1.*n.*11.*de appellat.* Ias.*in l.cùm ea,quæ,nu.*7.*C. de transact.*Iacob.de S.Georg. *in l.*3.§.*eiusdem,n.*9.*ff.de testibus*, Marsil.*in l.de minore*,§.*plurium,n.*101.*ff.de quæst.* Gand.*in tit. quæ ad famæ probationem possint, & debeant de iure admitti,n.* 15.*ad finem,vers. Ideo tali casu*, Aym.*cons.*127.*n.*17.Dec.*in l. fina.n.*28. & ibi latè Menoch.*n.*672.*& seq.C.de edicto Diui Adria.tollen.* Duen.*reg.*296.*in nona limitat.*Conrad.*in pract. in tit.de testib.*§.*dicta testiũ assumendo,n.*54.*vers.*11. *In probanda morte,fol.mihi* 142.*col.*1. Frãc.Hercul.*in tract. de nega.post num.*309.

*num.*309. Mascar. qui alios adducit, *in tract. de prob. libr.* 2. *concl.*753 *num.*25.*&* *concl.*1070.*num.*1.

98 SVBLIMITA I. Hanc † nonam limitationem, vt procedat, dummodo fama habeat ortum ex aliqua verisimili,& non leui causa,& coniectura,aliàs secus, vt per Bartol.*in d. tract.de testibus,eodem num.*38.Menoch.*in* 4.*remed.adipiscen. possess.ad l.fin.Cod. de edic. Diui Adria.tollen.num.*672.*in fine,* cum aliis relatis per Hippol.Riminal.*in cons.*64. *numer.*7.*& seqq.lib.*1.& per Mascard.*de proba.lib.*2.*d.concl.*1070.*num.*8. qui ponunt exemplum in eo,qui intrauit in mare,& superuenit tempestas,& expectato tempore congruo, non est reuersus, & perquisitus per loca verisimilia, non est inuentus, nec nauis reperta. Idem in eo, qui in magno exercitu visus est,& sequuto, finitóque conflictu, non est inuentus, expectatúsque fuit, & perquisitus à consanguineis. Et idē in eo,qui per loca insidiosa transiturus,vtputà mercator bonæ vitæ,& diues de domo recessit, & à familia expectatus per tempora non reuertitur.His inquam & similibus casibus sequuta fama probat mortem, secus si nulla præcedente causa,vel ea quidem,& non verisimili, oriatur rumor in populo,per ea,quæ generaliter dicam *infrà,n.*153.

99 SVBLIMITA II. Eandem † nonam limitationem,vt procedat,dummodo agatur de leui præiudicio,secus si de graui. Tunc enim mors alicuius non probatur per famā, seu alias coniecturas,sed concludens requiritur probatio,vt per Bar. *in l.*2.*§.si dubitetur,nu.*1.*ff.quemad. testiam. aperiantur,* Abb.& Ant.de Butr.*in c.in præsentia, extr. de sponsal.* Alex. *cons.*187. *num.*5.*vol.*6.*& cons.*4.*n.*15.*volum.*2.Corn.*cons.*10.*n.*7.*volum.* 1.idem Alex.*cons.*117.*n.*8.*& seqq. volum.*4.Aufrer. *ad decis. Tholos.*312.*in princ.& ad dec.*316.Corset.*singul.verbo, Mors, prope finem,*Boër.*decis.*288. *in prin.* & latiùs *in fine,* Lanfran. *in c.quoniam contra,rubr.de testib.n.*185. *extra de probat.*Fran. Mar.*decis.Delphinat.*183.*nu.*2.*par.*2. Menoch.*in* 4. *rem.adipiscend possess.ad fi.num.* 672. *Cod. de edic. Diui Adria. tollen.* Franc.Herc.*in tract.de negatiua,n.*290. Duen. *reg.*299.*sub* 9. *fallent.*Cont.*in pract.in tit.de testib.§.dicta testium assumendo, num.*54.*ver.*11. *in probanda morte,fol. mihi* 142.*col.*1.Masc.*de prob. lib.*2. *concl.*1070.*n.*3.Hieron. Magon.*dec. Lucē.*44.*n.*7.

100 Alias † sublimitationes ad hanc nonam limitationem,& generaliter materiam pertractabo in quæstionibus ciuilibus,in ea quæstione,in qua agitur, mors qualiter, quomodo,& quando præsumatur,ac probetur,ille est locus suus,& ad ibi tradita me remitto.

101 LIMITA X.Regulam † non procedere in probatione nobilitatis, virtutis, seu alterius qualitatis, in qua fama sola plenè probat,Bald.*in l.prouidendum,*per illū tex. *C. de postul.* prout illū refert Fel.*in c.veniēs,n.*9.*versic. Idem quando agitur de probanda nōbilitate,*& ibidē Dec.*n.*41.*extr. de testib.*idem Dec.*in c.*11.*n.*38.*de appellat.* Ias.*in l. admonendi, n.* 246. *vers. Item nobilitas,ff.de iureiur.* Alex.ad Bart. *in l. de minore,§.plurium,post n.*30.*litera B,ff.de quæst.*Marsil. *ibidem,n.*103. Guid. Pap.*dec.*196.*&* 387.*&* *cons.*217.*num.*1.latè Tiraq. *in tract. de nobilitat.cap.*37.*num.*84.*& cap.*10.*num.*8.Duen.*regu.*299. *in* 2.*fallent.*Conrad.*in pract. in titul.de testibus,§. dicta testium assumendo,n.*54.*ver.* 13. *in probanda virtute,folio mihi* 142.*col.* 1. Caputaquen. *decis.*277. *numer.*4. *par.* 1. *& decis.*6. *part.*2.

102 † Vbi quòd Doctoratus, & omnis alia qualitas nobilitatis, virtutis,& similium, cum quibus homo non nascitur, sufficienter probatur per famam, & ita aliàs testatur fuisse resolutum in Rota in vna Pampilonen. Hospitalariæ coram D. Otadino,21.Maij 1554.addo & Mascard.*de probat. lib.*2.*cōclus.*753.*nu.*33. vbi pariter ex Bart. quem allegat,*in l.*1.*C.de*

103 *testam.*dicit,† quòd fama probat,quòd quis sit doctrina præ-

104 ditus,vel industrius,† & ibi infert, quòd licèt aliàs quis non possit doctorari non præcedenti examine, de quo *in l. neminem,C.de aduoca.diuers.iudic.*non tamen requiritur examinatio in eo,de cuius peritia constat per famam,ad gloss.*in c.de Petro,*43.*d.distinct.& in cap.Episcopi examinatio,*23.*distinct.*

105 LIMITA XI. In causis leuibus, † & modici præiudicij, vtputà in probando inopiam viri,in casu *l.si constante,ff.solu. matrim.* seu aliis similibus causis, in quibus famam plenam inducere probationem affirmatūt,post gloss.& Bald.*in l.vbi adhuc,C.de iur.dot.* & post Bar.& alios,*in d.l.si constante,*Feli. *in capitul. veniens,nu.*9. & ibidem Abb.*n.*8.*in fine,*Anton.de Butr. *num.*10.Dec.*num.*18.*& n.*40.*extra de testib.* idem Dec.

*in cap.*1.*n.*37.*& ibi in addit.litera C,de appellat.*idem Felyn. *in c.cùm oporteat,n.*7.*de accusat.*Salic.*in l.ea quidem,n.*139.*in fine,C.de accusat.*Ias.*in l.admonendi,n.*246.*ver. Itē in causis,ff. de iureiur.*Bart.*in l.de minore,§. plurium,n.*30 *ad medium,ver. Si verò fama esset probata,*& ibi Alex.*in addit.litera D,*Marsi. *n.*64.*& n.*99.*& nu.*78.*in fine,ff.de q.*Soc. *reg.*144.*in* 4. *fallen.* Præposit.Alexandrin.*in c.*1.*n.*11.*de appellat.* Afflict.*in c.*1.*§. sed quia,nu.*41. *quæ sit prima cau. benefi.amitten.in vsibus feud.* Cep.*in l.*1.*§.sed sciendum,n.*132.*ff. de ædil.edict.* Duen.*regul.* 299.*in* 5.*limitatione,*Conrad. *in pract. in ti. de testibus,§.dicta testium assumendo,num.*54.*ver.*1.*limitat, fol. mihi* 142. *col.*1.*in princ.*Beninten.*dec.Bonon.*72.*n.*6. Cepha. *cons.*443.*n.*27.*vol.* 3.Mascar.*de probat.lib.*2.*concl.*753.*n.*17.*& seq.*

LIMITA XII. In factis antiquis, † in quibus sola fama 106 etiam sufficienter probat dominium, aut aliquid aliud,etiā quòd agatur de graui præiudicio,vt per Alex.ad Bart.*in l.de minore,§.plurium,post n.* 19. *litera D,& post n.*30.*litera A,*& ibi etiam post alios,Marsil. *nu.*79. *& seqq.* vbi concordantes allegat,*ff.de q.*Dec.*in c.veniens, n.*20. *&* 21. *extra de testibus,* vbi testatur de cōmuni * opinione, licèt contrariam verio- * rem affirmet, vt mox dicam, idem Dec.*in c.*1.*n.*43.*& seqq. extra de appella.* Aym. *de antiq. tempo. p.*1.*§.viso in hac parte* 1.*huius tractatus, n.*1. *iuncto n.*3. vbi pariter de communi *fol. mihi* 126.Ias.*in l.admonendi,n.*242.*in fine. & seq.ff.de iureiur.* Barba.*in c.ex literis,in fine,extra de probat.* Soc. *cons.*86.*nu.*2. *volum.*1.*& cons.*187.*n.*5.*volum.*2.Cassad.*dec.*2.*n.*2. *de probat.* Alex.*cons.*90.*n.*1.*& n.*7.*volum.*6.Ruin.*cons.*52.*sub n.*4.*vol.*5. idem Alex.*cons.*51.*n.*4.*volum.*1.*& cons.*116. *n.*6. *volum.*6.*& cons.*24.*n.*21.*vol.*1.*& cons.*86.*n.*2.*eodem vol.*1.Anch. *cons.*310. *n.*4.*in prin.*Dec.*cons.*42. *sub num.*2. *vers. Et non mirum,* Paris. *cons.*104.*n.*20.*& seqq.vol.*1.Alba.*cons.*64.*n.*21.Boer.*decis.*42. *n.*32.Natta *cons.*235.*num.*6.*vol.*2.*& cons.*506.*num.*37. *vol.*3. Conrad.*in pract. in ti.de testibus,* §. *dicta testium assumendo,n.* 54.*ver.*2.*in antiquis,fol.mihi* 142.*colum.*1.Fran.Herc.*in tract. de negat.post numer.*309. Io. Bapt. Villalob. *in collecta suarum comm.opin.ver.fama,n.*8.*il* 1.*& n.*11.Hier. de Monte *in tra.de finib.regen.c.*55.*n.*11.*& seq.* Rol. *cons.*3.*n.*4.*vol.*1. Menoch.*de arbitr.q.lib.*2.*casu* 42.*n.*4.Alcia.*de præsump.reg.*2. *præsump.*3. *n.*3.Michael. Craff.*in commu.opin.lib.*2.*cap.*19.*q.*2. Emanuel Soarez *in suo Thesauro recept.opin.verbo,fama,num.*39.Thob. Non.*cons.*89.*n.*13. Ioa.Mar.Monticell.*in Repert. test.fol.mihi* 390.*colum.*1. *ver. primo,& colum.*2. *versi.quarto,*Cepha.*consil.* 608.*n.*53.*vol.*5.*& cons.*311.*num.*30.*vol.*3. Hippol.Riminal. *cons.*6.*n.*45. *vol.*1. Bursat.*cons.*151. *n.*28. *vol.*2. vbi etiam de communi,Masc.*de proba.lib.*3.*concl.*1124.*n.*10.Paul.Granut. *theorem.*22.*n.*3. vbi ita aliàs testatur fuisse decisum in Rota, ex Put.quem allegat *in dec.*62.*incip.*21.*Nouembris,li.*1.Petr. Ant.à Petr.*in tra.de fideic.q.*11.*n.*442.*& q.*12. *n.*30.*& q.*13. *n.*108.144.*&* 147.vbi etiam de communi,Caputaquen.*dec.* 337.*n.*8.*par.*3.vbi quòd ita aliàs fuit resolutum in Rota, & *decis.*344.*n.*3. *eadem parte.* † Et licèt contrarium, quòd imò 107 sola fama in antiquis non plenè probet, vbi agitur de graui præiudicio, afferuerint relati per Feli.*in c. veniens, num.*16. *ver.Sed contra,extra de testib.*Soc.*reg.*145.*in prin.* Dec.*in c.*1. *n.*46.*ver. Aliter tamen, extra de appellat. & in d.c. veniens,n.* 28. *&* n.22. vbi quòd hæc contraria opinio est verior, licèt prima sit communis, Corn. & alij relati per Aym. *de antiq. temp.par.p.*1.*d.§.viso in hac prima parte,n.*2.*ver. Contrarium, quòd imò sola fama*; non per hoc tamen recedas à proposita limitatione,quæ,vt vides,magis communiter*à Doctoribus * recipitur, & in Rota Romana canonizatur.

AMPLIA I.Hanc † duodecimam limitationem, vt fama 108 de præterito probet etiam dominium de præsenti,exemplū: volo probare, quòd sum dominus vnius domus, licèt nihil probem de possessione mea præsenti,ex qua arguitur dominium, sufficit probasse de dominio authorum meorum per famam in antiquis,& talis probatio sufficit secundùm*com- * munem,quā ex Dec.*in cons.*428.*& in d.c.*1. *de appellat.*tuetur Aym. *de antiq. temp.p.*1. *d.§. viso in hac prima parte,n.*4. *&* 5. vbi reprobat Abb. & Corneum contrarium tenentes, ac etiam reprobat quandam distinctionem traditam à Ripa *in l.rem,quæ nobis,num.*58.*& seq.ff.de acquiren. possess.*sequitur Thob.Nō. qui de veriori,& receptiori*opinione testatur *in* * *cons.*89.*n.*15.vbi etiā allegat Ang.*in l.Titius,ff.quib.mod.pign. vel hypoth.solu.& in l.atqui natura,§.cū me absēte.ff.de neg.gest.*

109 AMPLIA II. Eandem † duodecimam limitationem, vt multò magis fama plenè probet in factis notoriis antiquis, sicuti post gl. *in auth. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles.* voluit Soc. *reg.* 145. *in 2. fallen.* & post Ant. de Butr. *in c. 1. de fide instrum.* & Ant. *in cons. 37. col. 2. quos allegat*, idem affirmauit Dec. *in c. 1. n. 45. de appellat. & n. 46.* vbi etiam post Bald. quem pariter allegat *in cons. 73.* Dominus Thomas, *lib. 3.* dicit quòd fama antiqua notorium facit.

110 AMPLIA III. Vt † fama etiam plenè probet in factis in loco longinquo, & hoc arguendo à tempore ad locum. Nam sicut fama plenè probat ob difficultatem probationis, quæ nascitur ex longo tempore: ita pariter debet probare, si difficultas nascitur propter loci longinquitatem, prout sic arguit Ias. *in l. admonendi, n. 241. in fine, & seq. ff. de iureiurand.* Alexand. ad Bart. *in l. de minore, §. plurium, post n. 30. sub litera A*, Cyn. Bart. & alij *in l. siquidem, C. solut. matr.* Dec. *in d. c. 1. post n. 45. de appellat.*

111 AMPLIA IV. & illatiuè, † vt in antiquis fama præsertim probet confines, sicuti post text. *in c. cùm causam*, & ibi Imola *n. 5.* & Felin. *n. 9.* voluerunt idem Felin *in c. veniens. num. 9. vers. Idem in probandis confinibus antiquis, extr. de test.* Archid. *in c. inter memoratos, n. 416. quæst. 3.* Marsil. *in l. de minore, §. plurium, n. 100. aliàs 78. ff. de quæ.* Grat. *cons. 95. n. 15. vol. 2. & cons. 138. n. 21. vol. 1.* Florian. *in l. in finalibus, ff. fin. regun.* Corn. *cons. 171. n. 12. vol. 1.* Conrad. *in pr. in tit. de test. §. dicta testium assumendo, n. 54. in vers. 10. in probandis confinib.* Duen. *reg. 299. in 23. limitatione.* Hieron. de Monte *in tr. de finibus regen. c. 52. n. 16. & c. 55. n. 10. & c. 56. n. 1.* vbi ponit formam concipiendi articulos super probationem confinium per publicam vocem, & famam, Masc. *de probat. lib. 2. concl. 753. n. 46.*

112 SVBLIMITA Hanc † duodecimam limitationem, vt in proposito tempus antiquum non dicatur, nisi excedat annos centum, vt per Alex. *in cons. 12. n. 8. vol. 4.* Ias. *in cons. 148. n. 7. & 8. vol. 4.* Cagno. *in l. velle non creditur, ad finem, ff. de reg. iur.* Dec. *in c. 1. n. 47. vers. sed in contrariam, extra de appellat.* vbi * testatur de communi * opinione, Ias. *in l. cùm aliqui, circa finem, n. 7. C. de iure deliberan. & in l. admonendi, n. 246. ff. de iureiuran.* Marsil. *in l. de minore, §. plurium, n. 8. ff. de quæst.* Soc. *reg. 144. in 7. fallen.* Duen. *reg. 299. in 7. fallen.* vbi alios adduc* it concordantes, pariter testatur de communi, * de qua etiam per Ioan. Bapt. Villalob. *in suis commun. opin. lit. A, n. 106. & lit. F, n. 8.* Rip. *in l. rem quæ nobis, n. 57. ff. de acquir. poss.* vbi de veriori, & communi opinione, Hieron. de Monte, *in tr. de finib. regen. c. 55. n. 16.* Hippol. Rimal. *cons. 6. n. 44. vol. 1.* vbi etiam de communi, Natta *cons. 662. n. 15.* Osasc. *dec. Pedem. 171. n. 8.* vbi testatur de communi opinione, & de ea etiam Michael Crass. *in comm. op. lib. 1. c. 5. q. 3. & l. 2. c. 8. q. 7. & c. 19. quæst. 2. in fine*, Soarez *in suo thesauro recept. opin. in verbo, antiquum, n. 187.* Franc. Purpurat. *cons. 7. n. 15. & 16. vol. 2. cons. feud.* Aym. *de antiq. temp. in pr. n. 4.* Pet. Ant. à Petra *in tract. de fideicomm. q. 13. n. 147.* vbi etiam de communi * opinione, Paul. Granut. *theorem. 22. n. 3. in fine*, vbi allegat Put. *in decis. 77. incip. In vna Placentina iurisdictionis Castrorum, lib.* * 1. & hanc limitationem magis communiter * à Doctoribus esse receptam, testatur etiam Burs. *in cons. 151. n. 33. vol. 2. & cons. 330. n. 13. vol. 3.* & ante eum hoc idem testatus est Bertran. *cons. 41. n. 8. vol. 1. & cons. 283. n. 4. vol. 3.* secundū primam impressionem, cum aliis allegatis per Michaël. Crass. *vbi suprà, d. l. 2. c. 19. q. 2. ver. Quando autem dicatur tempus antiquum, & lib. 2. c. 5. q. 3. ver. tertio.* Nec dissentit Ceph. *in cons. 250. n. 18. l. 2.* Menoch. *de arb. q. l. 2. casu 3. n. 6. & seq.* & ita aliàs in vna Lucana Capellaniæ coram D. Augustino, die nona Decembris 1552. fuisse resolutum, testatur Caputaq. *decis. 28. num. 4 part. 1.*

113 Contrarium, † quòd isto casu, ac etiam generaliter in materia probationis tempus antiquum dicatur infra centū annos, voluit Ant. de Butr. *in c. veniens, n. 10. extra de testibus*, vbi dixit, spatium quadraginta annorum esse longissimum tempus, sequitur Alex. sibi contrarius, *in cons. 4. num. 12. vol. 2. & cons. 90. num. 8. vol. 6.* Bertran. pariter sibi contrarius *in cons. 260. n. 8. vol. 2* secundùm primam impressionem, Barb. *cons. 17. incip. Præclarè, colum. 26. volum. 2.* Chassan. *cons. 15.*
114 *n. 19.* Arer. *cons. 36. n. 6.* vbi † dixit in proposito, tempus antiquum esse septuaginta annorum, Soc. *cons. 89. num. 7. volum. 1.* Ias. *in cons. 114. vol. 1.* Syluan. *cons. 57. n. 11.* Alba. *cons. 83. n. 10.* vbi de annis quinquaginta, aliósq; plures refert Aym. *de antiq. temp. in pr. n. primo. & seqq.* Lauren. Kirchou *in commu. opin. cent. 5. concl. 24.* & latiùs Menoch. qui septem in proposito recitat Doctorum opiniones, *in tr. de arbitr. q. lib. 2. casu 3. per totum*, & dicit etiam aliquos Doctores voluisse † tempus antiquum dici triginta annorum, & etiam nonaginta, & 115
ibidem, *n. 1.* ex Butr. Hostien. Alexand. Soc. & Afflicto in locis per eum allegatis, dicit magis communem opinionem esse, † quòd id totum relinquatur arbitrio Iudicis, & post 116
istos bene hanc defendit opinionem Burs. *in cons. 151. num. 29. & seqq. l. 2.* vbi *d. n. 29.* post alios quos allegat, dicit, quòd cùm hominis vitæ cursus hodie breuis sit, nec ordinarie excedat annos 60. vel 70. idcircò tempus antiquum in proposito iudicabitur quadraginta, vel quinquaginta annorum, & testatur de communi, * ex Croto in loco per eum allegato, *
& ibidem *n. 30.* testatur etiam Rotam Romanam multoties statuisse tempus antiquum infra centum annos, ex Put. *decis. 13. de fide instrum.* & ex Ant. Aug. *l. 3. dec. 233. & 249.* & ita etiam ibidē, *n. 34.* pariter testatur per Triumuiratum Rotæ Mantuæ fuisse iudicatum, tempus 60. & 70. annorum esse antiquum, & in eo famam reputatam extitisse pro plena, & concludenti probatione, & propterea dicit in praxi crebriùs receptum, iuxta * opinionem Butrij, Hostiens. & *
Menochij, vbi suprà citatorum, quale dicatur tempus antiquum, Iudicis arbitrio remitti, considerata causa, tempore, hominū vita breui, ac personis, & hæc vltima cōtraria opinio videtur obseruata in Rota, vt per Caputaquen. *dec. 5. n. 3. p. 3.* vbi dicit, quòd secundùm obseruationem Rotæ in testibus, tempus antiquum dicitur esse vsque ad 60. annos: quod & aliàs fuisse resolutum coram Grato in vna Rauennatensi, testatur Reuerendissimus Dominus S. raphinus in decisione relata per Paul. Granut. *theorem. 22. n. 4. & 5.* vbi quòd quicquid dicat Menoch. vbi suprà allegatus, antiquitas in ista materia est sexaginta annorum, detracto tempore litis, & allegat etiam in id eundem Caputaq. *decis. 240. incip. In vna Faentina, libr. 1. in manuscriptis.*

Quid dicendum? † Prima opinio sine dubio, vt ex allega- 117
tis apparet, magis communiter * à Doctoribus recepta est, & pro ea faciunt etiam plures alij Doctores, qui dum famam in antiquis plenè probare affirmarunt, illud exēplificant in factis quæ hominum memoriam excedūt, vt videre est apud relatos per Fel. *in c. veniens, num. 16. extr. de testibus.* & per Dec. *ibidem, n. 20. in fine, & n. 21.* vbi de communi, * *& in cap.* *
1. n. 43. & seqq. & ibi in addit. litera G, de appellat. Sal. *in l. ea quidem, n. 146. in fi. C. de accusat.* Socin. *reg. 144. in 7. fallent. & reg. 143. fallent.* Rip. *in l. rem quæ nobis, n. 56. ff. de acqu. poss. f.* Duen. *reg. 299. in 7. fallent. per totam*, vbi plurès alios adducit concordantes, Viui. *in commun. opin. in vers. Fama publica regulariter semiplenam facit probationem*, vbi bene exemplificat, Hieron. de Monte *in tract. de finib. regen. cap. 55. num. 14.* vbi etiam de communi, * & plures allegat Rom. *cons. 109.* *
n. 1. ver. Hinc agitur, & ibi Mandos. *in addit. litera B*, Dec. *cons. 428. n. 2.* Michaël Crass. *in comm. opin. l. 2. c. 19. q. 2.* vbi etiam alios citat, & testatur de cōmuni, * Conra. *in pr. in tit. de test.* *
§. dicta testium assumendo, n. 54. ad finem, vers. Quartam conclusionem, fol. mihi 142. col. 2. Ioan. Maria Monticell. *in Repert. testium, fol. 389. col. 1. vers. 6.* cum aliis relatis per Mascar. *de probat. lib. 2. concl. 753. n. 7. & 8.* & per Petr. Anton. à Petra *in tr. de fideic. q. 13. n. 139. & 146.* qui etiam testantur de communi. † Tempus autem excedens memoriam hominum, 118
seu, vt alij vocant, immemorabile, vel est centum annorum, vt per Cyn. & Bald. *in l. 2. C. de seruit. & aqua.* vel secundùm crebriorem opinionem, * excedit spatium centum anno- *
rum, vt per Didac. *in c. possessor, 2. part. §. tertio, num. quinto & sexto, de reg. iur. in 6.* quos in proposito refert Menoch. *de arbit. q. l. 2. d. casu 3. num. 7.*

Verùm † hæc ratio potest in contrarium retorqueri: quia 119
licèt, vt suprà, crebrior sit opinio, * tempus immemorabile *
dici illud, quod per spatium cētum annorum excedit, verior tamen est altera opinio, quòd sit minùs centū annorū, prout eam defendit Aym. *de antiq. temp. in 4. part. principali, 2. par. num. 2. & 3.* prout illum referendo sequitur Men. *de arbitr. q. d. casu 3. n. 7. vers. 2. Quia verior, lib. 2. & in 2. respons. causa Finarien sis, artic. 4. n. 74. post remedia recuperan. possess.* ideò
si fama

si fama sola probat in antiquis,quæ excedũt hominum memoriã,ergo probat etiam quòd simus infra centum annos.

120 Pro † concordia posset forsan dici secundùm Aym. *de antiq.in princ.num.6.* quòd prima opinio, volens tempus antiquum non esse minus centum annorum,procedat,quando agitur de graui præiudicio : secunda autem, quæ contenta est minori tempore, procedat, quando agitur de modico præiudicio : non tamen ita modico, vt etiam in facto de recenti fama inducat plenam probationem, vt suprà probaui, *num.* 105. *in* 11. *limitatione :* sed quando præiudicium esset alicuius considerationis,non tamen multùm graue,quod totum in arbitrio Iudicis videtur positum, vt ibi per Aymonem,quem sequitur Lauren.Kircou.*in commun. opin. Cent.5. concluſ.24.in fine*,vbi exemplificat.

121 Item posset dici, † quòd quando sumus post centum annos,fama plenè probat : quando verò sumus infra centum annos,fama licèt non plenè probet,probat tamen plùs quàm semiplenè,vt post Fulgos.*in consſ.*154.voluit Dec. *in cap.*1.*n.* 47.*in fin.versſ.Sed quod dictum est de* 40.*annis*,sequitur Aym. *de antiq.temp.in princ. n.5. versſ. Placet tamen opinio Decij*,nec dissentit Bursat.*dict.consſ.*151.*n.*31.*lib.*2.

122 Et † istæ distinctiones licèt rationales videantur, tamen pro resolutione dicas, quòd etiam, quòd agatur de graui præiudicio,fama in antiquis,& infra centum annos probat non solùm plùs quàm semiplenè, sed etiam plenè, secundùm opinionem magis seruatam, & in Rota canonizatum, de qua *suprà, num.*113. *& seqq.* licèt, vt præfertur,contraria sit magis communis.

123 LIMITA XIII. Huius † primæ inspectionis regulam, vt non procedat,quando ob publicum fauorem, lex præfert communem opinionem veritati;nam tunc fama plenè probat,vt in casu *l.Barbarius,ff.de offi.prætor.& in l.*1.*C.de testam. & in l.si arbiter,C.de sentent. & in l.*3.*ff. ad Macedo.*in quib. iurib.non requiritur veritas, sed sufficit communis opinio, & reputatio, iis inquam casibus fama plenè probat, vt per Bart.*in l.de minore,*§.*plurium,n.*30.*versſic. Mihi autem videtur sic dicendum*,Felin.*in c.veniens,num.*7.*versſic. Item versatur*,& ibidem Abb.*num.*8. *versſic. Quædam sunt,in quibus, extra de testibus*,Salic.*in l.ea quidem,n.*144.*in fine*,*Cod. de accusat.*Soc. *reg.*144.*in* 9.*fallent.*Marsil.*in d.*§.*plurium, n.*104. *aliàs* 82.*in fine*, Duen. *reg.* 299. *in* 2. *limitatione*, Mascar. *de prob.lib.*1. *concl.*753.*n.*15.vbi etiam allegat Illustrissimum Card.Alba. *in lucubra.ad Bar.in l.*3.§.*eiusdem,n.*5.*ff.de testib.*

124 LIMITA XIIII. Eandem † regulam non procedere,quãdo communis opinio tribuit ex eius verbis certum intellectũ, aut quid aliud potest inducere, vt in probatione communis vsus loquendi,*& in casu l.Labeo ff.de supellectili legat.& in l. cùm de lanionis,*§.*asinam,ff.de fundo instruct. & instrument. legat.*tunc enim fama facit plenam probationem, vt per Abb. *in c.veniens,n.*8.Ant.de Butr.*n.*10. Fel.*n.*7.*versſ. Fallit in casibus,extra de testib.*Soc.*reg.*144.*in* 5.*fallen.*Marsil.*in l. de minore,*§.*plurium,num.*104.*aliàs* 92. *in princ.ff.de quæst.* Conrad. *in pract.in rubr.de testibus,*§.*dicta testium assumendo,n.*54.*versſ.* 14.*in casibus à iure expressis,fol.mihi* 142.*col.*1.*in fine.*Hieron. de Monte, *de finibus regen. capit.*56.*num.*6. vbi isto casu ponit formam concipiendi articulos super probatione communis vsus loquendi per famam,Masc.*de proba. libr.*2.*concl.* 753.*num.*9.*iuncto num.*37. vbi etiam allegat Illustrissimum Card.Alba.*in lucubrat.ad Bart.in l.*3.§.*eiusdem,num....ff.de te-*

125 *stibus.*† Addo & Menoch. *de arb.q.lib.*2.*cent.*5.*casu* 488.*num.* 1. *& seqq.* vbi latè quomodo probetur communis vsus loquendi,& quomodo super eo testes debeant deponere.

126 LIMITA XV. In † probatione malæ fidei, in qua famam plenè probare,probant Bart.*in l.Celsus,num.*18. *ff.de vsucap.* Ang.*in l.eum,qui,*§.*final.ff.de publica.& in consſ.*160. *n.*5.Salic. *in l.ea quidem,n.*140.*C. de accusat.* Aret. *consſ.*5. *n.*11. Gozad. *consſ.*1.*n.*33.Afflict.*in cap.*1.*in* 4.*notab.num.*27.*de pace iuram. firman.in vsib.feud.*Soc.iun.*consſ.*69 *n.*52.*vol.*1.Marsil.*in l.de minore,*§.*plurium,n.mihi* 98.*aliàs* 76.*ff.de q.* Duen.*reg.*299.*in* 2.*fallen.*Conrad.*in pract.in tit.de testib.*§. *dicta testium assumẽdo,n.*54.*ver.*8.*in probanda mala fide,fol. mihi* 142. *colum.*1.*ad medium*,Mascar. *de probat.lib.*2. *d.concl.*753.*n.*16. *& n.*30.*& lib.*1.*concl.*230.*num.*3.*& lib.*3.*concl.*104.*num.*4. sed hac de re latius dicam in quæstionibus ciuilib.in materia probationis, & præsumptionis bonæ fidei,vbi videas, quia est locus suus.

LIMITA XVI. In † consuetudine, quam pariter probari 127 per famam,affirmarunt Cyn. *in l.*2. *versſ.secundò quæritur, C. quæ sit longa consuetudo*,Alex. *consſ.*14. *n.*1. *vol.*5.Marsi. *in l.de minore,*§.*plurium,n.mihi* 97.*aliàs* 75.*ff.de q.* Duen.*reg.*299.*in* 21.*fallen.*Nouell.*regu.*4.*in* 4.*fallen.*Conrad. *in pra.in ti.de testib.*§.*dicta testium assumendo,n.*54.*ver.*7.*in probanda consuetudine,fol.mihi* 142. *col.*2. Bertran. *in consſ.*476.*n.*11.*li.*2.Masc. *de probat.lib.*2.*concl.*753.*n.*45.

LIMITA XVII. Vbi † tractatur aliquid circa materiam 128 peccati : nam ad euitandum peccatum fama plenè probat, Abb.*in cap.*1.*n.*17.*de postul.at.prælat.*Præpos.*in c.*1.*n.*11.*de appellat.*Marsil.*in l.de minore,*§.*plurium,n.mihi* 95. *aliàs* 73.*ff.de quæst.*Duen.*reg.*299.*in* 19.*fallen.*Conrad.*vbi suprà,d.num.*56. *ver.*5.vbi tractatur de materia peccati,Mascar.*de proba.lib.*2. *concl.*753.*n.*24.

LIMITA XVIII. In † probatione possessionis, quando agi- 129 tur de remedio cap.reintegrãdæ,3.*q.*1. tũc enim cùm agatur de possessione,& sic de causa leuis præiudicij,adnotata *in l.*1. *C.si de moment.possess.* idcirco iuxta generaliter tradita *suprà, n.*105.per solam famã sufficienter probatur possessio, sicuti post Bar. Bald. & Anchar. quos allegat,voluit Felin.*in c.veniens,n.*16.*ad finẽ,ver.Sciat etiam,*& ibi etiam Dec. *n.*43. *extra de testibus*,idẽ Dec. *in c.*1.*n.*42. & ibi *in addi. litera E,ad finem,ver.In cõtrarium tamen*,vbi de communi,**extra de ap-* * *pellat.*Marsi.*in l.de minore,*§.*plurium,n.*68.*iuncto n.*93.*& seqq. ff.de q.*Duen.*reg.*299.*in* 10.*fallen.*Rol.*consſ.*50.*n.*10.*volum.*1. Ceph.*consſ.*552.*n.*24.*vol.*4.*& consſ.*441.*n.*29.*vol.*3. Menoch. *de recuperan.possess.in* 15.*remed.n.*41. Masc.*de prob.li.*2.*concl.* 753.*n.*23.vbi etiã de communi, * ex Ancharano *in consſ.*42. * *n.*3.allegat etiam Gabriel.*de restitut.spoliat.concl.*5.*n.*109.

Contrarium, † quòd imò isto casu fama sola non facit ple- 130 nam probationẽ,voluit Hier.Gigas *in addit.ad Dec.vbi supr. in d.c.*1.*n.*42.*de appellat.in addit.litera E,in ver. Hanc conclusionẽ*,vbi pluribus rationibus demonstrat nõ agi de modico præiudicio, quando de sola possessione tractatur, ergo sola fama non debet facere plenam probationem,dicítque,quòd hæc cõtraria opinio sibi propterea magis placet, licet prima sit communis,& pro ea multum stringit, † quia secundùm 131 veriorem,magis communem, & magis seruatam opinionẽ * in Rota,*in remedio prædicto,canon.reintegran.*primum extremum debet plenè,& concludenter probari, nõ autem semiplenè,vel præsumptiuè,vt per Afflict. *dec.*364. *num.*5. & ibi Vrsil.*in addit.n.*11. Beninten. qui alios refert *in deci. Bonon.* 62.*n.*10.*& seq.*Gabriel,qui de magis communi,* post Alex. * & Cagnol.quos allegat,testatur *in ti.de restitu.spol.li.*5. *concl.* 5.*n.*126.*ver. Contra talem*,prout etiam sic eam communem fatetur Rol.*consſ.*50.*n.*16.*li.*2.post Sarnen.*in reg.de infirm.resignan. q.*36. vbi in specie, quòd testes de visu requiruntur, nec sufficit,quòd deponant solummodo de publica voce,& fama,Menoc.*in* 15.*recuperan.possess.remed.n.*408.*& seqq.* Ioseph.Ludou.*dec. Perusi.*49.*n.*11. vbi pariter de magis communi,Andr.Gayl. *in pract. obseruat. li.*1. *obseruat.* 7.*n.*2. vbi quòd hanc contrariam opinionem Imperialis Camera amplecti solet, quarum omnium authoritates bene in proposito adnotauit Paul.Granut.*theorem.*22.*n...& seqq.*vbi etiam in idem allegat plures decisiones Rotæ,Putei,Caputaqu.& Seraphini; sed sic est, quòd fama non facit plenam,sed solùm semiplenam probationem, vt suprà latè deduxi : ergo in possessorio reintegrandæ, in quo plena requiritur probatio,nec etiam inducit plenam probationem.

Quid dicendum ? † Crederem pro nunc, quòd fama in 132 possessorio reintegrandæ non probet plenè primum extremũ,& sic possessionẽ antiquam actoris(& ita procedat hæc contraria opinio) sed bene probet secundum extremũ,hoc est,iuniorem aduersarij possessionem,& ita procedat secũda opinio,prout in terminis video bene aduertisse Petr. Ant. à Petra *in tract. de fideic.q.*13. *n.*138. vbi refert,ita sæpius Rotam iudicasse ex Sarnen.*vbi suprà,d.q.*36. & prout etiam de primo extremo loquuntur decisiones Rotæ allegatæ per Pau.Granut.*vbi suprà*,verùm an in possessorio reintegrandæ sufficiat semiplena,& præsumptiua probatio,an verò requiratur plena,& concludens, latiùs dicam *in quæstionibus ciuilibus in materia canon. reintegrandæ,*3.*q.*1. vbi videas.

LIMITA XIX. In † probatione iuris patronatus,in quo 133 solam famam, iuncta longissima præsentandi possessione,

sufficere voluit Bald.*in l.cùm super,num.1. C.de rei vend.* & *in auth.Quas actiones,n.*16.*C.de sacrosanct.Eccles.*Cassad.*dec.* 2. *Fama regulariter,n.*4.*de prob.*Roland.*cons.*3.*n.*6.*vol.*1.Bursat. *cons.*324.*n.*8.*vol.*3.Masc.*de prob.lib.*2. *concl.* 753.*n.* 47. Put. *decis.* 60.*num.*5.*lib.*1.

134 LIMITA XX. In probanda decisione insultati, in qua solam famã plenè probare, quòd quis insultatus, & prouocatus offenderit, videtur de mente Alex.*cons.*14.*n.*9.*in fi.versic. Et sunt etiam*, quem in proposito refert & sequitur Franc. Hercul.*in tr.de negat.n.*309.*post med.vers.Et ita ratione huius*
135 *difficilis probationis*,Masc.*de prob.l.*1.*conc.*491.*n.*13.† Et facit pro hac limitatione, quia ad rei innocentiam detegendam, ac etiam ad probandum defensionem præsumptiua & coniecturata probatio habetur pro vera & concludenti, vt per Ant.Gomez.*var.resol.tom.*3.*tit.de homic.sub.n.*27. Ceph.*cons.* 140.*n.*13.*lib.*1.Masc.*de prob.d.conc.*491.*n.*1.*&* 2.*& l.*2.*concl.* 904.*n.*16.& dicam latiùs alibi *infrà suo loco.*

136 LIMITA XXI. In † distantia de vno loco ad alium, quã per solam famam probari voluit Batt.*in suo tr. de test.n.* 55. vbi quòd fama plenè probat quantitatem, & numerum milliarium existentium de loco ad locum, refert, & sequitur Conrad.*in pr.tit.de test.*§.*dicta testium assumendo*, *n.* 54. *in fin. vers.*17. *vt fama plenè probet*, *fol.mihi* 142. *col.* 2.

137 LIMITA XXII. In arbitratore habente potestatem procedendi, vel de facto, vel sola facti veritate inspecta: nam & is poterit dare plenam fidem famæ, vt per Aym *de anti-*
138 *quitate temp.p.*1.§. *octaua datur limitatio,n.* 2.*iuncto n.*6.† vbi etiam generaliter dicit, quòd talis arbitrator potest admittere minùs integras probationes, imò etiam si nolit, non tenetur probationes recipere, ex Bald. quem allegat *in cons.* 33.*incip.considerato,vers. Et ad hoc inducitur*, *lib.* 2. ad quæ vide inferentem Franc.Hercul.*in tr.de negat.n.*314. *& seqq.* & Menoch.*de arb. quæst. libr.* 1.*q.*25.

139 LIMITA XXIII. In † probatione pacti de retrouendendo, in qua solam famam sufficere voluit Conrad.*in pr. in tit. de test.* §. *dicta testium assumendo*, *n.* 54. *vers.* 9. in probando pactum de retrouendendo, *fol. mihi* 142. *col.* 1.

140 LIMITA XXIV. In † probatione vsurarum, licèt enim sola fama non probet quem vsurarium, sicuti post Abb.Ias. & Lup.in locis per eum allegatis, consuluit Burs.*in cõs.* 320.
141 *n.*113.*l.*3.iuncta † tamen cum adminiculis plenè probat vsurarium manifestum, vt per Conrad. *in pr. vbi suprà d. n.* 54. *vers.*15. *In probando quem vsurarium*, *fol.mihi* 142.*col.*1.*in fin.* Mars.*in l.de minore*, §. *plurium. num.* 106.*ff. de quæst.* Iacob. Nouell. *regu.*4.*in* 4.*fallent.in fine*, Foll.*in pract.crim. in verbo, dentur capitula, quòd suffocauit vxorem*, *n.* 37. *ad finem.* Menoch.*de arb.quæst.lib.*2.*casu* 235.*num.* 27. vbi alios adducit concordantes. Masc.*de prob.lib.*2.*concl.*753.*n.*20.*& l.*3. *cons.* 1417.*num.*24. *& sequentib.* vbi quòd fama probat vsuram, dummodò sit adminiculata, & procedat vel à toto populo, vel à maiori parte.

142 SVBLIMITANDO Hanc † vigesimamtertiã limitationem aduerte, quòd non valet statutum Episcopi volẽs, quòd per vnum testem de veritate, & tres de fama conuincatur quis de vsura, sicut consulendo tenuit Feder.de Sen. *cons.*17. *per totum*, quem sequuti sunt Fel.*in c.veniens,n.*12. *vers.Item procedit etiam si de hoc esset statutum Episcopi*, *extrà de testib.* Mars.*in l.de minore*, §.*plurium*,*nu.*107.*ff.de q.* Duen.*reg.* 300. *in* 5.*ampliat.*Masc. *de prob. lib.*2.*concl.*754.*n.*18.

143 LIMITA XXV. In † probando impedimentum matrimonij, in quo solam famam sufficere pet text. *in c. super eo, de consang.& affin.*& ibid.Abb.*in* 3. *notabili*, ac cæteri Do-
* ctores communiter,* voluerunt Dec.*in c.*1.*n.*40.*extra de appellat.*Sal.*in l.ea quidem*,*num.*145.*C.de accus.*Rom *sing.* 622. Couar.*in epit.*4.*lib.in secunda parte*,*c.*9.§.10.*n.*29.Duen. *reg.* 229.*in* 6.*fallen.*

144 LIMITA XXVI. Huius † primæ inspectionis regulam non procedere, quando extaret statutum aliquod nolens famam plenè probari. Nam tunc in vim talis statuti fama inducit plenam probationem, prout videtur de mente Bart. *in l.de minore*, §.*plurium*,*n.*31.*ff.de q.*& expressè argumẽto tex. *in c.cùm dilectus*, *de fide instrum.* volentis valere statutum, quòd imperfecta de iure probatio habeatur pro plena, & perfecta: sic affirmarunt Ang.*in l.*2.§.*diem autem, circa fin. ff. quib.mod.testam.aperian.*Dec.*in c.veniens*,*n.* 33. & ante eum Abb.*n.*10.*extr.de test.* idem Dec.*in c.*1. *n.* 48. *de appellat.* vbi loquitur etiam in criminalib.Mars.*in l.de minore*, §.*plurium*, *ff.de quæst.n.*69.Gabr.Sarayn.*in addit. ad Matthes.singu.* 51. *incip.Nota quòd consuetudo volens, ad medium additionis, vers. Et quòd statutum possit disponere*, Duen.*reg.*299.*in* 14.*fallent.* Ceph.*cons.*65.*n.*46.*l.*1.Burs.*cons.*216.*n.*32.*l.*2. Masc.*de prob. lib.*2.*concl.*753.*n.*34. vbi etiam in idem Lanfran.de Oriano *in l.admonendi*,*n.*40.*ff.de iureiur.*

SVBLIMITA Hanc † vigesimamsextam limitationem, 145
vt cùm tale statutum fit contra ius commune, idcircò strictissimè interpretandum sit, vt per Abb.*in d.c.veniens*,*eodem n.*10.& ib.Dec.*n.*33.*extr.de test.* idem Dec.*in d.c.*1.*n.*49.*de appell.*Gabr.Sarayn.ad Matth.*d. sing.*51.*vers.Tale tamen statutum.*Duen.*d.reg.*299.*eadem* 14.*fall.in fin.*Hieron.de Monte *in tr. de finibus regen. c.* 56.*post n.* 8.

Et † ex hac sublimitatione primò infertur, quòd licèt 146
Doctores vbi suprà allegati, ac præsertim Dec. *in c.... n.* 48. *de appel.*illam intelligant procedere tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, nisi tamẽ statutũ expressè de criminalibus loquatur, locum non habebit in causa criminali, vt per eundem Dec.*in d.c.*1.*post n.*21.*ver.Et ideò in causa criminali*, arg.tex. *in l. fi.ff.de probat.*

Secundò infertur, † quòd etiam quòd statutum expressè 147
in criminalibus loqueretur, adhuc tamen erit intelligẽdum quoad delictum principale, non autem quoad adminicula, & sic isto casu fama probabit delictum, & non adminicula, sicuti post Bart. Bald. Ioan. de Anan. & alios in locis per eũ allegatis, scripsit Dec. *in c.* 1. *n.* 62. *de appell.* quicquid contrarium considerauerit idem Hieron. Gigas *in addit. litera B*, & Decium *vbi suprà*, refert, & sequitur Gabriel Sarayn. *in add.ad Mat.d.sing.*51.*ad fin.addit.vers.sexto*, *statutum.*

Tertiò infertur, † quòd hoc statutum intelligendum erit 148
de fama legitima, & sic dummodo habeat omnia requisita, de quibus in infrascriptis generalibus limitationibus, ac etiam dummodo sit legitimè probata, iuxta ea quæ dicam *infrà in tertia inspectione huius quæstionis*, aliàs secus, vt per Bart.*n.*31.*fi. in* & post Bart. Marsil. qui pluribus hanc comprobat illationem *in l.de min.*§.*plurium*,*n.* 67.*iuncto n.* 129. *& pluribus seqq. ff. de quæstio.* Gabriel. Sarayn. *in addit. ad Matthes. singul.* 51. *ad medium additionis*, *versic. Tale tamen statutum*, *vsque ad finem*, vbi infert Burs.*cons.*20.*num.* 31. *& consil.* 34.*num.* 21. *& consil.* 35. *num.* 9. *libr.* 1.

Quartò infertur, † quòd idem statutum erit intelligen- 149
dum, dummodo fama ortum habuerit ex aliqua verisimili causa & coniectura, aliàs secus, vt per Bart.*in l.de min.*§. *plurium*,*n.*31.& ibid.Marsil. *n.*66.*ff.de q.*Gabr.Sarayn.*in addit. ad Matthes.d.sing.*51.*post medium*, *vers.tertio.* vt statutum habeat locum, & faciunt generaliter tradita *infra n.*153.

Quintò infertur, † quòd isto casu fama non solùm debeat 150
probari per duos testes, sed etiam si non adsit nisi vnicus testis, non faciat semiplenam probationem, sicuti post Bart. & Bald.in locis per eum allegatis, voluit Dec. *in c.* 1. *n.*5. *de appellat.& in c. veniens*, *n.* 34. *de appellat.* Gabr. Sarayn. *vbi suprà*, *ad Matthes.d.sing.* 51. *circa medium*, *vers. Illud enim primum*, & faciunt generaliter tradita *infrà*, *n.* 208.

Sextò infertur, † quòd stante supradicto statuto, testes 151
debent esse omni exceptione maiores, vt per Boss. *in tit. de inquisitione*,*n.*38.*vers. Nam si statutum*, & per Hieron. Magon.*dec.Lucens.* 93.*n.*7.

Septimò & vltimò infertur, † quòd tale statutũ mã dans 152
famam plenè probare, debet esse conditum ex aliqua rationabili causa, & non generaliter, sed in certis casibus, aliàs tanquam irrationabile non valeret, nec esset attendendum, arg.text.*in* §.*erit autem lex*, *distinct.* 4. & in simili de consuetudine, voluit Matthes. *d. sing.* 51. & generaliter de statuto mandante imperfectas probationes haberi pro perfectis, adnotauit Tiraq.*in tract.de ind.in rebus exiguis*, *p. mihi* 28. *à tergo*, *vers. his adstipulatur*, *in parua impressione.*

SVBLIMITA, & † generaliter, omnes propositas limita- 153
tiones, in quibus dixi famã probare plenè, vel semiplenè, vt tunc demùm procedant, quando orta est ex aliqua verisimili causa, ratione, vel coniectura, aliàs tanquã vox vana & vanus rumor in populo minimè attendenda erit, & nullam prorsus faciet probationem, tã in ciuilibus, quàm in criminalibus, prout argumento tex. *in l.decurionum*, & ibi gl. *fina-*
li, *C.de*

*li,C.de pœnis,l.si priuatus,ff.qui & à quibus,l.Diuo Marco, C. qui manumitte.non poss.l.miles,§.penult.ff.de adul.& in cap. Ossius Episcopus,extra de electio.*voluerũt Bart. *in l. de minore,* §. *plurium,n.*17.18.*& n.*30.*ver. Quædam sunt,in quibus ipsa fama,& n.*31.*ff.de quæst.*in quo quidẽ *n.*17.ponit aliqua exempla, in quibus fama dicitur orta ex verisimili, & probabili coniectura,Fel.*in cap.veniens,n.*17.*extra de testibus,*vbi pluribus hanc exornat sublimitationem, Soc. *reg.* 144. *in prima fallen.*Dec.*in d.c.veniens,n.*18.19.*& n.*39.*extra de testibus, & in cap.*1.*n.*56.*de appellat.*Mars.*in l.de minore,*§.*plurium,n.*63.*in fi.ff.de quæst.*Gramma.*cons.*2.*post n.*10. Foll. *in practica crimin.in verbo, Dentur capitula,quòd suffocauit vxorem, post n.* 28.Conrad.*in pract.in tit.de testibus,* §. *dicta testium assumendo,n.*54.*ad finem,vers. Quintã quòd vulgi opinio,fol. mihi* 142. *col.*2. Cyrill. *in sum.crim.rub.*28.*de quæst.* §.6. *post n.*14. *vers. Hanc præterea famam,fol.mihi* 155.*a tergo,col.*2.Natta *consilio* 18.*n.*12.*vers.Item requiritur,& consilio* 473.*n.*15.*& n.*17. *in fine.*Rol.*cons.*3.*n.*50.*li.*1. Bonacos. *in commun. opin. par.*2.*sub vers.Fama cum vno teste,* ibi, *Et famæ origo,fol.mihi* 28. *col.*2. Hippol.Rimin. *in cons.* 64.*n.*9.*libr.*1. Claud. Bertaz. *in cons.* 162.*litera B,vers.*2.*requiritur,libro* 1.Mascard. *de probat.lib.* 2.*concl.* 748. *nu.*5.*& seqq.* vbi benè testatur de communi,* Petr.Anton.à Petra,*in tract.de fideicom.quæst.*11.*n.* 449. *in fine,& quæst.*13.*n.*110.*in princ.& n.*128.*in fine.*Lud.Peguer.*decis.crim.*17.*n.*21.*& sequent.*Et faciunt, quæ infrà dicam in tertia inspectione de teste deponente super fama, quòd etiam non interrogatus debet deponere de causa,& ratione, vnde orta est fama,*num.*216,

154 LIMITA Hanc † primam sublimitationem, vt non procedat,quando fama habuit ortũ à personis fide dignis, quia tunc non est necesse, quòd illam præcedãt aliquæ coniecturæ, seu rationes verisimiles, prout voluit Felin. *in capitulo veniens,n.*17.*vers.Et aduerte,extra de testibus.* vbi dixit,quòd quando constat famam habere ortum à personis inhonestis, tunc bene oportet,quòd suppleatur per causas,& verisimilitudines,secus vbi constaret,famam habere originem ab honestis personis, quia tunc ad hoc, vt dicatur fama, sufficit etiam si nulla coniectura, aut indicium præcedens adducatur,& ita videtur de mente Barto.*in l.de minore,*§.*plurium,n.* 15.*vers.Hoc tamen intelligo,*& Salicet.*in l.ea quidem, n.* 113. *Cod.de accusat.*quos vltra alios quos allegat,refert, & sequitur Felin.*d.n.*17.vbi etiam idem ponderat tex. *in cap. qualiter,& quando,il secondo.& in c.inquisitionis, in fine,de accusat.* in quibus iuribus non requiritur,nisi quòd fama habeat originem ab honestis personis,& faciunt etiam pro hac limitatione Doctores allegati *infrà,n.*157.

155 De†hac limitatione ego multùm dubito, & videtur cõtra mentem Doctorum allegatorum *suprà, n.*153.*iuncto infrà,n.*156.quĩ ad famæ probationem requirere videntur nõ solùm quòd ea orta sit ex probabilibus,& verisimilibus causis, sed etiam quòd ortum habuerit à fide dignis,& honestis personis,& sic vtrumque requirũt,prout vtrumque expressè requirit post Ang.Abb. & alios quos allegat Dec. *in cap. Veniens,n.*17.*de testibus,& in c.*1.*n.*56.*de appellat.*Gabriel.Saray.*in addit.ad Matthes.sing.*51.*post medium additionis,vers. tertio,*vt statutum habeat locum,ideo vel limitationem non veram crediderim, vel saltem eam non procedere declarem in causa simili,in casu,in quo fama faceret plenam probationem,vel in criminali, in qua tractaretur de tortura inferenda,his,inquam,casibus cùm de nimis graui agatur præiudicio,nunquam darem suas vires famæ, nisi à personis fide dignis, & ab aliqua probabili causa coniunctim originem duxerit,& ita in casu statuti volentis famam plene probare,loquuntur Dec. & Saray.mox vbi suprà allegati. Nec obstet tex.ponderatus per Felin. *in d.cap. qualiter,& quando.* quia in eo textu bene verum est, quòd ad essentiam famæ ponitur pro requisito,quòd illa procedat ab honestis,& fide dignis viris,vt mox dicam, sed non dicitur aliud non requiri,prout credidit Felinus, & ita etiam potes respondere ad text.*in c.inquisitionis,vide infrà,n.*159.

SVBLIMITA II. Pariter & generaliter eadem omnes
156 præcedentes limitationes, vt † tam in ciuilib. quã in criminalib. nunquam fama habeat suas vires,nisi ortum habuerit nõ à maleuolis,sed ab honestis, & fide dignis personis,text. ad literã,*in c.qualiter,& quando,il* 2.ibi, *Non quidem à malevolis,& à maledicis, sed à prouidis,& honestis,extra de accusat.* per quẽ tex.ita affirmarũt Bar.*in l.de minore.*§.*pluriũ.n.*15.& ibi Alex.*in addit.litera B,in fi.*Mars.*n.*50.*& n.*127.*& n.*128.*ff.de q.*Dec.post alios,*in c.veniens,n.*39.*de testibus & c.*1.*n.*56.*de appellat.*Carrer.*in pract.in tract.de indic. & tort.*§. *secundũ indicium,n.*8.Gand.*in rub.quom. de malef.cognosca. per inquisit. n.*11.*vers.Pars tamen contraria,*& melius in rubr. *à quo,vel à quibus possit fama incipere,n.*8.*&* 9.vbi & iuribus,& rationibus bene hanc comprobat sublimitationem,Paris.*cons.*67.*n.* 106.*&* 109.*lib.*3.Natta *cons.*473.*n.*17.*lib.*3.vbi multò magis in fama,quæ ortũ habuit à partemet, in cuius fauorẽ tendit, argumẽto tex.*in l. miles,*§.*mulier, ff. ad l.Iul.de adulter.*Gabr. Saray.*in addit.ad Matthes.sing.*51.*vers.tertio, vt statutum habeat locum.*Foller.*in pract.crim.in verbo, Dentur capitula,quod suffocauit vxorẽ,n.*35.vbi infert ad famã, quæ ortũ,& principium habuit ab inimicis maleuolis,ab offenso,vel ab affinibus,& cõiunctis ipsius offensi:dicitque,quòd hoc poterit cõstare,si probetur,quòd cõmisso delicto affines prędicti offensi,vel ipse offensus,vel inimici, ac maleuoli inquisiti in pluribus, & diuersis partibus ciuitatis id dixerint: hoc enim probato præsumitur, quòd ex eorũ dicto fama originẽ duxerit,vt ibi per eũ Cõrad.*in pra.in ti.de testib.* §. *dicta testiũ assumendo,n.*54.*in princ.fol.mihi* 141. *col.*2. Fran.Herc.*in tract.de negatiua,n.*312. *vers. Itẽ necesse est, quòd ab hominibus fide dignis,*Cyrill.*in summa cri.rub.* 28.*de q.*§.6.*nu.*14.*fol. mihi* 155. Horat.Lut.*inter cõsilia criminalia diuers.cons.*161.*n.*32.*vol.*1. *in fol.*Bar.Ghitt. *cons.*160.*n.*10.*eodẽ vol.*1.*& inter eadẽ consilia,*Franc.Maria. de Plotis,*cons.*65.*n.*1. *d.libr.*1.vbi infert ad famã ortã à birroariis. Io.Turrius,*cons.*81. *n.*47. vbi de*cõmuni,*lib.*2.*commundẽ consiliorũ, & cons.*91.*n.*5.*& cons.*92.*n.*9. Brũ.*cons.*115.*n.*45.*& seq.inter eadẽ cõsilia,d.lib.*2.Clar. *in pra.* §.*fi.q.*6.*ver.Sed quid si,ad medium,* vbi quòd ita*omnes fatẽtur,Simãc.*in tract.de hæret. tit.*65.*n.*37.Thob.Nõ. *cons.*99.*n.* 27.Bonacos.*in cõm.opin.par.*2.*sub ver.Fama cum vno teste,* ibi, *Et debet fama habere originem,&c.fol.mihi* 28.*col.*2.Bert.*cons.* 548.*n.*6.*vol.*2.Claud.filius ad eundẽ Bertaz.*in cons.*62.*litera B,vers.quintò,requiritur.lib.*1.Burs.*cons.*20.*n.*25.*lib.*1.vbi de fama orta ab offenso,*& cons.*330. *num.*159.*volum.*3.*& cons.* 315.*num.*5.vbi infert,*& cons.*437.*n.*8.*ver.*2.*ab inimicis,vol.*4. Mascard.*de probat.lib.*2.*concl.*748.*n.*9.Meno.*de præsũp.li.*1.*q.*1.*n.* 44.*& q.*89.*n.*31.Pet. Ant.à Pet.*in trac.de fideic. q.*11.*n.*378.*in fi.& q.*13.*post n.*109.*& num.*132.Marc. Ant. Eug. Perusin.*in cons.*27.*n.*44.vbi de cõmuni,Ludo.Peguer. *decis.cri.*17.*n.*18.

LIMITA I. Hanc†secundã sublimitationem non procedere,quando fama haberet ortum ab aliqua verisimili causa, 157
& coniectura: nã tunc probat etiã quòd habeat ortũ à personis nõ ita honestis,& fide dignis,vt per Bar.*in l. de minore,* §. *plurium,n.*15.*in fi.*& ibid.Mars.*n.*157.*ff.de q.*Fel.*in c.veniẽs, n.*17.*ver. Et aduerte. extra de testib.* Hiero.de Monte *in tract. de finib.regen.c.*56.*n.*10.Ferrans Gargiar. *inter cons.cri.diuers. cons.*126.*n.*77.*in discursu,volum.*1.*& inter eadem cons.* Iustin. Bonden.*cons.*54.*n.*45.*volum.*2. Mascar. *de probat.lib.*2. *concl.* 749.*n.*20.Et†facit pro hac limitatione,quia defectus personarum suppletur per verisimilia, & probabilia argumenta 158
ad art.*in l.ea quidem, n.*9. *vers. Adminiculum vehemens, C. de accusat.* Ruin. *cons.*149. *n.*6. *volum.*1.Dec.*cons.*17.*num.*204. *lib.*1.Mascar.*de probat.lib.*2. *concl.*944. *n.*14. dixi *suprà,q.*37. *n.*55.& dicam latiùs,*infrà in tit.de oppos.cont.testes,in materia testis inhabilis,* vbi probabo,quod testes inhabiles etiam faciunt fidem,quando cum eorum dicto concurrunt adminicula,& præsumptiones.

Verùm † de hac limitatione pariter multùm dubito, per 159
ea,quæ dixi suprà, *n.*155. quæ hìc repetere non est necesse. Nec isto casu verisimilitudines, & coniecturæ possunt supplere inhabilitatem personarum, prout regulariter supplet in testibus inhabilibus: nam ad famæ essentiam requiritur non solùm honestas personarum, à quibus originem trahit: sed etiam quòd ortum habuerit à verisimili causa, & coniectura,ergo vnum nõ suppletur per aliud,si vtrumque requiritur, quod non sic est in testibus: nam si testes fide digni sint, probant etiam quòd non habeant pro se coniecturas, quare vel limitationem non veram, vel saltem eam declarandam,prout suprà declarani, *n.*155. videlicet, vt non habeat locum in causa ciuili ad faciendum indicium ad torturam,& multò minùs ad condemnandum.

160 LIMITA II. Eandem†secundã generalem sublimitationẽ, vt non procedat, quando de aliqua re turpi agitur, de qua regulariter nõ solet esse sermo inter honestas, & graues personas, sed solũ inter viles & infames, quia tunc fama probat etiam quòd habuerit ortum ab istis personis vilibus & infamibus, vt per Salic. *in l. ea quidem, n. 113. ad finem, C. de accus.* qui ponit exemplum in probatione famæ, quod quis viderit alicui alteri pecunias cum falsis taxillis, inquit ibi Sal. cùm de hoc non habeant notitiam, nisi baratterij, qui insimul conuersantur, idcircò fama inter eos, & ab eis orta erit legitima, sequitur Clar. *in pract. §. fi q. 9. ver. Sed quid si. in fine*, vbi ponit aliud exemplum de delicto commisso in lupanari, inquit ibi Clar. poterit isto casu fama ortum habere à meretricibus, lenonibus, & aliis turpibus personis, quæ eo loci conuersantur, nec dissentit Mascar. *de probat. libro 2. conclu. 749. n. 19.* vbi refert Clarum *in loco citato*, Ludou. Peguer. *d. decis. crim. 17. n. 18. vers. Quod intellige.*

161 LIMITA III. Dictam†secundam sublimitationem, vt fama dicatur legitima, etiam quòd originem traxerit à mulieribus, quando sumus in facto, quod æquè respicit vtrumque sexum: secus si tantùm masculinum sexum respiciat, vt per Salic. *in d. l. ea quidem, n. 109. C. de accus.* vbi ponit exemplum quando probatur, quòd vxor Regis mortua sit, vel quòd Rex duxerit vxorem, & similia, quæ dicuntur spectare tam ad masculos, quàm ad fœminas: vnde secus quando probatur, quòd Titius est decurio Ciuitatis, vel quòd aliquid fuerit in consilio populi statutum, aut quid simile ad masculos, & nõ ad fœminas spectans. Nam primo casu fama potest habere ortum à mulieribus: secundo autem casu non: immò dicit ibi Salic. quòd aliquando agitur de probando factum magis ad mulieres, quàm ad masculos spectans, vt putà quando probatur prudentia vel peritia alicuius mulieris, & obstetricis; nam tunc fama inter mulieres, & ab illis ortum habens est potentior, quàm inter masculos, vt ibi per eum, quem refert, & sequitur Mascar. *de prob. lib. 2. d. conc. 749. n. 29.*

162 LIMITA IV. Et vltimò, † quia licèt fama debeat habere ortum à viris fide dignis, & honestis, vt suprà: hæc tamẽ personarum qualitas præsumitur à iure, nisi contrariũ probetur: & propterea ille, qui voluerit dicere maleuolos, & inimicos, infames, aut aliàs non fide dignos, eos à quibus fama ortũ habuit, debet probare, prout tenent Doctores allegati *sup. n. 48.* quos hîc nõ repeto, vel melius distinguas, secundũ Bald. *in l. ea quidem, n. 60. C. de accusat.* vbi post Gandinum, quem allegat magistraliter loquendo dixit, quòd si constat, famam habuisse originem à maleuolis, & tunc non valet; secus si constet, quòd ortum habeat à fide dignis: si verò dubitatur, an ortum habuerit à maleuolis, an verò à fide dignis, & tunc dic, quòd præsumitur à fide dignis, si assistunt famæ aliqua verisimilia: si verò nulla præcedit verisimilitudinis causa, & tunc præsumitur, quòd sit orta ab inimicis, & est pulchra distinctio Baldo digna.

163 SVBLIMITA III. Pariter, †& generaliter omnes limitationes huius primæ inspectionis regulæ, vt procedant, quando fama est vniformis, & eadem in toto populo: secus si varia, & diuersa, vt putà quando varij varia dicunt, quia tunc, nec in criminalibus, nec in ciuilibus suum operatur effectum, sicuti post Bald. quem allegat, voluit Augu. ad Ang. *de malef. in verb. Quòd fama publica præcedente, n. 45. vers. Et dixit Baldus*, Brun. *de ind. & tort. parte 1. quæst. 3. n. 32. in fi. vers. Adde, quòd dixit Baldus*, Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. secundum indicium, n. 13.* Roland. *cons. 3. n. 48. vol. 1.* Conrad. *in pract. tit. de negat. crim. & torm. n. 24. ver. 19. Fama publica, in fine, fol. mihi 294. col. 2.*

Famæ†enim testimonium regulariter idoneum non est:
164 immò non potest deterior testis reperiri, quàm fama, cuius testimonium facilè prosternitur, & nisi propterea fuerit sola, inconcussa, crescens, non leuis, non vaga, non contraria, nec in aliquo labefactata, nihil prorsus operatur, prout hæc & similia habentur per Bald. *in consilio 77. n. 6. libro 3. & cons. 447. n. 10. & volum. 5.* Curt. *consilio 17.* Bellam. *in cap. ipsi Apostoli, n. 8. q. 7.* Tiraq. *de pœn. temper. causa 27. n. 4.* Marsil. *in l. de minore, § plurium, n. 48. ff. de q.* Roland. *d. cons. 3. n. 49. libro 1.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de ind. & tort. §. secundum indicium, n. 14.* Claud. ad Bertazz. *in consilio 162. litera B, vers. 1. requiritur*, Mascar. *de probat. lib. 1. concl. 748. n. 10.*

Ideo†quando diuersis temporibus vna fama est alteri cõ- 165
traria, posterior tollit priorem, Dec. *in cap. 1. n. 61. de appellat.* Marsil. *in l. de minore, §. plurium, n. 61. ff. de quæst.* & ante eum Bart. ibidem, *n. 27.* Salic. *in l. ea quidem, n. 28. C. de accus.* Natta *cons. 473. n. 20. vol. 3.* Gabriel. Sarayn. *in addit. ad Matth. sing. 51. prope fin. additionis, ver. Fama enim*, Foller. *in pract. cr. in verbo, dentur capitula, quòd suffocauit vxorem, n. 33.* Catellian. Cotta. *in suis memorial. in verb. Fama est necessarium præambulum, vers. Sed circa prædicta*, vbi loquens præcipuè in criminalibus, notabiliter adnotauit, quòd licèt Bal. & Corneus per eum ibi allegati, simpliciter, & indistinctè dixerint bonam famam posteriorem priori derogare: id tamen intelligi debet, non quòd per secundam famam vitietur inquisitio formata, quæ iam statum accepit probatione malę famę, sed quòd ex priori fama non poterit ampliùs deueniri ad tormenta, vt per eundem Bal. qui ita singulariter declarat *in l. is potest, vers. ex prædictis, ff. de acquiren. hared.* quem sequuti sunt Ang. *de malef.* & Alex. *in locis ibi per eum allegatis*, addo & Gabriel. nõstrum Romanum *in tit. de testibus, conclu. 4. n. 25. vers. Et nota.* Hieron. de Monte *in tract. de finibus regen. c. 55. n. 18.* Put. *decis. 2. n. 4. li. 3.* Cepha. *cons. 65. n. 56. lib. 1.* Bursat: *consil. 98. n. 18. lib. 1. & consil. 216. n. 76. lib. 2.* Mascar. *de probat. lib. 1. concluf. 235. n. 4. & lib. 2. concl. 750. n. 2.*

Quod tamen fallit, † quando prior fama esset fundata in 166
melioribus rationibus, & coniecturis, quia tunc non tollitur per posteriorem, vt per Bar. *in d. §. plurium, n. 26.* Foller. *in practica cri. in verbo, dentur capitula, quòd suffocauit vxorem, n. 32.* Hieron. de Monte *in tract. de finib. regen. c. 55. n. 10.* & dicam latiùs *infrà, n. seq.*

Si verò†& eodem tempore oriuntur contrariæ famæ, tũc 167
illa attenditur, quæ vel à verisimilibus causis & coniecturis ortum habet, vt per Bart. *in l. de minore, d. §. plurium, n. 26. ff. de quæst.* Salic. *in l. ea quidem, n. 128. C. de accusat.* Dec. *in c. 1. n. 61. extr. de appellat.* Marsil. *in d. §. plurium, n. 60.* Foller. *in pra. crim. in verbo, dẽtur capitula, quòd suffocauit vxorem, n. 32.* Natta *cons. 473. n. 20. & n. 23. versic. Item probatum est, lib. 3.* vbi ampliat, etiam quòd testes probantes contrariam famam, essent numero plures, Cyrill. *in summa crim. in rub. 29. de qu. §. 4. n. 13. in fine. fol. mihi 152. col. 2.* Hier. de Monte *de finib. regen. c. 55. n. 17.* Galeot. Maluat. *inter consilia criminalia diuers. consilio 110. post n. 21. volum 1. in folio*, Hippol. Riminal. *consil. 218. n. 46. volu. 2.* Mascar. *de prob. lib. 1. concl. 235. n. 5. & 6. & lib. 2. conc. 750. n. 1.*

Quòd†si testes hinc inde famas contrarias probantes, & 168
verisimilitudines, vnde famæ ortum habent, sint æquales, tunc vna tollit aliam: negatiua tollit affirmatiuam, & fama innocentiæ bona tollit malam delicti famam, vt per Alex. ad Bart. *in l. de minore, §. plurium, n. 19. sub litera D. ff. de quæst.* Bal. *in l. ea quidem, n. 54. C. de accus.* Bar. *in d. §. plurium, n. 25.* Gram. *voto 34. n. 17. vers. Et nihilominus*, Foll. *in pract. crim. in verbo, dentur capitula, quòd suffocauit vxorem, n. 41.* Boss. *in tit. de manda. ad homic. n. 45.* Marsil. *in d. §. plurium, n. 59.* Cyril *in summa crim. rubr. 29. de quæst. §. 6. n. 14. vers. Negatiue quoque fama, folio mihi 155. à tergo, col. 2. in fine*, Paris. *cons. 67. n. 107. libro 3.* Gabriel. Saray *in add. ad Matth. sing. 51. post medium additionis, ver. 5. statutum declaratur*, Galeot. Maluas. *inter consilia criminalia diuersorum, consilio 110. n. 21. lib primo* Cepha. *cons. 65. n. 54. lib. 1.* Roland. *cons. 3. n. 58. & seq. libro primo*, Bursat. *cons. 20. n. 27. in fine, iuncto n. 133. vol. 2. & cons. 132. n. 4. vol. 3.* & ibid. *cons. 331. n. 16.* Masc. *de prob. lib. 1. concl. 235. n. 4.*

Quod procedit non solùm, †quando famæ cõtrariæ sunt 169
in eodem loco, sed etiam si in diuersis locis vt per Bart. *in d. §. plurium, n. 28.* Vbi dicit, quòd etiam isto casu attenditur qualitas testium, & verisimilitudinum, ex quibus fama orta est: & si omnia sunt æqualia, vna confundit aliam, & neutri creditur, sequitur Salic. *in l. ea quidem, n. 128. ad fi. C. de accus.* Marsil. *in d. §. plurium, post n. 61.* Foller. *in pract. crim. d. verbo, dentur capitula, quòd suffocauit vxorem, n. 34.* Masc. *de proba. lib. 2. concl. 757. n. 3.*

Et in proposito aduerte ad vnũ, †quod est notabile, quòd 170
si aliqui testes deponãt super publica voce, & fama, quòd Titius occiderit Seium: alij autẽ interrogati, an de hoc aliquid sciant vel dici audiuerint, respondeant nihil scire, vel nihil dici audiuisse, tunc isti vltimi testes reprobant primos, quia si illud homicidium esset ita publicum, vt primi testes dicunt,

cunt, vtique etiam alij testes de eo notitiam habuissent, cùm eorum quæ publicè fiunt, vel dicuntur, scientia præsumatur, & non ignorantia, *l. regula. ff. de iur. & facti ignoran. c. 1. de postula. præla.* gl. *in l. si tutor, C. de peric. tut.* sic nempe per istam rationem cõcludit Aym. *cons. 57. n. 9. in fine, ver. Respõdeo*, sequitur Hotat. Lut. *inter cons. criminalia diuersorum, cons. 161. n. 33. lib. 1.* Bursat. *cons. 216. n. 79. vers. 7. & c. lib. 2.* & voluit Rota *in vna Imolen. confidentiæ* coram D. Pamphilio die Lunæ 24. Februa. 1592. & in aliam Burger. Abbatiæ 16. Iunij 1589. coram D. Pegna, & in alia Tullen. Monasterij sancti Mansueti, 2. Ianuarij 1597. coram eod. Pegna.

172 SVBLIMITA IIII. Easdem† limitationes (& hæc limitatio respicit tantùm ciuiles causas) vt nunquam fama inducat aliquam probationem, nisi illa fuerit orta ante litem motã, *c. licèt ex quadam*, & ibi Abb. *n. 7. versic. Idem dicerem*, vbi agitur de probanda fama, *extra de testibus*, Alex. *cons. 177. n. 9. lib. 6.* Cæpo. *cons. 31. n. 9. In ciuilibus*, Aym. *cons. 260. numer. 7. vers. 4. Respondeo, quòd erat probandum tempus famæ*, Affl. *dec. 324. n. 10. vers. Sed contrarium*, Corn. *cons. 221. n. 5. lib. 3.* Paris. *cons. 67. n. 105. lib. 3.* idem Alex. *cons. 150. nu. 18. in fine, libr. 5.* Hieron. de Monte *in tract. de finib. regen. c. 55. n. 7.* Fran. Herc. *in tract. de negatiua, n. 313.* Ceph. *cons. 441. num. 39. volum. 3.* Ioan. Mar. Monticell. *in eius Repert. de testibus, folio mihi 328. col. 2. vers. secundo*, Mascar. *de prob. lib. 2. concl. 749. n. 30.* Petr. Ant. à Petra *in tract. de fideic. q. 11. n. 379. & q. 13. n. 116. & n. 117. vers. Et in proposito*, & ita aliàs fuit decisum in Rota in vna Romana Castrorum de Gaetanis coram Domino Guido. Bono, 10. Octobris 1551. & in alia Tirasonen. prætensæ erectionis, 16. Nouembris 1551. prout refert Caputaquen. *dec. 9. lib. 2. in impressis.*

173 AMPLIA I. Hanc† quartam sublimitationem, vt si testis super fama deponens non dicat tempus ortæ famæ, præsumatur in dubio, quòd orta fuerit post litem motam: sic enim est de mente Afflicti, Gramm. Cornei, & aliorum allegatorũ suprà in sublimitatione: † & facit viua ratio, quia quando
174 tempus est fundamentum intentionis alicuius, illud debet probari, *l. eum actum*, cum ibi notatis, *ff. de neg. gest. l. matrem, Cod. de probat.* cum aliis per Ruinum *in cons. 92. n. 8. lib. 3.* & per Negusan. *de pig. 2. membro 5. partis, n. 44.* & per Masc. *de prob. lib. 2. concl. 994. n. 2.* & testes isto casu non concludentes de tempore nihil probant, vt per Fabian. de Monte *in tract. de empt. & vendit. quæst. 5. n. 21.* Bertran. *cons. 1. n. 26. part. 1.* Monticell. *in Repert. testium, fol. 271. col. 1. ver. 2.*

175 Verùm† in proposito vide eundem Monticellum, *vbi suprà, fol. mihi 388. col. 2. ver. primo*, vbi dixit istud procedere, si testis fuerit interrogatus de tempore: nam si non fuerit interrogatus, & non deposuit de tempore, præsumitur, quòd de tempore ante litem motam, nisi ex depositione testis aliter deprehendatur: & ita testatur fuisse decisum per Rotam corã Domino de Rubeis anno 1563. de mense Decẽbris, in causa Toletana Portionis, sequitur Masc. *d. concl. 746. n. 31.*

176 AMPLIA II. Eandem† quartam sublimitationem, quæ, vt dixi, loquitur in ciuilibus, vt etiam procedat in criminalibus, in quibus fama orta post inquisitionem formatam, vel post rei inquisiti carcerationem, nihil operatur, vt per Grã. *cons. 42. n. 9. in fine, & voto 34. n. 17.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de indi. & tortu. §. secundum indicium, num. 12.* vbi etiam idem in fama orta post accusationem, *& n. 17.* Foll. *in pract. crim. in verbo, dentur capitula, quòd suffocauit vxorem, num. 28. ante medium, versic. Item præsupponendo, quòd sit orta*, Galeot. Maluat. *inter consilia criminalia diuersorum, cons. 110. n. 21. vol. 1.* Thob. Non. *cons. 99. numer. 26.* Bursat. *cons. 20. numer. 27. & cons. 34. num. 20. cons. 35. numer. 24. volum. 1. & consil. 166. n. 28. & cons. 192. numer. 33. volum. 2. & consil. 332. numer. 3. & cons. 331. numer. 14. volum. 3. & cons. 437. numer. 8. versicul. his non obstant, libr. 4.* Claud. ad Bertaz. *cons. 162. litera B, versic. quartò requiritur, libr. 1.* Bertaz. *cons. 234. n. 6.* Petr. Anton. à Petra *in tract. de fideic. q. 13. n. 117.* vide *infrà, n. 128.* vbi declaratur hæc ampliatio.

177 AMPLIA Rursus† hanc secundam ampliationem, vt non solùm non probet fama orta post accusationem, inquisitionem, vel carcerationem, sed etiam ad hoc vt probet, debet esse orta tẽpore commissi delicti, & post illud in continenti, non autem ex interuallo, vt pluribus demõstrat Gand. *in rub. à quo, vel à quibus possit fama incipere, & n. 12. ver. Prima, quia fama, quæ statim orta non fuit*, Carter. *in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. secundum indicium, n. 12.* Hieron. de Monte *in tract. de finibus regen. c. 56. n. 3.*

178 Verùm † in hoc vide Bart. *in l. de minore, §. plurium, n. 16. & n. 17.* & ibi etiam Alex. *in addit. litera C, in fine, ff. de q.* vbi affirmat, quòd est truffa dicere famam ex interuallo ortam post delictum esse suspectam: quia veritas est, quòd fama potest habere originem tempore commissi maleficij, & etiam post, item ante accusationem, & post accusationem, secundùm quod manifestatur causa, ex qua populus vel vicinia in suspicionem, & credulitatem deducitur, ex qua postea credulitate sic dicentes famam inducunt, & ibi bene exemplificat causas, quibus fama potest oriri tempore delicti, post delictum, item post accusationem, vel inquisitionem, sequitur Salic. *in l. ea quidem, n. 114. C. de accus.* Marsil. *in d. §. plurium, n. 61.* Boss. *in tit. de partu suppositio, n. 21.*

Quare retenta hac Bart. & sequacium vera doctrina, ac etiam retentis præmissis ampliationibus, illásque declarando dicas, quòd regulariter fama orta ex interuallo post delictum, & multò magis si post accusationem, inquisitionem, vel carcerationem, quia tunc quandoque superueniat causa famæ, potest ipsa fama oriri.

179 SVBLIMITA V. Vt † nunquam fama in criminalib. operetur, nisi sit in loco delicti commissi, vt per Baldum *in lege ea quidem, n. 55. C. de accusat.* vbi reddit rationem, quia scilicet hoc tendit ad ordinationem iudicij, & fama succedit loco accusatoris, ideo debet Iudici assistere, quemadmodum accusator, *l. si accusatoribus, C. de accus.* & licèt Bart. *in l. de minore, §. plurium, n. 11. ff. de q.* contrarium asseruerit probãdo, quòd ad famæ probationem locus non requiritur, vide tamen Salic. *in d. l. ea quidem, n. 111.* vbi bene respondet rationibus per Bart. consideratis, & concludit famam semper fari in aliquo loco, aliquando in minùs lato, vt in vicinia, vel cõtraria, aliquando in lato, vt in quarterio Ciuitatis, aliquando in latiori, vt in tota ciuitate, & aliquando in latissimo, vt in tota prouincia secundùm qualitatem, & exigentiam facti.

180 SVBLIMITA VI. Vt † tam in ciuilibus, quàm in criminalibus fama procurata, & affectata nihil probet, vt per Bart. *in l. miles, §. mulier*, per illum tex. *ff. de aduit.* Masc. *de prob. lib. 2. concl. 748. n. 8.* vbi dicit hanc famam non solum non probare, sed etiam procurantes fore puniendos: faciunt quæ scripsit Foller. *in pract. crimin. in verbo, dentur capitula, quòd suffocauit vxorem, n. 35.*

Et hæc quoad primam inspectionem propositæ quæstionis, veniamus modò ad secundã, videlicet, quid & quãtùm valeat, & operetur in criminalibus alicuius bona, vel mala fama in genere, & primò videamus de bona fama, in qua

181 REGVLAM constituo, † quòd fama bona alicuius in genere tollit eiusdem malã famam pariter in genere omnẽ præsumptionem ex eadem mala fama resultantem, Iaf. *cons. 78. Visis depositionibus, n. 27. lib. 3.* Marsil. *in l. de minore, §. plurium, n. 116. ff. de q.* & ante illos Bald. *in l. fina. sub num. 10. vers. ex hoc deciditur, ff. de feriis*, & post alios quos allegant, scripserunt Iul. Scarlatin. *inter consilia criminalia diuersorum, cons. 118. n. 39. lib. 1. in fol.* Horat. Lut. *inter eadem consilia, cons. 161. n. 49 eodem lib. 1.* Paul. Meren. *cons. 89. num. 45. vol. 2.* Cyril. *in summa crim. in rub. 29. d. q. §. 4. n. 13. fol. mihi 152. & §. 5. n. 15. fol. 156.* vbi si pro reo, & contra reum bona, ac mala fama cõcurreret, Iudices in odorem bonæ opinionis potiùs quàm infamiæ pudorem induci debent, quia præstantius est priuilegium bonæ famæ, quàm malæ opinionis, *c. licèt, in fi. extra de accus.* cum aliis ibi per eum allegatis, vbi bene hanc regulam exornat Bertaz. *cons. 141. n. 21. lib. 1. & cons. 548. n. 5. lib. 2.* Hippo. Rim. *cons. 280. n. 44. lib. 2.* Hector Æmil. *in tract. de testibus, in verbo, Testis bonam, vel malam famam deponens, n. 8. & 9.* Ludou. Peguer. *decis. crim. 17. n. 13. ver. Intellige tamen*, Hier. Lauren. *decis. Auenion. 20. n. 13.*

182 Vbi† enim adsunt testes inuicem contratij probantes famam bonam, & malam testes probantes bonam famã, tanquam deponentes super eo, quod à iure præsumitur, præferuntur testibus probantibus malam famã, sicuti pariter post alios, quos allegant, affirmarunt Curt. sen. *in tract. de testibus, n. 95. in concluſ. 48. incip. Magis creditur*, Gozad. *cons. 13. n. 28.* Bald. *cons. 402. numer. 4. versicul. Sed aduertendum est, libro 5.* Aym. *cons. 6. num. 63. & cons. 9. num. 8.* Dec. *cons. 448. num. 12.*

Corn.*consil.*221.*n.*20. *libro* 4.Felin.*in cap.fin. num.* 11. *de præsumpt.*Marsil.*in l.de minore,*§.*plurium,n.*116.*ff.de quæst.*Galeot. Maluat.*inter consilia criminalia diuersorum,consilio* 110. *num.* 24.*vol.* 1. vbi ampliat,etiam quòd testes probantes bonam famam,essent pauciores,Paul.Meren. *consilio* 89.*n.* 45.*inter eadem consilia,libro secundo,* Franc.Hercul. *in tra.de negat.nu.* 307.*vers.Planè,*Natta *consil.*362.*l.*11. Conrad. *in pract. in tit. de testib.*§.*dicta testium assumendo, num.*6.*vers.* 40. *Adde, fol. mihi* 117. Gabr. *tit. de test. concl.*5.*n.*24.*&* 25. Bertazz.*cons.* 948.*num.*4. *in fine,& seq.* Roland. *cons.*63. *num.*39. *lib.* 2. *& cons.*91.*num.* 22.*eod.lib.*Menoch.*cons.*149.*num.*143.Io. Mar. Monticel.*in repert.testium,fol.mihi* 446.*col.*1.*vers.fin.*Mascar. *de prob.concl.*223.*num.*1.*&* *concl.*234.*num.* 2. *& sequentib. &*

183 *concl.*335.*num.*1.*&* 2.*lib.*1.*&* *concl.*1219.*n.*9.*&* 10.*lib.*3.† & licèt contrariũ asseruerint aliqui Doctores relati per Gabr. *vbi suprà,d.conc.*4.*eodem num.*25. *versic. contrarium colligitur,* & per Monticell.*in d.repert.p.*427.*colum.*1.*vers.*1.*&* *p.* 446. *colum.* 2. *versicul.tertio,*& per Mascar.*vbi suprà d. conc.*235. *num.* 5. Non per hoc tamen recedas à proposita regula, & conclusione, tum quia verior est, tum etiam quia cõmuniter recepta,vt apparet ex præallegatis Doctoribus, qui alios plures concordantes adducunt, & præsertim per Hector. Æmil. *in suo tract. de testib. in verb. Testis bonam, vel malam famam deponens,n.*14.15.*&* 16.vbi ex Zabarel.Cor.& Franc. Curt. in locis per eum allegatis, ampliat illam procedere, etiam quòd testes super mala fama deponentes essent numero plures,sed non multò plures, *& in verbo, Testis bonitatem deponens, num.* 2.

184 AMPLIA I.Hanc † huius secundæ inspectionis primam regulam,vt fama bona in specie,multò magis tollat malam famam in genere,prout in his terminis consuluerunt,Natt. *d.cons.*362.*n.*12.*in fine.*Burs.*cons.*239.*num.* 21.*&* *cons.*311.*n.*
* 106.*&* *cons.*315.*n.*6.*vo.*3.vbi etiam testatur de communi,* *& cons.* 368. *num.* 12.*vol.*4.

185 AMPLIA II.Eandem regulam, † vt bona fama non solũ tollat malã famam,sed etiam operetur,vt reus ob cõfessum delictum mitiùs puniatur,si aliàs toto tẽpore vitæ suæ,aliud non commisit delictum,reputatúsq; fuerit vir bonæ conditionis & famæ,vt per Alex.*in cons.*121.*n.*5. *vol.* 5. Tiraq. *de pœn. temper. causa* 51.*per totam,* Bertazz. *cons.*11.*n.* 24. *l.*1.

186 AMPLIA III. Quia † bona fama non solùm tollit indicium malæ famæ,sed etiam omnem aliam delicti præsumptionem,& indiciũ,& ita & taliter,vt reus qui torquendus erat ex legitimis contra eum præcedentibus indiciis probata bona fama ampliùs torqueri non possit. Colligitur hæc ampliatio post alios quos allegant antiquiores ex tradit. per Franc.Cason.*de indic.& tort.tr.cap.*2.*rub. de fama reorum, n.*
* 9.Ioan.Arnon.*Soliloquio* 37.*incip.Licèt communi* * *opin.*Foll. *in pr.cr.in verbo, Dentur capitula, quòd suffocauit vxorem,n.* 30.Mantuam *in praxi iudiciaria,casu* 37.vbi quòd ita quotidie fit hæc probatio,licèt parum prosit corã rigorosis Iudicibus,qui(vt ipse ait) volunt sapere plus quàm oporteat, Bart. Ghit.*inter consilia criminalia diuersorum,cons.*160.*n.* 9.*l.* 1.*& inter eadem consilia,* Ronchegal.*cons.*127.*n.*7.Horat.Lut.*consil.*161.*n.*50.*d.l.*1.*& inter eadem consilia, l.* 2. Bertazz. *consil.* 70.*n.*29.Pau. Meren. *cons.*89.*n.* 46. *& cons.*90. *numer.* 4.*& cons.*91.*n.*61.*iuncto n.*76.*lib.*2.Plot.*de in litem iuran.*§.6.*num.* 59. Boss.*in tit.de inquisit.num.*34.*iuncto n.*36.Franc. Hercul. *in tractatu de negatiua,num.*306. Natta *consilio* 394.*num.*37. *vol.*2.Cyril.*in summa crim.in rubr.*29.*d.quæst.* 4.*n.* 11.*fol.mihi* 151.Fran.Marc.*dec.*423.*num.*20.Roland.*cons.*96.*num.*23.*& 24.l.*2.*&* *cons.*7.*num.*51.*vol.*1.*&* *cons.*73.*num.*35.*&* *cons.* 16. *n.*24.*&* *seqq.&* *cons.*38.*num.*34.*&* *cons.*45.*n.*43.*&* *seq. d.lib.* 1.*&* *cons.*3.*n.*51.*l.*3.Brun. à Sole *in suo cons.cr.n.*148. *&* *seqq.* Hippol.Riminal.*cons.*290.*num.*12.*&* 23.*l.*3.Vulpel.*cons.*10. *num.*4.*&* *cons.*11.*num.*8.*&* 9.*&* *consilio* 12.*num.*15.*&* *consilio* 17.*num.*5.*&* *consilio* 30.*num.*15.*&* *consilio* 62.*n.*3.Ceph.*cons.* 721.*n.*14.*&* *seqnentib.l.*5.*cons.*304.*n.*218.*l.*2.*&* *cons.*225.*n.* 24.*d.lib.*2.*&* *cons.*424.*n.*27.*eodem volum.* Bertazz. *cons.*445. *n.*7.*&* *cons.*557.*n.*12.*&* *cons.*559.*n.*16.*&* *seqq.&* *cons.*241.*n.* 29.*&* *cons.*72.*n.*6.*&* *cons.*125.*n.*7.*&* *cons.*209.*n.*18. *&* *consil.* 122.*n.*9.*&* *cons.*146.*n.*22.*&* *cons.*208.*n.*18.*&* 20.Burs.*consil.* 116.*n.*21.*&* *cons.*90.*n.*7.*lib.*1.*&* *cons.* 24.*n.* 19. vbi de com-
* muni, * *& cons.*25.*n.*42.*l.*1.*&* *cons.*166.*n.*12.*l.* 2. vbi etiam de communi, *& consil.* 216. *num.* 52. vbi de communi, *& cons.*221.*num.* 58. *volum.*3.*&* *consil.*31.*num.* 98.*d. volum.* 2. vbi de communi,*&* *cons.*325.*numer.*91.*&* *cons.* 215.*n.* 3.*& cons.*275.*num.*4.*lib.*2.*&* *cons.*125.*n.*120.*&* *consilio* 326.*num.* 28.*&* *cons.*427.*n.*2.*lib.*4.Honded.*cons.* 107.*n.*55.*&* *cons.*100. *n.* 40. vbi de communi.

Contrariũ,†quòd imò fama bona in genere probata nõ 187
tollat specialia indicia ad torturam sufficientia,colligitur ex traditis per Marsil. *consilio* 3. *numero* 2. Alex. *consilio* 77. *n.* 5. *volum.* 1. Roma. *consilio* 167. *in fine,* Curt. sen. *consilio* 55. *numero* 18. Ceph.*consilio crim.* 40. *num.* 42. *&* 43. Ferran. Gargiar. *inter consilia criminalia diuers.consilio* 121.*num.* 21. *volum.* 1. Paul. Meren. *consilio* 88. *num.* 76.*&* *consilio* 90. *num.* 26. *inter eadem consilia lib.* 3. Plot. *de in lit.iuran.* §. 6. *post n.*59.*&* §.29.*n.*3.vbi testatur de cõmuni *opin.*& §.10. * *n.* 13. vbi infert Clarus *in pract.*§.*fin. quæst.* 60. *versicul. Frequens etiam,in fine,* vbi quòd fama bona tollit malam delicti famam,sed si vltra famam adest aliquod indicium super delicto,eo casu non obstante probatione bonæ famæ, poterit reus torqueri,& ita sẽper testatur se vidisse seruari,& Clar. refert,& sequitur Burs.*cons.*152.*n.*6.*lib.*2.Bertaz.*consilio* 173. *n.*15.*libr.*2.Franc.Personal.*in tract.de indic.& tortu.post n.* 57. Sylvest.Aldobran.*in cons.*71.*n.*57. vbi quòd hæc est trita cõclusio apud criminalistas,Hieron. Lauren.*decisio. Auenionen.* 20.*n.*14.*vers.Aduerte,&c.* † Hinc hodie probat quæstionem 188
bonæ famæ esse leuem defensionem, dixit Men. *cons.*101. *n.* 56.*vers. Non obstat, volum.* 1. † Hinc bonam famam tollere 189
indicia leuia,non autem grauia,dixit Paul. Meren. *inter consilia criminalia diuersorum, cons.*88.*n.*77.*lib.*2.*in fol.*prout etiã in leui,seu qualiquali iudicio,loquitur Vulpel.*cons.* 10. *n.*4. *& consilio* 17.*n.*5.† Hinc etiam bonam famam tollere indi- 190
cia,si sumus in dubio,aliter secus,dixit idẽ Vulpel.*cons.*105. *n.*6.*&* *cons.*125.*n.*26.Vbi † quòd fama bona non tollit, sed 191
minuit indicia,& ita etiam de diminutione, seu debilitatione indiciorum, non autem totali eneruatione, loquuntur plures ex Doctoribus allegatis *suprà,n.*186. & in specie declarat Ludou.Peguer.*decis.crim.*17.*n.*13.*in fine vers.c. Quamnis illud negandum non sit.* Hinc probationem bonæ famæ non tollere particulares probationes super delicto, de quo quis inquiritur,post Mars.Franc. Hercul.& Socin. quos allegat,affirmauit Hector.Æmil.*in suo tracta.de testib.in verbo, Testis bonam,vel malam famam deponens,n.*17.

Quid dicendum? † Prima opinio sine dubio est magis * 192
cõmunis, ac etiam canonizata per Doctores omnes consu- *
lentes ad fauorem inquisitorũ,sed hæc secunda & contraria pariter,& sine dubio est non solùm magis seruata,sed ni fallor, iudicio meo rationabilior: quia si probata bona fama, reus effugeret torturam, vtique ferè nũquam rei torquerẽtur,cùm nullus sit homo etiam nequam, qui duos non habeat amicos deponentes super eius bona fama. Et si tu dices,quid ergo operabitur probatio bonæ famæ? Nonne debet aliquid operari?ego respondeo, quòd operabitur, vt leuiùs torqueatur,non autem vt nullatenus torqueatur, prout videtur de mente Fran.Cason. *de indic. & tort. tract.* 1.*c.* 2. *rubr.de fama reorum,n.*5.& ista est veritas, secundùm quam indistinctè semper vidi seruari.

LIMITA I.Hanc†huius secundæ inspectionis primã re- 193
gulam,vt licèt fama bona in genere tollat malam famã pariter in genere:non tamen tollit malam famã in specie ortã super delicto,de quo quis inquiritur, sicuti post alios quos allegant,antiquiores,affirmarunt, Rom. *cons.*167. *n.* 10.& ibi Mandos.*in addit.litera O,*Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de indic.&tort.*§.*secundum indicium,n.*16. Ronchegall. *inter consilia criminalia diuersorum,cons.*127.*n.*8.*li.*1.*in fol.&inter eadem consilia,* Paul.Meren.*cons.*88.*n.*76.*lib.*2.*&* *cons.*90.*n.*36.*&* *n.* 16.*d.lib.*2.Boss.*in tit.de inquisit.n.*34.*in fine,&* *n.*35.*in princ.* Osasc.*decis.Pedem.*79.*n.*54.vbi alios adducit,Franc.Hercul. *in tract.de negatiua,n.*307.vbi exemplificat,& ampliat,Ioan. Mar.Monticell.*in repert.testium,fol.*446.*colu.*2.*v.* 5. Vulpell. *cons.*72.*n.*7.Hippol.Riminal.*cons.* 360. *n.* 31.*lib.* 4. Hector Æmilius *in tract. de testibus,in verbo,Testis bonam,vel malam famam deponens,n.*6.Ludou.Peguer.*d. decis.crimin.*17.*n.*13. *vers.Nec enim.*

Hinc†testibus deponentibus super mala fama in specie, 194
magis credendũ esse, quã deponentib. de bona fama in genere affirmarunt Alex.ad Bar. *in l.de minore,*§.*plurium,n.*25.

litera

litera F,& ibidē Marsi.*n.* 117. *& seqq.ff.de quæst.*Rom. *dict. consil.*167.*n.*10.& ibi Mand.*in addit. litera O*,Hercul.*de negatiua,sub nu.*107. Rolan.*cons.*96.*n.*22.*vol.*2.relati per Rolandum,*cons.*7.*n.*54.*in princ.lib.*1. Ioan.Mar.Monticell. *vbi suprà,d.fol.*446.*col.*2.*vers.*2.

195 Contrarium, † quòd imò fama bona in genere tollat malam famam,etiam in specie voluerunt Gandin.*in tit.de præsumpt.& indi.dubitatis,n.*15. *ver.sed secundum*, vbi sex rationibus comprobat hāc opinionem, eámque dicit esse secundùm mentem*omnium,Bal.*in l.ea quidem,n.*57. *C.de accus.* & post alios quos allegant antiquiores,Foller.*in pract.cri.in verbo,dentur capitula,quòd suffocauit vxorem,num.*29.Galeat. Malua.*inter consilia criminal. diuersorum,cons.*110.*n.*22.*vol.*1. Clar.*in pract.§.fi.q.*60.*ver.frequens, etiam in princ.* vbi pariter testatur de communi,ex Gandino in loco præcitato,Cepha. *cons.*721.*n.*15.vbi bene Bertazz.*cons.*493.*n.*20.*lib.*2.*& cons.* 60.*n.*17.*lib.*1.Bursat.*cons.*16.*n.*79. Fran. Personal.*in tract.de indic.& tor.n.*57.*& post num.*65.vbi etiam de*communi, de qua etiam per Marc.Ant.Eugen.*in cons.*27.*num.*45.

196 Hinc † etiam magis credi testibus deponentibus de bona fama in genere,quàm deponētibus de mala fama in specie, voluerunt aliqui Doctores relati per Marsil.*in l.de minore*,§. *plurium,post n.*120.*ff.de q.* & per Rol. *cons.*7.*post n.*42.*vol.*1.

197 Quid dicendum ? † Dicas secundùm Boss.*in tit.de inquisitione,num.*35.*in fi.vers.est verum*, quòd licèt bona fama in genere, non tollat penitus malam famam in specie, illam tamen elidit,seu potiùs debilitat.

198 Vel dicas, † quòd si mala fama in specie alicuius delicti est adminiculata aliis coniecturis,tūc non tollitur per probationem bonæ famæ, secus si sit nuda, & sine coniecturis: ita has contrarias opiniones reperio concordatas per Gand. *vbi sup.d.n.*15.*in fine,versi.verū si dicta fama*,Bal.*in d.l.ea quidem,post n.*57.Foll.*vbi sup.d.n.*29. Clar.*d. ver.frequens,in fi.* vbi testatur ita sēper vidisse seruari,Vulpell.*cons.*125.*n.*26.

Et hæc sufficiant de bona fama,videamus modò de mala fama, in qua

199 REGVLAM constituo,†quòd mala fama in genere alicuius facti contra ipsam delicti præsumptionem facit, sicut pluribus docet Gandin.*in tit.à quo, vel à quib.possit fama incipere,n.*12.*vers.è contrà videtur, & per totum n.*13.Fran. Cason.*in tract.de indi. & tor.tract.*1.*c.*2.*rub.de fama reorum,n.*1. Mascar.*de probat.l.*2.*concl.*831.*n.*10.vbi plures adducit concordantes,& loquitur in crimine furti, Menoc.*de præsumpt. lib.*1.*q.*89.*n.*133. facit, quia semel malus semper præsumitur malus,*reg.semel malus,de reg.iur.in*6. cum aliis allegatis *suprà,in*1.*lib.tit.de delictis, & pœnis,q.*23.*num.*20.*& seq.*ex quibus benè comprobatur proposita regula.

200 AMPLIA I. Huius † secundæ inspectionis secundā regulam,vt mala fama hominis operetur quandoque,vt is possit condemnari in pœnam exilij, vel etiā ad triremes,vbi aliàs si talis non esset,iure hoc non permitteretur,vt per Boss. *in tit.de inquisit.n.*29.*in fin.& n.*30.*& in tit. de indi.& cōsiderat. ante tor.n.*68.vbi huius ampliationis ponit tria exēpla : primū in reo confesso,vel cōuicto de aliquo crimine,pro quo de iure non potest puniri ita grauiter, & nihilominus si is fuerit aliàs malæ vitæ,& famæ,punitur,vt sup. dicta pœna. Secundum affert exemplū in eo, qui de grauissimis delictis imputatus, si in tortura sibi illata ob magna indicia perstiterit in negatiua,poterit tamen sic,vt suprà condemnari, si aliàs sit homo malæ famæ,& indicia taliter vrgeant,vt certū sit illum deliquisse,& ita in his duobus casibus testatur Boss. Senatū Mediolani seruare. Tertium affert exemplū in reo, nec conuicto, nec torto,contra quē de aliquo graui delicto inquisitū,si laboret mala fama in genere,iūctis aliquib. specialibus circumstantiis dicti delicti,de quo inquiritur,poterit absque eo,quòd torqueatur,tanquā conuictus,sic vt sup. condemnari, vel in exilium,vel in opus publicū, argumento tex.*in l.congruit,ff.de offi. præsid.*& per Paridem de Put.in loco per eum citato, & Bossium *vbi suprà*, refert Bertaz. *in consilio* 306.*n.*3.& Ludo.Peguer.*de decis.crim.*13.*post princ.*

201 Verùm † ne erres in hac ampliatione aduerte, quòd hoc vltimum exemplum Bossij nec verum est, nec in practica seruatur, quia, vt mox dicam in secunda limitatione huius regulæ,mala fama in genere,iunctis aliis indiciis & circumstantiis, vix sufficit ad torquendum.

Circa secundum exemplum de eo,† qui grauatus vrgentissimis indiciis perstitit in tortura,an possit condemnari in pœnam extraordinariam, & corporalem, vide quæ dixi *suprà,q.*40.*n.*11.*& seq.*& ad ibi tradita me remitto. 202

Circa† primum exemplum de eo,scilicet, qui pro delicto non condigno pœna triremium cōdemnatus condemnatur tamen in eam propter eius malam famam in genere:aduerte, quòd Bossius loquitur in Senatu, qui Principis locum tenet, vt bene aduertit Bertaz.*d.cons.*306.*n.*3.vnde id minimè iudicibus ordinariis licebit. 203

LIMITA I.Dictæ † secundæ inspectionis eandem secundam regulam, vt procedat, dummodo mala fama sit in eodem genere illius delicti,de quo quis inquiritur : tunc enim facit in eo delicto præsumptionem,aliter secus, vt per Bald. *in l.final.col.prima,ver.inducitur hac lex,ff. de hæred. instit.* quē sequitur ibi Imola, vbi inferūt,quòd ex mala fama meretricandi nō redditur quis suspectus nomine homicidij, cùm sit delicti diuersum genus,& ex dissimilibus non sumitur cōiectura,ad tex.*in l.spadonum,*§. *qui iura multa,ff.de excusa. tuto. & in l.iubemus,C. de prob.& in l.si quis ex argentariis,*§.2.*ff.de eden.* cum aliis in proposito adductis per Nattam, qui bene hanc firmat limitationē,*in cons.*362.*n.*7.*&* 8. & per Carrer. *in pra.cri.in* 2.*tra.de indi.& tor.*§.*secundum indicium.n.*5. Frā. Cason.*de indi,& tor.tract.*1.*cap.*2.*rub.de fama reorum,n.*5. vbi quòd ita omnes*dicunt,Gram.*cons.*45.*n.*31. Rol. *cons.*64.*n.* 35.*li.*2.Boss.*in ti.de indi.& considerat.ante tor.nu.*65.*vers. imò etiam.*Pau.Meren.*inter consilia criminalia diuersorum,cons.*89. *n.*25.*vol.*2.Clar. *in pra.*§. *fi. q.*21.*ver.fama sola,ad fin.*Bertaz. *cons.*548.*n.*5.Claud.ad eundem Bertaz.*cons.*213.*litera C,ver. necesse est enim,*Mascar.*de prob.li.*1.*concl.*831.*n.*10.*in fin.*Fran. Person.*in tr.de indi.& tor.n.*56.Ratio huius limitationis est, quia illa conclusio,quòd mala fama inducat delicti præsumptionē,sumit fundamentū,vt supr. dixi, ex illa regula,Quod semel malus semper præsumitur malus, quæ quidē regula nō procedit, nisi in eodē genere malitiæ, secus si in diuerso, vt probaui *in* 1.*li.ti.de delictis,& pœnis,q.*23.*nu.*30. *& seq.*vbi ex traditis *n.*32.rursus sublimitatur proposita limitatio. 204

LIMITA II.Dictam† secundam regulam,vt licèt mala fama in genere faciat contra aliquem malam præsumptionem delicti,de quo quis inquiritur,tamen mala præsumptio de se sola non est sufficiens ad torturā, sed bene iunctis aliis adminiculis,vt per Fran.Cason.*de indi. & tor. tra.*1.*c.*2.*rub. de fama reorum,n.*2.*in fi.*vbi quòd quis sit homo malæ conditionis, & indicium qualequale, non sufficit ad torturam sine aliis,secus si sit vnitum,Brun.*inter consilia criminalia diuersorum,cons.*110.*n.*16.*iuncto n.*66. vbi pro adminiculo adducit testimonium de auditu,dicitque non esse veram eorum opinionem, qui voluerunt malam famam sufficere de se solam ad torturam,Boss.*in tit.de inquisit.n.*29.vbi quòd mala fama rei, iuncta cum alio indicio de se non sufficiente ad torturam,facit illud sufficiens,per tex. *in l. domini horreorum*,cum ibi notat. per Bar. & Alex. *ff. loca.* cum aliis ibi allegatis per eum,*& rursus in ti.de indi.& considera.ante tor. post n.*65.*ver. loquor de fama,& n.*66.*& seqq.* vbi aliis similibus hanc probat conclusionem,Clar.*in pra.d.q.*21.*ver. fama sola,ante finem*,vbi quòd ex mala fama,iuncta qualibet leui suspicione attingente delictum potest reus tormentis subiici,Pau.Granut.*theorem.*23.*n.*4. vbi propterea dicit, quòd mala fama in genere est sicut herba betonica, quæ cætera indicia de se ad torturam insufficientia facit haberi pro sufficientibus, Bertaz.*cons.*213.*n.*3.*li.*1.vbi quòd non est dubium malam famam,iunctam cum aliquo indicio facere indicium ad torturam:ergo sine alio indicio pariter, & sine dubio non sufficit ad torquendum, prout vltra præallegatos voluit etiam Menoc.*de præsump.lib.*1.*q.*89.*n.*133.*in fi.*iunctis aliis per me allegatis *in* 1.*li.ti.de delictis,& pœnis,q.*23.*n.*22. 205

SVBLIMITA I.Hanc† secundam limitationem non procedere in persona vili,& abiecta,vel in delicto difficilis probationis:nam in iis casibus sola fama in eodem delicti genere etiam sine alio indicio sufficit ad torquendum,vt per Frā. Persona.*de indic.& tort.n.*54.*&* 55.vbi plures alios secūdum eum adducit cōcordantes,qui si bene inspiciantur,loquūtur in diuersis terminis, & propterea sublimitationē non credo verā,quia si vera esset, sequeretur,quòd commisso de nocte vno delicto in ciuitate,Iudex posset capere & torquere om- 206

nes de illa ciuitate, qui in eodem genere delicti sunt malæ conditionis & famæ, ac etiam viles, alia non concurrente speciali præsumptione, quod quàm iuri consonum sit, vnusquisque consideret: posset bene fama ista mala hoc casu vix sufficere ad capturam, sed ad torturam nunquam, alio non concurrente indicio.

Et hæc dicta satis sint pro complemento secundæ inspectionis, veniamus modò ad tertiam inspectionem, quo modo scil. probetur fama alicuius rei, vel delicti in specie, & 207 quæ ad validitatem talis probationis requirantur: † in quo primò præmittendum duxi, quòd cùm ad famæ probationem multa requirantur, & difficillimum sit illam exactè probare, idcircò Gram. *in consi.42.n.8.* dixit, quòd toto tempore vitæ suæ, nunquam vidit processum, in quo reperierit famã publicam legitimè fuisse probatam: quod & idem affirmarunt Io.Turr. *inter consilia criminalia diuersorum, cons.81.n.48.* Pau.Meren. *consil.89.n.4. lib.2. in fol.* Clar. *in pract.§.fi.q.6.ver.postremo,&c.* Vulpel. *cons.4,nu.5.& 6.& cons.5.nu.8.& cons.30.n.13.& 14.& cons.113.n.7.* Bursat. *cons.87.n.45.l.1.& conclus.530.n.157.ver.& quod difficile sit, lib.3.*

208 PRIMVM namque † requisitum ad famæ probationem * communiter* traditum est, vt testes illam probãtes ad minus sint duo, licèt bene duo sufficiant, secund. glo. *in l.3.§. eiusdem, ff.de testibus*, quam à Doctoribus communiter receptam esse apparet, ex allegatis per Bart. *in l.de minore,§.plurium,n.19.* & ibidem Mars. *n.52. iuncto n.121.& seqq ff.de qu.* Gand. *in tit.quomodo de malefi.cognosca.per inquisit.n.11.* Abb. *in capitulo vestra, num.7.de cleri.& mulier.* Sali. *in l.ea quidem, num.115.C. de accusat.* Dec. *in c.1.n.5.litera B.n.36.* Foller. *in pract.crim.verbo, dentur capitula, quòd suffocauit vxorem, n.37. prope finem*, Io.Bapt.Villalob. *in comm.opin.ver.fama, n.9.* vbi * dicit communem, * ex Dec. quem allegat *in cons.272. n.4.* Paul.de Castro *inter consilia criminalia diuersorum, cõsilio 49. nu.39. lib.1.* Conrad. *in pract.in rub.de testibus,§.dicta testium assumendo, nu.54. fol.mihi 141.* Viui. *in comm. opin. in ver. testes in his quæ percipiuntur sensu corporeo, ad finem*, vbi pariter te- * statur de communi * opinione, Hier.de Monte *in tract. de finibus regen.c.55.n.8.* Clar. *in pract. §.fi. quæst.6.ver.sciendum est*, vbi quòd in hoc omnes concordant, ex Alb. *in d.l.ea quidẽ, nu.24.* Bertaz. *cõsi.162.n.2.* & ibi Claud. *in addit.litera A, in princ.* vbi etiã quòd vnus sufficit, etsi sit omni exceptione maior, Hippol.Rimin. *cons.59.n.35.& seq.vol.1. & cons.488. n.77.vol.4.* Mascat. *de prob.l.2.concl.749.nu.1.* vbi etiam de * communi, * Nauar. *in tract.de fama est infam. ad cap.non sunt audiendi, 3.quæst.3.n.11.& 12.* vbi pariter testatur *de recept. opin.* Hier.Lauren. *d.decis. Auenionen.2.num.20.*

209 Et in tantum duo requiruntur testes, & † vnus non sufficit, vt imò testis vnus super fama deponens & contestes non habens de falso suspectus habeatur, ex rationibus consideratis per Nattam *in cons.672.n.40.* Ad quod etiam vide allegatos per Ioan.Mar. Monticel. *in suo Repert. testium, fol. 434.col.2.ver.2.& fol.388.col.1.ver.5.*

210 SECVNDVM est † requisitum, quòd iidem testes probantes famam debeant esse spectatæ fidei, integræ, & optimæ opinionis, vel, vt dicunt Doctores, omni exceptione maiores, sicuti post alios quos allegant, per tex. *in c.qualiter, & quando, extra de accusat.* voluerunt Felin. *in c.cùm oporteat, post n.6. extra de accus.* Dec. *in c.1.n.57.& seqq. de appellat.* Gandin. *in rub.qui ad famæ probationem poss. & debeant de iure admitti, num.13.ver.debent ergo*, Gabr.Sarayn. *in addit.ad Matthes.sing.51. incip. nota, quòd consuetudo, post medium additionis, ver.4.requiritur*, Lauren.ab Occa *inter consil.crimin. diuersorum, consi.60.n.58.l.2. in fol.* Hier.de Monte *in tract.de finib.regen.c.55.n.9.* Roland. *consi.3.n.55.& 57.l.1.* Cyrill. *in summa cri.in rubr.29.d.q.§.6.n.14.ver.vnde annosi.* Simanc. *de hæret.tit.65.n.37.* Bertaz. *consi.439.n.15. li.2.* Claud. *in addit. ad consiliũ eiusdẽ Bertazzo.162.litera B, ver. tertiò requiritur, l.1.* Hippol.Rimin. *consi.64.n.11.l.1.* Vbi præsertim loquitur in casu, in quo fama facit plenam probationẽ, Bur. *cons.35.* * *n.22.vol.1.& cons.216.n.24.vol.2.* vbi testatur de cõmuni * opinione, Simon de Prætis *cons.81.n.13.* Masc. *de proba. li.2. concl.749.n.37.* vbi propterea post Mars. quem allegat, mulierculas non esse testes idoneos affirmat Petr.Ant.à Petra, *in tract.de fideic.q.13.n.109.& n.124.125.& 132.*

Et licèt contrarium sensisse videatur idem Claud.ad Ber. tazz. *d.consi.162.litera A, ver.non autem*, eius tamen assertio forsan procedere potest contra valde diffamatum, aliter secus, prout sic etiam declarare videtur idem Claud. *ad d. cons.162.litera B, sub ver.3.requiritur.*

AMPLIA Hoc secundum † requisitum, vt ista qualitas te- 211
stium super fama deponentium, quòd scil. sunt omni exceptione maiores, debeat articulari & probari, vt per Ang. *in l.vel necare, ff.quemadm. testam. aper.* Dec. *in c.1.n.59.* & per relatos *ibi in addi.litera A, in prin.extra de appell.* Gabr.Saray. *in addi.ad Matthes.d.sing.51. post mediũ additionis, in ver. & his casibus*, vbi plures alios adducit concordantes, Purpurat. *in l.admonẽdi, n.165. ff.de iureiuran.* Zuccar. *in l.fi n.83. C. de edic.Diui Adria.tollen.* Petr. Mancad. *in addi. ad Crot. in tra.de testib.3.q.n.392.* Grat. *inter consilia criminalia cons.75. n.24.l.1.* vbi de cõmuni, * Mars. *sing.187. qualitas apposita*, * *ver.pro quo optimè facit*, Lauren. ab Occa *inter cons. crim.diuersorum, n.58.& 59.* vbi testatur de communi * opinione, * aliósque plures adducit concordantes, Rolan. *cõs.3.n.56.vol. 1.& cons.50.n.18.vol.2.* Beninten. *dec.162.n.14.& 15.* Gabr. *tit.de probat. concl.11.n.6.* Ceph. *consi.65.n.53.vol.1. & consi. 225.n.53.l.2.* Hippo.Rimin. *consi.64.n.12.l.1.* Masc. qui alios adducit, *in tra.de prob.l.1.cõcl.222.n.14.& l.3.cõcl.1360.n.7.*

Contrariũ, † quòd talis qualitas non sit articulãda, & pro- 212
banda, & quòd alio non docto testes præsumantur omni exceptione maiores, affirmarunt Ang.Barb.Feli.& Curt. senior, & ac etiã Curt.iun. *in locis relatis* per Lauren.ab Occa, *d.cõs.60.n.59. in prin.* itẽ relati *in addi.ad Dec.in d.c.1.n.59. litera A, de appellat.* Gabr. *de testib.concl.1.n.46.* Fran.Bec. *cons. 47.n.5.& 6.& cõs.67.n.11.l.1.* Ceph. *cõs.227.n.56.& seqq.l. 3.* vbi dixit, quòd licèt qualitas prædicta debeat articulari, & probari regulariter: hoc tamẽ debet intelligi, quando sumus in dispositione statuti requirẽtis testes omni exceptione maiores, secus si de iure cõmuni talis qualitas requiratur (prout in casu nostro) secund. quod vnusquisque præsumitur omni exceptione maior, nisi contrariũ probetur, vt ibi per eum.

In hac contrarietate reperio Boss. *in tit.de inquisit.post n.38. 39.& 40.* in discursu distinguentẽ, † quòd ista qualitas est ar- 213
ticulanda & probanda, quando sumus in casu, in quo testes super fama deponentes, vel plenè probant, vel indicium faciunt ad torturam: secus vbi tractatur solùm ad inquirendũ, quia tunc nec est necesse, quòd testes sint omni exceptione maiores, nec etiam propterea talis qualitas est articulanda & probanda, vt ibi per eum, quibus optimè deseruient allegata per nos suprà *hoc eod.tit.q.37.n.18.& seqq.iuncto n.26.*

Hæc Bossij distinctio satis rationabilis videtur, & de iure etiã † admittenda in inquisitione generali: at vbi ageretur 214
de aliquem specialiter inquirendo, tunc, cùm, vt sæpiùs dixi, id sit maximi præiudicij, eò quia ex inquisitione speciali deuenitur ad diffinitiuam condemnationem contra absentem contumacem, crederem testes super fama deponentes non minùs requiri habiles, quàm si ageretur de inferendo torturam, prout etiam dicam *infrà, in tit. de oppos.contra test.q.. n... in materia testis inhabilis.* & consequenter retenta cõmuni opinione, de qua suprà, *n.211.* talem qualitatem, quòd testis sit omni exceptione maior, fore probandam veriùs, & eo casu esse facilè dici potest, de iure communi.

Hoc † ideo dixi de iure communi, quia, vt verum fatear 215
nunquam memini in Vrbe, & alibi in statu ecclesiastico in locis, in quibus versatus sum de consuetudine in casu probationis famæ, siue agatur ad inquirendum specialiter, siue generaliter, ac etiam siue ad inferendum torturam, fuisse pro parte fisci articulatam istam qualitatem, quòd testes sint omni exceptione maiores, & tamen de iure esse articulandam, & probandam, magis communiter * à Doctoribus * receptum est, vt suprà deduxi.

TERTIVM est † requisitum, vt testes deponentes super fa- 216
ma debeant reddere rationem eorum dicti etiam non interrogati, & sic debent exprimere causas, indicia & cõiecturas, ex quibus orta est fama, aliter non probant, vt per Alex. ad Bart. *in l.de minore,§. plurium, post n.19. sub litera D, ff.de qu.* Soc. *reg.144. in 2.fall.* Dec. *in c.veniens, n.35. de testib.& in c. 1.n.52. de appellat.* Gram. *cons.42.n.9.* Corn. *in consi.233. litera D.l.2.* vbi quòd in hoc omnes * concordant, & *consi.216. li-* * *tera H, l.3. secundùm antiquam impressionem.* Blanc. *ad l.fi. ff.de quæst. in tract.de indi.& tor.n.312, in fin.* Carrer. *in pract. in 2. tract.*

tract. de indic. & tor. § secundum indicium, n. 17. in princ. Ioan. Bapt. Villalob. *in com. opin. litera F, verbo, fama, post n. 7. vers. requiritur tertiò*, Viui. *in com. opin. sub ver. testis, in his quæ percipiuntur sensu corporeo, ante medium, versic. idémque videmus*, Michaël. Crass. *in com. opin. l. 2. casus, c. 19. q. 5. ver. debet etiam* * *talis testis*, vbi testatur de communi * opinione ex Hieronym. de Monte, *in tra. de finib. regen. cap. 56. n. 3.* Natta *consilio 473. n. 16. in prin. & in ver. præterea testes, & cons. 362. n. 9. ver. item debent exprimere, lib. 2.* Simanc *de hæret. c. 63. n. 16.* * vbi de communi, * Conrad. *in pract. in rub. de testibus, §. dicta testium assumendo, post n. 54. ver. Atque etiam testes non interrogati, fol. mihi 141. col. 2.* Fran. Hercu. *in trac. de negatiua, n. 312.* Roland. *cons. 3. n. 51. & seqq. lib. 1. & cons. 54. n. 16. eodem lib. 1.* Ghitt. *inter consilia criminalia diuersorum, consi. 160. n. 10. l. 1. in fol. & inter eadem consilia*, Pau. Meren. *cons. 92. n. 11. lib. 2.* * Clar. *in pract. §. fi. q. 6. ver. illud tamen*, vbi pariter testatur de * communi, *ex Corneo, & Simanc. in locis præcitatis:* (sed ego in libro meo non reperio Simancam eo loci aliquid ad propositum dicentem) Thob. Non. *cons. 99. num. 27. in prin. & vers. item exigitur*, Vulpell. *cons. 4. n. 4. & cons. 5. n. 7. & cons. 30. n. 12.* relati per Ioan. Mar. Monticell. *in suo Repert. test. fol. 386. col. 2. ver. 4. & seqq. & fol. 388. col. 1 ver. 6. & fol. 382. col. 2. pen.* * *& fin.* Bertazz. *cons. 548. n. 3. l. 2.* vbi quòd ita omnes vno ore * concludunt, Hipp. Rimin. *cons. 64. post n. 10. l. 1.* Burs. *cons. 98. n. 14. l. 1. & cons. 339. n. 157. l. 3.* vbi etiam de cõmuni, Mascar. *de prob. l. 2. concl. 749. n. 11. per totum, & n. 12. & n. 15.* vbi de communi, *& l. 3. concl. 1369. n. 8.* Petr. Ant. à Petra *in tract. de fideicom. q. 11. n. 450. & q. 13. n. 109. in fin. & n. 112. & seq. & post n. 122. & n. 133.* Ludo. Peguer. *d. decis. cri. 17. n. 26.* & ita * sine dubio cõmuniter * à Doctorib. receptum est, quicquid in contrarium sensisse videatur Salic. *in l. ea quidẽ, n. 127. C. de accus.* cum aliis relatis per Mõticell. *vbi sup. fol. 387. col. 1. ver. 1.* [Vide tamẽ quæ dixi *infrà, in 3. li. q. 70. n. 48. & seqq.*]

217 LIMITA Huius † tertij requisiti conclusionem non procedere, quando testis diceret, se ita publicè dici audiuisse, quia tunc probat famam, etiam quòd non exprimat causas, quibus eadem fama orta est, sicuti post Cassad. Bald. & alios per eum allegatos, in specie voluit Paul. Granut. *theorem. 22. num. 6.* & faciunt quæ infrà generaliter dicam, in septimo requisito, *num. 257.*

218 Verùm, † quia contra hanc limitationem de directo voluit Simanc. *in tract. de hæret. cap. 65. post num. 37.* vbi dixit non satis esse, quòd testes dicant ita esse publicam famam, nisi etiam rationem reddant, qua id necessariò concludant, * secundùm Bar. & cæteros * iurisperitos, prout asserit, quod & idem consuluit Vulpell. *in cons. 130. n. 12.* ideo pro resolutione dictæ limitationis, vide *infrà in septimo requisito, d. nu. 257. & seqq. vsque ad num. 265.*

219 QVARTVM est requisitum, † vt testis super fama deponens debeat scire, quid sit fama, aliàs si de famæ diffinitione interrogatus dicat se nescire, minimè probat, vt per Io. Andr. Imo. & Gemin. *c. concupiscentiam, de consti.* quos, & alios refert & sequitur Marsi. *in l. de minore, § pluriũ, n. 124. & seq. aliàs 104. & seqq.* vbi latiùs hanc comprobat conclusionem *ff. de q.* & ibi, *n. 120. post medium.* testatur de communi * opinione, licèt Bal. & Alex. per eum ibidem relati, *nu. 123.* contrarium dixerint, quibus addo Ant. de Butr. *d. c. concupiscentiam, n. 11.* Bal. *in consil. 447. nu. 11. & 13. vol. 5.* Alex. *cons. 123. n. 3. & cons. 185. n. 11. vol. 7.* idẽ Bal. *in l. prima, n. 17.* & ibi etiam Purpur. *n. 67. ff. si cert. pet.* Io. de Amic. *cons. 127. n. 14. ver. item testes*, Natta *cons. 473. n. 18. in fine, & n. 19. & n. 23. ver. præterea, & ver. non enim*, Conrad. *in pract. in rub. de testibus, §. dicta testium assumendo, post num. 54. fol. mihi 141. col. 2.* vbi in id allegat etiam Alex. *in consilio 117. num. 4. vol. 4.* Horat. Lut. *inter consilia criminalia diuersorum, consil. 161. nu. 30. l. 1. in fol.* Clar. *in pract. §. fin. quæst. 6. ver. postremo*, &c. vbi * pariter testatur de communi * opinione, ex Marsilio in loco præcitato, Ioan. Mar. Monticell. *in repert. testium, fol. 385. col. 2. versic. 2.* Claud. *in addi. ad Bertaz. cons. 167. litera B, ver. ex* * *parte*, &c. vbi etiam de communi, * Petr. Ant. à Petra *in tractatu de fideicõmiss. quæst. 11. num. 451. & quæst 13. num. 119. & 122.* Mascar. *de prob. at. lib. 3. conclus. 749. num. 34. & sequent.* & faciunt quæ in simili de testibus deponentibus super notorio dixi *supra, in 1. lib. tit. 3. de delictis, & pœnis, quæst. 21. num. 104.* [*& infrà, in 3. lib. quæst. 73. num. 38. & seq.*]

AMPLIA I. Conclusionem † huius quarti requisiti, vt testis interrogatus nõ solùm debeat respondere quid sit fama, sed etiam teneatur exprimere eius contrariũ, vtputà quando debet deponere super bona fama, potest interrogari super mala fama, & tenetur pariter respondere, aliter non probat, prout declarauit Purpur. *in l. 1. n. 76. ff. si cert. pet.* ex Bal. quem allegat *in l. 1. ff. de his, qui sũt sui, vel alieni iur.* & cõsuluit Ale. *in cons. 117. lib. 4. & cons. 150. li. 5.* prout hos sic dicentes refert Masc. *de probat. li. 2. concl. 749. n. 34.* [dixi *infr. li. 3. q. 73. n. 40.*] 220

AMPLIA II. Vt † prædicta conclusio procedat, siue testis super fama examinandus sit peritus, siue etiam imperitus, secundùm communem, * de qua testatur Purpurat. *in l. 1. n. 71. & 72. ff. si cert. peta.* prout illum refert & sequitur Masc. *de probat. lib. 3. d. concl. 746. n. 34. in fine, ver. 2. extendas* [vide *in 3. lib. q. 73. n. 44. & seq.*] 221 *

AMPLIA III. Vt † nõ solùm testis interrogatus de fama debeat illam afferre, sed etiam debeat reddere bonam & cõgruentem diffinitionem, aliàs non probat. † Hinc testem nõ probare, qui interrogatus, quid sit fama, dicat eã esse, quod publicè dicitur, vt per Nattam *in cons. 473. sub n. 18 & sub n. 23.* faciunt tradita *infrà, n. 258.* idem si dixerint famam esse id quod auditur per istum, & per illũ, vt Viui. *in comm. opin. in verbo, testes in his, quæ percipiuntur sensu corporeo, ad finem*, Nauarr. *in tra. de fam. & infam. ad c. non sunt audiendi, 2. q. 3. n. 14. ver. vnde & testis interrogatus*, † & idem si dixerint famam esse id quod per plures personas dicitur, vt per Rol. *in cons. 54. n. 21. vol. 1.* & faciunt quæ posui *infrà, n. 238.* 222 223 224

LIMITA I. Huius † quarti requisiti conclusionem, vt licèt testis de diffinitione famæ interrogatus teneatur illam afferre; non tamen tenetur illã diffinire per verba iuris, sed satis est quòd per verba facti illam exprimat, secũdùm Bart. *in d. l. 1. ff. si cert. peta.* quẽ ibi * omnes sequuntur, prout ibidẽ * testatur Purpurat. quẽ refert & sequitur Masca. *de prob. at. li. 2. d. concl. 749. n. 35.* vbi plures alios adducit concordantes: difficile enim est cuiusque rei diffinitionem afferre, nedum apud Iurisperitos, sed etiã apud Philosophos, idcirco testem interrogatum de diffinitione famæ, non oportet respondere qualiter à iure diffiniatur fama, sed qualiter ipse intellexerit famã, de qua deposuit, sicut in simili in probãda consuetudine, consuluit Alex. *in cons. 45. col. pen. n. 8. vol. 2.* & in hoc omnes * consentiunt, vt per Nattã, *d. cons. 473. n. 18. ver. præterea* * *testes nõ intelligũt, &c.* quem pariter in proposito refert, & sequitur Pet. Ant. à Petr. *in tra. de fideic. q. 13. n. 120. & seqq.* & in probatione possessionis, quòd testis nõ teneatur afferre possessionis diffinitionem, cùm ea satis à Doctoribus controuertatur, sed quòd sufficiat illam per verba facti exprimere, putà dicẽdo, quòd possidere est tenere talẽ rẽ & fructus colligere, cõsuluit Alex. *in cons. 117. vol. 4.* & Io. de Amic. *cõs. 127. n. 14. ver. item testes*, ibi, *per modũ facti, nõ dico iuris, &c.* & ideo si testis fuisset interrogatus, qua ratione fama in iure accipiatur, nõ tenetur explicare, vt per Soc. & Purpurat. *in d. l. ff. si cert. petat. in locis citatis* per Masc. *d. concl. 749. n. 35. in fi.* [faciunt in simili, & generaliter tradita *inf. in 3. lib. q. 73. n. 41.*] 225

Immò † si testis iuris ignarus interrogatus de diffinitione famæ, illam afferat per verba iuris, & non facti, redditur suspectus, & instructus à procuratore, ideo iterum interrogandus est de aliis requisitis ad famam, & aliàs prout in probatione notorij post Specul. & Caprã, in locis per eum citatis retulit Masc. *de prob. d. li. 2. concl. 1105. n. 7.* & dixi *in 1. li. tit. 3. de delict. q. 21. n. 104.* [*& infrà, in 3. li. q. 73. n. 42.*] 226

LIMITA II. Eandem † conclusionem, vt testis, quid sit fama, interrogatus non teneatur respondere, si ex iam depositis bene deprehenditur illum intellexisse quid sit fama, vt per Alex. *in d. cons. 117. sub n. 3. vol. 4.* Purpurat. *in l. 1. n. 77. & 78. ff. si cert. peta.* Masc. *de prob. li. 2. concl. 749. n. 36.* [faciunt quæ dixi ¶. *in 3. lib. q. 770. n. 96. & q. 73. n. 43.*] 227

QVINTVM est requisitũ, † vt testis super publica voce, & fama deponẽs debeat de ea deponere specificè in illis particularibus capitulis, in quibus fama est articulata, secus si in illis de fama nõ deposuerit, & in vltimo capit. in quo dicitur: *Item quòd de præmissis omnib. & singulis fuit, & est publica vox, fama, &c.* respõdeat cõtẽta in d. c. vera esse: talis enim respõsio & depositio super illo vltimo cap. generali non refertur, nisi ad illa capit. specialia, in quib. testis de fama specialiter deposuit, nõ autẽ alia secundũ stylũ Rotæ Romanæ, de qua 228

testatur

testatur Paleot.*dec.*31.*testes qui super*,Cotta *dec.*322.*in manuscriptis*,Bursat.*cons.*20.*n.*64.Io.Baptist.Ferret. *cons.*240.*n.*2.*lib.*2.quos referendo sequitur Mascard.*de prob.lib.*2.*concl.*752. quicquid alias disputãdo diuersimode dixerint Bart.& alij relati per Marsil.*in l.de minore,§.plurium,num.*62.*ff.de q.* & Salic.*in l.ea quidem,num.*129.*C.de accusat.*

229 SEXTVM est requisitũ,vt † testes super fama deponentes debeant nominare authores,& eos à quibus fama ortum habuit,vt per Bart.*in l.de minore,§.pluriũ,n.*23. & ibi etiam Marsil. *n.*55.*& seqq.* vbi quòd ita in practica seruatur,*ff. de quæst.*Innocen.*in cap.qualiter,& quando*,§.1.*extra,de accusat.* * quem sequuntur * communiter Doctores, prout testatur Alex.*in consil.*100.*post n.*4.*ver.sextus testis,l.*1. Aret.*in c.cùm oporteat,post num.*58.*ver.communiter tamen,eodem tit.de accusat.*vbi etiam testatur de magis communi & practicata opinione,Gandin.*in rubr.quom.de male.cognosca.per inquisit.post num.*11.Dec.*cons.*57.*n.*4.*vol.*1.Carrer.*in pract. in 2.tract.de indi.& tor.*§.*secundum indicium,nu.*17.Corn.*cons.*301.*num.*10.*vol.*3.Alexand.*cons.*57.*n.*7.*& seqq.& cons.*123.*num.*3.*in fin.vol.*7.*& cons.*11.*n.*6.*in prin.vol.*4.Aym.*consil.*160. *num.*2. *ver.*3.*respondetur,lib.*2. Gram.*cons.*42.*sub n.*8.Foller.*in pract. crim.in verbo,dentur capitula, quod suffocauit vxorem, post nu.*28. *ver. ego autem dico.fol. mihi* 178. vbi quòd saltem debet nominare duos à quibus audiuit,Blanch.*in indi.ad l.fin.ff.de quæst.num.*321.Franc.Hercul.*in tract.de negatiua,post n.*312. Conrad. *in pract.in tit. de testibus*,§. *dicta testium assumendo, post nu.*54. *fol.mihi* 141. *col.*2.*ver.& interrogatus*,Natta *cons.* 473.*n.*16.*ver.item non deponunt*,Ioan.Bapt.Villalob.*in suis comm.opin.litera F,n. .verbo,fama,ver,nota tamen.* Hiero. de Monte,*in tract.de finibus regen. capitulo*56.*n.*2.*in fine,& nu.*8.*etiam in fine*,Galeat. Maluat.*inter consilia criminalia diuersorum,consilio*110.*n.*18.*in fine,lib.*1. *in fol. & inter eadem consilia*, Horat.Lut.*consil* 161. *num.*31. Barth.Ghitt.*consil.* 160.*n.* 10.Ferrans Gargian.*consil.*126.*n.*76.*in fin.lib.*1.Paul.Meren. *consil.*92.*n.*11.*lib.*2.Brun.*consil.*115.*n.*49.*eodem lib.*2.Rol.*consil.* 4*n.*17.*vol*1.Ceph.*consil.*65.*n.*49.*lib.*1.*& cons.*225.*n.*38. *& seqq.lib.*2. Clar.*in pract.* §. *finali, quæst.*6. *ver.amplius.* vbi * etiam testatur de communi,* & practicata opinione, ex Alexand.& Aret.*in locis præcitatis*,Soarez *in comm.opin.verbo,fama,num.*35.Io.Mar.Monticel. *in Repert.testium,fol.mihi* 387.*col.*1.*ver.pen.& finali*,Bursat.*consil.*38.*n.*14.*li.*1. *& cons.* 330.*n.*157.*lib.*3.Hippol.Rimin. *consil.*64.*n.*10. *vol.*1.*& consil.*302.*n.*3.*&* 4.*vol.*3.Bertaz. *cons.*234.*n.*6.*& consil.*548.*nu.* * 3.vbi quòd ita vno ore omnes*concludunt,Claud.*in addit. ad eundem Bertaz.cons.*162.*litera B.ver.*4.*debent testes*, Vulpell.*consil.*50.*num.*11.Mascard.*de probat.lib.*2.*conclus.*749.*n.* 13.*& seq.* vbi etiam de communi,Petr. Ant.à Petra,*in tract. de fideicom.q.*11.*n.*378.*& q.*13.*n.*111. *iuncto n.*131. Lud Peguer.*dicta decisione crim.*17.*nu.*23 & 24.Ossc.*cons.*66.*n.*30. Hieron Lauten. *decisione Auenion.*15.*n.*12.*ver.& nisi testes.* Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1.*c.*49.*nu.*28.& ita etiam sæpius Rota resoluit, vt in vna Imolen. confiden. coram D. Pamphilio, Lunæ 24. Februarij 1592. in qua reprobauit testes fisci deponentes super publica fama,non dicendo à quo originem habuit,ex quo poterat etiam ab inimicis,& maleuolis originem habere,& in vna Calaguritan.confiden. coram eodem D. Pamphilio 25. Iulij 1597. *in penultimo ver.* & in alia Monasterij S. Mansueti, 27. Ianuarij 1597. coram D. Pegna.*in ver,quibus accedebat.*

230 AMPLIA I.Hoc sextum requisitum † vt procedat,etiam quòd l testis non sit interrogatus.Nã adhuc debet exprimere authores famæ, vt per Alex. ad Bart.*in d. l.de minore,§.plurium,n.*23.*litera D.*& ibidem Marsil. *d.n.*56.*& seqq.ff.de quæstione, vbi oporteat,extra de accusat.*ita seruari testatur Ruin. *consil.*52.*sub n.*7.*vol.*5.Gram.*consil.*42.*n.*8.*& n.*9. Blanch. *de indi.ad l.finalem,ff.de quæst.d.n.*312.Carrer.*in pract.in secundo tractatu de indi.& tor.*§.*secundum indicium,d.n.*17.*ver.& maximè debent*,Natta *cons.*362.*sub n.*9.*l.*2.Fran.Herc.*in trac.de negatiua,post n.*312.Villalob.*in com. opin.litera F,n.* 7.*verbo, fama,d.ver.nota tamẽ*, Hier.de Mõte *in tract.de finib.regen.c.* 56.*n.*2.*in fi.iuncto n.*8.*pariter in fi.* Galeat.Maluat.*inter consil. crimin. diuersorum. consil.*110.*n.*18.*in fin.l.*1.*in fol.& inter eadem consilia*,Horat.Lut.*consil.*161.*n.*31.Bart.Ghit.*consi.*160.*n.* 10.*d.l.*1.Pau.Meren.*cõs.*92.*n.*11.*l.*2.Brun.*cõsi.*115.*n.*51.*eod.l.* 2.Clar.*in pra.*§.*fi.q.*6.*ver.sed quid si nõ sunt interrogati*,vbi dicit se non reperire Ioãnem Andream in libro suo attestantem,ita in practica seruari,prout illum refert Marsil.*in d.*§. *plurium*, sed quòd licèt communis * practica sit, quòd isto * casu testes interrogentur,à quibus audiuerint:tamen adhuc si non essent interrogati, credit quòd in criminalibus non probarent, nisi nominarent eos à quibus audiuerint. Addo tamen simpliciter pro hac eadẽ ampliatione Ceph. *cons.*65. *n.*49.*ver.quod procedit,l.*1.Rolan.*consi.*54.*n.*17.*l.*1. Ioã.Mar. Monticell.*in Repert.test.fol.*387.*col.*1. *ver.fina.* Iacob. Philip. Portũ, *in cons.*39.*n.*24.Anch.iun. Regien. *q.*55.*n.*16.*par.*2. Hippol.Rimin. *cons.*64.*nu.*10.*l.*1.Bursat.*cons.*20.*n.*30.*vol.*1. Mascard. *de prob.l.*2.*d.concl.*749.*n.*13.*& seq.* vbi testatur de communi * opinione, *& nu.*17.*ver.sed certè*, vbi præsertim * loquitur in criminalibus,ex Claro quẽ refert in loco præallegato,Petr.Ant.à Petra *in tract. de fideic.q.*11.*n.* 370. *iuncto n.* 448.*& q.*13.*n.*111.*iuncto n.*115. quibus in locis plures alios adducitconcordantes,Peguer.*d.decis.crim.*17.*num.*24.

Et licèt contrariũ,† quod imò testes super fama deponen- 231
tes non debeãt nominare eos à quibus audiuerint, nisi fuerint interrogati,videatur de mente Bart. *in d.*§.*pluriũ,n.*23. & ibi Alex.*in addi.lit.C*,Gandin.*in tit.quomodo malefi.cognosca.per inquisit.n.*11.Cõrad.*in pract.in tit.de test.lib.*§. *dicta testium assumendo,post n.*54.*ver.& si interrogatus,fol. mihi* 141. *col.*2. qui dum dicũt testes super fama examinandos debere nominare eos,à quibus audiuerunt,si fuerint interrogati,tacitè sentiunt, secus esse, si non fuerint interrogati, quòd & expressè affirmarũt Ang.*in l.ea quidẽ,n.*48.*C.de accus.*& ibi Sali.*n.*22.Aufrer.*in addi.ad Capel.Tholos.in dec.*379.*ver.quæro si testis*, vbi testatur de cõmuni*opinione,prout illum re- * fert Mascard. *d.concl.*749.*n.*16.vbi & alios adducit pro hac cõtraria opinione.Negari tamẽ non potest, quin prima opinio sit magis cõmuniter*recepta,vt ex præallegatis à parte. *

AMPLIA II. Dictum † sextum requisitum, vt non so- 232
lùm testes debeant nominare eos, à quibus id dici audiuerint,sed etiam nominari debent etiã alij,quam contestes desuper examinati, si enim super fama plures fuerint examinati testes, & vnus dicat se audiuisse ab altero, certè non probant famam, nisi tã ab iis extraneis, quàm ab ipsis testibus,dicant se audiuisse, per ea quæ voluit Bursat.*d.cons.*20. *num.* 25.*in fine,iuncto num.*35 *lib.*1.

AMPLIA III. Vt † si testis super fama publica deponẽs di- 233
xerit se non recordari à quibus dici audiuerit, non vtique probat famã, etiam quòd priùs dixerit se audiuisse a maiori parte,secundùm Bart *in d.l.de minore,§.plurium,n.*23.*in fine,* & ibi Marsi.*nu.*55. *ver.& subdit ipse Bar.ff. de q.*Dec.*in cap. veniens, num.*38.*extra de testibus*, *& in capitulo primo, num.* 55.*extra de appellat* Franc. Hercu. *in tract.de negatiua, num.* 312.Brun.*inter consilia criminalia diuersorum,cons.*115.*nu.*49. *lib.*2.Ceph.*cons.*65.*num.*50.*lib.*1.Roland. *cons.*54.*num.*15. *in primo volum.*Viui.*in comm.opin.in verbo,testis in his,quæ percipiuntur sensu corporeo,ad finem,*Hippol.Rimin. *cons.*88.*nu.* 9.*iuncto num.*10.*lib.*1.vbi testatur de communi,* & seruata * opinione; & de communi etiam testatur Marc Ant. Eug. *cons.*27.*n.*41.*lib.*1.Ossasc *d cons.*66.*n.*30.*ver.quod si testis.*

LIMITA Hanc † tertiam ampliationem huius sexti re- 234
quisiti non procedere, quando testis aliquos nominasset, à quibus sic dici audiuerit, & deinde subderet, & à pluribus aliis, de quibus non recordatur: tunc enim talis testis bene probat famam, vt per eundem Bart. *in d. l.de minore,*§. *plurium,n.*23.*in fine,*& ibidem Marsil.*dict.n.*55.*ver.& ideo testis debet nominare aliquem,ff.de quæst.*Sali *in l.ea quidem,n.*123. *C.de accusat.*Franc.Herc.*in tract.de negatiua,dicto n.* 312. *ad finem,*Brun.*inter consilia diuers.dicto consilio* 115. *eodem n.*49. *l.*2.*in fol.*& inter eadem consilia Iustin.Bond.*consil.*54.*n.*16. *dict.li.* 2.vbi quòd ita obseruatur,refert,& sequitur Hector Æmilius *in suo tract.de testib.litera A, in materia testis de auditu,fol.*257. *n.*9. Cephal.*consil.*65.*n.*61.Montic. *in Repert. testiũ,fol.*387.*col.*2.*ver.*1.Mascar.*de probat. li.*2. *concl.*749.*n.* 17.ex quibus ita cõmuniter*per Doct teneri facilè dici po- * test,& sic contrarium sensisse videantur Anch Regien.iun. *in q.*55.*n.*14.*parte* 2.& Hippo.Rimin.*d.cons*88.*n.*9.*l.b.*1.

LIMITA I.Huius † sexti requisiti conclusionẽ non proce- 235
dere,quãdo fama esset orta ex probabilib.cõiecturis,& causis:quia tũc cũ personarũ defectus suppleatur per argumẽta probabilia, idcirco testes super fama deponẽtes,si exprimãt dictas

dictis coniecturas,& causas,iuxta ea quæ dixi *suprà,in 3.requisito,n. 216. non est necesse, quòd nominent eos, a quibus dici audiuerint,* sicut post alios quos allegant,bene demonstrant, Ferran.Gargiar.*inter consilia criminalia diuers.conf.216.n.77. lib.1.*Ioan.Mar.Mõticell.*in Repert.testium,folio mihi 387.col. 2.vers.antepen & sequentibus*, Hieron. de Monte *in tract. de finibus regen.capit.56.n.9.*Mascar.*de prob.libro secundo, concl. 749.num. 20.*

236 LIMITA II. eandem†conclusionem dicti sexti requisiti non procedere, quando testis diceret se ita publicè dici audiuisse.Nam tunc non est necesse,quòd nominet eos, à quibus sic dici audiuerit,sicuti pariter post alios,quos allegant, affirmarunt Hieron.de Monte, *in tractatu de finibus regen.* 56.*n.5.*Paul.Granut.*theorem.22.n.9.*Caputaquen.*dec.7.pa.2. & dec.207.post n.7.ead. par. 2.* licèt contrarium consuluerit Vulp.*conf.39.n.10.in fi.& n.11.*sed vide quæ dicam *infrà, in seq.7.requisito,n.257.& seqq.vsque ad n.265.*

237 SEPTIMVM est†requisitum,vt testes super fama deponentes debeãt dicere se audiuisse à maiori parte populi, aliter non probant,vt per Bart.*in l.de minore,§.plurium,n.13.& seqq.*& ibidẽ Marsi.*n.49.& n.53.ff.de q.*Dec.*in c.1.n.3.de appellatio.*vbi testatur de cõmuni* opinione,*& in c.veniens, n. 36.ff.de testib.*Gram.*consil.42.n.13.*Blanc.*de indic. ad l.fi.ff.de quæst.sub n.212.*Natta*conf.18.num.vigesimosecundo, libro primo,& consilio 362.sub n.9.versiculo nam testis,libro secũdo,* Gabriel Saray.*in addit.ad Matthes.sing.51.ad mediũ additionis, vers.& non sufficit,*vbi quòd ita communiter tenetur ex Imo. & Alex.*in locis per eum allegatis*, Cur. iun.*conf.172.n.9.* vbi pariter testatur de communi opinione, prout illum refert Villalob.*in suis commu.op.litera F.n.10.versiculo, Fama quòd ad hoc,vt dicatur esse probata,*Foller.*in practic.crimin. in verbo,item quòd suffocauit vxorem, post n.28. vers. item præsupponendo,quòd non concludant testes,*Rolan.*conf.3.n.54.lib.1.* Galeat.Maluat.*inter consilia crimin.diuers.110.n.10.& 19.li.1.& inter eadem conf.*Bart.Ghitt.*conf.160.n.10.d.lib.1.* Lauren. ab Occa.*conf.60.n.60.lib.2.*Paul.Meren.*conf.92.n.11.*Brun.*con-
* sil.115.n.47.iuncto n.50.*vbi de magis* cõmuni, *d.l.2.* Ceph. *conf.65.n.47.lib.1.& conf.225.n.41.& seq. li. 2.* Thob.Non. *conf.99.n.27.vers.itẽ quod dicãt,*Vulpel.*conf.30.n. 10.* vbi de
* magis cõmuni,Viui.*in cõmuni opinione,in ver.testes in his, quæ percipiuntur sensu corporeo,post medium,versiculo ista fama,* vbi
* pariter,quòd ita se habet communis* opinio,Anch.*n....*Regien.*q.55.n.15.parte 2.*Burs.*20.n. 30.* vbi etiam de cõmuni, *& conf.98.n.14.li.1.& consi.330.n.157.li.3.* vbi pariter de cõmuni,*& conf.320.n.112.lib.3,*facit Put.*dec.118.n.16.lib.2.*Bertaz.*conf.234.n.6.*Claud.ad eundem Bertaz.*conf.162.litera B, vers.3.requiritur,& vers.2.exigitur,*Mascar.*de prob.lib.1. concl.513.n.1.& lib.2.concl.749.n.1.in fine,& n.2.*Petr. Ant.à Petra,*in tract.de fideic.q.11.n.36.*vbi de communi,*& ibi.num. 443.& 450.quæstio.13.n.123.in fine.* Marc.Anton.Eug. *conf. 27.n.43.*Lud.Peguer.*dec.Auenion.15.n.12.vers. & nisi testes, & dec.20.num.14.*

238 AMPLIA I. Huius septimi requisiti conclusionẽ†in tantum debere testes super fama deponentes dicere se audiuisse
239 à maiori parte populi,vt non sufficiat eos dicere,† se ita dici audiuisse à pluribus personis, sicut post alios quos allegant affirmarunt,Gramm.*conf.42.n.2.ad finem,*Her.*de negatiua,n. 312.prope finem,*Viui.*in commu.opin.in verbo, testes in his, quæ percipiuntur sensu corporeo,ad finẽ,vers.& idem si testes ipsi dicerent à pluribus.*Rol.*consi.54.n.19.& 20.lib.1.*Ceph. *cõs.225.*
240 *n.43.lib.2.*†Io.Mar.Mont.*in suo Repert.testium,folio 388.col.1. vers.antepen.*Claud.ad Bertaz.*cõs.162.litera B,vers. exigitur,* Pet.*in tract.de fideicõ.q.13.n.123.in prin.* vbi quòd hæc con-
* clusio* cõmuniter approbatur,Masc.*de prob.lib.2.cõc.749.n.*
241 *6.&* 7. † Vbi ampliat etiam si testis dixisset se ita dici audi-
242 uisse *à mille,*† & idẽ si testis dicat se *ita sæpe ac sæpius* dici au-
243 diuisse,vt per Hippol.Riminal.*consilio 59.n.34.lib.1.*† Et idẽ si dixerit se ita *centies* dici audiuisse,vt per Rolãd. *d.cõs.54.n.*
244 *19.li.1.*& per Pet.Ant à Petra,*vbi suprà,d.q.13.n.134.*Idẽ†& multò magis si testis dixerit,se ita dici audiuisse *à diuersis personis,*vt per Nattã *cõs.473.n.16.*Rol.*conf.54.n.20.*Hipp. Rimin.*d.cõs.59.n.34.*Cep.*cõs.65.n.52.li.1.* Viu. *in cõ.opin.d.ver.*
245 *testes in his,quæ percipiũtur sẽsu corporeo,ad fi.ver.*† *& idẽ si diceretur,inter homines audiuisse,*& aduerte, quòd prefati Doct. loquũtur nõ solũ,quãdo testis dicit se ita dici audiuisse à plu-
ribus,†sed etsi dixerit se audiuisse *à plurib.& plurib.*personis. 246
†Primo enim casu,cùm plutalis numerus duorum numero 247
contentus sit,ad textum *in c.pluralis,de reg. iur. in sexto,*ideo depositio testis sic dicentis, se audiuisse à pluribus,potest in duobus verificari,& sic non erit maior pars populi:secundo casu,dum testis dicit se ita dici audiuisse à pluribus, & pluribus, pariter talis depositio multiplicando pluralitatem secundùm numerum duorum poterit verificari in quatuor, & sic,nec etiam talis auditus prouenit à maiori parte populi, sicuti post alios,quos allegat, hæc bene adnotauit Mascard. *d.concl.749.n.6.& 7.*

AMPLIA II. Dicti † septimi requisiti conclusionem, vt 248
testis deponens super fama debeat dicere se audiuisse à maiori parte populi:at si impersonaliter loquatur,putà dicẽdo, *ita dicitur à maiori parte populi,*absq; eo, quod dicat se audiuisse à dicta maiori parte,nihil probat,secundùm Bar. *in l.de minore,§.plurium,n.21.ver.sed quid si dixi.*Dec.*in c.veniẽs,n. 7.extra de testibus,& in capit. 1.n.54. de appellat.* Gab. Saray. *in addit.ad Matth.sing.51.circa medium additionis,vers.& testis,qui super fama deponit,*Masc.*de probat.lib.2.concl.749. nu.* 11.Pet.Ant.à Petr.*in tract.de fideic.q.13.n.114.*vbi & in idem allegat Ang.*in l.ea quidem,n.40.& 42.C.de accusat.*

Sed†contrarium in hac ampliatione bene defendit Salic. 249
*in d.l.ea quidem,n.118.C.de accus.*Alex.*conf.101.sub n.19.& sequenti*, vbi testatur de magis communi* opinione, Franc. * Hercu.*in tract. de negatiua. num. 312. in fin.* vbi testatur de communi.

AMPLIA III. Vt†nec sufficiat testes dicere se ita audi- 250
uisse per totam ciuitatem,nisi,vt suprà,addam,*a maiori parte populi*, sicut post alios quos allegant, affirmarunt Barth. Ghitt.*inter consilia criminalia diuersorum, consilio 160. n.11.in fine,li.1.*Natta*conf.388.n.3.in fine, lib.2.* Ioan.Mar.Montice. *in Reperto,testium, folio mihi 388. col.1. vers 3.* vbi remissiuè de materia, cuius tamen contrarium defendit Salic. *in l. ea quidem,n.119.C.de accusationibus.*

AMPLIA IIII.Quia†non sufficit testes simpliciter dice- 251
re se ita dici audiuisse à maiori parte populi illius ciuitatis, vt per Bartolum,*in l. de minore,§. plurium,numero vigesimo,in fine,& numero vigesimoprimo,in principio,*& ibi Alex.*in addit. sub litera E,ff. de quæstionib.*Salic.*in l.ea quidem,nu.117.C.de accusat.*Mar.*in dicto §.plurium,post n.54. versiculo,debent ergo dicere testes,*Mascar.*de probat.libro 2. d.concl.749.n.22.* sed in hoc contrarium voluit Bald.*in c.præterea,num.9.vers.& adde quòd,extra de testibus,*& Baldi opinionem sequuti sunt Ias.*in l.si fideiussor,§.si necessaria,n.4.& 5.ff.qui satisd.cog.*Ceph.*conf. 309.n.13.li.3.*Hector Æmil. *in tract. de test. pa.1. in materia testis de auditu,litera A,fol.257.n.11.*

AMPLIA V. Vt † non solùm testis debeat dicere se ita 252
dici audiuisse à maiori parte populi,sed etiam quòd *ita sentiat eadem maior pars populi,*vt per Bart. *in l. de minore,§.plurium,post num.19.ff.de q.* vbi dat formam,quomodo isto casu sunt concipienda capitula,sequitur Marsi *ibidem,numero 52.* Natta *conf.*18.*n.12.*& Conrad. *in practica,in titulo de testibus, §.dicta testium assumendo,n.54.in princip.folio mihi 141.col.2. verum,* vide Bart.*in d.§.plurium,n.20.* vbi cõcludit, satis esse, quòd testis dicat,se ita audiuisse à maiori parte populi: quia subintelligitur,quòd maior pars populi sentiat,& cum Bart. habemus Capell.Tholos.*decisione 380.ante n.9.vers. Quid si testis dicit,quòd audiuit hoc dici,*&c. quem refert, & sequitur Hector Æmil. *in tract. de testibus, in materia testis de auditu, litera A,folio 257. n.10.* Sic pariter reprobatis Abb. & Fel. sentientib.dixit Nauar.*in tractatu de fam.ad capitul.Non sunt audiendi,2.q.3.num.12. Satis esse si testes dixerint se ità publicè dici audiuisse à maiori parte populi, &c.*etiam quòd non dicant se credere id quod maior pars populi dicit.

AMPLIA VI. Vt † non solùm testis debeat dicere,se ita 253
dici audiuisse à maiori parte populi, sed etiam quòd ita *publicè* dici audiuit ab eadem populi maiori parte,cùm aliàs possit esse,quòd illud secretè, & non publicè dici audiuerit, quo casu non erit bene probata fama, secundùm communem* theoricam,de qua per Bart.Imol.& Corn. *in locis recitatis per Clar.in pract.§.fi.q.6.vers.Item requiritur,* vbi tamen * bene demonstrat contrarium verius,nec Bart.& Imo.dicere id ad quod allegantur.

AMPLIA VII.Eiusdem†septimi requisiti conclusionem, 254
vt nec

vt nec etiam probent testes dicentes se ita dici ab omnibus illius ciuitatis,inuerisimile enim est, imò forsan impossibile,quòd omnes homines de vno loquantur cum vna & eadem persona:ideo per tales testes fama non probatur, vt in simili consuluit Hier. Grat. *consil.57.n.32.l.2.*& in terminis refert,& sequitur Horat. Lut.*inter consil. crimin.diuersorum, consil.160.n.25.& seqq.l.1.* vbi pluribus rationibus hanc cõprobat ampliationem,licèt isto casu saluãdo testem à falsitate dici potest, quòd verba testis asserentis se ita dici audiuisse ab omnibus sunt intelligenda de omnibus,de ea re loquentibus, & non de omnibus illius ciuitatis, vt per Alex. post gl.*in l.inter omnes,n.4.ff.qui satisd.cog.* refert,& sequitur Hect. Æmil.*in ver.testis auditum alienum,n.15.folio 247.*

255 LIMITA I.Huius † septimi requisiti conclusionem non procedere in probanda peritia,in qua testes super fama deponẽtes sufficit dicere,quòd ita dici audiuerũt à maiori parte peritorum,absque eo quòd dicant à maiori parte populi, secundùm Salic.*l.ea quidem,n.110.C. de accusat.* per gl.*in l. quidam,§.quod dicitur,ff.de acquir. hæred. & in l. in ratione,§. quod vulgo,ff.ad l.Falcid.*sequitur Masc.*de prob.l.2.concl.749. n.8.* vbi propterea infert, quòd ad probandum famam peritiæ alicuius scholaris, si fuerit legista,sufficit eam esse inter maiorem partem scholarium legistarum: si verò canonista, sufficit inter maiorem partem canonistarum.

256 LIMITA II. Vt † eadem conclusio procedat, quando agitur de probando famam super aliquo facto, vel negotio magno, vtputà si agatur de probando mortem Regis: tunc enim fama debet de hoc esse inter maiorem partem totius populi: & ita testes debent deponere, aliàs non probant famam; secus si agatur de aliquo facto, vel negotio non magno, nec notabili, quia tunc sola fama viciniæ, vel contractæ sufficit, & ideo testes dicentes, se ita dici audiuisse à maiori parte viciniæ, illam probant,vt per eundem Salicetum *in d. l.ea quidem, num.107. in fi.C. de accusat.* quem refert,& sequitur Mascat.*d.concl.749.num.9.*

257 LIMITA III. Quia † etiam quòd testis non dicat se audiuisse à maiori parte populi,si tamen dicat, *se ita publicè dici audiuisse*,probat famam,secund.opinionem Bald.*in c.præterea,n.10.extra de testib.& in capitulo literas, nu.2.de præsumpt. in capitul. per tuas, de prob.* quam quidem Baldi opinionem contra Bart. mox infrà allegandum communiter in Rota obseruari testatur Cassad.*decis.3.num.7.de prob.*& ita in Curia Romana seruari testatur Paris.*consil.52.in fine.li.3.* Alex. *consil.102.n.17.l.7.* vbi dixit sibi videri,quòd Bartoli contrarium sentientis opinio magis communiter damnatur, Calcan.*consil.8.num.11.* vbi quòd opinio Baldi contra Bart. est communis,& in iudicando sequenda,Ferrett. *consil.168. post num.19.* vbi testatur de eadem obseruantia in Romana Curia.Hanc eandem Baldi opinionem latè defendit Sali.*in l.ea quidem,n.110.& 120.C.de accus.*sequitur Gand.*in rub.qui ad famæ probationem possint, & debeant de iure admitti,num.14.* Marsil. *in l. de minore,§.plurium,n.54.versic. sed contrarium, ff.de quæst.* vbi refert Baldum idem tenentem *in l.hæredes palam,in princ.ff.de testamen.& in l.testium,in fine, C.de testibus,* Conrad.*in pract.in tit.de testib.§. dicta testiũ assumendo,post n.54.versic.& adde famam probari*,Iac. Philip.Port.*cons.39.nu.22.& 23.* Hier.de Monte *in tract.de finib. regen.c.56.n.4. &* * *5.* vbi pariter testatur de communi * & seruata opinione in Curia Romana; sicut etiam eam tanquam communem & seruatam sequuti sunt,Franc.Turzan.*in suis cõmu.opinionib. opin.43.in fine*,Clar.*in pract.§.fi.q.6.vers. debent etiam,in fine,* vbi quòd opinio Bartol.contraria est, & multùm aspera; & si teneretur in practica, vix reperiretur ex mille testibus vnus,qui rectè super fama publica deponeret, & quòd obseruantiam Romanæ Curiæ in materia probationum, debent omnes Curiæ imitari, prout apud eum ita etiam indistinctè seruari testatur Io. Mar.Monticell. *in repert.test. folio mihi 386. col.1.vers.2.& 3.& fol.388.col.1.vers.2.* Hipp. Rimin.*cons.363.n.146.vol.4.* vbi bene Burs.*cons.87.nu.47.* vbi de magis seruata opinione,*& cons.90.n.6. lib.1.* Clau.*in addit.ad Bertaz.in cõs.162.litera B,ver.2.exigitur,in fi.* Vulpel. *cons.39.nu.8* Caputaquen.*dec.7.par.2.* Paul.Granut.*theorem 22.n.6.* Masc.*de probat.lib.1.concl.496.n.19.& lib.2.cõcl.749. n.4.& 5.* Pet.Ant.à Petr.*in trac.de fideicom.q.13.nu.110.in fi.* Lud.Peg.*dec.crim.17.n.25.vers.propterea Bal.*

Contrarium, † quòd imò testes dicentes, *ita publicè dici audiuisse*,vel *ita esse publicam vocem,& famam*, minimè probent famam, voluit originaliter Bart. *in l. de minore,§. plurium,num.11.*& ibi etiam Marsil.*num.54. in fine, & seq.ff. de quæst.* Dec.*in capitulo veniens,num.36.*& ibi *in addit. litera B,de testibus,& in cap.1.n.53.*& ibi *in addit.litera L*, vbi de communi * *de appell.*de communi testantur etiam Imola *in * l.hæredes palàm,in princ.num.1.ff.de testam.* Alex.*consil.212.n. 5. lib.2.consil. 20.post num.9.lib.4.& consil.2.num.16.lib.7.& consil.35.n.6.eodem vol.7.& consil.123.nu.3. dicto lib.7.* Cor. *consil. 304. litera L, lib. 2. secundùm antiquam impressionem,* vbi etiam testatur se ita aliàs obtinuisse contra D. Benedictum Capram in eius causa propria,& quod sæpius vidit in iudiciis hoc pro satis claro reputari, *& consil. 34. incip. rem arduam,n.10.vers.Et insuper non est facile,lib.3.& consil.127. num.11.lib.4.*Aym.*consil.41.n.5.* Card. Alex.*in capitulo cùm in tua,circa finem,de sponsal.* Dec.*consil.37.post nu. 10. vers.3. testis,& consil.133.num.4.in fine,& cons. 210.post n.9.vers.2. Dato*,Cur. sen.*consil. 82.post n.9.* Aym.*consil.41.n.5.& consil. 262.post n.5.*Socin.*consil.54.n.27.l.4.*Berta.*cõsil.74.n.10.l.8.* Soc.iun.*consil.69.n.24.l.1.* Gram.*consil.26.post n.13.* Galeot. Maluat. *inter consil.crimin.diuersorum, consil.110.n.10.& seq. in discursu,lib.1.& inter eadem consilia,*Horat.Lut.*consil.160. num.11.& consil.161.num.29. dicto libro primo*, vbi etiam de communi, * de qua & per Brun. *consil.115.num.quadragesi-* * mo septimo,lib.2.*vbi de magis communi, Natta *consil.18.nu. 11.lib.1. & consil.388.nu.4. lib.2.* Gabriel.Sarayn.*in addit.ad Matthes.singu.51.ad medium additionis,versicul.& non sufficit*,Viui.*in communi opin.in verbo,testis in iis,quæ percipiuntur sensu corporeo,ante finem*,Rol.*cons.54.n.18.lib.1.* Ceph. *consil. 65.n.47.& 52.lib.1.*Thob.Non.*cons.99.n.27.in fine*,Vulpel. *consil.5.n.7.& consil.30.n.10.* vbi de magis*communi,& re- * probat contrariam Vrbis obseruantiam, Ioan. Mar.Monticel.*in suo repert.test.fol.mihi 388.col.1.versicul.6.& fol.386. col.1.versic.1.& dicto fol.388.col.1.versic.1.*Hippol. Rimin. *cons.59.n.33.l.1.& consi.363.n.319.& seq.lib.3.*Burs.*consi.20. n.30.l.1.& cons.330.n.157.l.3.& cons.316.n.22.d.l.3.* Masc. *de prob.lib.2.concl.749.n.2.in fine,& seq.*Petr.Ant.à Petra, *in tract.de fideicom.quæst.2.n.376. post n.377.versic.* Sed, vt dixi cum Bart.stat communis opinio,*& quæst.13.n.123.*Honded. *cons.102.num.70.*Nauar.*in tract.de fama & infam.capitulo... Non sunt audiendi,2.q.3.n.13.& 14.* vbi quòd hæc Bart.opinio communiter teneatur,eámque ampliat, etiam quòd testes dicant ita esse *vocem publicam*,vel *publicam famam.*

Retenta † prima opinione, quæ sine dubio propter Rotæ 259
authoritatem magis obseruatur in practica(licèt contraria videatur magis communis)illam sublimita primò non procedere,quando testes non adducerent causas,& coniecturas verisimiles,ex quibus orta fuit fama:nam tunc non probant famam, etiam quòd dixerint se ita publicè dici audiuisse,sic in terminis limitari Baldi opinionem dixit Hier.de Monte, *in tract.de finibus regen.c.56.num.7.vol.2.* quem etiam in terminis allegat Michael Crass.*in comm.opin.lib.2.c.19.q.15. in fin.versicul.item opinio Baldi posset intelligi*,Petr.Ant.à Petra, *in tractatu de fideicom. quæst. 13. num.123.vers.sed omni casu,* vbi refert,& sequitur Hier.de Monte *in loco præcitato*, & faciunt pro hac prima sublimitatione quæ generaliter dixi *suprà,in tertio requisito,num.216.* & specialiter *nu.218.* licèt aliqui contrà,*num.217.*& vide *infrà,num.262.& seq.*

SVBLIMITA II. Huius † septimi requisiti tertiam limi- 260
tationem, vt procedat in foro ecclesiastico & canonico, prout est in auditorio Rotæ, secus in foro ciuili. Primo enim casu seruatur opinio Baldi: secundo autem seruatur opinio Bart.secund. Hier.de Monte,*d.capitulo 56.post nu.7. vers.vel etiam,* vbi in id allegat Paris.*in cons.67.n.108.vol.3.* Et secund. hanc sublimitationem potest inferri, quòd cùm in criminalibus seruetur ius ciuile: ideo eo casu sit pariter seruanda opinio Bar. & non Bald. Sic enim & in criminalibus Rotæ stilum isto casu non seruari in terminis scripsit Ful.Pacian.*de probat.lib.1.c.49.num.28.ver.mihi videtur.*

SVBLIMITA III. Vt † eadem tertia limitatio non proce- 261
dat in casu,in quo fama facit plenam probationem:nã tunc, nec in ciuilib. nec in criminalib. cũ semper agatur de graui præiudicio, nõ sufficit ad probationẽ famæ testes dicere,*ita publicè audiuisse*,nisi etiam addãt,*à maiori parte populi*, iuxta

generaliter

generaliter tradita *suprà, num.* 237. sic enim in terminis materiam hanc reperio declaratam per Hier. de Monte, *d.c.* 56. *num.* 8. vbi adducit concordantes, & rationes, sequitur Mich. Crass. *in com.opin.l.2.c.* 19. *q.*5. *in fine, vers. posset tamen conciliari*, Petr. Ant.à Petra, *in tract. de fideicommiss. d. quæst.*123. *ver. sed omni casu.*

262 SVBLIMITA IV. Vt licèt † quando testis dicit, *ita publicè dici audiuisse*, non sit necesse, quòd dicat, *à maiori parte populi*, & sic per verba prædicta suppletur septimum requisitum famæ, de quo *suprà, n.* 237. Non per hoc tamen supplentur alia sex requisita secundùm Hier. de Monte, *d.c.*56. *n.*8. *vers. vel etiam posset dici.* vbi ex hoc infert, quòd non per hoc testis probat, nisi exprimat causam, vnde fama orta sit, prout & dixi *suprà, num.*259. & nisi etiam dicat, quòd statim orta est, iuxta ea, quæ pariter suprà scripsi, *nu.* 177. Addo & pro hac eadem sublimitatione Vulpel. *consi.*30. *num.*10. *in fi. & num.*11. *&* 12. vbi pariter infert.

263 Contrarium † apertè ponit Pau. Granut. *theorem.*22. *n.*6. vbi quòd opinio Bal. Cassadori, Parisij, & aliorũ Doctorum allegatorũ *sup. nu.*257. volentium famam dici probatam per testes dicentes, *se ita publicè dici audiuisse*, procedat, nedum vt dicti testes aliter nõ teneãtur dicere, *à maiori parte populi*, verùm etiã, vt nec teneãtur nominare authores, prout etiam dixi *sup. n.*237. nec exprimere causas, vt dixi *sup. n.*217. & sic supplet alia requisita per Bar. *in d. l. de minore*, §. *plurium, ff. de quæst.* quod & idem affirmauit Caputaquen. *dec.*7. *par.*2.

264 Pro † concordia harum opinionum reassume præcedentes duas sublimitationes, dicásque in casu, in quo fama facit plenam probationem indistinctè per testem sic dicentẽ, *ita publicè dici audiuisse*: minimè suppleri requisita ad famę probationẽ, vt sup. adnotaui, *n.*261. in casu verò, in quo fama non facit plenam probationem, suppleri per talem testem alia requisita, videlicet expressionem causarum, & nominationem authorum, à quibus orta est fama, quando sumus in foro canonico, secus si in foro ciuili, & præsertim in causis criminalibus, vt etiam adnotaui *supra, num.*260.

265 LIMITA I. seu † potiùs declara generaliter omnia prædicta septem requisita ad famæ probationẽ: quia nihilominus fama probatur per testes singulares, vt per Bar. *in l. de minore*, §. *plurium, n.* 24. & ibidem Marsi. *num.*58. *ff. de quæst.* siue singularitas sit respectu personarum, putà quòd vnus testis nominet aliquos in authores: alter verò nominet alios: siue etiã singularitas sit respectu loci, quia vnus testis dicat se audiuisse in platea, alter verò in burgo: & siue demum singularitas sit respectu tẽporis, vtputà quia vnus dicat se audiuisse tali die, alter verò alia die, adhuc tamen talis singularitas non vitiat probationem famæ, vt per Bart. & Marsil. in locis præcitatis, Alex. *cons.*51. *n.*5. *vol.*3. Gand. *in tit. quom. de malef. cognosc. per inquisit. post n.*11. *ver. item sufficit si non audiuerunt, & ver. nec est etiam necesse*, vbi ampliat, etiam quòd singularitas respiciat causas scientiæ, *&* *n.*12. vbi infert ad quæstionẽ, & iterũ idẽ Gand. *in rub. quom. de malef. cognosc. quãdo crimen est notor. n.* 5. vbi ampliat, etiam quòd singularitas sit in verbis, & in depositione ipsorũ testium, puta quòd vnus dicat, quòd de hoc est communis opinio in ciuitate: alter, quòd est publica vox, & fama: alter, quòd homines ciuitatis ita existimant: talia enim verba, licèt in se singularia & diuersa videantur, in intentione tamen testium sunt eadem, & idem significant, sicut in simili dicitur de mucrone, ense, & spata. *l. pen. in* §. *æstimatio, ff. de var. & extraord. cog.* §. *nos igitur, in authen. de testibus*, & parum, aut nihil de nominum diuersitatibus est curandum, quando eorum sensus & effectus est idem, *l.*2. *C. de const. prin. l.*3. §. *cõditio, ff. de adimen. leg. & in l. in conditione, ff. de condit. & demonst.* cũ aliis ibi per Gandin. allegatis, quibus ad comprobationem huius limitat. addo Ruin. *consil.*128. *num.*11. *vol.*4. Purpurat. *in l.*1. *num.*107. *ff. si cert. pet.* Mandel. *cons.*25. *num.*6. Gabriel *titulo de testibus, concl.*2. *num.*36. Ceph. *cons.*435. *num.*8. *iuncto nu.*54. *in* 3. *vol.* Hippol. Rimin. *inter consilia crim. diuers. cons.*85. *nu.*16. *lib.*2. *in folio*, vbi testatur de magis* communi opinione, quod fuit repetitum inter propria eiusdẽ Rimin. consilia, *consi.*1. *vol.*1. Burs. *cons.*89. *n.*5. *& seq. lib.*1. Mascar. *de prob. lib.*2. *concl.*746. *n.*23. Pet. Ant. à Petra, *in tract. de fideic. q.*11. *n.*377. vbi etiam testatur de communi opinione, *&* *num.*449.

266 Et licèt contra hanc limitationem, † quòd imò testes singulares non probant famam, tenuerint aliqui sapientes, prout dicit Gandin. *in d. rubr. quom, malefi. cognosca. per inquisit. n.* 13. *vers. aliqui tamen sapientes*, item Abb. Feli. & alij relati per Gabriel. *d. conclusio.*2. *n.*37. & per Mascar. *d. conclusio.*749. *n.*25. Claud. in addit ad Bert. *cons.*162. *sub litera A, lib.*1. non per hoc tamen recedas ab ea, declarata tamen, vt per Fel. quem refert Gabr. *dict. concl.*2. *n.*39. & per Sal. *in l. ea quidem*, 124. *& seqq. C. de accusa.* cuius distinctionem refert Masc. *d. concl.*749. *n.*25. *vers. opiniones huiusmodi, & iuncto num.*26. *& seqq.* & vide in simili, quæ dicam de probando bonam, vel malam famam in genere *infrà, n.*304.

LIMITA II. & generaliter omnia prædicta requisita, vt 267
non habeãt locum in fama probata per decem testes: nã tunc ipsi testes ob eorum multitudinem probant famã, etiã quòd formiter de ea deponant, præsertim exprimendo causas & authoritates, ex quib. orta est, sicut post alios quos allegant, affirmarunt Alex. ad Bar. *in l. de minore*, §. *plurium, n.*22. *sub litera A, ff. de q.* & ibi Marsi. *sing.*477. *ver. & ad confirmationẽ*, Carrer. *in pract. cri. in* 2. *tra. de indiciis, & tortura*, §. *secundum indicium, n.*18. Boss. *in tit. de indic. n.*69. relati per Nattã (licèt eos Natta non sequatur) *in consilio* 473. *n.*21. *vers. nõ obstat, n.*22. Ferrans Gargiar. *inter consilia criminalia diuersorũ, cons.* 126. *n.*38. *libro* 1. *& inter eadem consilia*, Pau. Meren. *cons.*88. *n.*52. *li.*2. *& ibid. cons.*90. *n.*90. Iust. Bondena. *cons.*54. *n.*17. *d. libro* 2. *diuersorum*, Thob. Non. *cons.*111. *n.*5. Vulp. *cons.*39. *n.* 9. *&* 10. vbi respondet Parisio in loco mox allegando cõtrarium tenenti, Ioan. Mar. Montic. *in reper. test. fol. mihi* 387. *col.* 2. *vers. i.* 4. *lib.*3. Clau. in addi. ad Bertaz. *cons.*162. *litera C, vers. si tamen.* Burs. *cons.*87. *n.*46. *lib.*1. Masc. *de prob. lib.*2. *concl.*749. *n.*21. vbi & idẽ allegat Put. *dec.*12. *ti. de prob.* in aliàs manuscriptis. † Ex quibus apparet ita communiter* per Doctores 268
teneri, licèt contrarium in foro ciuili affirmet Par. *in consil.* * 67. *n.*108. *li.*3. & generaliter contrarium defendat latè Natta *cons.*473. *n.*22. *ver. nam ad hoc, iuncto n.*23. *& cons.*362. *n.*10.

SVBLIMITA I. Hanc † secundam limitationem, vt talis 269
fama, etiam per decem testes probata non sufficiat ad torturam, nisi sit aliqua alia coniectura adminiculata, vt probaui *suprà, hac ead. q. n.*32. hîc non repeto.

SVBLIMITA II. Dummodo † concurrat habilitas te- 270
stium, iuxta ea quæ posui *suprà, in secundo requisito, n.*210. si enim fuerint inhabiles, etiam quòd plures sint, non probant famam, si de ea informiter deponãt, vt per Natt. *cons.*462. *n.* 10. *& cons.*478. *n.*23. Petr. An. à Petra, *in tract. de fideic. d. q.*13. *num.*128.

SVBLIMITA III. Dummodo non sit minor numerus de- 271
cem testium, vt per Petram, *d. q.*13. *eodem n.*128. ex Roland. quem allegat *in cons.*82. *in fine, vol.*2. & est de mente Doctorum allegatorum *supra, n.*263. qui pariter loquuntur in decem testibus, licèt Abb. *in cons.*72. *n.*5. dixerit magnum numerum testium verificari in septem, quem in proposito sequutus est Burs *in cons.*87. *n.*46. *lib.*1.

LIMITA III. Eadem † requisita, quia fama etiam sine te- 272
stibus probatur per scripturam, vtputà per literas bonorum virorum, vt per Alex. ad Bar. *in d. l. de minore*, §. *plurium, post n.*19. *litera D, de q.* Masc. *de prob. lib.*2. *concl.*751. *num.*2. vbi in idem allegat Innoc. *in c. tua, de sponsal.* & vide quæ dixi *in tract. de test. q.*80. *n.* ... † Item probatur fama per priuilegia, & 273
instrumenta antiqua, vt per Bal. & Sali. *in l. cùm antiquis, C. de iure deliber.* Cur. iun. *tract. de feud. p.*1. *n.*15. Alba. *cons.*64. *n.*21. *& n.*24. vbi ampliùs, & quòd meliùs probatur fama per instrumenta, & alias scripturas authenticas, quàm per testes, Masc. *concl.*751. *n.*1. Pet. Ant. à Petra *in tra. de fideic. q.*11. *post n.*451. *& q.*13. *num.*148. & habemus decisionem Rotæ, vt per Caputaquen. *dec.*344. *n.*2. *par.*3.

SVBLIMITA Hanc † tertiam limitationem, vt ad hoc, vt 274
fama bene probetur per instrumenta, non solũ debeant esse plura, quàm duo, & vnũ non sufficit, vt per Alex. *in cons.*90. *in causa, & lite inter illos de Barbellis, sub n.*1. *li.*6. Soc. *cons.*86. *in causa Castri Mõtis Nigri, post n.*2. *vol.*1. *& cons.*194. subtiliter, & elegãter, *post n.*9. *ver. quinimò nec duo, vol.*2. Aym. *de antiq. tẽp. p.*1. §. *ampliatur nũc, n.*14. Hippo. Rim. *cõs.*59. *n*35. *lib.* 1. Sed † etiã dicta plura instrumẽta debeãt habere originem à 275
diuersis personis, aliàs si ab eisdẽ personis originẽ traherent, vnicum, & idem testimonium reputatur, & propterea famã nõ probant, vt per Aret. *in c. cùm causam, de proba.* Soc. *d. cons.*
194. *n.*9.

194.n.9.Aym.*vbi suprà,num.17.ver. intellige modò*, Mascar. *de prob.lib.2.conclus.911.num.1.& seq.*

276 LIMITA Demum† omnia prædicta requisita, quia ad hoc vt fama sit bene probata per testes productos sedet in arbitrio Iudicis, qui non ad vnam speciem probationum animū applicat, sed ad plures, iuxta tex. *in l.3.§.idem diuus ff.de test.* & in terminis voluit Plot.*inter consilia criminalia diuers.67.n.20.lib.1.in fol.* verùm isto casu arbitrium Iudicis, non absolutum, sed regulatū ab aliis iuris regulis, & conclusionibus debere esse, dubitandum non est, vt sæpiùs dixi.

Et hæc satis sint pro tertia inspectione, transeamus modò ad quartam & vltimam inspectionem, quomodo scil. probetur alicuius bona vel mala fama in genere, in qua de duobus principaliter videndum est. Primò quid à iure præsumatur, secundò quomodo probetur. Circa primum

277 REGVLA sit, † quòd quis in dubio præsumitur bonus, bonæque conditionis & famæ, non autem malus, vel malæ conditionis, *l.seruos*, & ibi gl. *ff.de manum.testa.l.omnimodo, C. de inoffic.testa.cùm pater, §.rogo, ff.de leg.secundo, l.meritò, ff.pro socio, l.quoties, §.qui dolo, ff.de prob.§.vnico, de scrutinio in ordi. facien.c.dudum, & c.fi.de præsum.* gl. *in c.super literis, extra de rescript.* & est ratio secund. Philosophum, *in l.de cœlo, & mũdo*, quia Deus, & natura semper faciũt meliora, nec deficiũt in necessariis. Hanc conclusionem sic pro regula ex nostris posuerunt, Spec.*in tit.de teste, §.1.vers.sed quid si dicatur, & in tit.de prob.§.1.ver.Restat.* Mars.*cons.2.n.9.* Aym.*cons.60.n.7.* Grat.*cons.41.n.14.vol.2.* Put.*in l.1.n.18.ff.si cer.pet.* Gram. *cons.30.n.9.* Alc.*de præsum.reg.3.præsum.2.nu.1.* & ibi Ceph. *cons.435.n.104.l.3.* Cyril.*in summa cri.rub.29.de q.§.4.post n.7.vers.oportet tamen probari*, Nico. Arelat.*in addi.litera A*, Tiraq. qui latissimè more suo exornat, *in trac.de pœ.tẽp.c.51.n.3.* Ceph.*cons.435.n.104.l.3.* Cyril.*in summa cri.rub.29.de q.§.4.post n.7.vers.oportet tamen probari, fol.mihi 151.à tergo, col.1.* Ant.Gabr.*l.7.concl.2.n.9.* Steph.Lãbert.*in tract. de contrac.eorũ, & c.* gl.13.*n.47.* Ioseph.Ludo.*deo.Lucen.13.n.3.& 4.* vbi generaliter dicit, quòd vnusquisque etiam carnifex, & omnis alia persona de mundo in suo exercitio in dubio præsumitur bonus, & affert rationem ex Bal. quem allegat, *in cons.402.l.5.* quia scil. bona fama est innata, & est continuata ex origine, & habitudine naturæ: mala autẽ fama non est innata & naturalis, sed accidentalis, & in dubio debemus præsumere id quod naturaliter inest, non autem quod aliquãdo ex accidenti contingit, Masc.*de prob.l.1.concl.222.n.* * *1.& 2.& l.2.concl.1003.n.1.& 2.* & hæc regula sine dubio * cõmuniter, & vbique à Doctoribus recipitur (licèt contra eam possunt allegari Doctores aliqui relati per eund. Steph. Lãber, *vbi sup.n.48.in discursu*) Menoc.*de præsũ.l.1.n.1.& seqq.* vbi relatis & confutatis contrariis Doctorum opinionibus, hanc regulã ex iuris ciuilis, & canonici, ac etiã Sanctorum, & Theologorũ, ac sacræ Scripturæ authoritatibus, latissimè * comprobat tanquã veram, & magis cõmunem, **& præsum.4.n.1.& seq.* vbi hinc infert, hominem etiam præsumi vitio carere, præsertim si rusticus & agricola sit, qui secund. simplicitatẽ. & puritatem quandam naturalem viuere dicitur.

278 AMPLIA I. Huius † quartæ inspectionis propositam regulã, vt multò magis procedat in eo, qui est natus ex bona patria: sunt enim cuique nationi vitia quædã peculiaria, & proprij mores, ideo præsumitur quis nonnunquã bonus, vel malus ex natione, & patria, arg. text. *in c.si gens Anglorũ, & c. seq.56.d.l.quòd si nolit, §.qui mancipia, ff.de ædil.edic. loquens*, quæ Vlpian. de venalib. seruis ait: *Plerũq; natio serui, aut prouocat, aut deterret emptorẽ, idcirco interest nostra scire nationẽ: præsumptũ etenim est quosdã seruos bonos esse, quia nationis sunt nõ infamatæ, quosdã malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infimis est.* & Plato in fine Dialogi quinti de legib. *Nec an illud nos fugiat, magnã esse locorũ ad seruãdos meliores peioresq; homines differentiã: quippe alij varietate ventorũ, & turbine difficiles, & proterui sunt, alij propter aquas, alij propter cibos, qui ex terra nõ solũ corporib. cõmodi, aut incõmodi oriuntur, verum animis quoque nõ minus.* Prout hæc & similia ad cõprobationem propositæ ampliationis adducit Siman. *de hæret.c.50.n.8.& 9.* vbi etiã bene demõstrat hanc præsumptionẽ ex patria sumptã nimis generalem, & quandoque fallacem esse.

279 AMPLIA II. Idem † esse in nato ex bonis, vel malis parentibus, quia *Sæpe solet filius similis esse patri*: &, *Qualis erat mater, sic talis erit.* & *Arbor mala bonum fructum facere non potest.* Et eiusdem conditionis sunt pater & filius, *l.si cohortalis, C.de cohortal.l.12.* & pater, & filius natura vna, & eadẽ persona esse censetur. *l.fi. in fine, C. de impub. & aliis substitut.* & sic patris præsumptio transit ad filios, & fama parentũ, aut posteros illustrat, aut tanquam pestis innoxios hæredes opprimit, & sicut ex hominibus hominem, ex belluis belluã, sic ex bonis bonũ generari cõsentaneum est. & quamuis (vt Aristoteles inquit) hoc sæpe natura velit efficere, non tamẽ possit; attamẽ sicut idem Philosophus alibi ait, *Ex meliorib. meliores procreari probabile est.* Et Plato Dialog. 5. de legibus, ait, *Vbi senes minùs pudici sunt, necesse est ibi iuuenes impudentissimos esse.* Et Fab. lib. 5. pariter dicit, *similes parentib. ac maioribus suis plerũque creduntur, & nunquã ad honestè turpiterque viuendũ inde causæ fluunt. Na cùm filij parentes suos amẽt, & ab eis omnia ferè discere soleant, quæcunque in eis vident, bona, honesta, & licita esse putant.* Et Virg. Mantuanus cecinit.

Qui viret in foliis, venit à radicibus humor:
Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

Et Plutarchus *in exordio libri de liberis educandis* ait:

Pulcher thesaurus est, bonis procreatum esse parentibus.

Prout hæc & multa alia similia ad comprobationem propositæ ampliationis adducunt post alios quos allegant, Cyril. *in summa crim.rub.29.de q.§.4.n.1. & 2.fol.150.à tergo, col.2.* Siman. *de hæret.c.50.n.10.& n.11.* vbi etiã bene demonstrant hanc præsumptionem quandoque fallacem esse; quod & Demosthenis, & aliorum authoritatibus cõprobauit Masc. *de probat.lib.1.concl.222.n.3.& lib.2.& concl.1003.n.5.*

AMPLIA III. Vt † multò magis bonus præsumatur is, 280
qui nobilis, aut diues est: sicut enim de paupere, & populari, vt plurimũ præsumitur malum, cùm facilè censeatur corrũpi, *l.3.in princ.ff.de testibus, l. Christianos, C.de pag.* gl. & Ang. *in §.si verò, col.1. in Auth.de hæred. & Falcid.* cum aliis per nos allegandis *infrà, in seq.tit.de oppos. cont. test. in materia testis pauperis, quæst.57.num.3.*

Ita † è contrà bene præsumitur de nobili, & de iis, qui- 281
bus integræ facultates, & maiorum suorum hæreditates incolumes, ad tex. *in l.1.in prin.c.de debit.ciui.lib.10.* Rom. *sing.726.* Girard. *sing.30.* Alciat. *de præsum.reg.1.præsũ.48.in prin.* Soc.iun. *cons.39.n.26.lib.2.* iunctis aliis, de quibus per Masc. *de probat.lib.2.concl.100. n.63. iuncto n.67.* & per Menoch. *de præsum.lib.5.præsumpt.4. num.6.& seqq.*

AMPLIA IV. Vt † pariter multò magis bonus præsuma- 282
tur is, qui bene educatus est: ex bona enim, vel mala educatione bonus, vel malus homo præsumi potest, cùm educatio ipsa mores faciat. Nam, vt inquit Plato *lib.4.de republ. Quale cuiusq; fuerit puerilis educationis initium, talia etiã erunt, quæ sequũtur.* Et sicut Horatius ait: *Quò semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu, &c.* & Cicero *li.1. Officiorum* scripsit: *Plerumque parentum præceptis imbuti filij ad eorum consuetudinem, moremque deducuntur.* & Iuuenalis *Satyra 14. Sic natura iubet, velocius & citius nos Corrũpunt vitiorum exẽpla domestica.* Prout per hæc, & alia similia ex plurimorũ authoritatib. bene hanc ampliationem exornat Simanc. *de hæret. ca.50, num.12.& seqq.*

AMPLIA V. Huius quartæ inspectionis regulam, vt quis 283
nõ solùm præsumatur bonus, sed etiã bonæ existimationis, & sic nõ solùm à iure præsumatur bonitas, sed etiã bona fama, sicut probatur *in l.penultima, §.1.ff.de var.& extraor.cognit.& in l.quanta, §.fin.ff.de public.* Alc. *de præsum.regul.3.præsum.2.n.11.* Masc. *de probat.l.1.concl.222.n.16.* & est de mente omnium Doctor. allegatorum *suprà, in reg.num.277.*

AMPLIA VI. Quòd † bonus quis præsumitur, etiam quòd 284
in contrarium adsit sceleris præsumptio aliqua, vt consuluit Bal. *in consil.398. aliàs 348.* quæritur, an per solã diffamationem, *v.4.li.5.* vbi hanc reddit rationẽ, quia scil. bonitas propagata est ex origine, & procliuitate naturæ: scelus autem nequaquam. Hinc fit, vt magis præsumendũ sit pro illa, etiã quãdo adsunt causæ nequitiæ, quàm pro hac, argumẽto tex. *in l.fi.§.fin autẽ aliquis*, ibi, *quia potiora, & c. C.de edic.Diui Adria.tollẽ.* cũ aliis in proposito adductis per Aym. *cõs.6.n.63.* & post alios quos allegãt, per Masc. *de prob.l.1.cõcl.234.n.8.* *& 9.& l.3.concl.1219.n.11.* Bert. *cons.521.n.26.l.2.* † Et facit 285
alia regula, quòd in cõcursu præsumptionũ sẽper attẽditur præsũptio exclusiua delicti potiùs quã inclusiua, de qua per

Doctores

Doctores *in l. merito, ff. pro socio*, cum concordan. relatis per Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1. num. 1. & seqq.* & ibi per Nicol. Arelatan. *in addit. litera A*, Gabriel. *lib. 7. concl. 2. num. 1.* & latiùs dicam *infrà, in 3. titul. de reo confesso, & conuicto*, in materia probationum, *quæst. 85.*

285 Verùm † sicut hæc ampliatio non placuit Parisio *in cons. 20. post n. 27. lib. 3.* ideo nec eam veram credo, vel saltem declarandam puto non procedere, quando adesset aliqua sceleris præsumptio specialis. Nam tunc absurdum est dicere, quòd bonitatis generalis præsumptio non tollatur per illam specialem præsumptionem, ad text. *in l. Diuus, ff. de in integ. restit. l. non solùm, in princip. ff. de ritu nup.* & certum sit generi per speciē derogari, prout hac de re latiùs dicam *infrà, in tit. de reo confesso, & conuicto*, in materia præsumptionum, & pro hac contraria opinione adduco nouissimè Menoch. *de præsumpt. libr. 5. præsumpt. 1. n. 33.* vbi post Cæpol. quem allegat *in consilio 57. num. 9. in criminalibus*, quilibet præsumitur bonus, quando non extat præsumptio in contrarium, secus si extat. Et vide omnino quæ dixi *in titul. de reo confess. & conuict. quæst. 85. num. 20. & seqq.*

286 AMPLIA VII. Vt † bonus quis præsumatur, & non malus, etiam quòd contingat, verba aliquo modo impropriari, ad gloss. *1. prope finem, in cap. ne quis arbitretur, 2. q. 2.* Marsil. *cons. 2. n. 9. vers. Et adduci potest*, Rol. *cons. 96. n. 10. volum. 2.* Gabriel. *libro 7. concl. 2. num. 10.* Mascar. *de probat. libro 1. conclus. 222. num. 2. in fine, & libro 3. concl. 1003. num. 3. & num. 7.* Menoch. *de præsumpt. libr. 5. præsumpt. 1. num. 18.*

287 LIMITAI. Eandem † huius 4. inspectionis regulam, vt licèt quis præsumatur bonæ famæ, non tamen præsumitur optimæ famæ: & ideo vbi statutum requireret istā qualitatem, quòd quis sit optimæ cōditionis, & famæ, in primis ad hoc, vt statutum habeat locum, est probanda illa qualitas, nec à iure præsumitur, sicut post alios quos allegant antiquiores, affirmarunt Marsil. *sing. 187. versicul. Pro quo optimè facit*, Cæpol. *cons. crim. 57. n. 8.* Pet. Duen. *reg. 75. in 4. limitatione*, Stephan. Lamberten. *in tract. de contra. eorum, & c. gloss. 13. n. 49.* Mascard. *de probat. lib. 1. conclusio. 222. num. 14.* & ita se habet magis communis * Doctorum opinio, sicut testatur * Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. sub n. 10.* quem refert, & sequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 5. dicta præsumpt. 1. n. 34. & seq.* licèt aliqui ibi per eundem Alciatum, *d. n. 10.* & per Lambetten. *num. 50.* relati contrarium affirmauerint, & faciunt, quæ in simili dicam *infrà, in titul. de oppos. cont. test. in materia testis inhabilis, q.... n....*

288 LIMITA II. Vt † eadem regula non procedat, quando agitur de præiudicio tertij, quia tunc quis non præsumitur bonus aut bonæ cōditionis & famæ, nisi probetur, sicut post Abb. Fel. & alios quos allegant, affirmarunt Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. n. 2. & 3.* Dec. *in c. super literis, n. 8. de rescript.* Paris. *cons. 20. n. 27. lib. 3.* Aym. *in suo cons. pro genero, n. 63.* Tiraqu. qui pluribus hanc exornat & comprobat limitationem, *in tra. de pœn. temper. causa 51. n. 4. 7. 13. & seqq.* Beninten. *decisio. 67. n. 19.* qui etiam dicunt non credi bono viro (vbi aliàs crederetur) in præiudicium tertij, Gabriel. *lib. 7. conclus. 2. n. 11.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. d. præsumpt. 1. n. 19.* vbi etiam adducit pulchra verba Diui Thomæ *2. 2. quæst. 70 artic. 3. in responsione ad secundum*, Mascar. *de probat. libr. 1. concl. 222. num. 5. & 6. libr. 2. concl. 1003. num. 60. & lib. 3. conclus. 1219. n. 20. & n. 21.* † Vbi tamen ex mente Felini *in cap.*

289 *fin. num. 12. de præsumpt.* declarando hanc limitationem dicit, quòd licèt in præiudicium tertij bonitas non præsumatur ad effectum plenæ probationis, præsumatur tamen ad effectum transferendi opus probandi contrarium in aduersarium, quæ quidem declaratio si vera est, tollit in effectu propositam limitationem, ad quam vide quæ dixi de reo confesso, & conuicto, in materia quando præsumatur, vel non præsumatur delictum, *quæstione 85. num. 49.*

290 LIMITA III. Quia bonitas, † & bona fama non præsumitur, quando quis eam pro fundamento suæ intentionis allegat: tunc enim necessariò per allegantem probanda est, secundùm communem, * de qua testatur Dec. *in c. 1. n. 20. de probat.* Felin. & alios, quos in proposito refert, & sequitur Mascar. *de probat. concl. 234. num. 11.* & facit, quia, vt hodie communiter * obseruari videmus, omnes inquisiti, qui eorum bonam famam allegant, faciunt articulos ad illam probandam, & quatenus possunt, eam probare nituntur, & sic præfata limitatio videtur non solùm communis, sed etiam seruata.

Sed † ego multùm dubito de ista limitatione, quia si vera 291
est, destruit omnino regulam: si enim iuris præsumptio est, vt quis bonus præsumatur, & bonæ famæ, non autem malus, necessariò sequitur, quòd bonitatem, seu bonam famam allegans illam probare non teneatur, cùm satis dicatur probata iuris præsumptione, † quæ non solùm releuat ab onere 292
probandi, sed etiam dicitur liquidissima probatio, ad tex. *in c. afferte*, & ibi notant omnes, *extra de præsump. l. generaliter, §. si petitum, in fine, ff. de fideicom. libert. l. licèt imperator*, vbi Alex. & alij, *ff. de leg. 1.* vnde si volumus dicere alleganti bonam famam incumbere onus probandi, necessariò pariter sequitur, quòd ea à iure non præsumatur (quia si præsumeretur, non esset necessaria probatio, vt dixi) consequens est falsum, ergo & antecedens.

Nec † obstet in contrariū allegata obseruantia, quòd sci- 293
licet inquisiti non solùm allegant, sed etiam probant bonā famam, quia illud procedit non ex eo, quòd regulariter talis probatio sit necessariò facienda per allegantem, sed quia eo casu contra inquisitum vrget aliqua sceleris præsumptio, seu indicium speciale, per quod, vt dixi *supra, n. 285.* tollitur generalis illa præsumptio bonitatis, at si tale indicium seu præsumptio nō vrgeret, sufficeret inquisito allegare bonam famā absque eo, quòd illam probaret, & esset absoluendus.

Quare † vel limitationem non veram credo, vel saltem 294
eam solùm habere locum putarem, quando talis qualitas bonæ famæ expressè, & specialiter requireretur ab aliqua lege, vel statuto: tunc enim eā alleganti incumbit onus probandi, sicuti post Aym. quem allegat, bene animaduertit Gabriel *li. 7. concl. 2. n. 9. in fi. ver. An autē ista qualitas*, sequitur Menoch. qui concordantes adducit, *in tra. de præsump. li. 5. præsumpt. 1. n. 35. & 37.* † Et est ratio, quia iuris præsūptio 295
non inducit euidentem, & liquidam probationem, quando talis probatio à statuto, seu ab alia dispositione specialiter requiritur, ad trad. per Paris. *in cons. 104. n. 9. & seq. vol. 4.* cum aliis pluribus relatis per Mascar. *de prob. lib. 3. concl. 1221. n. 9. & seqq.* vbi latè de materia.

LIMITA IV. † Dictæ quartæ inspectionis regulam non 296
procedere, quando si bonitas, & bona fama præsumeretur, id redundaret in præiudiciū eius, pro quo præsumitur; tunc enim cessat talis præsumptio, secundùm Bart. Abb. Feli. & Dec. relatos per Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. n. 4.* & per Mascar. *de probat. lib. 1. concl. 222. n. septimo*, nec dissentit Gabr. *li. 7. concl. 2. n. 13.* & est ratio, quia inducta ad vnum finem non debent operari contrarium effectum, *l. legata inutiliter, ff. de leg. 1.* & sic præsumptio bonitatis, quæ fuit inducta à iure, vt homini prosit, non debet ei nocere. Et facit in simili, quòd licèt aliàs delictum non præsumatur, cessat tamen talis negatiua præsumptio, quando ex ea reus condemnaretur, vt per Gabriel. qui alios concordantes adducit, *d. concl. 2. n. 56.* & per eundem Mascar. *d. li. 1. concl. 495. n. 2. iuncto n. 19.* & dicam latiùs *infrà, in 3. ti. de reo confesso, & conuicto, in materia, quando delictum præsumatur, q.... n. 41. & seqq.*

Contra † hāc limitationem tenuit idem Alciat. *vbi suprà,* 297
d. reg. 3. præsumpt. secunda, eodem n. quarto, nec dissentit Masc. qui Alciatum refert, *dict. concl. 222. n. 8.* duplici ratione moti. Primò, quia quilibet debet esse bonus, etiamsi de bono opere lapidaretur, *c. qualiter, & quando, il 2. extra de accusat. cap. clerici*, cum ibi notatis, *extra de vita, & honesta. clerico.* Secundò, quia præsumptio bonitatis inducta est à iure nō ad hoc, vt homini faueat, sed quia ita natura suadet: quæ naturæ ratio, siue agatur de fauore hominis, siue de odio, & siue de ipsum absoluendo, siue de condemnando, semper est eadem: ergo etiam debet esse eadem iuris dispositio.

Sed rationibus Alciat. vide respondentem Menoc. *de præsump. lib. 5. præsumpt. 1. n. 20. & seqq. vsque ad n. 29.*

LIMITA V. In eo, † qui aliàs fuit malus, malæque condi- 298
tionis, & famæ: is inquam bonus non præsumitur, nec bonæ famæ, argumento text. *in c. semel malus, de reg. iur. in 6.* Marsil. *in pra. § diligenter, n. 100.* Ioan. de Amic. *cons. 116. n. 7.* Alciat. *de præsump. reg. 3. præsumpt. secunda, n. 2.* Paris. *cons. 20. num. 27. li. 3.* Natta *cons. 362. n. 8. & cons. 420. n. 40. & cons. 422. n. 21.* Ceph. *consil. 82. num. 34.* Osasc. *decis. Pedem. 88. n. 27.* alios ad-

ducit concordantes Masc.*de probat.lib.1.conclus.222.n.12. 18.& 20.& libr.2.concl.1003.num.37.*Menoch.*de præsumpt. lib.5.præsumpt.1.n.32.& seq.* Et est ratio,quia qualem vitam quisque antea assecutus est,talem etiam eum hodie esse suspicamur,*l.non omnes,§.is,qui ad hostes,& §.à Barbaris,ff.ad l.Iul.maiestat.l.famosi,ff.de testibus,l.tertia,§.primo, ff. de condit. institut.* cum aliis in proposito allegatis per Cyrill. *in summa crim.rubr.29.de quæst.§.4.n.8. versic. Nam qualem vitam,fol.151.à tergo.* Faciunt ad hanc limitationem, quæ dixi *in 1.lib.tit.de delict.& pœnis,qu.23.n.21.*

299 LIMITA VI.Quãdo † agitur de fauore,& vtilitate animæ, quia tunc quis bonus non præsumitur, si ex hac non præsumptione bonitatis sit animæ vtilitas, sicuti post glossam,Anchar.Felin.& alios quos allegant,apertè sic affirmarunt,Alciat.*d.reg.3.præsumpt.2.n.5.* Gabr.*lib.7.d. conclus.2.n.* 12.Masc.*de prob.lib.1.concl.222.n.6.& lib.2.concl.*1003.*num.* 64.Menoch *de præsumpt.lib.5.præsump.1.n.26.*& facit,quia, vt infrà dicam,*in tit.de reo confesso, & conuicto,q.*85.*n.*55. vbi aliàs regulariter delictum non præsumitur, præsumitur tamen quando agitur de fauore, & vtilitate animæ.

300 LIMITA VII.Quia † bonitatis præsumptio cessat in eo, qui dat operam rei illicitæ, vel aliquid prohibitum facit, iuxta gl.*in l.1.C.de sica.*Grat.*cõs.*93.*n.*17.*lib.*1.Duen.*reg.*63. *in 3.limitat.*cum aliis per Masc.*de prob.lib.1. d. concl.* 222. *n.* 19.*& lib.2.concl.*1003.*num.*61.& faciunt quæ dixi *infrà, in tit.de reo confesso,& conuicto,q.*85.*n.*34.*& seqq.*

Circa secundũ caput huius quartæ inspectionis, quomodo scilicet probetur bona,vel mala fama alicuius in genere: faciendæ sunt aliquæ particulares, & breues conclusiones, quibus expeditis, erit etiam expedita tota materia famæ.

301 PRIMA sit conclusio, † quòd ad probationem bonæ, vel malæ famæ in genere,requiruntur omnia ea,quæ etiam ad probationem famæ in specie requiruntur, de quibus latè diximus *suprà,in 3.requisito,num.*208.*& seq.* & sic in probatione famæ valet argumentum de fama in specie alicuius rei,facti,vel negotij, ad bonam, vel malam famam alicuius hominis in genere, prout in terminis video sic placuisse Bertaz.*in cons.*548.*n.*4.*versic. Quia etiam.lib.*2. & videtur de mente Nauart.*in tr.de fam.& infam.ad capit.non sunt audiendi, 2.q. 3.n....& seqq.in discursu.*

302 SECVNDA sit† conclusio ex præcedenti illatiua, quòd sicut fama in specie probatur per testes, ita etiam & per testes probari potest bona,vel mala fama in genere,prout voluit Innoc.*in c.cùm oporteat,n.*1.*vers.Sed si hæc infamia, & n.* 3.*vers.Nobis videtur,& n.*6.*in verbo, Sed infamato, extra de accus.*quẽ refert & sequitur Masc.*de prob.lib.*2.*conc.*895.*n.*1.

303 TERTIA sit conc'usio, † quæ pariter ex prima conclusione infertur,quòd scilicet ad probãdum alicuius infamiã, vel etiam bonam famam in genere,sufficiunt duo testes, vt per Beninconi.*in tract.de accus.post vers.cùm autem inquiritur, num.*41.quem refert Mascard. *de probat.lib.* 2.*d.conc.*895. *n.* 2.faciunt quæ dixi in probatione famæ in specie *suprà,num.* 208.Addo post hanc 2.impress.Nauar.*in tr.de fam.& infam. ad cap.non sunt audiendi,2.q.3.numero* 11.*&* 12.vbi testatur de recepta opinione.

304 QVARTA sit conclusio,† quòd ad probandam alicuius infamiam,vel etiam bonã famam in genere, sufficiũt testes singulares, iuxta ea,quæ de probatione famæ in specie dixi *suprà,n.*265.& in terminis nostræ limitationis voluit Bald. *in l.ea quidem,n.*56.*C.de accus.*& post alios,quos allegant antiquiores,ita etiam affirmarunt Gabriel.*tit.de testib. concl.*2. *n.*38.Stephan.Lamberten *in tr.de contract.eorum, &c.* gloss. 12.*n.*19.*iuncto n.*26.*& seqq.*Hippol. Riminald. *inter consilia criminalia diuersorum,cons.*85.*num.*11.*vers.sed & lex,& n.*16.

* vbi testatur de magis * communi,*lib.* 2. *in folio*, Ioan. Mar. Monticell.*in suo Repert.test.fol.*199.*colum.*2.*vers.*3.*& fol.*373. *col.*2.*vers.*2.*& fol.*387.*colum.*2.*vers.*3.*& fol.*397.*colum.*1.*vers.* 2.*&* 3.Masc.*de probat.lib.*1.*concl.*236.*n.*1.*& lib.*2.*concl.* 749. *n.*24.*& conc.*895. *n.* 3.*&* n. 4.

305 † Vbi post Bald.quem allegat, declarat hoc procedere, dummodo sint contestes in specie infamiæ irrogatæ, aliàs secus. Addo Hector. Æmil. *in tr. de testibus, in verbo, Testis bonam,vel malam famam deponens, n.*7.*&* num. 20.

306 QVINTA sit cõclusio,†quòd alicuius fama in genere probetur per testes inhabiles, vt per Paul.Meren. *inter cons.or. diuersorum,cons.*90.*n.*25.*li.*2.*in folio,*& per Bertaz.*cons.*235. *n.* 18. Vbi † quòd bona fama alicuius probatur per testes amicos:item & per testes consanguineos, quia bona est ratio.Ita scio illum esse bonæ conditionis,& famæ, quia sum consanguineus,vt per Hectorẽ Æmil.qui concordantes adducit,*in suo tr.de test.verbo,Testis bonæ conditionis,& famæ, n.* 4. Ad quam materiam, quales debeant esse testes probantes infamiam, vide allegatos per Monticell.*in suo reperi.test. fol.*396.*colum.*2.*vers.*5.*&.*6. 307

SEXTA sit conclusio, † quòd testes super infamia deponentes,etiam non interrogati debent reddere rationem suæ depositionis, & causas infamiæ adducere,vt ex allegatis per Monticell.*in suo Repert.testium.fol.*396.*in fi.& fol.*397.*in pr.* Bald.*consilio* 77. *ad euidentiam præmitto.sub n.* 6. *& cons.* 78. *sub n.*3.Aym.*consilio* 134.*n.*6.*in fine,vers.& pro hoc facit.*Alexand.*cons.*25.*n.*7.*lib.*4.Natta *cons.*96.*n.*10. *& cons.* 362.*num.* 11.*vers.Item testes examinati,& n.*12. Osasc. *decis. Pedemont.* 79.*n.*53.Hippol.Riminal.*consil.*360.*n.* 28.*& seqq.vol.* 4. vbi idem de probatione bonæ famæ in genere,Mascard. *de probat.lib.*2.*concl.*895. *num.*7.*& num.*9.*& lib.*3.*concl.*369.*n.*8.& post Masc.Hector.Æmil.*in tr.de test.in verbo,Testis bonam,vel malam famam deponens, n.*1.*& seqq.* faciunt, quæ de probatione famæ in specie dixi *suprà,n,*216. & faciunt etiam quæ dicam *infrà,n.*316.*in* 13.*concl.& in* 3.*lib.q.*70.*n.*48.*& seqq.* 308

SEPTIMA sit conclusio, † quæ ex præcedenti conclusione infertur,vt testes super infamia deponentes debeant dilucidè explicare factum,ex quo dicunt infamiam oriri,& tale factum debet verificari,alias non probant,vt per Alex. ad Bart.*in l.de minore,§.plurium,post num.*29.*litera D,in fine, ff. de quæst.* Carter.*in pract.in 2.tract.de indic.& tort.§.secundum indicium,n.*15.Masc.*de probat.lib.*2.*concl.* 895.*num.* 6.*&* 7. faciunt quæ dicam *infrà,n.*316.*in* 13.*conclusione.* 309

OCTAVA sit conclusio,† quòd testis super alicuius bona fama deponens satis dicitur illam probare, si reddendo rationem dixerit, ita scio talem esse virum bonæ conditionis,& famę,quia sum vicinus,vt post Bart.*n.*15.& Alexand. *n.* 16.*&* 17. annotauit Purp. *in l.1.n.*92.*vers.Ex qua,ff.si cer. pet.*quos, & alios referendo sequitur Masc. *de probat. lib.* 1. *concl.*233.*n.*1. refert & sequitur Hector Æmil. *in tr. de test. in verbo,Testis bonæ conditionis,& famæ,n.*4. 310

Non † tamen sic est probando infamiam, in qua talis ratio,*quia sum vicinus,* reddita per testẽ nõ inducit legitimam probationem,vt per Purpura. *in d.l.*1.*n.* 160. quem pariter refert Masc.*de prob.lib.*2.*concl.* 895.*n.*10. Ad quæ vide quæ latiùs dixi *in* 3.*lib q.*70.*n.*164.*& seqq.* 311

NONA sit conclusio,† vt si testis in probatione bonitatis alicuius dixerit, scio talem esse virum bonum, quia ita expertus sum,valet talis ratio, & concludit: ita post Ang. quem allegat *in Auth.de Monach §.1.vers.Et hoc ad quæst.& §. cogitandum, vers. Nota ex conuersatione bona, n.* 8. Voluit Masc.*de prob.lib.*1.*concl.*234.*n.*1.Hector Æmil.*in suo tract.de test.in verbo, Testis bonitatem deponens,n.*1. 312

DECIMA sit conclusio,† quòd infamia alicuius satis dicitur probata per testes,qui hoc ideo scire dixerint,quia scilicet viderunt illius familiaritatem, & conuersationem ab hominibus vitari, vt per Gandin.*in rub. quom. de malef. cognosc.per inquisit. post n.*11. 313

VNDECIMA sit conclusio, † quòd testes probare volentes, quem esse bonæ, vel malæ famæ, debent nominare authores,& à quibus ipsi audiuerunt illius bonam famam, vel infamiam,ex allegatis per Ioan.Mar.Monticell.*in repert. test.fo.*397.*col.*1.*vers.*1.Faciunt quæ dixi de probatione famæ in specie *suprà, n.* 229. 314

DVODECIMA sit cõclusio,†quòd testes super infamia deponentes debent dicere,quòd ita audiuerũt à maiori parte hominum, vel viciniæ illius loci,ad gl. *in c. inquisitionis, §.quæsiuisti,*in gl.vltima,quam ibi sequitur Fel.*colum.*4. *in pr. versic.in gloss.fin.*ibi,*maior pars,&c.extr.de accusat.*Bart.*in l.*3. *§.eiusdem quoque,num.secundo,vers. Quæro qualiter,*& ibidem Bald. *in* 1.*& secunda lectura,ff. de testib.* quos & alios refert, & sequitur Mascar.*de probat.libr.secund., dicta concl.*895. *numer.*12.Hector Æmil. *in tract.de testibus, in verbo, Testis bonam,vel malam famam deponens,n.*19. Faciũt quæ in simili de probatione famæ in specie dixi *suprà, num.* 237. Addo Nauar.*in tr.de fam.& infam.ad c.non sunt audiẽdi,2.q. 3.n.*9. 315

DECIMA

316 DECIMATERTIA sit conclusio,† quòd ex quo sola fama non probat,quem criminosum,vel infamem, vt per Alex. ad Bart. *in l. de minore,§.plurium,post num.3. litera E,in fine,*& per Franc.Cason. *de indic.& tortu.tract.primo,capit.2. rubr. de fama reorum , num.*8. Idcirco testes dicentes de infamia alicuius ita extare vocem apud populum,minimè infamiam probant,† vt ex allegatis per Mascar.*dict. concluſ.*895. *num.*8. *iuncto num.* 11. sed debent & causam sui dicti exprimere,& factum , vnde infamia colligitur,deducere , vt dixi *suprà,num.*308.*& seqq.in* 6.*&* 7. *conclusio.* facit Alex.*in cons.* 5.*in casu inquisitionis , num.* 3.*lib.*2. vbi quòd testes dicentes, quem esse malæ famæ , non probant , nisi dicant etiam in quo genere mali sit malę famę,refert,& sequitur Mill.*in suo repertorio,in verbo, Et testes si dicunt aliquem esse malæ famæ.*

318 DECIMAQVARTA sit conclusio , † quòd bona, vel mala fama alicuius non probatur per testes dicentes,ita eum reputari tale, & dici audiuisse ab omnibus eum cognoscentibus , quia tales cognoscentes possunt esse minor pars hominum, qui de iure sunt necessarij ad talem probationē, iuxta ea,quæ dixi *suprà,n.*314. *in* 12. *conclusione,* & in specie consuluit Bald. *in cons.*406. *num.*3. *libr.*1. *& cons.*447. *ad finem,volum.*5. Aym. *cons.*41. *num.*5.quos referendo sequitur Mascar. *de probatio.lib.*2.*concluſ.*749.*num.*10.

319 DECIMAQVINTA sit conclusio,† quòd de bona, vel mala fama alicuius Iudex potest se extraiudicialiter informare,etiam iuris ordine non seruato,sicut post Innocen. & Ant.de Butr.quem allegat, respondit Marſ.*in l.de minore, §.plurium,n.*127.*ff. de quæst.* Paul.Meren. *inter consilia criminalia diuers.cons.*90.*n.*25. *lib.*2. sed quòd talis extraiudicialis informatio faciat reo præiudicium iudiciale ad effectum illum torquendi, vel puniendi, mihi non satisfacit , vt aliàs dixi *in primo lib.tit.de delict.& pœnis,quæst.*23.*num.*33. *in fine.*

320 DECIMASEXTA sit conclusio,† quòd testes non probant alicuius bonam,vel malam famam, nisi deponāt de loco,in quo fama vrget,vt per Salic.*in l.ea quidem,num.*111. *C.de accusat.* quem vide in materia , & per Nattam *in consil.* 473.*n.*16.*vers.Item prædicti,* & sic debent deponere de loco originis delicti,vel conuersationis, vbi quis sortitur forum, vt per Bart. *in l. de minore,§.plurium,num.*10. *& post num.*4.*ff. de quæst.*Gandin.*in rubr. vnde aut quo loco possit fama procedere,num.*1.& per Salic.*in dict.l.ea quidem,num.*112.

Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Fuga prætensi delinquentis , an , & quale contra ipsum faciat indicium , vel probationem.

SVMMARIVM.

*Fuga facit contra fugientem præsumptionem non leuem , num.*1.
*Dolus præsumitur ex fuga,num.*2.
Fuga sola facit indicium ad torturam , numer. 3.*& seq. contrà, num.*5.*& seqq.*
*Fuga facit semiplenam probationem, num.*4.*contrà,num.*6.
*Fuga facit indicium , etiam contra præparantem se ad fugam, etsi non fugerit,num.*9.
*Fuga facit indicium,etiam in latitante, num.*8.
*Fuga iuncta cum contumacia,& banno,facit indicium ad torturam,num.*10.
Fuga per loca inuia,& insolita,tantò magis facit indicium , numero 11.
*Fugatus cū clamore populi potest sine aliis indiciis torqueri,n.*12. *Dummodo talis clamor habeat originem à probabili causa, aliter secus,num.*13.
*Fuga ex manibus familiæ,an faciat indicium ad torturam,n.*14. *& seqq.vbi bene declaratur materia.*
*Mercatores falliti,& fugientes possunt torqueri, vt indicent pecunias , quas dicunt sibi subtractas ab institoribus , n.*18. *declara,vt in num.*19.
*Fuga facit indicium ad inquirendum specialiter,n.*20.
*Fuga socij criminis , facit indicium ad torturam , contra socium, n.*21.*contrà , n.*22. *Distingue,vt sola non faciat indicium,secus iunctis aliis, n.*23. *vel distingue,vt in delictis indiuiduis faciat indicium,secus in diuiduis,num.*24. *sed verius est,quòd nunquam fuga socij faciat indicium ad torturam contra socium,num.*25.*sed bene facit aliquam suspicionem, quæ iuncta cum aliis aliquid operatur,n.*26.
*Fuga vnius tertio non nocet,n.*22.
*Fuga non facit indicium , post porrectam accusationem , aut formatam inquisitionem , n.*27. *Amplia , vt sufficiat probabilis, & iustus timor futuræ inquisitionis,vel accusationis,num.*28. *Amplia secundo , quòd statur arbitrio Iudicis,an iste timor sit iustus,& probabilis,nécne,n.*29. *Amplia tertiò,vt nec fuga faciat indicium post assumptas informationes,& formatum processum , etiam quòd non sit formata inquisitio, vel porrecta accusatio,n.*30. *Amplia quartò,vt idem sit,si quis fugerit,post communicatam accusationem,n.*31. *Amplia quintò , vt nec fuga faciat indicium in eo,qui timet carcerari de facto , n.*32. *Limita primò in causis non capitalibus , in quibus fuga facit indicium etiam post accusationem , vel inquisitionem , n.*33. *Limita secundò, quando esset adminiculata aliqua alia coniectura,n.*34.*sed hæc limita , vt in n.*35.
*Fuga non facit indicium,quando quis aufugit ex aliqua probabili causa, putà propter metum inimicorum , aut si sit solitus ire ad nundinas,aut quid simile,num.*36. *& isto casu , non omnis causa excusat,sed tantùm iusta,& probabilis arbitrio Iudicis, num.* 46.
*Fugæ indicium purgatur iuramento fugientis , n.*37.*& seqq.contrà,n.*40.*& seqq.resolue,vt n.*44. *& seqq.*
*Fuga, seu discessus in dubio potius præsumitur ex aliqua iusta causa , quàm ob conscientiam patrati criminis, num.*39. *contrà,num.*43.
Fuga purgatur per confessionem extraiudicialem fugientis , numero 38.
*Iuramento non dirimuntur criminalia, n.*42.
*Fuga non facit indicium in eo , qui se absentat propter sæuitiam Iudicis,n.*47.
*Fugæ indicium purgatur per spontaneam reuersionem,numer.*48. *Amplia primò , etiam in eo,qui aufugit ex manibus familiæ, numer.*49. *Amplia secundò, etiam quòd non ciò reuertatur, num.*50.
*Constitutio spontanea est maximum innocentiæ signum , num.*51. *Amplia,etiam quòd citatus compareat. n.*52. *Amplia secundò,etiam quòd sciens se quæri à birroariis non fugiat, & permittat se capi, n.*53. *Amplia,quia spontanea constitutio tollit omnia indicia contra reum existentia, n.*54. *Declara , vt in num.*55.
*Fuga non facit indicium contra hominem bonæ famæ,n.*56.
*Fuga non facit indicium in eo,qui vadit ad superiorem,n.*57.
*Fuga sola non facit indicium ad torturam, adminiculata autem sic,num.*58.
*Fuga ad hoc, vt faciat indicium , debet plenè , & concludenter probari,n.*59.
*Fuga regulariter non facit plenam probationem contra fugientem,num.*60.*sed an hoc possit facere statutum, vide num.*61. *& seqq.*
*Statutum non potest facere, vt fuga inducat plenam delicti probationem, n.*61. *Limita,nisi statutum fuerit introductum ex aliqua rationabili causa, n.*62. *Item limita , nisi delicta contra fugientem essent manifesta, & capitalia,n.*63. *Item & 2. limita, quando vltra fugam concurreret contumacia iudicialis , quia tunc valet statutum , quòd contumax habeatur pro confesso, n.*64.
*Fuga plenè probat , quando illa obiicitur tanquam delictum de per se , pone exemplum in milite desertore , n.*65.
*Fuga plenè probat in casu , in quo de iure sola suspicio sufficit, num.*66.
*Fuga plenè probat iuncta cum aliis indiciis,& coniecturis,n.*67. *declara,vt in n.*69.
*Fuga iuncta cum vno teste de visu plenè probat,n.*68.*declara,vt in num.*69.
*Famulus si aufugiat à domino,sine eius licentia, præsumitur subtraxisse omnes res,quæ non reperiuntur in domo ipsius domini, & talis fuga isto casu facit contra ipsum plenam probationem, n.*70. *Limita,vt hoc procedat,quando agitur ciuiliter,secus si criminaliter,n.*71.
*Tunc enim quando criminaliter agitur , fuga famuli non inducit contra ipsum probationem plenam:sed tantùm facit præsumptionem quandam, n.*72.

Tunc quidem præsamptio non sufficit ad condemnandum, sed ad torquendum, n. 73. iunctis tamen aliis, de quibus, num. 74. 75. & non aliàs.

Famuli fuga nullam facit contra ipsum probationem in casibus remissiue positis, in n. 76.

Officialis si tempore syndicatus à suo officio fugiat, talis fuga facit contra ipsum semiplenam probationem, n. 77.

Officialis fuga inducit probationem non solùm contra ipsum, sed etiam contra eius fideiussorem, num. 82. in quarta ampliat.

Officialis si aufugiat ab officio tempore syndicatus, querelæ contra ipsum datæ probantur iuramento querelantium, n. 78.

Administrator omnis si tempore reddendæ rationis administrationis aufugiat, iuratur contra ipsum in litem, n. 79.

Officialis si tempore syndicatus aufugiat ab officio, proceditur contra ipsum ex non scripto, & sine ordine iudiciario, n. 80.

Officialis fugiens ab officio tempore syndicatus habetur pro confesso, numer. 81. & 82. vbi respondetur contrariis. Limita hoc procedere, dummodo ciuiliter agatur ad restitutionem, &c. secus si criminaliter ad pœnam: nam tunc Officialis sic fugiens non habetur pro confesso, num. 83. & seqq. vbi declaratur materia.

Officialis si tempore syndicatus fugiat, citatur, & monetur ad comparendum, & se defendendum à querelis datis, & eo non comparente condemnatur, etiam quòd sit absens, n. 84.

Officialis fuga à syndicatu facit contra ipsum indicium ad torturam, n. 85.

Officialis fugiens durante officio dicitur reus læsæ maiestatis, n. 86. Amplia, etiam quòd fugiat finito officio in tempore syndicatus, n. 87. contrà, n. 88. Limita, quia non est crimen læsæ maiestatis in primo capite, sed in secundo, & punitur pœna pecuniaria, n. 89.

Officialis si aufugiat ab officio propter domini, vel alterius tyrannidem, nullatenus punitur, n. 90.

Officialis potest recedere à loco officij post finitum tempus syndicatus, n. 91.

Officialis si post fugam ab officio tempore syndicatus illuc reuertatur, vel remissus, aut reductus fuerit, fuga præcedens purgatur, nec defertur querelantibus iuramentum in litem, num. 92. & 93.

Officialis si tempore syndicatus videat syndicatores inimicos, & ob id timeat ab eis grauari, potest à loco syndicatus recedere, & ad superiorem confugere, & alias, vt in n. 94.

QVÆSTIO XLVIII.

FVGA quid & quantum probet, vt bene dignoscamus, duas mihi propono in quæstione præsenti inspectiones, in quarum prima tractabimus, an & quale indicium oriatur ex fuga; in secunda, an & in quibus casibus fuga faciat plenam probationem: circa primam quod

1 FVGA contra † fugientem faciat indicium, præsumptionem, & suspicionem non leuem, nulla est apud Doctores dubitatio, quia hoc expressè deprehenditur ex tex. *in §. igitur ne latente, eo. in Auth. de exhib. & introducen. reis, in l. in eos, ff. de custod. reor. in l. impuberibus, §. impuberibus. ff. de susp. tutor. & in l. 3. §. si ad diem, ff. de re milit.* per quæ iura, post alios quos allegant antiquiores, hoc idem firmarunt Bart. & Doctores *in l. quis sit fugitiuus, §. sicuti, ff. de edil. edic. & in l. Cornelia, ff. ad Syllan.* Bald. *in l. voluntatis, n. 11. C. de fideic. & cons. 250. in quæstione D. Milani, n. 3. vol. 1. & cons. 32.* Primus quæstionis articulus. *in pr. vol. 3.* Ias. & Doctores omnes, *in l. admonendi,* vbi propriè est locus propositæ quæstionis, *ff. de iureiuran.* Felin. *in cap. nullus, num. 3. de præsumpt.* Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. & tortu. num. 33. versic. item si aufugit,* Brun. *de indic. & tortu. part. 1. quæst. 3. numer. 7. vers. si verò postea,* Blanch. *in simili tract. de indic. ad l. fin. ff. de quæst. num. 378. vers. Alia est fuga, vt in casu nostro,* Franc. Cason. *de indic. & tort. tract. 9. c. 4. num. 5.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. tertium indicium, num. 1.* vbi alios allegat, Laurent. ab Occa *inter consilia crim. diuersorum, cons. 63. n. 17. lib. 2.* Illustrissimus Cardinal. Alban. *in Lucubrat. ad Bart. in d. l. quis sit fugitiuus, §. sicuti, in pr. & in d. l. impuberibus. §. præterea, n. 1. & in l. qui sine, n. 4. ff. de qu.* Bertaz. *cons. 133. num. 6. lib. 1.* Mascar. qui & alios plures adducit concordantes, & neminem in * hoc reperisse * contradicentem, testatur *in tr. de prob. lib. 2. conc. 819. num. 1. & seq. & n. 9. vers. Nunc verò, & concl. 531. num. 23. lib. 1.* Vbi † ex fuga infert ad præsumptionem doli, 2
& alibi passim, & communiter * Doctores omnes. *

Sed † an indicium ex fuga resultans sit sufficiens ad tor- 3
turam, non vna & eadem fuit Doctorum opinio, qui affirmatiuam parte sequuti sunt, Bald. *in d. l. voluntatis, n. 11. C. de fideic.* Iacob. de Beluiso *in sua pract. in rub. de q. post n. 1. ver. Et quia fuga talis, & in rub. de cr. remiss. post n. 2. vers. item ex tali fuga,* Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de præsumpt. §. 7. sub n. 3.* vbi quòd hæc opinio de consuetudine seruatur, Ias. *in repet. l. admonendi, n. mihi 169. in fine, aliàs 158. vel 188.* secundùm diuersas impressiones, *ff. de iureiur.* vbi etiam testatur de communi, * Marsil. *in pract. §. diligenter, n. 41. in princ.* * Gabriel Sarayn. *in add. ad Matthes. sing. 14. in pr. in vers. Fuga regulariter,* Franc. Cason. *de ind. & tort. tr. 10. c. 4. rub. de fuga, n. 1. & seqq. vsque ad n. 5.* Diaz *reg. 303. in 4. Fallen.* Duen. *reg. 390. in pr.* & de * cõmuni etiã testãtur Boss. *in tit. de ind. & cons'id. ante tort. n. 49. & sub n. 53.* Plot. *inter cons. crimin. diuersorum, cons. 132. n. 35. num. 26. lib. 1. in folio,* Ant. Gomez. *var. resol. tom. 3. rubr. de tort. reorum, n. 10. in fine, vers. Quartum indicium,* Viui. *in comm. opin. in materia fugæ, sub versic. Quærit* · *Bart. in l. admonendi, n. 3. vers. Et hæc est fuga,* Paul. Meren. *inter cons. criminalia diuersorum, consil. 90. n. 17. libr. 2.* Clar. *in pract. in q. 21. sub vers. fuga delinquentis,* vbi quòd licèt multi teneant contrariam opinionem, putat tamen non esse in pract. recedendum ab hac communi Doctorum sententia, Bonacos. *in comm. opin. par. 1. fol. mihi 74. col. 3. vers. fuga etiam sine clamore.* vbi refert Plotum in consilio præcitato. Tiber. Decian. *cõs. 18. n. 71. lib. 1.* Franc. Becc. *cons. 70. n. 24. lib. 1.* Menoch. *de præsump. lib. 1. q. 89. vers. Tertium est,* Claud. *in addit. ad Bertaz. in cons. 133. liter. B, ver. vltimum est caput, li. 1.* Masc. *de prob. lib. 2. concl. 819. n. 4. & conc. 831. n. 9.* Lud. Peguer. *dec. crim. 17. n. 31.*

Et † pro ista opinione facit altera Doctorum sententia 4
volentium, quòd fuga faciat semiplenam probationem, prout voluerunt plures glossæ relatæ per Ghirlan. *in tr. de relax. carcer. in rubr. de fuga in carcer. num. 2. in pr.* & ante eum per Angel. *de malef. in verbo, Quod fama publica præced. num. 46. vers. sed verum,* quorum opinionem esse * communem, * testatur Ripa *in l. admonendi, n. 168. ff. de iureiur.* sicuti illum refert, & sequitur Clar. *in vers. fuga, post pr.* si facit semiplenam probationem, ergo facit etiam indicium ad torturam, per ea, quæ dixi *supra, q. 36. n. 218. & seqq.*

Contrarium, † quòd imò sola fuga indicium non facit ad 5
torturam, licèt secus, iuncta cum aliquo alio indicio, vel adminiculo, putà fama, inimicitia, & similibus, per text. *in l. vnica. C. de rapt. virg. & in l. Cornelia, ff. ad Syll.* apertè cõcludit Paul. Ghirla. *de relaxat. carcerat. d. rub. fuga incarcerati, post n. 2. iuncto n. 4.* per totum, Blanch. (qui non bene indicio meo pro contraria opinione per aliquos Doctores allegatur) *in suo tr. de indic. ad l. si. ff. de qu. n. 278. vers. contrarium tenet, iuncto n. 279.* Carrer. *in pract. in suo tract. de indic. & tort. §. tertium indicium, num. 1. in fine, iuncto n. 3. pariter in fi.* Laurent. ab Occa *inter consilia criminalia diuersorum, cons. 60. n. 53. lib. 2.* & de magis communi * testatur Curt. iun. *in d. l. admonendi,* * *n. 49. & seqq. ff. de iureiur.* & vltra Curt. de communi testatur Soarez *in suis comm. opin. litera F, n. 370. iuncto n. 374. & seq.* Ioan. Bapt. Villalob. *pariter in sua collecta comm. opin. litera F, n. 374.* Claud. ad Bertaz. *in cons. 133. litera B, post vers. vltimum est caput,* Bonac. *in comm. opin. crim. par. 1. vers. fuga rei cum fama, fol. 74. col. 2.*

Et † pro ista contraria opinione facit altera Doctorum 6
opinio volentium, quòd fuga non faciat semiplenam probationem, sed tantummodo quandam suspicionem, quã etiam communem dixerunt, & plures sequuti sunt, relati per Viu. *vbi suprà, in suis comm. opin.* in materia fugæ, *in vers. quærit Bart. in l. admonendi, n. 2.* & per Masc. *de probat. d. concl. 819. n. 10. lib. 2.* si non facit semiplenam probationem, ergo nec etiam indicium ad torturam, per ea, quæ latè deduxi *suprà, d. q. 36. d. n. 218. & seqq.*

Quid dicendum? † Sine dubio hæc cõtraria opinio est ve- 7
rior, & rationabilior mihi videtur: si enim, vt suprà probaui, secundùm * communem Doctorum opinionem, *in quæst. 37.* * *num. 43. & sequentibus.* vnicum indiciũ remotum, si non sit aliquo alio adminiculo adiuuatum, nõ sufficit ad torturam,

cur

cur sola fuga, quæ aliud non est, nisi remotum indiciũ, debet sufficere? Non credo, quòd fuga inducat maiorem delicti suspicionem, quàm capitalis inimicitia: & tamen, vt mox dicã in sequenti quæstione, sola inimicitia, etsi capitalis sit, non producit sufficiens indicium ad torquendũ, cur ergo debet operari fuga? Verùm quia intendo pro faciliori ordine propositæ quæstionis regulã proponere affirmatiuã, secundùm primam opinionem: ideo ne ex propositione dictæ regulæ videar mihi cõtrarius, attẽde limitationẽ, de qua *infrà, n.* 58.

REGVLAM itaque propono in hac prima inspectione, quod fuga facit indiciũ ad torturã contra fugientẽ, & hanc regulam satis bene probatam credo ex allegatis *suprà, n.* 3.

8 AMPLIA I. Vt † regula procedat non solùm in fugiente extra ciuitatẽ, aut locum, in quo habitat, sed etiam in latitante occulto in eadem ciuitate, & loco, prout tacitè colligitur ex tex. *in d.* §. *igitur ne latente eo, Authen. de exhiben. & introducen. reis*, & sine dubio par est ratio, ergo idem iuris esse debet, &, vt aduerti, Doctores in materia ista communiter* loquuntur promiscuè, & indifferenter, tam de fugiente, quàm de latitante, & se occultante.

9 AMPLIA II. Regulam † etiam in præparante se ad fugã, licèt nondum fugerit, dummodo per aliqua signa euidentia cõstet, quòd ille volebat aufugere: quia tunc idem operatur fuga in promptu, quod fuga in effectu, vt per Bald. *in l. pignoris causa, Cod. de pignorat. actio.* Marsil. *in pract.* §. *diligẽter, n.* 50. vbi bene comprobat hanc ampliationem, & *in rubr. Cod. de probat. n.* 287. *vers. & scias etiam vltra*, Fran. Cason. *de indic. & tort. tract.* 10. *c.* 4. *rubr. de fuga, n.* 16. Carrer. *in pra. in* 2. *tract. de indic. & tort.* § *tertium indicium, num.* 4. Diaz *reg.* 303. *ad finem. vers. Amplia omnes suprascriptos casus.* Facit tex. *in l. fugitiuus, ff. de verb. significa. & l. quis sit fugitiuus*, §. *primo, iuncta glo. in verbo, Fugitiuum esse, ff. de ædil. edic.* Boer. *dec.* 215. *n.* 2. *& n.* 12. Bald. *cons.* 220. *li.* 3. & secundùm aliam impressionem, *consil.* 38. *li.* 4. Viui. *in commu. opin. in materia fugæ, ver. Quærit*, Bart. *in l. admonendi, post n.* 3. Mascar. *de probat. lib.* 2. *concl.* 819. *n.* 9. & vide allegatos *in* 1. *li. tit. de carcer. & carcera. q.* 30. *n.* 9.

10 AMPLIA III. Vt † multò magis regula procedat, si cum fuga iuncta fuerit iudicialis contumacia, vtputà quia citatus ad cõparendum permiserit se banniri. Nam tunc talis fuga, iuncta contumacia, & banno, facit indicium ad torturam, Bal. *cons. crim. diuers.* 23. *n.* 26. *vol.* 1. *in paruis, & in l.* 1. *n.* 13. *ff. de hæred. instituen.* Amad. *de syndicatu, n.* 259. Marsil. *in l.* 1. *in princ. n.* 4. *ff. de q. & in l. penult. ad finem, ff. eodem, & sing.* 117. *incip. Ad torturam, & in pract.* §. *diligenter, n.* 136. Brun. *de indic. p.* 2. *q.* 5. *n.* 7. Carrer. *in prac. in secundo tract. de indic.* §. *circa quartum, qualiter, & quando ad torturam deueniatur, num.* 25. Foller. *in pract. crim.* 3 *p.* 3. *partis principalis, verbo, Etsi confitebuntur, n.* 8. *& n.* 16. Neuiz. *cons.* 60. *n.* 1. Clar. *in pract.* §. *fina. q.* 64. *vers. Sed nunquid bannitus.* Vulpell. *cons.* 105. *n.* 2. *& consil.* 13. *n.* 1. Ludou. Peguer. *dec. cri.* 17. *n.* 34. Verùm quia hæc ampliatio plures patitur declarationes, & restrictiones: ideo remitto lectorem ad ea, quæ scripsi *in* 1. *lib. tit.* 1. *de inquisitione, quæst.* 11. *n.* 70. *& seqq.*

11 AMPLIA IV. Vt pariter, † & multò magis fuga faciat indicium ad torturam, quando aufugerit quis per loca inuia, & insolita, putà per nemora, vt per Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de indic. & tortu.* § *tertium indicium, n.* 3. Blanch. *de indic. ad l. fina. n.* 280. *ff. de quæstio.* per text. *in l.* 2. & ibi Ioan. de Plat. *Cod. de cur. publ. lib.* 10.

12 AMPLIA V. Vt † etiam, & idem sit in eo, qui repertus in delicto, vel in aliquo præparatorio fugatus est à populo cũ clamore: tunc enim ex hoc posse illum tormentis subiici, voluerunt Blanch. *ad l. fin. n.* 289. Carrer. *in pract. d.* §. *tertium indicium, n.* 2. Conrad. *in pract. rubr. de negat. crim. & tormen. n.* 29. *fol. mihi* 297. *col.* 2. *vers. Fugatus cum clamore*, Plot. *inter consilia criminalia diuersorum, cons.* 132. *n.* 26. *vol.* 1. & dixi *in* 1. *lib. tit. de delict. & pœnis, quæst.* 21. *n.* 152. vbi etiam probaui, quòd si iste sic cum clamore fugatus eo instanti capiatur, potest torqueri, etiam denegatis defensionibus.

13 Aduerte † tamen, tu Iudex, ne sis ita facilis ad torquendum hominem ex eo solùm, quòd à populo fuerit cum clamore fugatus: nam erit semper inspicienda causa, & origo dicti clamoris, quæ si fuerit probabilis, & verisimilis, vt ille voluerit delinquere, procedet ampliatio: secus si talis rumor ortus est ex nulla probabili causa, per ea quæ latiùs dixi in materia famæ *suprà, quæstio.* 47. *numero* 153.

AMPLIA VI. Vt † & fuga faciat indicium ad torturã in 14 eo, qui in actu capturæ, vel etiam captus eximit se ex manibus familiæ, vel aliàs aufugit, aut se occultat, vt per Carrer. qui tamen loquitur, quando captura erat iusta, *in pract.* §. *tertium indicium, n.* 24. Foller. *in pract. crim. in verbo, item quod venenauit sororem, n.* 10.

Contrarium & verius, quòd fuga ex manibus familiæ nõ faciat indiciũ ad torturã, bene probarunt, Ioa. Mar. de Plot. *inter consilia criminalia diuersorum* 65. *n.* 22 *& seqq. in magnis.* Bertazz. *cons.* 416. *ante n.* 13. *& cons.* 548. *post numerum* 10. *& seq. & cons.* 417. *n.* 28. *& seq.* vbi expressè loquitur, etiã quòd captura fuerit iuridica, Bonacos. *in sua collect. comm. opin. crim. p.* 1. *vers. Fuga rei cum fama, prope finem, folio mihi* 74. *col.* 2. *in fine*, si enim, vt infrà dicã, *n.* 22. fuga non facit indicium, quãdo quis timet ne capiatur de facto, tantò minus debet facere indicium, quando euidenter cernit se de facto capiendum.

Nec † obstet authoritas Carrerij suprà in contrarium alle- 15 gati, quia non loquitur in simpliciter fugiente ex manibus familiæ, sed etiã in illi resistẽte: quæ resistẽtia importat manualẽ violentiã, vt aliàs dixi *in* 1. *lib.* 11. *de carce. & carcerat. q.* 32. *n.* 35. † & facit præsumere capiẽdum magis culpabilem. 16 Prout etiã nec obstent authores Follerij pariter in contrariũ allegati, *in d. verbo, item quòd venenauit sororem, n.* 10. quia idẽ Foller. *in eodem verbo, n.* 30. declarando se, aperte dicit, quòd si is, qui ex manibus familiæ aufugit, statim recipiatur, fuga tunc nullum prorsus facit contra fugientem indicium.

Sed quid quæso in eo, qui aufugit, nec statim recapitur? Ex mente Bertazzoli *in d. consilio* 417. *n.* 30. *& cons.* 386. *num.* 12. potest concludi, quòd si iste compareat sponte, & quandocunque, fuga præcedens non facit contra ipsum indicium ad torturam, secus si non sponte compareat, & postquam diu permansit in fuga, fuerit captus.

Verùm ego sentio, † quòd etiam quòd non sponte cõparuerit, talis fuga non faciat indicium: omnis enim sponte cõparens, etiam quòd non aufugerit ex manibus familiæ, purgat indicium fugæ, vt infrà dicam, *n.* 48. sed in fugiente ex manibus familiæ, tale indicium tollitur propter euidens periculum imminentis carcerationis, cui quis se tradere non tenetur: quæ quidẽ iusta fugiendi causa semper viget, & si, vt infra dicã, *n.* 32. fugiens quia timet carcerari, non potest ex hac fuga torqueri, etiam quòd ex interuallo capiatur, cur torqueri debet is qui aufugit ex manibus familiæ, dũ videt se statim capiendũ? Nulla certè potest diuersitatis ratio cõsiderari inter casũ, & casũ, imò magis excusandus est fugiẽs certã, & imminentem carcerationẽ, quàm futurã, & incertã: & si hoc secundo casu fuga non facit indiciũ, tãtò minus debet facere indicium in primo casu, & ita credo esse veritatem.

AMPLIA VII. Vt † & idẽ sit in mercatoribus fallitis, qui 18 ex fuga possunt torqueri, vt indicent pecunias eis datas, & depositas, quas asserunt perdidisse, & subtractas ab institoribus, vt per Patid. de Pur. *in tract. de syndic. c. an in causa pecuniaria, & ciuili, n.* 2. Marsil. *in l. Diuus, n.* 5. *ff. de quæs. & in prac.* §. *expedita, n.* 62. Purpurat. *in l. singularia, n.* 94. *ff. si cert. pet.* Boër. *dec.* 215. *n.* 5. quos refert Duen. *reg.* 389. *ad finem, in* 8. *limitatione*, Masc. *de probat. concl.* 819. *n.* 38. *lib.* 2.

Sed † hoc non procedit in eo, qui decoxit non fraude, & 19 culpa sua, sed vitio fortunæ, ex quo apparet exitus pecuniarum depositarum, per ea, quæ dixi *in* 1. *li. tit. de delictis & pœnis, q.* 26. *n.* 30.

AMPLIA VIII. Vt † multò magis fuga faciat indicium 20 ad inquirendum specialiter, & sic ad formandam, & transmittendam inquisitionem, per ea, quæ in specie scripsit Menoch. *de præsump. li.* 1. *q.* 88. *n.* 21. *vers. tertium indicium.*

AMPLIA IX. Vt † fuga nõ solùm faciat indiciũ ad tortu- 21 ram contra fugientẽ, sed etiam contra tertium: & ideo si sint duo imputati de aliquo delicto, quorũ vnus sit carceratus, alter verò dederit se fugæ, fuga asserti consocij criminis faciat indiciũ cõtra illũ carceratũ, vt per Alex. *in cons.* 65. *n.* 10 *vers. Accedit etiã. vol.* 1. Grã. *cons.* 14. *n.* 4. *& cõs.* 17. *n.* 19. *& cons.* 57. *n.* 20. *& dec.* 11. *n.* 14. *& dec.* 42. *n.* 13. Carrer. *in prac. in* 2. *tra. de indi. & tort.* §. *octauũ indiciũ, post n.* 4. Meno. *de arbit. q. li.* 2. *casu* 474. *n.* 48. Iustin. Bondẽ. *inter cons. cri. diuers. cons.* 54. *n.* 19. *& seq. li.* 2. *in magnis*, vbi loquitur in socio criminis cõtumacẽ: dicítque, quòd licèt sentẽtia cõtumacialis cõtra vnũ lata

non præiudicet tertio, istud debet intelligi, vt plenè non noceat: secus quoad qualecunque præiudicium; facit decisio Franc. Marsil. 423. *n.* 3. vbi quòd fuga famuli facit indicium contra dominum de mandato, & si famulum non exhibet, habetur pro confesso, vt *ibid. in dec.* 426. *n.* 1. & 2. (quod tamen vltimum non affirmare intendo.)

22 Contrarium, † quòd fuga socij criminis non faciat indicium contra socium, voluit Io. And. *in addit. ad Specul. in tit. de præsumpt. §. species, in additione magn., n.* 4. vbi per tex. *in l.* 2. *C. de fid. instrum.* & per tex. *in l. fi. C. de fals.* concludit, quòd si quis accusat de falso producentem falsum instrumentum, & etiam Notarium, qui instrumentum conficit, si Notarius ausugiat, illius fuga non facit indicium ad torturam contra producentem, & ita Ioannis Andreæ authoritate freti hanc contrariam opinionem affirmarunt Ias. *in l. admonendi, n.* 89. *vers.* 4. *limita, in lectura, n.* 176. *in repet.* & ibidem Ripa, *n.* 174. *ff. de iureiuran.* Diaz. *reg.* 303. *versic.* 4. *sublimita*, Boër. *decis.* 215. *n.* 25. *& dec.* 255. *n.* 13. Duen. *reg.* 390. *in tertia limitatione*, Burs. *cons.* 239. *n.* 41. Claud. ad Bertazz. *in cons.* 133. *litera B, sub versic. Vltimum est caput, in* 4. *casu*, Marc. Anton. Euge. *cons.* 63. *n.* 9. *iuncto n.* 66. Et facit pro hac altera opinio-
* ne (quæ iudicio meo videtur * magis recepta) alia Doctorum conclusio, quòd scilicet fuga nunquam operatur in tertij præiudicium, de quo per Ioan. Andr. Curt. sen. & Ripam, relatos per Viuia. *in comm. opin. in materia fugæ, vers. Quærit.* Bart. *in l. admonendi, n.* 16. & per Masc. *de probat. lib.* 2. *d. concluf.* 219. *n.* 30. & per Bertaz. *consilio* 27. *numero* 10. *libr.* 1.

23 In † hac contrarietate reperio distinguentem Viui. *vbi suprà, n.* 5. ex mente Alex. *in d. cons.* 65. *libr.* 1. & dicentem, quòd sola fuga socij criminis non facit indicium ad torturã contra consocium, iuncta autem cum aliis sic, prout erat in casu, in quo consuluit Alex. *d. cons.* 65. & ita etiam videtur de mente Claud. ad Bertazz. *in d. consil.* 133. *litera B, sub vers. Vltimum est caput, in quarto casu*, vbi dixit quòd sola fuga socij non facit contra socium præsentem indicium, nisi adsint aliæ probationes.

24 Non † omitto distinctionem mihi sæpiùs relatam à doctissimo quodã viro amico meo, qui dicebat, quòd si sumus in delicto diuiduo, fuga vnius socij non facit indicium cõtra alium, secus si in delicto indiuiduo, diuiduum autem, & indiuiduum delictum ipse nominabat non respectu accusationis, sed respectu naturæ ipsius delicti, vtputà in adulterio, stupro, & similibus, quæ & actu & potentia sunt indiuidua, cùm non possint ab vno solo committi, in istis inquam delictis dicebat fugam vnius facere indicium contra alium, secus in aliis: rationabilis certè est distinctio.

25 Sed † ego indistinctè pertranseo cum communi negatiua opinione: aut enim iste socius ausugit, post quam videt consocium carceratum, aut ante. Primo casu bene fugit, quia iustè etiam poterat timere suam carcerationem, & sic nullum ex tali fuga resultat indicium, etiam contra se, per ea, quæ dicam *infrà in limitationibus, n.* 32. Secundo casu quando ausugit ante consocij carcerationem, talis fuga de se sola, & sine aliis adminiculis, secundùm veriorem opinionem, de qua *suprà, n.* 5. *& seq.* non facit contra fugientem indicium, ergo multò minùs debet facere indicium contra assertum socium carceratum: argumentum, ni fallor, concludit de necessitate, & sic non video casum, in quo fuga possit facere indicium contra complicem inculpatum.

26 Bene fateor, † quòd inducit aliquam suspicionem, quæ iuncta cum aliis legitimis indiciis aliquid operatur, & in hoc concurro cum distinctione, de qua *suprà n.* 23.

27 LIMITA I. Huius † primæ inspectionis regulam, vt procedat, quando quis fugit ante formatã inquisitionem, seu porrectam accusationẽ, secus si post. Primo enim casu apertè colligitur, quòd fuga causatur ex propria criminis conscientia. Secundo autem, ob timorem molestiarum, & vexationũ, quæ ex inquisitione & accusatione proficiscuntur, & quas non omnes subire volunt, etiam quòd innocentes sint, secundùm Bart. per illum tex. *in l.* 1. *n.* 1. *ff. de bonis eorum*, Ang. *in l. fi. col. pen. C. de quæst.* Parid. de Put. *in tract. de synd. in verbo, Fuga Officialis, c.* 2. *incip. An Iudex, vel Officialis, n.* 2. Aug. *d. malef. in verb. Quòd fama publica præced. n.* 46. *in pr.* Ias. *in repet. l. admonendi, n.* 169. *ff. de iureiur. & in l. si is, qui, n.* 5. *C. qui test. facere poss.* Rom. *in l. leg. Cornelia, num.* 2. vbi dicit ita se vidisse practicari, & ibid. Ign. *num.* 17. *ff. ad Syllan.* Marsil. *in pract. §. diligenter, num.* 41. *vers. Quod intellige, & singul.* 115. *& 497. & in rubr. C. de probat. n.* 259. Felin. *in c. nullus, num.* 6. *extr. de præsumpt.* Soc. *reg.* 164. *in* 3. *limitatione.* Paul. Ghirl. *in tr. de relax. carcerat. sub rubr. de fuga carcerati, n.* 8. *vers. Secundò limitatur*, Lud. Bolognin. *in addit. ad Guid. de Suzzar. in tr. de indic. & tortu. n.* 40. Carrer. *in pr. crim. in* 2. *tract. de ind. & tortu. §. tertium indicium, n.* 13. Blanch. *de indic. ad l. final. ff. de quæst. num.* 281. vbi testatur de communi * opinione, *
Diaz *reg.* 303. *vers. si fugit*, Matthes. *sing.* 145. *& ibi in addi. in princ. & in ver. Quod tamen intellige*, vbi quòd ita obseruatur per assessores, Duen. *reg.* 307. *in prima limitatione, & reg.* 390. *in* 7. *limitatione, & reg.* 391. *in pr.* & ista limitatio non solùm est communis, * vt prædixi, sed etiam illi nemo, quẽ vide- *
rim, contradicit, & eum sic de communi testãtem post alios quos allegant vltra præcitatos sequuti sunt Io. Bapt. Villal. *in sua collecta comm. opin. litera F, n.* 175. *in pr.* Matth. Gribal. *in suis regul. crimin. in verbo, ante inquisitionem, in* 1. *tom. comm. opin. fol. mihi* 347. *colum.* 1. Viu. *in comm. opin. in materia fugæ, in versic. Quærit.* Bart. *in l. admonendi, &c.* Clar. *in pract. §. fin. quæstio.* 21. *vers. Fuga*, vbi non solùm dicit communem, sed etiam magis communem, ex Ioan. de Amic. *in cons.* 37. *n.* 5. *& cons.* 131. *n.* 3. & ex Simanch. *de hæret. cap.* 63. *n.* 19. cũ aliis ibi per eum allegatis, *Soarez in suis comm. opin. litera F, num.* 371. Lauren. ab Occa *inter consilia criminalia diuers. consilio* 60. *n.* 53. *lib.* 2. Vulpell. *consilio* 113. *n.* 9. Bonacos. *in comm. opin. cr. part.* 1. *ver. Fuga rei, post pr. fol. mihi* 74. Bertaz. *cõs.* 548. *n.* 12. Claud. ad eundem Bertaz. *in cons.* 113. *litera B, sub vers. Est vltimum caput*, Men. *de præsump. lib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 39. Masc. *de probat. lib.* 2. *concluf.* 819. *n.* 13. *& sequentibus*, Ludou. Pegu. *decis. crim.* 17. *n.* 31. *&* 32.

AMPLIA Hanc limitationem, † vt procedat etiam non 28
formata inquisitione, vel porrecta accusatione, dummodo adsit probabilis timor futuræ inquisitionis, vel accusationis: nam tunc fuga nec etiam facit indicium ad torturam cõtra fugiẽtem, per regulam, quòd ad excusandum idem operatur timor, quod ipsius rei existentia, vt per Rom. *in d. l. lege Cornelia, n. secundo, ff. ad Syllan.* Dec. *cons.* 234. *post n. primum, vers. Nec obstat fuga*, Ioan. Ign. *in d. l. lege Cornelia, num.* 15. Marsil. *in pract. §. diligenter, num.* 42. vbi alios citat antiquiores, *& in sing.* 497. Blan. *ad l. fin. num.* 282 *ff. de quæst.* Carrer. *in d. §. tertium indicium, n.* 15. Cason. *de indic. tract. nono, capitul.* 4. *rubr. de fuga, num.* 8. Laurent. ab Occa *inter consilia criminalia diuersorum, d. consil.* 60. *numer.* 53. *libr. secundo*, Gabriel. Sarayn. *in addit. ad Matthes. sing.* 145. *vers. Ampliatur dict. concluſio*, Claud. ad Bertaz. *d. consil.* 133. *litera B, vers. Vltimum est caput*, Masc. *d. conc.* 819. *num.* 16. vbi testatur de communi, * & in * *
id allegat etiam Andr. Gayl. *pract. obseruat. lib.* 2. *obseru.* 109. *num.* 8. *& sequen.* addo & Menoch. *de præsumpt. d. quæst.* 89. *n.* 39. *ver. Hac † tamen suspicio.* Vbi quòd statur arbitrio Iudi- 29
cis, iuxta rerum, & personarum circumstantias, an timor fuerit iustus, & probabilis, necne, Lud. Peguer. *dec. crim.* 17. *n.* 32. *vers. Quod quidem existimant.*

Et quidem ego satis iustum timorem futuræ inquisitio- 30
nis crederem, si Iudex iam incepisset sumere informationes, & formare processum contra aliquem: si enim ob hoc fugiens, antequam fugiat, habuerit notitiam, non minùs videtur excusandus, quàm si fuisset accusatus, quia Iudex, vel fiscus, qui ad hęc instat, habetur loco accusatoris, & ita quòd fuga non faciat indicium, post inchoatum processum, & assumptas informationes loquuti sunt Marcabrun. de Anquill. *inter consilia criminalia diuersorum, consilio sexagesimo-secundo, numer. decimotertio, libr. secundo.* & Clar. *sub d. vers. Fuga.*

Et pariter iustus erit timor, si post comminatam accusa- 31
tionem, vel inquisitionem, etiam quòd nondum cœpta, aut instituta fuerit, quis ausugerit, argumento *leg. in l. milites, §. socer*, ibi, *Sed accusationem parante, & probationibus insistente, ac imminente, ff. de adult.* & per tex. *in l. edicto, §. stat, de iure fisci*, voluerunt Roman. *in l. lege Cornelia. numer. secundo*, & ibi Ioan. Igneus *numer.* 15. *ff. ad Syllan.* Angel. *de malefic. in verbo, Quòd fama publica præceden. numer. quadra esimo-sexto, versicul. Et etiam aduerte*, Brun. *de indic. parte prima, quæst. tertia, numer. nono, ad medium*, Decian. *consilio* 234. *num.* 3.

*num.*3.Ioan.de Amic.*consil.*131.*num.*3.Ioan.Coras.*in l.admonendi*, *n.*89. & ibidem Cutt.*n.*160.Petr. de Ptolomeis,*n.*80. Cato Saccus, *num.*58.*ff.iureiurand.*Carter.*in pract.in 2.tract. de indic.& tortu.§.tertium indicium,num.*15. Viui. *in commun. opin.in materia fugæ, post verbum,Fugiens à carcere publico,in versicul. Quærit Bartol.in l.admonendi,numer.*7.*versicul. Et his accedit*, Duen. *reg.*391.*in* 1. *ampliatione*, Mascard.*de probat.* * *lib.*2.*conclusio.*219.*numer.*19.*&* 20. vbi testatur de veriori* opinione,licèt Socin.*in regul.*206.*fuga post accusationem,in* 1. *limitatione*,& Ioan.Tierry. *in tract. de fuga,numer.*11. ibi per eum allegati contrarium dixerint.

AMPLIA Rursus† præcedentem ampliationem, vt 32
idem sit in eo,qui aufugit ob timorem carcerationis:si enim fuga non facit indicium,quando quis timet accusari,vel inquiri,tantò minùs istud operabitur, quando quis timet carcerari de facto, & ex improuiso, secundùm Ioan. Andr. de Isern.*in constitu. Regni, rubr.*29.*de iniur.curial.illatis,incip.vt participatio,num.*10.Parid.de Put.*in tract.de syndica.in verbo, Fuga Officialis,cap.*2.*incip. An Iudex,vel Officialis, post num.* 2.*versicul.Vel si fugiat,& in verbo,Carcer,& carceratus, cap.*6. *incip.Qualiter autem probatur, n.*3. Paul.Ghirland.*in tract.de relaxat.carcerat.sub rub.de fuga incarcerati,num.*9.*vers.Tertiò limitatur*,Ioan.de Amic.*consilio* 7.*n.*19. Carter. *in pract.in* 2. *tract. de indic.& tort.§.tertium indicium, n.*8. Grammat. *voto* 19.*n.*7.Duen.*reg.*390.*in* 2. *limitatione*, Viu.*vbi supra,*7.*vers. Et hoc intelligas*,Bertran.*consilio* 61.*n.*7.*vers. Quò fit,volum.*2. Marc. Mant. *conf.*176. *numer.*9. Card.Alban. *in lucubrat.ad Bartol. in l. quis sit fugitiuus, §. sicuti, in fine,ff. de ædil.edict.* Franc.Bec.*consilio* 70. *n.*24. *in fine*,Bertazz. *consilio* 113.*num.* 8.*& sequent.volum.*1.*& consilio* 37.*num.*10. *in fine,eodem vol. & consilio* 416.*num.*13.*& consil.*417.*n.*30.*& consilio* 548.*num.* 11.*libr.*2.Mascard.*de probat. lib.*2.*dicta concluf.*819.*num.*26. Menoch.*de præsumpt.lib.*1.*quæst.*89.*n.*38.*post versiculum, tertium exemplum*, vbi quòd hæc ampliatio præsertim procedit in iis, quibus summa esset verecundia,si carceri includerentur,& multò magis in iis,qui ob ætatem, vel ob aliam infirmitatem,carceris duritiem ferre non possent, quemadmodum Demostheni contigit,prout ipse testatur in sua epistol. 2.dum de suo discessu se excusat, quòd Athenienſium iudicium aufugisset,per hæc pulcherrima verba.

Iam ob discessum meum iure iraſci mihi non potestis. Neque enim ideo abij,quòd de vobis desperarem, aut vspiam aliò respicerem: sed primùm carceris ignominiam animo ferebam grauiter,deinde propter ætatem,afflictionem illam corporis perpeti non poteram: denique & vos non nolle putabam illam contumeliam me effugere, quæ neque vos quidquam iuuabat, & me perdebat.

SVBLIMITA I. Hanc† primam limitationem,vt procedat in causis capitalibus, & in quibus saltem agitur de pœna corporis afflictiua, secus in nõ capitalibus, & vbi agitur de pœna pecuniaria. Hoc enim vltimo casu fuga facit indiciũ etiã in fugiente post accusationẽ,vel inquisitionẽ,secundùm Bart.*in l.*1.*ff.de bon.eorum.*Soc.*reg.*193.*in* 3. *limitatione*, Ioan.de Amic.*conf.*7.*n.*11.*& conf.*86.*n.*4 Ghirland. *de relax. carcer.rub.de fuga incarcerati,n.*9.*vers. Prædicta tamen intellige*,Ludou. Bolognin.*in addit. ad Guid. de Suzza. in tract. de indic.& tor.n.*40.Duen.*reg.*391.*in* 2.*limitatione.*Clar.*in pract. §.fi q.*21.*sub vers. Fuga delinquentis, prope finem*, vbi tamen loquitur,quando cum fuga iuncta est fama,Franc. Bec.*conf.* 70.*n.*25.Mascar. *de probat.lib.*2. *concl.*819.*n.*8.*iuncto num.*18. 33

SVBLIMITA II. Dictam † primam limitationem, vt 34
non procedat, quando esset adminiculata aliqua alia præsumptione,vel coniectura: nam tunc facit indicium ad torturam,etiam quòd sit post accusationem,vel inquisitionem, secundùm Ang.*de malef.in verbo, Quòd fama publica præceden. n.*46. *ad finem,vers.* 2. *Nisi alia suspicio*, Roman.*in l.lege Cornelia, in fine*, & ibidem Igne. *num.*13.*in fine,ff.ad Syll.in.* Soc.*reg.*152.*in* 2.*limitatione*, Ioan.de Amic. *conf.*37. *num.*7. Ioan Carol.*in l.admonendi,num.*79.& ibidem Petr. Ptolom. *num.*77.Cur.*nu.*160. *ff.de iureiuran.* Brun. *de indic.part.*1.*q.*3. *num.*9.*versic. Aut allegatur fuga*,Carrer. *in pract. crimin.in* 2. *tract. de indic. & tortu.§. tertium indicium.num.*16.Duen.*reg.* 391.*in* 2.*limitatione*,Viu.*in commun.opin.post verbum,Fugiens à carcere,in versic.Quærit*,Bart. *in l. admonendi,num.*7.*in fine*, Mascar.*de probat. lib.*2. *d. concluf.*819. *n.*17.Menoch.*de præsumpt.lib.*1.*quæst.*89.*nu.*40.Luddu.Peguer. *d.decis. crimin.*33.

Verùm† retenta opinione,de qua *suprà,n.*5.*& seqq.* quòd 35
scilicet, etiam quòd fuga sit arrepta ante inquisitionem,vel accusationem, non faciat indicium ad torturam, nisi fuerit adiuuata,& suffulta aliquo alio adminiculo,crederem sublimitationem propositam nõ posse sustineri. Nam adminicula operantur,vt dixi,ante inquisitionem, & non post,& vbi fuga arripitur post inquisitionem, tunc ex ea nulla prorsus oritur delicti præsumptio,vt probaui *supra, n.* 26. ergo adminicula nõ possunt supplere præsumptionem, quæ nõ est, & si bene aduertantur Doctores supra pro limitatione allegati,non dicunt expressè, quòd talis fuga faciat isto casu indicium,& suspicionẽ: quare eam, vel non veram credo,vel saltem procedere declaro, quando adminicula, & indicia vltra fugam sunt plura, & de se vrgentia, ac grauia, alias secus.

LIMITA II. Dictæ† primæ inspectionis regulam, vt non 36
procedat,quando quis discessit non ob delicti timorem, sed ex aliqua alia causa, vtputà propter timorem contrariæ factionis,propter metum, & minas illatas ab inimicis,qui suspicantes de aliquo quòd delictũ commiserit,illum occidere velle dicebant, si sit solitus sæpius discedere ad mercantias exercendas in aliis locis.His,inquam,& similibus casibus,si quis aufugiat, fuga non facit contra fugientem indicium ad torturam,ad trad.per Parid.de Put.*in tract.de syndica.in verbo,Fuga Officialis,cap.*2.*incip. An Iudex,vel Officialis,n.*1.*ver. Vel ipsum fugientem aliqua causa excusaret,fol.mihi* 190.*col.*1. Fel. *in c.nullus,n.*7.*de præsumpt.*Ias.*in l.admonendi,n.*89.*in lectura,& num.*169.*in repetitione*, & ibi etiam Roma.*num.*56. Curt.*num.*157. Pet.Ptolom. *num.*76. Cato Saccus,*n.*55 *ff.de iureiuran.*Soc.*reg.*163.*in* 2.*fallen.*Dec.*conf.*410.*num.*30.Ioan. de Amic. *conf.*7. *n.*12.*& consilio* 86. *num.quinto*,Parl.*consilio* 193.*n.vigesimo,volum.primo*,Brun.*de indic.& tor.parte* 1.*q.*3. *numer.*7. *ver. Aut non fugit timore familiæ,& num. octauo,per totum*,Blanch.*ad l.fi.numer.*285.*ff.de indiciis*,Franc.Cason.*de indiciis,tract.decimo, capit.*4. *rubr.de fuga,num.sexto*,Carrer. *in pract. in secundo tract.de indi. & tor.§. tertium indicium,numero quinto, & seqq.* Diaz. *reg.*303. *versicul. Tertiò, vbi quis*, Duen.*reg.*307.*in quinta limitatione*,390.*etiam in* 5.*limitatione*,Viui.*in commun. opin. post verbum, Fugiens à carcere,versi. Quærit*.Bar.*in l.admonendi,n.decimotertio*, Bertazz. *conf.*560. *numer.*9.*libro* 2.Mascar. *de probat.lib.secundo,concl.*819.*num. vndecimo*.Menoch. *de præsumpt.libro primo, quæst.*89.*numero trigesimooctauo*,Ludou.Peguer.*dict.decis. crim.in.*17.*numer.*35. Et faciunt, quæ in simili de contumace condemnato, & bannito dixi *in* 1 *li.ti.de inquisitione,quæst.*11.*num.*50.*& seqq. vsque ad numer.*61.

AMPLIA Hanc† secundam limitationẽ, quia quòd quis 37
discesserit ex causa aliqua probabili,& non ob conscientiam patrati criminis,probatur iuramẽto ipsius fugientis,& fugæ præsumptio per iuramẽtũ tollitur:sic in terminis,post Cyn. & alios quos allegat,affirmauit Marsi.*in practic.in §.diligenter,n.*43.*&* 44.vbi ex hoc infert, quòd nunquam fuga faciet indicium ad torturam:nam si quis fugit post porrectã accusationem, vel formatam inquisitionem, fuga non facit indicium, per ea, quæ dixi in prima limitatione:si verò aufugit ante, tunc potest dicere, & iurare, quòd aufugit propter timorẽ futuræ accusationis, & inquisitionis, & stabitur tali iuramento per regulã,quòd in iis, quæ dependent ab animo alicuius,standum illius assertioni iuratæ, ad glos.*in §.aliæ,Instit. de actio.* cum aliis ibi per eum allegatis, *& in sing.* 115. *ver. Sed ad vnum*,& ante Marsi.hoc idem firmauit Brun.*de indic. & tor.parte prima,q.*3.*n.*12.*in fine*, post istos Gabriel. Saray. *in addi.ad Matthes.sing.*145.*in fine,ver. Adde tamen*,Fran. Cason.*de indiciis,tract.*10.*c.*4.*de fuga,n.*8. vbi quòd ita tenẽt omnes* recentiores (licèt eos ipse non sequatur, vt mox dicam) Carter. *in pract.in* 2.*tract.de indi.& tor.§.tertium indicium,post n.*6.*& n.*11.*in fin.*Diaz *reg.*303. *versi.*11.*si fugit, in fine*,Duen.*reg.*389. *in* 2. *ampliatione*,Boër. *decis.*215.*n.*26.& Rip.*in l.admonendi,n.*168. *ff.de iureiuran.*Viui.*in comm.opin. post verbum,Fugiens à carcere,ver. Quærit*,Bart.*n.*14.Conrad. *in pra.libro primo,c.*9.§.2. *de offic. præto. in causis ciuilibus,sub. de iuramento,n.decimotertio,fol.mihi* 161.*colum.prima.*Bertaz. *conf.*133.*post numerum decimum,& conf.*310.*n.decimo,&* consil.560.*n.*21.Mascar.*de proba. li.*2.*concl.*894.*num.*18.Ludou. Peguer.*d.decis.cri.*27.*n.*36.

38 Et † facit pro hac ampliatione, id quod scripsit Foller. *in pract. crim. in 2. part. 2. part. verbo, Et si confitebuntur, num. 26.* vbi post Ang. quem allegat *in cons. 10.* probat standum esse confessioni extraiudiciali illius, qui citatus non comparens dicit, se aufugisse animo latitandi: ergo pariter standum est assertioni eiusdem iudiciali iurantis se aufugisse non animo latitandi, sed ex alia causa, vti contrariorum sit eadem disciplina, & ne melioris cõditionis sint iura fisci, quàm iura rei.

39 Item facit, † quia in dubio quis præsumitur abesse potiùs ex bona, & probabili causa, quàm ob conscientiam probati criminis, & qui contrarium dicere voluerit, probare tenebitur, prout fuit de mente Baldi, quem refert Catald. *in tr. de synd. q. 137. n. 36. vers. Quia in dubiis, fol. mihi 19. à tergo, colum. 1.* sequitur Brun. *de indic. part. 1. q. 3. n. 12. in prin. & in vers. Et fuit de mente Baldi.* Nec dissentit Carrer. *dict. §. tertium indicium, num. 12.* Marsc. *consil. 49. num. 38.* Duen. *d. reg. 390. in 1. limitatione, in fine,* si hoc præsumitur in dubio, ergo multò magis debet præsumi stante iuramento fugientis.

40 Contrarium, † quòd fugæ præsumptio non tollatur iuramento fugientis, dicentis, discessisse, non ob conscientiã patrati criminis, sed ob aliam probabilem causam, & quòd isto casu minime sic iuranti credatur, apertè voluit Blanc. *de in-*
41 *dic. ad l. fin. ff. de quæst. num. 28. versi. Aduerte, & n. 284.* † vbi bene respondet Marsilio, & eius fundamentis, prout etiam facit Franc. Cason *de indic. d. tract. 10. cap. 4. rubr. de fuga, num.*
42 *19. & seq.* † Et ad id, quod dicitur credi alicuius assertioni iuratæ in dependentibus ab animo, respondent præfati Doctores, quòd procedit in ciuilibus, non in criminalibus, quia criminalia non dirimuntur iuramento, vt ibi per eos.

43 Et pro hac contraria opinione optimè facit † quod adnotauit idem Cason. *vbi suprà, num. 4.* vbi dixit, quòd in dubio quis præsumitur discessisse ob causam, propter quam accusatur, nisi aliam iustam causam probet. *per l. de minore,* & ibi Bald. *C. de adulter.* & propterea inquit Cason. *ibid. n. 7.* si quis dicat, se aufugisse propter minas consanguineorum occisi, non creditur ei, nisi tales minas probauerit, quia si aliter diceremus, vnusquisque se excusaret à fuga sic dicendo: quod videtur absurdum, vt ibi per eum.

44 Quid dicendum? † Puto sic distinguendum in hac Doctorum cõtrouersia, quòd si constat de causa probabili, propter quam quis dicit se discessisse, credatur iuramento discedentis, & dicentis, quòd ex illa causa discesserit, etiã quòd in contrarium posset præsumi, quòd discesserit ob delictum iam commissum: & hoc, quia quando concurrunt duæ causæ, vna inclusiua delicti, & altera exclusiua, præsumenda est illa, quæ excludit delictum, & non ea, quæ illud includit, ad trad. per Alc. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1. n. 1. & seqq.* & ita sunt intelligendi Doctores allegati *suprà, num. 39.*

45 Si † verò non constat de causa probabili prædicta, tunc absurdum est dicere, credi iuramento illius, qui se discessisse asserit ex illa causa, quæ non apparet, cùm in eo nullæ sint qualitates. Pone exemplum pro faciliori intelligentia distinctionis: dicit quis & etiam iurat, quod discessit, quia timebat inquiri, accusari, & carcerari, vel propter minas inimicorum, vel quia fuit coactus tunc discedere ad nundinas, & ferias, cùm esset mercator, aut ex alia simili causa: si appareret de comminata accusatione, vel inquisitione, putà, quia iam fiscus, vel accusator præparabat probationes, vel si appareat de minis inimicorum, vel si appareat, quòd tempore discessus erant nundinæ, & quòd ad illas ipse tanquã mercator esset solitus ire, tunc vtique statur iuramento discedẽtis, quòd nõ ob malã causam discesserit, sed ob illã quã allegat: si verò de prædictis causis non appareat, ridiculũ est dicere, quòd stetur iuramento discedentis, & ista est pura veritas.

46 Aduerte tamen, † quòd non omnis causa excusat discedentem, sed tantùm ea, quæ iusta, & probabilis sit, de quo standum est Iudicis arbitrio, sicuti post Cornel. Rip. & Ias. quos allegat, affirmauit Masc. *de probat. lib. 2. d. concl. 819. num. 12.* sed vide Gabr. *lib. 7. concl. 8. num. 3.* vbi dixit, quòd causa iniusta excusat etiam à vitio fugæ.

47 LIMITA III. Et † illatiuè regulam prædictam, vt non procedat in eo, qui fugit Iudicis sæuitiam, vtputà quia communiter esset reputatus crudelis, & particulariter minatus esset de illum male tractando: tunc enim fuga non facit indicium contra fugientẽ, quia dicitur discessisse ex iusta & probabili causa, sicuti post Andream de Isern. & Luc. de Penna quos allegat, bene comprobat Paris de Put. *in tr. de syndic. verbo, fuga Officialis, c. 2. An Iudex, vel Officialis, n. 3.* & ibi ampliùs dicit, quòd isto casu sufficit, saltem probabiliter timere, etsi nõ iuste, *per l. recte, ff. quod metus cau. per l. capitalium, §. quod statũ, ff. de pœnit.* cum aliis ibi per eum allegatis, Ias. *in repet. l. admonendi, n. 169. ff. de iureiur.* Io. Ign. *in l. leg. Corn. n. 55. ff. ad Syllan.* Cæpol. *in l. si quis sit fugitiuus, in pr. n. 6. ff. de ædil. edict.* Io. de Amic. *cons. 7. n. 19.* Paul. Ghirlan. *de relaxat. carcer. rubr. de fuga incarcerati, n. 10. & seq.* Marc. Ant. Blanc. *ad l. fi. n. 285. ff. de q. in suo tr. de ind.* Duen. *reg. 307. in 3. limitatione, & reg. 390. in 6. limitatione.* Pract. Fab. Monteleon. *fol. mihi 277. n. 856.* Ioan. Bapt. Villalob. *in collect. comm. opin. litera F, post n. 175.* Bertaz. *cons. 560. n. 1.* Masc. *de prob. lib. 2. d. concl. 819. n. 27.* Men. *de præsumpt. l. 1. q. 89. n. 38. vers. tertium exemplum, faciunt quæ dixi in 1. libr. tit. de inquisit. q. 11. n. 57. & tit. de carcerib. & carcerat. q. 30. n. 141.*

48 LIMITA IV. Quando is, † qui aufugit, se sponte in carceribus constituisset: nam per reuersionem, fugæ indicium purgatur, Bart. *in l. quis sit fugitiuus,* per illum tex. §. 1. & ibi Cæpol. *num. 15. ff. de ædil. edic.* idem Cæpol. *in l. bouem, §. qui ad amicum, n. 1. ff. eodem,* Paris de Put. *de syndic. verbo, fuga Officialis, c. 2. An Iudex, vel Officialis, num. 1. vers. Nam is, qui fugit, & postea reuersus est, & vers. Vel quando recessisset animo reuertendi,* Brun. *de indic. par. prima, q. 3. n. 7. versic. Primo casu,* Ludou. Bolognin. *in addit. ad Guid. de Suzza, in tr. de ind. num. 40. vers. idem dicas,* Grammat. *cons. 42. num. 20.* Duen. *reg. 307. in 2. limitatione,* Iacob. Nouell. *reg. 2. n. 4.* Plot. *inter consilia criminalia diuersorum, cons. 65. num. 25. & sequent. libr. 1.* vbi bene argumentando ad comprobationem huius limitationis dicit, sicut fuga operatur contra reum, quia sui præsentiam non facit, ita si sui reus præsentiam facit, cessare debet operatio fugæ per iura vulgaria, quòd cessãte causa cesset effectus, & sicut ille nõ dicitur cõparere, qui comparuit, & nihil aliud fecit, & postea se absentauit, & non petit, *ad l. scire, §. sufficit, ff. de excus. tut.* ita è contrario non dicitur fugisse is, qui absentauit se, & postea rediit in locum iuris, & iudicij, in fuga non perseuerans. Addo pro eadem limitatione, quæ communiter * ab omnibus recepta est. Contrad. * *in practica, titulo de negat. crim. & tormen. n. 23. fol. mihi 293. col. 1.* Clar. *in pr. §. fin. q. 2. sub vers. Fuga delinquentis, in fine,* vbi quòd isto casu fuga nullum facit indicium, etiam leue, & quòd de hoc nulla est dubitatio, ex Ioan. de Amic. quem allegat *in cons. 7. n. 19. & cons. 85. n. 8.* Ioan. Baptist. Villalob. *in commu. opin. litera F, n. 175. in fine,* Viui. *in commu. opin. post verbum, fugiens à carcere. in vers. Quærit,* Bart. *in l. admonendi, num. 8.* Soarez *in sua collect. commun. opin. litera F, num. 375.* Bonacos. *in commun. opin. parte 1. sub versiculo, Fuga rei cum fama, post principium, folio mihi 74. colum. 2.* Bertazz. *consilio 133. numero 10.* & ibidem Claud. *in addit. litera C, lib. 1. & consilio 386. num. 13. libr. 2.* Mascar. *de probat. libro 3. conclusione 1330. num. 3.* Menoch. *de præsumpt. libro 1. qu. 89. numero 37.* & faciunt quæ dixi *in 1. libro, titulo de carceribus, & carceratis, q. 30. num. 87. & seqq. iuncto num. 148. & seqq.* vbi vide.

49 AMPLIA I. Hanc † 4. limitationem non solùm in eo, qui aufugit existens in propria libertate, & postea reuersus est, sed etiam in eo qui aufugit ex manibus familiæ: nam & is si postea citatus, vel etiam sua sponte compareat, fugæ illud indicium per spontaneam comparitionẽ purgatur, secundùm Bart. *in l. quis sit fugitiuus, §. 1.* per illũ tex. *ff. de adil. edict.* & ibid. Cæpol. *num. 6. & 15.* idem Bartol. *in l. aut facta, §. tempus, colum. 1. ff. de pœnis,* Ias. *in l. admonendi, in lectura, n. 89.* & ibidem Curt. *n. 158.* Roman. *n. 156.* Rip. *n. 168. ff. de iureiur.* Fel. *in c. nullus, n. 7. de præsumpt.* Gram. *cons. 42. n. 2.* Boër. *decis. 215. n. 27.* Blanch. *ad l. fin. n. 286. ff. de q.* Carrer. *in pract. in tract. 2. de indic. & tort. §. tertium indicium, num. 9.* Diaz. *reg. 303. versic. tertiò, quando quis fugit,* Duen. *reg. 390. in 4. limitatione,* Plot. *inter consilia criminalia diuersorum, consilio 65. n. 24. libr. 1.* Faciunt ad hæc quæ in simili de fugiente ex carcere dixi *in 1. libr. titulo de carceribus, & carceratis, q. 30. n. 87.* Et quidem hæc limitatio non solùm est vera, & communis, * sed etiam nullam prorsus habet dubitationem, * quia fuga ex manibus familiæ nullum facit indicium, etiam quòd fugiens non reuertatur, vt probaui *suprà, n. 14. & seqq.* Ergo tantò minùs stante reuersione.

AMPLIA

50 AMPLIA II. Vt per reuerſionem,& ſpontaneam comparitionẽ fugæ indiciũ purgetur,ſiue quis citò reuertatur,ſiue ex interuallo:fugiẽs enim ex carcere animo non reuertendi non excuſatur,etiã quòd reuertatur,& ſatis præſumitur nõ reuertendi animus, ſi non citò reuertatur, ex iis quæ poſui *in l.1.tit.de carcerib.& carceratis,quæſt.30.n.88. iuncto n.156.* at ſecus in fugiente non ex carcere,ſed exiſtente in propria libertate,quia quandocunque compareat,fugæ præcedentis indicium purgat(niſi forſan eo medio tẽpore permiſiſſet ſe banniri,& condẽnari,iuxta ea quæ poſui *in 1. li.tit.de inquiſitione,q.11.n.70.& ſeqq.*) Hæc enim diſtinctio,an reus diu, vel citò reuertatur, ſit per Doctores in fuga carcerati , non in fuga exiſtentis in propria libertate, licèt Plot. *de in lit.iuran.§.30.n.3.* videatur generaliter loqui vtroque caſu.

51 AMPLIA III. Dictã † 4.limitationem,vt ſpontanea comparitio multò magis operetur in eo,qui nunquã aufugit,ſed ſciens ſe inquiri, aut quæri à Curia ſponte cõparet , & ſe in carceribus conſtituit.Hanc enim ſpontaneam in carceribus conſtitutionẽ,etiã nulla fuga præcedẽte, eſſe maximũ innocentiæ ſignũ,cùm nemo tã fatuus,& inſanus ſit,qui ſi innocens nõ eſſet,velit ſe intra carceres includere,omnes vnanimiter prædicãt,vt videre eſt apud Marſ.*in prac.* qui hãc ampliationẽ bene exornat,*in §. Diligenter, n.204. & ſeqq.* Nouell.*in tract.ad defenſam,fol.mihi 70.n.10.* Foll. *in pract.cri.in verbo, Etſi compareant ante contumaciã,n.1.* Gram.*conſ.61.nu.24.& conſ.29.n.32.* Corn.*conſ.58.n.2.l.2.* Alba.*conſ.94. n.7.* vbi dicit, huiuſmodi præſumptionem multùm poſſe,& habere ſecum naturalem rationẽ,atque quotidianã experientiam,Alciat.*conſ.453.n.5.verſ. Quarta,*&c.vbi inquit,quòd ſicut lex contra fugientẽ præſumit, *l. lege Cornel.§. præterea, ff.ad Sylla.* ita pariter præſumit pro innocentia non fugientium,& ſe ſponte conſtituentium,Ceph.*conſ.187.n.10. l.2.* Rolan.*conſ.63.n.9.l.3.* Bert.*inter conſilia criminalia diuerſorũ, conſ.70.n.28.lib.2.* Dec.*conſ.83.n.30.l.3.* Maſc.*de prob.lib.2. concl.904.n.22.& l.3.concl.1330.per totam,* & alibi paſſim:& * communiter * Doctores omnes,ac præſertim conſulentes. Quibus addo etiam Honded.*conſ.107.n.56.*

52 AMPLIA I.Hanc 3.ampliationem,† vt procedat etiam in eo,qui citatus(ante tamen bannum,vel condemnationem) comparet:nã & is dicitur ſponte comparere, & innocentiæ præſumptionẽ pro ſe habere:ſic enim in citato,vltra Doctores omnes allegatos *ſup.n.49.* loquuti ſunt Cæpol.*conſ.131. in princ.in verſi. ſecundo poſito,&c.& n.8. verſ.10. & vltimo, &c.* Soc.iun.*conſ.39.vol.2. in princ.* ibi, *Et condemnatione ſequuta,&c.& nu.35.* ibi, *Quòd poſitus in libertate,* Gram.*conſ. 42.n.20.* Thob.Non.*conſ.96.n.13.* Boſſ. *in tit.de mand.ad homic.n.25.& ſeq.* vbi bene loquitur ad fauorem eius,qui vocatus ſponte ſe conſtituit, Conrad.*in pract. tit.de captura,n. 1.fol.mihi 205.* vbi ampliùs dicit, quòd ille,qui non vocatus ſponte comparet,ſuſpectus eſt de delicto,per tex.*in l.vnius, §.ſeruo,qui vltrò,*& ibi Marſi.*n.6 ff.de q.* Hipp.Rim.*conſ.302. n.13.l.3. & conſ.88.n.49.l.1.* Bertaz.*inter conſilia crimin. diuerſorum,d.conſ.70.nu. 28.l.2.in fol.* ex quibus ſine dubio ap- * paret, hanc ampliationem communiter * à Doctor. receptam,pro qua etiam addo Honded.*conſ.107.n.57.*

53 AMPLIA II.Prædictam † 3.ampliationem non ſolùm in comparente,ſed etiam in eo,qui ſciens ſe quæri à birroariis non fugiens,cùm poſſet, permittit ſe capi:ex hoc enim etiã ſatis præſumitur innocens , quia innocentia homines ſecuros,& nihil mali aduertentes facit,*l.ſi non conuitij,C.de iniu. l.cum fratrem,C.de his,quibus vt indig.*& ab alacri conſcientia maxima datur ſecuritas,Bald.*conſ.176.Cecilia,in princ.& conſ.353.examinanda ſunt,col.2.vol.1.* Aym. *conſ.6.n.38. l.1.* Rol. *conſ.54.vol.1.in fine.*

54 AMPLIA III.Quia† cõſtitutio ſpontanea tantæ eſt efficaciæ,vt tollat omnia indicia cõtra ipſum laborãtia,ita & taliter,quòd vbi aliàs eſſet torquẽdus,ſtante tali ſpontanea cõſtitutione torqueri nõ poſſet, & ita videtur de mẽte omniũ Doctorum allegatorũ *ſup.n.51 & 52.* quib.etiã addo Bertaz. *conſ.133.n.7.iuncto n.11.lib.1.* Maſc.*de prob.lib.3,d.concl.1330. n.5.& 6.* qui & alios adducunt concordantes.

55 Sed certè, † quicquid in hoc Doctores præfati dicant,pra- * ctica* communis ſeruat, vt ſpontanea cõſtitutio tollat bene indiciũ præcedentis fugæ,ſi aderat,per ea, quæ ſcripſi *ſup.n.* 48.Cætera autem indicia nõ tollat prorſus, ſed debilitet, ita quòd non facit reum aliàs torquendum non torqueri,ſed leuiùs torqueri:innumeri enim apparuerunt tẽporibus noſtris ſponte ſe in carceribus conſtituentes,qui culpabiles reperti, debitas luerunt pœnas delicti per eos commiſſi.

LIMITA V.Huius† 1.inſpectionis regulã,vt non procedat contra hominem bonę famę,contra quem fugam nõ facere indicium ad torturã,voluit Catald. *de ſynd.q.137.n.76.* vbi relatis diuerſis Doctorũ opinionibus, tandem cõcludit, quòd quando ille,qui aufugit , erat aliàs malæ famæ, conditionis,& vitæ,tunc fuga facit indicium ſufficiens ad torturã: ſecus ſi erat bonæ famæ,ex Archidia. quẽ allegat,*in c.decernimus,3.q.9.* quod & idem affirmarunt Brun.*de indic.p.1.q.3. n.12.verſi.Item aduerte,* Marſ.*in conſ.49.n.38.* Carrer. *in pra. in 2.trac.de indic.§.tertium indicium,n.10.& ſeq.* vbi ampliùs dicit,quòd fuga iuncta cum fama,ſeu aliis indiciis,non facit indicium ad torturam,niſi concurrat leuitas vitæ,Duen.*reg. 390.in prima limitatione,* Lauren.ab Occa *inter conſilia criminalia diuerſorũ,conſ.60.n.54.lib.2.in fol.* Viui.*in com. poſt verbum,fugiens à carcere publico,in verſ. Quærit,* Bart.*in l.admonẽdi,n.19.verſ.8.limitatur,* Maſc.*de prob.lib.2.d.concl.819.n.22.*

LIMITA VI.In eo,† qui vadit ad ſuperiorem:nã & is nõ dicitur fugere , propterea non oritur ex tali diſceſſu contra ipſũ aliquod indiciũ ex eo, quia itineris arreptio habet vim appellationis , vt per Bal.*in l.ſed & ſi per prætorem,* per illum tex.*§.ſi.ff.ex quib.cau.maior.* Duen.*reg.307.in 4. limitatione,*& dixi *in 1.lib.ti.de carceribus,& carcerat.q.30.n.171.* vbi videas.

LIMITA VII.Vt† fuga cùm ſit indicium remotum,nunquam faciat indicium ad torturam, niſi fuerit adminiculata aliqua alia coniectura,vel indicio, *vt* plenè concludunt Doctores allegati *ſuprà, nu.5. & ſeqq.* quos hic repetere ſuperfluum eſt, ſed limitatio eſt veriſſima.

LIMITA VIII.Huius† 1.inſpectionis regulã,vt procedat, dummodo plenè,& concludenter,vtputà per duos teſtes cõſtet de ipſa fuga,aliter ſecus,vt per Cataldin.*de ſyndic. q.137. n.76. ad medium , verſic. Illud addo* , vbi quòd iſto caſu fuga debet eſſe certa , & manifeſta , plenè per teſtes probari vel per vehementẽ præſumptionẽ,prout fuit de mente Archid. *in c.cùm contumacia,de hæret.in 6.& in d.c.Decernimus,3.q.9.* & iſto caſu vehemens præſumptio dicitur illa , quæ eſt fortis,& grandis,vt vtar verbis dicti Cataldini , ex eodẽ Archi. quẽ allegat,*in d.c.cùm contumacia,* ad tex. *in c.inter ſollicitudinem,de purg.canon.in verbo,attendentes,in c.inſinuatũ, de ſimonia,in fi.* cum aliis ibi per Cataldin.allegatis,quibus ad comprobationẽ huius limitationis addo Brun. *de indic. p.1.q.3.n. 12.verſic. Aduerte etiam,* Fran.Caſon.*de indic. tract.10.cap.4. rub.de fuga,n.20.* Viu.*in comm.opi.poſt verbum fugiens à carcere publico,ver. Quærit,* Bart. *n.19.* Maſc.*d.concl.219.n.29.*

Et ex his ſum expeditus de 1.inſpectione propoſitæ quæſtionis:veniamus modò ad ſecundam, an ſcilicet, & in quibus caſibus fuga faciat plenam probationem,& in eo

REGVLAM Mihi† propono negatiuam,quòd ſcilicet fuga plenè non probet contra fugientem : probatur hęc regula *in l.lege Cornelia.* vbi Bar.*n.1.ff. ad Syll.& in l.1.§. ſin autem poſt commiſſum,C.de rap.virg.& in l.raptores,* vbi etiam Bart.*C.de Epiſc.& cler.& in authen.de exhibẽ.reis,col.5.§.ſuſcepto.*& per iſta iura hanc regulam ſic inter alios poſuerunt Felin.*in cap. nullus,n.1. verſ. Regula , quòd fuga, extra de præſump.* Scipio Ianuar.*reg.116.* Diaz.*reg.303.* Duen.*reg.389.* Maſcar. *de probatio.lib.1.conel.498.n.1.* Claud.ad Bertaz.*conſ.133.n.8.lite.B, verſ.Illud regulare eſt,* Bonac.*in com. opin.par.1. ver. fuga rei, verſ. Et ex fuga non poteſt fieri condemnatio* , vbi hanc dicit communem * opinionem,Lud.Peg.*dec.crim.17.n.27.* *

AMPLIA Huius† 2.inſpectionis regulam,vt nec ſtatutũ poſſit facere,vt fuga inducat plenã probationem,vt latè poſt Rõ.quẽ allegat.*in l.lege Cornelia,ff. ad Syll.* traditur per Ang. *de malef.in verbo, Quòd fama publica præcedente, n.47. per totum,*& ibi Aug.*in add.* reſpondet cõtrariis,Cato Saccus *in repet.l.admonendi , n.61. ff. de iureiur.* Fel.*in cap.2.ſub num.8.de probat.*† vbi tamen limitat,niſi ſtatutum fuerit introductum ex aliqua vrgenti,& neceſſaria cauſa,Duen. *reg.389. in 1.limitatione,*† vbi etiã limitat, niſi delicta cõtra fugientẽ eſſent manifeſta,& qualitas delicti pœnam mortis poſtularet:quia tunc valet ſtatutum volens fugam probare delictum,vt per

Dec. & Felin.ibidem per Duen.allegatos,& per Mascat. *de probat.lib.1.conclus.498.num.2.& seqq.*& per Lud.Peguer.*d. decis.17.num.29.*

64 Posset etiam hæc ampliatio limitari, † vt non procedat, quando vltra fugam fugiens iudicialiter citatus esset contumax.Nam tunc potest facere statutum,vt contumax habeatur pro confesso, non aliter,ac si plenè esset probatum delictum per eius propriam confessionem,vt per Ang.*de malefi. vbi supra,d.verb. Quòd fama publica præcedente,post num.48.* & dixi *in 1.lib,de inquisitione,quæst.11.num.3.*

65 LIMITA I.Dictæ † 2.inspectionis regulam, vt non procedat, quando fuga obiicitur alicui, non tanquam delicti signum seu indicium, sed tanquam proprium, & specificum delictum,quia tunc fuga plenè probat illud,immò non probat,sed est illud idē delictum per se,vt in desertore militiæ, & fugiente ex castris,per text.*in l.desertorem,ff.de re milit.* & *in l.si desertores,C.de desertor.li.10.* Exemplificant communi-
* ter * Doctores casum propositæ limitationis, vt videre est apud Ioan.And.*in addit.ad Spec.in tit.de præsump.§.præsumitur,ver.Violentia,in addit.magna,* Cataldin.*de synd.q.137.n.74.vers.Oldradus dicebat,* Ang.*de malefi.in verbo,fama publica precedente,n.46.vers.Alias autē,* Rip.*in repet.l.admonendi, n.165.* & ibid.Curt.*n.163.*Ioan.Coras.*nu.83. ff.de iureiuran.* Mars.*in pract.§.diligenter,post n.47.* Brun.*de indic.par.1.q.3. n.7.*Fran.Cason.*de indic.tract.10.c.4.rub.de fuga,nu.18.*Pau. Ghitlā.*in tract.de relaxat.carcerat.rub.de fuga incarcerati, n.1. & 3.in princ.*Blan.*ad l.fin.ff.de q.n.278.* Diaz.*reg.303.vers.5. fallit.* Duen.*reg.389. in 5.fall.*Viu.*in com.opi.verb.fugiens à carcere publ.vers.Quærit,*Bart.*& c.n.1.* Clar.*in pract.§.fi.q.21.*
* *vers.fuga delinquentis,in princ.* vbi quòd ita tenent* omnes, ex Bruno *in loco præcitato,*Masc.*de prob.l.2.concl.819.nu.36.* Menoch.*de præsum.lib.1.q.89.n.36.ver.Primus est,*Claud.ad Bertaz.*cons.133.litera B,ver. Hoc tamen est intelligendum.*

66 LIMITA II.In casibus, † in quibus sola suspicio sufficit ad probationem ipsius criminis,prout quando agitur de remouendo tutorem: tunc enim cùm negari non possit,quin ex fuga oriatur contra fugientem suspicio, idcirco eo casu fugam plenam facere probationem,bene probat tex.*in l.impuberibus,§.fin.ff.de suspec.tutor.*& per istum tex.hanc limita-
* tionem firmarunt communiter * Doctores *in l. admonendi,* vbi præsertim Ripa.*nu.167.ff. de iureiur.*Felin.*in cap.nullus, n.9.de præsum.*Ang.*de malef.in verb.fama publica,n.46.vers. Quandoque fuga,*Catald.*de synd.q.137.post nu.74.ver. Dinus vero,*Marsil.*in pract.§.diligenter,post n.47.vers. Item alius casus secūdum eum,& in rub.C.de probat.n.263.* Blanc.*de indic. ad l.fin.ff.de quæst.n.278.versic.Alia est fuga,quæ facit,* Fran. Cason.*de indic.tract.10.c.4.rub.de fuga,n.19.*Brun.*de indic. par.1.quæst.2.nu.7.vers. Quandoque fuga,* Diaz *reg.303.vers. Sexto fallit.*Duen.*reg.389.in 6.fallen.*Paul Ghitlan.*in tract.de relaxat.carcer. rub.de fuga incarcerati, post num.3* Bonacos.*in cō.opi.par.1.vers.fuga rei,cum fama,fol.mihi 74.* Clar.*in pract. §.fin.q.21.vers.fuga delinquentis, post princ.*vbi *Aut est tale cri-*
* *men,* &c. vbi quòd in hoc concordant * omnes,ex Brun. in loco præcitato.Masc.*de prob.lib.2 concl.819.n.37.*Menoch.*de præsump.lib.1.quæst.89.num.36.vers.Secundus est.*

67 LIMITA III.Vt † licèt sola fuga non sufficiat ad condemnandum,sufficit tamen ad miniculata cum aliis coniecturis, & indiciis,vt cōsuluit Tiber.Dec.*in cons.18 n.71.*& hoc sal-
68 tem procedere ad pœnam pecuniariam,† licèt nō sic quoad corporalem,bene probat Menoc.*de præsump.l.1.q.98.per totā,*in discursu,*præsertim post n.1 in medio,*vbi loquitur,quando fuga est iuncta cum vno teste de visu fide digno.

Verùm ad hæc vide quæ in simili dixi de fama *suprà, q.*
69 *47.n.81.& seqq.* † Et quatenus attinet nunc ad propositam limitationem,credo fugam, iunctam cum adminiculis sufficere ad torquendum, non autem ad condemnandum, vt dixi *suprà, n.5.& seqq. iuncto n.58.* sed si fuerit iuncta cum vno teste de visu immediatè de delicto deponente, tūc forsan poterit sufficere ad condemnandum in pœnam pecuniariam, & extraordinariam, iuxta sententiam Menochij, sed meliùs remitto me ad ea, quæ dicam *infrà,in tit. de reo confesso, & convicto, in quæst.86.* in qua generaliter tractabo, an,& quando præsumptiua probatio sufficiat ad condēnandum,& ibi particulariter,*n.28.& seqq.* ponam, quid de vno teste de visu,iuncto cum aliqua alia præsumptione.

LIMITA IV. Huius † 2.inspectionis regulam non procedere in famulo fugiente à domino, insalutato, vt dicunt, hospite,& sine eius licentia discedēte:tunc enim si domino in eius domo res aliqua deficiat, ius præsumit, vt illa fuerit subtracta ab illo famulo, & propterea isto casu per fugam probatur furtum, vt per gl. quæ ad id generaliter,& communiter per Doctores adducitur,*in Authen.de exhib.reis,§.si verò etiam quidam, in verbo factum, collat.5.vbi dicit, Nota optimum argumentum contra seruientes fugientes,vt eo ipso res amissas videātur subtraxisse.* & per istam glossam,limitationē hanc firmarunt,Ang.*de malefi..in verbo, Quòd fama publica præced.n46. in fine,* & post Ang.& Ioan. And. quos allegat Ias.*in lectura l.admonendi,n.91.*& ibidem Curt.*n.171.*Cato Saccus,*n.60.* Iacob. Petr. Prolom.*n.85.ff.de iureiuran.*Boër. *decis.215.n.29.*Mars.*in rubr.C.de probat.n.259.& in pract.§. diligenter,n.47.*Diaz.*reg.303.in 3.fallent. reg.307.in princ.& regul.389.in 2.limitatione,*Natta *cons.407.pro defensione Antonij,n.1.*Boss.*in tit.de indic.& considerat.ante tort.n.54.*& est communis,* vt per Afflict. *in cap.1. in verbo,in glos.1 n.28.* * *tit.de pace iura fir.*& per Viui.*in com.opin.verbo fugiens à carcere publico,vers. Quærit Bart. in l.admonendi, &c.post n.19.* Emanuel Soarez *in sua collecta com.opin.verbo fuga,litera F, n.367.*Bonac.*in cō. opi.cri.par.1.vers.fuga famuli,fol.mihi 74.* Masc.*de prob.lib.2. concl.819.n.31.& concl. 822.n.1.& concl. 831.n.9.*Claud.ad Bertaz.*consil.133.n.5. litera A,* faciunt ad hanc limitationem, quæ in simili de probando corpus delicti in crimine furti, posui *in 1.lib.tit.de inquisitione,q.2.n.20.*

SVBLIMITA Hanc 4.limitationem,vt procedat,quando 71
agitur ciuiliter, secus si criminaliter:sic enim expressè declarat Boss.*vbi supra,in tit.de indic.d.n.54.vers.loquitur tamen Bartolus,* vbi ciuiliter agitur, refert, & sequitur Mascar. *d. concl.822.num 10.& 11.*

Fuga enim famuli non plenè, † sed præsumptiuè probat 72
furtum,& sic non facit plenam probationem, sed præsumptionem,secūdùm Fran.Curt.*in repet.d.l.admonendi,n.17.ff. de iureiur.*quam sequitur Natta *cons.407.n.3.* refert Soarez *in commu.opi.litera F.n.377.* Viu.*vbi suprà,d.n.19.vers. imò plus,* Mascard.*d.concl.822.num.5.*

Hæc † autem præsumptio in criminalibus secundùm 73
aliquos non ad condemnandum (& de hoc nemo dubitat) sed ad torquēdum sufficit,sicut post Batt. bene probat Boss. *in tit.de furt.post num.2.& d.tit.de indi.& considerat.ante tort. n.54.*vbi reddit rationem, quia scilicet in ciuilibus fuga famuli plenè probat furtum, ergo in criminalibus debet saltem facere indicium ad torturam, dūmodò probetur fuisse famulum tempore recessus, vt ibi per eum, nec dissentit Mascar.qui concordātes adducit,*de probat.l.2.concl.831.n.6. & 7.* vbi & aliam reddit rationem,quia scilicet, secundùm Bald.*in l.fin.post num.4. C. quibus ad liber.proclam. non lic.*famulorum natura furacissima est.

Verùm secundùm alios relatos per eundem Mascard. *d.* 74
*concluf.822.n.7.*inter quos præcipuè fuit Blanch. *de indic.ad l.fin.ff.de quæst.n.423.& seq.* nec etiam ad torturam famuli sola fuga sufficit,nisi quatuor concurrant.

Primò, quòd constet de amissione rerum.Secundò,quòd dominus conquerens de furto sit bonæ famæ. Tertiò, quòd econtra famulus fugiens sit aliàs suspectus.

Quartò, & generaliter, quòd verisimile sit, seruum fugientem auferre potuisse, quod & idem voluêre Fran. Cason.*de indic.tract 10.c.4.rub.de fuga,num.22.*Viui. *vbi suprà, post n.19. vers. Et opinionem istam intellige,* & declarat idem Masc.*in concluf.819.num.32. & d.concl.822. num.2.& seqq. iuncto num.8.& concluf.831.num.8.*

Et † nisi ista præmissa concurrant, crederem, quòd nec 75
in ciuilib.famuli fuga aliquid operetur, prout est de mente omnium Doctorum præcitatorum.

SVBLIMITA II.Eandem † 4.limitationē,& generaliter, 76
vt fuga famuli non faciat indicium,nec probationem cōtra eum in omnibus casibus positis *suprà,n.27.& seqq.vsque ad n.69.*valet enim isto casu argumentum de fuga inquisiti ad fugam famuli,sicut expressè adnotauit Mascar.*d.concl.822. n.16.*& est de mente Duen.*d.reg.307.per totam.*

LIMITA V. Dictæ † secūdæ inspectionis regulā non pro- 77
cedere in Officiali fugiēte ex officio suo tempore syndicatus, talis enim fuga cū cōtra ipsum faciat semiplenā probationem,

tionem, ad gl.*in l. admonendi, super verbo, exacto iuramento*, ibi, *vel per fugam rei, &c.* & ibid. Ias.*in lectura, n.*88. *& in repet. n.*177. & Fran.Curt.*n.*161.*ff. de iureiur.* item ad aliam glo. *in l. in bonæ fidei, super verbo, decidi oportet*, ibi, *per fugam, &c. C. de rebus credit.* Bart.*in l. lege Cornelia, sub nu.* 1.*ff. ad Syllan.* Oldrad.*consil.*65.*sub n.*3. Paris de Put.*de syndic. in verbo, fuga Officialis, c.*1.*n.*1.*ver. Si verò non fuit captus, nec detentus*, Pau. Ghirlan.*de relaxa. carcerat. rubr. de fuga incarcerati, n.*5. Iacob. Nouell.*regu.*2.*nu.*3. Viui.*in comm. opin. post verbum, fugiens à carcere publico. ver. Quærit*, Bart.*in l. admonendi, & c. ad finē, n.*25.*ver. Sed tex. ille*, Masc.*de probat. lib.*1.*concl.*821.*num.*1.

78 Idcirco † omnes querelæ contra eundem Officialem fugientem datæ probantur iuramento querelantiū, & sic isto casu fuga, iuncto iuramento partis, facit plenam probationem, vt est tex. expressus *in* §. *super hoc, in Auth. de collat.* notat Ang.*in* §. *necessitatem*, ex glo.*ibi, super verbo, ostenditur, in Authen. vt Iud. sine quoquo suff. ag.* sequitur Ias.*in repet. l. admonendi, n.*177. Rom.*n.*58. Rip.*n.*173. Io. Coras.*n.*85.*in fi.* Fran. Curt.*sub n.*161.*ver.* Quinimò, gl. singularis.*ff. de iureiur.* Paris de Put.*de synd. in verb. fuga Officialis, c.*2.*incip. An Iudex, vel Officialis, n.*5. Brun.*de indi. par.*1.*q.*3.*n.*11.*in fine, ver. Aut non est reductus*, Ghirlan.*vbi suprà, n.*5.*in fin.* Viui.*vbi sup. d. versi. sed textus ille*, Plot.*de in lit. iuran.* §. 30.*n.*2. Clar.*in prac.* §. *fin. q.*21.*ver. Præterea, etiam in fine*, vbi quòd in hanc sententiam * communiter * inclinare videntur Doctores, Boss.*de official. corrup. n.*16. Duen.*reg.*389.*in* 1.*limit. in fine*, Mascar.*d. concl.* 821.*n.*2.*lib.*2.*& concl.*498.*n.*13.*& concl.*166.*n.*1.2.*lib.*1.

79 AMPLIA I. Hanc † 5. limitationem, vt procedat, non solùm in Officiali, sed in quolibet administratore fugiente tēpore, quo tenetur reddere rationem suæ administrationis, vt per Ghirlan.*vbi suprà, de relaxat. carcerat. rub. de fuga incarcerati, n.*5.& per Iacob. Nouell.*reg.*2.*in* 2.*fallen.*

80 AMPLIA II. Vt † contra talē sic fugientem à syndicatu procedatur ex non scripto sine libello, & sine sententia, *vt in* §. *necessitat. in Authen. vt Iud sine quoquo suffrag.* & in hoc est speciale, sicut etiam in causis breuioribus, *vt in Authen. nisi breuiores, & in Authen. de mandat. Princip.* §. *sit tibi*, & ideo dixit Iacob. de Beluis.*in d.* §. *necessitatem*, quòd ad instar mali Officialis in causa dilapidationis prælati nō est necessaria scriptura, nec sententia, quia desiderat celeritatem, argumento *l.* 4.*in fine, ff. de damno infecto*, & vbi lex, vel statutum dicit causam expediri ex non scripto, tunc omnes iuris solemnitates intelliguntur reiectæ, & acta, & libellus, & sentētia, vt per Parid. de Put. qui hæc omnia refert *in trac. de syndic. in verbo, Officialis. c.*3.*incip. Dicitur autē syndicatus, n.*3.

81 AMPLIA III. Dictam † 5. limitationem, vt Officialis fugiens ab officio tēpore syndicatus habeatur pro confesso in omnibus querelis contra ipsum porrectis, ad text.*in l. Consiliarios, C. de assessor.* & per istum textum, hanc firmarūt ampliationem, Bart.*in d. l. Cōsiliarios*, Felin.*in c. nullus, n.*2.*de præsumpt.* Roman.*in l. admonendi, n.*58. Fran Curt.*n.*161. Rip.*n.*173. Cato Saccus, *n.*57. Petr. Ptolom.*n.*81. Oldrad.*conf.*67.*n.* 1. Paris de Put.*de synd. verbo, Officialis, c.*3.*incip. dicitur autem syndicatus, n.*5. Ioan. Ign. *in l. lege Cornel. num.*15.*ff. ad Syllan.* Marsil.*in prac.* §. *diligēter, n.*45.*& in rubr. C. de probat. n.*260. *secundùm vnam impressionem, & secundùm aliam, n.*281.*ver. Primus enim est. & sing.*115.*ver. Adde hic*, Blanc.*de indic. ad l. fi. ff. de q. n.*188. Brun.*de indi. par.*1.*q.*3.*n.*11. Duen.*regu.*289. *in* 1.*ampliatione*, Clar.*in pra.* §. *fin. q.*21.*ver. Præterea etiā*, vbi * testatur de communi * Doctorum opinione, ex Igneo, *in d. l. lege Cornel. n.* 63.*ff. ad Syllan.* & ex Viuio in loco per eum allegato, Bonacos.*in comm. opin. cri. par.*1.*verbo, Fugarei cum fama, versi. Fallit multipliciter, & primo*, Masc.*de prob. lib.*1. *concl.*498.*iunēto n.*8.*& seqq. & lib.*2.*concl.*821.*num.*4.

82 Et † licèt Salic. Ias. Rom. & Ripa, *in d. l. admonendi*, & in locis relatis per Diaz *reg.*303.*in* 1.*limitat. ver. Adde Iasonem*, & per Mascar.*d. concl.*498.*n.*6.*&* 7.*& concl.*821.*dict. n.*4.*ver. Quanquam, vt aduerterē Ias. &c.* & vltra istos Paris de Put.*in trac. de syndic. in verb. fuga Officialis, c.*1.*incip. An si Officialis aufugit, sub n.*1.*vers. Si verò erat traditus*, dixerint ampliationem propositam non bene probari *in d. l. Consiliarios*, in qua Doctores omnes faciunt fundamentum ex eo, quòd illa lex verè non loquatur in Officiali, seu Magistratu aufugiente, sed in subtrahente, & fugere impellente ipsum Magistratū, seu Officialē, vt patet in propriis verbis illius cōtextus, dū dicitur ibi, *pro confesso autem tenebitur, qui accusatus huiusmodi personam subtraxerit.* Vide tamen Mascar. *d. concl.*498.*n.*8.*& seqq.* vbi pro sustentatione communis opinionis optimè respondet ponderationi, quam faciunt præcitati Doctores in eo textu, & bene ostendit ex eo expressè probari Magistratum ab officio fugientem haberi pro confesso.

AMPLIA IV. Eandē 5. limitationem, vt fuga Officialis inducat plenam probationem, quoad querelas, contra ipsum porrectas, etiam in præiudiciū fideiussoris, licèt enim vnius fuga & contumacia alteri non noceat, vt pluribus probatur *suprà, q.*24.*n.*173.*& seqq.* nec possit iuramentum in litem deferri contra eum qui ex dolo, & delicto alterius tenetur, secundùm communem, de qua per Ias. *in l. si quando, C. vnde vi*, quem aliis relatis concordantibus, pariter referendo sequitur Plot.*de in lit. iuran.* §.49.*n.*17. Menoch.*de arb. q. lib.*2.*casu* 208.*n.*9.*& seqq.* Mascar. *de prob. li.*2.*concl.*934.*n.*17. in fideiussore tamen syndicatus, quòd possit condemnari, & iuramentum in litem contra eum præstari propter curiam Officialis, contrarium fuisse iudicatum in Senatu Mediolani testatur Boss.*in tit. de rapin. n.*46. quem pariter refert & sequitur Plot.*dicto* §.49.*n.*19.

SVBLIMITA I. Propositam † 5. limitationem sic vt suprà 83 ampliatam, vt solùm procedat, quando contra ipsum Officialem fugientem agitur ciuiliter, vel etiam criminaliter ad restitutionem ciuilis interesse: tunc enim habetur pro confesso, & datur contra eum iuramentum in litem, vt suprà dixi: at secus si criminaliter agatur ad pœnam, prout bene post Ias. quem allegat, declarat Blanc.*de indi. ad l. fin. ff. de q. n.*288.*ver. Et hoc secundùm eum habet locum in ciuilib.* & post Blanc. melius declarat Plot.*de in lit. iuran.* § 30.*n.*4.

Quando † enim criminaliter agitur ad pœnam, si Officia- 84 lis persistit in fuga, Iudex contra ipsum emittit edictū peremptorium, vt compareat ad se defendendum à querelis cōtra ipsum porrectis: ipso autē non cōparente poterit idem Iudex contra illum etiam absentem, & contumacem sentētiam proferre, ac declarare confessum de omnibus contentis in dictis querelis, & isto modo Officialis fugiens habetur pro confesso, & sic nō simpliciter ex fuga, sed ex subsequuta contumacia, & condēnatione, iuxta ea quæ latè posui *in* 1.*li. in tit. de inquisitione, q.*11. & in specie nostra habemus tex.*si apparitor, C. de cohortal. li.*12. quem tex. in terminis ponderat Ghirland.*de relaxat. carcerat. rub. de fuga incarcerati, n.*6.

Si † verò Officialis recipiatur, & ad locum officij conduca- 85 tur, & tunc pariter habetur pro confesso, vt infrà dicam, *n.* 92. sed torquebitur, & sic talis fuga contra eum non inducit fictam, seu tacitam confessionem eorum, quæ in querelis continentur, quando criminaliter agitur, sed tantummodo indicium ad torturam, vt per Parid. de Put. *de syndi. verbo, fuga Officialis, c.*2.*An Iudex, vel Officialis. n.*5.*ver. Adeo quòd potest ad torturam poni*, Blanch. *vbi suprà, d. n.*283. *ver. Sed in criminalib.* Plot. *de in lit. iuran. d.* §. 30. *post n.*4. Masc. *d. concl.* 821.*n.*3. vbi etiam allegat Ias. *in l. admonendi, in repetitione, n.* 167.*circa fin.* & ibid. Fran. Curt. *post n.*161.*versi. Quinimò*, & Ripa *num.*173.*ff. de iureiur.*

SVBLIMITA II. Dictā † 5. limitationē, vt procedat in Of- 86 ficiali fugiēte post finitum officium, & tempore syndicatus. At si fugiat ante syndicatū, & durante officio, tunc fuga nō inducit contra ipsum aliquam probationē, sed bene propter illam fugā, tanquam de per se delictū punitur vti læsæ mā iestatis, ad tex. *in* §.1. *& in Auth. de administrator.* & per istū tex. sic affirmarunt Amad.*de synd. n.*26.*ver. Officialis fugiēs de loco officij, & n.*106.*ver. Item tenetur Officialis fugiens*, Paris de Put.*in tra. de syndi. in verbo, Officialis, c.*3.*incip. Dicitur autem de syndi. n.*2.*ad medium, & in verbo, fuga Officialis, c.*1.*An si Officialis, post n.*1.*ver. Et est reus maiestatis*, Rom.*in l. admonēdi, n.*58.*aliàs* 71.& ibidē Ias. *n.*177. Fran. Curt. *post n.*161.*ver. sapio proprius.* Caccialup. *n.*85. Ioa. Coras. *n.*85. Lanfran. de Oria. *n.*53. Cato Saccus, *n.*57.*versi. Sed concludite*, Pet. de Ptolom. *n.*81.*ff. de iureiur.* Brun. *de indi. p.*1.*q.*3.*n.*11.*versic. Circa quod*, Duen. *reg.*389.*in* 1.*limitatione, ver. Et Romanus*, Viu. *in comm. opin. post verbum, fugiens à carcere publico, num.*25.*ver.* 11.*limitatur*, vbi testatur de communi * opinione, Gig. *de cri.* * *læsæ maiest. li.*1.*rubr. qualiter, & à quibus cri. læsæ maiest. committatur, q.*42. Emanuel Soarez *in suis comm. opin. litera E, n.*382. vbi etiam testatur de communi, ex Viuio in loco præcitato.

quem

quem refert Bonacos. *in comm. opi. par. 1. vers. fugiens Officialis, folio mihi 74. col. 1. in princ.* Masc. *de probat. lib. 1. concl. 498. num. 11. & lib. 2. concl. 819. num. 35. & concl. 821. nu. 5.* Claud. ad Bertaz *in consil. 133. litera B, versic. Hoc tamen ibidem est fortasse, & c. lib. 1.*

87 AMPLIA Hanc † 2. sublimitationem, vt procedat non solùm quando Officialis aufugit durãte officio, sed etiã quando aufugit finito officio, & tempore syndicatus: tunc enim (vltra quod habetur pro confesso, & contra eũ iuratur in litem, vt sup. proposui) adhuc etiam reputatur reus læsæ maiestatis, vt per Alb. *in rub. ff. ad l. Iul. maiest. n. 2.* Affli. *in c. 1. in §. & bona committentium, n. 70. tit. quæ sint regalia, in vsib. feudorũ,* Restaur. *in tract. de Imperatore, q. 118. n. 20.* quos omnes refert, & sequitur Gigas *vbi suprà, d. q. 42.* & pro ista ampliatione allegatur tex. *in l. 1. C. vt omnes Iudices tam ciuiles, quã criminales, & in l. 2. ff. ad l. Iul. maiest.* & eam sequuti sunt, Emanuel Soarez *in sua collect. com. opin. litera F, d. n. 382.* & Claud ad Bertaz. *d. cons. 123. litera E, sub ver. Hoc tamẽ, in fin.*

88 Sed † hæc ampliatio non placuit Viuio, *vbi suprà allegato, d. num. 25. sub* x1. *limitatione, ver. Quod ampliatur,* etiamsi bene illius verba percepi (licèt illius authoritas ad comprobationem ampliationis allegatur per Soarez, & per Claud. in locis nuper citatis.)

89 Et † nihilominus retenta 1. opinione aduertas, quòd isto casu non erit crimen læsæ maiestatis in primo capite, sicut post Affl. ctum, quem allegat, aduertit etiam Gig. *in d. quæst. 42. ad finem,* immò ad text. *in d. l. 1. §. quòd si quis, C. vt omnes Iudices,* pecuniariam pœnam imponere videtur, videlicet quinquaginta librarum auri.

90 LIMITA Dictam † 2. sublimitationem, vt non procedat, quando Officialis etiam durante officio aufugisset ab officio propter domini tyrannidem, vel alterius potentis in eo loco, & volentis Officiales contra iustitiam facere ad sui libitum. Nam tunc poterit impunè ab officio recedere, vt per Paridem de Put. *in tract. de synd. in verbo, fuga Officialis, c. 2. An Iudex, vel Officialis, n. 4. ver. Et ideo illi Officiales,* vbi etiã ponit exemplum in illis Iudicibus, qui delinquẽtes suspenderunt, & timentes iram consanguineorum potentum de ciuitate recesserunt: sunt enim, inquit Paris. eo loci, isti tales administrata iustitia laudandi, & non puniendi ratione recessus, nec dissentit Amad. *in eodem tract. de syndic. n. 106. in fine, versi. Quod tamen limita,* vbi & in idem allegat Bald. *in l. 1. §. Diuus, ff. de var. & extraord. cognit.* sequitur Mascard. *de prob. lib. 2. d. concl. 821. num. 7.*

91 SVBLIMITA III. 5. † limitationẽ regulæ huius 2. inspectionis, vt procedat, prout loquitur, quãdo Officialis aufugit tẽpore syndicatus: tunc enim fuga facit contra illũ probationem talem, vt parti querelanti deferatur iuramentum in litem, vt sup. probaui: at secus si aufugiat post tẽpus syndicatus, ex iis quæ scripsit idem Paris de Put. *in d. verbo, fuga Officialis, c. 1. ver. Aut post finitã administrationẽ,* vbi quòd isto casu fuga nihil probat, sed potest iudicari, & sentẽtiari * contra ipsum ex deductis in processu, & est communis, * ex allegatis per Mascar. *de prob. l. 2. concl. 821. n. 6. iuncto n. 8.*

92 SVBLIMITA IV. Vt † Officiali fugiente tempore syndicatus, querelæ porrectæ probentur iuramento querelantiũ, quando ipse Officialis iam in fuga persistens non fuerit remissus, aut reductus ad locũ officij. quòd si reductus fuerit, aut remissus (licèt isto casu possit torqueri, si criminaliter agatur, vt sup. probaui, *n. 85.*) non tamen fuga aliquid cõtra ipsum probat quoad interesse ciuile, ne faciat deferre querelantibus aliquod iuramentum, sed querelæ sunt legitimo modo, & per testes probandæ: sic enim per text. *in Auth. vt Iud. sine quoquo suffrag. in §. necessitatem,* affirmarunt Paris de Put. *in trac. de synd. in verbo, fuga Officialis, c. 1. An si Officialis aufugit, sub n. 1. ver. Aut fugit intra tempus præfixũ,* Rom. *in l. admonẽdi, n. 11.* Ias. *in lect. n. 90. ver. 3. limita, & in rep. n. 177. in fi.* Fran. Cur. *sub n. 161.* Lanfr. de Oria. *n. 54.* Cato Saccus *n. 57.* Iac. Pet. Ptolom. *n. 81. ff. de iureiur.* Marsi. *in pract. §. diligẽter, n. 45. ver. Quod tamen limita,* Brun. *de indi. par. 1. q. 3. n. 11. ver. Aut fugit.* Duen. *reg. 389. in 1. limit. ver. Quod de iure,* Masc. *de prob lib. 1. concl. 498. n. 12. & concl. 821. n. 9.*

93 Quod † multò magis procedit, si Officialis ad locum officij non vi, sed spõte reuersus fuit, per ea, quæ generaliter scripsi *sup. n. 48.* & in specie adnotauit Plot. *de in lit. iuran. §. 30. n. 3.*

SVBLIMITA V. Eandem † 5. limitationem non procedere, quando Officialis aufugeret à syndicatu propter timorẽ, quem habebat, syndicatorum, qui putà erant sui inimici, & volebãt de facto ipsum carcerare, vel aliud grauamẽ inferre: tũc enim illius fuga, ex quo est causata à iusta causa, nullam inducit probationem, vt per Parid. de Put. *de syndic. verbo, fuga Officialis, c. 2. nn. 1. & n. 3. ver. Ideo aliàs consului,* vbi propterea isto casu consuluit Officialibus, qui suspicantur de grauaminibus in syndicatu eorum, eo quia vident sibi electos syndicatores æmulos, & inimicos, vt appellantes ab iniusta syndicatorum electione, & constituto procuratore in loco syndicatus recedant, & ad superiorem confugiant, ibidem allegando causam recessus, & offerendo coram eo velle stare syndicatui, & aliàs, & ibi per Paridem, quem sequuti sunt, Pau. Ghirlan. *de relaxa. carcera. rubr. de fuga incarcerati, n. 11. in fine, & seq.* Viui. *comm. opin. post verbum, fugiens à carcere publico, in ver. Quærit,* Bar. *opi. n. 17. in fine,* Mascar. *de prob. lib. 2. conclus. 821. num. 10.* Faciunt quæ de fugiente ex carcere, & ad superiorem confugiente dixi *in 1. lib. quæst. 30. num. 171. & hac eadem quæst. num. 57.* & quæ pariter de fugiente sæuitiam Iudicis dixi *hac eadem quæst. num. 47.* 94

Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Inimicitia an, & quando faciat indicium ad torturam, quot modis contrahatur, atque probetur, & quæ in proposito dicatur inimicitia capitalis.

SVMMARIVM.

Inimicitia alia est capitalis, & alia non capitalis, num. 1.
Inimicitia capitalis contrahitur ex lite omnium, vel maioris partis bonorum, n. 2.
Inimicitia oritur ex lite super magna pecuniarum quantitate, n. 3. & seqq.
Inimicitia capitalis oritur, etiam quòd lis sit super vna re, quæ tamen sit melior inter bona litigantium, n. 4.
Pecunia est secundus sanguis hominis, n. 5.
Inimicitia orta ex lite durat etiam finita lite, n. 6. & seqq. sed in hoc multum tribuitur Iudicis arbitrio, n. 9.
Inimicitia capitalis non oritur ex lite omnium bonorum, quando sumus in possessorio, n. 10. sed contrà, n. 12.
Inimicitia ex lite omnium bonorum non contrahitur, quando agitur de aliquo incidenti, quod non tollit, seu diminuit veritatem negotij principalis, n. 11.
Inimicitia capitalis non oritur ex lite alicuius rei paruæ, & leuis, n. 13. & seqq. & ibi etiam, quæ in proposito dicatur parua res.
Res parua quot modis dicatur, n. 14.
Causæ leues, & modicæ quæ dicantur, n. 14.
Inimicitia capitalis oritur ex ablatione, & spoliatione bonorum, ac etiam alicuius rei particularis, num. 16. & seqq. licèt aliqui ibi relati contrarium dixerint: limita vt inimicitia contrahatur respectu spoliati, non autem respectu spoliantis, n. 19. sed contrà, num. 20.
Inimicitia capitalis oritur cum eo, qui detinet meam terram, nu. 18.
Inimicitia capitalis contrahitur ex causa matrimoniali, n. 21.
Inimicitia capitalis contrahitur ex causa filiationis, vel monachationis, n. 22.
Inimicitia capitalis oritur ex causa, in qua intentatur aliqua actio famosa, n. 22.
Inimicitia capitalis contrahitur ex causa, in qua mouetur quæstio status, n. 23.
Inimicitia capitalis oritur ex lite, & accusatione criminali, n. 24. Amplia primò, tam respectu accusati, quam accusatoris, n. 25. Amplia secundò, etiam quòd accusatio sit super crimine capitali, n. 26. Amplia tertiò, etiam quòd de crimine agatur ciuiliter, dummodo sit tale, quod infamiam irroget, n. 27.
Inimicitia capitalis oritur ex vulnere, seu alia offensione personali, & multò magis ex vulnere in facie, n. 30.

Inimicitia

Inimicitia capitalis oritur ex eo, quòd quis alium detinet in carcere. Amplia 1. etiam quòd carceratio sit iusta. Amplia secundò, & multò magis, si vltra carcerationem interuenit tortura, n.28.

Inimicitia capitalis oritur ex offensione meorum consanguineorum, num. 31.

Offendens, seu occidens consanguineum meum dicitur meus inimicus, nu. 31.

Iniuria facta vni, censetur facta omnibus illius coniunctis. n.32. Limita, vt censeatur facta coniunctis, vsque ad quartum gradum, non vltra, num.35. Contrà, n.36. Dic, remitti arbitrio Iudicis, nu. 37.

Inimicitia capitalis non oritur ex offensione coniunctorum, nisi infra quartum gradum, n. 35. contra, nu.36. Dic remitti Iudicis arbitrio, nu.37.

Inimicus consanguinei mei, dicitur meus inimicus, n. 33.

Inimici mei consanguineus, dicitur meus inimicus, n. 34.

Inimicitia capitalis oritur ex verbis iniuriosis, numero 38. licèt aliqui contrà, numero 44. Amplia primò, etiam quòd iniuria fiat absenti, numero 39. Amplia secundò, in iniuria illata per scripturam, numero 40. Amplia tertiò, in eo qui alteri dat mentitam, numero 42. Amplia quartò, in eo, qui de altero seminat malam famam, numero 43. Limita primò, dummodo verba iniuriosa sint atrocia, aliàs secus, numero 41. Limita secundò, dummodo iniuria reuocetur ad animum, aliàs secus, numero 45. Limita tertiò, in persona nobili, secus in vili, dicto numero 45. Limita quartò, quia & in hoc multum tribuitur arbitrio Iudicis, num. 46.

Inimicitia capitalis oritur ex minis de occidendo, nu.47. Amplia etiam quòd minans non sit solitus minas exequi, n.48.

Inimicus dicitur is, qui dicit se aliquem non diligere, nu.49. non tamen est capitalis inimicus, num. 52.

Inimicus dicitur is, qui dicit se esse alterius inimicum, n.50. non tamen dicitur capitalis inimicus, num.52.

Inimicus dicitur is, non solùm qui actu nocet: sed etiam qui noceret si posset, nu.51. Declara, vt in num.52.

Inimicus capitalis dicitur is, qui alterius vitæ insidias parauit, nun. 53.

Inimicitia præsumitur ex non alloquutione, & ex non salutatione illius, quem quis alloqui, & salutare solitus est, num. 54. non tamen ex hoc præsumitur capitalis inimicitia, nu. 56.

Inimicus quis præsumitur illi, quem in Ecclesia, dum datur pax, non osculatur, nu.55. non tamen ex hoc præsumitur capitalis inimicitia, num. 56.

Inimici mei amici familiares, habitantes, conuersantes, adhærentes, sequaces, confœderati, & similes dicuntur etiam mei inimici, nu.57. & 58. declara dummodo amicitia, & conuersatio sit stricta, & continua, aliàs secus, n.59. Declara secundò, dummodò sit de præsenti, secus si solùm fuit de præterito, nu. 60. Declara tertiò, quia in omnem euentum tales personæ non dicuntur mei inimici capitales, num.61.

Inimicus meus dicitur is, qui iurat se esse inimicum meum, n.57.

Inimicus meus an dicatur Iudex, qui contra me indicauit, n.62. & pluribus seqq. vide infrà, in vers. Iudex qui contra me iudicauit, & seqq.

Iudex, qui contra me iudicauit, dicitur meus inimicus, nu.61. sed quia hoc non semper verum est, ideo ad declarationem, vide in seqq. versiculis.

Iudex pendente iudicio super causa ciuili non efficitur inimicus litigantium, nu.63.

Iudex pendente processu, & iudicio super causa criminali mota ad fisci, vel accusatoris instantiam, non dicitur inimicus, nec aduersarius rei inquisiti, numero 64. secus si procedatur ex officio nemine instante, nu. 65.

Iudex in causa ciuili parua, & modici momenti post sententiam latam non dicitur inimicus eius contra quem pronunciauit, n. 66. at si causa sit magni præiudicij, & pars quæ reportauit sententiam contrà appellauit, contrahitur inimicitia inter Iudicem, & appellantem, n.68. secus si non appellauit, nu.67.

Iudex post sententiam latam in causa criminali, si sententia contineat pœnam pecuniariam paruam, non efficitur inimicus condemnati: secus si contineat pœnam pecuniariam magnam, num. 69.

Iudex condemnando reum ad mortem, efficitur ex tali condemnatione inimicus condemnati, antequam morti tradatur, n.70. si verò condemnatus morti tradatur, remanet inimicitia cum propinquis condemnati ad mortem, n.71.

Iudex in omni casu, in quo ex sententia per ipsum lata efficitur inimicus condemnati, non tamen efficitur inimicus capitalis, quia officij necessitas ipsum excusat, n.72.

Inimicitia an cum aliquo contrahatur, nécne, maximè inspicitur loci consuetudo, n.75. in fi.

Aduocatus, seu Procurator dicitur aduersarius, & inimicus illius contra quem aduocat, & procurat, n.73. contrà, n.74. Dic, quòd est inimicus, sed non capitalis, n.75. vbi etiam quòd ex parte procuratoris, & aduocati nulla contrahitur inimicitia, in lite ciuili, nec etiam isto casu contrahitur inimicitia cum procuratore, d.n.75. in fine, & quid de consuetudine Vmbriæ, Italiæ, ac Romæ, ibidem.

Inimicitia oritur ex testimonio probato in causa criminali, n.76. & ex parte eius contra quem testis deposuit indistinctè, oritur inimicitia, etiam quòd testis coactus deposuerit: verùm ex parte ipsius testis inimicitia non oritur, nisi sponte deposuerit, num.77.

Inimicitia oritur ex inobedientia, n.78. sed non capitalis, n.79.

Inimicitia oritur ex diuortio, n.80.

Inimicitia oritur ex expulsione de domo, n.81. sed non capitalis, num.82.

Famulus de domo expulsus dicitur inimicus expellentis, num.81. sed non capitalis, n.82.

Inimicitia oritur ex retentione vxoris alienæ, n.83. & n.84. vbi etiam idem ex retentione sororis seu alterius consanguineæ.

Inimicitia contrahitur ex adulterio commisso cum vxore alterius, num.85.

Inimicus an quis sit, & an inimicitia sit capitalis, vel nõ, Iudicis arbitrio remittitur, n.86. & hoc procedit, tam quoad repellendum testem vti inimicum, quam ad faciendum indicium ad torturam, n.87.

Inimicitia facit non modicam præsumptionem delicti contra inimicum, num.88.

Inimicitia sola facit indicium ad torturam, numer.89. contrà, num. 102.

Inimicitia facit indicium, etiam quòd processerit facto, & culpa offensi, num.90. licèt aliqui Doctores relati, n.91. contrarium dixerint.

Inimicitia facit indicium, etiam quòd inimicus alia vice prius offenderit, n.92. Declara, vt in n.93.

Inimicitia facit indicium, etiam contra eum, qui causas inimicitiæ habet, etiam quòd publicè se inimicum non profiteatur, n. 94. & 95. Declara, dummodo causæ inimicitiæ offendendi sint notæ, aliter secus, n.96.

Inimicus dicitur non solùm is, qui odium in mente habet, sed etiam qui inimicitiæ causam habet, etiam sine mentis odio, num.95.

Inimicitia facit præsumere homicidium deliberatè commissum, n. 97. licèt alij contrà, n.98. Amplia, etiam quòd non sit capitalis, n.99. sed contrarium verius, n.100.

Inimicitia facit indicium ad torturam, si sit capitalis, aliter secus, n.101.

Inimicitia non facit indicium ad torturam, nisi fuerit adminiculata, n.102. & quæ sint ista adminicula, n.103. & sufficiunt debilia adminicula, n.104.

Inimicitia iuncta consuetudine delinquendi, vel fama, vel minis, facit indicium ad torturam, n.103.

Inimicitia sola sufficit ad inquirendum generaliter, sed an ad inquirendum specialiter, & sic quoad formandam, & transmittendam inquisitionem, vide in n.105. & seq.

Inimicitia sola facit indicium ad torturam in delictis occultis, & difficilis probationis, n.107.

Homicidium à pluribus in rixa commissum præsumitur commissum ab inimico, & isto casu sola inimicitia facit indicium contra ipsum ad torturam, n.108.

Inimicitia non facit indicium, quando est secuta pax, & reconciliatio non de recenti, num.109. secus si de recenti, num.110. & quando dicatur reconciliatio de recenti, vel de antiquo, num.111.

Pax & iniuriarum remissio, per quos actus facta dicatur, remissiuè, & n.112. & seq.

Iniuriarũ remissio per quos actus tacitè facta dicatur, remissiuè, num.112. & an per confessionem, & communionem, n.113.

Inimicitia non facit indicium ad torturam contra eum, qui post receptam offensam confessus est sacerdoti sua peccata, & sacratissimam sumpsit Eucharistiam, num.113.

Inimicitia non facit indicium, quando offensus habeat plures inimicos, n. 114. tunc enim attenditur grauior, & ea quæ est adminiculata pluribus indiciis, n. 115. item attenditur inimicitia recentior, n.116. item ea quæ prouenit ab atrociori iniuria, & quam quis ad animum reuocauit, num. 117. & in his plurimum versatur Iudicis arbitrium, n.118.

Inimicitia non facit indicium, quando constat de interfectore, n. 119.

Inimicitia non facit indicium in delictis, quæ solùm committuntur ad commodum delinquentis, n.120.

Inimicitia non facit indicium, quando inter inimicum, & offensum reperitur præstita cautio de non offendendo, num.121. & seqq.

Inimicitia non probatur ex cautione de non offendendo, nu. 122. contrà, n.124.

Cautio de non offendendo non facit cessare malum animum nocendi, n. 123. sed bene minuit potentiam delinquendi, n.125. Et an ex ea probata dicatur inimicitia, n.122. & 124.

Inimicitia non præsumitur, ideo probanda, n.126.

Inimicitia debet probari in specie, & non in genere, ideo testes non probant super inimicitia deponentes, nisi etiam deponant de causis inimicitiæ, n. 127. Declara parte opponente, alias secus, n.128.

Inimicitia debet esse euidens, & manifesta ad hoc, vt operetur, num.129. contrà, num.130. concorda, vt num.131.

Inimicitia probatur coniecturis, num.130.

QVÆSTIO XLIX.

1 INIMICITIA, An † & quando facit indicium ad torturam, vt bene dignoscamus, operæpretiũ est, vt etiã priùs discamus, quis propriè dicatur inimicus, & quot modis cõtrahatur, seu probetur inimicitia, & hoc scire vtile etiam erit ad cognitionem alterius quæstionis, de qua *infrà, in ti. de oppos. contra test.* dum declarabimus, an & quando inimi-
* cus à testimonio repellatur. Et quia secundùm communẽ * Doctorum distinctionem, tam in materia testium, quàm in materia torturæ, inimicitia alia est capitalis, alia autem non capitalis, ideo vt etiã insimul scias, quænam dicatur inimicitia capitalis, & quæ non, facias infrascriptas conclusiones.

2 PRIMA sit cõclusio, † quòd inimicitia capitalis contrahitur ex lite omniũ, vel maioris partis bonorũ, tum quia causa bonorum, & causa vitæ æquiparatur, *c. frequens, de restitu. spoliat.* gl. *in Auth. de testib. §. si verò dicatur, in fi. in ver. Quæstiones,* tum etiã quia causa magna ciuilis æquiparatur causæ criminali, *l. propter litem, cum ibi notatis, ff. de excus. tutor.* & per istas, ac similes rationes hanc primam conclusionem expressè firmarunt Bald. *in l. athletæ, §. dat remissionẽ, n. 1. ff. de excusat. tuto. & in l. parentes, col. 2. post n. 1. vers. Item vassalli,* ibi, *aut causa ciuili, & ardua, C. de testib.* Bart. *in l. 3. §. fina. n. 4. ff. de adimen. legat.* Felin. *in c. quoties, col. 2. n. 5. vers. Et considera, extra de testib.* Ang. *de malef. in ver. Quòd fama publica præced. sub n. 50.* Marsil. *in l. 1. §. præterea, n. 55. vers. Item inimici dicuntur illi, & n. 56. vers. Item dicuntur capitales, & n. 57. vers. Item oritur etiam, il 3. ff. de quæst.* Blanc. *de indic. ad l. fina. fi. de quæst. n. 125. & seqq. vsque & post n. 128.* vbi reprobat Ias. Ioã. de Anan. & Felin. dicentes isto casu oriri inimicitiam non capitalem, sed quasi capitalem, & pluribus bene hanc cõprobat conclusionẽ Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. quartum indicium, sub n. 14.* Plot. *de in lit. iuran. §. 50. n. 10.* Gig. *de cri. læsæ maiest. proban. q. 2. n. 10.* Ant. Gom. *var. resol. tomo 3. tit. de prob. delict. n. 14. sub vers. Intellige tamẽ.* Aufrer. *in tract. de testib. n. 56. vers. Et idem si fuerit omnium bonorum,* Aym. *cons. 31. n. 3. vers. & in terminis, & cons. 75. n. 11.* Gram. *dec. 28. n. 5. & dec. 86. n. 11.* Campeg. *de testib. reg. 23. in 2. fallen.* Conrad. *in pract. rub. de testib. §. personas testium aggrediendo, n. 65. ad finem, versicul. Atque adeò, fol. mihi 101.* Io. Lup. *in repert. c. per vestras, n. 455. de donat. inter vir. & vxor.* Ioã. Bapt. Villalob. *in comm. opin. litera I, n. 48.* Menoch. *de arbitr. qu. l. 2. casu 110. n. 4. & seqq. & casu 329. n. 11.* Ioan. Mar. Montic. *in repert. testium, fol. 43. col. 2. vers. fin.* Ioseph. Lud. *in suis commu. opin. concl. 24. vers. Quinto modo,* Mascar. *de probat. lib. 2. concl.*
* *868. n. 7. in prin.* & ista conclusio non solùm est communis, * vt ex præallegatis apparet, sed etiam de ea habemus gloss. in terminis *Auth. si testis productus dicatur, in fine, in versiculo, si verò ex lite pecuniaria,* & tex. expressum *in §. item propter litẽ, iuncto §. inimicitiæ. Institu. de accusat. tuto. & in d. l. propter litem, ff. eodem,* addo & Menoch. *de præsumpt. li. 5. præsumpt. 42. nu. 5.* Tib. Decia. *in suis tracta. cri. lib. 3. cap. 25. num. 56. & 57. par....* Honded. *cons. 107. in pr. & n. 1. iuncto nu. 31.* & licèt ibidem *num. 36.* videatur asserere ex lite maioris partis bonorum non oriri capitalem & grauem inimicitiam, ex Alciat. Bursat. Vulpel. & Maiol. in locis per eum relatis: non tamen per hoc à proposita conclusione recedas, quæ sicut, vt vides, magis cõmuniter à Doctorib. recepta est, ita nec Doctores per Hond. allegati cõtrarium dicunt, sed ad quod allegantur.

AMPLIA I. Hanc† 1. conclusionem, vt & idẽ sit, si agatur 3
de magna pecuniarum quantitate: nam tunc etiã ex tali lite oritur inimicitia capitalis, sicut in specie de magna causa pecuniaria ex præallegatis Doctorib. loquuti sunt, post alios quos allegant antiquiores, Mars. *in l. 1. §. præterea, n. 56. ff. de quæst.* Blanch. *de indic. n. 129.* † vbi etiam idem, si sit quæstio 4
de meliori re, quam quis habet in bonis, vel de amissione magni lucri, Gig. *de cri. læsæ maiestat. li. 2. quom. & per quos cri. læsæ maiest. probe. n. 19.* Mascar. *de probat. li. 2. conclus. 898. n. 9.* Et ratio huius† ampliationis est in promptu, quia, vt vulgò 5
dici solet, pecunia est alter sanguis ipsius hominis, ad gloss. iuncto text. *in l. aduocati, C. de aduocat. diuers. iud.* Ias. *in l. ne quicquam, §. vbi decretum, n. 2. in fine, ff. de offi. Proconsul.* Petrasan. *sing. 73. n. 5.* Afflict. *decis. 24. n. 4.* Ripa *in cap. 1. n. 18. extra de iudic.* Blanch. *de indic. ad l. fin. ff. de quæst. n. 125.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 110. num. 6.*

AMPLIA II. Eandẽ† 1. conclusionem, vt quando præcessit 6
inter aliquos lis omniũ, vel maioris partis bonorũ, inimicitia inde orta duret etiã finita lite: sic enim post Are. Barbat. & alios quos allegat, & respondendo cõtrariis, bene fundat Blanch. *de indic. ad l. fina. ff. de quæst. nu. 133. & seqq. vsque ad nu. 138.* vbi relatis aliorũ opinionibus, ac distinctionibus, resident tandem in hac conclusione, † & infert ad materiã te- 7
stimonij prolati per inimicũ, an scilicet admittatur finita lite, vnde præcesserat inimicitia, & concludit, quòd non, & Blanch. *vbi suprà,* refert, & sequitur Foller. *in pract. crim. in verb. Recipiãtur defensiones, n. 2. versic. Et si inimicitia præcessit,* faciunt quæ scripsit Mars. *in singu. 179. post medium.* † vbi in- 8
ferens ad Iudicem allegatum suspectũ ex causa inimicitiæ dixit, quòd licèt inimicitia surgens ex spoliatione purgetur facta restitutione (& sic lite finita) *cap. cùm quis, de restitut. spoliat. in fine,* non tamen adeò purgat, quòd ille qui spoliauit, si datus sit Iudex, non possit recusari suspectus ex capite præcedentis inimicitiæ, ad tex. *in capitulo, conquerente,* & ibi gloss. penul. *de restitut. spoliat.* cum aliis ibi per eum allegatis, sequitur Dec. *d. c. 25. n. 25. li. 3. parte* 1. & ab hãc Blanchi õpinione non videtur discedere Additionator ad Alcia. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 11. sub litera A, vers. Aduerte tamen,* quicquid in contrariũ consuluisse videatur Soc. *cons. 228. In causa Gabrielis, col. 3. vers. Præterea inimicitiæ, volu. 2.* sicut illũ refert Dec. *d. cap. 25. n. 58. in fine, vers. limita etiam, parte* 1.

Verùm† ego negare non possum, quin mihi multùm pla- 9
ceat opinio Decij, & Ripæ in locis relatis per eundẽ Blãch. *vbi suprà, num. 137. ad medium, vers. Aduerte circa prædictam conclusionem,* volentium in hoc multùm tribui arbitrio Iudicis, qui ex qualitate negotij, & personarum existimabit, an finita lite adhuc duret inimicitia, & horum opinionem esse communiter* receptam, testatur Alc. *d. reg. 2. eadem præ-* *
sumpt. 11. nu. 2. & cum ea nouiter pertransire video Hectorem Æmilium *in trac. de testibus, verbo, Testis aduersarius, nu. 5. fol. 49.* & de magis recepta opinione etiam testatur Menoc. *de præsumpt. lib. 5. præsump. 42. num. 7. & seqq.*

LIMITA I. Dictã † 1. conclusionẽ, vt non procedat, quan- 10
do lis esset super possessorio, & nõ super petitorio: nam tunc cùm agatur de modico præiudicio, cũ in petitorio reseruetur ius partis, nõ oritur inimicitia capitalis ex lite omnium bonorum, vel maioris partis eorũ, sicut post Barto. quẽ allegat, affirmauit Blanch. *de indic. ad l. fina. ff. de qu. n. 128. vers. intellige prædicta nõ procedere,* † vbi etiã post eundẽ Bar. idem 11
affirmat, quãdo agitur de aliquo incidenti, quod non tollat, aut diminuat veritatem negotij principalis, vtputà si cõtrouertatur, quòd aliquis nõ procurator meus, quod nõ potuit agere,

agere, & similia, sequitur Liber Decian. *in suis tractatibus criminal. lib. 3. ca. 25. num. 28. par. 1.*

12 Sed† ego de hac limitatione multùm dubito, & eã forsan minimè verã, verius credo per ea quæ scripsit Gig. *in addi. ad Dec. in ca. 1. nu. 42. de appellat. sub litera E, vers. Hanc conclusionem*, vbi pluribus fundamentis, & rationibus demonstrat non agi de modico præiudicio, quando de sola possessione contenditur, prout etiam admonui *supra, q. 47. n. 130.* & priuari possessione rerum omnium, vel maioris earum nulli dubium, quod est maximum damnum: vnde pariter & maximum oritur odium contra inferentem, vel inferre volentem tale damnum, ad ea quæ posuit idem Blanch. *d. n. 128. ad finem, versic. Intellige etiam.*

13 LIMITA II. Eandem† 1. conclusionem, vt procedat, prout loquitur, videlicet, quãdo est lis omnium, vel maioris partis bonorũ, vnde secus si non sit omnium bonorũ, vel maioris partis eorũ, sed de aliqua re parua, aut leui: licèt enim quãdoq; ex contẽtione super re parua, aut leui maximas in dies videamus oriri inimicitias, vt per Abb. & Dec. *in ca. 1. de iudic.* ac per eundẽ Abb. *in c. accedẽs vt lite non cõtestat. & in c. cũ oporteat, de accus.* sicut eos sic refert Blanc. *de indic. ad l. fi. ff. de quæst. n. 131.* regulariter tamen præsumendum est, quòd vnusquisque modicum damnum æquo animo ferre debeat, *c. terrulas, 12. quæst. 2.* nec lex paruam læsionem cõsiderat, *l. scio. ff. de in integ. restit.* & præterea isto casu nõ oriri capitalẽ inimicitiã, bene ponit idem Blanc. *vbi supra, n. 130. & seqq.*

14 † vbi præsertim, *nu. 132.* dicit, quòd licèt parua res quandoque dicatur ea, quæ ad sumptus iudiciales nõ sufficit, *c. anteriorum, §. illud, 2. qu. 6.* Quandoq; autẽ ea, quæ nõ excedit decẽ libras auri, *vt in Auth. de mãdat. Princ. §. Si tibi,* & quãdoque vsque ad quadraginta aureos, *vt in l. 1. C. de defẽsor. ciuit.* item quãdoque vsque ad 300. aureos, *vt in Auth. de defens. ciuita. §. & iudicare.* in proposita tamẽ materia, parua causa, & parua res dicetur secũ[illegible]m qualitatẽ personarũ, & quantitatem facultatũ: nam causa ducentorum aureorum penes magnũ, ac diuitem virũ est parua, vt est gl. & ibi Bart. & alij *in l. sed si susceperit. ff. de iud.* econtrà autẽ causa vnius porci dicetur magna respectu pauperis, ad aliã glo. *in l. istic. §. ne tenuis, ff. de offi. proconsul.* & sic personarũ qualitates, & diuitiæ facient magnam, aut paruam causam, & hoc modo regulabitur Iudicis arbitriũ, vt per Bar. Iun. Cat. Ias. & alios in locis allegatis per Blanc. *vbi sup. n. 132.* & per Dec. *in suis tractatib. crimin. par. 1. l. 3. c. 15. n. 58.* Addo † & pro hac eadem

15 limitatione Mascar. *de prob. lib. 2. concl. 898. nu. 26.* vbi post Abb. Ant. de But. Felin. Alex. Aym. & Marsil. in locis per eũ allegatis facit conclusionẽ, quòd ex lite simplici, quæ non sit maioris partis aut omnium bonorũ, oritur inimicitia, sed non capitalis: addo & Vulpel. *cõsil. 5. n. 3.* vbi quòd inimicitia simplex ratione bonorum non facit præsumere delictum, & sic est necesse, vel quòd de omnibus bonis agatur, vel de maiori parte, quod & idem tradidit Honded. *cons. 107. n. 1. iuncto num. 3.* vbi alij referuntur Doctores concordantes.

16 SECVNDA sit conclusio, † quòd inimicitia capitalis cõtrahitur ex ablatione, & spoliatione bonorum, sed etiã alicuius rei particularis, si modica non sit, per regulã illã vulgatam, quòd nõ est amicus noster, qui bona nostra tollit, est tex. *in c. accedẽs, il 2.* & ibi Abb. Butr. Imo. & Mariã. Soc. *vt li. non contesta. & in ca. item cùm quis,* & ibi notat Bald. *extra de restit. spolia.* Felin. *in c. cùm oporteat, n. 5. vers. Et adde, quòd inimicitia, extra de accus.* Alb. de Malet. *in tract. de testib. par. 1. c. 2. n. 110.* Aufr. *de reprob. test. 56. vers. Aliquando tamen ex spoliatione,* exornat Marsi. *in l. 1. §. præterea, n. 51. & seqq. ff. de qu.* Blanc. *de indic. ad l. fi. ff. de qu. n. 97.* ex Bald. *in d. c. item cũ quis,* & ex aliis, quos allegat, hoc ampliat procedere, siue vi, siue clam quis bona nostra abstulerit: sed limitat, quãdo res ablata est, vt suprà admonui, *in principio limitationis, vilis, vel parui momenti,* quia tunc non oritur inimicitia capitalis, vt per Abb. & Marian. Soc. *in d. c. accedens,* addo ad comprobationem huius secundæ conclusionis Plot. *de in li. iuran. §. 50. n. 10.* Gig. *de crim. læsæ maiest. l. 2. rubr. quom. & per quos crim. læsæ maiest. prob. q. 2. n. 10.* Campeg. *in tract. de testib. reg. 23. vers. primò, quando,* Masc. *de prob. li. 2. concl. 898. n. 7. in fine, & n. 8. in princ.* Bertaz. *consil. 481. n. 1. & 2. lib. 2.* vbi de eo, qui furripuit mihi boues, Decian. *d. c. 25. n. 55. lib. 3. parte 1. & ibidem n. 25.* vbi ampliat etiam fãcta restitutione.

Et† licèt Marsi. *in d. §. præterea, num. 51. & seqq. iuncto num.* 17
56. hanc conclusionem ponere videatur inter casus inimicitiæ non capitalis: ego tamen† omnino inde capitalem oriri 18
inimicitiam credo, per ea quæ in detinente alienam terram, quòd ex hoc solo contrahatur inimicitia capitalis, per tex. *in d. c. accedens, il 2. vt lite non contest.* affirmauit idem Marsi. ibidem, *n. 56. vers. Et primò dico,* Blan. *vbi suprà, n. 98.* Gig. *d. q. 2. n. 15.* Masc. *d. concl. 898. num. 20. in fi.* apud quos reperies concordantes, ergo & idem in spoliatione, & ablatione rei, ex qua postmodum causatur retentio.

LIMITA Hanc secundam conclusionem, † vt per Felin. 19
in d. capitulo, accedens, sub num. 1. vt videlicet ex spoliatione bonorum contrahatur inimicitia respectu spoliati, non respectu spoliantis.

Sed † huic limitationi obstant ea, quæ scripsit Carrer. *in* 20
prac. in 2. tract. de indic. & tort. §. quartum indicium, num. 7. & num. 15. in fine, versic. imò potiùs, & in §. decimumquartum indicium, n. 4. & 5.

TERTIA est conclusio, † quæ venit ampliatiuè ad pri- 21
mam propositam conclusionem, vt inimicitia capitalis contrahatur non solùm ex lite omnium vel maioris partis bonorum, vt suprà dictum est *in d. 1. conclusione,* sed etiam si agatur de alia graui, & ardua causa, vtputà matrimoniali, quam causæ criminali æquiparari probat tex. *in c. penult. de restit. in integ.* & grauem reputari debere probat pariter tex. *in l. 3. §. quacunque,* & ibi gl. Bar. Alex. & Pau. de Castro, *ff. de iureiur.* & consequenter ex ea grauem oriri inimicitiam affirmauit Blanch. *ad l. fina. ff. de q. num. 119. & seq.* Decian. *in suis tract. crim. parte 1. lib. 3. c. 25. n. 47.*

Et idẽ, † vt oriatur capitalis inimicitia, quando tractatur 22
causa monachationis, filiationis, seu aliqua famosa intẽtetur actio, bene comprobat Blan. *vbi suprà, n. 121. 122. 123. & 124.* & bene etiam exemplificat Dec. *d. c. 25. n. 48. & seqq.* in actione pro socio, tutelæ, mandati, depositi, & in priuatione publicorum officiorum, & ibi hæc omnia bene comprobat.

Et † idem si moueatur quæstio status per tex. *in l. finali, ff.* 23
de his, quibus vt indig. post alios quos allegant, affirmarunt Marsi. *in l. 1. §. præterea, n. 17. versic. Itẽ oritur etiam, il 3. ff. de q.* Blanch. *in l. fi. n. 118. ff. eodem,* Carrer. *in pract. crim. in 2. tra. vers. Quartum indicium, n. 12.* Gig. *de cri. læsæ maiest. li. 2. rub. quom. & per quos crim. læsæ maiest. prob. q. 2. n. 14.* Io. Bapt. Villalob. *in com. opi. littera I, n. 48.* Masc. *de prob. lib. 2. concl. 498. n. 6.* Meno. *de præsumpt. libr. 5. præsump. 42. n. 2.* Dec. *d. c. 25. n. 46.*

QVARTA est cõclusio, † quòd ex lite, & accusatione cri- 24
minali oriatur inimicitia, ad tex. *in Auth. si testis, ver. Si verò dicatur odiosus, C. de testibus, in l. qui cùm maior, §. accusare, ff. de bonis libert.* gl. *in l. licèt. ff. de arbit. & in §. item inimicitiæ, Instit. de excus. tut. & in §. si verò quis dicat, in verbo, de crim. in Auth. de test.* facit tex. *in c. 1. §. illũ,* ibi, *nec inermes inimicis, &c. de restit. spoliat. in 6. & in c. Itẽ cùm quis, extra eodẽ, & in c. meminimus, de accus.* quibus iuribus accusator appellatur inimicus, & per ista iura sic præcipuè hãc 4. conclusionem cõprobarunt Nell. *in tract. de testibus, n. 3. vers. Si est inimicus propter litem criminalem,* Alb. *in simili tract. p. 1. c. 2. n. 4.* Lanfrãc. *de testibus in repet. c. quoniam contra de prob. in ver. testium depositiones, n.* 50. Vbi† quòd cõtrahitur isto casu inimicitia capitalis tam 25
respectu eius, cui mouetur lis criminalis, quàm etiã respectu mouentis, Marsi. *in l. 1. n. 56. vers. Itẽ dicuntur capitales inimici, & n. 52. vers. Itẽ etiam dicit esse, & ver. Item inimicus capitalis, il 1. ff. de quæst.* Gram. *cons. 46. n. 4. & dec. 33. n. 5.* Plot. *de in lit. iuran. §. 50. n. 19.* Gig. *de cri. læsæ maiest. in lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læsæ maiest. probe. q. 2. n. 10.* Ant. Gom. *var. resol. lib. 2. rub. de prob. delict. n. 14. vers. Intellige tamen,* Carrer. *in pra. in 2. tra. de indi. & tort. §. quartum indicium, n. 14. vers. Idẽ quãdo accusatur.* Blan. *de indi. ad l. fi. ff. de q. n. 115. & seqq.* † Vbi am- 26
pliat, etiã quòd accusatio sit data super crimine nõ capitali, Paul. Meren. *inter consilia cri. diuers. cons. 88. n. 29. lib. 2. in folio,* Campeg. *in tract. de test. reg. 23. in 1. fallen.* Masc. *de prob. lib. 2. concl. 898. sub n. 1. iuncto n. 16. & concl. 899. n. 11.* † Vbi am- 27
pliat, etiam quòd de crimine agatur ciuiliter, dummodo crimine probato oriatur infamia, quod & voluit Cãpeg. *de testibus, reg. 26. versic. 2. habeat locum,* & ad ampliationẽ faciunt quæ de causa famę dixi *suprà, n. 22.* Menoch. *de præsump. li. 5. præsump. 42. n. 6.* Dec. *in suis tract. cri. lib. 3. c. 25. n. 43. & seqq. p. 1.* vbi *n. 44.* ampliat etiam quòd quis in accusatione suam

vel suo

vel suorum iniuriam prosequatur, sed quòd ex parte accusantis cessat inimicitia, si accusatus debitas luit pœnas, quia accusans suum expleuit animum, vt ibi per eum.

28 QVINTA sit cõclusio,† quòd capitalis oritur inimicitia, quando quis alterũ in carceribus detinet, argumento tex. *in l. ipsius*, & ibi hoc notat Bald. *in 1. notab. C. fam. erciscun.* Feli. *in cap. repellãtur, n. 3. vers. Adde, quòd si tenuit te in vinculis, eodem tit. de accus.* Marsi. *in l. 1. §. præterea, n. 55. ff. de q.* Carrer. *in pract. in 2. tracta. de indic. §. quartum indicium, nu. 13.* Gramm. *cons. 46. nu. 1.* Aufr. *in tract. de testibus, nu. 56. versic. Idem si tenuit te in vinculis, & versic. seq.* vbi ampliat, etiam quòd detentio fuerit iusta, quod & voluit Blanch. *de indic. ad l. fina. ff. de quæst. n. 99.* Gig. *de crim. læsæ maiest. li. 2. rubr. quom. & per quos crim. læsæ maiestat. probe. q. 2. n. 11.* vbi multò magis si vltra carcerationem detentus fuerit tormentis afflictus, quod etiã affirmauit Mascar. *de probat. lib. 2. concl. 898. n. 22. & 23.* Menoch. *de præsumpt. li. 5. præsumpt. 42. n. 17.* Tiber. Dec. *d. c. 25. n. 40.* vbi tamen hanc conclusionem non ita indistinctè tenendam putat, sed ex circumstantiis temperandam: detinens enim aliquem in carceribus animo ipsum offendendi, vel nocendi in aliquo, contrahit inimicitiam cum detento: at secus, si quis aliquem suum debitorem, præsertim vilem, carcerari faciat, vt de suo credito satisfiat: tũc enim nulla videtur ex hac carceratione contrahi inimicitia, vt ibi per eũ.

29 SEXTA sit conclusio, † quòd ex iniuria personali oritur capitalis inimicitia, & hoc quia personalis offensio dicitur atrox iniuria, ad tex. *in l. item apud Labeonem, §. atrocẽ, l. Prætor edixit, §. si. in fine, ff. de iniur. & in §. atrox, Instit. eodem.* Quæ iura ad id allegãtur per Barto. *in l. 4. §. fina. ff. de adimen. legat.* & Bart. in proposito sequuti sunt Marsi. *in l. 1. §. 1. Præterea, n. 57. vers. Dicit etiam ipse Bart. & in ver. Itẽ oritur etiam capitalis inimicitia eo ipso, quòd quis offendit, &c. ff. de quæstion.* vbi & in idem allegat Bald. *in l. in his, §. 1. ff. solu. matrimo.* Carrer. *in pract. cri. in 2. tracta. de indic. & tortu. §. quartũ indicium, post n. 11.* Blanch. *de indic. ad l. fina. ff. de quæst. n. 95. & 96.* vbi etiã allegat Lucam de Penna *in l. 1. col. 2. ver. Et scias, quòd ex offensa illata, C. de his qui se def. libro 10.* Gig. *de crim. læsæ maiestat. lib. 2. rubr. quom. & per quos crim. læsæ maiestat. probe. q. 2. n. 16.* Anton. Gomez. *var. resolut. libro 3. rub. de prob. delict. n. 14. vers. Intellige tamen,* Rol. *cons. 24. n. 24. & seq. 28. & seqq. lib. 1. & consilio 95. n. 26. & seqq. lib. 4.* Masc. *de prob. lib. 2. cõcl. 898. n. 12.* Bertazz. *cons. 446. nu. 2. lib. 2.* Tiber. Dec. *in suis tra.* * *cri. lib. 3. c. 25. n. 39. par. 1.* Ex quibus sine dubio apparet, conclusionem hanc communiter* à Doctor. esse receptam.

30 Et† cùm, vt latiùs probaui *in 1. lib. titu. de delictis, & pœnis, q. 18. num. 67. & seq.* vulnus in faciem illatum grauiorem & atrociorem iniuriam in se contineat: idcirco eò magis ex eo capitalem inimicitiam oriri in specie voluerunt. Marsi. *in d. §. præterea, nu. 57. ad finem,* Gig. *d. q. 2. nu. 21.* & Masc. *d. concl. 898. nu. 19.* qui & alios adducunt concordantes.

31 SEPTIMA sit conclusio † præcedentis conclusionis ampliatiua, quòd scilicet inimicitia capitalis oritur ex offensione nõ solùm proprię personæ, sed etiam alterius, si ille alter offensus sit meus consanguineus, & sic offendens, seu occidens meũ consanguineum dicitur meus inimicus, vt per Batt. quem refert, & sequitur Marsil. *in l. 1. §. præterea, n. 55. vers. Item inimicus meus, iuncto nu. 57. versicul. Et dicit etiam,* vbi Bartol. *ff. de quæstio.* Blanch. *in tracta. de indic. ad l. si. ff. eodem nu. 93. & 94. iuncto n. 172. & seqq.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tortu. §. quartum indicium, nu. 6.* Gigas *in tracta. de crimin. læsæ maiest. in 2. lib. tit. quomo. & per quos crimen læsæ maiestat. probe. quæst. 2. num. 13.* Paul. Meren. *inter consilia crim. diuers. cons. 88. post n. 39. & sequen. lib. 2. in folio, & cons. 90. nu. 13. eodẽ lib. 2.* Rolan. *cons. 24. n. 39. & seqq. lib. 1.* Menoc. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. n. 53. in princ.* vbi testatur de * recepta* opinione, Bert. *consilio 528. n. 6. in fine, & nu. 7. lib. 2.* Mascar. *de proba. lib. 2. conclu. 898. nu. 12. iuncto nu. 39.* Tiber. Decian. *in suis tracta. crim. par. 1. lib. 3. cap. 25. nu. 67.*

32 Et† facit pro hac conclusione, quia iniuria facta vni, cẽsetur etiam facta omnibus de illius sanguine, & familia, *l. lex* * *Cornelia, in princ.* vbi glos. Bar. & Doctores communiter,* *ff. de iniur.* Bald. Angelus, Salic. & alij *in l. 1. C. de rap. vir.* Felin. *in capitulo Petrus, n. 8. de homic.* cum aliis per Tiraq. *de pœnis temperan. causa 51. n. 60.* Menoc. *de arbit. q. lib. 3. casu 262. n. 1.* Ofasc. *decis. Pedem. 15. nu. 6. & decisi. 104. nu. 3.* Franc. Hercul. *in tractatu de caut. de non offenden. capitulo 19.* Masc. *de proba. lib. 1. concl. 68. n. 4.* & dicam latiùs in materia iniuriarum.

Item facit,† quia inimicus cõsanguinei mei dicitur meus 33 inimicus, secundùm Bar. *in l. tutor, §. si tutor,* & ibi Alexand. *in addit. ff. de suspec. tutor.* idem Alex. *in cons. 99. nu. 4. lib. 1. & in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, n. 21. ff. de ver. oblig.* Aufr. *de reprobat. test. n. 56. ad finem, vers. Itẽ adde, quòd fratres mei,* Pau. Meren. *inter consilia criminalia diuersorum, consilio 88. n. 36. 37. 39. & 40. lib. 2. & consilio 90. n. 14. eodem lib.* Mascar. *de probat. lib. 2. concl. 898. n. 39.* Decian. *d. cap. 25. n. 17.*

Et† non solùm dicitur meus inimicus, consanguinei mei 34 inimicus, sed etiam inimici mei cõsanguineus dicitur pariter inimicus meus, *l. athleta, §. dat remissionẽ,* & ibi hoc notat Bald. & communiter* Doctores, *ff. de suspec. tutor.* Marsi. *in l. 1. §. præterea, n. 50. ff. de quæst.* Pau. Meren. *inter cõsilia criminalia diuer. cons. 88. n. 36. 37. 39. 40. 43. li. 2.* Ant. Gomez. *var. resol. tomo 3. c. 12. rub. de prob. delict. n. 14.* Mascar. *de prob. li. 2. concl. 857. n. 48. & concl. 898. n. 31.* Et faciũt, quæ de teste inimico in simili dicã *in sequẽti tit. de oppos. contra testes, quæst. 53. n. 34.*

LIMITA Hanc 7. conclusionem,† vt nõ ex omni offen- 35 sione facta suis consanguineis oriatur inimicitia, sed tantùm ex ea, quæ facta est consanguineis proximis, & infra 4. gradum, secus in remotis, vltra dictum, quia iniuria vni facta non censetur facta aliis coniunctis remotis vltra quartum gradum, vt per Bal. *in cons. 137. incip. In ciuitate Cherij, lib. 3.* quem refert Menoch. *de arbi. quæst. li. 2. casu 262. n. 2.* Decian. *d. cap. 25. nu. 17.* † Quicquid in contrarium consulendo di- 36 xerit Iustin. Bonde. *inter consilia criminalia diuers. cons. 54. nu. 13. li. 2. in folio.* † Licèt quandoque etiam ex facti qualitate, 37 & regionis cõsuetudine poterit Iudex arbitrari inimicitiam oriri ex iniuria facta cõiuncto vltra quartũ gradum, vt per Bart. *in l. tutor, §. si tutor, in fine, ff. de suspec. tutor.* Marsil. *in l. 1. §. præterea, nu. 55. ante finẽ, post versiculum, Item inimicus meus dicitur,* Blanc. *de indic. n. 174.* Mer[illegible]h. *de arbitr. q. d. casu 262. nu. 3.* Nec dissentit Decia. *d. ca. 25. post num. 67.*

OCTAVA sit conclusio,† quòd inimicitia capitalis ori- 38 tur non solùm ex iniuria personali, sed etiã ex verbis, vt per Bal. *in capitu. 2 eniẽs, in fine,* per illum text. *extra de iureiuran.* quẽ sic in proposito refert, & sequitur Marsi. *in l. 1. §. præterea, n. 57. vers. Item oritur etiã capitalis inimicitia ex verbis iniuriosis. ff. de qu.* vbi quòd ita aliàs apud eũ iudicatũ fuit in causa satis vrgẽti, Blanchus *de indi. n. 104.* vbi alios adducit cõcordãtes. † & ampliat etiã quòd iniuria fiat absẽti, dicitque, 39 quòd hæc cõclusio cõprobatur ab experiẽtia, ex qua quotidie videmus ex verbis iniuriosis capitales oriri inimicitias: quod & idẽ affirmauit in *n. 110.* † vbi ampliat etiã in iniuria 40 illata per scripturam, & *n. 111.* vbi eiusdẽ conclusionis reddit rationẽ, quia scilicet damnũ famæ, & honoris est multò maius dãno pecuniario, *l. si de duabus, ff. de reg. iur.* & crudelis est, qui famã suã negligit, *capitulo si quis presbyter, de purga. canon.* & perdere honorem, & famam aliud non est, nisi quædã mors ciuilis, *l. pen. ff. de var. & extraord. cogni.* cũ aliis ibi per eũ allegatis. Igitur si inimicitia oritur capitalis ex lite, & causa magnæ quantitatis pecuniarũ, vel etiã ex spoliatione alicuius rei particularis, multò magis debet oriri ex spoliatione honoris, & famæ, quæ per verba iniuriosa inducitur, prout & idẽ vnanimes, & post alios quos allegãt, sẽserũt Alber. *de testibus, parte 1. capitulo 2. n. 10. vers. Idẽ esset,* Cãpeg. *de testibus, reg. 24. vers. 2. si spoliauerit aliquẽ,* Carrer. *in pract. cri. in 2. tracta. de indic. & tort. §. quartũ indiciũ, n. 11.* † Vbi ta- 41 mẽ loquitur in verbis iniuriosis atrocibus, Foller. *in pract. in verbo, recipiãtur defẽsiones, n. 2. in princip. folio mihi 274. à tergo, col. 2.* Gramma. *voto 6. n. 5.* Gig. *de crimin. læsæ maiest. li. 2. tit. quom. & per quos crim. læsæ maiest. prob. quæst. 2. n. 9.* Paul. Merẽ. *inter cõsilia criminalia diuers. cõs. 87. n. 7. lib. 2. & cõs. 88. n. 3. & seqq. eodem libro in folio,* vbi loquitur in eo, † qui alterum 42 mẽtitus est, Ant. Gomez. *var. resol. tomo 3. tit. de prob. delict. nu. 14. vers. Intellige tamẽ,* Rolan. *cõs. 24. n. 37. & seq. li. 1. & cõsilio 63. n. 30. in fine, & seq. 2.* & Pet. Ant. à Placha. *in epit. delict. capitulo 28. n. 19. vers. Ab eadẽ radice,* Mascar. *de prob. li. 2. concl. 898. n. 24. & n. 41.* † Vbi de eo, qui malam famam de altero 43 seminat, Ioseph. Lud. *inter suas commu. opin. conclu. 24. vers. 7. modo, & seq. folio mihi 64.* Bertaz. *cons. 38. n. 17. & cons. 170. n. 26. & cõs. 151. n. 17. & consil. 283. nu. 22. & cons. 446. nu. 1. & cons. 481. numer. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 42. n. 17.* Tiber.

17. Tiber.Dec.*in suis tract.cri.parte 1.libr.3.cap.25.n.52.*vbi ampliat,etiam in iniuria illata extra iudicium; *& n.* 53. vbi ampliat multò magis in iniuria illata per libellum famosũ, vel per pollutionem foribus cum stercore factam, vel cornuum affixionem, aut quid simile; *& n.* 54. vbi generaliter ampliat ad omnes casus cõprehensos *in l. item apud Laeonem,ff.de iniur.*& quocunque modo quis alterius infamiã detegat,propalet,vel ingerat Baiard.ad Clar. *in pract. quæst.* 24.*n.*31.vbi etiam allegat Hipp.Rim.*in consil.* 211.*n.*42.dicitque ex Iaſ.*in l.procuratore,C.de procur.in fine,* hoc esse notandum,quia prima facie quilibet diceret contrariũ.Ex quibus sine dubio apparet,hanc conclusionem esse*communiter à Doctoribus receptam:† licèt contrarium,quòd immò ex verbis iniuriosis non oriatur capitalis inimicitia,cõsulendo affirmauit Ioan.Turrius *inter consilia criminalia diuersorũ, cons.*81.*n.*36.*vers.& illa potest dici grauis inimicitia,lib.*2.

Cuius†tamen opinio poterit procedere in eo,qui iniuriã illatam ad animum non reuocat, prout in casu loquitur idẽ Turrius ibid.*n.*30.31.*& 36. in prin.*& prout sunt viles personæ, qui etsi iniuria afficiantur, non per hoc capitali odio insequuntur,vt bene adnotauit Masc. *d. concluſ.* 898.*n.* 25. his enim casibus oritur inimicitia, sed non capitalis. At extra hos casus semper capitalis oritur inimicitia: †& tamẽ in hoc multum etiam erit Iudicis arbitrio tribuẽdum,vt generaliter dicam *infrà, n.*86.*in vltima conclusione.*

NONA sit conclusio,quæ ex præcedenti cõclusione satis bene infertur,quòd ex minis ad mortẽ,& sic ex minis capitalibus,capitalis oritur inimicitia,sicut post Ioã de Anan.& alios *in c.cũ oporteat,extra de accuſ.*voluit Marſ. *in l.*1.*§. præterea,n.*55.*vers.Itẽ inimicus dicitur ille,& n.* 57. *ver.& subdit etiam idẽ esse in minante,*& est gl.*in l.licet,in verbo,capitalis,ff. de recept.arbit.*Alex.*cons.*14.*Tonderatis narratis,n.*4.*verſiculo,& apparet,lib.*3.Abb.*in capitulo repellantur, n.*4.*de accuſ.* Mandel.*consilio* 72.*n.*12.Blanch.*de indic.ad l.fina.ff. de quæſt.* *n.*105.Carrer.*in pract.crim. in tract. de indic.& tort.* §. *quantum indicium,post n.*14.*vers. Idem qui fuerit mortem minatus,* Gig.*de crim.læsæ maiest.lib.*2.*rubr. quom. & per quos crim. læsæ maiestat.probe.q.*2.*n.*8.Aufrer. *de reprob.test.n.* 56. *vers. Item si quis fuerit*, Lanfranc. *in tract. de test. ad capitulum quoniam contra,in verbo,testium depositiones,n.*50. *& ibi in addit. extra de prob.*Pet.à Placha *in epitom.delict.cap.*28. *n.* 19. *ver. Et ab eadem radice,*Rolan.*consilio* 63.*n.*32.*lib.*2.Mascar. *de probat. lib.*2.*conclusio.*898.*n.*14.*lib.*3.*concl.*1057.*n.*2.vbi quòd isto casu minante occiso oritur indicium contra eum,cui minæ illatæ fuerunt,Ioseph.Lud.*d.conclusio.*24.*versic. tertio modo,folio mihi* 63.*à tergo.* Bertaz. *consilio* 8.*n.* 45.*& cons.* 251.*n.* 15. Tiber.Dec.*in suis tractatibus crimin.parte* 1.*lib.*3.*c.*25.*n.*77.

AMPLIANDO hanc† 9.conclusionem,aduerte,quòd licèt Ioan.de Anan.*in d.capitulo oporteat,*Bald.'Salic. & alij relati per Aufrer.*vbi supra,d.n.*57.*eodem vers. Item si quis fuerit alicui mortem comminatus,*& per Gig.*d.quæstio.*2.*eodem n.*8.& per Masc.*d.concluſ.*898.*n.*15. prædictam nonam conclusionem,tunc demum procedere affirmauerint,dummodo minans sit solitus minas exequi,vel saltem potens ad illas exequendum,aliàs secus;ego tamen eam indistinctè procedere crederem, etiam quòd minans non esset solitus minas exequi:talis enim distinctio,an minans sit solitus,vel nõ solitus exequi minas,admittitur per Doctores, quãdo agitur de faciendo indicium contra minantem, si putà is,in quem quis minatus est,fuerit occisus:tunc enim non faciunt minæ indicium contra minantem, nisi is fuerit solitus minas exequi, vt latiùs dicam in sequenti quæstione in indicio minarum,at secus quando occisus est minans,quia satis est,quòd ex minis ortum est capitale odium in minas passo, & sic ad faciendum indicium contra eum, qui minas passus est, potiùs inspicienda est persona ipsius, quàm minantis, & ita pro nunc credo esse puram veritatem.

DECIMA sit conclusio,†quòd dicens se non diligere aliquẽ,putà Petrum,præsumitur illius inimicus, vt per Abb.*in l.si inimicitia,n.*2.*ff.de his,quibus vt indign.& in l.metũ,C.quod met.ca.* per tex.in c.inquisitionis, de accuſ. quẽ in proposito sic referendo sequitur Blanc.*de indic.ad l.fin ff.de quæst.n.*107. vbi propterea infert, quòd,si talia verba proferens occidat eum,quem se nõ diligere dixit,præsumitur ex proposito,& appensatè occidisse. Addo pro hac eadem conclusione,Au-

*frer.de probat.test.n.*49. Gig.*de cri.læsæ maiest.li.*2.*rub.quom.& per quos cri.læsæ maiest.probe.n.*30.Conrad.*in pra.§.de offi.Prætor.in cau.ciuil.rub.de testib.§.personas test.assumendo,n.*65.*prope finem,ver.Item,qui asserit se nõ diligere partem,fol.mihi* 101. *col.*2.Masc.*de prob.li.*2.*concl.*898.*n.*40.Tiber.Dec. *in suis tra. crim.li.*3.*capit.*25.*n.*78.*par.*1.& faciunt,quæ in simili de teste inimico *infrà, in ti.de oppos.contra testes,q.*53.*n.*30.

AMPLIA Hanc†10.conclusionẽ,vt multò magis procedat in eo,qui expressè dicit,& profitetur se esse alicuius inimicum,quòd per tale dictum inimicitia cõtra sic dicentem dicatur probata, post Alb.*in auth.Si testis,colum.*2.*C.de testi.* & per tex.*in d.c.inquisitionis,§.adhæc,ver.Aut etiam aduersus eos,extra de accuſa.*voluit Blanch.*de indi.vbi supr.n.*108.Paul. Meren.*inter consilia criminalia diuers.consilio* 88.*n.*43.*lib.*2. 50

AMPLIA II.Vt†& idem in eo,qui dicit se alteri nociturum,si posset,quòd ex hoc præsumatur eius inimicus, post glo.Bal.Ioan.de Anan.& Barbat. in locis per eum allegatis, voluit Marsi.*in l.*1.*§.præterea,n.*12.*ad finem,ff.de q.* vbi huius conclusionis hanc reddit rationem, quia scilicet inimicus dicitur non solùm ille,qui nocet, sed etiam qui noceret, si posset,licèt actu non noceat,sequitur Blanch. *de indi.n.*106. Fran.Curt.*in tra.de testib.concluſ.*52.*n.*101.Gig.*in tra.de crim. læsæ maiest.li.*2.*rubr.quom.& per quos cri.læsæ maiest.probe.q.*2. *n.*35.Mascard.*d.concl.*898.*n.*32.Tiber.Decian.*d.capitulo* 25. *n.*78.vbi alios adducit concordantes. 51

LIMITA Hanc† 10. conclusionem sic,vt suprà ampliatam, vt non præsumatur capitalis inimicitia ex eo simpliciter,quòd quis dicat se non diligere talem,se esse illius inimicum,vel ei se nociturum si posset, licèt bene per talia verba inimicus præsumatur:ita videtur de mẽte Marsilij *in d.§.præterea,d.n.*12.*ad finem,iuncto n.*56.*ver.Et aduertas.*† Sed si vltra hæc prolata hãc suam voluntatem quis ad aliquẽ actum produxerit, putà quia parauerit insidias vitæ illius, cuius dicebat se inimicum,& cui profitebatur se nociturum, si posset:& tunc sine dubio dicitur omnino capitalis inimicus,ad glos.*in §.inimiciitia,in verbo,capitales, Instit. de excusat. tutor.* quam in proposito allegat Mascar.*d.concl.*898.*n.*13. 52 53

VNDECIMA sit cõclusio,†quòd inimicitia præsumitur, quãdo quis non alloquitur,nec salutat,quem priùs alloqui, & salutare solitus erat, tex. est *in c. si inimicus*, 93. *distinct.* glos.*in c.cùm Adrianus,in verbo, Et ad salutandum,*73.*distin.* Card.Imo.Abb.& communiter*alij *in cap.cùm super, de offi. deleg.*Abb.Ioan.de Anan.Felin.& etiam alij *in capit.repellantur,extra de accuſat.* Alber. *in l.si inimicitiæ, ff. de his, quib.vt indign.*Marsi.*in l.*1.*§.præterea,n.*12.*ff.de quæst.*Blanch.*de indi. ad l.fina.ff.de quæst.n.*109.Aufrer.*de reprob.test.n.*56.*ver.Præsumitur autem odium,*Crot.*de testibus,par.*3.*n.*99.*in fine,* Gig. *de cri.læsæ maiest.lib.*2.*rubr.quom.& per quos cri.læsæ maiestat. probe.quæst.*2.*n.*34. Mascar. *de prob.lib.*2. *d. concl.*898. *n.*33. *& 34. & lib.*2.*concl.*115.*num.*17.Bertazzol.*cons.*424.*num.*4. Menoch. *de præsump. lib.*5.*præsump.* 42. *num.* 10. & Tiber. Dec.*in suis tra.crim.lib.*3.*cap.*25.*n.*76.*par.*1. vbi testatur de* communi. 54 *

AMPLIA Hanc†11.conclusionem,vt etiam præsumatur inimicus is,qui aliquem non osculatur in Ecclesia,dum datur pax,sicut post Abb.*in ca.cùm super Abbatia,de offic. deleg.* voluit Marsi. *in l.*1.*§.præterea,post n.*55.*ver. Item dicitur, seu præsumitur inimicus ille,ff.de q.* Blanc. *de indi.n.* 103. Masc. *d. concl.*898.*n.*42.Decian.*d.c.*25.*n.* 75. 55

LIMITA Hanc 11.cõclusionem sic,vt suprà ampliatam, vt ex non alloquutione, ex non salutatione, ex non deosculatione licèt præsumatur quis inimicus, non tamen præsumatur capitalis inimicus, vt per Marsi.*in dicto §.præterea, n.* 12.*& post n.*55.*iuncto n.*56.& per Masc.*d.concl.*898.*eod.num.* 42.*iuncto n.*25.*ver.verumtamen,&c.* 56

DVODECIMA sit conclusio,†vt inimicus meus sit non solùm is,qui immediatè mecũ causam inimicitiæ habet,sed etiam conuersans,& habitãs cum inimico meo,& propterea participes,adhærẽtes,sequaces,cõplices,cõfœderati,consultores,fautores,auxiliatores,amici,& familiares inimici mei, dicuntur etiam & ipsi mei inimici,sicut post alios,quos allegant antiquiores,affirmarũt Marsi.*in l.*1.*§.præterea,n.*12.*ver. Item dicitur inimicus ille,& n.*13.*n.*55.*ad finẽ,ver. Item dicitur inimicus meus,*Blan.*de indi.n.*163.*& seqq.vsque ad n.*170.†vbi optimè in proposito declarat,qui dicãtur participes,adhærẽtes, 57 58

tes,cõplices,& similes, *ibidem n.*171. ponit de eo qui iuuat inimicum meum,Campeg.*de test.reg.*24.*vers.*4.*dicitur*,Paul. Meren.*inter consilia criminalia diuersorũ, cons.*88.*n.*43.*lib.*2. Masc.*de prob.lib.*2.*concl.*898.*n.*28.*& n.*31.*& n.*35.Menoch. *de præsumpt.lib.*5.*præsumpt.*42.*n.*12.*& seqq.*Tiber.Dec.*in suis tract.crim.part.*1.*lib.*3.*c.*24.*n.*70.*& seqq.*& faciunt,quæ in simili in materia testis inimici dicam *infrà,in seq.tit. de oppos. cõt.testes,q.*53.*n.*36.vbi de teste amico inimici mei, *&* *n.*44. vbi de teste conuersante,& habitante cum inimico meo.

59 LIMITA Hanc† 12.conclusionem,vt procedat,dũmodo amicitia,familiaritas,cõuersatio,& habitatio sit stricta, magna & cõtinua,aliàs secus:*l.pen.*§.*in factũ.ff.nau.caupo stabular.*Marsil.*in libr.*1.§.*præterea,n.*12.*vers.Et intellige,ff. de quæst.* Blanch.*de indic.n.*170.vbi alios adducit concordantes, Aufrer.*de reprobat.test.n.*20.*vers.limita nisi*, Gig. *de crimin. læsa maiestat.lib.*2.*rubrica,Qui accusa.poss.quæst.*6.*n.*11.*ante finem,* dixi *infrà quæst.*53.*nu.*42.*&* 45. Men. *de præsump. præsumpt.* 42.*n.*15.*&* 16. vbi tamen in hoc multùm esse tribuendũ arbitrio Iudicis existimat,Masc.*de probat.libr.*2.*d.concluf.* 898.

60 29.*&* 30.†vbi ampliùs,quòd requiruntur habitatio & cõuersatio de præsenti,nec sufficit de præterito, & faciunt ad hanc limitationem,quæ in simili de teste inimico dicam *infrà,in titulo de oppositionibus cõtra testes,q.*53.*n.*32.& adde ad præmissa Dec.*d.c.*25.*n.*13.*vers.Quæ tamen omnia.iunct.n.*69.

61 LIMITA II. Vt † non per hoc amicus,familiaris, & habitans cum inimico meo dicatur meus inimicus capitalis: licèt bene dicatur inimicus ex iis,quæ posuit Marsil.*in dict.* §.*præterea,n.*56.& Masc.*d.concl.*898.*n.*28.*iuncto n.*15. *versic. Verumtamen,&c.*

62 DECIMATERTIA sit conclusio,†quòd inimicus meus dicitur etiã Iudex,qui contra me iudicauit,& sic ex sentẽtia prolata per Iudicẽ oritur inimicitia ex parte eius, cõtra quẽ fuit pronũciatum,vt per Blanc.*de indic.n.*144.*& seqq.* vbi tamen pro declaratione huius conclusionis considerat duo tẽ-

63 pora,& distinguit hoc modo.†Quod aut pendet iudiciũ,aut est iudicatũ. Primo casu, aut est causa ciuilis,aut criminalis: si ciuilis,tunc nulli dubiũ est,quòd nulla contrahitur inimicitia pendẽte iudicio,cũ Iudex debeat ipsas partes audire,& iustitiã æqua lance administrare,*vt in auth.de Iudic.per totũ, & in l.nemo,C.de sent.* & fauorẽ modò actori, & modò reo, secundùm sua tempora præstare,iuxta *l.fauorabiles ff.de reg. iur.& capitulo cum sint,eodem titulo,libr.*6.quòd si Iudex esset partibus suspectus ex inimicitia antea contracta,vel alia superuenienti causa,habent partes ipsę de iure ciuili remediũ, vt ei detur adiunctus,*iuxta l.apertissimi,& in Authen.Si verò contigerit,C.de iudic.* De iure autem canonico potest in totũ illũ recusarẽ,*ad capitulũ cùm speciali,de appellation.*& sic isto casu non potest dari occasio,vt inter Iudicẽ,& partes litigãtes oriatur inimicitia lite pendente super cõtrouersia ciuili.

64 Si verò causa est criminalis,† & tunc si Iudex procedat ad partis querelam,& accusationem, vel etiam ad fisci instantiam(licèt de fisco Blanchus in specie nõ loquatur)& idem est dicendum, quod in causa ciuili, cùm adsit persona,quæ causam promouet,nec potest inquisitus de Iudice conqueri,cùm non ex se,sed alio instante procedatur,sequitur Dec. *in suis tract.crim.parte* 1.*libr.*3.*cap.*23.*num.*60.

65 Si verò Iudex procedat ex mero officio,† fisco, aut parte non instante,quo casu dicitur mera inquisitio, ad glo. cũ ibi notat.per Doct.*in c.qualiter,& quando,il secondo,de accusa.*& tunc ex parte inquisiti oritur inimicitia cũ Iudice inquirẽte, vt voluit Dec.*in c.*1.*de iudic.in* 2.*notab.in* 2.*lectura*,ea motus ratione, quia Iudex procedendo contra me per inquisitionẽ dicitur meus aduersarius,cũ subrogetur loco accusatoris, & omnes exceptiones,quæ possunt opponi contra accusatorẽ, possunt etiam opponi contra Iudicem,vt per Bart.*in l.*2.§.*si publico,col.*4.*vers. Quæritur vtrùm.ff.de adulter.* & per Alex. *in cons.*54 *Viso themate,volu.*1.& qui in lite subrogatur,dicitur aduersarius meus,*ca.si hi,*& ibi Gemin. *vt lite pend.in* 6. *gloss.in l.si appellante,in verbo,Aduersarium,C.de appell.* quicquid in contrarium tenuerit Ripa *in d.ca.*1.cuius fundamẽtis respondet Blanch.*vbi suprà,num.* 147. faciunt tradita per Amad.*de syn.n.*190. vbi dixi,quòd illi, quos Officialis fecit carcerare,non sunt idonei,testes,imò repelluntur tanquam odiosi à testimonio contra illum Officialem, ex Bald.quem allegat *l.si ipsius, C. famil. erciscun.* Item facit quod scripsit Baiard. ad Clar.*in q.*24.*nu.*20.vbi ex Gramm.quem allegat *in consil.*46.dixit inter Iudicem & reũ contrahi inimicitiam non solùm ex tortura, sed etiã ex carceratione,iidem carcerati per Officialem contra ipsum examinati non possunt.

Dixi autem ex parte inquisiti,quia ex parte Iudicis inquirentis, si ad inquirendum mouetur ex debito sui Officij, & non ex aliquo odio particulari; item si iuris ordine seruato, & non extra ordinem, & rigorosè processerit, nunquam dicetur contracta inimicitia, vt bene exemplificat Decian. *dict.cap.*25.*num.*60. *vers.Ego tamen contrarium,lib.*3.*part.*1. *iuncto num.*61.*versic.puto tamen.*

In secundo casu, † quando scilicet Iudex iam iudicauit, 66 pariter distinguendum est inter causam ciuilem,& criminalem: si enim causa est ciuilis, & parua,& sic modici præiudicij, tunc inimicitia non oritur ex sententia lata contra vnum ex litigantibus,per ea,quæ dixi *suprà,num.*13.*& seqq.*

Quòd † si causa sit magni præiudicij,vtputà,quia agatur 67 de toto patrimonio, vel matrimonio, vel maiori parte bonorum litigantis, vel de causa magna spectãte ad honorem, vtputà, quando proponitur aliqua actio famosa: vel si de statu hominis, aut similibus causis, de quibus latè dixi *sup. num.* 10.*& seqq.* tunc non oritur inimicitia,si pars quæ reportauit sententiam contra, non appellauit, cùm posset, quia non appellando dicitur acquieuisse sententiæ, & sic cognouisse,quòd ius non habebat in causa,sicut post Blãch. voluit Decian,*d. cap.* 25.*num.* 61. vbi tamen secus, si non appellauit,quia à iure appellatio non dabatur.

At secus si appellauit, † quia per appellationẽ appellans 68 apertè demonstrat se grauatum à Iudice, & per appellationem ecntrà Iudici fit iniuria,cùm eius imperitia & iniquitas arguatur,etsi de iniuria agi non possit,glo. *in l. fin.in verbo,iniuriam,C.quando pronoca.non est necess.* ex hac causa potest Iudex,tãquam inimicus allegari suspectus, vt per Imo. & Dec.*in cap.ad hæc,de appellat.*& bene declarat Dec. *dict. cap.*25.*num.*61.*vers.Quòd si reus condemnatus appellauit.*

Si verò causa sit criminalis, † & sententia contineat pœ- 69 nam pecuniariam,tunc si pœna pecuniaria sit parua,inimicitia non contrahitur,secus si magna,vt in simili mox dicam de causa ciuili.

Et † multò magis orietur inimicitia,si sententia cõtineat 70 pœnam corporalem,vel capitalẽ; licèt enim Iudex,qui iure medio,& secundùm iustitiam aliquem condemnet,tamẽ in contrahenda inimicitia, non consideratur quod verũ & iustum est, sed id tantùm,quod potest animum ad odium,& iracundiam prouocare,licèt id cum præmio,& impunè fieri possit, vt est accusare,testificari, & aduocare, ad text. *in l.*1. & ibi Bart.*ff.de his,quib.vt indig.& in c.cùm P, extra de accus.* cum aliis allegatis per Blanch.*ibidem,n.* 149.*&* 150. Vbi † 71 quòd si condemnatus fuerit decapitatus vigore condemnationis,oritur etiam inimicitia ex parte propinquorum ipsius decapitati cum Iudice, qui illum ad mortem condemnauit. Et vide in proposito aliam distinctionem traditam per Decian.*dict.cap.*25.*dict.num.*61.*vers.Puto tamen.*

Sed † certè in omnibus prædictis causis nunquã credere 72 cum Iudice cõtrahi capitalem inimicitiam, quia quicquid facit,non ex odio priuato facit,sed propter necessitatẽ officij,quæ ipsum videtur excusare, vt in simili dixi *infrà,n.*75.

DECIMAQVARTA sit cõclusio,† quòd Aduocatus,seu 73 Procurator accusatoris in causa criminali dicitur accusati inimicus,& sic ex aduocatione oritur inimicitia,ad tex.*in l.* 1.§.*qui autem,* & §.*sed & constito,* & ibi glo. *in verb. Aduersario,ff.de calumniat.* vbi dicit Aduocatum,& Procuratorem esse aduersarium,ad quod etiam facit text. *in l.posl legatum,* §. *his verò, ff. de his, quibus vt indig.* per quæ iura hoc idem voluerunt Alber.*in suo dictionario,in verb.Aduersarius*,Luc. de Penna *in l.*1.*col.*2.*ver.Item Aduocatus,C. de his, qui defer.* l.10.Anch.*in c.cũ P,in* 3. *notab.*& ibi etiã Io.de Ana.*in verb. Quid autẽ si aliquis, extra de accus.* Dec. *in c.*1.*in* 2. *notab.* & ibid. Ant.de Butr. & Rip. *in* 2.*notab.* 3. *ampliat. extra de iud.* Blanc.*de ind.n.*138.*& seq.* Pau.Meren. *inter cõs. cri.diuer.cõs.* 87.*post n.*5.*& cõs.*88.*n.*38.*d.*2.*in fo.*cũ aliis adductis per Tib. Dec.*in suis tract.cri.par.*1.*l.*3.*c.*25,*n.*18.*&* 19. vbi respondet contrariis.Et est ratio,quia si,vt suprà dixi *n.*57.ex cõuersatione,cohabitatione,familiaritate cũ inimico meo cõtrahitur mecum capitalis inimicitia, n.ultò magis debet oriri

inimicitia

inimicitia contra eũ, qui in causa criminali contra me, & ad meam iniuriam procurando, & aduocando auxiliũ præstat, cùm non possit hæc facere, quin exprimat causam accusationis, declaret delicta, & pro illis instet me puniri, & apertè, & palàm mihi maledicat, infaustásque voces aduersùs me iactet, ex quibus propriè causatur inimicitia, ad text. *in l. si inimicitiæ, in verbo, si palàm, ff. de his, quibus vt indign.*

74 LIMITANDO Hanc † 14. conclusionem aduerte, quòd contra eã facere videtur text. *in l. qui cùm natu maior, §. pen. ff. de bonis liber.* quẽ text. in proposito allegauit Bart. *in l. 3. §. fin. n. 3. in fine ff. de adimen. lega.* dicẽs non contrahi inimicitiã ex eo, quòd quis auxilium præstiterit contra aliquẽ in causa
75 capitali, † ideo pro resolutione huius contrarij, vide bene respondentẽ Blanc. *de ind. ad l. fi. ff. de q. d. n. 138. & seqq. vsque ad n. 144.* vbi tandem disputata materia, concludit, nõ oriri inimicitiã cũ Aduocato, vel Procuratore nisi causa sit capitalis, & tamẽ etiã isto casu inimicitia, quæ inde oritur, licèt dici possit grauis, nõ tamẽ est reputãda capitalis, quia quicquid facit Aduocatus, nõ facit vti priuatus, nec tanquã inimicus, sed ex officij sui necessitate, quæ ipsum excusare debet.

Et tamen, nec etiam ex parte Aduocati contrahitur vllo pacto inimicitia, nisi aduocationem susceperit non lucri causa, sed gratis, & ex amicitia, vt per eundem Dec. *dict. cap. 25. num. 59. in fine.*

Et præmissis adde omnino Honded. *in cons. 107. n. 33. & seqq.* cum allegatis per eũ, ex quibus colligitur, quòd in lite ciuili nulla cũ Procuratore cõtrahitur inimicitia, in criminali verò cõtrahitur inimicitia cũ Procuratore, vel Aduocato, sed non capitalis, nisi contrariũ suadeatur ex loci consuetudine, quæ multùm attendẽda est ad inspiciendũ, an cũ aliquo contrahatur, vel non contrahatur inimicitia, secundùm Bald. *in l. tutor, §. si tutor, n. 1. ff. de suspect. tut.* & per Pau. Merẽd. *cons. crim. diuersor. 88. n. 8. lib. 1.* & ibi propterea testatur, quòd de consuetudine Vmbriæ, & totius Italiæ nulla contrahitur inimicitia cũ Procuratoribus & Aduocatis in causis ciuilibus, & ego addo quòd in ciuitate Bononiæ non contrahitur inimicitia cum Procuratoribus, nec etiã in causis criminalibus, quia in ea potiùs Procuratores etiã ad offensã patrocinia suscipiunt. Non sic esset in Vrbe, in qua nõ de facili reperiũtur Procuratores, seu Aduocati qui ad offensũ, & præsertim in causis capitalib. patrocinẽtur, & si aliquis reperiatur, prout sine dubio reperitur, nõ solũ efficitur inimicus inquisici, seu Aduocati, sed etiã abaliis extraneis odio habetur.

76 DECIMAQVINTA sit conclusio, † quòd ex testimonio prolato in causa criminali oritur inimicitia inter testẽ, & eũ contra quẽ testis deposuit, text. est *in c. cùm P.* ibi, *quia in testimonium illius causæ adductus fuerat*, & ibi hoc notat Abb.
* Ioan. de Anan. Felin. & * cõmuniter omnes, *extra de accusat.* Host. Ioan. Ant. de Butr. & etiã Abb. Ioan. de Anan. & Felin. *in capitulo meminimus, codẽ titulo*, Batt. *in l. post legatum, §. his verò, ff. de his, quib. vt indig.* Specu. *in titulo de teste, §. primo, in prin.* Alber. *in Auth. Si testis, colum. 2. verf. Itẽ, qui testificatus, C. de testib.* Et ibi etiam Bart. *n. 10.* Luc. de Penna *in l. 1. col. 2. C. de his, qui se defer. lib. 10.* Blanc. *de indic. ad l. fin. ff. de q. num. 152.* Marsil. *consilio 31. incip. Bonorum omnium, n. 17. verf. Item alia ratione*, Gram. *consilio 46. n. 4.* Gig. *de crim. læsæ maiestat. lib. 2. rubr. quom. & per quos crim. læsæ maiestat. probe. quæstio. 2. nu. 12.* Aym. *consil. 36. n. 3.* Campeg. *de testibus, reg. 24. verf. 5. Quando quis*, Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. casu 487. n. 5.* Masca. *de probat. lib. 2. concl. 898. n. 17.* Et faciunt, quæ in simili de teste inimico dicã *infrà, in titulo de oppos. contra testes, q. 53. nu. 47.*

77 LIMITANDO Hanc † 5. conclusionem aduerte, quòd ex parte eius, contra quẽ testis examinatur, indistinctè oritur inimicitia, etiam quòd testis coactus deponat, vt post Bart. Abb. & alios quos allegat, adnotauit Blanc. *de indic. ad l. final. ff. de quæst. n. 155.* sed ex parte testis non dicitur is, nec etiam præsumitur inimicus illius contra quẽ deposuit, nisi
* sponte ad se examinandum obtulerit, & dicunt * omnes, prout testatur Blanch. *vbi suprà, n. 154. iuncto d. num. 152.* & in teste sponte deponẽte bene loquitur Decian. *in tract. crim. lib. 3. capitulo 25. n. 62. & 63. parte 1.* vbi etiam quãdo testis dicatur sponte deponere (de quo & alibi infrà latiùs dicam) *& num. 61.* vbi vno modo declarat hanc limitationem.

78 DECIMASEXTA sit conclusio, † quòd ex inobediẽtia præsumitur inimicitia. Non obediẽs enim superiori, nec eius statuta seruãs præsumitur eius inimicus, ad gloss. *in capitulo, si diaconus, in verbo, Et inimicos, 50. distinct.* per text. *in capit. quoniam vetus, 24. quæst.* & istam gloss. sequutus est in proposito Luc. de Penna *in l. 1. C. de his, qui se defer. li. 10. & in l. quemadmodum, verf. 73. C. de agricol. & censit. li. 11.* Alber. *in Auth. si testis, colum. 1. C. de testib.* Blanch. *de indi. n. 102.* Alber. de Malet. *in tra. de testibus, par. 1. cap. 2. n. 11.* Campeg. *de testibus, reg. 24. ver. Tertiò si subaitus*, Mascard. *de proba. lib. 2. concl. 898. n. 43. iuncto n. 25. ver. Verumtamen*, vbi tamen † 79 quòd isto casu non oritur capitalis inimicitia, Decian. *in suis tra. cri. parte 1. lib. 3. c. 25. n. 80.*

DECIMASEPTIMA sit cõclusio, † quòd ex diuortio oritur inimicitia: ideò si inter maritũ & vxorem sequutũ fuerit diuortium, ex hoc inter eos oriuntur inimicitiæ, tex. est *in l. Cicero, in 2. respon. ibi, nec iam inimico marito. ff. de pœnis*, per quẽ tex. ita affirmauit Luc. de Penna *in l. 1. col. 2. C. de his, qui sibi defer. li. 10.* sequitur Blãc. *de indi. n. 101.* Dec. *d. c. 25. n. 79.* 80

DECIMAOCTAVA sit conclusio, † quòd ex expulsione de domo oritur inimicitia, ideo si ego de domo mea expuli Titium famulum meum, seu alium, is sic expulsus præsumitur meus inimicus, Bal. per illum tex. *in l. Lucius Titius testamentum, §. Lucius Titius damna. ff. de lega. 2.* Alex. *in l. testibus*, quos in proposito sic referendo sequitur Marsi. *in l. 1. §. præterea, n. 55. ver. Item inimicos Titij, ff. de q.* Blanc. *de indi. num. 100.* Bertaz. *consilio 283. n. 10. li. 2.* Mascar. *de probat. li. 2. cons. 898. n. 38.* qui omnes propterea inferunt, quòd expulsus de domo alicuius, tanquam præsumptus inimicus non potest testificari contra expellentem: de quo tamen in specie videbimus *infrà, in tit. de oppos. cont. test. q. 55. n. 144.* 81

Sed † certè hæc nõ potest dici capitalis inimicitia regulariter, vt per Marsi. *in d. §. præterea, n. 56.* & per Mascar. *d. concl. 898. eodem n. 38. iuncto num. 15. ver. Verumtamen*, præterquam quando expulsio de domo esset facta per vim, & cum armis, vt pluribus comprobat Dec. *d. c. 25. n. 41.* 82

DECIMANONA sit conclusio, † quòd ex retentione vxoris alienæ contrahitur inter virum & retinentẽ capitalis inimicitia, ad tex. *in c. accedens, il secundo*, & ibi hoc expressè notat Bal. & ibidem etiã Abb. Ioan. de Anan. & Soc. *extra vt li. conteſta.* Marsi. *in l. 1. §. præterea, n. 56. ver. 1. dico, ff. de quæst.* Blanc. *de indi. ad l. fina. ff. de q. n. 89.* Aufrer. *in tra. de proba. test. n. 56. ver. Idem si probatur aliquem retinere*, Gig. *de cri. læsæ maiestat. li. 2. rubr. quom. & per quos cri. læsæ maiesti. probe. q. 2. n. 15. iuncto n. 17.* Mascar. *de proba. li. 2. concl. 898. n. 20. & n. 21.* † Vbi etiam idem de eo qui retinet non vxorem, sed 84 sororem, seu aliam coniunctam, Bertaz. *consil. 248. n. 10. lib. 2.* † Vbi etiam de eo, qui adulterium commisit cum vxore 85 alicuius, licèt illam nõ retineat, Ioseph. Ludou. *in suis comm. opin. concl. 24. ver. Quinto modo, & seq. fol. 64.* Dec. *in suis tra. criminal. par. 1. li. 3. cap. 25. n. 55. in fine.* 83

VIGESIMA & vltima sit conclusio, † quòd extra prædicta casus, qui à iure sunt cõprobati, & à Doctoribus * cõ * muniter recepti multum Iudicis arbitrio tribuitur, an, & quando quis dicatur inimicus, & quando etiã inimicitia reputetur capitalis, vel non, & isto casu Iudex suum arbitrium regulabit, iuxta facti, & personarum qualitates, ac circumstãtias, vt per gloss. & Ioan. Andr. ac cõmuniter * Doctores, * *in capitu. cùm oporteat, de accusat.* Roma. *in rubrica de arbit. in 16. quæst.* Fel. *in capitu. repellantur, n. 3. de accus.* Campeg. *de testibus, regul. 23. in 4. Fallev.* Marsi. *in l. 1. §. præterea, n. 55. ad fin. ff. de quæst.* Carrer. *in pra. in 2. tra. de indi. & tor. §. quarum indicium, n. 14.* Gram. *decisio 34. n. 18.* Nell. *in tra. de testibus, nu. 4.* Aufrer. *de reprobat. test. n. 56. ver. Itẽ verum si inimicitia sit grauis.* Nep. de Monte Albano *in tract. de testib. n. 37.* Alber. de Malet. *in simili tra. de testibus, sub n. 4. & post n. 7.* vbi testatur de cõmuni * opinione, Gig. *de cri. læsæ maiestat. li. 2. rubr. quo* * *modo, & per quos cri. læsæ maiest. prob. q. 2. n. 12.* Conrad. *in pra. de off. prætor. in cauſ. ciuil. rub. de testib. §. personas testium assumẽdo, n. 65. post medium, verſi. Aut qualitatem inimicitiæ arbitrariam, fol. mihi 101. col. 1.* Ant. Gomez. *var. resolu. to. 3. c. 12. rub. de prob. delict. n. 14. ante medium, ver. Intellige tamẽ*, vbi testatur de cõmuni, * *& in rubrica de tor. reorũ, capit. 13. n. 11. post* * *med. ver. ego tamen distinguo*, Clar. *in pra. §. fina. quæst. 24. sub ver. Item quæro*, vbi etiã de communi, * ex Felin. & Marsil. in * locis præcitatis, de qua etiam testatur Emanuel Soarez *in sua collecta commun. opinio. litera I, numer. 66.* Bonacos. *in* 86

cõmun.opin.crim.part.1.fol. 91.in princip. vers. Inimicitia sola, Bertazz.*consilio* 251.*n.*14.*&* 15.Menoch.*de arbit.quæst.lib.*2.*casu* 110.*n.*2.Mascar.*de probat.libro* 2.*concluſ.* 857.*nu.* 56.*& concluſ.*898.*num.*14.Ioseph.Ludou.*d.concluſio.* 24.*vers. Sed quoniam,*Menoch.*de præsumpt.li.*5.*præsumpt.*42.*nu.*3.Ludo. Peguer.*deciſio.crim.*17.*nu.*9.Tiber. Dec. *in ſuis tracta.crimin. part.*1.*lib.*3.*cap.*25.*nu.*36. Baiard.ad Clar. *q.* 24.*num.*35.

87 Et aduerte,† quòd præfati Doctores potiſſimùm loquuntur, quoad repellendum teſtẽ à teſtimonio,& nihilominus quoad faciendum indiciũ ad torturam, idem iuris eſſe, vt Iudicis arbitrio remittatur,quando quis dicatur inimicus,& quando capitalis,nullam credo poſſe diuerſitatem rationis afferri,& in ſpecie de tortura loquuti ſunt. Carrer. Anton. Gomez,Soarez,& Bonac.in locis præcitatis. His præmiſſis,

88 REG VLA in † propoſita quæſtione formari poteſt affirmatiua, quòd ſcilicet inimicitia faciat aduersùs inimicum non modicam præſumptionem:cùm enim inimicus de inimico ſemper malum cogitet,idcirco lex de eodem inimico omne malum præſumit,*ad l.inimicitia,ff.de his,quibus vt indign.l.*1.*§.præterea,ff.de quæſt. l.*3.*§.non ſolùm ff. de adim.lega. cap.repellantur,& cap.cùm oporteat,de accuſat.*cũ aliis iũ propoſito adductis per Paridem de Put.*in tractatu de ſyndic. in verbo tortura,*il terzo,*cap.*3.*incip. Mãdauit text.n.*16.*folio mihi* 342.Guido de Suzzar.*in tract.de indic. & tortu.n.*32.*verſi. Item intereſt quærere,*& ibidẽ Ludou. Bolognin. *in addi. poſt n.*38.Brun.*de indic.parte* 1.*q.*3.*n.*39.*verſi. Ad hoc facit,* Blanc. *ad l.fin.ff.de quæſtio.nu.*90.Carrer.*in pract.crim.in* 2. *tract. de indic.& tort.§.quartũ indicium,nu.*1.*in fine,vers. Cùm multùm præſumatur,* Ioan.Turr.*inter conſilia criminalia diuerſorũ,conſilio* 81.*n.*4.*li.*2.*in folio,*Plot.*de in lit.iuran.§.*54.*nu.* 3. Rolan. * *cõſ.*14.*n.*21.*vol.*4.& alibi paſſim,& communiter* Doctores.

89 Et† hæc præſumptio ex inimicitia reſultans facit ſufficiẽs indiciũ ad torturã,ſecundùm Bart.*in l.*1.*§.cùm quis, ff. de q. & in l.finali,colum.pen.vers. poſſumus etiã ponere caſum,*Spec. *in titulo de præſumpt.§.*1.*vers.Sed pone,n.*7. *&* 8. & ibi Ioan. And.*in addit.*qui dicunt,quòd ſi vnus reperitur interfectus, & habeat aliquem inimicũ,poteſt capi ille inimicus,& torqueri,quia ſola inimicitia facit indicium ad torturã, quod & idem ſic referendo præfatos Doctores voluerũt, Ludou. Bolognin.*in addit.ad Guid.de Suzzar.in tract.ad indic.poſt n.* 38.Rom.*in l.*1.*§.ſi quis in villa,in* 1.*not.ab.ff.ad Syllan.* Ang.*in l.fin.colu.*1.*vers.Poſſunt,C.de quæſt.*Felin.*in cap.afferre,col. final. n.*12.*præſump* Calcan.*conſ.*61.*colum.*3.*vers.Secũda ratione,& cõſil.*95.*Chriſti Saluatoris noſtri,colum.*3.*verſic. Alio etiam ex capite,* Ang.*de malefic.in verbo, Quòd fama publica præcedẽte, n.*50.Brun.*de indic.par.*1.*q.*3.*n.*29.Carrer.*in pract. in* 1.*tract. de indic.& tort.§.quartum indicium,nu.*1.Marſil. *in l.*2.*§.præterea,n.*5.*ff.de quæſtio.*Gramma.*voto* 15.*nu.*2.*& deci.* 33.*nu.* 8.Man. *conſil.*52.*colu.*2.*& conſ.*67.*colum.*5. Grat.*conſil.* 136. *nu.*24.*lib.*24.*lib.*1.Dec. *conſil.*64.*nu.*6.*verſ.inimicus enim, & cõſil.*189.*n.*15.Ioan.de Amic.*cõſ.*51.*n.*7. Plot.*de in l.iuran.§.* 54.*nu.*3.Anton.Gomez.*var.reſol.tomo* 3.*cap.*14.*rub.de tortura reorum,num.*11.*verſic. Ego tamen diſtinguo,* vbi teſtatur de * communi*opinione,& loquitur in inimicitia graui, & maxima,Maſcar.*de proba.lib.*2.*cõcl.*901.*n.*1.relati per Honded. *conſ.*107.*n.*2.& licèt non ignorẽ contra hanc concluſionem plures alios ſenſiſſe Doctores, volentes ſolã inimicitiã non facere indiciũ ſufficiens ad torturam,quos referam,*infrà,in* 2.*limitatione huius regulæ:*non per hoc tamen ab ea pro nunc recedas, quia in ſe veriſſima eſt,declarata tamen *vt in dicta* 2.*limitatione,*ſecundùm quam poſſunt cõtraria concordari.

90 AMPLIA I.Hanc regulam,† etiam quòd inimicitia præceſſerit culpa,& facto offẽſi,ſicut poſt Luc.de Penna,Io. de Amic.& alios quos allegat,bene cõprobat Car.*in pract.crim. in* 2.*tract.de indic.& tort.§.quartum indiciũ,n.* 15.*verſ.In hoc tamen contrariũ,* vbi loquitur ſiue procedatur per viã inquiſitionis,ſiue etiã per viã accuſationis, ea potiſſimũ ratione motus,quia ſi vellemus tenere, quòd inimicitia nõ faceret indiciũ,quãdo proceſſit culpa offenſi, ſequeretur quòd ferè nunquam inimicitia faceret indicium,cùm à cõmuniter accidẽtibus nemo aliũ offendat,niſi in caſu,in quo inimicitia oritur culpa,& facto offenſi:immò potiùs potuiſſet dubitari,quãdo inimicitia proceſſiſſet culpa offendẽtis,cùm nõ ſit veriſimile,quòd iterũ offendat is,qui ſemel offẽdit, & tamẽ etiam eo caſu facit indicium,vt mox dicam in ſequenti ampliatione:ergo multò magis,quando præceſſit culpa offenſi, quia putà is primò offendiſſet. Addo ad comprobationem ampliationis ea,quæ in ſimili dicã *infra,in titu.de oppoſ.cont. teſt.in materia teſtis inimicitia,quæſtio...num.*18.Iaſ.*in l.ſi filiam tuam,num.*2.*C.de inoffic.teſtam.& in l.hæreditas,num.*3.*verſic. Secũdo limita,C.de his,quibus vt indign.& in l.ſi filiusfamilias. num.*1.*C.de inoffic. teſtam.*Alexand.*conſil.*99.*n.*3.*lib.*1.Marſili. *in l.*1.*§.cùm quis latrones, n.*6.*& ſeqq.ff.de quæſt.* vbi latè de materia,Pau. Meren.*inter conſilia criminalia diuerſorũ, conſi.* 88.*n.*44.*lib.*2.*in folio,*Menoch.*de præſumpt.lib.*1.*q.*89.*n.*53.*& ſeqq.*& iſta opinio ſicut ſine dubio eſt verior,& rationabilior, eo quia iſto caſu non eſt conſiderãda cauſa,vnde ipſa inimicitia prouenit,ſed ipſius inimicitiæ effectus:ita etiam eſt receptior,* prout teſtatur Menoc.*d.n.*53.† Licèt Gram. & alij * relati per Carrer.*vbi ſuprà,d.n.*16.*in prin.*& per Menoc.*d.n.* 91
53.*in fine,*& Oſaſc.*deciſ. Pedem.*79.*n.*23. contrariũ dixerint.

AMPLIA II. Eamdem regulam,vt procedat,etiam quòd 92
offendens priùs alia vice offenderit: nam adhuc inimicitia orta ex antiqua offenſa eius qui inculpatur de noua offenſione,facit contra inculpatum indicium,ſicuti apertè tenuit Carrer.*in pract.in* 2.*tracta. de indic.& tort.§. quartũ indicium, numer.*7.*& num.*15.*verſ. Immò potiùs, & in §.decimumquartum indicium,n.*4.*&* 5. ſed in hoc iudicio meo multùm verſabitur Iudicis arbitrium, conſiderando qualitatem perſonæ, an ſcilicet ſit talis, vt veriſimile ſit, quòd offenderit, etiam quòd priùs alia vice offenderit:generaliter enim (niſi perſonæ qualitas contrarium ſuadeat) diſtat à veriſimili, vt qui ſemel offendit,velit ampliùs offendere. 93

AMPLIA III.Vt † inimicitia faciat indiciũ etiã cõtra eũ, 94
qui cauſas inimicitię habet,licet palã ſe inimicũ nõ profiteatur,vt per Carrer.*in pract.in* 2.*trac.de indic.&tor.§.quartũ indiciũ,n.*14.*in fin.* †Et eſt ratio,quia inimici dicuntur non ſolũ 95
illi,qui odiũ in mente habent,ſed etiã qui inimicitiæ cauſam habẽt,vel habere præſumũtur,etiã ſine mẽtis odio,ſecũdùm Inn.*in c.cũ I,& A,de re iudic.in fi.*quẽ refert,& ſequitur Rõ. *ſing.*319.Fel.*in c.quoties.ver. Nota quartò,extra de teſt.*Burſ.*cõſ.* 61.*n.*31.*vol.*1.quos pariter refert & ſequitur Brun.à Sole,*in ſuo cõſ.cri.n.*22.&dicã in ſimili,*inf.in ſeq.ti.de opp.cõt.teſt.q...n.*21.

LIMITA Hanc † 3. ampliationem,vt procedat, dũmodo 96
cauſæ inimicitiæ ſint cognitæ offendẽti,tunc enim facit cõtra ipſum inimicitia,indicium,etiã quòd publicè non appareat inimicus, ſecus ſi ipſi offendenti ſint incognitæ, vt per Gramma.*voto* 6.*& ſub n.*10.Simon de Præt. *conſil.*15.*n.* 58. Bertaz.*conſil.*215.*num.*10.*volum.*1.vbi quòd inter ignorãtes offenſam,& cauſam inimicitiæ impoſſibile eſt inimicitiam oriri,vt per Cyn.*in l.ſideicommiſſum,*& ibi etiam Alber.*C.de fideicommiſſ.*& in dubio potiùs præſumitur ignorantia,quàm ſcientia,Aym.*conſi.*205.*n.*10.cũ aliis ibi per Bert.allegatis.

AMPLIA IV.Vt † inimicitia non ſolùm faciat indicium, 97
quando non conſtat verè de occiſore, vt ſcilicet homicidiũ præſumatur cõmiſſum ab inimico, vt ſuprà dictũ eſt in regula,etiam ſi conſtat, quòd inimicus occiderit, præſumitur contra eũ,quòd deliberatè,& ex propoſito occiderit, & talis præſũptio oritur ex inimicitia,niſi aliũde appareat, quòd rixa ex improuiſo fuerit ſequuta,ſicuti poſt Alber.quẽ allegat *in l.ſi amici domum, ff. de adulter.& in tractatu ſtat. parte* 3.*q.*64.affirmauit ex profeſſo,Blãc.*de indic.ad l.ſina.ff.de q.n.* 89.*&* 90.Mantua *conſilio* 325.*n.*6.*libro* 1. Paul.Meren. *inter conſi.criminalia diuerſorũ,conſil.*90.11.*lib.*2. Menoc.*de arbit. quæſt.lib.*2.*caſu* 361.*num.*12.Bertaz.*conſil.* 208. *n.* 13. *lib.* 1. Maſcar.*de probat.lib.*1.*concl.*98.*n.*1.*& ſequentibus.*†iſta am- 98
pliatio eſt cõmunis,* quicquid in cõtrariũ ſenſiſſe videatur * Alba.*conſ.*46.*n.*12.ſicut illum refert Maſcar. *d.concl.*98.*n.*4.

AMPLIA rurſus † præcedentem ampliationem, vt pro- 99
cedat,etiam quòd inimicitia non ſit capitalis:licèt enim vbi non conſtat,quòd inimicus occiderit, non faciat inimicitia contra eum indicium,niſi ſit capitalis, vt infrà dicam *in ſequenti* 1.*limitatione,* vbi tamen conſtat, quòd homicidiũ fuit commiſſum ab inimico,etiam non capitali,non eſt dubitandum,an deliberatè occiderit,nẽcne,quia ex effectu demonſtratur,quòd habebat odium capitale,& ſi forſan cauſa inimicitiæ non erat capitalis, ſic nempè affirmauit Blanc. *vbi ſuprà,n.*90.*verſic.intelligo prædicta,*quem refert Pau. Meren. *inter conſ.* 90. *n.*11. *lib.*2.*inter conſilia criminalia diuerſorum.*

Sed contra Blanc.videtur communis opinio * recentiorũ, 100
*
ſicut

sicut post Anch.*in cons.*206.*Nos Bartholomæus,col.*1.affirmarunt Mantua *cons.* 151.*n.*13.*& cons.*173.*n.*14.*lib.*2.Pancil. *cons.*151.*n.*3.*&* 4.Dec. *cons.*67.*n.*9.*&* 10.*lib.*3. quos in proposito referendo sequitur Bertazz. *in cons.* 85.*n.*17.*& seqq.* vbi etiam allegat Franc. Cason. *de indic.& tort.trac.*1.*c.Pro reo.*volentem quòd sicut magna causa arguit animum occidendi,ita econtra leuis causa arguit animum non occidendi.Et in hac cõtraria opinione videtur etiam residere Masc. *d.concl.*98.*n.*5. vbi etiam in idem allegat Mantuam *d. cons.* 325.*n.*8.*lib.*1.& faciunt,quæ mox dicam *in seq.limitatione.*

101 LIMITA I.Propositam regulam,† vt tunc demũ inimicitia faciat indiciũ ad torturam,si grauis & capitalis sit, secus si leuis & non capitalis,vt per Ang.*de malefic.in verbo, Quòd fama publica præcedente,sub n.*50.Blanc. *de indic.ad l.fin.ff.de quæst.n.*175.vbi quòd omnes indifferenter ita tenent, Marsi. *in prac.*§.*diligenter,n.*69. Carr. *in prac.in* 2. *tract.de indic. & tort.*§.*quartũ indiciũ,n.*2.3.*& n.*4.*in fine,vers.Et talis inimicitia,*Gramm.*decis.*28.*n.*5.*& voto* 34.*n.*5.*& cons.*44.*n.*9. Plot. *de in li.iuran.*§.54.*n.*5.*in fine,vers.Fallit secũdo,*vbi testatur de
* cõmuni * ex Blancho *in loco præcitato,*prout etiam testantur Nouell.*in pract.folio* 60.*n.*3.prout illũ refert Clar. *in prac.*§. *fin.q.*21.*vers.Inimicitia vrgens,in primo,*Io.Bap. Villalo.*in sua collecta commu.opin.litera I,n.* 175. Eman. Soarez *in suo thesauro recept. opi.eadẽ litera I,n.*65. Bonac.*in commu.opi. crim. parte* 1.*vers.Inimicitia sola,ad mediũ,& præsertim quãdo, &c.* Ioa. Turrius *inter consilia criminalia diuersorũ , cons.* 81.*n.*32. *lib.*2.*& inter eadẽ consilia,*Paul.Merẽda *cons.*89.*n.*5.*eodem lib.* 2.Vulp.*cons.*5.*n.*2.*&* 3.Franc.Marc.*dec.*423.*n.*27.*par.*1.Menoch.*de præsum.libro* 1.*quæst.*89.*n.*51.*in fine , & n.*52.Bursat.
* *cons.*20.*n.*18.*libro* 1.vbi etiam de cõmuni,*Masc.*de prob.lib.* 2.*concl.*901.*n.*3.*& seqq.*Lud.Peguer. *decis.crim.*17.*n.*8.*vers. Ex quibus igitur.* Et faciunt, quæ in simili de teste inimico dicam *infrà,in sequen.tit.de oppos.cont.test.quæst.*53.*n.*52.& generaliter *hoc eodem tit.q.*52.*n.*152.& pluribus exornat,Honded.*cons.*107.*n.*32.*iuncto n.*38.*& sequentibus,*vbi plures alios refert concordantes volẽtes quòd non quælibet indignatio, seu quodlibet odium faciat indicium ad torturam, sed illud tantùm,quod ex vrgentissimis causis prouenerit.

102 LIMITA II.Vt † licèt Doctores relati suprà in regula,*n.* 89.apertè voluerint solam inimicitiã facere indiciũ ad tor-
* turam,verior tamen,& cõmunior*est opinio eorum,qui regulam prædictam declarando voluerunt, tale indicium ex inimicitia non oriri,nisi concurrente aliquo alio indicio,vel coniectura,& sic nisi fuerit adminiculata,vt videre est post alios quos allegat apud Aug.ad Ang.*de malef.in verbo, Quòd fama publica præced.eodem n.*50. & hoc , quia inimicitia est indicium remotum,& propterea vnicum,& de se solum nõ satis est ad torquendum reum,& propterea Aug. ibi subdit, quòd si Iudex esset,nunquã aliquem poneret ad torturã, ex solo indicio inimicitiæ, nisi aliqua alia cõcurrerẽt indicia ex Bartolo,Imola & Iacobo de Beluiso *in locis per eum allegatis,* quod & idẽ affirmarunt Marsi.*in pract.*§.*diligenter,n.*70.*vers. mihi autẽ nunquam placuit,& seqq.& in li.*1.§.*præterea, n.* 59. *& seqq.*Carrer.*in pract.in* 2.*tract.de indic.& tort.*§. *quartũ indicium,n.*4.vbi testatur de cõmuni*opinione, Blanch. *de indic.ad l.fi.ff.de quæst.n.*177. Gramm. *cons.*3. *n.*5. *iuncto n.* 16. vbi quòd ita cõmuniter tenetur,*& voto* 30.*n.*20.*& voto* 34. *n.*7.Cyril.*in sum.crimin.rub.de quæst.*§.8.*n.*1.*vers.quibus ego nõ accedo,*Plot.*de in lit.iurã.*§.54.*n.*3.*vers.Sed licèt sola,*vbi testa-
* tur de magis communi*opinione,Fran.Mar. *dec.*423.*n.* 27. Bossi.*de ind.n.*47.vbi quòd ita practicatur,Clar.*in prac.*§.*fi.q.* 21.*vers.Inimicitia vrgens,ante mediũ,*Galeat.Maluat.*inter cõsilia criminalia diuersorũ.cons.*110.*n.*26.*lib.*1.*in folio,*vbi etiã
* testatur de magis cõmuni opinione,de qua etiã testãtur Io. Turrius *inter eadẽ cons.consilio* 81.*n.*32.*vers. quæ tamẽ opinio, & n.*33.*li.*2.Eman.Soarez *in suo thesauro recept.opin. litera I, n.*67.Bonac.*in cõm.op.cri.parte* 1.*vers.Inimicitia sola,folio mihi* 90.*in fine,*Gabr.*lib.*7.*criminal. concl.*18.*n.*2.Ant.Gom. *variarũ resol.tomo* 3.*capitulo* 10.*rubrica de tortura reorum, n.*11. Vulpel.*cons.*5.*n.*4.*& consilio* 39.*n.*7.Bursat.*consilio* 20. *n.* 17. Hipol. Rimin. *cons.*302.*n.*9.*libro* 3. Burs. *cons.* 20.*n.*18.*li.*1.
* vbi de magis communi,*Masc.*de prob.libr.*2.*concluf.*901.*n.* 6.*& sequenti,* Menoch. *de præsump.libr.*1.*q.*89. *num.*51. vbi non solùm de recepta,sed etiã de seruata opinione testatur, sicut etiã testatur Marc.Anton.Eugen. Petusin. *consil.* 27.*n.*

19.*lib.*1.Lud. Peguer.*d.decis.cr.*17.*n.*8.*per totum in discursu.* Hond.*cons.*107.*n.*43.vbi aliis relatis testatur de magis communi,& magis recepta opinione,ac etiam æquiore,& ab ea in practica , & in iudicando non recedendum.

Adminicula†autem, quibus fulcitur inimicitiæ indiciũ, 103 vt sufficiat ad torquendum reum, explicantur nonnulla per Ant.Gomez.& per Men.*in locis nuper allegatis,* & per Plot. *vbi suprà,num.* 3.*versic. Et idem* , vbi loquitur de inimicitia iuncta cum consuetudine delinquendi & per Iustin.Bonde. *inter consilia criminalia diuersorum,cons.*54. *nu.*25.29.*& sequ. lib.* 2. *in folio,*vbi etiam loquitur de inimicitia famæ, de quo particulariter dixi suprà in indicio famæ , & de inimicitia iuncta cum minis loquuti sunt etiam Plot.Gomez.& Men. *in locis præcitatis.*

Et † isto casu debilia sufficere indicia ad coadiuuandum 104 principale indicium inimicitiæ,voluit Boss.*de indic.d.n.*47. *ad finem,*quem refert & sequitur Hipp. Rimin. *cons.* 302. *n.* 9.*libr.* 3.

SVBLIMITA I.Hanc † 2.limitationem,vt licèt sola ini- 105 micitia non sufficiat ad torquendum , bene tamen sufficit ad inquirendum,etiam nullo alio adminiculo concurrente, vt per Plo.*de in lit.iur.in d.*§.53. *ver.Sed licèt sola inimicitia,* Clar.*d.q.*21.*vers.Inimicitia vrgens,ibi, Aut quæritur an inimicitia,&c. & infrà in fine vers.*ibi, *Bene verum est , &c.* vbi loquitur nedum ad inquirendum,hoc est,ad assumendum informationes super delicto,quod per omnes Doctores indifferẽter affirmari testatur , sed etiam secundùm eum ad formandam,& transmittendam inquisitionem,si inimicitia capitalis sit,Men.*de præsumpt.lib.* 1.*q.*88. *num.*18. *&* 21. Lud. Peguer.*decis.crimin.* 7. *numer. octauo,versicul. Et dic, quòd si sola est.*

Sed†contra Clari ampliationem,videlicet quoad inqui- 106 rendum specialiter,& quoad formandam,ac transmittendã inquisitionem,vide Boss.*de ind.d.n.*47.*in fine,*vbi expressè dicit,quòd si esset Iudex,nunquam formaret inquisitionẽ contra eum,contra quẽ non vrgeret , nisi nuda inimicitiæ præsumptio:sed bene procederet ad capturam personæ , & ita credo verius, poteritque ex sola inimicitia Iudex decernere capturam , & si capiendus reus aufugiat , nec permittat se capi,tũc tutiùs poterit formare, & trãsmittere inquisitionẽ, quia non erit sola inimicitia , sed iũcta cũ fuga. Immò solã inimicitiam,quãuis capitalem, non facere indicium ad inquirendũ simpliciter,dixit Hond.*cons.*107. *n.* 42. ex Gram. Marsi.& Bursat.in locis per eum relatis,ac etiam ex Clar. *in d.q.*21.*vers.inimicitia.*affirmante ita omnes tenere,sed certè Clar.vt suprà eum retuli , contrarium affirmat.

SVBLIMITA II.Dictam† 2.limitationem in delictis oc- 107 cultis, & difficilis probationis , in quibus si nullus alius appareat de delicto suspectus,poterit reus ex sola inimicitia,si capitalis sit , aliqualiter torqueri , & quandoque apud eum fuisse seruatum,testatur Clar.*q.*21.*d.vers. Inimicitia vrgens, in fine,*refert & sequitur Hipp.Rim.*cons.*302.*n.*8.*& n.*9.*in fi. lib.*3.& facit illa generalis conclusio,de qua dixi *suprà,q.*37. *n.*150.quòd in delictis occultis , & difficilis probationis leuiora sufficiunt indicia.

SVBLIMITA III.Vt †eadem 2.limitatio non procedat, 108 quãdo sumus in casu,in quo certũ est,vnum ex pluribus hominẽ occidisse,sed incertũ est , quis ex illis pluribus occiderit:nam tũc inimicus præsumitur occisor,& ex hac sola inimicitiæ prẹsumptione poterit sine dubio ille torqueri,vt per Blanc.*de ind.ad l.fin.ff.de q.n.*178.*in fine,vers. Possimus tamen saluare,*Cart.*in pr.in* 2.*tr.de ind.& tort.* §. *quartum indicium, n.*5.Io.Turrius *inter cons.crimin.diuersorum,cons.*81.*n.*34.*in fi. lib.*2.*in folio* , & certè ista sublimitatio non habet difficultatem , quia isto casu non adest sola inimicitia , sed concurtit assistentia in rixa,quæ etiam de se facit indicium , prout dixi infrà *in tit.de pœn.temper.q.*96.*n.*80. *& seqq.*

LIMITA III.Regulã†non procedere,quando post inimi- 109 citiã successit pax,reconciliatio,ac remissio iniuriẹ:tũc enim inimicitia nõ facit indicium ad torturam, si delictum nõ de recenti post reconciliationẽ cõmissum extitit,vt per Innoc. Io.de Anan.& communiter*Doctores,*in c.cùm oporteat , de* * *accus.*Carrer.*in pr.cr.in* 2.*tract.de ind.& tort.* §. *quartum indicium,n.*9.*vers.In antiquo verò,*Nou.*in tractat.ad defensam, in rubrica, An indicia pro reo danda sint,n.*42. *vers.Si inimicitia,*

Plot.*de in lit.iuran.*§.54.*n.*5.*vers.fallit primò*, Gram.*voto* 34. *n.*6.Foller.*in pract.crim. in verbo, Recipiantur defensiones, n.*2. *vers.Quòd si non poterit, fol.mihi* 274.Marc. Ant.Eug *cons.*27. *n.*21.*libro* 1.Et faciunt quæ in simili dixi *infrà, in sequent.titulo de oppos.cont.testes de teste inimico reconciliato, quæstio.* 53. *num.*58.

110 SVBLIMITA Vt† hęc 3.limitatio procedat, prout loquitur, quãdo recõciliatio est antiqua, secus si de recenti, adhuc enim offensus de recenti reconciliatus, præsumitur iratus, & quòd velit nocendo se vlcisci, argumento tex.*in cap.* 2.3.*q.* 5.in sui ratione, & à pari procedũt aliquid non esse factum, vel factũ de recenti gl.*in clem.ne agro,* §.*sane, in ver. nouitiis, ff.de statu monac.*& facit tex.*in l.prima,* §.*cæterum, ff.de his, qui deiecer.vel effuder.*vbi quòd paria sunt, viam non frequentari, vel de recenti cœptã frequentari. sic nẽpe per has, & similes rationes hanc sublimitationẽ post alios quos allegãt, posuerunt Carrer.*in d.*§.*quartũ indicium, eodẽ n.*9.*in prin.* Plot, *d.*§.54.*eodem n.*5.*pariter in prin.*Blanch. *de indic. ad l.fina.ff. de quæstion.n.*161.*& seqq.*Foller.*d. verbo, Recipiantur defensiones, eodem n.*2.*vers.Ijtis enim iunctis*, Petr.de Vbal.*inter consilia criminalia diuersorum, consilio* 153.*n.*4.*lib.*1.*in folio, &* inter eadẽ *consilia*, Paul.Meren.*cons.*37.*n.*6.*vers.Quæ omnia, lib.* 2.*&* consilio 88.*n.*50.*eodem lib.*2.& sine dubio pariter & hęc
* sublimitatio est cõmuniter* recepta à Doctoribus, pro qua faciunt etiã quæ in simili de teste inimico reconciliato dixi
111 *in sequenti titulo de oppos.contra testes, q.*53.*n.*58.†vbi etiã habebis, quãdo recõciliatio dicatur de recenti, vel de antiquo.

112 Verùm, †an, & quando dicatur facta pax, recõciliatio, vel iniuriarũ remissio tacitè, vel expresse, dicã in specie in materia iniuriarum, & pacis (si dicendi tempus à Deo optimo maximo cõcessũ fuerit) pro nũc lectorem remitto ad ea quæ in proposito scriptum reliquerunt ex recentioribus, Conrad. *in practica* §.*Tertiò, de off.præt.in cons.crim.in rub.de iniuriãtibus, n.*26.*& sequẽtibus, folio mihi* 410.Nouel. *in pract.cri.cap. finali, n.*84.Caraui.*super ritu magnæ Curiæ* 273.*n.*3.Petr.à Placha *in epito.delict.cap.*6.*n.*39.*& sequentibus*, Clar. *in pract.*§. *finali, quæst.*58.*vers.Sed in proposito*, Petrin. Dell. *in tract.de re milita.pagina mihi* 47.*n.* 125.*& sequentibus*, Dec. *cons.* 18.*n.* 144.*libr.*1.*& in suis tract.crim. parte* 1.*libro* 3. *capitulo* 25.*n.* 22.*&* 87.Masc.*de probat.lib.*2.*conclus.*902.*per totam, & lib.*3. *concl.*1156.*pariter per totam*, Marc. Anton.Eugen. *cons.*27.*n.*
113 23.*& sequentibus.*†Vbi in proposito, quòd inimicitia non facit indicium ad torturam, quando offensus peccata sua confessus fuerit sacerdoti, & sacratissimam sumpserit Eucharistiam, quod & ante eum in terminis etiam consuluit Ant. Galeot.Maluatic.*inter consilia criminalia diuersorum*, *consilio* 110.*n.*29.*li.*1.quem sequitur Bursat. *consilio* 20. *n.*19.*libr.*1. & tangunt etiam Doctores præallegati.

114 LIMITA IV. Eandem† regulam, vt non procedat, quãdo offensus habebat plures inimicos: tunc enim cũ præsumptio contra vnum inimicũ dubia, & incerta reddatur propter inimicorum pluralitatem, ea propter effectum aliquem operari non debet, argumẽto tex. *in capitulo in præsentia, extra de probat.& l.neque natales, C.eodẽ.*& in terminis sic voluit Galeot. Maluat.*inter consilia criminalia diuersorum, consilio* 110. *n.* 28. *lib.*1.*in folio, in pract.crim.in verbo, Recipiãtur defensiones reo-*
115 *rum, n.*2.*in fine, vers.*115.*Item poterit.*†vbi quòd isto casu attenditur inimicitia grauior, vel ea quæ est adminiculata pluribus indiciis.Franc.Marc. *decisio. Delphina.*423.*n.* 27.*vers.*
116 *Sed alia causa, parte prima* †, vbi quòd attenditur inimicitia grauior, Io.Turr.*inter consilia crim.diuers. consilio* 81.*n.* 34.*& seqq.vsque ad n.*38.*li.*2. *in folio*, vbi pariter, quòd attenditur
117 inimicitia maior, †& quę prouenit ab atrociori iniuria: item quòd magis præsumitur contra illum inimicum, qui iniuriam ad animum reuocauit potiùs, quàm contra illum qui
118 iniuriam ad animum non reuocauit.†Et sic potissimũ prudentis Iudicis arbitrium valdè versari debere existimo in præsumendo contra vnum inimicum potiùs, quàm contra alium, considerando & inimicitiæ, ac personarũ qualitatem.

119 Et quando constat de interfectore, † quòd tunc multò minùs sit præsumendum contra alium inimicum, consuluit Mar. Anton.Eugen.*d. consilio* 27.*n.*32.*& sequen.libr.*1.*& consilio* 76.*n.*36.*& seqq.*vbi bene in proposito facit & distinguit plures casus.

120 LIMITA V. Vt† inimicitia non faciat indiciũ ad torturã semper, & in omnibus delictis, sed tantùm in illis, quæ in alterius iniuriam perpetrantur, prout sunt verbera, vulnera, homicidia, & similia: vnde secus in illis, quæ ad proprium delinquentis commodum committuntur, prout est furtum, falsum, adulterium, & similia: nam tunc inimicitia non facit indicium, vt per Bar.*in l. repetit.* §.1.*ff.de quæstion.& in l licitatio*, §. *quod illicitè, ff. de publica.* quem sic referendo sequitur Ant.Gabr.*lib.*7.*crim.concl.*18.*in fi.n.*4.Nec dissentit Boss.*in tit.de ind.& consid.ante torturam, n.*48.*vers.& pro intelligentia aduerte.*

LIMITA VI Quia inimicitia non facit indicium ad tor- 121
turam, quando reperitur, quòd inter inimicum & offensum erat data cautio de se inuicem non offendendo, ita reperio post Guliel. de Cun.& Bertachi. quos allegat consulentem Ant.Galeot.Maluat.*inter consilia criminalia diuersorum, cons.* 110.*n.*20.*lib.*1.Sequitur Hipp.Rimin.*cons.*88.*n.*17.*lib.*1.& nouissimè Matc.Ant.Eugen.*cons.*27.*n.*22.*lib.*1.† Imo ini- 122
micitiam non probari ex sola præstatione cautionis de non offendendo, quæ etiam ex solo timore nulla præcedente reali offensione præstari solet, voluit Fr.Hercul.*in tr. de caut. de non offenden.cap.*38.*n.*19.*&* 20.*& c.*50.*n.*67.† Et licèt con- 123
trarium, quòd imò excusatione de non offendendo præstita non mutetur animus malenolus, per tex.*in* §.*nouissimè, Instit. de suspec.tut.*& per gloss.*in capit.literas, in gloss.fin. in fine, de restit.spoliat.*voluerit Men.*cons.*100.*n.*185.*lib.*1.& ante eum Guliel. de Cun.*in tr.de securitate, n.*37. quem & alios refert in proposito Carrer.*in pr.crim.in* 2.*tr. de ind.& tort.*§. 13.*indicium, n.*9. Nec † non ex fide iussoribus de non offendendo 124
probari inimicitias affirmauerit Bertaz.*cons.*170.*n.*24.*in fin. lib.*1.† Non per hoc tamen puto recedendum à proposita 125
limitatione: nam si cautio fuit præstita ex solo timore futuræ offensionis, nulla præcedente causa capitalis inimicitiæ: & tunc sola præstatio cautionis non inducit de se inimicitiam,& sic res est indubitata, quòd inde non oritur indiciũ ad torturam: si verò capitalis inimicitia fuit in causa, vt talis cautio præstaretur:& tunc licèt per huiusmodi cautionẽ non mutetur malus nocendi animus,& voluntas, vt ex aduerso deducitur, bene tamen minuitur potestas offendendi, quia non est præsumendum, quòd quis velit offendere, & soluere pœnam in cautione conuentam,& sic etiam isto casu crederem non oriri indicium ad torturam.

LIMITA VII. Quia† etsi inimicitia faciat indiciũ ad tor- 126
turam: id tamen intelligitur, dũmodo probetur, quia in dubio quis præsumitur amicus,& non inimicus, *vt in Auth.de test.*§.*si quis verò dicat odiosum, collat.*7.*& in l. ratione*, §. *cùm quidam.ff.ad l.Falc.*Aym.*cons.*8. *num.* 8. Mantua.*consilio* 24. *n.*13.*& cons.*52.*n.*17.*& cons.*266.*n.*45.*libr.*1.Gozad.*cons.* 89. *in fi.* Bellon. *cons.* 63. *n.* 12. & præsumptio amicitiæ dicitur præsumptio naturæ, quia inimicitia est contra ius naturale, *l. vt vim, ff.de iust.& iur.*Bald. *in capit.constitutus, in fi.extr.de rescrip.*Masc.*de prob.lib.*1.*concl.*19.*n.*2.*& lib.*2.*concl.* 898. *n.* 3.Menoch.*de præsumpt.lib.*5.*præsumpt.*43.*n.*1.Tiber.Decian. *in suis tract.crim.parte* 1.*lib.*3.*capitulo* 25.*n.*29.Honded.*cons.* 107.*n.*27.*& seqq.*

Et† ideo non solùm inimicitia est probanda, sed etiã pro- 127
banda est in specie qualitas & causa inimicitiæ: & sic testes super inimicitia deponẽtes nihil probãt, nisi de causa deponant, sicut post alios quos allegant, voluerunt Iaf. *in l.*1.*n.*9. *C.de test.*Gram.*voto* 34.*n.*4.*& consilio* 44.*n.* 7.*& consilio* 34. *n.* 23. Ant. Galeat. Maluat. *inter consilia criminalia diuersorum, consilio* 110. *n.*25. *lib.*1. *in folio, & inter eadem consilia,* Paul.Meren.*cons.*89.*n.*4.*in fi.lib.*2.Conrad.*in pract.*§.2.*de offic.prætor.in cauf.ciuil.rubr.de test.in parte, personas testium assumendo, n.*65.*in fi fol.mihi* 101.*col.*2. Ioan. Mar. Monticell. *in suo repertorio testium, folio* 44.*colum.*2.*vers.&* 4. Menoch. *de præsumpt.lib.*1.*q.*89.*n.*58.Mascar.*de prob.lib.*2.*conel.* 692. *num.*1.*& n.*3.Vbi† hoc intelligit parte opponente, aliàs se- 128
cus, Bursat.*consilio* 20.*num.*18.*versic.*2.*Respondetur, libro* 1.Et faciunt quæ generaliter dixi *infrà, quæst.*52.*num.* 151. Men. *de præsumpt.lib.*5.*præsumpt.*42.Tiber.Decian.*d.cap.*25.*num.* 30.31.*&* 32. vbi quòd testes isto casu debent reddere causam inimicitiæ, etiam non interrogati, Hond.*cons.*107.*n.*41. Basard. ad Clar. *q.*24.*n.*41.

AMPLIA Hanc† 7.limitationẽ, quia inimicitia nõ solùm 129
est probãda, & eius qualitas, & causa, sed etiam est probãda euidens,

euidens,& manifesta,sicuti post Bald.& Iaſ.quē allegat, cōſulnit Gram.*d.conſilio 44.n.8.& deciſ.34.n.24.* Io.Mar.Mōticel.*d.folio 44.col.2.verſ.*...Maſcar.*de probat.lib.1.concl.19.n.*2.Tiber.Decian.*d.c.25.n.31.* Baiard.ad Clar.*d.q.24.n.42.*

130 Contra†ampliationem videtur facere alia cōcluſio,quia certum eſt,inimicitiā probari coniecturis,& ſic affirmarunt Cont. *vbi ſuprà, d.folio 101.col.1.n.65.verſ. Ita vt etiam per coniecturas,* Rimin. *inter conſilia criminalia diuerſorum, conſ.* 81.*n.*42. Bertaz.*conſ.* 528.*ſub n. 6. lib.*2. vbi quòd probatur euidentiſſimis coniecturis. Baiard.ad Clar. *d.quæſt.24.n.13.*

Potes pro concordia dicere,†quòd ad probādum inimici-
131 tiam ſufficiunt coniecturæ, & de hoc non eſt dubitandum, vt apparet ex latè deductis per nos in prima parte huius quæſtionis,vbi enumerauimus omnes cauſas,ex quibus inimicus quis præſumitur à iure. Verùm iſtæ cauſæ,ex quibus præſumptio inimicitiæ oritur,debent euidenter,& manifeſtè probari,aliter non diceretur probata inimicitia.

Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Minę,quando faciunt contra minantem indicium ad torturam.

SVMMARIVM.

Minæ faciunt regulariter indicium ad torturam,n.1.

Minæ præcedentes faciunt, vt homicidium ſubſequutum præſumatur deliberatè commiſſum, numer.2. Amplia primo,etiam ſi minæ fuerint prolatæ per modum iactationis,num.3. Amplia ſecundò,etiam quòd minans non ſit ſolitus minas exequi, numero 4.

Iactationes, ſeu minæ per modum iactationis prolatæ, an, & quando faciant indicium ad torturam, vide infrà, verſ. minæ, per totum in diſcurſu,n.5 & ſeqq.

Homicidium an præſumatur deliberatè commiſſum ex præcedentibus minis,n.2.& ſeqq.

Animus deliberatus occidendi, an præſumatur ex minis præcedentibus,n.2.& ſeqq.

Minæ per modum iactationis prolatæ, faciunt indicium ad torturam,n.5.contrà,n.6.Diſtingue,vt prima opinio procedat, ſi iactans ſit perſona potens, malæ vitæ, & ſolita minas exequi. Secunda autem opinio procedit, quando iactans eſt perſona vilis, timida, loquax, & non ſolita exequi minas, n.7.

Minarum aliqua exempla,n.8.

Minæ etiam tacitæ, & generales faciunt indicium ad torturam, n.8.

Minæ faciunt,& non faciunt indicium ad torturam,iuxta qualitatem perſonæ,n.9.

Minæ faciunt indicium ad torturam, ſi minans ſit ſolitus minas exequi,aliter ſecus,n.9.contrà,n.10.Diſtingue,vt prima opinio procedat, quando minæ non ſunt adminiculatæ, ſecunda autem opinio procedat, quando cum minis concurrit aliqua alia præſumptio,quia tunc non eſt neceſſe, quòd minans ſit ſolitus minas exequi,n.11.

Minæ non faciunt indicium ad torturam,quando offenſus habebat alium inimicum,quàm minantem,n.12.

Minæ an faciant indicium ad torturam, Iudicis arbitrio remittitur,n.13.

Minæ faciunt indicium ad torturam, ſi delictum incontinenti, vel paulo poſt minas illatas ſequatur,n.14. ſecus ſi ex interuallo,n.15. & quando delictum dicatur incontinenti, vel ex interuallo ſequutum,n.16.& 17.

Incontinenti fieri quid dicatur, Iudicis arbitrio remittitur,n.16. & num.17.

Minæ ad hoc,vt faciant indicium ad torturam,debent eſſe certæ, & vnicæ,ſecus ſi dubiæ,& æquiuocæ,n.18.& ſeqq.vbi de materia.

Minans ſi dixerit ſe velle vindictam facere, intelligitur de vindicta iuris,non autem facti,n.18.& 20.contrà,n.21.declara, vt in n.22.præſertim ſi offenſa fuit illata via iuris, quia tunc eadem via cenſetur comminata vindicta,n.19.

Confeſſio dubia interpretatur in fauorem confitentis,n.20.

Minæ non faciunt indicium ad torturā,niſi ſint ſpeciales,n.28. contrà, n.24.

Specialia continentur ſub generalibus verè & propriè,n.24. in fine.

Minæ non faciunt indicium ad torturam, niſi delictum ſequutum ſit illud idem in ſpecie,& in quantitate,quod fuit comminatum,ſecus ſi diuerſum maius,aut minus,n.23.Declara, vt in n.24.25.& 26.

Minæ de occidendo faciunt indicium ſequuto vulnere,& non homicidio,n.26.

Minæ de vulnerando,faciunt indicium ad torturam,ſequuto homicidio, n.26.

Minæ prolatæ per iracundiam non faciunt indicium ad torturam, n.28.

Minæ non faciunt indicium ad torturam,niſi fuerint adminiculatæ aliqua alia præſumptione, n.29. Declara, niſi minans fuerit ſolitus minas exequi, quia tunc non eſt neceſſe, quòd concurrat aliqua præſumptio,n.30.

Minæ non faciunt indicium ad torturam,niſi præexiſtente cauſa offenſionis, & delicti, n.31.

Cauſa delicti ceſſante,ceſſat etiam omnis præſumptio delicti, n.31.

Minæ conditionales non faciunt indicium ad torturam,niſi purificata conditione in minis contenta, n.32.& ſeqq.

Conditionalis ratio nihil ponit in eſſe ante conditionis euentum, n.33.

Conditione deficiente deficit etiam conditionalis depoſitio, num.34.

Minæ etiam iuncta conſuetudine illas exequendi non ſufficiunt ad condemnandum:fallit ſi concurrat etiam inimicitia,& delictum incontinenti ſequutum, quia omnibus his ſimul iunctis poteſt ſequi condemnatio,n.36.contrà,n.37. Declara, vt in n.38.& 39.

Præſumptiones etiam violentæ non ſufficiunt in criminalibus ad condemnandum,n.37.fallit in delictis de nocte commiſſis,ſeu aliàs occultis & difficilis probationis,n.38.& nihilominus ex præſumptionibus nunquam deuenitur ad condemnationem, niſi in pœnam extraordinariam, n.39.

Minæ ſunt probandæ per duos teſtes, aliter non faciunt indicium ad torturam,n.40.& an probentur per teſtes ſingulares, n.41.& ſeqq.

Minæ probatæ per vnum teſtem faciunt indicium ad inquirendum,n.43.Declara ad inquirendum generaliter, & ad aſſumendum informationes ſuper delicto, ſecus ad inquirendum ſpecialiter,& ſic ad formandam, & tranſmittendam inquiſitionem,n.44.

QVÆSTIO L.

REGVLA ſit†affirmatiua, quòd ſcilicet minæ faciunt 1
indicium ad torturam contra minantē delicto ſequuto in perſonam,in quam minæ fuerāt illatæ,vt per Gand.*in ti. de præſumpt.& ind.dubita.n.23.* vbi bene dicit,quòd ſi inculpatus de crimine occiſo,vel vulnerato,paulò ante maleficiū commiſſum minatus fuerit,tales minæ licèt plenū præiudicium non inferant, inducunt tamē indiciū,& præſumptionem contra illas proferentem, *l.quidam, l.etiam,& l.fin.ff.de prob.l.ueque profeſſio,cum ibi notatis,C.de teſt.* animus enim,& volūtas cuiuſq; non ſolùm ex rebus,& ex factis declaratur, *l.ſi tantùm,§.ei qui,ff.de ædil.edic.* ſed etiā ex verbis, quia non eſt credendū,quòd quis verbo exprimat id,quod prius mēte nō cogitauit,*l.Labeo,ad ſi.ff.de ſupell.lega.* Vnde præcedētib. minis, & ſequuto delicto facilè contra minantē eſſe præſumendū,bene docet Gand.*in loco citato,* quod & idē affirmarunt Guid.de Suzzar.*in tr. de ind.& tort. n. 33.verſ. Item an fuerit ei minatus,* Marſ.*in pra.§.diligēter.num.85.in pr.* Blāch. *de indic.ad l. final.ff.de quæſt.num.* 180.*& ſeq.* vbi quòd oritur ex minis grauis præſumptio, & graue indicium contra minantem,Carrer.*in pra.in 2.tr.de ind. & tort. §. duodecimū indicium,n.*1.vbi plures alios adducit concordantes Foll.*in pr. crim.in verbo, Item quòd ſororem venenauit,n.6.* Nouel.*in tr.ad defenſam,in §.an indicia pro reo dāda ſint,numer.*50.*folio mihi* 84.Boſſ.*in tit.de ind.n.* 44. vbi quòd minæ faciunt indicium veriſimile & probabile, Ant.Galea.Maluat.*inter conſilia criminalia diuerſorum,cōſ.*110.*n.*3.*lib.*1.& inter eadem conſilia

Io. Turrius *conf.* 81 *n.6. & 7.lib.*2. Claud.ad Bertaz. *in conſi.* 103.*litera B.verſic.Ego verò contrarium,libr.*1.vbi teſtatur de communi*opinione,ex Blancho,& Soarez, *in locis per eum citatis*,Maſc.*de prob.lib.*2. *concl.* 1057. *n.* 1. vbi dicit omnes criminaliſtas hoc infallibiliter tenere ex Boſſ.in loco citato, quòd hæc fuit concors omnium ſcribentium ſententia, poſt gl.*ibi in l.metũ,C.quod met.cau.& in l.fin.ff.de hæred.inſtituen.* cum aliis ibi per eum allegatis,Lud.Pegu. *dec. cri.* 17.*n.*11. Hond.*conſ.*107.*n.*3.vbi aliis relatis teſtatur de communi.

2 AMPLIA I. Vt † ſi certus fuerit occiſor, & appareat, quòd in antea minatus fuerat de occidendo, homicidium præſumatur deliberatè patratum:& ſic incerto exiſtẽte delinquente minæ faciunt indicium ad torturã,vt ſuprà in regula: certo autem malefactore inducunt præſumptionem animi deliberati, vt per eundem Gandin. *vbi ſuprà,in tit.de præſumpt. & indic.dubit.at.num.*23.vbi reddit rationem, quia ſcilicet ex minis præcedentibus præſumitur delictum ſubſequutum dolo,& fraude minantis,& quòd ex animi prauitate,& malignitate minas, & minatoria verba protulerit. Argumento textus *in l.cùm ratio*, §.*ex bonis*,ibi.*fraudibus,ff. de bon.damna.& l ex quodã iniuriandi propoſito*,§.*pen. & fina. ff. de ſeru.fugit.& l.ſi non conuitij,C.de iniur.* quod & idem affirmarũt Franc.Caſon.*de indic.& tort.tract.*7.*ca.*1.*n.*1.& 2. vbi eam ſimilem reddit rationem,quia ſcilicet ex qualitate verborum animum delinquentis metimur,Blanch.*de indic.ad l. fi.ff.de q.n.*179.*& ſeq.*vbi quòd minæ faciunt indiciũ præcogitationis,& penſamenti, & propterea ſi is, in quem minæ fuerunt illatæ,reperiatur mortuus, & minans fateatur illũ occidiſſe,ſed in pura rixa, vel caſu, præſumendum eſt tale homicidium non caſu,& in rixa,ſed ex propoſito,& deliberatè patratum,per rationem præallegatam,Alb.*in tract.ſtat. part.*3.*q.*64.Affl.*in conſt.Neapo.titul.de pœnis eius,qui cum eo, rub.*11.*n.*7.Boſſ.*in tit.de homic.n.*63.Menoch.*de arbit.q.lib.*2. *caſu* 361.*n.*39,*in* 8.*coniectura*,vbi quòd ita inquiunt omnes, Paul.Meren.*inter conſilia crim.diuerſ.conſ.*88.*n.*55.*& ſeq.libr.* 2.Mantua *conſil.*325.*n.*10.*libr.*1.Claud.ad Bertazz.*conſ.*103. *litera B,verſ.*2.*caſu,lib.*2.Maſc.*de prob.lib.*1.*concl.* 98. *num.*6. *& lib.*2.*concluſ.*1507.*num.*5.*&* 6.

3 AMPLIA Præcedentem ampliationem,† vt non ſolũ ex minis præcedẽtibus præſumatur delictum deliberatè cõmiſſum,ſed etiam ex iactationibus:& ideo ſi is, qui delictũ cõmiſit,antequam deliquerit,iactauerit eſſe in ſua manu occidere Caiũ,etiã quòd non expreſsè minatus fuerit illũ occidere, ſi deinde occidat,ex illa iactatione præſumitur animo præmeditato occidiſſe,Franc.Caſ.*de indic.tract.*7.*ca.*1.*n.*6.*& ſeq.*Blanc.*de indic.ad l.ſi.ff.de q.n.*184.*& ſeq.*& poſt Blanc.& Caſon.quos allegat,ſcripſit Menoch.*d.caſu* 361.*n.*50.*& ſeq.* vbi tamen declarat, hanc ampliationem non procedere, quando iam cõſtaret homicidium patratum in inſtãti rixa, vel quòd iactatio huiuſmodi paulò ante delictũ præceſſerit: tunc enim non orietur præſumptio animi deliberati, vt ibi per eum.Addo pro hac eadẽ ampliatione Maſc. *de prob.lib.* 1.*cõcl.*98.*n.*16.*& lib.*2.*cõcl.*864.*n.*17.*& ſeq.*vbi alios adducit.

4 AMPLIA Rurſus†dictam 1.ampliationem,vt licèt aliàs in certo occiſore minę non faciant contra minantem indicium ad torturam,niſi is fuerit ſolitus minas exequi, certo tamẽ occiſore exiſtẽte ad inducẽdum cõtra ipſum præſumptionem præcogitationis,& deliberationis,non eſt neceſſe, quòd homicida ſit ſolitus minas exequi, quia ex effectu ſequuto ſatis efficientis animus dignoſcitur, ſecũdùm Franc. Caſon.*in indic.tract.*7.*c.*1.*n.*9.*& ſeqq.*Blanc.*de indic.ad l.ſi.ff. de q.poſt n.*181.Menoc.*de arbit.q.lib.*2.*caſu* 361.*poſt n.*39.(vbi tamẽ declarat,niſi appareat,quòd minæ fuerint prolatæ incontinenti ante ſequutum homicidium, & ex iuſto aliquo dolore,aut ira, quia tunc non inducunt hanc præſumptionẽ animi deliberati,præſertim in nõ ſolito minas exequi,vt ibi per eũ)Maſc.*de prob.lib.*1.*concl.*98.*n.*8.*& lib.*2.*concl.*1057.*n.* * 8.& 9.vbi teſtatur de communi,*ex Menoch.*in loco præcitato*,Claud.ad Bertazz.*in conſ.*103.*litera B, in fine, verſ. Immò idem eſt etiã*, vbi dicit hanc ampliationẽ eſſe tum notabilẽ, tum etiã rationabilem,quidquid in cõtrarium ſenſerit Alb. *in tract.ſtatut.par.*3.*d.q.*64.*& in l.metum,C.quod met. cau.*

5 AMPLIA II.Propoſitã regulam,†vt nõ ſolùm minæ faciant indiciũ contra minantem,ſed iactatio contra iactantẽ pariter faciat indicium(differt autẽ iactatio à minis in hoc, quia in minis quis expreſsè promittit ſe velle occidere, aut aliter offendere aliquem: in iactationibus iactans non hæc promittit,ſed dicit,quòd ſi vult,poteſt offẽdere,delinquere, aut quid ſimile facere,& ſic primo caſu minãs dicit omninò ſe velle facere,in ſecũdo autẽ dicit ſe poſſe facere, ſi voluerit.)Iactationes igitur huiuſmodi de aliquem vulnerãdo,aut occidendo,ſi vellet, facinnt contra iactantẽ indiciũ ad torturam vulnere,aut homicidio ſequuto,quia ab effectu præſumitur,quòd iactãs ita voluerit,vt per Iac.de Beluiſ.*in ſua pract.in tit.de indic,n.*39.*verſ.Item ſi iactauit accuſatus*, quem ſequuntur plures Doctores relati per Marſ.*in pr.* §.*diligẽter, n.*36.*verſ.contrarium tamen*,Nouel.*in tr.ad defenſam in parte, an indicia pro reo dãda ſint,n.*76.*in pr.fol.mihi* 88.plures alios adducit concordantes Maſc.*de prob.lib.*2.*concl.*1057.*n.*11.*& concl.*871.*n.*3.*iuncto n.*7.*in fi.*vbi ex Io. And.ad Spec.in loco per eũ citato,ita teſtatur in pract. & de cõſuetudine ſeruari.

Et † licèt contra hanc ampliationẽ tenuerint plures alij 6 Doctores relati per eundẽ Marſ.*in practica*,§.*diligenter,cod. n.*36.*in princ.*Nouell.*vbi ſuprà,in tract. ad defenſam, in parte, an indicia pro reo danda ſint, numer.* 52. *& ſequenti, folio mihi* 84.Blanc.*de indic.ad l final.ff. de quæſt.num.*186.aliique plures relati per Maſc.*dicta concl.* 871.*n.* 1.*&* 2. ea potiſſimùm moti ratione, quia ſæpe minùs faciunt homines, qui magna minantur(prout hoc præcipuè in iactatoribus ſæpiſſimè contingit)vt dixit Bald.*in l.finali,verſ.Inducitur hac lex, ff. de hæred. inſtit.* & propter verba, non ſequuntur verbera, *l.ob hæc verba,ff.de his, qui notan.infam.*Marſil.*conſ.*72.*in præſenti conſultatione, poſt numer.*6. & multi reperiuntur qui iactatione verborum,& denunciatione periculi omnes terrẽt, minas iactare,pericula intendere,formidines opponere,vnicuique ſolent, ſed cùm facinus aliquod aggrediendum eſt, poſt principia ſe continent,vt Terentianus ille Thraſo.

Pro concordia tamen dicere potes, † prout etiam gene- 7 raliter dicã infrà in indicio minarum, *n.*9. quòd ſi iactãs eſt perſona potens, & ſolitus vanos effundere ſermones, ſed iactationes exequi, tunc tales iactationes faciunt contra iactantem indicium ad torturam:ſecus ſi is fuerit impotẽs, vilis ac timidus in effectu,licèt in ſermonibus,& iactationibus potens,& loquax:ſic nempe hac diſtinctione communiter * * Doctores concordare reperio teſtantem Blanc.*de ind.ad l.ſi. ff.de q.n.*183.*in fine,& n.*187.Nouell.*vbi ſuprà,in tract.ad defenſam,in parte,an indicia pro reo danda ſint,n.*77.*fo.mihi* 88. & eſt de mente Iacobi de Beluiſo *in pr.in titul. de ind. n.* 39. vbi in propoſito dicit valde eſſe attendẽdam qualitatẽ perſonæ ſe iactantis,alióſque plures concotdãtes adducit, & de communi *teſtatur idem Maſc.*de prob.li.*1.*conc.*89.*n.*10.*& * 11.*& lib.*2.*concl.*871.*n.*4.*& ſeq.iuncto n.*7 *& conc.*1057.*n.*12.

AMPLIA III. Vt † minæ faciant indicium ad torturam, 8 non ſolùm quando ſunt expreſsè de vulnerando, occidẽdo, aliter offendendo;ſed etiam quãdo ſunt tacitè factæ,& quodãmodo per ænigma prolatæ,vt per Gand.*in tit.de præſump. & ind.dubit.ſub n.*23.vbi ponit exemplum in eo, qui alteri minatur ſe velle ei trahere vnã pennã de ala,vel quòd faciet ſibi dolere caput,aut quid ſimile,Caſon.*de ind.tr.*7. *c.* 1.*n.*7. vbi de eo,qui dixit ſe velle aliquem facere malè captare,refert,& ſequitur Maſc.*de prob.li.*1.*cõc.*1057.*n.*16.*Vide infr.n.* 18.*& ſeqq.*& ſecundùm ibi tract. declara hanc ampliationẽ.

LIMITA I.Propoſitam† regulã iuxta ea,quæ in ſimili de 9 iactatione dixi *ſuprà,n.*7.vt nõ ſemper minæ faciant indiciũ ad torturam contra minantẽ,ſed tunc demũ ſi is fuerit perſona potẽs,& malę vitę,& ſolitus minas exequi,aliter ſecus; & ſic in propoſito erit maximè attẽdẽda qualitas perſonę,ad tex.*in l.metũ*,vbi gl.& Doctores omnes*C.quod met.ca.*& per iſtum textum hoc idẽ affirmarunt Paris de Put.*in tr.de ſynd. in verbo,Tortura,c.*6.*inc.Et an ſi quis dixerit, n.* 2.*in fi.* Guid. de Suzzar.*in tr.de ind. poſt n.*33. *verſ. Item conſiderandum eſt*, vbi etiam ad id adducit alium textum,*in l.famoſi,ff. ad l.Iul. maieſt.*ibi,*an potuerit facere*,& ibi,*an quid ſimile fecerit.*Marſ. *in pr.*§.*diligenter,poſt n.*85.Nouell.*in tractatu ad defenſam,in parte,an indicia pro reo danda ſint,n.*51.*fol.mihi* 84.vbi teſtatur de communi * opinione,Blanch.*de ind.ad l.ſi.ff. de q.nu.* * 183.vbi etiam de communi,Brun.*de ind.parte prima,q.*3.*n.* 33.Fran.Caſon.*de ind.tr.*7.*c.*1.*n.*9.13.17.*verſ. Aliy diſtinguũt.* Dec.*conſ.*184.*n.*14.*lib.*1.Natta *conſ.*42.*n.*2.*lib.*1. Io. Turrius *inter conſilia crimin.diuerſorum,conſ.*81.*n.*45.*lib.*2.Fol. *in pr.*

cri.in verbo,itẽ quòd sororem venenauit,n.23.vers. Præterea nõ est verificatũ, Ant.Gom.*var.resol.tomo 3. rub. de tortura reorũ, n.11.in fine,vers.Vnde necessariò requiritur.* Conr. *in prac. rub. de neg.crim.& torm.n.24.vers.20.Minæ,folio mihi 294.* Et si-
* ne dubio limitatio ista est* cõmuniter recepta, prout etiam vltra præcitatos Doctores testantur, Imol. *in l.fi.n.10. ff. de hære.inst.* Carrer.*in pract.cri.in 2.tract. de indi.& tort.§.12.indiciũ,sub n.1.* Bost.*de indic.n.44.* Villalob.*in commu.opin.litera M,n.90.* Eman. Soarez *in suo thesauro recep.opi.litera M, n.158.* Plot.*de in lit.iuran.§.54.n.10.* Plach.*in epitom.delict.c.28. n.18.vers.3.Præmissa sententia,* Men.*de arbit. quæst. lib.1. casu 361.n.39.ad finem,& de præs.lib.1.quæst.89.n.60.in prin. iuncto n.63.* Vulp.*cons.5.n.6.* Bertazzol.*consilio 116. n.18.* Claud. ad eundem Bertaz.*cons.103.litera B,ver.in primo casu,* Masc. *de probat.li.1.concl.89.post num.8.& 9.*& latiùs, *li.2.concl. 871.n.4.& seqq.& concl.1057.n.13.& 14.* Ludou. Peguer. *dec.crim.17.n.11.vers.quod esset secus,* vbi etiam testatur de*
* communi opinione. Honded. *cons.108.num.46.& seqq.* vbi & alios refert concordantes,& ampliùs dicit, quòd isto casu non solùm probandum est, minantem esse solitum minas exequi,sed etiam quòd sit solitus exequi in illo genere delicti,de quo quis inquiritur.

10 Verùm hæc limitatio,† licèt,vt prefertur,magis cõmuni-
* ter*à Doctoribus recepta sit, illi tamen non desunt cõtradictores,volentes minas facere indicium ad torturã,etiam in non solito minas exequi,licèt ad condemnationem nõ sufficiant,nisi iuncta cõsuetudine exequẽdi,inter quos fuit Cyn. & Spe.relati à Marsi.*in pract.in §.Diligenter,post n.86. ad medium,vers.Et vide Speculatorem,&c.*& Fel.*in cap.afferre, col. vltima,post n.12.vers.Et hanc partem,extra de præs.*sicut illum refert Masc.*de prob.d.concl.871.post num.3.prope finem,* dixit, quod in proposito,nihil operatur distinctio,an minãs sit solitus minas exequi,nécne,licèt bene in solito minas exequi, hæc cõsuetudo augeat indicium ad torturã, & post istos pro hac contraria opinione referũtur etiam alij plures per Menoc.*de præs.li.1.q.89.n.60.vers.Non ignoro tamen,* inter quos
* refert Aym.*in cons.35.n....&n.3.& n.16.* testantem de* communi opinione,ac dicentem, quòd si delictum est incõtinẽti sequutum,solæ minæ faciũt indiciũ ad torturã,& etiã quòd minans nõ sit solitus minas exequi,addo Clar.*in pract.q.21, vers.Minæ præcedentes,in fi.* vbi dicit, quòd apud eũ nõ semper admittũtur huiusmodi distinctiones,an minãs sit solitus minas exequi,vel nõ, sed probatis minis,& causa minarum, Senatus ille Mediolani mandat sæpenumero reos tormẽtis subiici,quod ex vi supremę potestatis illius Senatus cõtingere affirmat Men.*d.q.89.n.60.ver.Ab illa tamẽ prima opinione.*

11 Pro concordia,† & secundũ veritatem distinguo sic,si cũ minis non concurrit aliquod aliud adminiculum, & tũ illæ non faciunt indicium ad torturam,nisi minãs sit solitus minas exequi, & procedat prima opinio:si verò cum minis cõcurrit aliquod aliud adminiculum,& tunc facit indicium ad torturam,etiam quòd minans nõ sit solitus minas exequi,& procedat secunda opinio,& sic consuetudo exequẽdi minas suppletur per alia adminicula.Ita in terminis,& bene, iudicio meo,reperio declarantẽ Men. *de præs.lib.1.dict. q.89.n.62.*& hoc est,quod voluit Clar.*in d.vers.Minæ,in fine,* dũ dixit,apud eum sæpe numero reos tormentis subiici iussu Senatus ex solis minis iũcta causa minarum:id enim introductum credo non ex vi supremæ potestatis illius Senatus, prout Menochius opinatus fuit,sed quia concurrente causa minarũ,putà inimicitiæ,minæ nõ sũt solæ,sed adminiculatę, ideo faciunt, vt reus tormentis subiiciatur etiam non constito,quòd minans sit solitus minas exequi. Vide *infrà,n.30.*

12 LIMITA II.Eandem† regulam nõ procedere, quãdo occisus haberet aliquem alium inimicum vltra minantẽ: nam tunc minæ non faciunt indicium cõtra ipsum,vt per Cas.*in tract.de indic.& tort.tract.7.cap.1.n.17.in fine:* facilè enim potest esse, quòd homicidium fuerit commissum ab illo inimico,& non à minãte,præsertim si de minis inimicus notitiã habuerit,vt in exemplo relato per Parid.de Put.*de synd. in verbo,tortura,c.6.in op.Et an si quis dixerit,n.3.vers. Nam quædam mulier,* inquit ibi Paris, *iracunda,& prava existens in fenestra, & videns quendam quem odio habebat, dixit illi alta voce,Io ti farò tagliar le gambe,non sarà longo tẽpo.* Hoc audiẽs quidam inimicus illius contra quem fuerunt prolatæ minæ, sumpta occasione tali, cogitauit *illũ* grauiter percutere sub spe,quòd culpa reiiceretur in illã mulierẽ minantem,prout percussit,& ob id capta illa mulier,& infamata propter minas,ac torta cõfessa fuit,quòd ipsa fecerat illũ percutere, & fuit punita,licèt esset innocẽs,prout de eius innocẽtia illinc ad aliqua tẽpora constitit reperto vero percussore, & delinquẽte,& hoc Paridis exẽplũ referũt etiã in proposito, Carrer.*in pra.cri.in 2.trac.de indic.& tort.§.duodecimũ indic. n.3.* Boër.*decis.66.num.3.* Bost.*de indic.n.44.vers. Et vide omninò Puteum,* Menoc.*de præs.lib.1.q.89.n.55.* Bertaz.*cons.116.n.18. li.1.* Masc.*de prob.li.2.cõcl.1057.sub n.1.* Quare†, inquit Paris 13
in loco citato, cùm in criminalibus oculus Iudicis præstet arbitrium ad torturam,vt dixit Bald.*in l.3.C. de Episcop. audien.* idcirco erit etiã Iudici arbitrãdũ, an minæ isto casu faciant indiciũ,& sic propter fallaciam indiciorum,& per eaq; in talibus casibus sic,vt suprà relatis,sæpe euenire solẽt, valde prudẽs,& circũspectus debẽt esse Iudex:quod & idem affirmarunt Bos.*d.n.44.in fine,*& Masc.*d.concl.1057.n.15.*

LIMITA III.Vt† minæ faciant indicium ad torturam,si 14
delictum fuerit sequutũ incontinenti,aut paulò post illatas minas,vt per Gandin. *in tit. de præs.& indic. indubita.post n.23.* ibi,*paulò ante maleficium commissum,&c.* Masc. *dict.concl. 1057.n.4.* vbi in proposito,& generaliter dicit, quòd brevitas tẽporis in similibus est magni effectus,cùm faciat præsumere dolũ,& delictũ,ad gl.*in l.si vẽtre,§.finali,in vltima glos.* vbi etiam Bart.& Ang.*ff.de priuil.cred.* cum aliis ibi allegatis per eũ:† vnde secus si post minas illãtas ex interuallo fuerit 15
sequutum delictum, quia tunc minæ nõ faciunt indiciũ ad torturam,vt per Conr.*in practica rub.de neg.crim.& torm. n. 24.vers.20.Minæ.* ibi,*& maximè si post minas sæpius reperitur delictũ,aliàs secus.fol.294.col.2.in fine.* Sed† quãdo in propo- 16
sito dicatur delictũ commissum ex interuallo,nécne,Iudicis arbitrio remissum facilè crediderim,qui maximè in proposito considerabit qualitatem personarum, an, & quanto tempore receptas iniurias obliuioni demandauerit, & an aliàs antea habuerint commoditatem illas vlciscendi,& his similia,† prout generaliter, quando quid ex interuallo, vel 17
incontinenti fieri dicatur remissum Iudicis arbitrio traditur per gloss.& Bart.*in l.tertia,§.cùm igitur,ff.de vi arma.* Ioa.de Plat.*in §.recuperandæ,n.71.Inst.de interdict.* Iacob. Æmilian. *consilio 2.n.58.& 59.* Ghirl. *de hæret.q.5.n.13.& seqq.* Meno. *de arb.q.li.2.casu 11.n.3.& casu 361.n.21.*

LIMITA IV.Vt† minæ tunc demum contra minantẽ fa- 18
ciant indicium ad torturã,quando scilicet illæ sũt certæ, & illicitam vindictam,ac offensionem inferentes,vnde secus si sint dubiæ,& æquiuocæ,& in iuris vindictã etiã sonare possint,vt putà,si quis dixerit,*me ne vindicarò,me ne resentiro,gli ne farò pentire,* aut quid simile:hæc enim verba intelligenda sũt de vindicta,aut pœnitentia facti,& propria authoritate, sed iuris,& licito modo, ad tex.*in l.vxor,* vbi gl. ordinaria, & cõmuniter*Doctores,*C.qui accus.non poss.* Dec.*consil. 189.* *
sub n.14. Aym.*cons.151.n.18.* Natta *cons.42.n.3.lib.1.* vbi de eo,qui dixit,*nũquã gaudebit illis bonis,* Ant.Gom.*var.res.tom. 3.c.13.rub.de tor.reorum, n.11.ante fin.vers.item quia minæ,* Rol.*cons.11.n.57.vol.3.* Meno.*de præsump.li.1.q.89.n.66.*& fuit originale dictum Gulie.de Cuneo,*in l.1.C.de his,quibus vt indig.* quod multo magis procederet,quando offensa fuisset etiã illata via iuris,& licito modo. † Nam tunc cõminata 19
vindicta debet intelligi eodem modo,vt per Io.Mar. Mont. *reg.crim.7.n.20.* † Et pro hac limitatione,quã pluribus exor- 20
nat,& ex ea etiã multas facit illationes, Osasc. *in cons.64.n. 55.& seqq.* facit,quia in criminalibus confessio dubia regulariter interpretatur in fauorẽ cõfitẽtis,vt notat Bar.*in l.is,qui reus,in pen.col.ff.de pub.iud.* Soc.iun.*cons.39.n.70.vol.2.* quos refert,& sequitur Alex.Sciat.Bonon.*in sua praxi iudiciaria, c.19.n.86.*& dixi *infrà in 2.parte,in materia cõfessi & cõuicti.* Addo pro hac 4. limitatione Honded. *consil.197.n.44.* vbi alios refert concordantes,& loquitur in casu,in quo inquisitus dixerat,*meglio farebbe attendere al suoi negotij, che litigar ingiustamente,* ac deinceps facit conclusionem generalem, quòd ad hoc,vt minæ faciãt indiciũ,non debent esse generales, & quæ possint tã in bonam,quã in malam partem interpretari,quia in dubio in bonam partẽ accipienda sunt.

SVBLIMITANDO hanc† 4.limitationem aduerte,quòd 21
cõtra illã insurgere videtur Paris de Put.*in tr.de synd.in ver-*

bo,tort.c.6 incip.Et an si quis dixerit,n.1.& 2.vbi ex Ang.quē alleg.*in l.1.C.de his,quib.vt indi.& in l fi.C.de q.*inquit,quòd cùm verborū ambiguitas à Iudice declarari, ac interpretari debeat,*l.volūtate,C.de fideic.*idcirco bonus Iudex in hoc multū debet considerare quid debet agere, quia vindictæ verbū ab homine prolatum,& præsertim secundùm cōmunem loquendi vsū,intelligitur de ea,quæ sit authoritate propria,& non de ea,quę sit à Iudice,vt notatur *in d. l.1.C.de his,quibus vt indig.*& per Cy.*in l.metū,C.quod me.cau.*& propterea tales minę de vindicādo etiā quòd possint ad iuris vindictā aliquo modo referri, tamē Iudex debebit eas interpretari de vindicta facti,non autē iuris, & sic debebit ad torturā procedere, quicquid in contrariū dixerit Gul.*in d.l.*1.Et hanc Ang.opinionem sibi verioré videri,dicit Paris in loco citato:sed certè ego in libro meo nō reperio Ang.hæc dicētem *in d.l.1.C. de his,quibus vt indig.nec in l.fi.C.de q.* Bene verū est,quòd *in d.l.fi.sub n.4.col.pen.in vers. Alia quidē indicia,* solùm monet quęstionem,& refert opinionem Gulielmi,de qua suprà,sed nihil resoluēdo remittit ad ea,quæ dixit *in l.1.C. de his, quibus vt indig.*quo in loco,vt mox admonui,ne verbū quidem
22 de hac quæstione.Et† nihilominus concordando cōtraria,& declarando propositā limitationē,etiam secundùm mentem Paridis in loco præcitato,crederem multū esse per Iudicem perpendendam qualitatem personarū,an scilicet is,qui talia verba protulit,sit talis, quòd solitus sit sumere vindictas facti,& propria authoritate,an verò via iuris, & Iudicis: quia primo casu procedet secunda opinio:& in hoc maximè etiā esse personarum qualitatem inspiciēdam assentit etiam Paris,*vbi suprà,n.2.in fi.in illis verbis,Et Baldus dixit,quòd quādo præcedunt minæ,& ille cui factæ sient,reperitur mortuus,debet perpendi ex qualitate personarum,& ex aliis indiciis, an sit talis persona,quæ minas consueuerit dicere ad effectum,&c.*

LIMITA V. Regulam procedere,† quando subsequutum
23 delictum post minas est illud idem,quod fuit in minis comminatū,secus si diuersū,vt per Dec.*in cons.*189.*n.*14.vbi dicit,quòd ad hoc,vt minæ faciant indiciū,debent esse in specie,& delictum sequutū debet esse in eadem specie minatū, prout loquitur Spec.*in ti.de præs.in vers. sed pone,*Bertr. *cons.* 51.*incip.Non puto quòd ex propositis,par.*2.quē refert. Foll.*in pra.cri.in ver.item quòd sororem venenauit,n.*23. vbi apertè dicit regulam procedere,quādo subsequitur illud ipsum delictum,quod minatur,verbi gratia,cùm minatur occisurū,sequatur occisio,si cùm minatur verberaturū,sequatur verberatio,si cùm minatur vulneraturū,sequatur vulnus,& sic de singulis,non autē si sequatur delictum extraneū, vel maius, aut minus,Natta *cons.*42.*n.*2. vbi ponit exēplum in eo, qui minatus est occidere,& non sequitur homicidiū,sed incendiū,& deinde generaliter cū Decio in loco præcitato,dicit, quòd minæ ad hoc,vt faciant præsumptionē,debent esse factæ in specie,ac debet sequi delictū in specie comminatum, & prout minæ sonabant, prout loquitur Specul. *vbi suprà,* Meno.*de præsump.li.*1.*q.*89.*n.*61.vbi pariter facit conclusionem,quòd minæ debent probari in specie, ex Decian.Foll. & Bertran. *in locis præcitatis.*Honded.*cons.*107.*post n.*44.

24 SVBLIMITANDO Hanc † 5.limitationē aduerte,quòd ego nō credo absolutè verū minas ad hoc,vt faciant indiciū ad torturam debere esse in specie,& non in genere,& quòd delictum subsequutū debeat esse in eadē propria specie minarum factarum,non autem ab illa diuersum maius,aut minus:veritas enim est,quòd minæ faciunt indicium nō solùm quando in specie sunt prolatæ, vtputà de aliquē vulnerādo, verberando,aut occidendo,sed etiā si in genere de malè tractando,de faciendo malè captare, de trahendo vnā pennam de ala, de faciendo dolere caput,& his similia, prout suprà probauimus *in 3.ampliatione,n.*8. vel etiam de faciendo vindictam,iuxta ea,quæ posui *suprà,n.*21.& hoc nō habet difficultatem:vnde isto casu,quādo scilicet minæ sūt prolatæ sic in genere,si delictum subsequutum est tale, quòd possit cōprehēdi sub illis generalibus minis,quis dubitat,quòd minæ tunc facient indiciū ad torturam?De hoc dubitare esset res ridiculosa,& satis delictū dicetur comprehēdi sub minis,& esse idem cū illis,cùm illud,quod sub genere,ac sub generali oratione comprehenditur,verè,& propriè, & tāquam expressum comprehendi dicitur,nō autē impropriè, *l.in generalibus,ff.de reg.iur.*Dec.*in l.in toto, in princip. ver. Et hoc prio,ff.eodem.*Bar.*in l.1.in fine ff. si quis in ius voc.non ierit.& in l.si duo,in fine,ff.de administrat.tuto.& in l.omnes,*vbi etiam Bald.& Ang.*(.de præscript.*30.& 40.annorū,*Aym.*cons.*294. *n.2.ver.Sed magis in terminis.*Tiraq.*de ll.connnb.gl.*5.*n.*86.*& seqq.* & sic isto casu nō dubito,quin minæ faciant indiciū ad torturā,etiam quòd in genere,& non in specie sint prolatæ.

Si† verò contingat minas esse prolatas non in genere,sed 25
in specie, vtputa de vulnerando, de verberando, aut occidendo,& subsequatur delictum diuersæ speciei, quod nullo pacto contineatur sub minis illatis, vt in casu, in quo consuluit Natta *d.cons.*42.*n.*2. de eo, qui minatus occidere, & sequutum est non homicidium,sed incēdium,isto,inquam, casu credo minas non facere indicium, & bene procedere limitationem propositam, quia ad homicidium non deuenitur per incendium,& sic ex incendio non potest præsumi contra minantem occidere.

Quòd si quis minatur velle occidere,†& is,in quē minę 26
prolatæ sunt,reperiatur non occisus,sed tantūmodo vulneratus,vel econtrà:tunc licèt delictum sequutum nō sit idem cum cōminato,sed diuersum in specie,quādoque maius,& quandoque minus,iuxta illius euētum, tunc quia ad homicidium deuenitur medio vulnerum,& quia vulnera nō dātur ad mēsuram,& ex vulneribus quādoque sequitur homicidium præter,& cōtra vulnerātis voluntatem: idcirco minas isto casu indiciū facere ad torturam,contra Folleriū,*vbi suprà,*indubitāter credo:nō enim refert delictū esse diuersū maius,aut minus comminato,dummodo vnum sit præordinatū ad aliud,& ista est veritas vera,& in practica seruata,& bene nota,quia hęc,ni fallor, alibi sic explorata nō reperies.

LIMITA VI. Regulam † procedere in minis illatis de- 27
liberatè,& sedato animo ex interuallo post receptā iniuriam, seu offensam: secus incontinenti, seu aliàs per iracundiam prolatis:nam tunc indicium non faciunt ad torturam, vt ex Carrer.post Marsil.& Affl.quos allegat *in practica crim.in 2. tract.de indic.& tort.§. duodecimum indicium,n.*1.*in fine, vers. Et maximè si calore iracundiæ,*Plot.*de in lit.iuran.§.*54.*n.*10.*in fine,*bene cōsuluit Lud.Cat.*cons.crim.diuer.*99.*lib.*1.*in paruis,* Hond.*cons.*107.*n.*44.*in fine,& n.*45.vbi alios refert concordātes, & faciunt scripta per Menoc.*de arb.q.lib.*2.*casu* 361. *post n.*39.*vers.Aut minæ prolatæ sunt pro instanti dolore.* † Et 28
multò minùs indiciū facere minas,si illę fuerint per minātē reuocatę,ponit Nouel.*in tract.ad defensam in parte,an indicia pro reo danda sint,n.*79.*fol.mihi* 88.vbi cōcordantes adducit.

LIMITA VII. Vt† minæ solæ non faciant indiciū ad tor- 29
turam,nisi aliqua alia concurrat suspicio, vel præsūptio;& sic faciūt indiciū si fuerint adminiculatæ, aliter secus,sicuti post Alciat.*in l.fugitiuus,ff.de verbo.signifi.*apertè voluit Blāc. *in tract.de indic.ad l.fin.ff.de q.n.*187.*in fine*, vbi dixit, quòd iactationes, & minæ de faciendo non sufficiunt ad quæstionē,nisi aliæ coniecturæ accedant,vtputà inimicitia,cum percussō,vel reprobata vita percussoris,Nouel.*in tract.ad defensam,in parte, an indicia pro reo dāda sint,post n.*76.Carrer. *in pract.in 1.tract.de indic.& tort.§.duodecimum indicium, n.*5. *in fine,*vbi refert,& sequitur Alc.*in loco præcitato.*Ant. Gom. *var.resol.tomo 3.cap.*12.*rubr.de tort.reorum,n.*11.*vers. Et idem est.& vers.vnde necessariò requiritur,*vbi hoc ideo solas minas ad torturā nō sufficere affirmat,quia sæpe ex iracūdia verba multa per homines proferuntur,quæ postea in exequutione nō ponūtur,argumēto tex.*in l.famosi,vers.1.*ibi, *Nec lubricū, linguæ ad pœnā facile trahendum est,ff. ad l.Iul.maiest.*Masc. *de prob.lib.*2.*concl.*1057,*n.*43.vbi & ipse sequitur Alciat. *in d.l. fugitiuus,*Lud.Peg.*decisi.crim.*17.*n.*11.*vers.Vnde necessariò.*

SVBLIMITANDO Hanc † 7.limitationē aduerte,quia 30
si cū minis probatū est minantē esse solitum minas exequi, non requiruntur alia adminicula ad hoc,vt faciāt indiciū ad torturam,sic in specie pro adminiculo in indicio minatū ad effectū torturæ inferēdæ consuetudo exequendi minas consideratur per Nou.*vbi suprà,n.*77. per Cason.*de ind. & tort. tract.*7.*c.*1.*sub n.*9.*&* 10.& per Ant.Gomez.*de tort.reorum,d. n.*11.*ad finem,vers.vnde necessariò requiritur*, & per Lud. Peguer.*d.dec.crim.*17.*n.*11.*vers.vnde necessariò:*si enim cū minis vltra consuetudinē illas exequendi cōcurrerent aliæ præsūptiones,tunc facerent non solùm indicium ad torturam,sed etiā sufficerēt ad cōdemnandū,vt mox dicā in penultima limitatione huius regulę,& ideo sicut adminicula supplēt cō-

suetudinem

ſuetudinem exequendi minas, vt *ſupra* probaui, *n.* 11. ita etiã econtrà eadem conſuetudo debet ſupplere adminicula requiſita in indicio minarũ, eò magis quia certum eſt in iure, quod delinquendi conſuetudo etiam de ſe facit indicium non leue contra inquiſitum, vt latiùs explicaui *in* 1. *lib. ti. de delictis, & pœnis, q.* 23. *n.* 20. *& ſeqq.*

31 LIMITA Rurſus † præcedẽtem ſublimitationẽ, quia etſi probato, quòd minãs ſit ſolitus minas exequi, non requirãtur in indicio minarum alia adminicula, requiritur tamẽ aliqua præexiſtens cauſa, quare minans ſic minatus eſt, vtputà odiũ, honor, vtilitas, aut quid ſimile: ceſſante enim cauſa delicti ceſſare etiam debet omnis delicti præſumptio, quia ſine cauſa nemo delinquit. Caſtr. *in l. fluminum, §. finali, ff. de dam. infe. & in l. altius ff. de ſeruit.* Barto. *inter conſilia cri. diuerſorũ, conſi. 8. n. 8. lib. 1. in ſolio, & inter eadem conſilia*, Foll. *conſ.* 138. *n. 13. eodem li.* 1. idem Foll. *in pra. cri. in verbo, Item quod ſororem venenauit, n.* 19. *& verbo, Capiat informationem, num.* 45. Gramma. *conſ.* 42. *n.* 10. *in fine*, Maſc. *de prob. at. li.* 2. *concl.* 904. *n.* 21. Bertazz. *cõſ.* 556. *n.* 20. *& ſeqq. li.* 2. & in terminis in indicio minarum ſcripſit Nou. *in tra. ad defenſam in parte, An indicia pro reo danda ſint, poſt n.* 78. *fol. mihi* 88. & facit cõſuetudo Mediolani, de qua per Clar. *d. q.* 21. *ver. minæ, in fine*, vbi probatis minis, & cauſis minarum Senatus ille ſępenumero iuſſit reos tormentis ſubiici, tacitè ſentiens, ſecus eſſe ſi minarum cauſæ non appareant. Vide *infrà, q.* 51. *n.* 150.

32 LIMITA VIII. Regulam † non procedere in minis cõditionalibus, vt in exemplo adducto per Foll. *in pra. cri. in verbo, itẽ quòd ſororẽ venenauit, n.* 20. *in eo qui dixit, che l'hauerebbe rotta la teſta, ſi ſe fuiſſe piu affaciata alla fineſtra.* Hoc n. caſu, inquit ibi Foller. poſt Bertran. quem allegat *in conſilio* 51. *&* 137. 2. *par.* nõ oritur indicium ad torturã, niſi probata
33 illa qualitate, & conditione in minis appoſita: † & hoc per regulã, quia cõditionalis oratio nihil ponit in eſſe ante conditionis implementum, de qua per Roland. *conſ.* 70. *n.* 67. *vol.*
34 3. Tiraq. *de retrac. §.* 1. *glo.* 2. *n.* 21. *& ſeq.* † Et deficiente conditione, deficit conditionalis diſpoſitio, *l. pecuniam, quam, ff. ſi cert. peta. l. hæc venditio, in prin. ff. de contrah. emp. l. neceſſario, §. quòd ſi pẽdẽte, ff. de peric. & com. rei vend.* Cepha. *cõſ.* 104. *n.* 16. *vol.* 1. Rol. *cõſ.* 58. *n.* 15. *& ſeq. li.* 3. *& cõſ.* 63. *n.* 16. *& ſeqq. li.* 4.

35 LIMITA IX. Vt licèt minæ, † iuncta conſuetudine minãtis illas exequendi, faciant contra eundẽ min ntem indiciũ ad torturam, non tamen ſufficiunt ad condemnandũ, ſecundùm Imo. *in l. fin. col. pen. ff. de hæred. inſtituen.* licèt plures Doctores ibi per Imo. relati cõtrariũ dixerint, prout refert Marſ. *in pra. §. diligẽter, poſt n.* 85. & eſt ratio, quia in criminalibus probationes debẽt eſſe luce meridiana clariores, *l. ſi. C. de probat.* & abſurdum eſt ex ſolis præſumptionibus quẽ condemnari, *l. abſentem, ff. de pœnis.* Addo pro eadẽ limitatione, Emanu. Soarez *in ſuo theſauro recep. opin. litera M, n.* 159. vbi te-
ſtatur à cõmuni * opinione, licèt ſecundùm eund. Imo. *in d. l. ſi. n.* 10. pariter contrarium dixerit, & de communi etiam teſtatur Claud. ad Bertazz. *in conſ.* 103. *litera B, in prino.* licèt etiam Hartman. *in pra. foren. li.* 1. *ti.* 21. *obſerua.* 3. in ſolito minas exequi ad condemnationem ſufficere affirmauerit.

36 SVBLIMITA Hanc † 9. limitationem non procedere, quãdo vltra conſuetudinẽ exequendi minas cum minis alia cõcurrerent, vtputà inimicitia, & offenſio incõtinenti poſt minas ſequuta: nam tunc his cõcurrentibus poterit fortè Iudex etiam ad condemnationem contra minantẽ deuenire, ſicut poſt alios quos allegãt antiquiores affirmarũt Brun. *de indic. & tor. par.* 1. *q.* 3. *n.* 33. *ad fin. & q.* 4. *n.* 12. Con. *in pra. in rub. de negat. cri. & torm. ver.* 20. *minæ, fol. mihi* 294. *in fine*, Plot. *de in lite iur. §.* 54. *ſub n.* 10. *ver. idẽ ſi alia plura*, vbi quòd cõcurrentibus inimicitia, & fama, minæ ſufficiunt ad condẽnan-
* dum, & teſtatur * de communi opinione, ex Carrer. ibi per eũ allegato, *in pract. cri. in* 2. *tra. de indi. & tor. §. duodecimum indiciũ, n.* 1. *ver. idem ſi alia concurrant indicia, & n.* 2. vbi quòd ex minis, & aliis concurrentibus oritur indicium indubitatum, Aym. *conſ.* 35. *n.* 4. vbi quòd minis, odio, & delicto incõtinenti ſequuto concurrẽtibus, dicitur probatum delictũ, *& n.* 3. vbi idem concurrentibus minis, odio, & conſuetudine exequendi minas. Addo ad hæc Maſc. *de prob. li.* 1. *concl.* 496. *n.* 17. & Menoch. *de præſump. li.* 1. *q.* 80. *n.* 60. *in fine*, vbi iſtud maximè admittit in ſupremis Iudicibus, & Magiſtratibus.

37 Verùm † ſicut hęc ſublimitatio nõ placet Franci. Caſono, *de indi. tract.* 7. *c.* 1. *n.* 17. *&* 18. ita etiã nec mihi multũ ſatisfacit, vt verum fatear: inimicitia enim, minæ, cõſuetudo delinquendi, & aliæ ſimiles præſumptiones, certum eſt, quòd nõ ſunt indicia propinqua, & delicto immediata, ſed remota, & ex indiciis remotis aliquem criminaliter condemnare ſatis puto eſſe contra * cõmunes iuris concluſiones, volen- *
tes neminem poſſe condemnari criminaliter ex præſũptionibus quantumuis violẽtis, nedum ex indiciis remotis, licuti per tex. *in l. ſinguli, C. de accuſ. & in l. qui ſententiam, C. de pœnis, & in l. aditus, C. de appell. & in l. abſentem, ff. de pœnis, & in l. fi. C. de prob.* affirmarunt Boër. *deci.* 164. *n.* 1. Dec. *conſ.* 415. *n.* 1. *parte* 3. Marſi. *cõſ.* 40. *n.* 26. Brun. *de indi. parte* 1. *q.* 4. *n.* 1. Diaz. *reg.* 370. laſ. *in l. non hoc, ſub n.* 15. *C. vnde cognati*, Mathei. *ſing.* 118. & ibi *in add.* Boſſ. *in ti. de confeſ. n.* 21. Foll. *in pra. crim. in verbo, item quòd ſuffocauit vxorem, n.* 24. Ant. Gom. *var. reſol. to.* 3. *c.* 12. *rubrica de probatio. delict. n.* 25. Sarmien. *Selec. interpreta. lib.* 1. *c.* 1. & dicam latiùs *infrà, in ſuo loco, ſub ti. de reo cõfeſſo, & conuicto.* † Quare vel ſublimitationẽ non credo ve- 38
rã, vel eam forſan, & tantùm admitterem in delictis de nocte commiſſis, ſeu aliàs occultis, & difficilis probationis, in quibus nõ eſt in iure prohibitũ, præſumptiuas probationes haberi pro cõcludenti probatione, & ad condẽnandũ ſufficere, vt per Marſi. *in rub. de prob. ſub n.* 238. Aym. *cõſ.* 73. *n.* 19. Pariſ. *conſ.* 75. *n.* 18. *& ſeqq. lib.* 1. Dec. *in c. licèt cauſam, n.* 12. *in fine, de prob.* Boër. *deciſ.* 164. *n.* 4. Petr. San. *ſing.* 8. *in prin.* vbi de cõmuni, * cum aliis relatis per Ioſeph. Lud. *in ſuis comm. opin.* *
concl. 45. *ver. Ampliatur ſexto*, Ioa. Mar. Monticell. *reg. cri.* 11. *n.* 18. *& ſeq.* Oſaſ. *dec. Pedem. n.* 1. *& ſeqq.* Maſcar. *de prob. concl.* 830. *n.* 4. *& concl.* 496. *n.* 4. *& concl.* 1220. *n.* 14. Menoch. *de præſ. li.* 1. *q.* 40. *n.* 13. Marc. Ant. Eug. *cõſ.* 27. *n.* 12. Et nihilominus, † nec etiam iſto caſu ex minis, iuncta inimicitia, ac 39
delicto incõtinenti ſequuto, fama, aut aliis quibuſuis remotis indiciis minantem condemnarẽ, niſi in pœnam extraordinariam, iuxta communem * Doctorum concluſionem, de *
qua per Boer. *d. deciſ.* 164. *n.* 2. Gram. *deciſ.* 8. *n.* 8. Cagn. *in l. 1. n.* 122. *& ſeqq. ff. ſi cert. petat.* Alciat. *de præſ. reg.* 2. *præſum.* 9. *n.* 4. Brun. *de indi. & tor. par.* 1. *q.* 4. *n.* 12. *& ſeqq.* Marſil. *in rub. de prob. n.* 238. *& ſeqq. & in l. repeti, n.* 17. *& ſeqq. ff. de q.* Aym. *cõſ.* 73. *n.* 19. Boſſ. *in ti. de conuicto, n.* 32. Petr. à Placha *in epito. delict. c.* 14. *n.* 3. *in fine*, Ant. Gom. *var. reſol. to.* 3. *c.* 12. *rubr. de prob. delict. n.* 25. & ibi Soarez *in addit. litera G, & in ti. de homic. n.* 45. & ibi *in addit. litera I*, Tiraq. *de pœnis temperan. cauſa* 27. *n.* 1. *& ſeqq.* Roland. *conſ.* 15. *n.* 11. *vol.* 3. Ceph. *conſ.* 171. *n.* 19. *vol.* 1. Menoc. *de arbit. q. li.* 2. *caſu* 279. *n.* 4. *& ſeqq. & in tra. de præſump. lib.* ... *q.* 97. *poſt n.* 16. *& ſeqq. & q.* 40. *n.* 10. *& q.* 41. *n.* 8. Maſc. *de prob. li.* 3. *concl.* 1220. *n.* 9. *& concl.* 1221. *n.* 55. *& ſeqq. vſque ad n.* 59. ſed an hæc extraordinaria pœna poſſit eſſe corporalis, an verò ſolùm pecuniaria, dicam *infrà, in ti. de reo confeſſo, & conuicto*, in ea quæſtione, in qua tractabitur, an, & quomodo ex præſumptionibus poſſit quis condemnari.

LIMITA X. & † vltimò regulam propoſitam procedere, 40
dummodo de minis appareat, quia illæ non præſumũtur, niſi concludenter per duos teſtes probentur, ſicut in ſpecie affirmarunt Carrer. *in pra. in* 2. *tra. de indic. & tor. §. duodecimũ indicium, n.* 4. Nouell. *in tra. ad defenſam, in parte, An indicia pro reo danda ſint, nu.* 78. *fol. mihi* 88. Bertazz. *conſ.* 116. *n.* 18. & facit generaliter, quia omnia indicia remota ſunt probanda per duos teſtes, vt dixi *ſupr. q.* 37. *n.* 13. *& ſeqq.*

SVBLIMITA I. Hãc † 10 limitationẽ, quia etſi minæ ſint 41
probandæ per duos teſtes, nõ tamen requiruntur conteſtes, ſed ſufficiunt ſingulares, Anch. *conſ.* 277. *& conſ.* 299. Fulgoſ. *conſ.* 177. quos refert, & ſequitur Grã. *deciſ. 5. n.* 15. Paul. Merẽ. *inter conſilia crim. diuerſorum, conſ.* 88. *n.* 54. *lib.* 2. *in fol.* Petr. Ant. à Petr. *in tra. de fideic. q.* 12. *n.* 542. Gabr. *tit. de teſtib. concl.* 2. *n.* 56. Foll. *in pra. cri. in verbo, itẽ quòd ſororem venenauit, n.* 25. Vbi † declarat, dummodo ſint cõcordes in qualita- 42
te minarũ, licèt diſcordes in loco, & tempore, aliàs ſecus, ex Fulg. quem allegat *in conſ.* 172. quamuis cõtra hanc ſublimitationem ſenſiſſe videatur Sylueſt. Aldobrand. *in conſ.* 61. *n.* 13. ex Marſ. quẽ allegat *in cõſ.* 62. *tria, vel quatuor, col.* 1. *&* 2.

SVBLIMITA II. Dictam † 10. limitationẽ, quia etſi minæ 43
non probatæ per duos teſtes non faciant indiciũ ad torturã, bene tamen faciunt indicium ad inquirendum, etiam quod ſint probatæ per vnicum teſtem, ſicut placuit Iodoch. *in pra. crim. c.* 10. *n.* 20. † Quod ego intelligo ad inquirendum ge- 44
neraliter,

neraliter,& sic assumẽdũ informationes super delicto,secus ad inquirendum specialiter,hoc est,ad formandam,& transmittendam inquisitionem,quia tũc cum de grauissimo prę-iudicio agatur,indicia debent esse grauia,& bene probata.

Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Indicium,an,& quale resultet contra eum,qui delicto non obuiat, cùm obuiare possit, quando quis delictum reuelare, ac illi obuiare teneatur,& an sacerdos possit, & quo casu in confessione sibi exposita propalare.

SVMMARIVM.

Indicium oritur contra eum,qui cùm possit manifesto facinori obniare,desinit,num.1.verùm hoc indicium de se solum non sufficit ad torturam,num.2.

Obuiare delicto, & illud prohibere nemo tenetur,etiam quòd quis commodè,& sine periculo possit,n.4.contrà,n.5.sed prima opinio est magis communis,n.6.

Defendere insultatum, & pro insultati defensione se in rixa interponere nemo tenetur,n.4. contrà, n.5. sed prima opinio est magis communis.

Reuelare delictum nemo tenetur,n.7.

Obuiare delicto nemo tenetur, etiam quòd id possit exequi solùm clamando,num.8.

Obuiare delicto,nec etiam de iure canonico quis tenetur, & hæc est communis opinio,n.9.& 10. licèt aliqui contrarium dixerint,num.11.

Prælatus tenetur obuiare delicto committendo per eius subditos, num.10.& 49.

Obuiare delicto si quis desinat,dolo tenetur,& punitur de iure canonico,n.10.

Reuelare fures malefactores,seu alios delinquentes nemo tenetur, n.12.Limita primò,vt procedat de iure ciuili,secus de iure canonico,n.13.sed contrà,n.14. Limita secundò,vt quis non teneatur reuelare furem,& delinquentem priuato,seu Iudici ad instantiam priuati inquirenti, secus Iudici procedenti ex officio,n.15.sed contrà, n.16. Limita tertiò, quia latrones quis reuelare tenetur,n.17.sed contrà, n.18. Limita quartò, quia valent bannimenta contra non reuelantes delicta, n. 19.sed quæ pœna possit imponi in his bannimentis, n. 20. Sublimita omnes prædictas limitationes non procedere, quando quis sciuisset furtum,& delictum ab eodem fure, & delinquente, qui hoc sibi in confidentiam reuelasset: nam tunc non tenetur quis amicum prodere,n.21.sed contrà,num.22.

Fures,latrones,seu alios malefactores, & delinquentes reuelare, an,& quando quis teneatur,n.13.& seqq. vsque ad num.23.

Bannimenta contra non reuelantes fures, seu alios delinquentes valent,n.19. sed quæ pœna possit illis imponi,n.20.

Obuiare delicto, & illud reuelare quis tenetur in foro conscientiæ,n.23.Limita, vt teneatur quis reuelare in foro conscientiæ delicta committenda, non autem commissa, n. 24. Limita secundò, vt etsi quis non reuelauerit delictum committendum, non per hoc teneatur parti in foro conscientiæ ad refectionem damnorum,& interesse.

Reuelare delictum,an,& quando quis teneatur in foro conscientiæ,num.23.& seqq.

Filius,seruus,& subditus tenentur reuelare delictum committendum in patrem,vel dominum,& illi obuiare quãtum possunt, n.26.Amplia etiam in famulis,seruitoribus,& aliis familiaribus,qui etiam tenentur defendere suum dominum,num.27. Amplia secundò, etiam in filio naturali,& emancipato, quia adhuc tenetur defendere suum patrem,n.28. & 29. Amplia tertiò,etiam in filio spirituali, num.30.& 31. Amplia quartò,etiam in fratre,qui non reuelando tractatum, & delictum committendum in suum fratrem,punitur, vt in n.32. & 33. Amplia quintò,etiam in coniunctis, qui tenentur defendere suos coniunctos vsque ad quartum gradum,n.34.& 35. Amplia sextò in vxore, quæ tenetur reuelare tractatum factum contra maritum,& è contra,num.36.& 37.

Reuelare delictum committendum in patrem, seu dominum,an, & quando teneatur filius,seruus,vel subditus,numero 36.& seqq.

Serui,famuli,& subditi an & quando teneantur defendere suum dominum insultatum,& reuelare delictum contra ipsum committendum,n.26.& 27.

Subditus tenetur defendere suum dominum insultatum,ac etiam reuelare delictum in ipsum committendum,n.26.

Famuli, & alij de familia tenentur defendere eorum dominum insultatum,n.27.

Parricidium committitur etiam à filio naturali, vel emancipato,n.29.

Parricidium committitur à filio spirituali,n.31.

Frater non reuelando tractatum factum contra suum fratrem, punitur pœna relegationis,num.30.& hoc amplia in omnibus transuersalibus vsque ad quartum gradum,n.34.

Parricidium committitur etiam in transuersales,vsque ad quartum gradum,n.33.& 35.

Coniuncti,& consanguinei tenentur defendere suos coniunctos,& consanguineos insultatos,vsque ad quartum gradum, numero 34.& 35.

Vxor tenetur reuelare tractatum factum contra maritum, & econtrà,n.36.& 37.

Parricidium committitur etiam inter coniuges,n.37.

Defendendo parentes, & dominos insultatos, si filij, aut serui insultantem occidant, immunes sunt ab omni pœna, numero 38.

Reuelare delicta, quis tenetur in crimine parricidij, numero 39.

Pater, & dominus tenentur obuiare delictis committendis per eorum filios, & seruos, numero 40. Amplia, vt dominus teneatur obuiare etiam delictis famulorum non existentium in sua dominica potestate, numero 41. Limita dummodo filij, & serui delinquant ad vindictam patris, & domini, aliter secus, numero 44. sed contrà, numero 45.& seq.

Obuiare delictis committendis per seruos,filios,& famulos, an, & quando teneantur domini, & parentes, numero 40.& seqq.

Dominus,an, & quando teneatur obuiare delictis suorum seruorum,& famulorum,n.40.& seqq.

Dominus debet succurrere damnis subditorum,n.42.

Mandatum præsumitur contra dominum, & patrem, qui cùm possunt obuiare desinunt delictis filiorum,& seruorum,n.43.

Obuiare semper quis tenetur delicto,quod quis committit ad vindictam obuiare debentis,n.46.

Obuiare quis tenetur ratione sui officij in pluribus casibus, de quibus in n.47.& seqq.

Dux belli tenetur obuiare delicto committendo per eius milites, n.48.

Officiales,& potestates terrarum si vident rixantes, & ad arma ruentes, debent mittere eorum curiam ad obuiandum illi delicto,aliàs deponuntur ab officio,num.50.Limita,vt in dicto n. 50.

Vniuersitas an teneatur obuiare delicto committendo per suos ciues,n.51.

Obuiare delictis committendis, an teneatur vniuersitas, numero 51.

Officialem insultatum defendere omnes astantes tenentur, numero 52.

Clericum insultatum vnusquisque defendere tenetur ab offensore, & n.53.

Obuiare delictis atrocioribus vnusquisque tenetur,n.54.sed contrà,n.55.

Bannimenta Præsidum contra non obuiantes delictis,valent,& tenent,n.56.

Obuiare delictis licèt quis non teneatur,potest tamen,si vult,n. 57.

Defendere insultatum,etiam insultantem occidendo,vnusquisque potest,etsi extraneus sit, n. 58.

Clericus tenetur reuelare delicta committenda contra alios clericos,& multò magis contra Episcopum,n.59.

Monachus tenetur reuelare delicta committenda in suum Abbatem,n,60.

Releuare delicta vbi quis tenetur, intelligitur, dummodo constet de illius

de illius scientia, aliter secus, cùm in dubio ignorantia præsumatur, n.61. & non sufficit simplex scientia, sed debet esse verisimilis, & probabilis, num. 62. sed quid si quis delictum audiuerit ab vno tantùm, an teneatur illud reuelare, cùm scientia non sit certa, vide in d.n.62. & seqq.

Obuiare delicto nunquam quis tenetur, quando non potest illi obuiare sine periculo suo in se, n.64. & in dubio præsumitur impotentia, potius quàm potentia, num.65.

Reuelare vbi quis tenetur delictum committendum, & non reuelat, non punitur, nisi sequuto delicto, aliàs secus, num.66.

Reuelare delictum vbi quis tenetur, non tamen tenetur reuelare personam delinquentis, num.67.

Reuelare delictum, & illi obuiare vbi quis tenetur, non obuiando & non reuelando, non punitur pœna ordinaria principalis delinquentis, sed alia mitiori extra ordinem, & Iudicis arbitrio, num.68.

Crimen læsæ maiestatis regulariter committitur per scientem, & non reuelantem tractatum contra Principem, num.69. & ista opinio est magis communis, num.71. licèt contrarium voluerint Doctores relati, n.70. Amplia, vt non reuelãs, isto casu puniatur eadẽ pœna mortis, qua puniretur principalis delinquens, n.72. contrà. n.73. resolue, vt in n.75. Limita, vt quis non teneatur reuelare tractatum contra Principem, nisi quãdo illum probare potest, aliàs secus, n.75. licèt multi tenuerint cõtra, n.76. Sublimita hanc primam limitationem, vt isto casu licèt quis non teneatur reuelare per viam iudicialis accusationis, bene tamen tenetur per viam extraiudicialis monitionis, n.77. Sublimita primò, quia non reuelans quod probari non potest, punitur alia pœna, sed non tanta, quanta puniretur, si potuisset probare, & non reuelasset, n.78. Limita secundò, in non subdito, qui non tenetur reuelare conspirationem factam contra non suum Principẽ, n.79. & seq. Limita tertiò, in vxore, quæ non tenetur reuelare conspirationem factam à marito contra suum Principem, & econtrà, n.81. Limita quartò, in patre, qui non tenetur reuelare tractatum factum à filio suo contra Principem, n.82. contrà, n.83. resolue, vt in n.84. 85. 86. Limita quintò, in non reuelante tractatum contra Principem inferiorem, n.87. contrà, n.88. Distingue, vt in n.89. Limita sextò, vt non reuelans nunquam puniatur pœna mortis, nisi quando tractatus, & conspiratio fiat in maximum damnũ ipsius Principis, puta contrà eius personam, vel statum, aliàs secus, n.90. Limita septimò, seu potiùs declara, quia econtrà reuelans talem tractatum factum contra Principem habet præmium, & est immunis à pœna, si fuerit particeps criminis, vt in num.91.

Reuelare, an & quando quis teneatur illud crimen, quod probari non potest, num.75. & seqq.

Crimen læsæ maiestatis non committitur per non subditum, n.80.

Vxor non tenetur reuelare delicta per maritum perpetranda, & econtrà, num.81.

Pater non tenetur reuelare Principi tractatum, quem filius contra ipsum facit, n.82. contrà, num.83. Distingue, vt in n.84. & seqq.

Confessio sacramentalis, & eius celatio est de iure diuino, num. 94.

Sacerdos non potest, nec debet reuelare, ea, quæ sibi dixit confitens in confessione sacramentali, num.93. & 94. vbi redditur ratio huius conclusionis.

Sacerdos reuelans confessionem deponitur, & detruditur in monasterium, num.95.

Sacerdoti reuelanti confessionem non creditur in præiudicium confitentis in iudicio, aut extra, & talis reuelatio nullum facit indicium, aut probationem, num.96.

Sacerdoti facta confessio non probat contra confitentem, etiam quòd ea probetur per testes, qui audiuerunt dictam confessionem tempore, quo confitens confitebatur sacerdoti peccata sua, num.97.

Sacerdoti facta confessio, nec etiam probat in causa matrimoniali, num.88.

Sacerdos non potest reuelare delicta commissa per confitentem, etiam quòd atrocissima sint, vt putà læsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ, n.99. & seqq.

Sacerdos non potest cogi etiam de mandato Papæ ad reuelandam confessionem, num.101.

Sacerdos examinatus medio iuramento super iis, quæ sibi confitens dixit, potest sine periurij, & alicuius pœnæ incursu respondere se nihil scire, & est ratio, quia id, quod scit, scit vt Deus, & non vt homo, num.102.

Sacerdos potest reuelare delicta committenda per confitentem, n.103. contrà, num.104. Distingue, vt prima opinio procedat, quando confitentem non pœniteat, & dicat se non posse resistere tentationi, & quòd delictum exequetur. Secunda autem opinio procedit, quando confitens pœnitens promittit sacerdoti se nolle amplius illud delictum committere, & propterea pœnitentiam recipit, n.105.

Sacerdos potest reuelare delicta committenda per confitentem, quando de illis habuit notitiam aliunde, quàm ex confessione, num.106. Debet tamen sacerdos probare talem notitiam aliunde, num.107. & illam non probans, punitur, vt n.108.

Sacerdos potest reuelare delicta, quæ erant committenda per confitentem etiam pœnitentem, quando in tractatu interuenerunt alij complices, qui possint delictum exequi, etiam sine confitente, num.109.

Sacerdos in casu, in quo potest reuelare delicta committenda per confitentem, non tamen debet reuelare delinquentes, & illorum nomina, n.102.

Sacerdos potest reuelare confessionem de licentia confitentis, n.111. & creditur sacerdoti asserenti se habuisse talem licentiam à confitente, n.112. dummodo tamen ipse sacerdos sit bonæ famæ: item quòd medio iuramento hoc asserat, & quod confitens non contradicat, num.113.

Sacerdos potest reuelare sibi dicta non in actu confessionis sacramentalis, sed sub sigillo confessionis, num.113. Declara, vt in num.115.

QVÆSTIO LI.

INDICIVM occultæ † societatis contra illum oriri, qui cum possit manifesto facinori obuiare, desinit, probat tex. *in c. non inferenda, 23. q. 3. & in c. qui potest, & in c. quanta, in fi. de sent. excomm. c. sicut dignum, §. Illi etiam, extra hom.* & per iusta iura, quæ satis clara, & aperta sunt, hoc idem affirmarunt Gand. *in tit. de præsum. & indic. indubitat. n.24. in prima & in fi.* Dec. & Cag. *in l. culpa caret, ambo post n. 3. ff. de reg. iur.* Abb. *in c. 1. n. 1. versic. sed de iure canonico, extra de offi. deleg.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. decimumoctauum indicium, in 3. tract. de hom. & assassin. §. nonò quæro, n.8.* Nouel. *in tract. ad defensam in parte, An indicia pro reo danda sint, n. 98. fol. mihi 92.* vbi ponit exemplum, quando delictum est commissum in conspectu alicuius, qui erat armatus, & sine periculo vitæ suæ poterat impedire, ne homicidium sequeretur, & non impediuit, is, inquam, secundùm Nouel. ibi, videtur particeps illius homicidij, quod & voluit etiã Blanc. *de indic. ad l. fi. ff. de quæst. n.303. & 304. Plenè examinat*, Ign. *in l. 1. §. si quis in illo, n.8. & seqq. vsque ad n.54. & seqq. ff ad Sylla.* expresè affirmans & indicium esse ad torturam sufficiens, Rota *in antiquis, rubr. de offi. Vic. dec.6. aliàs 432. incip. Nota vtrum Epis.* Men. *de arb. q. lib. 2. casu 355. n.8. & de præsum. l. 1. q. 89. n. 113.* Nic. Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, q. 138. n. 38.* Masc. *de prob. lib. 2. concl. 531. n. 98.* vbi quòd præsens nec residens delicto, cùm posset, præsumitur in dolo, & *concl. 158. in fin. lib. 1.* hinc dixit Clar. *in prac. § fi. q. 87. versic. Dictum est*, in fine, sibi non displicere illam consuetudinem, & practicã Galliæ, de qua testatur Igne. *in l. 1. §. serui appellatione, n. 136. ff. ad Syll.* quod scilicet si in conspectu multorũ, qui rixãtes prohibere poterat, ne se offenderent, homicidiũ commissum fuerit, teneantur omnes obtinere à Principe literas, quas vocant innocentiæ, aliàs præsumuntur in culpa. 1

Verùm † hoc indicium de se solùm ad torturam non sufficere eo quia de iure quis delicto obuiare nõ tenetur, apertè affirmauit Carrer. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. 18. indicium, ad finem, vers. Hoc solum.* Nec dissentit Nouel. *in tract. ad defensam in parte, An indicia pro reo danda sint, n. 99. fol. mihi 93.* vbi dixit, quòd hoc indicium facillimè tollitur, si nulla alia coniectura concurrat, & maximè si post delictum assistens non associauit delinquentem in aliquo loco, & idem defendit Blanc. *de indic. n.305.* 2

Hinc † sumpta occasione interlegẽdo percurri totã materiam non obuiantis, & reuelantis delictum: quam etsi non 3

ignorem

ignorem aptiori loco potuisse accõmodari, videlicèt *infrà, in tertio libro, sub titulo de auxiliatoribus, consultoribus, & fautoribus.* quia tamẽ solus Deus scit, an vita mea eò vsque prorogetur, non absre erit in præsenti loco, etsi forsan nõ multum congruo, illam explicare, & pro faciliori intelligentia quæstionem in tres partes diuidendam putaui, in prima generaliter tractabo de non obuiante delicto, ac de illud non reuelante: in secunda specialiter, & solùm agam de non reuelante crimen læsæ maiestatis: in tertia pariter, & in specie disseretur, an, & quando sacerdos sibi in confessione sacramentali exposita reuelare possit, & procedendo more solito per regulam cum suis ampliationibus & limitationibus.

4 REGVLA I. †sit in 1. parte huius quæstionis, quòd de iure ciuili nemo tenetur obuiare delicto, aut insultatũ defẽdere, etiam quòd commodè, & sine periculo possit: probatur hæc regula per tex. *in l.1.§. sed in eo, ff. ad Syll.* vbi speciale est in seruo qui tenetur, si sciuit delictum esse committendum in dominum, & non prohibuit, vel iuuauit, ergo in contrarium est ius cõmune in aliis hominibus, item & per text. *in l. metum, la 3. §. sed licèt, ff. quod metus c.* vbi quòd licitè potest quis recipere pretium vel pecuniam pro liberando alio ab iniuria, vel offensa à tertio inferẽda. Ergo sequitur, quòd ad id de iure nõ teneatur, quia si teneretur, turpiter acciperet, *l. 2. & fi. ff. de cond. ob c.* & facit ratio, quia alteri benefacere nemo cõpellitur, ad gl. *in c. ad reprimendam, de offi. ord.* sic nẽpe per ista iura, & rationẽ, hanc regulã firmarunt glos. *in l. culpa caret,* & ibi relati per Dec. *numero quarto, vers. Circa primum,* & ibi, Hier. Cucch. *in addit. litera C,* vbi alios adducit con-
* cordantes, & testatur de communi* opinione, Cagn. *n.* 10. *in princ.* vbi etiã de cõmuni, *ff. de reg. iur.* Dyn. *in c. non est sine culpa, n. 4. vers. De iure autem ciuili, de reg. iur. in* 6. vbi bene ponderat iura ciuilia, & ibi Boër. *in add. litera B,* vbi plures cõcordantes ad materiã citat, Abb. *in c. 1. n. 5. vers. Aduerte, quia in hoc, extra de offi. deleg.* Felin. *ibidẽ, n. 4.* idem Felin. *in c. quia alios, in princ. extra de hæred. & in c. quantæ, num. 4. de sentent. excomm.* Dec. *in c. 1. num. 27. 28. & 31.* & ibi Hier. Gig. *in add. litera D, de offi. deleg. & in l. vt vim, n. 33. ff. de iust. & iu.* vbi
* pariter testatur de communi* opinione, licèt eam non sequatur, vt mox dicam, Rom. *cons. 117. post n. 1.* & ibi Mand. *in add. litera A,* Nouell. *in tract. ad defensam in parte. An indicia pro reo danda sint, n. 99. & 100.* vbi alios adducit, Diaz *reg. 184.* Petr. à Placha, *in epit. delict. c. 22. num. 17. versic. quin etiam,* Conrad. *in pract. §. 3. de offi. prætor. in cau. crim. in rub. de*
* *consociis, n. 1. fol. mihi 333. col. 2.* vbi testatur de cõmuni, * de qua etiam per Grat. *cons. 1. post n. 47. l. 1.* Bolenc. *in repert. l. capitaliũ, §. famosos, n. 92. ff. de pœnis,* Iodoc. *in pract. crim. c. 80. n. 6.* Bero. *in d. c. 1. n. 48. de offi. deleg.* Claud. *in repet. l. vt vim, n. 168. ff. de iust. & iure,* Bert. *consil. 397. num. 8. l. 8.* Viui. *in suis comm. opin. verbo, defendere, n. 1.* & per Ant. Gom. *var. res. tomo 3. tit. de homic. num. 4. post ver. Ex his potest inferri,* ibi, *imò quod plus est, & c. in tit. de crimin. læsa maiestat. n. 8. in princ.* vbi aliorum antiquorum authoritates allegat, Clar. *in pract. §. fin. q. 87. vers. Dictum est,* Menoc. *de arb. quæst. l. 2. casu 355. n. 7. in*
* *princ.* vbi pariter testatur de communi opinione,* licèt contrariam asserat, & veriorem, & æquiorem, vt mox subiiciã.

5 Contrariam† hãc regulam fortiter vrget text. *in d. l. culpa caret, & in l. nullum crimen, ff. de reg. iur.* probatur ibi, quòd in culpa non est, nec aliquod crimen cõmittit is, qui delictum non prohibet, cùm prohibere non possit, ergo secus videtur dicendũ, si possit, sumpto argumento ex dictis legibus à cõtrario sensu, & per ista iura, sic ponderata hanc contrariam opinionem sequutus est Gand. *in titulo de præsumpt. & indic. dubit. n. 24. in discursu,* etenim ibi Gand. si à morte potuisti hominem liberare, & non liberasti, occidisse videris, argumento text. *in l. scientia, in princ. ff. ad l. Aquil. in l. omnibus, & in l. delictis, in princ. ff. de nox.* cum aliis ibi per eum allegatis, vbi etiam subdit, quòd licèt forsan talis non prohibens non deberet puniri eadem pœna, qua principalis delinquens, tamen est mulctandus paulò minori pœna: faciunt considerata per Dyn. *in reg. non est sine culpa, n. 4. vers. De iure autẽ ciuili, & n. 5. vers. Textus tamen. de reg. iur. in* 6. sed cum hac contraria opinione bene residet Dec. qui etiam bene contrariis iuribus & rationibus respondet *in d. l. caret culpa, n. 5. 6. 7. & 13. & ibi 11 add. litera B, n. 4. & in d. l. nullum crimen, num. 3. in fine, vers. Et supradicta locum habent, ff. de regul. iur. & in l. vt vim, n. 33. ff. de iust. & iur. & in c. 1. n. 29. 30. 31. vers. sed potest responderi, & n. 41. vers. Et retenta ista conclusione, extra de offi. deleg.* Nec ab ea dissentire videtur Cagn. *in d. l. culpa caret, n. 10. vers. quibus addi potest,* vbi etiam testatur de communi * *
opinione, & vers. Sed in secreto,* vbi de communi, & veriori, & hanc contrariam sententiam iuri, & æquitati consonam, etsi aliam opinionem communem dixerit, testatur Menoc. *de arb. q. l. 2. casu 355. n. 7. vers. Verum, &* §. vbi tamen talem non prohibentem non ordinaria, sed extra ordinem arbitraria pœna plectendum esse cum Gandino, *vbi supra,* libenter affirmat, ex Didac. quem allegat *in clem. 1. part. 2. n. 7. prope medium, de hom.*

Retenta prima opinione,† quæ videtur magis* communis, & ab ea in practica vix recedi posse crediderim. * 6

AMPLIA I. Illam procedere non solùm in eo, qui potest 7 prohibere delictum defendendo putà insultatum, sed etiam in eo, qui reuelãdo potest delicto obuiare: nemo enim regulariter tenetur delictum reuelare, *c. placuit, 6. q. 2.* & absurdũ quodãmodo videtur ex simplici scientia & non reuelatione quẽ teneri, & Doctores qui de prohibente, seu obuiante delicto loquuntur, loquuntur etiam promiscuè de reuelante, sicuti in specie in non reuelãte, post alios, quos allegant antiquiores, affirmarũt Rom. *in sing. 794. vers. sed de iure ciuili,* Abb. *in c. 1. n. 9. in princ. iuncto ver. Et hoc procedit de iure ciuili,* & ibi etiã Fel. *n. 3.* vbi respõdet cõtrariis, *extra de offi. del.* Dec. *in d. c. 1. n. 31. ad finem, & in l. culpa caret, n. 8. vers. Et si scio,* & ibi *in add. litera A, ff. de reg. iur.* vbi tamen loquitur retenta cõmuni opinione, & regula, de qua *sup. n. 4.* (cùm tamẽ ipse illi assẽtire nõ videatur, vt in *d. l. culpa caret, n. 13. in fi.*) Carr. *in pract. in 3. tract. de hom. & assass. §. nonò quæro. post n. 9. vers. in cæteris verò casib.* Cap. *dec. 130. n. 64. in princ. & ver. in aliis dicit, & n. 68. vers. extra prædictos casus.* Gig. *de crim. læsæ maiest. l. 2. tit. Qui accus. pos. q. 20. in prin.* Fr. Marc. *decis. 425. n. 5. in fi.* Ant. Gomez. *var. res. tomo 3. rub. de hom. n. 4. post vers. Et ex his potest ibi, regulariter autẽ in omnibus aliis delictis,* & c. *& in tit. de crim. læsæ maiest. n. 8.* vbi iura & authoritates adducit, & testatur de cõmuni* Doctorũ opinione, de qua etiã per Car. * *super quarto ritu mag. Cur. n. 2.* quẽ refert, & sequitur Clar. *in pract. §. fi. q. 87. in fine princ.* vbi etiam quòd in hoc nulla est difficultas, & sub vers. dictũ est ibi, *vel reuelãdo.* Men. *de arb. q. l. 2. de casu 355. n. 7. in princ.* Hipp. Rim. *cons. 310. num. 27. & seqq. l. 3.* Bert. *cons. 107. n. 10. l. 1.* Hier. Laur. *dec. Auen. 108. n. 4.*

AMPLIA II. Vt † quis non teneatur obuiare delicto, etiã 8 quòd solũ clamando posset illud prohibere, vt ex relatis per Dec. *in l. culpa caret, n. 8. in princ.* (etsi contrariũ teneat *in n. 13. in fine*) *ff. de reg. iur. & in c. 1. n. 31. vers. Retenta tamen. de offi. deleg.* (vbi tamen loquitur retenta cõmuni reg. de qua *supra, n. 4.* quam ipse non tenet, vt dixi *sup. n. 5.*) Conrad. *in pract. §. de offi. prætor. in caus. crim. rub. de consociis, num. 1. in fin. fol. mihi 333. col. 2.* & est communis, * vt per Clar. *in d. q. 87. in fine* * *princ. & in d. vers. Dictum* ibi, *etiam clamando, & c.*

AMPLIA III. Vt nec etiã de iure canonico, quis teneatur 9 obuiare delicto committendo, secũdùm communem* Do- * ctorum opinionem, de qua testantur Abb. *in c. 1, n. 5. vers. sed de iure canonico, extra de offi. deleg. & in c. 1. n. 9. in princ. iuncto vers. De iure verò canonico, versic. sed in foro contentioso, de rest. spoliat.* Felin. *in c. Qui alios, vers. Et adde, quòd de iure canonico, extra de hær.* vbi hoc limitat duobus modis. Primò, in prælato, † de quo infrà dicã, *n. 49.* Secũdò, in eo, qui dolosè omittit 10 quem defendere, Dec. *in c. 1. n. 38. vers. Andreas Siculus tamẽ.* & ibidem Bero. *post n. 75. extra de offi. deleg.* Cont. *in pract. §. de offi. prætor. in c. crim. rub. de cõsociis. n. 1. & n. 5. vers. limitãdo tamẽ, fol. mihi 333.* Ias. *in l. vt vim, n. 31. ff. de iust. & iure,* Add. ad Dec. *in l. culpa caret, num. 10. litera B, ff. de reg. iur.* Viui. *in comm. op. in verbo defendere, n. 2. per totum, in discursu,* Menoc. *de arb. q. l. 2. casu. 355. n. 9.* Iura. n. canonica, quib. videtur quẽ teneri delicto obuiare, loquuntur non in foro contentioso, sed conscientiæ, sic. n. illa communiter* interpretantur Do- * ctores prædicti, & mox dicã *infrà, in limitationib. n. 23.* & sine dubio, teste Menoc. in loco mox citato, ista ampliatio magis communiter * à Doctoribus tenetur, etsi *

Contrarium,† quòd imò de iure canonico quis teneatur 11 delictis obuiare, à cõtrariis defendat Dec. licèt *vt sup.* in cõtrarium asseruerit esse cõmunem Doctorum opinionẽ) *in d. l. culpa caret, n. 10. 11. & 12. ff. de reg. iur. & in c. 1. num. 38. in princ.*

prin.& d.n.38.in fine,& seqq.de offi. deleg. Cagn. *in d.l. culpa caret,n.*11.Fel.*in c.*1.*n.*5.*de offi. deleg.* vbi tamen quòd mitiùs
* punitur,& ita dicit tenere ibi gl.& omnes,*Dy.*in c.si nõ est sine culpa, n.*4. vbi quòd hoc est planum de iure canonico, Gig.*de cri.læsæ maiest.li.*2.*in tit.qui accus.pos.q.*20.*n.*1. Rom. *sing.*794.vbi de non reuelante furem,Petr.à Placha, *in epit. delic.c.*28.*post n.*31.*vers.* Quæ omnia, vbi quòd hæc est communis sententia Canonistarum,Mant. *in c.*1.*n.*19. & 20. *de*
* *off.deleg.*vbi pariter testatur de vera & communi*opinione.

12 AMPLIA IV.Vt † non solùm quis non teneatur reuelare delictum committendum ad hoc,vt illi obuiari possit,sed multò minùs teneatur reuelare delictum commissum,& sic putà furem delinquentem,aut alium malefactorem ad hoc, vt is puniri debeat,tex.est expressus *in l.*1.*§.si tibi.*& ibi præcipuè Ias.*n.*1.*ff.de condi.ob turp.caus.*Bal.*in l.*1. *C.eodem,* gl.& Doct.*in l.ciuile,C.de furtis,*Host.*in summa,in tit.de furtis,rubr. de condic.furtiua,§.si.vers.illud faciendum,*Diaz *reg.*332.*incip.*
* *indicare furem,*& est cõmunis,* vt per Bertaz.*cons.*104.*n.*10. *li.*1.& *cons.*343.*n.*1.*iuncto n.*5.*li.*2. & de magis communi testatur Bonac.*in vers.indicare malefactorem.*

13 LIMITA I.Hanc†ampliationem,vt procedat de iure ciuili,secus de iure canonico,secundùm quòd tenetur quis indicare furem, & malefactorem, ad gl.*in c. qui cum fure, de furt.& in c.quod quidam dicunt.§.ex his,in ver.furti,*& ibidem Arch.1.*q.*1.cum aliis allegatis per Ias. *in d.§.si tibi, n.*1.*vers. Limita quatuor modis,*& per Rom.*in d.sin.*794. vbi loquitur in specie de indicante furem.

14 Sed†certè hæc limitatio posset forsan procedere in foro conscientiæ,vt expressè ibidem adnotauit Ias.*in vers.* 2. *Limita,& dicam infrà,n.*23. sed in foro contentioso crederem
* contrarium,secundùm magis communem*Doctorum opinionem,de qua *suprà,n.*9.& 10.à qua nec recedendum credo etiam in casu propositæ limitationis, imò quoad delictum commissum,quòd nec etiam in foro conscientiæ,quis teneatur illud reuelare,dixi *infrà,n.*24.

15 LIMITA II.Dictam†4.ampliationem,vt quis nõ teneatur reuelare,& indicare furẽ priuato vel etiam Iudici ad instantiam priuati,inquirentis,& procedentis, prout loquitur tex.*in d.§.si tibi,* vnde secus Iudici ex officio,& nõ ad alicuius instantiam inquirenti,quia illi tenetur quis indicare furẽ,& delinquentem,vt per gl.Bal.& Ias.*in d.§.si tibi,vers.*3 *Limita.*

16 Sed certè † nec ista limitatio recipitur in practica, quia nunquam vidi quem punitum ob non reuelationem furis, vel delinquentis, siue Iudex procedat ad instantiam partis, siue ex officio,nisi quando medio iuramento requisitus,& examinatus illud tacuerit.

17 LIMITA III. Eandem†ampliationem non procedere in non indicantibus, & non reuelantibus latrones: nam & ij puniuntur,*in l.*1.& 2.*C.de his,qui latron. occul.* vbi non deferentes latrones,vel alios nocentes,vel eos admoniti exhibere differentes,dispendio facultatum puniuntur.

18 Sed certè†tex.*in d.l.*1.& 2.licèt loquatur in delictis cõsũmatis,prout sunt termini propositæ ampliationis,intelligitur tamẽ non de simplici non reuelante & non indicante latrones,sed de eos receptante,& occultante, sic in terminis declarat Hipp.Rim.*in cons.*327.*n.*8.*iũcto n.*22.26.& *seq.li.*3.

19 LIMITA IV.Quia†etsi de iure communi quis non teneatur reuelare fures,& delinquẽtes, valent tamen bannimẽta præsidũ imponentia pœnas non reuelantibus,& hoc ob publicam vtilitatẽ,& ne delicta remaneãt impunita,ad tradita per Canonistas *in c.qui cum fure,extra de furtis,* per Legistas *in d.§.si tibi,ff.de condic.furt.*per Neuiz.*in Sylua.nuptiali,lib.*3.
* *ver.monito,n.*3.& *seqq.*& ista est communis*practica,quę in Romana curia indistinctè seruatur siue procedatur ex officio,siue ad instantiam partis,sicut vltra Neuiz. *in loco præcitato*, ex Foll. & Conrad. per eum allegatis affirmat Clar. *in prac.§.fi.q.*27.*vers.Aliquando etiam,& seqq.*quibus addo etiã Btu.à Sole *in suo cons.cri.n.*123.& *seqq.*& Hippo.Rim.*d.cons.*
20 327.*n.*6.& *per totũ consilium li.*3.†Vbi ampliùs bene declarat,an,& quam pœnam præsides in huiusmodi bannimẽtis inferre valeant.Et in eodem casu in quo cõsuluit Hipp.Rim. consuluit etiam Bertaz.*in cons.*107.*li.*1.*vbi n.*11. notabiliter dixit,quòd talia bannimenta non comprehendunt eos, qui post eorum publicationem habent notitiam de delinquentibus,& illos non reuelãt,& iterum *in cons.*343.*per totũ li.*1.

SVBLIMITA præcedentẽ 4.limitationẽ non procedere, 21
quando sciens furem, vel rem furatã, aut aliũ delinquentẽ, illud scisse cum eo cõfitendo,& rogãdo,vt taceret prædicta denũciasset,quia tũc nõ est obligatus ex præcepto superioris ille sciens amicum reuelãdo tradere, & fidem sibi datã violare,vt tradunt Io.Hentic.Boich.Card.Flor.& Ioã. de Ana. *in c.qui cum fure,de furt.*latè cõsuluit Soc.*in cõs.*102.*n.*3. *vol.* 4.Clar.*d.q.*27.*sub vers.quæro nũquid,*Hipp.Rim.*d.cõs.*327.*n.* 23.*li.*3.Bertaz.*d.cõs.*107.*n.*13.*li.*1.& *cõs.*343.*n.*6.*li.*2. & facit generaliter,quia reuelare secretum quis non tenetur, si illud tendit in præiudicium alicuius,Summa Tab.*in ver.confessio,* 3.*n.* 4. vbi de communi, sicut illum refert Bonac. *in com.opin.cri.pa.*2.*vers.Reuelare secretum,folio mihi* 97.*col.*2.

Sed†certè hæc limitatio in contingenti casu,in pract.non 22
excusaret non reuelantem,& contra eam tenuerunt Innoc. Aret.& Capel.Thol.*in locis relatis per Menoc.de arb.quæst.li.* 2.*d.casu* 355.*n.*3.*vers.His accedit.*

LIMITA I.Propositam†huius quæstionis primam regulã 23
non procedere in foro conscientiæ,secundũ quod quis tenetur reuelare delictũ, & illi etiã quomodocunque obuiare si possit ad tex. *in c.qui potest.*23.*q.*3.& *in c.*1.83. *dist.* vbi dicit tex.quòd est grãdis differentia,vtrũ lethũ,id est,mortem inferas,vel admittas:mortẽ.n.languentibus probatur infligere qui hãc cùm possit,nõ excludit.ad idẽ tex.*in c.error,eadẽ dist.* & *in c.quanta,in fi.de sent.excõm.* ibi, *eos delinquentibus fauere interpretans,qui,cũ possint, manifesto facinori desinunt obuiare.* & *in c.sicut dignum,de homic.*quæ quidẽ iura sic in foro conscientiæ esse interpretãda,vt loquitur,affirmarũt Doct.relati *suprà,n.*9.& 10.& per eadẽ iura hãc limitationẽ in specie firmarũt Fel.*in c.quatæ,n.*4.*in fine,vers.*2. *casu, de sent. excom.* Dec.*in l.culpa caret,n.*10.*in discursu,*& ibidẽ Cagn.*n.*2.*iuncto n.*12.*ver.pro quo etiã facit,ff.de reg.iur.*Ab.*in c.*1.*n.*9.*ver.Pulo quòd in foro conscietiæ,extra de rest.spolia.*Conrad. *in prac.§. de offi.præt.in caus.cri.rub.de cõsociis,sub n.*3. *fol. mihi* 334. Pet. à Placha *in epit.delict.c.*22.*n.*17.*ad finem,vers.quod intelligunt,* Gom.*var.res.tomo* 3.*tit.de homic.n.*4. *in fi.* vbi testatur de cõmuni*opinione,& *in tit.de cri.læsæ maiest n.*9.Viu.*in com.op.* *
*in ver.defendere,n.*2.& 3.Meno.*de arb.q.li.*2.*d.casu* 355.*n.*2. vbi quòd in hoc omnes*conueniunt,*n.*3.*vers.His accedit.* *

SVBLIMITA I.Hanc 1.† limitationẽ,vt procedat quo- 24
ad delictũ cõmittendum, quod vt futurum scandalum euitetur quis in foro conscientiæ reuelare tenetur,secus quoad delictum iam cõmissum,quòd si occultum fuerit,nec etiam in foro conscientiæ quis reuelare illud cogitur, secundum Dec.*in c.nouit,n.*22.*de iud.*Alb.*in tra.statutorũ,parte* 2.*q* 175. sicut illos refert & sequitur Men. *de arb q.l.*2.*d. casu* 355.*n.* 2.*in fi.vers.Hæc intelligo,* etsi Ias.quẽ retuli *sup.n.*14.*in d.l.*1. *§.si tibi,vers.*2.*Limita,*contrarium sensisse videatur,imò nec etiã debet quis amici sui secretũ,& delictũ iam commissum reuelare,& pluribus cõprobat Lud.Peg.*dec.cr.*5.*n.*4.& *seqq.*

SVBLIMITA II.Dictam†primã limitationem,vt licèt in 25
foro conscientiæ quis teneatur reuelare delictum committendum,ac illi obuiare:non tamen reuelando,& non obuiãdo tenetur parti ad damna, & interesse passa ob delictum sequutum,secundùm * communem Theologorum resolu- *
tionem,de qua testatur Ioan.Medin.*de rest.quæst.*9 post Didacum quem allegat,refert,& sequitur Iul.Clar.*in prac.§.fi. q.*87.*vers.* Dictum est, *in fine*, & proposita prima limitatio procedit quoad peccati causam, non quoad restitutionem: nam conscius furti restituere non tenetur non reuelando,& non obuiando,nisi sit talis,qui de iure reuelare tenetur, vtputà famulus,& similes,secundùm Dom.Sot.*li.*4.*de iustitia, & iure,q.*7.*artic.*3.quẽ in proposito pariter refert, & sequitur Meno.*de arb.q.li.*2.*casu* 355.*n.*3.*in princ.*

LIMITA II. Propositam†regulam nõ procedere in filiis, 26
seruis,seu subditis,& vassallis, qui sciant delictum cõmittẽdum in patrẽ,vel in dominũ,& illud non reuelant, ac illi nõ obuiant,cũ possint,tenentur & puniendi sunt, ad tex.qui de seruo in terminis loquitur *in l.*1.*§.occisorũ.* ibi. *quoniam toties puniẽdi sut serui,qui auxiliũ domino nõ tulerũt,quoties potuerũt ei æduersus vim opẽ ferre,& nõ tulerũt,ff.ad Syll.*& de filio nõ reuelante mortẽ patri inferendã habemus etiam textũ clarũ *in l.*2.*ff.ad l.Põpeiam de parricid.*cuius verba sunt hęc.*frater autẽ eius,qui cognouerat tantũ,nec patri indicauerat, relegatus est.*sed in seruo habemus alium textum magis clarũ *in l.cùm*

dominus,

dominus, eodē tit. ff. ad Syll. Cùm dominus, inquit ibi Iurisconsultus, *occiditur, auxiliū ei familia ferre debet, & armis, & manu, & clamoribus, & obiectu corporū; quod si, cū posset, nō tulerit, meritò de ea suppliciū sumitur.* & per ista iura limitationē hāc generaliter etiā ad subditos, & vassallos, aliósque, qui sub alicuius potestate subiecti sunt, extēdendā fore affirmarūt post alios quos allegāt, Bar. *in l. virum post n. 3. ad l. Pompei. de parricid.* Abb. *in cap. 1. n. 5. versi. vel nisi delictū, extra de offi. deleg. & ibi in addit. n. 32. litera E*, vbi de filio, & seruo, *& in c. 1. n. 9. vers. fallit quando delictū, extra de restit. spoliat.* vni de filio, seruo, & subdito, Fel. *in ca. qui alios, vers. vel nisi non inuās esset subditus offensi, de haret. & in capitulo quata, n. 4. ver. & limita, Nisi ille, & versi. 3. Limita, de sent. excommu.* Addit. ad Dec. *in l. culpa caret. n. 8. litera B, ff. de reg. iur.* Dyn. *in reg. nō est sine culpa, n. 5. ver. tamē pro illa opinione, de reg. iur. in 6.* Capic. *dec. 130. n. 67. in discursu*, vbi de seruo, & filio, & vassallo, *& n. 68. in fine*, vbi *de vassallo*, Carrer. *in pra. in 2. tra. de homi. & assas. §. 9. quæro, n. 6. versi. idē in seruo*, Gig. *de crim. læsæ maiest. lib. 3. rub. fi. q. 2. n. 2. 3. & 4.* vbi de filio, seruo, & vassallo, Conra. *in pra. de offi. præt. in cau. criminal. rub. de conscius, v. 5. in fine, vers. 9. Adde, fol. mihi 334* Meno. *de arb. quæst. li. 2. casu 355. n. 15.* vbi de filio, *& n. 17.* vbi de seruo, *& n. 19.* vbi de vassallo, & subdito, Osasc. *decis. Pedem. 138. n. 7.* vbi de subditis, Ant. Gomez. *var. resol. tomo 3. tit. de homic. n. 4. ver. item adde*, vbi de filio, & * testatur de communi* opinione, *& post versic. & ex his potest*, ibi, *quod tamen limita, & intellige, vbi de filio, & seruo*, pariter * testatur de communi* opinione, *& in titulo de crim. læsæ maiest. n. 8. in fi. vers. Quarto limita*, Pet. à Placha *in epitom. delict. cap. 12. post n. 16.* vbi de filio, *& n. 17. vers. quod ipse intelligo, il 2.* vbi de filio, & seruo, Viui. *in comm. opin. in verbo, defendere, in fi.* vbi de subdito, & vassallo, & ad hæc de vassallo, vide quæ dicam *infrà in 2. regula huius quæstionis*, vbi de subdito non reuelante conspirationem factam contra suum dominum, & vide etiam quæ dixi *in l. 1. in tit. de delictis, quæstione vigesimaquarta, n. 132. & seq.*

27 AMPLIA I. Hanc† 2. limitationem in eo, quod de seruo loquitur, vt procedat nō solū in seruo existente sub dominica potestate, sed etiam in famulo, & seruitore, qui cū comedat panem sui domini, & ab eo sit salariatus, cōueniens etiā est, vt teneatur obuiare, ac reuelare delictū in eundē dominum committendum: sic enim in liberis famulis in terminis loquutus est Petr. à Placha *in epitom. delict. cap. 22. post n. 16. versicu. Liberi tamen homines famuli, &c.* vbi quòd tales famuli, tametsi possint se morti pro dominis exponere, minimè tamen ad id coguntur, iuxta sententiam Bald. *in lege prima, colum. 6. in 2. lectura, Cod. vnde vi*, & notat Doctores *in l. 1. §. hoc autem, ff. ad Syllan.* astricti tamē sunt defendere eos quātū possunt, sine eorū vitæ periculo, nō solùm de iure Regio, sed etiam communi *per l. 1. & 3. ff. eodē ti. ad Sylla.* & hoc faciendo ab omni delicti pœna immunes sunt, & excusantur, *l. 1. §. excusantur, ff. ad Syllan.* & sic etiam generaliter tex. *in d. l. cùm dominus, ff. eodem*, fore intelligendum in familia vidente suum dominum occidi, vel offendi, videtur de mēte Ant. Gomez. *d. tit. de cri. læsa maiest. n. 8. in fine*, & etiam Iulij Clari *in pra. §. fi. q. 87. vers. Punctus est. post medium*, ibi, *Quòd si famuli scirent, &c.* & faciunt quæ infrà dicam, *n. 41.*

28 AMPLIA I'. andem† limitationem in eo, quod de filio loquitur, vt procedat non solùm in filio legitimo, & naturali, sed in naturali tantùm, ac etiam in emācipato, sicuti post Mantuam quem allegat, *in c. 1. n. 28. & 29. de offic. deleg.* voluit Menoch. *de arbit. quæst. lib. 2. d. casu 355. post n. 17.*† Et facit, quia etiam per filium naturalem dicitur committi parricidiū, & eius pœna locum habet, vt ex allegatis per Petrū à Placha *in epitom. delict. c. 22. n. 12.* Ant. Gom. *var. resolu. tomo 3. titu. de homicid. sub n. 3.* & ibi Soarez *in addit. litera A*, & per Clar. *in pract. § fi. in §. homicidium, vers. Quæro nunquid*, * vbi testatur de communi* opinione, & dicam *infrà, lib. 3. in titu. de homicid. in materia parricidij.*

30 AMPLIA III. Vt† & idem sit in filio spirituali, quem teneri obuiare, ac reuelare delictum committendum contra patrem spiritualem, affirmarūt Feli. *in c. quanto, versi. & istud dictū*, Bar. Pet. à Placha *in epitom. delict. c. 28. n. 30. vers. intelligem*, Menoc. *de arbit. q. li. 2. d. casu 355. n. 16.*† Vbi etiam generaliter dicit, quòd & in filiis, & parētibus spiritualibus cadit parricidiū, & parricidij pœna, ex Marsi. *in l. Diuus, in fi. ff. ad l. Pomp. de parricid.* quod & idem voluerunt Conra. *in prac. in tit. de parricid. n. 6.* Placha *d. c. 22. n. 18.* & Anch. iun. Regien. *q. 60. n. 9. par. 2.* & dicam *infrà, in 3. lib. in materia parricidij, sub tit. de homicid.*

AMPLIA IV. Vt† idem sit in fratre non reuelāte tractatum, & delictum committendū in suum fratrem: nam & is non reuelando, & non obuiādo, punitur pœna relegationis, per tex. *in l. 2. ff. ad l. Pōp. de parricid.* secundū Carrer. *in prac. crim. in 3. tract. de homic. & assassin. §. Nonò quæro, n. 8.* Conrad. *in pract. in rub. de consciis, n. 5. vers. 8. Adde, fol. mihi 334. & in titu. de parricid. n. 10.* Anton. Gomez. *d. titu. de homicid. n. 4. sub ver. item adde*, vbi testatur ita teneri communiter* per glos. * & Docto. *in dict. l. 2.* Petr. à Placha *d. c. 22. n. 17. in fine*, Gabr. *concl. vltima, n. 12.* Et facit, † quia etiam inter transuersales committitur parricidium, secundùm communem, de qua per Conrad. *in titu. de parricid. n.*.... Placha *d. c. 22. n. 3.* Gom. *d. tit. de homicid. n. 2.* Clar. *in d. §. homicidium, versicul. sed quid dicendum*, & dicam *infrà, libr. 3. in titu. de homicid. in materia parricidij.*

AMPLIA V. Vt† & idem sit in aliis coniunctis vsque ad quartum gradum, qui nō obuiando, & reuelando delictum committendum in suum coniunctum pœna extraordinaria Iudicis arbitrio puniuntur, vt per Placham *d. c. 21. n. 17. in fine*, Ant. Gomez. *d. ti. de homicid. n. 4. sub vers. item adde*, Men. *de arbitr. quæst. li. 2. d. casu 255. n. 20.* Et facit, † quia & parricidium committitur in omnes transuersales vsque ad dictum quartum gradum, vt per Plach. Conra. Gomez. & Clar. allegatos *suprà, n. 33.*

AMPLIA VI. Vt† & idē sit in vxore non reuelāte tractatum factum contra eius maritum, & econtrà, sicuti post alios admonuit Boë. *decisio. 262. n. 9.* quem refert & sequitur Men. *d. casu 355. n. 18.* Et facit, † quia etiam inter coniuges cadit parricidiū, vt ex allegatis per Conr. *in prac. in tit. de parricid. n. 4.* Ant. Gomez. *d. tit. de homic. sub n. 3.* Petr. à Placha *d. c. 22. n. 50.* Cepha. *consilio 79. vol. 1.* vbi de materia, de qua etiam dicam *infrà, libro 3. titulo de homic. in quæstione de parricid.*

AMPLIA VII. Vt† in tantum filij & alij coniuncti, vt suprà enumerati teneantur eorum patrem, & coniunctum defendere & obuiare delicto in eos cōmittēdo, vt si defendendo occidant insultantem, in nihilo teneantur, non aliter ac si occidissent ad propriæ vitæ necessariam defensionem, secūdùm* communem, de qua per Villalob. *in suis commun. opin. * litera O, n. 20. & seq.* Ant. Gomez. *d. tit. de homic. n. 21.* Clar. *in §. homicidium, vers. Item locum*, Masc. *de prob. conclu. 490. n. 10.* & dicam latiùs *infrà, in 3. lib. sub tit. de homicid. in materia homicidij commissi ad defensionem.*

AMPLIA VIII. Hanc† 2. limitationem, vt non solū filius teneatur reuelare tractatum & mortem inferendā patri per aliquem extraneum, sed etiā econtrà extraneus teneatur reuelare mortem, & offensionem inferēdam patri per eius filium, si illam sciat, & sic in crimine parricidij, etiā consci & reuelantes puniuntur, ad tex. clarum & apertū *in l. virū*, vbi Bar. & communiter* omnes, *ff. ad l. Pomp. de parricid.* & per * istum textum hoc idem affirmarūt, post alios quos allegant antiquiores, Dec. *in l. culpa caret, n. 8. vers. & prædicta, ff. de reg. iur. & in c. 1. n. 33.* vbi etiā de materia, *extra de off. deleg.* Cart. *in pract. in trac. de assassin. §. nonò quæro, n. 7.* Contra. *in pract. de offi. Prætor. in cau. crim. rub. de parricid. n. 9. & rubr. de consociis, n. 3. fol. mihi 333.* Ant. Gomez. *var. resolu. tomo 3. titulo de homicid. n. 4. versi. item etiam adde, in titulo de cri. læsæ maiestat. n. 8. vers. 2. principaliter limita*, Petr. à Placha *in epitom. delict. cap. 22. n. 16.* Ant. Gabr. *concl. vltima, n. 13.* licet alij ibi per eum relati *n. 11.* contrarium dixerint.

LIMITA III. Principalem† huius quæstionis regulam in patre, & domino, qui scientes, quòd eorum filij, ac serui tractant cōmittere aliquod delictū, tenētur, & reuelādo, & defēdēdo, & prohibēdo, & omni quo possūt modo illi obuiare, aliàs puniūtur, ad text. *in l. 2. ff. de noxal.* cuius verba sūt infrà scripta: *Si seruus, sciente domino, occiderit, in solidum dominum obligat: ipse enim dominus videtur occidisse.* facit tex. *in l. 3. & quarta. ff. eodē, in l. scientiā, ff. ad l. Aquil. in l. quid ergo, vers. certè, ff. de his, qui not. infam. in l. 1. §. hac autē facultas, ff. si famil. furt. feci. dica.* & per ista iura hāc limitationē tenet Abb. *in capit. 1. n. quinto, versi. Aduerte, quia in hoc, extra de offi. delega.* vbi etiam idem domino non prohibente delictum committendum

dum per ſubditos, Dec. *in l. nullum crimen, n. 2. verſ. & de delicto, ff. de reg. iur.* Cagno. *in l. culpa caret, n. 3. verſ. habens itaq; in aliquem poteſtatem, & n. 6. & n. 8. in princ. & n. 9. ff. eodem,* Dyn. *in reg. non eſt ſine culpa, n. 4. verſ. de iure autem ciuili, de reg. iur. in 6.* Curt. ſen. *conſil. 40.* Ant. Gomez. *var. reſol. tom. 3. tit. de homicid. n. 4. verſ. item adde,* vbi teſtatur de communi * opinione, *& in ti. de cri. læſæ maieſt. n. 8. verſ. quod tamen primò,* vbi etiam de communi, Petr. à Placha *in epitom. delict. c. 22. poſt n. 16.* Io. Mar. Monticell. *reg. crim. 7. n. 32.* Nicol. Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, q. 138. n. 1. & ſeqq.*

41 AMPLIA I. Hanc † tertiam limitationem, vt procedat nõ ſolùm in ſeruis, ſub dominica poteſtate exiſtentibus, ſed etiã in aliis famulis, & quos hodie ſeruitores appellamus. Nam & horum delicta ſcientes domini prohibere tenentur, argumento eorum quæ in ſimili dixi *ſuprà n. 27.* & in ſpecie voluerunt Dec. *in d. l. nullum crimen. n. 2.* Cagno. *ibi. n. 8. verſ. quod pariter, ff. de reg. iur.* Ant. Gomez. *var. reſol. tit. de crim. læſæ maieſt. num. 8. verſ. imò quod magis eſt, vbi de familiaribus,* Fran. Marc. *deciſ. 425. n. 2. & ſub n. 5. & n. 7.* Io. Mar. Monticel. *reg. cri. 7. n. 32. & 35.* apud quos reperies etiam antiquiores concordantes, ex quibus ſine dubio poſſumus affirmare, ita * ſe habere communem * Doctorum opinionem.

42 AMPLIA II. Eandem † tertiam ampliationem, vt non ſolùm domini teneantur prohibere delicta cõmittenda per ſuos ſubditos in extraneos, ſed etiã delicta committẽda per ſuos ſubditos in extraneos, quia debent domini ſuccurrere damnis ſubditorum, vt per Abb. *in cap. 1. n. 5. verſic. Aduerte, qui in hoc de offi. deleg.* Felin. *ibid. num. 4. verſic. Fallit 1. & in cap. qui alios, in princip. verſic. Niſi offenſus eſſet ſubditus, de hæret. & in cap. quanta, n. 4. ver. Limita primò, de ſenten. excõmun.*

43 AMPLIA III. Quia ſi pater, † & dominus non prohibẽt delicta committenda per filios, ſeruos, familiares, & ſubditos, & ea præſertim, quæ in eorum vindictam tractantur, nõ ſolùm puniuntur tanquam non reuelãtes, & non prohibentes, ſed etiam faciunt ſe ſuſpectos præſumpti tractatus, & * mandati, ſecundùm * communem diſtinctionem Doctorũ, de qua poſt antiquiores per Clar. *in pract. §. fi. q. 86. verſ. Hinc infertur,* Franc. Mar. *deciſ. 425. n. 1.* & dicam latiùs, *infrà, li. 3. in tit. de mandatoribus, & conſultoribus.*

44 SVBLIMITA Propoſitam † tertiã limitationem, vt procedat, quando delictum committendum per filios, ſeruos, & familiares tẽdebat ad vindictã domini & patris, tunc enim tenetur & Dominus, & pater illud prohibere, & non prohibendo puniuntur, ſecus ſi non ad eorum vindictam, ſecundùm Anton. Gomez. *d. titu. de crim. læſæ maieſt. n. 8. verſ. Sed certè ego intelligerem,* vbi dicit iſtam eſſe intentionem Doctorum allegatorum ſuprà in limitatione.

45 Sed labitur Gomez, † quia Doctores præcitati hoc ideò voluerũt parẽtes, & dominos débere obuiare delictis filiorũ & ſeruorum, non quia delinquunt ad eorum vindictã, ſed quia eos habent in poteſtate, & prohibere poſſunt, & vbi 46 quis delinquit ad alterius vindictam, tenetur is, † cuius intuitu perpetratur delictum, illi obuiare, etiam quòd non ſit dominus, vt pater, vt per eundem Ant. Gomez. *in tit. de crimin. læſæ maieſta. n. 8. verſiculo Et idem eſſet, & in titulo de homici. n. 4. in fin. verſ. Et adde quod idẽ eſt,* vbi dicit de hoc eſſe ſingulare dictũ Fabri *in §. 1. Iſti. de noxa.* quem etiã refert, & ſequitur Petr. à Placha *in epitom. delict. cap. 22. num. 17. verſiculo, Si quiſpiam,* & ante iſtos Bero. *quæſt. 39. ſub num. 4.* * vbi teſtatur de * cõmuni, quare domini & parentes tenẽtur obuiare delictis filiorum & ſeruorum, etiam quòd ij non delinquant ob dominorum & parentum vindictam.

47 LIMITA IV. Huius † quæſtionis primam regulam non procedere in eo, qui ratione officij tenetur delictis obuiare, vt per Capic. *deciſio. 130. n. 67. in fin. verſic. Siue ratione officij,* vt per Cagno. *in l. culpa caret, n. tertio, in princ. ff. de reg. iur.*

48 Hinc † belli ducem teneri obuiare delicto committẽdo per eius milites, ſcripſit Petr. à Placha *in epit. delict. c. 28. nu. 20. in fine, verſ. Hinc & illud ſubiicitur,* vbi plures in id citat concordantes, quos apud eum videre poteris.

49 Hinc † etiam prælatum teneri obuiare delictis committendis per eius ſubditos, poſt alios quos allegant, affirmarunt Pet. à Placha *d. capitulo 28. num. 31. verſicu. tamen ſi,* Nicol. Moron. *de fide, treug. & pace, quæſt. 138. num. 41.* & dixi etiam *ſuprà, num. 10.*

Hinc † demum Officialem, ſeu Poteſtatem ab officio de- 50
poni, ſi videns rixãtes, & ad arma ruentes, familiam versùs eos non mittat ad obuiandum rixæ, niſi forſan familiam ad aliud faciendum miſiſſet, vel niſi eſſet impotens ad ſedandum illam rixam, affirmarunt Felin. *in cap. 1. numero quarto, verſiculo fallit primò, & verſiculo tempora dummodo extra de offi. delega. & in capitulo quanta, poſt numerum 2. de ſenten. excommun.* Cagno. *in d. l. culpa caret, num. 4. ff. de reg. iur.* Petr. à Placha *in epitom. delict. c. 28. n. 31.* Conrad. *in pract. de offi. prætor. in cauſ. crim. rubr. de conſciis, n. 5. fol. mihi 334.* Nicol. Moron. *de fide, treug. & pace, q. 138. n. 23. iuncto n. 40.*

LIMITA V. In vniuerſitate, † quæ ſi non obuiauerit de- 51
licto committendo per ſuos ciues, tenetur, vt per Decian. *in l. culpa caret, n. 2.* & ibidem Cagn. *poſt num. 9. ff. de reg. iur.* quòd ſanè erit intelligendum in delicto committendo in dominum, vel Officialem, non autem in omni delicto generaliter, vt dixi *in 1. lib. tit. de delict. & pœnis, quæſt. 25. n. 132. & ſeqq.* † & quando offenditur Officialis, tunc quilibet etiã 52
priuatus, & præſens tenetur illum offendere, vt ibi dixi, & in ſpecie eſt deciſio Capicij 230. *n. 69.*

LIMITA VI. Quando † offenditur clericus: quiſq; enim 5
tenetur clericum defendere à percuſſore & offenſore, ſecundùm gl. *in capitulo quanta,* & ibidem Feli. *poſt numerum tertium, de ſenten. excommun.* vbi etiam ponit, an præſumatur dolus in non obuiante delicto committendo in perſonam clerici, idem Felin. *in capitulo 1. num. 3. verſic. ſed omnis perſona, de offic. deleg.* Abb. *in capitulo 1. num. 9. verſicu. facit quoniam ſpeciale videtur, de reſtitut. ſpolia.* cum aliis relatis per Pet. à Placha *in epit. delict. c. 28. n. 23.*

LIMITA VII. In atrocioribus, † in quibus quem teneri 54
obuiare delicto committendo, per plura iura affirmarunt Felin. *in capitulo 1. num. 5. verſiculo fallit tertiò, de off. deleg. & in capitulo qui alios, verſiculo maximè in atrocioribus, de hæret. & in capitulo quanta, num. 4. verſic. tertiò limita, de ſenten. excommun.* Petr. à Placha *d. capitulo 28. n. 30. verſ. alius etiam,* Oſaſc. *deciſ. Pedem. 80. n. 7.*

Sed † aduerte, ne erres circa hãc limitationem, quia non 55
egreditur delictum parricidij, de quo ſuprà dixi, & delictum criminis læſæ maieſtatis, de quo dicam infrà, in ſecunda regula: in iis enim tantummodo delictis loquuntur iura allegata per Felin. & alios præcitatos Doctores, in aliis verò delictis, quantumuis atrocibus, ſtandum eſt regulæ.

LIMITA VIII. Quia † cùm præſides ad ſcandala vitan- 56
da latiſſimum habeant arbitrium, *l. congrui. ff. de offi. præſidis.* ideo valere bannimenta pœnata contra non obuiantes delictis, vtputà non defendentes inſultatum, ſcripſit Nicol. Moron. *de fide, treug. & pace, q. 138. n. 43.* & faciunt quæ dixi *ſuprà, n. 19. de bannimentis contra non reuelantes fures.*

LIMITA IX. Quia † etſi quis nõ teneatur reuelare deli- 57
ctum, inſultatum defendere, aut aliàs delictis committendis obuiare, nec ad id cogi poſſit, poteſt tamen ſi vult, etiam capiendo malefactorem propria authoritate, vt per Abb. *in c. 1. n. 5. verſ. illud tamen verum eſt, de offi. delega.* Et † propterea 58
etiam extraneus poteſt inſultatum defendere, & ſi defendendo illum occidat, non tenetur, vt per Decian. *in d. c. 1. n. 42. de off. delega.* cum aliis per Anton. Gomez. *var. reſol. tom. 3. tit. de homicid. n. 21.* & per Clar. *in pract. §. homicidium, verſ. item locum,* & dicam latiùs *infrà, lib. 3. in tit. de homici.* in materia homicidij ad defenſionem commiſſi.

LIMITA X. In † clerico ſciente delictum committen- 59
dum contra aliquem ſacerdotem, & multò magis contra Epiſcopum. Nam is reuelare tenetur, vt per Abb. *in c. 1. n. 9. verſ. idem puto, de reſt. ſpoliat.*

Et † idem in monacho, quòd teneatur reuelare delicta 60
committenda in ſuum Abbatem, poſt alios quos allegant, ſcripſerunt Carrer. *in pract. crimin. in 3. tract. de homici. & aſſiſ. in §. nonò quæro, n. 9.* Contra. *in pract. §. 3. de offi. prætor. in conſ. cri. rub. de conſciis, num. 5. in fine, fol. 334.* Petr. à Placha *in epit. delict. cap. 22. num. 31.*

SVBLIMITA I. Omnes præcedẽtes limitationes, in qui- 61
bus dixi, quẽ teneri ad reuelandum delicta, vt procedat, dũmodo conſtet reuelare debẽtem habere notitiam & ſcientiã de delicto cõmittendo: aliàs ſecus, quia in dubio ignorãtia præſumitur, & nõ ſciẽtia, *l. verius. ff. de proba.* & in terminis voluerũt Oſaſ. *deciſ. Pedem. 138. n. 24. & 28.* Ceph. *conſ. 76. num.*

62 76.n.60. & conſ.75. num.28. lib.1. Et † non ſufficit iſto caſu quælibet ſcientia,ſed debet eſſe veriſimilis & probabilis, ſecundùm Petr.à Placha d.c.28.num.30.verſic.& caſu quo,vbi ex hoc infert non probari ſcientiam, ex hoc quòd quis dici
63 audiuerit ab vno tantùm. † ſed contra hanc illationem videtur ſentire Boſſ. in titu.de crimin.læſæ maieſt.num.49. & vide quæ in ſimili dixi in 1. lib. titu. de delictis & pœnis, q.24. n.134. & ſeqq.

64 SVBLIMITA II. Et † generaliter omnes dictas præcedentes limitationes,in quibus dixi,quem teneri obuiare delicto committendo, vt procedant, dummodo obuiari poſſit ſine periculo obuiantis, aliàs ſecus:ſic enim apertè probatur in l.culpa caret,ibi,ſed prohibere non poteſt,& in l.nullũ crimen, ibi,cùm prohibere non poſſit, ff.de reg.iur.& in l.1.§. occiſorum, ibi,quoties potuerunt,&c. ff.ad Syllan.dixi aliàs in alio propoſito,in 1.lib.tit.de delictis & pœnis,quæſt.24.n.134. & ſequentibus,& in terminis ſic præcipuè voluerunt Dec.in dicta l.culpa caret,n.5.& n.6.Cagnol.ibid.in princ.vbi quòd hæc ſublimitatio procedit de iure ciuili,canonico & diuino,Pet.à Placha in epitom.delict.d.capitulo 28.n.31.ver.qua omnia. Viui.in commun.opin.verbo,defendere,n.3.Nicol.Moron. de fide,treug. & pace,q.138.n.41.& q.141.n.2.& 3.vbi propterea infert ad perſonas viles,timidas & puſillanimes,qui ſunt excuſandi,ſi non interponunt pro ſe obuiando aliquo delicto,Oſaſc. de-
65 ciſ.Pedem.138.n.22.23.26.& 28. Vbi†etiam quòd in dubio quis præſumitur non poſſe obuiare delicto.

66 SVBLIMITA III. Vt † in caſibus,in quibus quis ob non reuelationem tenetur,nunquam tamen teneatur,niſi ſequuto delicto,aliàs ſecus,vt per Abb.in c.1.n.9.verſ. & intellige, quòd prædicti,de reſt.ſpolia.& eſt pulchra declaratio.

67 SVBLIMITA IIII. Vt pariter,†& in caſibus,in quibus quis pro obuiando delicto tenetur illud reuelare,non tamen teneatur reuelare perſonam delinquentis,vt per Boër. ad Dynum,in regula,non eſt ſine culpa,litera B,in fi.de regulis iuris,in 6.& dicam infrà,in 3.regula,n.110.

68 SVBLIMITA V. Etiam†generaliter omnes præcedentes limitationes,vt nunquam non obuians delicto puniatur eadem pœna,qua punitur principalis delinquens,ſed mitiori, extra ordinem,& Iudicis arbitrio,ſicuti affirmarunt Abb. in c.1.n.5.verſ.ſed pone,poſt glo.ibi,extra de officio deleg.Feli.ibid. n.4.verſ.fallit 3. Cagno.in d.l.culpa caret,n.10.verſ. ſi quis tamen. Carrer. in pract.crim.in 3. tract.de homic.& aſſaſſin. §.9. quæro,n.8.verſ. vt tamen mitiori pœna, Ant.Gom. d.tit.de homicid.n.4.verſ.item adde,in fine, Menoch. de arbit.quæſt.lib.2. caſu 355.n.ſeptimo,in fine,iunctò n.13. & 14. Oſaſc.deciſ.Pedem.80.num.7.& facit viua ratio,quia non tantùm delinquit non obuians delicto,quantùm principalis delinquens: ergo nec etiam tantùm puniri debet per regulam,quòd pœna eſt commenſuranda delicto, & pro hac ſublimitatione faciunt etiam Doctores relati infrà,in 2.regula,n.73.

Et hæc dicta ſufficiant, quoad primam partem huius quæſtionis.

69 REGVLA ſecunda † ſit in ſecunda parte propoſitæ quæſtionis,quòd ex ſola ſcientia in crimine læſæ maieſtatis,quis tenetur & punitur,& propterea ſciens tractatũ,conſpirationem,ſeu rebellionem cõtra ſuum Principem,& Rempublicam,& non reuelãs,illius criminis reus eſt,ad text. in l.quiſquis,§.id quod de pradictis.& ibi latè Sali.C.ad l.Iul.maieſt. & iſtum textum ſic affirmarunt Bart. in l.vtrùm, poſt numerum tertium, verſ.item de eo,qui fuit ſciens de turbatione ciuitatis,ff. ad leg.Pompon.de parricid.Felin.in capitulo qui alios, verſiculo maximè in atrocioribus,extra de hæret. Dec. in lege culpa caret, n.nono,& ibi in additio.litera C,& ibi etiã Cagno.n.2.in principio,ff.de regulis iuris,idẽ Dec.in capit.1. n.trigeſimoquarto in fine,& n.35.verſ.dicit tamen Angelus,de officio delega. Angel. de malef.in verbo,Hai tradito la tua patria,n.10. & n.ſeq.ver. opinio tamen Bartol. vbi quòd opinio Bartoli, in dicta lege vtrùm,& Salicet.in dicta lege quiſquis,ſeruatur in pract.Aug. ad Angel.vbi ſuprà,in verſic.Tu autẽ in hac materia,vbi quòd cùm aliàs fuiſſet Iudex in quadam cauſa contra vnum potentem Dominum, qui ſuo Principi non reuelauit tractatum contra Principẽ ſuum,cuius erat ciuis,fecit ipſum decapitari,ſequutus ſententiam Bart. in d.lege vtrùm, Marſ.ſing.164. nemo debet,Soc.minor,conſ.105.num.43.lib.3.Gig.in tract.de crim.læſæ maieſt.lib.2.rubrica,qui accuſ.poſſ.quæſt.20.n.2.& li.3. rubr.fina.quæſt.2.n.1.per totum,& n.4.verſ.& de eo, & num.5. Capic.deciſ.130.n.67.verſ.idem de eo qui fuit ſciens, Contra.in pract.§.3.de officio prætor.in cauſa criminali,rub.de conſciis,n.3. folio mihi 333.vbi pariter quòd hæc Bartoli opinio obſeruatur in practica,Menoc.de arbit.quæſt. lib.2.caſu 355.n.9. Carauit. ſuper ritu magnæ Curiæ quarto, poſt numerum quartum. Barth.Thæge.in practica criminali,capit.5.n.9. Anton. Gom. var.reſol.tom.3.tit.de homicidio,n.4.verſiculo ex his poteſt inferri,& in titulo de crimine læſæ maieſt.n.8.verſ.3.limita, & verſ. ſed licèt ſententia,& concluſio Barto.&c. vbi pro hac regula & opinione Bartol.ponderat quatuor iura,& alios adducit concordantes,Pet.à Placha in epitom. delict.cap.2.n.17.& n.21. vbi atteſtatur,ita tenere communi * conſenſu Doctores,& * c.28.n.30.in princ.Boſſ.de cri.læſæ maieſt.n.47.Ant.Gabr.cõcl. vlt.c.1.plures refert pro hac opinione,Oſaſc.deciſ.Pedem.80. n.1.& num.4.in fi.verſ.apud me multùm ſtringit,multùm bene pro eadẽ opinione ponderat text.in d.l.quiſquis,§.pen.& fi.C. ad l.Iul.maieſt.Clar.in pract.§.fi.q.87.verſ.pũctus eſt.vbi dicit, quòd licèt opinio Bart.videatur prima facie multùm rigoroſa,tamẽ ex alia habet in ſe magnã æquitatẽ:quomodo enim, inquit Clarus,poterit Princeps de ſubditis ſuis confidere,niſi pro certo teneant,quòd cùm ſciuerint aliquẽ contra eius vitam aut ſtatũ moliri,id ſtatim ipſi ſint notificaturi?Et ſi verũ eſt,quòd famuli non reuelantes domino ſuo mortem,quam ſciunt ipſi inferẽdam,rei dicuntur eiuſdẽ mortis, ad tex.in l. 1.§.occiſorum,ff.ad Syllan.cum aliis ſuprà allegatis,cur idẽ dicendum nõ eſt in ſubdito verſus Principem?Certè hoc tantò magis debet procedere in Principe, in quo verſatur publica vtilitas, cùm ex eius vita ac ſalute, eiuſque ſtatus quiete dependeat ſalus,& quies populorũ, & demum hanc Bart. opinionem,iuribus,& authoritatibus Doctorum bene comprobatã reperies apud Rol.in cõſ.88.n.1.& ſeq.vſque ad n.10.li.2.

Et licèt in contrarium,†quòd imò non reuelãs tractatum 70
factum contra ſuum Principem non incidat in crimen læſæ maieſtatis,nec illius pœna teneatur,allegatur Bal.in quodam ſuo conſil.incip.quanquam multa. (hoc autem conſiliũ non reperiri hodie impreſſum omnes fatẽtur) in quo præcipuè dicit, quòd Bartoli anima eſt ſepulta in inferno, propter illud ſuum dictum in dict.l.vtrùm,& quòd cæci aſſeſſores, qui ſequuti fuerunt illius opinionem in practica, cruciãtur & ipſi in inferno, & Salic.in l.plura,C.de raptu virg. dixerit, quòd qui ſequuntur Bartol.opinionem,occidunt proprias animas, referátque Baldi,& Saliceti ſententiã ſic vt ſuprà relatã, poſt Anan. in locis per eum allegatis, Felin. in c.quanta,n.4.verſ.ſed aduerte,quòd dictum Bart.reprobatur,extra de ſentent.excom.& in ca.qui alios,verſ.ſed eius opinio,extra de hæret.vbi etiam dixit,quòd Bart.opinio non ſeruatur,Hier. Cuchal.in addit. ad Ang. de malef.in verbo, & hai tradito la tua patria, poſt n.11. litera C,verſ.ſi talis ſcientia, vbi pluribus fundamentis hanc contrariam ſententiam comprobat,& reſpondet ad tex.in l. quiſquis,§.pen.C.ad l.Iul.maieſt.relatis per Pet.à Plach.in epit. delict.d.c.28.n.30.verſ.tametſi ab hac ſententia.Alcia.in l.facere,ff.de verbo.ſignifica.in l.bona fides,n.20.ff.depoſiti,& in l.4.§. Cato,n.30.ff.de verb.oblig. Carrer. in pract.cri.in 3.tract.de homicid.& aſſaſſin.§.nonò quæro poſt n.9.Igne.in l.fideicommiſſum, n.35. poſt n.47. ff. ad Syllan.Reſtaur.de imperatore,q.18.n.6. Cagno. in l.culpa caret,poſt n.12.ff.de reg.iur. vbi dixit, quòd opinio contra Bart.eſt verior & communior,*& illã etiam * veriorem & humaniorem exiſtimauerit Emmanuel Soarez in ſuo theſauro recept. opin. litera M, num.8.

Non tamen recedas à propoſita regula,†quæ ſine dubio 71
magis communiter*à Doctoribus recepta eſt,& pro ea eui- *
denter facit textus in d.l.quiſquis, §. pen.C.ad l.Iul.maieſt.qui ſi bene ponderetur,prout illũ ponderauit Oſaſ. deciſ.Pedem. 80.n.4.in fin.negari non poteſt, quin bene etiam Bar.ſententiam confirmet, & apud me nullam habet difficultatem, quòd ſcilicet talis ſic non reuelans tractatum,quem ſcit fieri contra ſuum Principẽ,ſit reus læſæ maieſtatis,& quòd puniatur, nec etiam eum puniendum eſſe negant Doctores in contrarium allegati ſuprà,in n.præcedenti.licèt bene ſentiant mitiori pœna, quod tamen vltimum, an verum ſit, nunc in ſequenti ampliatione videbimus particulariter.

AMPLIA Propoſitam†ſecundam regulam,vt ſicut prin- 72
cipalis delinquens, & conſpirans contra ſuum Principem pœna mortis puniẽdus eſt,ita etiam eadem pœna puniendus

ſit

sit non reuelans talem conspirationem: sic enim videtur de mente Bar. Angel. *de malef.* Aug. ad Ang. & aliorum Doctorum relatorum suprà, *n.* 69. quorum aliqui expressè loquũtur de pœna mortis, cùm dicant non reuelantem debere decapitari: aliqui autem id de necessitate inferunt, cùm dicant debere puniri eadẽ pœna, qua puniuntur rei læsæ maiestatis non aliter, ac si ipse tale crimen commisisset (quæ idẽ pœna sine dubio mortis est, *d. l. quisquis.*) & Doctores sic præcipuè loquentes omissis antiquioribus videre poteris relatos per Gig. *de crim. læsæ maiestatis lib. 3. rubr. fi. q. 2. n. 7.* vbi refert dictum Isocratis, Ant. Gom. *var. resol. tit. de homicid. tom. 4. vers. & ex his potest inferri, & in tit. de crim. læsæ maiestatis, num. 8. vers. 3. Limita*, Brun. *in consilio 28. Nobilis Domine, n. 4. iuncto n. 7.* vbi quòd punitur pœna capitis, & confiscationis bonorum, sicut si esset rebellis, licèt Romanus *in sing. 794. in fine*, & quem mox referam, non nisi pœna relegationis esse puniendum arbitretur, adde etiam relatos per Osasc. *decis. Pedem. 80. n. 1.* vbi de pœna mortis, & confiscationis bonorum, per Petrum à Placha *in epitom. delict. cap. 22. sub num. 17.* per Gabriel. *d. concl. vltima, n. 1.* & per Roland. *d. cons. 88. n. 3. & sequentibus, libro secundo* (licèt ipsi relatorum Doctorum opinionem non sequantur) sed sic expressè, quòd sit pœna mortis, tradit Clar. *in d. q. 87. vers. Punctus est, in fin.* & sine dubio omnes qui sequuntur Bart. doctrinam, & opinionem, *in d. l. vtrùm*, sentiunt, etiam quòd talis pœna debeat esse mortis, & non alia mitior, & refert Bos. *in tit. de crim. læsæ maiestat. n. 48. in fine*, se vidisse Bar. Ferrar. ciuem Mediol. hac de causa tempore Gallorum in frusta diuisum, &c.

73 Contrarium,† quòd non reuelans conspirationem factã cõtra suum Principẽ, puniatur non mortis ordinaria pœna, sed mitiori, & extra ordinem Iudicis arbitrio, sentiunt in primis generaliter Doctores relati *suprà, n. 68.* idem ita etiã sentiunt Doctores relati *suprà, n. 70.* qui etsi Bart. opinionẽ impugnent, non tamen denegant posse imponi aliquam mitiorem, & arbitrariam pœnam, & in specie sic etiã expressè sentientes, adduco Feli. *in d. c. quanta, n. 4. vers. Sed aduerte, in fin. versiculi, de sent. excommun.* vbi quòd puniri debet non eadem pœna, sed extraordinaria, Angel. *ad leg. 2. ff. de parricid.* vbi dicit malè, & iniquè factũ fuisse per eos, qui decapitare fecerunt ciues non reuelantes tractatum cõtra suam ciuitatem, de quo non erant participes: etsi contrarium sentiat, si tractatus fuisset contra Principẽ, vel Papam, Carrer. *in practica in 3. tractatu de homicid. & assassin. §. 9. quæro, post n. 9.* vbi quòd ex simplici scientia isto casu non tenetur quis pœna capitali, Affl. *in tit. Quæ sint regalia, vers. Et bona committentium, n. 103. & in capit. 1. §. præterea, col. 1. in fine, & seq. quæ sit prima can. benef. amitten.* vbi refert in consiliis valentissimorum virorum resolutũ esse, quòd non reuelans machinationem contra Rempublicam, quam quis intellexerit, non est puniendus pœna capitis, quia nulla lex de mundo hoc dicit, & quòd ita fuit obseruatũ in causa Domini Raynaldi Brãcatij, qui fuit postea liberatus, post quã non potuit puniri pœna mortis, licèt bene potuisset extra ordinem puniri, & Afflictũ sic, vt suprà dicentem, & alios plures, idem secundùm eum affirmantes, refert, & sequitur Rol. *d. cons. 88. n. 21. libr. 2.* vbi etiam videtur testari de crebriori Doctorum * sententia, ex * Cagnol. *in d. l. culpa caret, ff. de reg. iur.* Addo pro hac eadem cõtraria opinione, Hierõ. Cuchalon. *in addit. ad Ang. de malef. in d. verbo*, & hai tradiro la tua patria, *post n. 11. in addit. litera C, incip. Si talis scientia*, vbi quòd puniri debet non eadẽ pœna, qua principalis, sed aliqua mitiori, & arbitraria, Rom. *sing. 794. incip. nunquid teneatur quis indicare rebellem, in fine*, vbi quod non indicãs rebellẽ, pœna relegationis tenetur per text. quem dicit singularem, *in l. Metrodorum, in fin. ff. de pœnis*, quod & idem voluit Gig. *de crim. læsæ maiest. lib. 2. rubr. qui accus. poss. q. 20. n. 2. & lib. 3. rubr. fin. quæst. 2. n. 5.* & cùm hodie pœna relegationis non sit in vsu, & propterea pœnam fore arbitrariam affirmat Menoch. *de arbitr. q. libro 2. d. casu 355. n. 13. & seq.* & bene probat Osasc. videndus *decis. Pedem. 80. num. 5. & seqq. iuncto n. 12. & seqq.* vbi non solùm testatur de * magis communi * opinione, sed quòd ab ea tanquam tutiori in iudicãdo non est recedendũ, eo præsertim quia in criminalibus, quando sunt variæ Doctorum opiniones, debemus semper sequi illam opinionẽ, quæ imponit mitiorem pœnã, *l. pen. ff. de pœnis, capitulo fin. dist. 9. capitulo in pœnis*, & ibi gl. *l.*

& 2. de reg. iur. in 6. Ias. *in l. cunctos populos, n. 70. C. de sum. Trinita. & fide Cathol. &* licet Clar. *vbi suprà*, relatus, *in dicta quæstione 87. vers. Punctus est*, teneat posse imponi pœnam mortis, consuluit tamen & ipse Principibus, vt in huiusmodi casibus potiùs humanitate quàm seueritate vtantur, & ex quacumque causa non solùm iusta, sed etiam probabili, hos non reuelantes excusent à pœna mortis.

Quid dicendum? † Crederem secundùm meam naturalẽ, 74
& iuribus conformem rationem, sic esse distinguendum, aut sciens tractatum contra Principem, poterat illud post reuelationẽ probare, & tunc si sequutus fuerit effectus, ob nõ reuelationem, debeat iste nõ reuelans puniri pœna mortis, & confiscationis bonorũ, non aliter ac si crimen læsæ maiestatis commisisset: is enim videtur fuisse causa tãti mali, quia si reuelasset, Princeps prohibuisset, vt inquit Bos. *titulo de cri. læsæ maiest. n. 48. in fine*, & ideo tantã pœnam meretur, & hoc modo posset procedere opinio relatorum *suprà n. 72.* at secus crederẽ, si effectus non fuit sequutus: tunc enim ob fœlicem euentum Princeps debet aliquantulũ indulgere scienti non participi, & non reuelanti, & licèt in crimine læsæ maiestatis puniatur eadẽ pœna affectus non sequuto effectu, *d. l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest.* hoc tamen procedit in principalibus conspirationibus, & reis, non autem in non participibus illius sceleris, & non reuelantibus: quicquid in contrarium tempore Gallorũ seruari viderit Bos. *de crim. læsæ maiest. d. n. 48. in fi.* & hoc secũdo casu posset procedere opinio Doctorum relatorũ *suprà n. 73.* quòd si sciens talẽ tractatum, non poterit illud probare, & tunc non reuelando, non debet mereri tantã pœnã, vt dicit Bos. *vbi suprà n. 49.* excusatur enim is, si non iusta, saltem probabili causa, ne scilicet periculis & tormentis se subiiciat, & hæc causa debet ipsum ab aliqua pœna excusare, vt per Clar. *in d. q. 87. vers. punctus est, in fi.* & latiùs dicã mox *in seq. lim. n. 75. & seq.* & sic hoc etiã casu potest procedere d. 2. opinio, &, si Iudex essẽ, nõ aliter iudicarẽ.

LIMITA I. Proponitam † secundã regulam, vt procedat, 75
quando sciens tractatum, & cõspirationem contra Principẽ potest illam probare: tunc enim reuelare tenetur, & non reuelando punitur, vt suprà: secus si illam probare non potest, quia nemo tenetur se tormẽtis supponere, quibus huiusmodi criminis delator subiicitur. *l. 3. C. ad l. Iul. maiest.* item nec squallori carcerũ, *l. fi. C. de accusat.* & culpa nõ est se non ponere in discrimine, vitæ, gl. ff. *in l. neminẽ, C. de infam.* & qui tantũ audiuit, & non reuelauit ex eo, quod probare nõ poterat, immunis est à delicto, *l. nostris, in fine, C. de calumn.* & viri sapientes tacent quod probare non possunt, *cap. plerũque, 2. q. 7. glossa in cap. si peccauerit, 2. q. prima*: sic itaque per iura, & rationes prædictas (vltra Bald. & alios relatos *suprà, n. 70.* & 73. dum improbãt sententiã Bart. *in dicta lege virũ*, simpliciter volentis crimen læsæ maiestatis committi per non reuelantẽ) in specie hanc primã limitationẽ firmarunt relati per Ang. *de malef. in verbo*, & hai tradito la tua patria, *n. 11. in princ. vers. quod tamẽ limitat Bal. &c.* Dec. *in l. culpa caret, n. 9. vers. & hoc sanè*, & ibi *in addit. litera A, ff. de reg. iur.* Cagn. *ibid. n. 12.* vbi testatur de veriori & cõmuniori * opinione, idem * Dec. *in c. 1. n. 35. vers. hoc sanè intelligitur*, & ibi *in addit. litera F, extra de offi. deleg.* Gigas *de cri. læsæ maiest. lib. 3. rub. fina. q. 2. n. 8. & seqq.* vbi *post n. 10.* ex Alc. *in loco per eum allegato*, testatur de cõmuni * opinione, *& n. 11. in fi.* dicit cõtrariã opinionẽ sibi videri nimis rigorosã, Mars. *sing. 164. per totũ*, Bos. *in tract. de cri. læsæ maiest. n. 48. in princ.* vbi quòd hoc bene procedit de iure, Conrad. *in pract §. de offi. prætor. in caus. cri. rub. de cõsociis, n. 3. vers. licèt referatur. fol. mihi 334.* Men. *de arbitr. q. lib. 2. casu 355. n. 10. & seq.* Ant. Gomez. *var. resol. tomo 3. rub. de crim. læsæ maiest. n. 8. vers. aduertendum tamẽ*, Osas. *decis. Pedem. 80. n. 2. & 3.* vbi pariter testatur de veriori & cõmuniori * opinione, de qua etiã testatur Gabr. *concl. vltima, n. 2.* * *& 3.* Roland. *cons. 88. n. 10.* & omnibus fundamẽtis hãc comprobat limitationẽ, & testatur etiã de veriori magis cõmuni, Ceph. *cons. 76. n. 62. lib. 1.* Bertaz. *cons. 68. n. 9. lib. 1.* vbi alios refert, & de cõmuni, & idem *cons. 107. n. 12. & ibi in addit. litera B, in princ. cõd. l. 1.* Hier. Laurent. *decis. Auenien. 108. n. 4.*

Contrarium, † quòd imò non reuelãs isto casu puniatur, 76
quòd suam scientiã probare nequeat, videtur fuisse de mente Bart. *in dicta lege vtrùm. ff. ad legẽ Pomp. de parricid.* & aliorum relatorum, *suprà, num. 69.* cum simpliciter & nulla ad-

hibita distinctione affirment hunc non reuelantem teneri pœna criminis læsæ maiestatis:& in specie hanc contrariam opinionem sequuti sunt Ang. *de malef. in verbo*, & hai tradito la tua patria, *post n.* 11. *vers. Opinio tamen Bart. & Sali. obseruatur in practica*, quod & idem affirmarunt relati per Gig. *vbi supra, d.q.2.vers. Subdit tamen, & n.* 11. & per Gabr. *d.concl.vlt.n.*4.Boss. *tit.de crim.læsæ maiest.n.* 48. *vers. In practica tamen*, vbi reddit rationem, quia scilicet semper Princeps potest dicere, si reuelasses prohibuissem, & Boss. refert Claud.ad Bertaz. *in cons.*107. *in addit.litera B*, Ant. Gomez. sibi contrarius, *in tit.de homic.n.4.vers. Quod intellige, iuncto vers. Sed certè ego.* vbi dicit se indistinctè tenere, quòd quis teneatur reuelare etiam in casu, in quo non potest probare id, quod reuelat, quia fecit quòd in se est, & saltem est vnus testis legitimus inducens semiplenam probationem, ex qua legitimè potest causari captura, & tortura, & sic veritatis cognitio, sequitur Placha *in epit. delict. cap.* 22. *post n.* 17. *vers. Quod ipse intelligo, &c.*

77 SVBLIMITA I. Hanc† primam limitationem, quæ videtur magis communiter recepta per Doctores, vt licet non valens probare tractatũ, quem scit fieri contra Principem, illum non teneatur reuelare per viam iudicialis denunciationis, & accusationis, bene tamen quicquid sit, tenetur extraiudicialiter Principi deferre, vt possit sibi præcauere eo modo quo vult, secundùm Cagno. qui hoc distinctionis fœdere contrarias conciliat opiniones, *in d.l.culpa caret, n.* 12. *vers. Ego autem, & vers. Et si necessariam, & seq. ff. de reg. iur.* quem sequuti sunt Gabr. *d.concl.vlt.n.*5. Roland. *d.cons.*88. *n.* 22. *lib.* 2. Men. *de arbitr. qu.d.casu* 355. *n.*12. Osasc. *dec. Pedem.* 80. *num.* 5.

78 SVBLIMITA II. Dictam† primam limitationem, vt etsi non teneatur quis reuelare tractatum contra Principẽ, quãdo illum non potest probare, non reuelando tamen, non est immunis ab omni pœna, quia adhuc puniendus est, sed non tanta pœna, quanta esset puniendus, si potuisset probare, secundùm Boss. *vbi suprà, de cr.læsæ maiest.n.* 49. *Pone enim*, inquit ibi Boss. *quòd tantum quis audiuerit: putà, quòd sibi fuit dictum in platea, quòd aliquis vult portam ciuitatis hostibus aperire: non credo talem incidere in tantam pœnam, si non reuelat, reuelare tamen debet, aliàs meretur maximam reprehensionem.*

79 LIMITA II. Hanc† secundam huius quæstionis regulã, vt non procedat in non subdito: nam is reuelans tractatum cõtra Principẽ, qui subditus non est, non committit crimen læsæ maiestatis, vt per Aug. ad Ang. *de malef. in verb.* & hai tradito la tua patria, *post n.* 11. *in add. tu autem in hac materia, vers. subdit*, vbi allegat Ang. *in l. frater, ad l. Pomp. de parricidiis*, & gl. *in d.l. vtrum, in verbo, Conscios, ff. eodem*, illã ponderando, vt ibi per eum Gig. *de cr.læsæ maiest. lib.2.rub. qui accus. poss. q.*29. *n.*3. *& lib.3.rub. fi. q.2. n.*13. Ceph. *cons.*75. *n.*37.

80 *lib.*1. † Et est ratio, quia per non subditum crimen læsæ maiestatis faciendo non committitur, *ad gl. in clem. Pastoralis, in verb. non sufficit, de re iud.* & per eundem Gig. *d.q.*20. *n.*3. & latiùs *lib.*1. *rub. Qualiter, & à quibus cr.læsæ maiest. commit. q.*68. *per totam, & rub. quis de cr.læsæ maiest. cognosc. poss. q.... n.*11. &

* est communis, * vt per Ant. Gomez. *var. resol. tit. de crim.læsæ maiest.n.*10. *in fine*, & per Rol. *in cons.*4. *n.*2. *& 3. lib.*1. *& cons.* 1. *n.*26. *& seqq. lib.*3. *& cons.*15. *n.*7. *lib.*4. & Clar. *in pr. §. læsæ*

* *maiestat. vers. Quandoque*, vbi testatur de communi, * ac etiã seruata opinione, ergo multò minùs cõmittitur omittẽdo, & non reuelando, cùm certi iuris sit, & aliàs diximus, delicta in omittendo esse leuiora, quàm in committendo.

81 LIMITA III. In† vxore sciente tractatum quem facit suus vir contra Principem, & è contrà: nam non tenetur coniux coniugem tradendo, & fidem coniugalem frangendo, reuelare Principi talem tractatum, sicuti post Andr. de Isern. quem allegat, scripsit idem Gig. *de cr.læsæ maiest. libr. secundo, rub. qui accus. poss. q.*15. *in fine, n.*13. *& d.q.*20. *n.*4. *& lib.*3. *tit.*1. *sub q.*19. *n.*2. vbi ex Afflicto quem allegat, ita aliàs fuisse iudicatum testatur, *& rub. fi. q.2. n.*12. Nec dissentit Osasc. *dec. Pedem.*80. *n.*11. *in fine.*

82 AMPLIA IV. In patre, † qui pariter non tenetur reuelare Principi tractatum, quẽ contra ipsum facit suus filius, & hoc propter amorem paternum, ex quo excusatur, si filiũ morti tradere non intendit, sicuti argumento tex. *in l. milites, §. desertorem, ff. de re milit. in l. qui cum vno, §. qui filium suum ff. eod. & in l.2. iuncta gl. ff. de recept.* hanc limitationem posuerunt plures Doctores relati per Osasc. *dec. Pedem.*80. *n.*9. *iuncto n.*11. *in pr.* (licèt ipse contrarium teneat, vt mox referam) & illis pro eadem limitatione addo idem tenentes Dec. *in cap.*1. *n.*37. *de off. deleg.* Conrad. *in pract. §.*3. *de off. prætor. in cau. cri. rub. de conscius, n.*4. *fol. mihi* 334. Petr. à Placha *in epit. delict. c.* 38. *n.*5. Ant. Gabr. *concl. vlt. n.*6. *lib.*7.

Hæc limitatio, licèt communiter* recepta sit per Doctores, non tamen illi desunt cõtradictores, & in primis contra eam facit, quod dixit Cic. *in lib. tertiò, de Offi. Castrorum, disciplinam esse antiquiorem liberorum charitate, l. postliminium, §. filius, ff. de captiu. & postlim. reuer.* & rursus idẽ Cic. dixit ibidẽ, *Quid si tyrannidem occupare, patriam prodere conabitur pater, filiusne filius? imò verò obsecrabit patrẽ, ne id faciat, si nihil proficiet, accusabit, minabitur ei, ad extremum si ad perniciẽ patriæ res spectabit, patriæ salutẽ anteponet saluti patris.* Sicut ergo filius ex sententia Cic. tenetur reuelare patrem machinantem contra patriam, & sic committentem crimen læsæ maiestatis, ita è contrà tenebitur pater reuelare machinationem filij, argum. glos. *in cap.*1. *in verbo, Et Christiani, de conuers. infidelium*, dum dixit, *quòd pro patria pater in filiũ, & filius in patrem insurgere debet*, & ob id antiquos Romani filios contra patriam machinantes non solùm denunciabant, sed ipsimet puniebant, vt in exemplis relatis per Val. Max. *lib.*5. *cap.*8. *in tit. de parentum seueritate aduersùs liberos, in primo, & secundo.* Et ex nostris hanc contrariam opinionem sequuti vidẽtur, Andr. de Isern. *in cap.*1. *§. præterea, in pr. in tit. quæ fuit prima causa benef. amitt. in vsibus feud.* vbi dixit, quòd filius tenetur indicare patrem contra imperium, vel Rempublicam machinantem, ex Tullio in loco præcitato, & è contrà Igneus in sua disput. an rex Franciscus recognosc. Imperatorem, dixit, quòd pater tenetur offerre Imperatori filium contra ipsum machinantem, per textum *in d.lege qui cum vno, § qui filium, ff. de re milit.* ibi, *vel à patre exhibitus*, & quòd pater teneatur filium denunciare in crimine læsæ maiest. latè tradit Affl. *in c. Imperialem, §. insuper, de prohib. feud. si alien. per feu.* quos omnes sic, vt suprà relatos, refert etiam Gig. in hoc, vt vides, quodammodo sibi contrariũs, *in tr. de cr. læsæ maiest. lib.* 2. *rubr. qui accus. poss. q.*8. *n.*4. *& sequentibus, & q.*9. *pariter n.*4. *& sequentibus*, vbi propterea infert, quòd in crimine læsæ maiestatis pater admittitur ad accusandum filium, & è contrà: de quo & ego dixi *in libr.*1. *tit. de accus. q.*12. *n.*53. & magis in terminis, ex Gig. in locis præcitatis, hanc eandem contrariam opinionem sustinuit Osasc. *dec. Pedem.* 80. *n.*10. *& n. sequenti, vers. Contra quorum opinionem, & n.*12. *iuncto n.*18. *in fine*, vbi bene demonstrat quòd text. *in d.l milites, §. desertorem. ff. de re milit.* in quo fundant se Doctores pro limitatione allegati, illam minimè probat, & post disputationem, quam facit, an, & qua pœna sint puniendi parentes non reuelantes tractatum, quem faciunt filij contra suum Principem, an scilicet pœna relegationis, iuxta text. *in leg.*2. *ff. ad l. Pomp. de parric.* an verò alia, concludit tandem eos condẽnandos arbitrio Principis, citra tamen mortem, & ita apud eum seruatum fuisse testatur: vers. *Et quid in coniunctis*, vbi dubitat in coniunctis, an teneantur reuelare sicut cæteri, & quicquid sit de iure, dicit ipse per hæc verba: *Non credo quòd de facto euaderent, & si mihi cõtingeret casus, quòd filius meus, vel frater mihi reuelaret aliquã coniurationẽ, omni via inducerẽ eos, vt mecũ reuelarẽt, quòd vbi obtinere nõ possem, cõfestim fuga arriperẽ, monit. illis, vt abstiner. aliter quòd a me manifestarẽtur.* 83 *

Pro resolutione dicerem sic, † si pater qui sciebat tractatũ 84
filij contra Principem, nec prohibuit, quantum potuit, ipsi filio, vt à tanto facinore se abstineret, & tunc sine dubio, si adhuc filij iniquitatẽ Principi nõ reuelauit, tenetur, & punitur, per ea, quæ posui *suprà in* 1. *g. num.*40. vbi generaliter dixi, quòd delictis filiorum patre obuiare teneantur quantùm possunt, ergo multò magis ad id tenentur in tanto crimine. Si verò fecit, † quod potuit pater, ne filius scelus in 85
Principẽ cõmitteret, & ob id ipse filius patris præcepto obediens, illius monitionibus inductus, ac minis perterritus, pœnitẽs abstinuit se à tractatu iã inchoato, & tũc sine dubio credere patrẽ non teneri ad aliquã reuelationẽ, cùm videat Principem tutũ, & sic indubitanter potest procedere prima opinio in limit. proposita. † Quòd si non obstãte prohibitio- 86
ne paterna filius nõ vult se abstinere ab iniquo proposito, &

tunc

* tunc licèt forsan de iure prima opinio * communior sit, vt dixi in practica, tamen nō credo, quòd obtineretur, prout dicit Bossius in loco præcitato, & iam, vt vides, Senatus Pedemontanus contrarium seruauit, teste Osasco *d.dec. 80.in fi.*

87 LIMITA V. Eandem † secundam huius quæstionis regulam, vt non procedat in non reuelante tractatum contra Principem inferiorem, & recognoscentem superiorem: nā per non reuelationem is non incurrit crimen læsæ maiestatis, & hoc quia dispositio *l.quisquis, C.ad l.Iul maiest.* non habet locum in Principe recognoscente superiorem, vt per Anto. Gab. *lib.7.conclusione vlt.num.7.* vbi alios refert cōcordantes: imò dispositio *dictæ l.quisquis*, non habet locum, nisi in Imperatore & Republica Romana, secūdùm relatos per
88 eundem Gabr. *ibidem num.8.* † Et licèt contrarium voluerint
89 Boër. Cor. & Cæpol. in locis citatis per Gabr. ibidem *n.9.* † Tamen pro resolutione dicas, quòd si causa disputaretur sub Principe offenso, tunc forsan prævaleret ista secunda, & cōtraria opinio: sed si extra dominium Principis offensi causa esset introducta, tunc seruanda esset prima opinio, quæ verior videtur secundùm eundem Gabr. *vbi suprà, num.10.* verùm si veritas huius limitationis dependeat à resolutione illius quæstionis, an scilicet crimen læsæ maiestatis committi propriè dicatur in Principem inferiorem, de qua dicam infrà, *lib.3.titul.1.* & ad ibi tradita me remitto.

90 LIMITA VI. Vt in omni casu, † in quo dixi non reuelantem tractatum, qui fit contra Principem, puniri pœna mortis, id tantùm procedat, quando ipse tractatus fiat cōtra personam Principis, vel eius statum: in aliis autem casibus subditus non reuelans, nō mortis pœna, sed alia extra ordinē arbitrio ipsius Principis puniendus est, secundùm Clarū *in d.q.87.cod.versic.punctus est, ad fin.* & fuit de mente Bossij, *in tit.de crim. læsæ maiest. n.44. in fin.* vbi dixit se credere doctrinam Bart. *in l.vtrùm, ff.ad leg.Pomp.de parric.* vt (si modò seruanda sit) non procedat in omni capite læsæ maiestatis, sed tantùm quando infertur ad perniciem suæ patriæ: ad idē Ceph. *in cons.75.n.35. & seqq. & cons.76.n.60. & seq.* vbi pariter, quòd non incurrit, non reuelans crimen læsæ maiestatis, si tractatus concernebat modicū Principis præiudicium.

91 LIMITA VII. seu † potius declara materiam huius secundæ regulæ, quòd sicut non reuelans conspirationem factam contra suum Principem punitur, vt suprà, ita & ecōtrà si particeps talis coniurationis illam Principi à principio reuelauit, non solum impunitatem, sed etiam præmium meretur: si verò non à principio, sed post aliquod tempus, antequam delictum fiat, id reuelet, nulla tamen priùs de eo habita notitia per Principem, tunc impunitatem tantùm, non autem præmium cōsequitur, *l.quisquis, §.sanè si quis*, & ibi Prepositus. *6.q.1.c.si quis Papa, in fi.* 78. *distinct.* quæ iura in id allegat Gigas *de crim.læsæ maiest.libr.2.rubrica qui accus.poss.q.16.*

92 † Vbi etiam ex hoc limitat doctrinam Bart. *in l.4. ff. de cond. ob turp.causam*, dicentis, quòd præmium, quod datur reuelantibus, regulariter non datur participi reuelanti, vt inquam talis doctrina nō procedat in reuelāte crimē lesæ maiestatis: quod & idem voluerunt Foll. *in pract.cri.in verbo, itē quod cōmisit crimen læsæ maiest.n.82.* Boss. *in tit.de cr.læsæ maiest.n.46.*

Et per hæc sit expedita secunda pars quæstionis, venio ad tertiam de Sacerdote reuelante confessionem.

93 REGVLA III. sit † in tertia huius quæstionis parte, quòd Sacerdos nō potest nec debet reuelare sibi exposita per cōfitentem in sacramentali confessione, *capitulo si Sacerdos, de offic.ordin.cap.dilectus, de excess.capit. Sacerdos, de pœnit.distin. sexta. & c. omnis, extra de pœnit. & rem.* & per ista iura hanc regulam firmarunt Felin. Boër. & Marsil. in locis relatis per Ant. Gab. *lib.7.concl.vltima, n.14. & 15.* vbi testatur de communi * opinione, Ang. *de malefic.in verbo.* & hai tradito la tua patria, *n.18.* Viui. *in com.opin.verbo, confessio, l. vltima, in prin.* Pet. Pechius *in tra.de test.am.coniug.lib.1.c.9.post n.5.vers.quia quæ sub sigillo conscientiæ*, Gigas *de cri. læsæ maiest. lib.2.rub.qui*

94 *accus.poss.q.18.n.1.* † Vbi ampliùs, quòd sicut confessio sacramentalis est de iure diuino, ita pariter dicendum est de eius celatione, vt scilicet censenda sit de iure diuino, secundùm Turrecremat. quē allegat *in c. Sacerdos, col.11.vers.3.ratione necessitatis, de pœn.dis.6.* & vt dixit sanctus Thomas *in 4.sent. dist.21.* relatus per Aug. ad Ang. *de malef.in verbo*, & hai tradito la tua patria, *post n.18.* illud quod in sacramētis geritur exterius, est signum eius, quod geritur interius. Vnde sicut Deus peccatum hominis texit, ita confessor illud debet tegere exteriùs, & propterea qui confessionem reuelat, tanquam sacramenti violator peccat, eò præsertim, quia per peccatorum celationem homines magis ad confessionem attrahuntur, & simpliciùs confitentur. Vide quæ dixi *infrà, in ti.de oppositione exam.test.q.78.n.73.*

AMPLIA I. Hanc tertiam regulam, † vt si Sacerdos reue- 95
lauerit confessionem, tanquam violator sacramēti, vt suprà dixi, puniatur, quia hodie deponitur, & in monasteriū detruditur, *iuxta c.omnis, de pœniten. & remiss.* licèt olim per mundum peregrinari compelleretur, iuxta cap. *Sacerdos, de pœniten.distinct.6.* & habemus *gl. in c. dilectus, in verbo, reuelare, de excess.prælat.* Bal. *in l. Archigerontes, C.de Episc. audien.* quē refert Fel. *in c.testimonium, n.35. de testibus*, Ias. *in l.1. §. huius studij*, & ibi Fortun. Garzias *n.20. ff.de iusti. & iure.* Pet. Pechius *de testamen. coniug. lib.1.c.9. post n.5. ad medium, vers. & ideo eam reuelans punitur*, Catellian. Cotta *in suis memorab. in verbo, iuramentum probat difficultatem præstationis, prope finem, ver.nam clarum est, quod Sacerdos reuelans*, Bertaz. *cons.452. n.8. lib.2.* Mascard. *de proba. lib.2.concl.377.n.2.*

AMPLIA II. Vt † Sacerdoti reuelanti confessionem non 96
credatur, quicquid dixerit de confitente, sicuti omissis antiquioribus videre poteris apud Viui. *in com.opin. d. verbo, confessio, l.vlt.ver. & dato quòd reuelaret*, Ant. Gom. *var.resol.tom. 3.cap.13. de tort.reorum, n.9. in prin. iuncto ver.ergo ex prædictis patet*, vbi bene concludit, quòd talis reuelatio Sacerdotis non solùm non facit indicium ad torturam, sed nullam prorsus fidem, imò etiam nullum operatur effectum in iudicio, aut extra, quod & idem voluerūt Arnal. Alber. *de agnosc. assert.catho. & hæret.q.25.n.7.* Masc. *d.concl.377.n.1.* & Meno. *de præsump.li.1.q.89.n.26. & 27.*

AMPLIA III. Vt † reuelatio talis confessionis non noceat 97
confitenti, non solùm si ea proueniat à Sacerdote, sed etiam si probetur per testes, quia putà audiuerunt, quando confitens in confessione facta Sacerdoti fatebatur aliquod delictum: tunc nec talis confessio nocet confitenti, sicuti post Io. Andr. Felin. & Tindar. *in locis per eum allegatis* affirmauit Masc. *de prob.lib.1.d.concl.377.n.3.*

AMPLIA IV. Vt huiusmodi confessio, † nec etiam aliquid 98
probet in causa matrimoniali, vt per Fortun. Garziā *in d.l.1. §. huius studij, n.21. ff.de iust. & iure.* Arnal. Alber. *in tract.de agnosc.assert.cath. & hæret.q.25.n.8.* Masc. *de probat.d.cōcl.477. n.4. & seqq.* Cuius contrariū licèt voluerint Roma. *in l.si non speciali, C.de test.* Ias. *in l.patre furioso, col.5.ver.quod confirmo, ff.de his qui sunt sui vel alie. iur. & in dict.l.1. §. huius studij, ff.de iustit. & iure.* moti per gl. *in c.tua, de sponsa.* nō per hoc tamē recedas à proposita ampliatione, quia gl. *in d.c.tua*, non dicit id, ad quod allegatur, & loquitur in diuersis terminis, prout bene adnotarūt Alber. & Mascard. in locis præcitatis.

AMPLIA V. Vt † Sacerdos non possit delicta commissa 99
per confitentem reuelare, etiā quòd sint atrocissima, ac etiā quòd cōtineantur sub crimine læsæ maiestatis, sicuti in specie affirmarunt post alios quos allegāt, Ang. *de malef. in verbo*, & hai tradito la tua patria, *n.18. per totum, in discursu*, vbi bene loquitur in materia, Gigas *de cri.læsæ maiest.li.2.rub.qui accus.poss.q.18. in prin. ver.idē Angelus sic distinguit*, Ant. Gabr. *li.7.d.concl.vlt.n.17. iuncto n.18. ver.secus vbi agitur de delicto cōmisso*, Arnal. Alber. *in d.q.25.n.9. ver.vnde sequitur.* † Vbi am- 100
pliùs dicit, quòd nec confitens hæresim vllatenus reuelari potest, nec debet, ex Scoto *in 4.distinct.21.q.2.* & ibi Ricard. *in 2.q.* dicentes, quòd nullo casu licet Sacerdoti reuelare confessionem, siue peccatum sit in moribus, siue in fide, vnde reprobatur ille versus, *Est hæresis crimen, quod nec confessio celat.* Sed in hoc puncto, sicut in cæteris omnibus aliis similibus dubitationibus, humillimè me submitto Theologorum determinationibus, & pro nunc satis sit Doctores, quos nunc inuenio, fideliter referre.

AMPLIA Vt † non solùm Sacerdos non possit, nec debeat 101
confessionē reuelare, imò nec etiā ad id cogi possit de mādato Papæ, vt per Aug. ad Ang. *de malef. in d. verbo*, & hai tradito la tua patria, *post n.18. in fi. additionis, ver. quinimò dixit D. Abbas.* & est ratio secūdùm Bero *in q.12.n.2. & seqq.* quia sigillum confessionis non solum est de iure diuino, & de necessitate Sacramenti, vt dictūest *sup.n.94.* & scripsit Per. de

Palude *in 4.distinct.21.* sicut illum refert Gigas, *de crim. læsæ maiest.lib.2.rubr.qui accus.poss.q.18.num.5. & seqq.* sed etiam Sacerdos in actu confessionis vices Dei gerit, vt ex tex.iũcta gl. *in d.c.dilectus, de excess.prælat. & in c. Sacerdos, de off.ordi.* & in hoc est maior Papa, qui vices Dei, & puri hominis in terris gerit, *c.quanta, de translat. Episcop.* & ideo ad reuelandum ea, quæ à confitente habuit in actu confessionis, non potest compelli à Papa, in illo actu, & minùs à quocunque alio ordinario, vt per Bero. & Gigan. in locis præcitatis.

102 AMPLIA VII. & † illatiuè ex præcedenti ampliatione, vt si forsan de facto ipse Sacerdos fuerit coactus ad se examinandum super sibi in confessione per confitentem relatis, deferatúrque ei iuramentum de veritate dicenda, potest sine periurij, aut alicuius pœnæ incursu dicere se nihil scire, & quod confitens talia sibi non dixit, & hoc, quia quicquid ipse scit, & quicquid ipsi à confitente dicitur, non vt homo, sed vt Deus scit, & non vt homini, sed vt Deo dicitur, *dicto capitulo dilectus, de excess.prælat. & d.cap.Sacerdos, de off.ordin.* * & ibi gl. & * communiter omnes, Ang. *de malefic.in verbo*, & hai tradito la tua patria, *num.18. ante medium, vers. vnde Sacerdos.* vbi alio modo saluat responsionem Sacerdotis dicentis isto casu; nihil scire, hoc est, nihil scire, quod sit reuelandum, sicut dicitur Matthæi 13. *De die & hora illa nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque Filius*, scilicet vt reuelẽt, Gig. * *vbi suprà, d.q.18.n.4.* & est * communis, sicut testatur Anton. Gomez. *var.resol.tom.3.c.13.rub.de tortura, n. 9. vers. ex quo infertur*, Masc. *de prob.lib.1.in præfat.q.5.n.51.*

103 LIMITA I. Hanc 3. regulam, † vt etsi Sacerdos non teneatur, nec possit reuelare delicta cõmissa per confitentem, bene tamen potest reuelare delicta committenda, vt per Innoc. Abb. *in c.omnis vtriusque sexus, de pœniten. & remiss.* quos & alios refert, & sequitur Gabr. *d.concl.vlt.n.17. lib.7.* nec dissentit Men. *de arbitr.q.libr.2.casu 180.n.21.*

104 Contrarium † fuit de mente Aug. ad Ang. *de malef.in d. verbo*, & hai tradito la tua patria, *post n.18.* vbi ex authoritate diui Thomæ dixit, quòd si ex confessione pœnitentiæ Sacerdos videt periculum aliquod imminere, & quòd aliquis vult facere aliquod magnum tẽporale damnũ, non propter hoc debet reuelare, sed potiùs monere eos, qui confitentur, vt obuient, vel desistãt, & Prælato dicere, quòd vigilet super gregem, & alia huiusmodi, sine vlla reuelatione, *per c.Sacerdos, de pœn.dist.6. & per d.c.omnis, de pœn. & remiss.* & Gig. *vbi suprà d.q.18.n.2.vers.conferunt ad prædicta*, ex iis quæ scripsit Archiepiscopus Florent. *in 3.par.suæ summæ, tit.17.c.22.in p.* dixit, quòd ad impediendum malum, non debet reuelari cõfessio, vtputà ad proditionem detegẽdam, & tenẽtes contrarium falsum dicunt, & Arnal. Albert. *in suo tr. de agnoscen. assert.cath. & hær.q.25.n.9. ad fi.* ex authoritate Scot. *in 4.dist. 21.q.2.* & ibi Ricar. *in 2.q.* pariter dixit, quòd nullo casu licet Sacerdoti reuelare confessionẽ, siue quis confiteatur peccatum iam opere perpetratũ, siue perpetrãdum, & ista cõtraria opinio videtur * cõmunis, de qua testatur Soc. *in d.c.omnis. n.71. de pœn. & remiss.* sicut ipsum refert & sequitur Bonac. *in com.op.part.1.ver.Sacerdos nõ potest reuelare, fo.mihi 148.co.4.*

105 Pro † resolutione reperio Doctores sic distinguẽtes, quòd si confitens reuelat Sacerdoti, quòd ipse habebat animũ faciẽdi aliquod delictum, putà homicidiũ, & quòd propterea faceret aliqua præparamenta, & tractatus, sed quòd postea pœnitet ipsum talia cogitasse & tractasse, & quòd non intẽdit ampliùs tale quid facere, & pœnitentiam de commissis petit, & recipit (quo casu est vera confessio, *c.cùm quidam, de pœniten. & remiss.*) tunc Sacerdos nullo pacto debet hanc confessionem reuelare, quia tunc delictum non potest dici committendum (cùm confitentem pœnituerit, & Deo promiserit se ab eo in futurũ abstinere) sed commissum, & quæ commissa sunt, reuelari non debent, vt suprà probatum est.

Si verò confitens dicit, quòd non potest tẽtationi resistere, & quòd propterea delictum exequetur, quo casu non est vera confessio, & tunc poterit Sacerdos reuelare hanc cõfessionem, vt futuro scandalo & delicto obuietur: sic nempe reperio. sed latiùs distinguentes & declarãtes materiam, Ang. *de male.in d.verb.* & hai tradito la tua patria, *n.18.* in discursu, & Gig. *de crim.læsæ maiest.lib.2.rub.qui accus.poss.d.q.18. in pr. ante num.1. iuncto num.8. & sequentibus, & num.11.* vbi testa- * tur, quòd ista est communis * opinio Canonistarum, quem refert & sequitur Bonacos. *in comm. opin. criminal. parte 2. versicul. Sacerdos non potest reuelare, folio mihi 68. columna prima, in fine.*

SVBLIMITA I. præcedentem † limitationem sic, vt suprà 106 declaratam in eo quod dixi, quòd Sacerdos non potest reuelare confessionem, & delicta committenda, quando iam confitentem pœnituit, vt non procedat quando Sacerdos aliunde quàm ex confitente notitiam habuisset de prædicto delicto committendo: nam tunc potest reuelare, si adhuc scandalum imminet, sicut post Abb. *in d.c.dilectus, de excess. prælat.* affirmauit Aug. ad Angel. *de malefic.in d.verbo*, & hai tradito la tua patria, *post n.18. in fine.*

Sed † an credatur Sacerdoti asserenti se aliunde, quàm à 107 confitente habuisse notitiam? Dic quòd non: sed hoc probandi onus ipsi incumbit, secundùm Hostien. Cardinal. & Panormit. *in dicto c.omnis, de pœnit. & remission.* & est * com- * munis, vt per Martin. Nauar. *in c.pen. de pœn. distinct.6.n.164.* sicut illum referendo sequitur Masc. *de probat.lib.3. conclus. 1286.n.5. & 6.*

Vbi † declarat, quòd isto casu etiam quòd Sacerdos hoc 108 non probet, non punitur pœna ordinaria, de qua *suprà, n.95.* sed mitiùs, & extra ordinem Iudicis arbitrio.

SVBLIMITA II. Quia † etiam quòd confitẽs dicat se pœ- 109 nitere, & promittat nolle ampliùs committere delictum iã tractatum; si tamẽ in eo tractatu aderant alij cõplices, quos facilè credat exequuturos id, quod inter eos, & cum confitẽte fuit tractatum, etiam ipso confitente non consentiente, tunc potest Sacerdos tale delictum reuelare, vt illi, & futuro scandalo obuietur, sicuti post alios quos allegant, affirmarũt Angel. *de malef.vbi supr.d.verbo*, & hai tradito la tua patria, *n.18.vers. & prædicta sunt vera*, &c. Gig. *de cri.læsæ maiest.lib. 2.rubr.qui accus.poss.d.q.18. ante n.1.vers. si verò nominasset.*

LIMITA Rursus † præcedentes duas sublimitationes, 110 in quibus dixi Sacerdotem posse reuelare delicta committenda, vt non per hoc possit reuelare delinquẽtes, & consequenter in reuelatione delictorum committendorũ, vt illis obuietur, non debet vllo pacto nominare personas, à quibus talia delicta committi debeant, sed sufficiet notificare eis quorum interest, vt præcaueant, quia in ciuitate fit contra illos tractatus, & sic reuelabit isto casu Sacerdos delictum in genere, non deuenièdo ad specialitatem personarũ, aut facti, ex qua possit quis in personarum cognitionẽ deuenire, sicut post alios quos allegãt, voluerũt Angel. *de malefic. in d.verbo*, & hai tradito la tua patria, *sub eod.num.18.* in pluribus locis, & præsertim in illis verbis, *sine expressione personæ, & proditione confitentis.* & iterum infrà ibi, *non specificando personam &c.* & rursus infrà, ibi, *non autem nominet aliquo modo confitentem.* Gig. *de crimin.læsæ maiestat.lib.2.d.rubr. qui accusa.poss.ead.q.18. ante num.1.* ibi, *accusando personam, & nu.3.* ibi. *sine alia reuelatione, & num.9.versic. non tamen propalando confitentem, & nu.11.* ibi, *non tamen nominando, aut propalando personã*, Gabriel. *d.conclusio.vlt.num.17. in fine*, Arnal. Alberti. *de cognoscen. assert.cathol. & hæret.quæstio.25.num.9.* & pro hac limitatione facit text. *in capit. si Sacerdos*, ibi, *nõ debet eum arguere nominatim, sed indeterminatè*, & paulò infrà, *sed tamen non nominatim, extra de offic.ordinar.* item facit text. *in dicto capitulo, omnis vtriusque sexus, in fine*, ibi, *absque vlla expressione personæ, de pœnitent. & remission. & in cap. significasti*, ibi, *nomen adulteri celans, extra de adulter.*

LIMITA II. Et † principaliter tertiam huius quæstionis 111 regulam non procedere, quãdo cõfitens dedisset Sacerdoti licentiam reuelandi confessionẽ, quia tunc potest, sic enim intelligitur text. *in d.cap. significasti, de adulter. & in cap. Matthæus, de simon.* & est communis * declaratio, vt attestatur Fe- * lin. *in d.cap. Matthæus, & in ca. testimonium, col.pen. de testibus*, sicut illum referunt Gabr. *d.cõclusio.vlt.n.15.* & Arnal. Albertin. *vbi suprà q.25. sub num.9. vers. insuper dictus consulẽs*, & de communi * etiam testantur Catell. Cotta *in suis memoral. in* * *verbo iuramentum probat difficultatem præstationis, ad fin. vers. nisi de licentia illius, &c.* Viui. *in cõ.op. in verbo, confess. l'vltimo*, & Masc. *de prob.lib.1.conclu.377.n.9. &* 10. vbi adducit cõcordãtes, quibus addo Gig. *de crim.læsæ maiest.lib.2.rub.qui accus. poss.d.q.18.n.8.* & Pet. Pechiũ *in trac. de test.cõiug.lib.1.c.9.n.5. vers. Respõd. quòd Sacerdos, & vers. vel. quãdo reuelat de licẽtia cõfitentis*, & notãt omnes *in d.c. significasti, & in d.c. Matthæus.*

AMPLIA

112 AMPLIA Hanc 2.limitationem,† vt credatur Sacerdoti asserenti se habuisse licentiam reuelandi confessionem à confitente, & iste est vnus casus, in quo testi vnico plenè creditur,vt per Feli.*in c.testimonium,n.35.versic.intellige quòd Sacerdos,extra de testib.& in cap. nemo, in princ.versic.noto,in versic.testimonium,& versic.intellige quod potest, & in c. Matthæus, post princ. versic. & eleganter,de simon.* Lap.*allegat.94. incip. quidam presbyter, numer.2.* quos & alios referendo sequuntur Gabr. *de testib.concl.2.num.28.in 7.limit.* Mascard.*d. concl.377.n.9.lib.1. & concl.1286.n.1.* Catell.Cotta,Pet.Pechius,& Viui.*in locis nuper citatis,* Claud. ad Bertaz.*in consil. 169.litera B,vers.imò vnius,lib.1.* Bertaz. *cons.452. n.9.lib.2.*

113 LIMITA Hanc † proximam præcedentem ampliationem,vt procedat testibus concurrentibus.Primò,dummodo Sacerdos sit bonę famæ:sic enim loquuntur omnes prędicti Doctores,præsertim sic voluit Mascard.*d.concluſ.1286.n.2.* Secundò, dummodo assertio Sacerdotis dicentis sibi datam talem licentiam,sit iurata,& ita pariter declarant iidem prę-allegati Doctores,& præsertim Gabr. *de testib.d.concl.1.n.8. in fin.*& Mascard. *d. concl.1286.n.4.* Tertiò,dummodo confitens non contradicat assertioni Sacerdotis, vt per eundem Mascard. *dict. concl.1286. num.3.* His inquam concurrentibus creditur Sacerdoti asserenti se licentiam habuisse à confitente reuelandi suam confessionem, aliter secus.

114 LIMITA III. &†principaliter 3. propositam regulam non procedere, quando quis delictū Sacerdoti commisisset, non in actu confessionis,& pœnitētiæ,prout Doctores allegati in regula loquuntur,sed secretè,& sub sigillo secreti,cū protestatione,vt nemini reuelaret:quia tunc si idē Sacerdos producatur in testem,potest,& tenetur deponere,& reuelare,quia tunc cessat ratio,quòd id sciat vt Deus, & nō vt homo,de qua *suprà,n.102.*sic enim declarat Innoc.*in c.qualiter, & quando,il primo,col.2.de accusat.* Abb.Panorm.& alij *in c.si Sacerdos,de offic.ordin.* Fel.*in c.intimauit,in 2.& 3.col.extra de testib.* S.Thom.*super 4.dist.21.q.3.artic.1.* quos sic in proposito refert.& sequitur Ant.Gom. *var. resol.tom.3.c.13.rub.de tort. reor.n.9.prope fin. versic. secus tamen est,* vbi etiam testatur ita cōmuniter* tenere Doctores *in d.c.qualiter & quando,* Gabr. *lib.7.concl.vlt.n.16.* illud enim quod cōmuniter tradunt Doctores Theologi & Canonistæ, quòd scilicet peccatum & etiam mortale reuelare secretū,quod quis non reuelare promisit, etiamsi illud in actu cōfessionis nō receperit,procedit quando sponte reuelat,secus si coactus à Iudice ad perhibēdum testimonium,ita enim expressè hanc materiam declarat summa Angel.*in verbo,confessio vltimo,n.22.* Dom.Sot.*in tract.de ratio.tegen.vel detegen.sec..membro 2.q.7.concl.4.*

115 Verùm † hanc limitationem sic simpliciter positam dubiam esse contendit Menoch. *de præsumpt. lib.1.q.89. n.17.* vbi propterea declarat procedere in delicto committendo, vt illud possit Sacerdos reuelarę, etiam quòd sub sigillo cōfessionis fuerit commissum, secus in iam commisso, quod nullatenus isto casu reuelare poterit, nisi forsan nō reuelando ex eo graue damnum inferator, aliàs secus, vt ibi per eum,quem vide in proposito,quia bene loquitur.

ARGVMENTVM.

De diuersis indiciis ad torturam sufficientibus.

SVMMARIVM.

Indiciorum, & torturæ materiam pertractantes Doctores referuntur, in numer.1.

Mendacium facit maximam præsumptionem contra reum, n.2.

Dolus præsumitur ex mendacio,n.3.

Mendaciū facit indiciū ad torturam, secundùm opinionē eorū, qui referuntur,in n.4.sed quòd immò non sit sufficiens ad torturā,n.6.& ista secunda opinio hodie est magis cōmunis, n.8.

Mendacium sine dubio facit indicium ad inquirendum, num.5.

Mēdaciū facit indiciū ad torturā,si ita Iudici visum fuerit,n.7.

Sed hæc opinio confutatur,num.9.

Mendacium facit indicium ad torturam,iuncto aliquo alio adminiculo,secus si sine adminiculo,n.8.& 10.

Mendacium,vt faciat indicium ad torturā,debet esse circa qualitates, & circumstantias substantiales ipsius delicti, hoc est, pertinentes,& inferentes ad delictum,aliàs secus,num.11.

Vbi exemplificatur,& num.12.

Vbi ampliatur hæc conclusio.

Mendacium debet probari per duos testes, vel per ipsius rei propriam confessionem,n.13.

Mendaciū non facit indicium ad torturam,quādo consistit circa id,quod si reus confessus esset,sibi non præiudicasset,n.14.& 15.

Mendacium non facit indicium ad torturam,quando reus habet pro se aliquod indicium innocentiæ,n.16.

Mendacium non facit indicium ad torturam contra virum bonæ conditionis & famæ,n.17.

Variatio nunquam datur sine mendacio, sed bene datur quandoque mendacium sine variatione,n.18.

Variatio rei facit sufficiens indicium ad torturam, n.19.sed contrarium,quòd immò non facit indicium ad torturam, n.20.

Variatio facit indicium ad torturam, si ita Iudici visum fuerit, num.21.

Vbi etiam quid isto casu Iudex debeat considerare,n.22.

Vbi de materia huius conclusionis.

Variatio facit indicium ad torturam, etiam quòd illa emanauerit in tortura,n.25.

Reus, qui in tortura varia dicit,potest ob talem variationem sæpius torqueri, n.25.

Declara, dummodo tortura fuerit illata legitimis præcedentibus indiciis,aliàs secus,n.26.

Torqueri potest reus sæpe & sæpiùs, si in tortura modò dicit vnum,& modò dicit aliud,n.25.

Declara,vt in n.26.

Variatio facit indicium ad torturam, etiam quòd emanauerit post torturam,n.27.sed contrà,n.28.

Variatio tunc demum facit indicium ad torturam, quando cum ea concurrit aliquod aliud indicium,vel adminiculum, aliter secus,n.29.licèt contrà,n.30.

Variatio facit indicium ad torturam, quando respicit vel delictum,vel illius qualitates, & circumstantias substantiales,& ad delictum ferentes,& pertinentes,aliter secus,n.31.

Variatio ad hoc, vt faciat indicium, debet esse circa ipsum delictum, & non circa illius qualitates & circumstantias, n.32.Declara,vt in n.33.

Variatio non nocet,quando reus se corrigeret,ac variasset propter obliuionem,vel aliam probabilem causam,n.34.

Mendacium commissum sine dolo, non est punibile, nec est delictum, nec turpitudo,n.35.

Variatio non nocet, quando consistit in iis, quæ respiciunt defensionem rei,n.36.contrà,n.37.& 39.vbi de materia.

Vacillatio,& titubatio rei,in quo differat à variatione, n.39.

Vacillare quando quis propriè dicatur,n.39.

Vacillatio,titubatio,trepidatio,tremor,timor,pallor,& iis similia signa faciunt contra reum indicium ad torturam,n.40.& 41. vbi idem de declinatione oculorum versùs terram, & n.42. vbi idem de erubescentia,& mutatione coloris,n.43.vbi præmissorum redditur ratio.

Innocentia præsumitur in reo, qui aliter, & sine trepidatione respondet,n.34.

Vacillatio, titubatio, & trepidatio facit indicium ad torturam, iuncta variatione,aliter secus,n.45.

Vacillatio, & titubatio rei,an faciat indicium ad torturam, remittitur arbitrio Iudicis,n.46.

Vacillatio,titubatio,trepidatio, aut quid simile, est indicium fallax,& debile,n.47.

Vacillatio,titubatio & trepidatio, iuncta cū aliquo alio indicio, vel præsumptione,facit indiciū ad torturā, aliter secus,n.48.

Vacillatio, titubatio & trepidatio rei debet per Notarium de mandato Iudicis in processu describi,aliter non nocet, n.49.

Indicium oritur ad torturam contra eum, qui visus est exire pallidus,& cum gladio sanguinolento ex domo, in qua postea repertus fuit aliquis occisus, n.50. immò hoc indicium sufficit non solùm ad torturam, sed etiam ad condemnationem,n.51. 53.& 54.licèt aliqui relati n.52.contrarium dixerint.

Amplia primò,vt procedat, etiam quòd mortuus reperiatur non in domo,sed in alio loco,putà agro,vel via publica, ex qua ille sic cum gladio sanguinolento fugiens visus est, n.55.

Amplia secundò,vt immò quis possit torqueri solùm ex eo,quòd illius gladius fuerit repertus sanguine madefactus,n.50.Declara,vt in n.57.& 58.

Amplia tertiò,vt multò magis possit ex hoc indicio deueniri ad condemnationem,quando concurrit inimicitia, minæ, aut aliquod aliud adminiculum,n.59.& 61.licèt contrarium voluerint

rint relati, n. 60. quibus respondetur in n. 62.
Limita primò, quando gladius non esset sanguinolentus, quia tũc non potest sequi condẽnatio, etiã quòd ex loco, vbi reperiretur mortuus, fuerit visus quis exire cum gladio euaginato, n. 62.
Limita secundò, quia hoc indicium ad hoc, vt operetur, tam quoad torturam, quàm quoad condemnationem, necesse est, vt concludenter probetur per duos testes, n. 63.
Limita tertiò, dũmodo illa domus, ex qua quis visus est exire, nõ habeat nisi vnum ostium, & vnum aditum, aliter secus, n. 64.
Limita quartò, vt isto casu nunquam possit imponi, nisi pœna extraordinaria, n. 65. & 66. sed an ista pœna possit esse solùm pecuniaria, an verò etiam corporalis, n. 67.
Limita quintò, quia licèt Iudex possit ex hoc indicio deuenire ad condemnationem, non tamen cogitur, n. 68.
Præsumptiua probatio, an sufficiat ad condemnandum quem in pœnam ordinariam, n. 66.
Iudex debet multùm temperare sententiam suam, quando reum condemnat ex præsumptiua probatione, n. 66.
Ensis alicuius si reperiatur sanguine madefactus, oritur contra dominum indicium vulneris & homicidij, n. 56.
Limita si probetur, quòd dictus dominus ensem alteri accommodauerit, amiserit, seu aliquo alio modo ad alienas manus peruenerit, aut quòd sanguis aliunde fuit causatus, vel quod est non de recenti, sed de antiquo ante commissum delictum, his enim casibus non oritur aliquod indicium, n. 57. & 58.
Armorum vsus à iure prohibitus est, n. 70.
Armorum delatio facit indicium, n. 69.
Armorum delatio facit indicium præcogitationis, n. 71.
Armorum delatio multò magis facit indicium, si fuerit insolita, & apta ad occidendum, vtputà si fuerint arma hastata, archibusium, & similia, n. 72.
Arma euaginata deferens, animum offendendi habere præsumitur, & ex hoc solum oritur indicium ad torturam, n. 73.
Gladius alicuius si penes occisi cadauer reperiatur, facit indicium contra illius dominum, n. 74.
Arma acuens, poliens, præparans, de illis experientiam faciens, aut quid simile, sequuto homicidio, habet contra se indicium ad torturam, n. 75.
Armorum exercitatio in scrimia facit indicium contra se sic exercentem, n. 76.
Vulnera reperta ad mensurã armorum alicuius faciũt indicium contra dominum illorum armorum, n. 77. Declara, in n. 78.
Armorum delatio non facit indicium contra eum, qui illa defert propter aliquam iustam causam, vtputà, quia miles, vel Præsidis iussu, n. 79. vel propter veteres inimicitias, n. 81. vel ex alia causa, de qua statur Iudicis arbitrio, n. 80.
Armorum delatio non facit indicium contra eum, qui est solitus illa deferre, n. 82.
Armorum delatio non facit indicium contra illa deferentem de licentia superioris, n. 83.
Armorum delatio sine alio indicio sola, & non adminiculata non facit indicium ad torturam, n. 84.
Malæ conuersatio, an & quando faciat indicium ad torturam, vide supra verbo, Conuersatio, per totum, in discursu.
Conuersatio cum malis hominibus facit indicium delicti, n. 85. & 86. & hoc indicium videtur sufficere ad torturam, n. 87. sed contrarium est verius, n. 88.
Conuersatio cum delinquente facit indicium participationis delicti contra ipsum conuersantem, n. 89. & n. 90.
Scire quis semper præsumitur facta illius, cum quo conuersatur, n. 90.
Conuersatio cum delinquente, tunc demum facit indicium, si fuerit stricta, & continuata, aliter secus, n. 91.
Conuersatio cum malis hominibus, de se sola, non facit indicium ad torturam, sed iunctis aliis sic, n. 92.
Sollicitans in curia id quod sollicitare non debet, redditur suspectus de delicto, quãdo hoc verũ sit, & de materia, n. 93. & seqq.
Indicium oritur contra eum, qui commisso delicto vadit ad curiã ad perquirendum, & sollicitandum, vt in eo procedatur, cùm tamẽ hoc perquirere, & sollicitare ad ipsũ nõ spectaret, n. 93.
Amplia etiam in eo, qui primus curia denunciat malefactorem, tamen denunciare non tenetur, n. 94.
Limita primò, quia hoc solum indicium non est sufficiens ad torturam, sed iunctis aliis sic, n. 95.
Ingerens se curiæ redditur suspectus, n. 93.
Taciturnitas delicti inducit indicium contra tacentem, n. 96. 97. vbi ponitur exemplum.
Denunciare si quis neglexerit delictum domi suæ commissum, redditur suspectus, etiam quòd is fuerit vir bonæ famæ, num. 96. & 97.
Indicium an oriatur contra eum, in cuius domo reperitur occisi cadauer, n. 98. & seqq.
Cadauere reperto in alicuius domo, oritur præsumptio contra dominum domus, quòd ipse occiderit, n. 98.
Amplia primò, vt hæc sola præsumptio sufficiat ad torturã, n. 99.
Amplia secundò, multò magis, quãdo talis dominus fuerit negligẽs in denunciãdo curiæ tale cadauer, n. 110. iũcto n. 96. & 97.
Amplia tertiò, vt isto casu possit torqueri, & tanquam testis verisimiliter informatus, n. 101. & seqq.
Limita primò, quando dominus domus esset vir malæ famæ, secus si bonæ famæ, & non solitus delinquere, nam tunc potest ex hoc solo indicio torqueri, n. 104. & 105. contrà, n. 106. distingue, n. 107. & seqq.
Limita secundò, dummodo concurrat aliquod aliud indicium, aliter secus, n. 114. contrà, n. 115. distingue, vt n. 116.
Limita tertiò, quando dominus domus tempore patrati homicidij probetur, quòd non erat domi, n. 117. & 118.
Limita quartò, licèt hoc indicium sufficiat ad torturam, non tamen sufficit ad condemnationem, n. 119.
Scire facta domus præsumuntur domestici, n. 112.
Ignorantia præsumitur ex absentia, n. 118.
Cadauere reperto in via, potest torqueri dominus illius domus, penes quem cadauer reperitur, n. 120.
Limita primò, dummodo is fuerit malæ famæ, & solitus similia committere, aliàs secus, n. 121.
Sublimita hanc limitationem, quando aliud concurreret: nam tunc dominus domus potest torqueri, etiam quòd non sit bonæ famæ, n. 122.
Limita secundò, vt hoc solum indicium tanquam remotum non sufficiat ad torturam, nisi alia concurrant, n. 123. & 124.
Limita tertiò, quando nulla apparet causa, ex qua dominus domus moueri potuerit ad illum occidendum, n. 125.
Limita quartò quando tale cadauer reperitur multùm contiguum tali domui, aliàs secus, n. 126.
Damnum semper præsumitur datum à vicinis, quod quando verum sit, n. 127. & seqq.
Furtum præsumitur factum à vicinis, quod quando verum sit, vide in n. 127. & seqq.
Vicini habent contra se indicium, quòd commiserint delictum in vicinia patratum, n. 127.
Vicini possunt torqueri super delicto commisso in vicinia tanquam testes verisimiliter informati, n. 128. & sequent. Declara, vt in n. 130.
Vicinus præsumitur scire facta vicini, n. 129. Limita remissiuè, vt in n. 130.
Vicini non possunt torqueri propter delictum commissum in vicinia, nisi fuerint homines malæ famæ, vel soliti similia committere, & alia, vt n. 131.
Vicini non possunt torqueri, quando probatur, quòd occisus, in vicinia habebat inimicitias extra viciniam, n. 132.
Inuentus in loco maleficij habet contra se indicium, quòd maleficium commiserit, n. 133.
Amplia, vt idem sit, si inuentus fuerit in loco propinquo ipsi maleficio, n. 134.
Limita in eo, qui inuentus est, non in loco propinquo, sed in remoto ab ipso maleficio, n. 135. & tamen isto casu oritur aliqua præsumptio, licèt non tanta, quanta oriretur, si fuisset repertus in loco propinquo, n. 136.
Limità secundò, vt ex hoc solùm, quòd fuerit inuentus in loco maleficij, hõ possit torqueri, nisi cõcurrant alia, de quibus n. 137.
Transitus & deambulatio per locum commissi delicti facit indicium contra sic transeuntem, & deambulantem, n. 138. & seq.
Declara, vt n. 142. & 143.
Homicidium præsumitur deliberatè commissum ab eo, qui antea visus fuit transire, deambulare & frequentare locum commissi homicidij, n. 139. & 141.
Frequentatio loci in quo fuit commissum delictum, facit indicium contra frequentantem, n. 140.
Declara, vt in n. 142. & 143.
Causam delicti qui habuit, is nẽpe deliquisse præsumitur, n. 144.

Causæ

Causa delicti, quæ dicantur, & in quibus consistant, n.145.
Causa delicti facit indicium, etiam quod ea non adsit, dummodo delinquens putauerit illam adesse, n.146.
Causa delicti multò magis facit indicium contra eum, qui est indiciatus ad illam causam, n.147.
Causa delicti multò magis facit indicium, quando nemo alius est imputatus de illo delicto, n.149.
Causa delicti cessante, cessat etiam delicti præsumptio, n.150.
Causa delicti ad hoc, vt faciat indicium, debet esse plenè probata, & in specie, num.151.
Causa delicti ad hoc vt faciat indicium, debet esse grauis, & non leuis, & aliàs, vt num.152.
Causa delicti tanquam indicium remotum de se sola non facit indicium ad torturam, & ideo alia concurrere debent, n.153.
Cadauer occisi si sanguinem emittat ante conspectum alicuius, facit indicium contra illum, n.154.
Et idem quando cadauer conspiciens econtrà sanguinem emittat, num.155.
Sed an reuera hoc solum indicium sufficiat ad torturam, vide, num.156.
Stupri, & violentia, an & quando probetur per acclamationẽ, & vociferationem mulieris vim patientis, n.157. & seqq.
Acclamatio, aut vociferatio alicuius auxilium implorantis facit indicium, quòd is vim patiatur de vulnere, de percussione, de stupro, aut quid simile, n.157.
Acclamatio facit indicium contra eum, qui visus est fugere ex ea domo, in qua audiuntur acclamationes, n.158.
Acclamatio, iuncta fuga non solùm facit indicium, sed probationem contra fugientem, quod an verum sit, n.159.
Acclamatio sola probat violentiam, & sic corpus delicti, sed non probat delinquentem, n.160.
Acclamatio ad hoc, vt faciat indicium, debet probari per duos testes, n.161.
Acclamatio potest probari per testes, etiã quòd acclamantẽ non viderint, dummodo tamen illius vocem notam habeant, n.162.
Præparatio equorum, pecuniæ, seu alterius rei, aut instrumenti ad delinquendum inferentis, facit indicium delicti, & præcogitationis, n.163.
Declara, vt in num.164.
Armorum præparatio facit indicium homicidij, & præcogitationis, num.163.
Declara, vt in num.164.
Nomen malum facit indicium, n.173. Limita, quia facit indicium super delicto in genere, non autem super delicto, de quo quis specialiter inquiritur, n.166.
Physionomia mala facit indicium, n.165. declara, vt in n.166.
Denũciatio Officialis, putà syndici, antiani, saltuarij, & massarij, facit indiciũ, n.167. cõtrà, n.168. resolue, vt in versic. seqq.
Denũciatio Officialis sufficit ad inquirẽdũ, n.169. Amplia etiã quòd deponat nõ de visu, sed de auditu fama ac relatu, n.172.
Limita primò, quia facit indicium ad inquirendum generaliter, & sic ad assumendum informationes super delicto denunciato, non autem ad inquirendum specialiter, n.171.
Denunciatio delicti facta per aliquã priuatã personã nullũ facit indiciũ, quia isto casu denũcias habetur loco accusat. n.172.
Denunciatio Officialis non facit indicium ad torturam, n.173.
Limita primò, si concurreret fama, aut aliquod aliud indiciũ, n.177. Limita secundò, si Officialis deponeret de visu, quia tunc probat sicut alius testis, n.174. & seqq.
Denuncians Officialis, facta denunciatione, an possit examinari vt testis, n.176.
Denunciatio Officialis non facit plenam probationem regulariter, n.178.
Denunciatio Officialis an probet plenè corpus delicti, n.179.
Denunciatio Officialis creditur plenè in leuibus, vtputà quando dicit se inuenisse ludentes, aut portantes arma, n.180. sed si pœna delationis armorum esset grauis, tunc nec etiam creditur isto casu, n.181.
Denunciationi Officialis creditur plenè, quando ita mandat statutum, seu alia constitutio, n.182.
Limita primò hoc procedere in leuibus, secus in grauibus, n.184.
Limita secundò, quia non per hoc quis prohibetur probare contrarium, n.183.
Denũciationi Officialis plenè creditur, quãdo is fuit deputatus nõ solũ ad denunciandũ, sed etiã ad inquirendũ, & cognoscendum, quod quando verum sit, & de materia, n.185. & seq.
Denunciationis Officialis materia tractatur per Doctores remissiuè allegatos, n.187.

QVÆSTIO LII.

INDICIA ad † torquendum multa alia per Doctores referuntur vltra ea, quæ suprà posui, de quibus generaliter lectorẽ remitto ad Ang. *de malef. in verbo, Quòd fama publica præced. per totum, in discursu*, Gand. *in tit. de præsump. & ind. indubita. & rursus in tit. de præsumpt. & indic. dubita. pariter per totum*, Guid. de Suzzar. Brunum, Blanchum, & Franc. Cason. latè materiam explicantes *in suis tractatibus de indic. & tortu.* Carrer. *in sua pract. crim. in 2. tract. de indic. & tortu.* Nouell. *in pra. cri.* vbi in eius principio per ordinem alphabeti indicantur omnia indicia homicidij, *& in § furtum est contrectatio fraudulosa, &c.* vbi in specie enumerantur indicia furti (de quibus tamẽ dicere decreui *infra, in 4. lib. in tit. de furtis*) *& in tract. ad defensam, in rub. an indicia pro rea dãnda sint, per totam*, Conrad. *in pract. in §. 3. de off. prætor. in cau. crim. rub. de neg. crim. & tormen.* Bost. *in tit. de indi. & consider. ante tort.* Cyr. *in sum. crim. in vltima particula, rub. 29. de quæstion.* ex quibus pro complemento huius primi tituli aliqua alia principaliora indicia desumere, & in hac vltima quæstione eadem declarare, non inconueniens putaui. 1

PRIMVM itaque † indicium vltra suprascripta sumunt Doctores ex mendacio, ex quo quidem indicio contra reum maximam oriri præsumptionem originaliter voluit Bar. *in l. si. n. 3. ff. de quæst.* quem sequuti sunt, Paris de Put. *in tract. de synd. in verbo, tortura, c. 4. incip. viso de indiciis indubitatis, n. 2. in fi.* Alexand. *cons. 77. in causa accus. col. 2. vers. Primum est indicium, lib. 1.* Gram. *cons. 5. n. 3. in fin. & cons. 17. n. 9.* Blanc. *de indic. ad l. si. de quæst. n. 265.* & est* communis, vt per Roland. * *in cons. 14. n. 19. lib. 4.* vbi alios plures refert concordantes: † ex mendacio enim præsumitur dolus, *l. seruus, § si persuaserit, ff. de dolo, l. si quis affirmauerit, ff. eodem*, Bart. *in l. Procurator, qui pro euictione, ff. de procur.* Aym. *cons. 2. n. 13. li. 1. & cons. 282. n. 7.* Iacob. Port. Imole. *cons. 78. in princ.* Hippol. Rimin. *cons. 274. n. 66. lib. 3.* Dec. *cons. 32. n. 24. & seq. lib. 3.* Mascard. *de prob. lib. 1. concl. 531. n. 19. & seqq.* & stante dolo negantis veritatem non est mirum, quòd contra ipsum oriatur delicti præsumptio: & hæc conclusio non solùm est* communis, prout testatur Roland. *in loco præcitato*, sed etiam ab omnibus approbata. 2 3 *

Verùm, † an ex hac præsumptione oriatur sufficiens indicium ad torturam, non modica fuit inter Doctores contentio. Vna enim fuit opinio affirmatiua, quã sequuti sunt, Rõ. *in cons. 8. n. 2. vers. Tertium quidem indicium est*, Aug. *in addi. ad Ang. de malef. in verbo, Fama publica præced. n. 105. ver. &* ibi inuenit illum in mendacio, Marsil. *in pract. §. diligenter, n. 74. & 98. & in §. quoniam, n. 17. & sing. 103. incip. Varietas, prope finem, & cons. 51. n. 66.* Fel. *in c. literas, ante n. 3. de præsumpt.* Brun. *de indic. par. 1. q. 3. num. 18.* relati per Carrer. *in pract. cri. in 1. tract. de indic. & tortu. §. quintum indicium, n. 1.* Nouell. *in pract. crim. in princ. n. 85. fol. mihi 49. & in tra. ad defensam, in rub. Responsiones reorum constitutus, num. 6. fol. mihi 112.* vbi dicit, quòd ita* communiter concludunt plures Doctores * ibi per eum relati, Grammat. *cons. 17. n. 9. in criminalibus, & in ciuilibus, cons. 50. causa, n. 14.* Soc. *cons. 54. visis testib. n. 13. li. 3.* Cur. sen. *cons. 41. super processu, ad finem*, Dec. *in l. 1. n. 11. ff. quod quisque iur.* Boër. *dec. 163. an per torturã, in fine*, Foller. *in pract. crim. in verbo, Item quòd sororem venenauit, n. 9.* Aym. *de antiquit. tempor. p. 1. §. Vidimus, & abũdè, & vtiliter, n. 18.* Bos. *in tit. de indic. & consider. ante tortu. n. 36.* vbi dicit, quòd ex mendacio oritur indicium probabile, & verisimile, & sic ad torturam sufficiens, & licèt Bart. *in l. fi. ff. de quæst.* non dixerit, quòd mendacium faciat indicium ad torturam, sed maximã præsumptionem, illud tamen tacitè sentit inducendo verba Bart. vt ibi per eũ, qui ampliùs subdit, quòd ita semper vidit illud dictum Bar. interpretari, relati per Roland. *cons. 14. n. 19. ver. Quamuis multi, lib. 4.* Iacob. Port. Imol. *cons. 94. n. 37. & cons. 96. n. 33.* Rol. *cons. 7. n. 9. lib. 2.* Mandos. ad Roman. *consil. 8. in addit. litera D, vers. Alij denique.* vbi testatur de * cre- * briori Doctorum sententia, Pau. Granut. *theorem. 3. num. 6. in prin. iuncto vers. Idémque Clar. & ver. seq.* vbi pariter testatur de crebriori opinione, & Mandos. *vbi suprà*, Simon de Præt. *cons. 105. n. 12. lib. 1.* Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 531. n. 20.* 4

vbi allegat Aym. *in pluribus consiliis*, item relati per eundem Mascard. *concl.* 1040. *num.* 7. *lib.* 2. & per Menoch. *de præsump.* * *lib.* 1. *q.* 89. *nu.* 67. qui testantur de communi, * Hippol. Riminal. *cons.* 302. *num.* 14. *lib.* 3. vbi pariter testatur de crebriori opinione, ex Mandos. *in loco citato*, Claud. ad Bertaz. *in consil.* 124. *in vltima addit. lib.* 1. *in criminalibus*, vbi quòd omni casu torturæ indicium oritur ex mendacio, Marc. Ant. Eug. *consil.* 27. *num.* 10. & demum hæc opinio videtur receptissima ex relatis per Bertazz. *consil.* 60. *num.* 5. *lib.* 1. sicut ipse dicit. Addo & relatos per Honded. *consil.* 107. *n.* 4. qui de crebriori testantur opinione.

5 Et quoad inquirendum, † quòd mendacium faciat indicium, nemo dubitat, sicut dicit Clar. *in pract.* §. *fin. ver. Mendacium, in prin.*

6 Altera fuit opinio præcedenti contraria, † quòd etsi mendacium faciat maximã præsumptionem cõtra mendacem, prout dicunt Bart. *in d. l. fi. ff. de quæst.* & alij relati *suprà, nu.* 2. non per hoc tamen faciat sufficiens indicium ad torturam, aliis non concurrentibus, sicuti affirmarunt Paris de Put. *in verb. tort. c.* 5. *incip. Viso de indiciis indubitatis, n.* 6. *in fi. vers. Et aduerte*, quia Bart. *fol. mihi* 317. *à tergo, col.* 2. Ioan. de Amic. * *cons.* 134. *nu.* 3. vbi subdit, quòd nec Bart. contrarium voluit, nec Gandinus, pater practicæ criminalis, mẽdacium posuit inter alia indicia ad torturam sufficientia, Foller. *pract. cri. in verb. Itẽ quòd sororem venenauit, n.* 29. Gram. sibi contrarius, post And. de Isern. & Afflict. quos allegat *voto* 3. *nu.* 16. vbi * quòd est communis * conclusio: & ita de communi testantur, Carrer. *in pract. crim. in* 1. *tract. de indic. & tort.* §. *quintum indicium, n.* 1. *ver. Cõmuniter autem tenetur, & n.* 2. *ver. Et vide quòd non faciat indicium*, relati per Roland. *d. cons.* 14. *nu.* 19. *l.* 4. Plot. *de in li. iuran.* §. 45. *n.* 11. Horat. Lut. *inter consilia cri. diuers. cons.* 161. *n.* 7. *iuncto n.* 35. *l.* 1. Clar. *in pract. fi. q.* 21. *ver. Mendacium, in discursu*, vbi quòd quicquid dicat Boss. *suprà*, in contrariũ allegatus, reuerà Bart. *in l. fi. ff. de quæst.* nõ dicit, quòd mendaciũ faciat indicium ad torturam, & quòd propterea si Iudex esset, vix esset, vt ex solo mendacio reũ poneret ad torturam, nisi aliquod aliud adminiculum concurreret, & hoc putat esse tutius, Thob. Non. *cons.* 99. *num.* 29. Ofasc. *decis. Pedem.* 79. *n.* 17. Emanuel Soarez *in com. opin. ver. Mendacium, n.* 125. Bursat. *cons.* 22. *n.* 21. *& cons.* 79. *n.* 15. *l.* 1. Bonacos. *in com. opin. cri. par.* 1. *verbo, Indicium facit ad inquirendum mendacium, ver. Et dicit ibi*, Clar. *fol. mihi* 88. *col.* 2. *& in ver. Mendacium non est sufficiens indicium ad torturam, in prin. fol. mihi* 112. *à tergo, & ibidem in ver. Mendaciũ, seu variatio, post prin. & in ver. Variatio, & mendaciũ sola non faciunt indicium ad torturã, fol. mihi* 182. *col.* 2. Bertaz. *cons.* 59. *n.* 5. vbi de frequentiori Doctorum sententia, & ibi Claud. *in addit. litera A*, vbi quòd verè ista est communis opinio, & *cons.* 60. *num.* 7. vbi quòd prima opinio non est nec vera, nec cõmunis, & quòd pro hac secunda opinione adsunt plures Doctorum authoritates, *& cons.* 145. *n.* 5. *& cons.* 150. *n.* 4. & * *cons.* 272. *n.* 4. vbi de * magis communi, *& cons.* 538. *n.* 7. vbi quòd cõtraria opinio non est nec vera, nec cõmunis, Franc. Personal. *in tract. de indi. & tort. n.* 87. *in fin.* Mascar. *de probat. l.* 2. *concl.* 1140. *n.* 1. *&* 2. vbi de communi, & tutioti opinione, ex pluribus ibi per eum relatis, Marc. Ant. Eugen. *consi.* 27. *n.* 57. *&* 58. *l.* 1. relati per Menoch. *de præsumpt. l.* 1. *q.* 89. *n.* 68. Hippol. Riminal. *cons.* 302. *n.* 25. *lib.* 3. Honded. qui etiam de magis communi opinione testatur, *in cons.* 107. *n.* 50.

7 Tertia succedit opinio, † quòd mendacium faciat, & non faciat indicium ad torturã, arbitrio Iudicis relinquitur, qui isto casu considerabit qualitatẽ personæ, & rei, super qua est mendaciũ, an scilicet sit tale, vt in eo verisimiliter possit cadere obliuio, & an circa substantialia negotij, nẽcne, secundùm Clar. *d. q.* 21. *cod. ver. Mendaciũ post mediũ*, ibi, *Ego verò in hac varietate opinionum*, quem in proposito refert Bonaco. *in comm. opin. cri. par.* 1. *verbo, Indicium facit ad inquirendum mendacium*, ibi, *est arbitrium Iudici, &c. fol. mihi* 88. *col.* 2. *in princ. & verb. Mendaciũ, vt dixi, non est sufficiẽs indicium ad torturam*, ibi, *tamen hoc Iudicis arbitrio relinquitur, &c. fol. mihi* 113. *col.* 1. Menoch. *de præsumpt. d. q.* 89. *num.* 70. *lib.* 1.

8 Quid dicendum? † negari non potest, quin secunda opinio * hodie sit magis * cõmunis, cùm, vt vides, ab omnib. modernis sit libentissimè recepta, & sicut est magis cõmunis, ita etiam & eam veriorem crede, quia mendaciũ est indicium remotum, ergo de se solùm non sufficit ad torturam, secundùm magis cõmunem, * de qua sup. *q.* 37. *n.* 43. *& seqq.* * & hæc ratio iudicio meo est inconuincibilis: quare potes dicere, quòd si mendacium non coadiuuatur aliqua alia coniectura, vel adminiculo, & tunc minimè faciat indicium ad torturam, secus si sit adminiculatum, & quando concurrunt alia, tunc omnes ferè Doctores relati suprà, *num.* 6 pro secunda opinione communiter * admittunt ex eo oriri sufficiens indicium ad torturam: † & propterea nõ est amplectẽda tertia Iulij Clari opinio, quòd Iudicis arbitrio remittatur, cùm, vt idem Clar. in loco præcitato admonuit, tutius est reum non ponere ad torturam ex solo mendacio, sine aliquo alio adminiculo, & ita apud nos obseruatur. * 9

REGVLA igitur † in hoc primo indicio ex præmissis firma remanet, quòd mendacium faciat indicium ad torturam, iuncto aliquo alio adminiculo: verùm quia aliqui sunt casus, in quibus mendacium nihil operatur, ideo 10

LIMITA I. Hanc regulam, † vt procedat, quando mendacium consistit circa qualitates, & circũstantias substantiales ipsius delicti, hoc est, pertinentes, & inferentes delictũ, aliàs secus, vt per Franc. Cason. *de indic. & tort. tract. 9. c.* 12. *n.* 1. *& seqq.* vbi infert, quòd mendaciũ nocet, si consistit circa tempus, & circa locũ delicti, secus si circa nomen loci originis, seu alterius similis demonstrationis, quia tunc licet mẽtiri propter salutem secundùm eum, Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tort. n.* 36. *ver. Et tale mendaciũ debet esse circa pertinentia*, Blanch. *in pract. crim. in fine, in* 4. *par. defensionis, nu.* 4. Natta *cons.* 42. *l.* 1. Horat. Lut. *inter cons. cri. diuers. cons.* 161. *n.* 38. *&* 39. *l.* 1. Bonac. *in com. opin. par.* 1. *verbo, Mendaciũ non est sufficiens indicium ad torturam, vers. Et quãuis mendaciũ non circa factum, &c. fol. mihi* 112. *à tergo*, Bertaz. *cons.* 59. *nu.* 6. & ibi Claud. *in addit. litera B, & cons.* 60. *n.* 11. *l.* 1. vbi quòd in hoc omnes concordant, * *& cons.* 150. *n.* 5. *eod. lib.* 1. *& cons.* * 548. *n.* 8. *l.* 2. Marc. Ant. Eug. *cõs.* 27. *n.* 59. Burs. *cõs.* 20. *n.* 21. vbi de communi, * de qua etiam per Paul. Granut. *theorem.* 3. *n.* * 7. † Vbi tamen videtur sentire, quòd mendacium etiam circa non substantialia delicti faciat indicium, si sit adminiculatum, quod ego non credo verum, quia adminicula etiam requiri in mendacio substantiali magis communiter * Doctores hodie affirmarunt, vt suprà admonui, ergo vbi non est substantiale, adminicula non operantur, vbi possit ex iis reus torqueri, nisi sint talia, vt etiam circũscripto mendacio producant indicium ad torturam, vide quæ infrà dicam in simili, *n.* 31. & pro hac limitatione faciunt etiam ea, quæ infrà ponam *in tertia limitatione, nu.* 15. Imò secundũ Honded. *in cons.* 107. *n.* 29. *in fine, & n.* 50. nec etiam mendaciũ circa pertinentia & circumstantias delicti facit indicium ad torturam, nisi sit circa factũ principale, & principale delictum, ex alleg. per eum, ac præsertim ex Ofasc. *decis. Pedemon.* 79. *nu.* 15. *& seqq.* vbi de communi, quod tamen vltimum ego non credo verum, per ea quæ dixi *infrà, n.* 32. *&* 33. vbi vide 12

LIMITA II. Quia ad hoc, † vt mendacium faciat indicium ad torturã contra reum, illud debet cõcludenter probari, vel per eius propriam confessionem, vel per duos testes (quicquid forsan secus sit in conuincendo testem de mendacio, in quo vnus testis videtur sufficere) vt pluribus demonstrat, & ita respondendo contrariis declarat Boss. *tit. de indic. & considerat. ante tort. n.* 37. Thob. Non. *cons.* 69. *n.* 22. Claud. ad Bertaz. *cons.* 59. *litera B*, idem Bertaz. *cons.* 60. *n.* 8. *lib.* 1. vbi testatur de communi * opinione, *& cons.* 548. *n.* 8. * *ver.* 3. *est ratio, lib.* 2. Paul. Granut. *d. theorem.* 3. *n.* 7. *versic. Item intellige*, & pro hac limitatione facit viua ratio, quia mendacium est indicium remotum, ideo per duos testes probari debet, * secundùm communem theoricam, de qua dixi * *suprà, quæst.* 47. *num.* 13. *& seqq.* 13

LIMITA III. Vt † nec mendacium faciat indicium ad torturã, quando consistit circa id, quod si reus fuisset confessus, sibi non præiudicasset, vt per Marsil. *in cons.* 15. *sub nu.* 15. *ver. Præterea etiã respondeo*, vbi ponit exemplũ in eo, qui imputatus de furto mendaciter negat se interfuisse venditioni illius rei furatæ: nam, vt inquit Marsil. ibi, tale mendacium sibi non nocet, quia etiã quòd fassus fuisset se tali venditioni interfuisse, nõ per hoc sequitur quòd esset cõscius furti, cùm multoties videamus probissimos viros emere, & etiam vendere res furatas, & iterum *in cons.* 51. *n.* 66. *versic. Sed istis* 14

respondeo,

respondeo, vbi de eo, qui negat se interfuisse rixæ, in qua reuera interfuit. Hoc nempe mendacium nec etiam nocet, quia casu interuenire in rixa non est delictũ, nec de se malum, aut punibile, ideo illius negatio nihil contra negãtem operatur, Horat.Lut. *inter consilia crim. diuers. cons.* 161. *n.* 36. & 37. *lib.* 1. vbi de eo, qui negauit se cognoscere mulierem, quam reuera cognoscebat, & *inter eadem consilia*, Laurent. ab Occa *cons.* 60. *n.* 51. *l.* 2. Mantua *cons.* 213. *circa finem, li.* 1. vbi hanc limitationem dicit verissimam, Bonacoss. *in comm. opin. part.* 1. *verbo, Indicium facit ad inquirendum mendacium, vers. Et negans illud, quod si confessus fuisset, fol. mihi* 88. *col.* 2. Masc. *de prob. l.* 2. *cõcl.* 1040. *n.* 3. 4. & 5. Bertaz. *cons.* 59. *n.* 7. & *cons.* 150. *n.* 6. *l.* 1. Honded. *cons.* 107. *cons.* 49. Et hæc limitatio sine dubio est verissima, quia quando negatur aliquid, quod si negans confiteretur, ei non præiudicaret, apertũ est signum, quòd illud non infert ad delictũ, prout in mendacio non inferente ad delictũ loquitur Bertaz. in locis præcitatis, si non infert ad delictum, ergo non nocet per ea quæ posui *suprà, in prima limitatione*, quæ multùm conuenit cum ista.

15 Et † pro ea per præcitatos Doctores communiter * adducitur simile de teste falso: qui etsi regulariter non probet, probat tamẽ quãdo est falsus, super eo quod si expressisset, eum à testimonio non repelleret, Bal. *in l. si ex falsis, in fine, C. de transact.* Ang. *cons.* 194. *n.* 2. cũ aliis allegatis per Marsi. *vbi suprà* proximè citatum, & *in singul.* 76. & per Masc. *d. concl.* 1040. *n.* 4. & *seqq.* & dicam latiùs infrà *in sequenti tit. de oppos. cont. test.* in materia testis falsi.

16 LIMITA IV. Vt † mendacium non faciat indicium ad torturam, quando reus habet pro se aliquod indicium innocentiæ, vt putà vnum testem, vel aliud verisimile: tunc enim cùm vnum indicium tollat aliud, vt plenè explicaui *suprà, q.* 38. *n.* 110. & *seqq.* ideo vires mendacij eneruantur, & ex eo reus non potest torqueri, vt per Paridem de Put. *in tract. de synd. ver. tortura, c.* 5. *incip. Viso de indiciis indubitatis, post nu.* 4. *fol. mihi* 317. Thob. Non. *cons.* 99. *num.* 23. Bertaz. *cons.* 60. 17 *nu.* 16. *lib.* 1. † vbi infert, quod mendacium tollitur, si mendax sit aliàs bonæ famæ.

18 SECVNDVM est indiciũ, † variatio, in quo quidem indicio, licèt Doctores promiscuè loquãtur de eo, ac etiam de mendacio, & materiam variationis, & mẽdacij insimul pertractent, quia tamẽ variãtur mihi diuersa inter se, cùm detur mendacium sine variatione, vt putà, quando reus de eo conuincitur per testes, & adhuc ipse pertinaciter persistit in suo dicto: idcirco separatim de vtroque verba facere multò me- 19 lius esse putaui. † Vna fuit Doctorum opinio in hoc secũdo indicio: quòd variatio rei facit contra ipsum indiciũ ad torturam, secundũ Parid. de Put. *in tract. de synd. in verbo, tort. c.* 6. *incip. Viso de indiciis indubitatis, post n.* 4. 5. & 6. vbi ex Luca de Penna, quem allegat, *in l. quoties, Cod. de dignitat. li.* 12. dixit, quòd quamuis Andr. de Iser. *in const. Si damna clandestina*, teneat reum principalem, ob variationem nõ esse torquendũ, & propterea temerarium sit ire contra opinionem tanti viri, tamen de iure contrarium verius esse credit, quia si testis varius, cuius dictum ob varietatem non valet, torquetur, *Auth. de testib. §. si verò adsunt, l. ex lib. ff. de q. l. qui falsa, vel varia. §. de testibus*, multò magis est torquendus reus principalis, cuius dictum contra se valet, *l. de ætate, §.* 1. *de interrogat. actio.* Nec obstet, quòd reo liceat cõtraria proponere propter tex. *in l. nemo, ff. de except. l.* 1. *ff. de bonis eorum*, quia hoc est verum in contrariis diuersis, nõ in aduersis, *auth. cõtra, qui propriam, C. de non nu. pec.* & sic ante iuramentum licebit reo contraria proponere, nõ autem post, cùm incurrat periuriũ, quod de iure punibile est, *d. l. quoties*, quare inquit Paris, eo loci, assessores crudeles, & curiosi inuenire malefica, sæpius interrogant reum ad videndum si variat, vt propter variationem ipsum ponant ad tormenta, & in hoc seruatur opinio Bart. *in d. l. fin. ff. de quæst.* quod & idem affirmarunt, Marsil. *in pract. §. diligenter, n.* 74. *iuncto num.* 98. & *in §. quoniam, n.* 27. & *cons.* 5. *n.* 15. Nou. *in pract. cri. in princ. n.* 85. *fol. mihi* 49. Blanc. *de indic. ad l. fin. ff. de q. n* 22. *iuncto n.* 265. & *seqq.* vbi respondet Iserniæ contrarium tenenti, & illum declarat Gram. *cons.* 5. *n.* 5. relati per Carrer. *in pract. cri. in trac. de indic. & tort. §. quintũ indicium, n.* 1. *iuncto n.* 5. Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tort. n.* 38. *in fin. iuncto n* 40. vbi quòd ista seruatur in practica, Rolãd. *cons.* 3. *n.* 8. *l.* 3. relati per Brun à Sole, *in suo cons. crim. num.* 5. Iacob. Port. Imol. *cons.* 96. *n.* 32. item relati per Menoch. *de præsump. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 67. vbi * de communi, Hippol. Riminal. *cons.* 302. *n.* 14. vbi testatur de crebriori opinione, Bertaz. *cons. ... num.* 5. *lib.* 1. vbi quòd hæc videtur receptissima conclusio ex relatis ibi per eum, & per relatos per Honded *cons.* 107. *num.* 4. qui pariter testantur de crebriori Doctorum opinione.

Contrarium, † quòd imò variatio non faciat sufficiens in- 20 dicium ad torturã, voluit originaliter Andre. de Iser. *in const. Regni, si damna clandestina, col.* 10. *ver. item nota*, Affl. *ibid. in* 14. *notab. in* 1. *quæst. n.* 63. *vers. Sed quæro hîc pro declaratione*, hos refert Carrer. *in pract. cri. d. §. quintum indicium, n.* 2. *vers. Et vide quòd non facit indicium*, Gram. *cons.* 21. *n.* 29. Brun. *in suo cons. crim. n.* 74. 77. & 115. vbi pluribus demonstrat, quòd variatio, & vacillatio est considerabilis ad torturam in teste, non autem in principali: & quòd ita dicunt omnes Doctores loquentes in materia, & tenent omnes Practici, & boni Doctores, maximè in Regno, Franc. Person. *in suo tract. de indic. & tort. n.* 87. & *seqq.* vbi testatur de magis crebriori * opinio- * ne, & respondet contrariis, Bertaz. *cons.* 59. *n.* 4. & 5. vbi pariter testatur de frequentiori Doctorum sententia, & *cons.* 60. *n.* 7. vbi alios refert, & dicit, quòd prima opinio non est vera, nec communis, & *consil.* 272. *numer.* 4. vbi de magis communi.

Tertiò † fuit opinio Iulij Clari, *in pract. §. fi. q.* 21. *vers. Mendacium, prope finem*, qui dixit id totum esse relinquendum Iudicis arbitrio considerata qualitate personæ, & rei super 21 qua cadit variatio; an scilicet sit talis, in qua verisimiliter possit cadere obliuio, & an sit circa substantialia negotij, & an incontinenti se correxerit: quia istis casibus est potius emendatio, quàm variatio. Clarum sic, vt suprà dicentem refert Bonacos. *in comm. opin. crimin. part.* 1. *verbo Indicium facit ad inquirendum mendacium*, ibi, *est arbitrarium Iudici, fol. mihi* 88. *col.* 2. *in princ. & verbo, mendacium, vt dixi, nõ est sufficiens indicium ad torturam*, ibi, *tamen hoc Iudicis arbitrio relinquitur, fol.* 113. *col.* 1. Menoch. *de præsump. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 70.

Quid dicendum? † certè hæc vltima Clari opinio differt à 22 prima Doctorum opinione, quia secundùm eam admittit Clarus variationem facere indicium ad torturam, præterquam in casu correctionis, ac verisimilis obliuionis, vel quando est circa non substantialia, & hoc etiam admittunt Doctores tenentes affirmatiuam opinionem, prout infrà videbimus in limitationibus. Quare retenta pro nunc dicta affirmatiua, & prima opinione, quæ sine dubio verissima est, declarata tamen, vt mox dicam, *in* 1. *limitatione*,

REGVLAM constituo, † quòd variatio facit indicium 23 ad torturam, quæ ex præallegatis *suprà*, *num.* 19. satis bene probatur.

AMPLIA I. Hanc regulam, † vt multò magis variatio 24 sufficiat ad inquirendum, & de hoc nemo dubitat, vt per Clar. *in pract. d. quæst.* 21. *eodem ver. mendacium, in princip.* verùm hodie reo præsente non formatur inquisitio, sed proceditur per viam constitutorum, ideo apud nos hæc ampliatio non practicatur.

AMPLIA II. Vt † variatio faciat indicium ad torturam 25 non solùm si emanauerit in examine ante torturã, sed etiam si in ipsa tortura, vt per Ang. *de malefic. in verbo, Fama publica præced. n.* 105. vbi ex regula suprà firmata dicit oriri satis pulchram, & salubrem cautelam, quòd quando præcedentibus indiciis torquens aliquem, & is tortus vno fero dicit vnum, alio autem fero dicit aliud, variãdo tunc non parcas calamo, immò omnia quæque dicit, & istas varietates facias scribi in actis: quia tunc securè & sæpe ac sæpius etiam aliis indiciis non superuenientibus potes eum in tortura repetere, & hoc ibi inquit Angel. esse bene notandum, quia in practica multoties sibi fecit honorem, maximè in Vrbe, vbi assidebat, & Ang. sic vt suprà dicentem referendo sequuti sunt Mars. *in l. de minore, §. plurium, n.* 32. *vers. Circa quod, ff. de q. & in prac. §. diligenter, n.* 74. *vers. Quod dictum Bar. & n.* 98. *ver. Et istud dictum Bar. & sing.* 103. *in fin.* vbi & ipse testatur se aliàs hoc practicasse in quadam fœmina, quæ furto subtraxerat multa bona, dũ esset capitaneus Vallis Lugani, & *cons.* 5. *post n.* 15. Brun. *de indic. & tort. p.* 1. *q.* 3. *n.* 31. Nouell. *in pract. crim. post prin. n.* 87. *fol. mihi* 49. Bonacos. *in comm. opin. crim. par.* 1. *verbo, Mendacium, seu variatio circa circumstantias, ver. Et aliâs*

præcedenti b.

præcedentib.indiciis,fol.mihi 113.*col.*1. *in prin.* & aliis relatis hoc idē affirmauit Flam. Cartar. *in sua pract. interrog.reor.l.* 4.*c.*1.*n.*125.& ad hanc ampliationē faciūt ea, quæ dixi *in* 1. *l.q.*2.*n.*15.*ver. Et memini me alias,& hoc codē lib.sup. q.*30.*n.* 91.*& seqq.*& secund.ibi tradita,declara hanc conclusionem.

26 LIMITA Hanc† secundam ampliationem,vt procedat, prout loquitur, videlicet, quando reus variat in tortura sibi data legitimis præcedentibus indiciis, vnde secus si fuisset tortus sine legitimis indiciis, quia tunc ex variatione nō potest iterum torqueri,vt per August.ad Ang.*de malef.vbi suprà,d.n.*105.*in prin.additionis*, Marsi.*in d.*§.*plurium,n.*33.*& in pract.*§.*diligenter,n.*75.*vers.Limita nisi Iudex,& in* §.*quoniam,post n.*27.*& cons.*5.*n.*15.*ver. Quia respondeo*,Brun. *d. n.* 31. *ver.quod intellige*, Blanch. *de indic.& tort.ad l.fi.ff.de q.n.* 262.Carrer.*in pract.in* 1.*tract.de indic.& tortu.*§.*quintum indicium,n.*2.Brun.à Sole *in suo cons.crim.n.*74.

27 AMPLIA III. Vt† ex variatione oriatur indicium ad torturam, non solùm quando ea fit ante torturā,vel in tortura, vt modò dixi:sed etiamsi fiat post torturā, vt per Marsi.*in pract.*§.*quoniam,n.*26.vbi dixit,quòd quando Iudex habet aliquem ribaldū in manibus, contra quem fama laborat,si fuit per eum tortus,& sufficienter,& noluit confiteri, adeò quòd vlteriùs non possit torqueri,cùm indicia fuerint sufficienter purgata per torturam:tunc si non superueniunt noua indicia,cautela est ad ipsum pluries de nouo torquendum,vt iterum Iudex de delicto interroget, ac eius circumstantiis ad hoc,vt eum inueniat varium,& vacillātem,& eo sic vario,& vacillante reperto,poterit tutè illum denuò torquere ex superuēniente variatione,tanquam nouo indicio.

28 Sed parcat mihi Marsilius,† quia sicut eius cautela nō est rationabilis, nec iuri conformis, ita nec eam vnquam vidi in practica seruari, quia indiciis per torturam purgatis reus non est ampliùs super delicto interrogandus, vt in specie animaduertit Cephal. *cons.*162.*n.*13.*lib.* 2. & Franc.Personal.*in tract.de indic.& tortu.n.*86.*ver. Si verò reus.*

29 LIMITA I. Regulam † in hoc secundo indicio positam, & eum hac limitatione possunt concordari opiniones contrariæ relatæ *suprà, n.*19.*&* 20.vt variatio rei tunc demum faciat indicium ad torturam contra ipsum:quādo est adminiculata aliqua alia cōiectura,vel præsumptione,secus si sit sola,nuda,& nullatenus adminiculata, vt per addentes per Carrer.*in pract. in eius repertorio, post verbum, Variatio, ver. Non tamen dicit ex hoc torqueri posse*,ac per eundem Carrer. *ibi in* 1. *tract.de indic.& tortu.* §. *quintum indicium, post num.* * 1. in quo ita communiter * tenetur,& ex Carrerio sic originaliter de cōmuni, vt suprà testante hanc eandem distinctionem cōmunem affirmarūt Plot. *de in li.iurā.*§.54.*n.*11. Osasc.*dec. Pedem.*79.*n.*18.Brun. à Sole *in suo consilio crimin. n.*75.*&* 78.Clar.*in pract.*§.*fi.quæst.*21.*ver. Mendacium, in fi.* etiam de tutiori opinione,Bursat. *cons.*20. *num.* 21. *& cons.* 79.*n.*15.Thob.Non.*cons.*99.*n.*20. *&* 24. relati per Menoc. *in tract.de præsump.l.*2.*q.*89.*n.*68.Hippol.Rimin.*cons.*301.*n.* * 15.*l.*3.Franc.Personal.*de indic.& tortu.n.*87. vbi de magis * crebriori opinione, & respondet Bossio contrariam dicenti,*& n.*96. vbi quòd hoc tenere est tutius, & Iudices hortatur,ne reos ex sola variatione torqueant, Bonacos. *in comm. opin.crimin.par.*1.*in verbo, Mendacium,seu variatio circa circumstantias, fol. mihi* 112. *à tergo, col.*2. *& in ver.Variatio, & mendacium sola non faciūt indicium, &c.fol.mihi* 182.*& ibidem in ver.Varietas rei,&c.* est enim hoc indiciū remotum, ideo de se solum non sufficit ad torturam,vt in simili de mendacio admonui *supra, num.* 8. & cum hac limitatione possunt etiam numerari Doctores relati *suprà, num.* 20. ex quibus omnibus sine dubio dici potest, hodie ita magis communi- * ter * esse receptum:† quicquid in contrarium probare nixus 30 fuerit Boss.*d.tit.de indic.n.*38.*in fine,iuncto num.*40.

31 LIMITA II. Vt variatio † tunc demum faciat indicium ad torturā, quādo respicit vel delictum principale, vel qualitates,& circūstantias substantiales,& ad delictum inferentes,ac pertinentes,aliàs secus,vt per Paris.de Put.*in trac.de syndic.in verb.tort.c.*5.*incip. Viso de indiciis indubitatis,nu.*10. vbi propterea dixit,quòd si varietas est circa aliquas demōstrationes, vtputà circa prænomen,vel agnomen,tunc non dicitur reus varius:si verò est circa locum,vel circa tempus commissi delicti, tunc dicitur varius, sequitur Blanc. *ad l. fin.ff.de quæst.n.*263.*& in pract.cri.in fi. in* 4.*parte defensionis, n.*3.*&* 4.Fran.Cason.*de indic.& tortu.tract.*9.*c.*2.*n.*1.*& seqq.* Marc.*cons.*5.*n.*15.*vers.Præterea respōdeo.* Addentes ad Carrer. *in repertorio,in verb. Variatio,in fine additionis*,Boss.*de indic. & considera. ante tort.n.*36.*ver. Et tale mendacium, iuncto nu.* 38.*in fi.*Thob. Non. *cons.*99.*n.*24.*ver. Accidit demū*, Horat. Lut.*inter consilia criminalia diuersorum cons.*161.*n.*38.*&* 39. *lib.* .Rolan.*cons.*3.*n.*53.*l.*3.Osasc.*decis.Pedemon.*70.*n.*17.*&* 18.Brun à Sole *in suo cons.crim.n.*78. Franc.Personal.*in trac. de indic.& tort.n.*93.*&* 94. vbi testatur de communi * opi- * nione,Bursat.*cons.*20.*n.*21.vbi etiam de commun', *&n.*47. *vers.tertiò,illorum varietas*,Bertazz.*cons.*59.*n.*7. & ibi in addit. per Claudium filium,*litera B*, idem Bertaz. *cons.*60.*nu.* 11.*l.*1.vbi quòd in hoc omnes concordant,*&* *cons.*548.*n.*8, Bonacos.*in comm.opin. crim.par.*1.*in verbo, Variatio, & mendacium sola,vers.Et variatio extra substantiam,fol. mihi* 182. *col.*2.*in fi.*faciunt quæ in simili de mendacio dixi *suprà,n.*11. *& seqq.* & quæ etiam in simili dicam de teste vario *infrà in seq.tit.de oppos.contr.test.*in materia testis varij.

AMPLIA Hanc secundam limitationem, † vt imò va- 32
riatio ad hoc,vt noceat,faciátque indicium ad torturam,debeat esse circa ipsum delictum,nec sufficit,vt sit circa illius qualitates,circumstantias,sic enim videtur de mente Osasc. *dicta decis.*79.*n.*17.*&* 18.*vers.Et hæc correctio.* quem referendo sequuti sunt Brun.*d.cons. crim.n.*78. Bonacos.*in commun. opin.crim.par.*1.*verbo, Mendacium,seu variatio circa circumstantias, fol. mihi* 112. *à tergo, col.* 2. & alios refert Roland. *cons.*3.*n.*53.*l.* 3. & ante istos Nouell.*in tract.ad defensam, in rubrica, An indicia pro reo danda sint, num.* 56. Honded.qui alios refert *in consil.*107. *num.*50.

Sed certè † hæc ampliatio in se vera non est,& commu- 33
niter * reprobatur ex mente Doctorum aliegatorum *suprà,* * *in limitatione n.*31.qui expressè dicunt variationem nocere, quando consistit circa circumstantias, & qualitates delicti, dummodo sint substantiales, & ad delictum inferentes, ac pertinentes, vt in terminis bene declarat Felin *in cons.* 149. *n.*28.*l.*5. vbi dixit,quòd quādo circumstantiæ sunt tales, vt Iudicem inducant ad faciliorem credulitatem negotij, de quo tractatur, & tunc sunt nocibiles,& considerandæ, ac si essent super ipso negotio,per regulam,quod idem iur s esse debet de præparatorio,quod de præparato,&,econtra, *l. ordinarij,C. de rei vendica.*item idem iuris esse debet de principali, quod de dependentibus, seu annexis, *clemen. dispendiosam*,ibi,*quoquo modo tangentibus,&c.de iudic.*

LIMITA III. Vt nec variatio noceat, † quando reus sic 34
variauit se corrigendo,& reddendo aliquam probabilē causam variationis,vt putà obliuionis:potest enim reus dictum suum corrigere,antequam cōuincatur,argumento *c. præterea,de testib.cogen.*Roman.*cons.*59.*col.fin.* post glo.quam dicit communiter * approbatam,*in l.fi.de confess.* facit etiā tex.*in l.* * *de ætate.*§.*fin.ff.de interroga.actio.*cū aliis relatis per Osasc.*decis.Pedem.*79.*n.*18. vbi loquitur, quando reus in secunda depositione dicit contrarium eius,quod dixerat in prima,tanquam melius recordatus, Nouel.*in tract.ad defensam, in rubrica, an indicia pro reo danda sint,n.*54. vbi loquitur de eo, qui corrigens dictum suum, illud aliquo modo ad concordiā reduxit, Brun.à Sole *in d.suo cons.crim.n.*78.vbi loquitur, quando assignatur ratio melioris reminiscētiæ, Bertaz.*cons.* 60.*n.*14.*lib.*1.vbi dicit admittendam esse istam correctionē, quam facit reus meliùs recordatus,quia hominis memoria labilis est,*l.peregrè,ff.de acquir.posses.* Claud.ad Bertaz. *ibidē in addit.litera A*, vbi præsertim loquitur,quando correctio fit in eodem constituto.idem Bertaz.*cons.*548.*n.*7.*l.*2. Bonacoss.*in commu.opin.crim.par.*1.*verbo, indicium facit ad inquirendum mendaciū,ver.Et an incontinenti se correxit*,vbi quòd correctio facta præsertim incōtinenti, est emēdatio,& non mendaciū, & licèt stante varietate, & contrarietate depositionis, necesse est reū in primo dicto esse mendacē, hoc tamen mendacium non debet esse considerabile,quia dicitur mendacium sine dolo,& sine fraude, & ibidē per Bonacoss. *ver. Et in dubio debemus præsumere meliorē partē,& nō fraude negatum.*† Mendacium autem non commissum dolo, puni- 35
bile non est, nec est delictū, nec turpitudo, *l.qui iurasse,ff. de iureiuran.*Sarmien. *select.interpret.l.*13.*c.*3.*n.*6.*ver.Tertio verò casu*,Plot.*in l.si quando,n.*671.*ff.vndevi*,secundū antiquā

impressionem

impressionem, Ant.Gabr.*lib.5.tit.de acquir.possess.concl.5.limit.1.n.26.*Ioan.Ant.Trigon.*sing.75.nu.2.in fine*, nec potest dici mẽdax, qui putauit dicere verum,vt pluribus comprobat in proposito Franc. Personal. *in tract.de indic.& tort.nu.88.*vide quæ in simili dicam *in seq.tit.de oppos.cont.test.in materia testiu varij,& corrigentis,infrà,q...num...*

36 LIMITA IV. Huius † secundi indicij regulam,vt procedat,quando reus est sibi varius,& contrarius in iis, quæ non respiciunt immediatè suã defensionem, vtputà si primò dicat se in die cõmissi delicti fuisse Venetiis, deinde dicat eadem die fuisse Mediolani: ista enim sunt in facto incõpatibilia, nec inde oritur aliqua vtilitas ad beneficiũ, & defensionem rei:ideo credendum est, quòd talis contrarietas, seu varietas causetur ex eo, quòd varietas se aliter habeat: & propterea facit indiciũ ad torturã,vnde secus quando variatio consistit in iis, quæ spectãt ad eiusdem rei immediatam defensionẽ, vtputà si primò negauit se occidisse,aut vulnerasse: deinde fateatur se occidisse, vel vulnerasse,adiecta tamen qualitate excusanti,quòd ad sui defensionem, vel quia putabat mortuum bannitum, vel quia ipse erat ebrius, aut quid simle: isto enim casu ex eiusmodi variatione nulla insurgit aduersùs reũ præsumptio aut suspicio, quia hoc iure conceditur,nec dicitur mẽdax, sed potiùs qualificare,& iustificare dictũ præcedens, & se defendere,sicut originaliter voluit Blanch. *de indi.ad l.fina.ff.de q.n.268.& seqq.* vbi sic distinguẽdo reducit ad concordiam opiniones contrarias relatas *suprà, n.19.& 20.* & Blanchum sequuti sunt Franc. Cason. *de indic.tract.9.c.2.n.3.4.& 5.* addentes ad Carrer. *in pract.in repert.in verb.variat.in princip.addit.*Foller.*in pract. cri.in verbo,Itẽ quòd sororem venenauit, n.29.*Bertaz.*cons.60. n.13.*Franc.Personal.*in tract.de indi.& tor.n.89.* Hippol.Riminal. *cons.302.n.16.l.3.* vbi quòd hæc Blanchi distinctio est notabilis, Honded.*cons.107.n.51.*

37 Hanc † distinctionem non verã dixit Menoch.*de præsũpt. l.1.q.89.n.69.ver.Cæterùm hæc distinctio vera nõ est*, & quare eam veram non credat,vide ibi per eum,sed ego dico,quòd quatenus vera,non faciat ad propositum:quia hîc agitur an variatio rei negantis delictum faciat indicium ad torturam contra ipsum, vnde extra rem est inferre ad reũ qualificatè confitentẽ delictum, quod priùs negauerat. Hoc enim casu non est tractandum de tortura,quia onus probandi qualita-
* tem incumbit reo,secundùm cõmunem,*de qua per Boër. *decis.164.nu.13.* Villalob.*in comm.opin.litera R,n.64.in fine,* Clar.*in pract. §.fi.q.55.ver.Fortè posset,in fine,* Masear.*de pro-*
38 *bat.l.2.concl.867.n.5.& 6.*† Et nisi qualitatem probauerit, absque alia tortura potest condemnari,vt per præallegatos. Nos autem in hac quæstione disputamus,An variatio faciat indicium ad torturam,ideo non est ad propositum.

TERTIVM est indicium vacillatio, & titubatio: differt
39 autem vacillatio, & titubatio à variatione, de qua suprà in præcedenti indicio verba fecimus,quia variare dicitur quis, quando primò dicit vnum,& deinde dicit contrarium, nullam variationis causam assignans, vacillans autem dicitur qui dubitando, & tremendo loquitur, sicuti post Baldum, Ant.de But.& Dec.quos allegat,docuit Blanch. *de indi.ad l. fi.ff.de quæst.n. 264.* & ante Blanchum declarat Paris de Put. *in tract.de syndi.in verbo,Tortura,c.5.incip. Viso de indiciis indubitatis,n.8.fol.mihi 317.in fine*, vbi quòd tunc dicitur quis vacillare, quando deponit, dubitando, tremendo,sudando, vel aliàs cum nimio timore loquendo, & post Parid.Bosi.*de indi.& considerat.ante tort.num.41.in fine,& num.42.* vbi pariter dicit,quòd trepidatio nihil aliud est,quàm quando quis deponit,dubitando,trepidando,vel sudando,& sic datur titubatio,& vacillatio sine variatione,& econtrà datur etiam variatio sine titubatione.

40 REGVLA sit in hoc tertio indicio,†quòd vacillatio,titubatio,trepidatio,tremor,timor,pallor & similia signa,faciũt contra reum indicium ad torturam. Fuit originale dictum Bart. *in d.l.de minore,§.pluriũ*,per illum tex.ibi,*qua quis constantia,qua trepidatione quid diceret,n.2.ver. Item sequitur,& n.4.ver. Ex hoc etiã habes,ff.de q.*vbi dixit,quòd vbi alia indicia extrinseca non præcedunt, ex hoc solùm, quòd reus coram Iudice loquitur trepidè, pauendo,& variãdo,oritur indicium sufficiens ad torturam, quod & voluit iterum.idem Bart. *in l.fi.n.2. in fine,ff.de q.* vbi dixit,quòd ex sermonib.ex voce, & ex trepidatione potest Iudex contra reum aliquam præsumptionem habere, & per hæc dicta Barto. titubationem, & vacillationem rei facere contra ipsum indicium ad torturam,voluerunt Paris de Put. *in tract.de syndic.in verbo, tortura,c.5.incip.Viso in indiciis indubitatis,n.1.&* 2. Guid.de Suzzar.*in tra.de indi.n.33.* Ang.*de malef.in verbo,Fama publica præceden.num.105. in prin.* & ibi Aug.*in addi.ver. Adde Bar.*Marsi. *in d.§.plurium, n.32.& in pract.§.diligenter,n.74.* Brun.*de indic.& tor.p.1.q.3.n.30.*Guindizal.*in tra. de hæret.q. 13.num.6.*Blanch. *de indi. ad l.fin.ff.de q.n.259.& 261.*vbi in proposito post Iacob. de Beluis. quem allegat, considerat† 41 declinationem oculorum rei versùs terrã. Sequitur Carrer. *in pra.crim.in 1.tra.de indic.& tort.§.sextum indicium,in princ. iuncto n.2.*Nouell.*in pract.crim.rubr. de modo, & forma citandi reos,n.11.iuncto n.59.*Franc.Cason. *de indi.tra.1.cap.8.n.1. & seqq.*vbi pluribus hanc regulam exornat,Bosi.*in ti de indi. & considerat. ante tort. num.38.* vbi quòd practica ita seruat, Blanch.*vbi suprà,n.262. versic. Sed aduerte,*Brunor.à Sole *in suo consilio crim. num.4.* Siman. *de hæret. ti.67.n.31.& sequen.* Bertazz.*cons.60.n.10.lib.1.*†Vbi de eo,qui erubuit,& muta- 42 uit colorem.

Ratio huius conclusionis ea est, † secundùm Lucam de 43 Penna *in l.quoties,n.42.C.de dignitatib.lib.12.* quia erubescere,pallere,& inconstanter loqui, sunt signa malæ conscientiæ,& secundùm Ouidium,

O quàm difficile est crimen non prodere vultu,

& ex vultu cognoscitur dolor, & alacritas cordis,& sic culpa,vel innocentia rei, quorum primum mœstitiam, alterum verò lætitiam in oculis hominis præ se fert, vt per eundem Lucam de Penna *in l.1.colum.2.versicu. Quæritur 2. C.de erogat.milit. in lib.12.* & vt ait Cicero *in Pisonem primo, Vultus est sermo quidam tacitus mentis.* & idem in secundo de Orat. *Sensus animi indicat, imagóque est animi vultus, & indices oculi*, vt idem asseruit in tertio de Orat. prout hæc, & alia similia bene deducuntur per Mascar. *de probat. lib.1.concl.529.*& Demosthenes in oratione de falsa legatione dixit,*Conscientia scelerum eripit audaciam, linguam reprimit,obturatos angit,silentium imponit*: &, vt dicit Seneca epistola 98. *Proprium quidem est nocentium trepidare.* Accedit huc quod Ecclesiasticus inquit, *Cor hominis immutat faciem illius,siue in bono,siue in malo,*tum illud Sapientis in Prouerb. *Pauor iis qui operantur malum*, & in libro Sapientiæ,*Cùm sit timida nequitia, testimonium dat condemnationis: semper enim præsumit sæua perturbata conscientia*: prout hæc & alia deducuntur per Simanc.*de hæret.q.65.n.31.& sequent.*& per Menoch.*de præsump.li.1.q.89. post n.73.* & ante istos per Franc. Cason.*de indi.tract.1.c.8.rubr.de pallore,n.1.& seqq.*

AMPLIA Huius † tertij indicij propositam regulam, vt 44 sicut inconstantia, vacillatio, & trepidatio facit præsumere contra reum: ita econtrà constantia, alacritas,& in respondendo audacia, maximè rei innocentiam demonstrat. Huc enim tendunt rationes præallegatæ,bene probat tex. *in l.de minore,§.plurium,*ibi, *qua quis constantia,&c.ff.de quæst.* & in specie voluit Bart.*in l.fi.n.2.in fine,ff.de q.*vbi dixit, quòd Iudex ex rei trepidatione, seu constantia poterit eum contra præsumptionem habere,vel non habere,& Bart.sic vt suprà dicentem refert Paris de Put.*d. verbo,tortura,c.5.Viso de indiciis indubitatis,post n.2.fol.mihi 317.*

LIMITA I. Quia,† vt bene aduertit Aug. ad Ang.*de ma-* 45 *lef.in d.verb.Fama publica,n.105.in fin.*Bart.*in d.§.pluriũ*,non vult simpliciter oriri indicium ad torturam ex vacillatione, seu trepidatione sola, sed iuncta variatione,dum dicit,*ex eo quod reus facit corã te, loquendo trepidè,pauendo,& variando, possunt haberi indicia sufficientia ad torturã*, & omnes ferè Doctor.sic vt sup.*n.40.allegati*,† sequẽdo Bart.in loco præcita- 46 to loquuntur de reo titubante,& variante simul,& propterea Bal.*in l.presbyteri,n.2.ad finẽ, C.de Episcop.& cler.*post Innoc. quem allegat *in c.quoniã contra falsam,extra de prob.*dicit hoc totum relinqui arbitrio Iudicis discutiendũ, non ex solo pallore vultus,vel trepidatione,sed ex aliis cõiecturis:† 47 est enim,vt inquit Nouel.*in sua regul.143.*pallor,& trepidatio indiciũ fallax,& debile, quia sæpe videmus quòd homines de proprio honore solliciti, dũ se in carcerib. conspiciũt, nil aliud cogitãt,nisi quam labem sit ipsis carceratio illa allatura,& quæ de iis futura sit hominum opinio.Hinc quan-

doque

doque extra propositum obloquũtur perditis ferè sensibus, delirant,& semistulti fiunt,etiã quòd innocentes sint,& ante Nouellum dixit Paris de Put. *de syndic.d.verb.tort.c.5.Viso de indiciis indubitatis,n.7.* quòd reperiuntur aliqui,qui ob periculi magnitudinẽ, vel ob cordis debilitatem,& pusillanimitatẽ,etsi innocentes sint,pallent, & tremunt,& titubãt in conspectu Iudicis, & ibi refert exemplum cuiusdã nobilis inculpati de magno crimine, qui cùm intrasset aulam, in qua stabat corda, ea visa statim cecidit in terram, & minxit sub se,& egestionẽ emisit,& tamen fuit repertus innocens, & Clar.*in dict.q.21,ver.Cæterũ,in fine*,dixit,quòd multi sunt adeò natura timidi,vt cùm ducuntur ad præsentiam Iudicis, ita turbentur,vt nesciãt quid dicãt, etsi innocentissimi sint,
48 †quare solam trepidationem,vel vacillationem,aut quid simile,minimè de se solam facere indicium ad torturam, nisi concurrẽte aliqua alia præsumptione,vltra Bald.Parid.Aug.
* Nouell.& Clarum, qui de cõmuni * testatur in locis præcitatis,voluerunt Marsil.*in l.de minore,§.plurium,n.33.versi.& in quantum*,Bart.*ff.de q.& in pract.§.diligenter, nu.75.in fine*, Brun.*de indi.part.1.q.3.n.30.in fin.ver.Hoc etiam probat Bal.* Blanc. *de indi.ad l.fina.ff.de q.n.259.in fine,versi. Item voluit Bal.& n.260.* vbi reddit rationem,quia cùm hoc sit indiciũ remotum,ideo de se solùm nõ sufficit ad torturam, Carrer.
in pract.cri.in primo tract.de indi.& tort.§.6. indiciũ,post n.2.
* *& n.4.* vbi quòd ita communiter*tenetur,Gram.*voto 30. n. 17.* Boss.*de indi.n.40.41.& 42.* vbi quòd sola titubatio,sine variatione non sufficit (licèt contrariũ asserat in variatione, siue titubatione,de quo tamen dixi *suprà,nu.29.& 30.*) Simanc.*in tract.de hæret.q.55.n.33.*Brun.à Sole *in suo consil.cri.*
* *n.75.* vbi pariter testatur de communi * opinione,Bonacos. *in comm.opin. cri.par.1.verbo, Indicium facit ad inquirendum mendacium,ver.Et sola inconstantia,fol.mihi 88.col.2.in fine,& in verb.varietas rei,fol.183.col.3.in princ.*Menoc.*de præsump. lib.1.q.86.num.71.& seqq.*

49 LIMITA II. Huius † tertij indicij regulam, vt procedat dummodo Notarius de mandato Iudicis scribat in processu trepidationem,pallorem,erubescentiam,& alia signa similia, quæ facit reus, & ex quibus Iudex intendit ad torturam deuenire, aliàs malè faceret reum torquendo, cùm in actis non apparerent indicia, & sic reus posset dici sine indiciis tortus:sic enim communiter * hanc materiã declarant Bart. Angel. August. Brun. Blanch. Carrer. Marsil.& omnes alij Doctores relati *suprà n.40.*quibus in proposito, addo etiam Franc.Personal.*in tract.de indi.& tortu.num.91.& 92.*quem videas, quia bene loquitur in materia, & hoc non habet difficultatem.

50 QVARTVM oritur indicium,† & illud quidem ad torturam de se solùm sufficiens contra illum,qui fugiens visus est exire ex aliqua domo pallidus, & cũ gladio sanguinolento:& in dicta domo reperiatur aliquis mortuus, secundũ Angel.*in l.quamuis,in fin.ff.de furtis*, vbi quòd fuga diffamati cum cultello, iuncto cruore, est vehementissimum indicium sufficiens ad torturam, & ita practicatur secundùm eum ibi,*& in l.fin.in princip.n.6.ff.quod met.causf.& in l.2.post n.1.C.de q* Bal.*in l.fine,in fin.ver.Item facit ad aliam quæstionẽ, ff.de hæred.instituen. & in l.neque natales, n.1.in fin.ver. Item in eo,qui visus est ire.ff.de prob.& in l.addicto 5. col.2.ad med. n.1.ad finem,ver.Hocque fallit,C.de Episcop.aud.* Ioan.Andr. *in c.Romana,§.sin autem,n.15.in fin.de appellat.in 6.* vbi etiã Gem.*post n.5.*Franc.*n.3.*Ang.*de malefi.in verb.Fama publica, n.18.*& ibi Aug.*in addit.n.22.*Brun.*de indi. parte 1. quæst.4. num.9.& n.10.* Blanch. *de indi. ad l fina.ff.de quæst.n.292.& 297.*Carrer.*in pract.crim.in 1.tract.de indi.& tort.§.21.indicium,n.1.*Boer.*decis.166.n.2.*Nouell. *in pract.cri.rubr.de modo,& forma citan.reos,n.7.ver.Fugiens cum gladio,* Ant.Gom. *variar.resol.tom.3.c.13. rubr.de tort.reorum, n.11.in fine,ver. Sextum indicium*, Menoch.*de arbitr.q.l.2.casu 270.nu.18.& seq.*vbi relato Vlyssis exemplo imputato de homicidio Aiacis repertiin sylua gladio interẽpti, ex cuius corpore cruẽtum gladium idem Vlysses eduxerat, dicit hoc indicium esse proximum, & non remotum, prout falsò opinatus est Marsil. *in l.vnius,§.testes,n.1.ff.de q.*& idem confirmauit idẽ Menoch. *in suo tract.de præsump.part.1.lib.1.quæst.89.n.117.* Ioan.Mar.Monticell.*reg.cri.11.n.15.* Bonacos. *in suis comm. opin.cri,parte 1.versi.Indicium ad torturam facit visu exire de domo,fol.mihi 88.à tergo,col.1.in princ.* Et hæc conclusio non solùm dici potest, quòd sit communiter * recepta per Do- *
ctores, sed etiam ab omnibus approbata: neminem enim inueni illi contradicentem Doctorem, cùm tale indicium connumeretur inter indubitata, & propterèa de tortura nemo dubitat.

Sed†an sufficiat ad condemnationem? certè*communis 51
opinio etiam videtur esse,quòd sic:nam secundùm Bart.pet *
illum tex.*in l.fur est manifestus,n.1.ff.de furtis*,quem sequitur Abb.*in c.3.loco,n.10. extra de probat.* delictum dicit manifestum non solùm,quando deprehenditur in ipso delicto, sed etiam quando quis deprehenditur in actu proximo ad delictũ,& propterea, vt inquit ibi Bart. dicitur homicidiũ manifestum, quando quis fuit visus effugere cum gladio euaginato ex loco, vbi reperitur aliquis mortuus,si delictũ isto casu est manifestum, nihil impedit,quin possit ad condemnationem deueniri, prout in specie voluerunt Guido de Suzzar.*in tract.de indic.n.99.*& ibi Ludo. Bolognin.*in addi.* motus authoritate tex.*l.sciant cuncti*,ibi,*vel indiciis ad probationẽ indubitatis,C.de probat.* adsunt enim, inquit ibi Guido de Suzzar. in proposito,tria indicia, primum, palliditas, & trepidatio, *l.de minore,§.tormenta,§.plurimum.ff.de quæst.* secundũ delatio gladij,cum de portãtibus arma,lex male præsumat, *l.1. C.vt armorum vsus,& in Auth.de mandat.Principis,§.fina.collat.3.*tertium,sanguis in ense,quia homine occiso gladius solet esse sanguinolentus,& ex qualitate facti sumitur coniectura,*l.virum.ff.de donat.inter vir.& vxor.* quod & idem affirmarunt Paris de Put.*in tract.de syndic. in verbo, tort.c.1.incip. an stetur dicto torti, n.4.ver. Indicia indubitata erunt*, Ioan.Andr.*in addit.ad Specul.in tit.de prob.§.fina.n.19. in addit.litera D,versic. Effectus est, vt ex indubitatis indiciis puniatur reus, & ver. Ponitur de primo exemplo*, vbi refert verba Guido.de Suzzar.in loco præcitato, Ang.*de malefic.in verbo, Fama publica,n.18.*Gand.*in tit.de præsump. ● indi. indubitat.n.10.iuncto num.2.in fine,versic. Item ex quolibet indic. indub.* Marsil.*in rub.de prob.n.237.*Blanch.*de indi.n.292.ver. subdens quòd tutior videtur communis * opinio*, prout etiam ex *
Blancho de communi testatur Nou.*in pract. cri.rubr.de modo,& forma citan.reos,n.8.fol.mihi 82.*Natta *consil.397.n.24. l.3.*Gram.*decis.42.n.5.* Mascar.*de probat.l.1.concl.23.n.2.& l.2.concl.867.n.26.l.3.concl.1220.n.12.*Menoc.*de præsumpt. parte 1.l.1.q.3.n.9.& q.89.n.118.*

Et licèt,† quòd imò ex hoc solo indicio non possit Iudex 52
ad cõdemnationẽ deuenire, multò verius crediderint,Ang. *l.quamuis.n.4.ver.Tu contra,ff.de furt.* Brun.*de indic.parte 1. quæst.4.n.16.*Blanch.*ad l.fina.ff.de quæst.n.292.* (etsi primam opinionem, vt suprà, dixerit communem) *& n.297.* Boer. *decis.166.n.2.*† non per hoc tamen recedas à prima opinio- 53
ne,quæ non solùm magis cõmunis * est, vt ex præallegatis *
apparet, sed etiam verior,declarata tamen, vt mox in limitationibus dicam.

REGVLA igitur † ex præmissis firma remanet, quòd si 54
ex aliqua domo,in qua fuit repertum occisi cadauer, exierit aliquis pallidus,& cum gladio sanguinolento,poterit Iudex contra istum sic exeuntem non solùm procedere ad torturam,sed etiam ad condemnationem,& sic hæc regula affirmatiua habet duas partes,vnam de tortura,alteram de condemnatione.

AMPLIA I.Hanc † regulam in ea parte,quæ de tortura 55
loquitur,vt procedat non solùm,quando quis visus est exire ex domo, vbi reperitur mortuus, sed etiamsi ex alio loco, putà ex agro,& ex via publica: nam adhuc potest torqueri is,qui cum gladio euaginato, & sanguinolento fugit ex loco,aut via, vbi occisi cadauer reperitur: sic enim video aliquos Doctores loquutos simpliciter & generaliter etiam facta mentione domus, vt videre est apud Ang. *in l. fin. in prin.n.6.ff.quod met.cau.& in l.quamuis,n.4.ff.de furt.* Bald. *in l.neque natales,n.1.in fine,ff.de proba.*Blanch.*de indi.n.292.*vt videri etiam potest apud Guido. de Suzzar. Gandin. Ioan. Andr.*in locis præcitatis*,istud indicium fundatur,non in loco, vbi mortuus reperitur,sed in tremore,seu pallore,in armorum delatione,& sanguine in armis reperto.

AMPLIA II. Vt†& reus possit torqueri secund. aliquos, 56
ex hoc solũ,quòd eius ensis, & gladius reperiatur sanguine aspersus, & madefactus: sic enim pro particulari indicio

sanguis

sanguis in gladio ponitur & consideratur per Gandin. Guido. de Suzzar. Parid. de Put & Ioan. Andr. *in locis allegatis suprà num.* 51. & in specie posuit Carrer. *in pra. in* 1. *tra. de indi. & tor. ver. Trigesimoquinto indicium.* Sequitur Menoch. *de præsumptio. parte* 1. *lib.* 1. *q.* 89. *n.* 135. Bertaz. *cons.* 116. *n.* 15. *lib.* 1. & ibi Claud. *in addit. littera D.*

57 LIMITANDO Hanc† secundā ampliationem, aduerte secūdùm Carrer. & Menoch. *in locis nuper citatis*, quòd hoc indicium diluitur, si appareat dominum ensis illum accommodasse, vel amisisse, aut ad alienas manus aliquo modo peruenisse, idem credo si inquisitus probet sanguinem aliūde causatum, putà ex occisione animalis, vt in casu, in quo consuluit Bertaz. *d. cons.* 116. *num.* 17. aut quid simile: idem si constet sanguinem in illo ense extitisse ante commissum homicidium, vel ex aspectione ensis, aut peritorum iudicio

58 appareat dictum sanguinem† non esse de recenti, sed de antiquo, & nihilominus etiam iis cessantibus, nisi inquisitus fuerit repertus cum eo gladio sic sanguinolento prope cadauer occisi, & tempore homicidij, vel nisi aliqua alia concurreret coniectura, nūquam vidi ex hoc solo indicio fuisse deuentum ad torturam, & multum bene iudicio meo.

59 AMPLIA III. Id† quod dixi, ex hoc quarto indicio posse deueniri ad condemnationem, vt multò magis procedat, si cum dicto indicio aliqua alia concurrant, sic enim voluisse videtur Blanch. *de indi. ad l. final. ff. de quæst. n.* 292. *in fine*, ibi, *Nisi concurrant inimicitia, minæ, vel alia*, & fuit de mēte Bruni *de indi. & tor. parte* 1. *q.* 4. *post num.* 12. *ver. Et etiam fuit.*

60 Contrarium,† quòd etiā concurrentibus aliis non possit quis ex prædicto indicio condēnari, voluit Ioan. And. in Specul. relatus per Blanchū *de indi. n.* 297. *ver. & Ioan. And.* Boër. *decis.* 166. *n.* 2. *in fine, ver. Etiamsi concurreret aliud indiciū*, & ante istos hoc idem magis expresse voluit Gandin. *in ti. de præsump. & indi. indubitat. n.* 2. *per totum*, vbi latè ad partes disputat materiam, & postea concludit non posse deueniri ad condemnationem ex eo, quòd quis fuit visus exire domū, vel agrū cum gladio euaginato fugiens, si in eo agro, vel domo fuerit repertus homo mortuus etiam cōcurrentibus minis, & fama publica, quòd ille fugiens occiderit.

61 Quid dicendum?† Prima opinio est verior, & cōmunior: si enim hoc solum indiciū, vt probaui *suprà, num.* 51. secun-
* dùm magis communem* sufficit ad condemnandum, tantò magis debet sufficere aliis iunctis, & Ioannes Andreas per Blanchum allegatus dicit contrarium eius, ad quod allega-

62 tur,† & Gandinus in loco suprà citato, non loquitur de fugiente cum gladio sanguinolento, prout sunt termini nostrę quæstionis, sed simpliciter cum gladio euaginato, quo casu non est mirum, si non potest cōdemnari, quod & nos etiam admittimus, & bene declarat idem Blanchus, *vbi suprà, nu.* 291. vbi facit magnam differētiam de exeunte cum gladio sanguinolento, vel cum gladio simpliciter euaginato, & quando gladius est sanguinolentus, iam & idem Gandinus fatetur ibidem, *nu.* 10. ex hoc solùm posse deueniri ad condemnationem, & nihilominus aduertatur, quòd Gandinus, *vbi suprà, n.* 2. *prope finem, ver. Et ideo ex prædictis præsumptionibus*, non dicitur simpliciter ex omnibus prædictis indiciis Iudicem non posse reum condemnare: sed quòd non potest capitaliter condemnare, quod & nos etiam admittimus, vt infrà dicemus, *nu.* 65. Sed bene poterit condemnare extra ordinem, & ista est veritas.

63 LIMITA I. Regulam† propositam procedere, dummodo tale iudicium probetur per duos testes: si enim probabitur per vnum solum testem, non solùm non sufficiet ad condēnationem, sed nec etiā ad torturam, secundùm Ange. *in terminis, in l. fin. in princ. n.* 6. *ff. de eo, quod met. cau. & in l.* 2. *post. n.* 1. *Cod. de q.* licèt enim hoc indicium non remotum, sed proximum dicatur, vt aduertit Menoch. *de arbit. q. li.* 2. *casu.* 270. *num.* 18. *& sequen.* reprobato Marsilio contrarium tenente, non tamen dicitur indicium immediatum, quo casu vnus testis sufficit, vt alias probauimus. Ideo per duos testes concludenter probari debet, aliàs de se solum non operatur.

64 LIMITA III. Quia ad hoc, vt ex tali indicio possit Iudex deuenire ad condemnationem, necesse est, quòd domus, ex qua egreditur is, qui habet in manibus gladiū sanguinolentum, nō habeat nisi vnum ostium, & vnum aditum, aliàs secus: sic enim de domo habente vnicum ostium, vel aditū loquuntur Paris de Put. *in tra. de syndic. in verbo, tortus, cap.* 1. *an stetur dicto torti, n.* 4. *post medium, ver. Indicia indubitata erūt, fol. mihi* 332. *colum.* 2. Ioa. And. ad Specul. *in ti. de probat. §. fina. n.* 9. *litera D. ver. Ponitur de primo exemplum*, Guido. de Suzzar. *in tra. de indi. n.* 9. Gandin. *d. ti. de præsumpt. & indic. indubit. n.* 10. Nouel. *in pra. cri. rubr. de modo, & forma citan. reos, n.* 8. *fol. mihi* 82. Clar. *in pra. §. fina. qu.* 21. *versi. Si aliquis.* Bonacos. *in commun. opin. cri. parte* 1. *ver. Indicium ad torturam facit visus exire de domo, fol. mihi* 88. *col.* 3. *in princip.*

LIMITA III. Vt† licèt hoc indicium sufficiat ad con- 65
demnationē, non tamen poterit isto casu imponi pœna ordinaria delicti, sed extraordinaria Iudicis arbitrio, secundū August. ad Ang. *de malefic. in verbo, Fama publica post nu.* 22. ibi, *maximè ad mortem, iuncto nu.* 24. Marsil. *in rubr. de probat. nu.* 238. Clar. *d. qu.* 21. *eodem versic. Si aliquis, in fine*, ibi, *non tamen pœna ordinaria*, quem refert Bonacos. *in commun. opin. cri. part.* 1. *dict. versi. Indicium ad torturam facit visus exire de domo, fol. mihi* 88. *colum.* 3. *in princip.* Mascar. *de prob. cōcl.* 867. *n.* 26. *& lib.* 3. *concl.* 1220. *n.* 12. *& concl.* 1221. *nu.* 58. & facit generalis regula: † quia Iudex debet multùm temperare 66
sententiam suam, quando reum condemnat ex præsumptiuis probationibus, vt per eundem Marsil. *in rubr. de probat. n.* 241. *& seqq. & in l. reperti, nu.* 18 *ff. de quæst.* Gram. *decis.* 8. *nu.* 8. Cagnol. *in l.* 1. *nu.* 122. *& seqq. ff. si cer. petat.* & est communis,* vt per Petr. à Placha *in empitom. delict. ca.* 14. *num.* 3. *in* *
fine, & per Anton. Gomez. *variar. resolu. tom.* 3. *ti. de homicid.* & ibi Emanuel Suarez *in addit. litera I.*

Sed † an isto casu pœna possit esse solùm pecuniaria, 67
prout videtur voluisse Marsil. *in dicta rubrica de probat. num.* 238. & Mascar. *d. concl.* 1221. *num.* 58. an verò etiam possit esse corporalis dummodo non sit ordinaria, vt per eundem Mascard. *d. concl.* 1220. *num.* 2. remitto me ad ea, quæ dicam *infrà, in tit. de reo confesso, & coniuncto, in ea quæstione, & quæ erit* 86. in qua tractabo, an, & quando præsumptiua probatio sufficiat ad condemnandum, & in quam pœnam.

LIMITA IV Quia † licèt Iudex possit ex hoc solo indi- 68
cio reum condemnare: non tamen cogitur, quia, si vult, poterit omissa condemnatione illum torquere, quod totum eius arbitrio erit remissum, vt per Clar. qui ita semper in practica apud eum seruari vidit, *d. q.* 21. *eodem ver. Si aliquis visus sit, ad finem.* Sequitur Bonacos. *in comm. opin. cri. parte* 1. *dict. verbo, Indicium ad torturam facit visus exire de domo, fol. mihi* 88. *colum.* 3. *in princip.*

QVINTVM est† indicium, armorum delatio, secundùm 69
Parid. de Put. *in tract. de syndica. in verbo, tortus, cap.* 1. *incip. an stetur dicto torti, n.* 4. *post medium, ver. Delatio gladij*, vbi quòd de portantibus arma malū præsumitur, Guido de Suzzar. *de indi. n.* 99. *ver. Item delatio gladij*, vbi etiam quòd de portantibus arma lex malè præsumit, Io. And. *in addi. ad Specul. titu. de probat. § fina. n.* 19. *ver.* 13. *per indicia indubitata, in litera D.* ibi, *Delatio gladij potest dici aliud indiciū, quod lex præsumit ad malum.* Blanch. *de indi. ad l. fina. ff. de quæst. num.* 78. *& seqq.* vbi quòd deferens arma maleuolum habet animū, ad glo. fina. *in ti. de pace Constan. & eorum violat.* & ibi hoc notat. Bal. & Martin. de Laude, *in versicu. si quis rusticus*, & etiam voluit Andr. de Isern. Præposit. & Aluarott. *in d. ti. in versi. Mercator.* & Alexand. ad Bartol. *in l.* 1. *ff. ad l. Iul. de vi publ.* vbi omnes concludunt deferētem arma malū animum habere, quod & idē affirmarunt, Franc. Cason. *in tra. de indi. tra.* 3. *capitu.* 4. *num.* 2. Nou. *in tra. defensam, in rubr. an indicia pro reo danda sint, nu.* 67. Paul Meien. *in consilia crimina. diuersor. cons.* 90. *nu.* 15. *libro* 2. Mascar. *de prob. lib.* 1. *concl.* 90. *n.* 1. *& conclu* 128. *num.... & seq.* Brunor. à Sole *in suis quæstionibus legalibus, qu.* 25. *num.* 14. *&* 15.

REGVLA itaque † ex præmissis firma remanet, quòd 70
ex delatione armorum oritur contra deferentem indicium, & mala præsumptio, & hoc, quia armorum vsus regulariter à iure prohibitus est, *l.* 1. *in rubr. C. vt armorum vsus, li.* 11. *& in Authen. de armis, §. sin autem*, & per Bartol. & Ang. *in l.* 1. per illum tex. *ff. ad l. Iul. de vi publ.* & per Abb. & alios *in c. Clerici, & vita, & honesta. cleric.*

AMPLIA I. Hanc regulā,† vt armorū delatio faciat non 71
solùm indiciū, quando de delinquente non cōstat. Sed si de delinquente, putà, de occisore constet, probetúrque ipsum ante rixam arma detulisse, cùm deferre solitus nō esset, prę-

sumitur

sumitur homicidium deliberatè commissum,& non in pura
* rixa: sic enim communiter * concludunt omnes Doctores
suprà allegati,dum dicunt malum animum præsumi ex de-
latione armorum,& in specie addo Menoch. *de arb.q.lib.2.
casu 361.n.43.*& Cardin.Alban.*in consil.6.n.6.*

72 AMPLIA II.Vt † multò magis oriatur indiciũ ex gene-
re armorum,vt putà cõtra eum,qui ante homicidium sequu-
tum ambulabat cum armis hastatis,arcu,& sagittis,cum ar-
chibusio,pila plumbea, baculo ferreo,vel simili insolito ar-
morum genere satis apto ad occidendũ:ex hoc enim oritur
præsumptio,& suspicio,quòd is talis non solùm occiderit,si
de homicidio inquiritur,sed etiam si cõstet eum fuisse occi-
sorem,quòd ex proposito, & deliberatè occiderit per regu-
lã,quòd ex armorũ genere præsumitur animus, & atrocitas
maleficij committendi,*c.significasti,il secondo*,& ibi Felin.*ex-
tra de homicid.*Cæpo.*consil.44.ante finem*, Florian.*in l.sed etsi,
§.si magister,num.6.ff.ad l.Aquiliam*,Gram.*voto 24.num.6.*&
in specie iis, & aliis relatis hanc ampliationem firmarunt
Nouell.*in pract.crim.in princ.num.76.& in tract.ad defensam,
rub.an indicia pro reo danda sint,num.69.*Blanch.*de indic. ad l.
fin.ff.de quæst.num.83.*Paul.Meren.*inter consil.crim.diuers.cons.
99.num.15.in fine,lib.1.*Mascard.*de prob.l.1.concl.97. num.2.*

73 AMPLIA III. Vt pariter, & multò magis oriatur indi-
cium cõtra eum,qui defert arma euaginata:quia enim arma
euaginata portat, sine dubio animũ offendendi habet,vt per
Parid.de Put.*in tract.de syndic.verbo,tortus,c.1.An stetur dicto
torti,n.4.post medium,vers.Delatio gladij præsertim nudi*,Guid.
de Suzz.*de indic.n.99.vers.Item delatio gladij præsertim nudi*,
Franc.Cason.*de indic.tract.3.c.4.n.3.*Blanc.*de ind. ad l.fi.de q.
n.82.* vbi quòd ex delatione armorũ euaginatorũ præsumi-
tur quis se præparasse ad aggressum, *per l.1.§.possidere, ff.de
vi,& vi arma.*Cæpo.*in cons.28.col.2.vers. Secundò quia,n.29.*
cũ aliis relatis per Nou.*in pra.cri.post prin.n.100.fol.mihi 54.*

74 AMPLIA IV. Vt † maximum oriatur indicium contra
eum,cuius gladius repertus fuerit penes cadauer occisi, &
cum illo gladio ille occisus fuerit, & penes inquisitum fue-
rit reperta vagina vacua apta ad recipiendum illum gladiũ
repertum:tunc enim ex hoc solo reum posse bene torque-
ri,sine dubio crederem,ex Boër.*decis.166.sub n.5.*& ex Car-
rer.*in pract.crim. in 1.tract.de indic. & tortura,in 36. indicio,
vers. Aut securius inculpati*,quos refert,& sequitur Menoch.
in tract.de præsumpt.lib.1.quæst.89.num.137.

75 AMPLIA V. Vt † indicium oriatur contra eum,qui ante
commissum homicidium repertus fuerit,quòd acuebat,po-
liebat arma,vel de illis aliquã experientiam faciebat,dando
cũ gladio super armatura, aut quid simile:ex istis enim præ-
paramentis colligitur illius animus vulnerandi,& occiden-
di,secundũ Blanc.*in tract.de indic. ad l.fin.ff.de q.n.68.versic.
Item si arma debiliora,& vers.Item si cum armis, pract.crim.in
1.tract.de indic. & tort.in 24.indicio.* Franc. Cason. *de indic.
tract.3.c.4.n.4.*Th.Non.*cons.99.n.25.vers. Quia respondetur,*
Men.*de præsumpt.part.1.lib.1.d.q.89.n.122.vide infrà n.163.*

76 AMPLIA VI. Vt † & indicium oriatur contra eum, qui
ante homicidium patratũ exercebat se in armis, & scrimia,
vt per Franc.Cason.*in tract.de indic. tract.3.c.4. num.3. vers.
Item exercens se in armis*,Nouell. *in pract.crim.post princ.num.
53. vers. Nam exercitium in armis, fol. mihi 39.* Menoch.*de
præsumpt.d.q.89.num.122.vers.Idem si se exercebat*, Mascard.
de probat.l.1.concl.97.sub n.25.vide infrà,num.163.

77 AMPLIA VII.Vt†pariter oriatur indicium cõtra illum,
ad cuius gladij mensurã reperiantur vulnera in occiso,Car-
rer.*in pract.in 1.tract.de indic. & tort.in 36. indicio*, Vulpell.
*cons.125.num.6.*Menoch.*de præsumpt.d.q.89.num.137.*Ioan.
Mars.Monticell.*reg.crim.17.*vbi tamen, quòd indicium di-
luitur quando probatur, quòd dominus gladij illum alteri
78 accommodauerit.†Sed certè,hoc indicium ego credo mul-
tùm debile, alio non concurrente,cùm plures in vna ciui-
tate reperiantur gladij vnius mensuræ.

79 LIMITA I. Huius†quinti indicij regulam non procede-
re,quando quis defert arma ob aliquã iustam causam,vtpu-
tà,quia miles,vel præsidis iussu illa portaret, quia tũc ex tali
delatione armorũ nullum oritur indicium, Nouell. *in tract.
ad defensam,in parte An indicia pro reo dãda sint,n.68.*Blanc.
de ind.ad l fi.ff.de q.n.78.& n.81.in fine, cum aliis relatis per
80 Mase.*de probat.l.1.concl.97.n.4.concl.128.post num.1.*† Cau-
sa autem iusta,quæ sit gerendi arma,Iudicis arbitrio remit-
titur,secundùm Blanc.*vbi suprà,num.79.in fine*,& plures iu-
stas causas deferendi arma recensèt in proposito, Duen.*reg.
55.arma portare*, & dicam latiùs *in vltimo tit. de var. & ex-
traord.q.l.4.*vbi de armorum vsu latiùs disseremus.

LIMITA II.In eo,†qui habet veteres inimicitias:nam is 81
animo potiùs se defendendi,quàm aliquem offendendi præ-
sumitur deferre arma,secundùm Nouel.*in tract.ad defensam
rub.an indicia pro reo danda sint,n.68.*Mascar.*concl.77.n.4.in
fine,& concl.128.n.8.*vbi ex Marsil.quem allegat *in consil.21.
n.27.& seqq.*dicit quòd si ille,qui defert arma, læsus fuisset
ab aliqua persona,tunc propter instum timorem, ne iterum
offendatur, arma illa deferre præsumitur, & propterea ex
tali delatione armorum non præsumitur animus maleuo-
lus,sed vt se ipsum tueatur.

LIMITA III. Vt † armorum delatio faciat indicium in 82
eo, qui non sit solitus deferre arma: sic enim in non solito
loquuntur,Franc.Cason.*de ind.tract.3.c.4.num.2.*Blanch.*de
ind.l.fi.ff.de q.n.78.* vnde secus in eo, qui solet deferre arma,
vt per Nouell.*in tract.ad defensam,in §.an indicia pro eo dan-
da sint,n.68.*Mascard.*dict.concl.97.n.5.& concl.128.n.9.*

LIMITA IV.Vt †nullum oriatur indicium contra eum, 83
qui de licentia superioris portat arma:cessat enim hìc ratio
considerata per Doctores,*de qua suprà, num.70.* ideo cessat
etiam indicium,sicut in specie voluerunt Blanc.*de indic.post
n.79.*Nouell.*ad defensam,rub.an indicia pro eo danda sint, n.
68.*Mascard.*d. concl.228.num.7.*

LIMITA V.& † hæc est resolutio totius materiæ,quòd 84
etsi Doctores relati suprà,*n.69.* in regula, dixerint ex dela-
tione armorum oriri indicium,& inde etiam deprehẽdi ma-
lum animum deferentis:non per hoc dicunt,quòd tale indi-
cium sufficiat ad torturam, excepto Blancho post Iacob. de
Beluiso,quem allegat,*in tract.de indic.ad l.fi.ff.de q.n.81.vers.
Et pro indicio ad torturam*,sed parcãt mihi Beluisus,& Blan-
chus,quia veritas est in cõtrarium: quia cùm hoc sit indiciũ
remotum de se solum, aliis non concurrentibus ad torturã
non sufficit,secundùm communes,* & approbatas opinio- *
nes, de quibus suprà suo loco diximus, & in specie fuit de
mente Thob.Nonij,*in cons.99. n.25.vers. Non obstat octauò*,
& magis expressè firmauit Macabrun.de Anguill.*inter con-
silia crim.diuers.cons.92.num.12.vol.2.*

SEXTVM erit† indicium conuersatio cum malis homi- 85
nibus,argum.text.*in l.3.§.nullus putat,ff.de excus.tut. & in
l.si plures,§.quamuis*,vbi Bart.*num.3.* & *§.si parens*, vbi idem
Bart.*n.1.ff.de adminis.tut.& in l.1.C.si mancip. ita fuerit alie-
nat.& in l. item apud Labeonem, §. item adduxisse,in fine,ff.de
iniur.& l.nullus,§.1.ff.de actio. empt.* nam ex mala conuersa-
tione bonus efficitur malus & vitiosus, *l.ædiles,§.Pedius,ff.
de ædil.edil.& similis similem sibi quærit,cap. recolentes,de statu
Monach.*& secũdùm Philosophum,talis,qualis quisque est,
talium consortio delectatur,& vt dicit text.*in c.sæpe,28.q.1.*
malorum consortia,sæpe etiam bonos corrumpunt, & tan-
tò magis eos,qui ad vitia proni sunt, & vt etiam dicit text.
*in c.innotuit,de elect.*societas,cum qua quis versatur, indicat
hominem, & ait Salomon *Prouerb.c.13.* qui cum sapienti-
bus graditur, sapiens erit, amicus stultorum similis efficie-
tur,& idem *c.22.*noli esse amicus homini iracundo, neque
ambules cum furioso,ne fortè discas semitas eius,& sumas
scandalum animæ tuæ. & demum Propheta *in Psalm.17.*
cum Sancto Sanctus eris, & cum viro innocente innocens
eris, & cum electo electus eris,& cum peruerso peruertê-
ris,ex quibus, & aliis similibus per nostros Doctores addu-
ctis,ex mala conuersatione oriri indicium,& malã præsum-
ptionem delicti,de quo quis imputatur,in specie scripserunt
Gand.*in tit.de præsumpt.& indic.indub.n.3.ad medium,versic.
Itẽ debet indagare Iudex*,Ang.*de malef.in verbo, Fama publi-
ca præced.n.19.vers. Iudex enim bonus*,Bal.de Periglis,*in tract.
de q.& torm.cap.1.n.10.vers. Quærit Iudex instanter*, Guid.de
Suzz.*in tract.de ind. & tor.n.52.vers. Quærat Iudex*,Blanc.*de
ind.ad l fi.ff.de q.n.253.*Franc. Cas. *de indic.tract.1.c.3.n.1.&
tract.3.c.3.n.2.*Mars.*in pract.§.expedita,ad finem,n.91. & seq.*
Carr.*in pract.crim.in 1.tract.de ind.& tort.in 25.indicio, n.1.
& 2.*Nou. *in pract. crim.post princ.n.124.fol.69.*Bal.*in l.1.n.
11.Cod.de seru.fugit.& in cons.95. Regula iuris,in fine,n.sexto,
lib.1.*Felin.*in c.Petrus,n.quarto,de homic.*Alciat. *de præsumpt.*

reg.3.

*regu.3.præsumptio,40.num.3.*Grammat.*consilio 171.num.14.* Aym.*consil.73.Dicendum videtur prima fronte,num.13.versi. Instat præsumptio,& consil.35.n.13. & consilio 220.* Respondeo ad dubia,*num.12.versi.Rursus ista conuersatio,* Mascard. *de probat.lib.1.conclus.451..n.2.& seqq.&.lib.2.conclus.1002. n.2.& conclus.1003.n.66.*Menoch.*de præsumpt.parte 1.lib.1. q.89.n.125.*Franc.Personal.*de indic.& tort.n.58.*

86 REGVLA igitur † ex præmissis firma remanet, quòd ex mala conuersatione oritur indicium maleficij, & delicti: & ideò si commissum sit homicidium, & Titius, qui de hoc homicidio imputatur, probatur quòd solitus sit conuersari cum homicidiariis, oritur contra eum ex tali conuersatione indicium dicti homicidij.

87 AMPIA I. Huius sexti indicij regulam, † vt tale indicium sufficiat ad torturam, prout videtur fuisse de mente Franc.Casoni, vbi suprà allegati,*de indiciis,tract.3. num.2.* & Mascard.*dict.conclus.452.nu.4.*vbi dixit, quòd ex conuersatione malorum plurimùm promouetur animus Iudicis, circa indicium ad torturam,& Francis.Personal.*in tract.de indiciis, & tortu.num.38.*dixit,quòd conuersatio, quæ fit cum malis, facilè mouet Iudicem ad torturam, quod & idem voluit Baldus *dict.consilio 95.regula iuris,circa finem, lib.1.*quem referendo sequutus est Aymo. *in cons. 35.n.33.& cons.72.n.12.*

88 Sed certè † hæc ampliatio non est vera, nec vllo pacto tenenda, quia conuersatio malorum non solùm est indicium remotum,sed generale, & sic ad torturam de se non sufficit, licèt bene adminiculetur, & coadiuuet illa indicia, per ea, quæ insimili de mala fama hominis dixi *supra,hoc eodem tit. quæstio. 47.n. 205.* Nec obstet authoritas Casoni, vbi suprà in contrarium allegati,tum quia is etiam de ampliatione dubitat,& patet,ibi,*sed de hoc dubitatur,&c.*tum etiam quia allegat Marsil.*in pract.§.expedita, num.93.* qui de tortura nihil dicit,licèt bene dicat, quòd faciat indicium simpliciter. Multò minùs etiam obstet authoritas Bald.Aym. & aliorum volentium, quòd ex mala inquisiti conuersatione animus Iudicis plurimùm mouetur ad ipsum torquendum quia non per,hoc sequitur, quòd hoc solum indicium, & de se sufficiat ad torturam, sed si Iudex videt imputatum esse solitum conuersari cum malis hominibus, faciliùs ipsum torquebit, sine dubio,supple tum aliis concurrentibus, prout in specie sic declarant Brun.*inter consilia crimi.diuers.consilio 115.num. decimoseptimo,iuncto num.70.& 71.lib.2. in folio*, Menoch. *de præsump.lib.1.d. quæst.89.n.125.* & sic concludo, quòd mala conuersatio erit indicium adminiculatiuum, & non de se solum ad torturam sufficiens.

89 AMPLIA II. Eandem regulam, † vt mala conuersatio non solùm faciat indicium contra principalem imputatum, sed etiam contra alios prætensos complices,& participes, qui si probentur, quòd sint soliti conuersari cum principali delinquente, & inquiruntur tamquam consocij, & participes delicti per reos commissi, habent contra se præsumptionem, & indicium participationis, & scientiæ illius delicti, secundùm Aymo.*in cons.220.n.12.versicul. Ampliùs ex conuersatione præsumitur*, quem in proposito refert,& sequitur Ma-
90 scard.*dict.conclusio.451.n.7.*par regulam generalem, † quòd conuersans cum aliquo,præsumitur scire facta illius, de qua *in cap.quærendum,2.q.2.in cap.cùm oporteat,de accusat.& in l.2.versic.Detegit,& ibi gloss.in 3.intellectu,C.vbi de crim.agi oportet*,cum aliis,*vbi suprà*,per Aym.& Mascard relatis.

91 LIMITA I. Hanc † secundam ampliationem,vt procedat, dummodo conuersatio sit stricta,& continua: secus si interpolata,& non stricta,quia tunc nullum facit indicium,sicuti post Castrens.declarat Mascar.*dict.conclus.451.n.9.*& dixi in simili *suprà,q.43.n.173.*

92 LIMITA II. Eandem ampliationem, † vt sola conuersatio cum delinquente non faciat indicium sufficiens ad torturam, sed bene iunctis aliis Iudicem faciliorem reddit ad torquendum & sic adminiculatur alia indicia: de se autem nihil operatur per ea, quæ generaliter dixi *sup. quæst. 47. n.171.& sequentib.* vbi probaui, quòd conuersatio cum delinquente iuncta illius inculpatione,facit indicium ad torturam contra nominatum, ergo de se sola hoc non operatur, prout in terminis sic voluerunt Carrer.*in practic. crim. in 1. tract.de ind.& tortu.in 35.indicio, n.3.* Bertazzo. *consil.548. n.16.lib.2.*

Farin.Prax.crim.1.p.Tom.2.

SEPTIMVM erit indicium contra eum, † qui statim cõmisso aliquo delicto, vadit ad curiam ad perquirendum, & sollicitandum,vt in eo procedatur,cùm tamen hoc perquirere,& sollicitare ad ipsum non spectaret: qui enim se ingerit, suspectus est,*l.vnius facinoris,§.seruo,qui vtrò,* vbi præsertim Marsil.*n.7.ff.de q.l.quæ omnia,ff.de procurat.l. fi.* & ibi gloss. *ff.de off.præto.l.semper.ff.de iure immunit.l. vxori, §.qui se.ff. ad l.Iulia.* & propterea hoc pro indicio in specie posuit originaliter Paris de Put.*in tract.de synd.in verbo,Tortura,d secondo,c.1.incip.Tortura,licèt regulariter,ad finem, n.4.*vbi refert,quòd quidam occiderat cõsocium,& sæpius veniebat ad curiã importunè sollicitando, vt occisor reperiretur, fuit captus, vt suspectus,& repertum fuit,quòd ipse occiderat: solet enim plerumque,vt dicit Paris eo loci,tales delinquentes visitare curiam,vt intelligant, quid de illo crimine, quod ipsi commiserunt,dicatur,& agatur,iuxta illud, *Conscius ipse sibi de se putat omnia dici,*& ad hoc diuina vindicta ipsos impellit,vt puniantur,iuxta illud aliud, *Nullum malum impunitum, & nullum bonum irremuneratum,*& Paridem refert,& sequitur Marsil.*in pract.§.diligenter,n.150.*Blanch.*de ind.ad l.fi.ff. de q.n.275.& seq.*vbi refert aliud simile exemplum temporibus suis contigisse, Anto.Columban.*in tract.de modo procedendi in controuer.cri.art.84.& 85.*Franc.Cason. *de ind.& tor. tract.6.c.1.n.1.& seqq.*Anton.Rebuff.*in tract.de testibus,gloss. 4.n.22.* Nouell.*in pract.crimi.post princip.num.100.* vbi & refert,ita aliàs sibi contigisse,dum de anno 1531. erat assessor maleficiorum Potestatis Veronæ,Carrer.*in prax.in 1.tract. de ind. & tort.§. decimumquintum*, vbi etiam testatur ita bis contigisse in magna curia Vicariæ,in quibusdam denuncciantibus,mortem alterius,& sollicitantibus,quòd reperiatur delinquens,qui cùm fuerint capti,& positi ad torturam,ex hoc confessi fuerunt delictum,Conrad.*in pract.§.3. de offic. prætor.in caus.crimin.rubr.de nega.cri.& tormen.post n.28.versic. 32.adde,folio mihi 299.col.secunda.* Anton. Gomez. *var.resolut.tomo 3.cap.13.rubric.de tortu.reorum, n.14.* vbi & ipse etiam refert hunc casum de facto contigisse in ciuitate Salmanticensi,Menoch.*de præsumpt.lib.1.q.89.n.106.*

AMPLIANDO hoc † septimum indicium aduerte, quòd præfati Doctores,ac præsertim Paris de Put. Mar.Carrer.& Anto. Gomez. vbi suprà relati,loquuntur non solùm in eo qui ad curiam vadit,& sollicitat, vt perquiratur delinquens, sed etiam in eo, qui primus curiæ sponte denunciat malefactorem, vt putà homicidam; nam & hunc talem etiã esse suspectum affirmat, quod ego intelligo,quando denunciare non tenetur,secus si teneretur denunciare,vt putà,quia homicidium esset commissum in domo denunciantis, quia tunc imò oritur indicium ad torturam, non denunciando, *vt infra,n.99.* 94

LIMITANDO |Pariter † conclusionem huius septimi indicij aduertas, quòd licèt Doctores iidem suprà relati videantur quodammodo sentire ex hoc solo indicio posse reũ torqueri; tamen ego credo, quòd non possit, cùm sit indiciũ remotũ,nisi alia concurrant, & propterea multùm bene loquutus fuit Anton Colum.*vbi supra* allegatus,*artic.84.*dũ dixit, quòd tale indicium facit suspicionem ad informandũ, ergo non ad torquendum, & multùm prudenter etiam loquutus fuit Anton.Gomez. *vbi suprà* allegatus, *d.cap.13.n.* 14.dum dixit,quòd in contingenti casu,habita inquisitione, & informatione, cùm ille sic sollicitans fuerit repertus suspectus,& culpabilis,fuit captus, & post capturam comperto,& probato delicto fuit ad mortem condemnatus, & furca suspensus: quare credo hoc indicium sufficere ad inquirendum,& ad sumendas informationes,necnon etiam ad capturam,sed non ad torturam,nisi aliis concurrentibus. 95

LIMITANDO Pariter † ampliationem positam *supra, numero 94.*aduerte, quòd imò quando aliquis est interfectus in sua domo, vinea, vel agro, si tale homicidium curiæ dominus,vel habitator, aut colonus illius domus, vineæ,vel agri primus, & sponte denunciat; vnà cum malefactoribus, non solùm non oritur ex hac denunciatione indicium contra eum, verùm etiam contà si taceret, & non denunciaret, vel ex interuallo denunciaret, redderetur suspectus & indiciatus, vt post Roman. quem allegat, voluit August.ad Angel.*de malefi.in verbo, Fama publica, numero, quinquagesimoterti, in fine additionis*, & post Parid. de Put. 96

quem pariter allegat, scripsit Anton. Columban. *vbi suprà, articulo octuagesimotertio*, cum aliis allegatis per Nouel. *in practic. crimin. in rubric. de modo, & forma citan. reos, num. vigesimoquarto, folio mihi octuagesimoseptimo*, & per Blanch. *de indiciis, ad l. final. ff. de quæstion. num.* 275. qui videatur, quia bene declarat materiam, & per Carrer. *in practic. crimin. in secundo tractat. de indic. & tortu. §. decimumtertium indicium, numero decimosexto, & decimoseptimo*, & Ioann. Mar. Monticell. *regul. crimin. nona, numero sexto & septimo*, vbi etiam de vxore tacente mortem viri sui in coniugali domo occisi, de quo & per Menoch. *de præsumptio. lib. primo, quæstione octuagesimanona, num. 91. iuncto numer.* 107. vbi in proposito bene tollit dubitationem, quam faciebat Marsil. *in pract. §. expedita, in fine*, & loquitur non solùm in non denunciante, sed etiam in tardè denunciante & permittente: putà, quòd cadauer marcescat & incipiat olere, dicítque isto casu oriri contra dominum domus scientem & non reuelantem, indicium vehemens, violentum, & ad torturam sufficiens, ibique ex historiis duo refert exempla, quæ in facto contigerunt.

97 AMPLIANDO pæcedentem † limitationem addo, & Franc. Person. *in tracta. de ind. & tortur. num.* 25. *versiculo, Et vnus socius*, vbi videtur illam extendere, etiam quòd dominus domus non sit homo malæ conditionis & famæ, quod & ego verum credo in hoc particulari casu, in quo concurrit duplex indicium. Primum, quia homicidium factũ in domo præsumitur factum ab iis qui in domo habitant, vt mox dicam *in seq. indicio*. Secundùm concurrit taciturnitas domini non denunciantis homicidium. Vnde quando plura concurrunt indicia; tunc dominus torquetur, etiam quòd dominus sit bonæ famæ, vt per Boss. *in tit. de ind. & considerat. ante tort. n.* 50. *in fine, versic. loquor quando solum.*

98 OCTAVVM oritur † indicium contra dominum domus, quando in eius domo reperitur aliquis mortuus: tunc enim præsumptio est contra ipsum dominum, quòd illum occiderit, sicuti post Dynum, Ioan. Andr. & Bald quos allegat, affirmauit Angel. *de malefic. in verbo quod fama publica præcedente, num. quinquagesimotertio*, & ibi August. *in addit.* vbi alios plures adducit concordantes, & post antiquiores quos refetunt, idem scripserũt, Paris de Put. *in tract. de syndic. in verbo, tortus, capitulo tertio, incip. Mandauit Rex, num. decimoquarto*, Roman. *in lege prima, §. si quis in villa. ff. ad Syllan.* Nouel. *in pract. crimin. in principio, num.* 102. *&* 108. Ludou. Bolognin. *in add. ad Guid. de Suzzar. in tractat. de indic. & tort. numero trigesimonono.* Blanch. *de ind. ad l. fin. ff. de quæstio. numer.* 299. Foller. *in pract. crimin. in verbo, Item quòd suffocauit vxorem, numero nono & decimo*, vbi generaliter facit conclusionem, quòd delictum domi factum præsumitur factum per existentes in domo, & inde infert quòd domi reperta vxor mortua, præsumitur occisa ab eius viro, Gramm. *voto vigesimoquarto, in princ.* Natta. *consilio* 362. *num. tertio, libro secundo.* Carrer. *in practica crimina. in secundo tract. de ind. & tort. §. decimumtertium indicium, n. sexto.* Foller. *in practica crimina. in verbo, Capiat informationem, numero trecentesimosexto, & seq.* Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante torturam, n.* 50. Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu* 394. *n.* 55. *& in tract. de præsumptio. libro primo, quæstio.* 89. *num. nonagesimo*, Ioan. Mar. Monticell. *regu. crim. 9. num.* 3. *& reg.* 10. *n.* 34. vbi particulariter, quòd domino domi interfecto omnes domestici & familiares torquentur, *per leg. secundam, ff. ad Syllan.* de quo dixi *suprà, quæstione* * 37. *n.* 107. *& seq.* & ita fine dubio communiter* à Doctoribus receptũ est, licèt Alber. *in tract statut.* in loco relato per Aug. ad Ang. *de malefi. vbi suprà. post d. n.* 53. contrarium asseruit.

99 AMPLIA I. Huius † octaui indicij conclusionem, vt talis præsumptio sufficiat ad torturam, non solùm contra dominum domus, sed etiam contra domesticos: sic enim illos de domo posse torqueri, quãdo delictum est domi commissum, bene probare videtur text. *in capitul. si fortè mulier*, & ibi glo. *in verbo domi, definitione prima*, & affirmarunt in specie, post Cynum, Bartolum, Baldum, Salicetum, Spec. & Ioan. Andr. quos allegat, idẽ Angel. *de malefi. vbi supra, dicto verbo, quòd fama publica præced. post n.* 53. *ver. An autem possit torqueri*, & ibi August *in addi.* alios adducit concordantes. Paris de Put. *de syndic. verbo tortus, cap.* 3. *Mandauit Rex, n.* 14. Ludou. Bologn. ad Guido. de Suzzar. *vbi suprà, de ind. & tort. sub d. n. trigesimonono.* Blanch. *de ind. dicto n.* 299. Foller. *dicto verbo, Item quòd suffocauit vxorem, n.* 10. *in princip.* Nouell. *in pract. crim. in princip. n.* 108. *& n.* 102. vbi quòd isto casu si plures in vna domo reperiantur, quorum vnus in eadem domo reperiatur mortuus, sine vlla dubitatione cæteri torqueri possunt, & ita aliàs apud eum seruatum fuisse testatur Foller. *in dicto verbo, Capiat informationem, n. trigesimoseptimo*, Boss. *de indic. dicto num.* 50. Ioan. Mar. Monticell. *dicta regula decima, eodem n.* 34. vide quæ dixi *infra, quæst. septuagesimanona, n.* 39. *in tract. de testibus*, & vide etiam *in tit. de pœn. temperan. qu.* 96. *num. octuagesimosecundo, & nonagesimoprimo, & nonagesimosexto, & sequent.* vbi & posui, an homicidio commisso in aliqua domo, existentes in ea possint condemnari, & in quã pœnam, an verò torqueri, & si in tortura perstiterint, an sint absoluendi, an verò adhuc in aliquam extraordinariam pœnam condemnandi.

AMPLIA II. Vt † multò magis isto casu possit torqueri dominus domus, seu illius inquilinus, quando aliquo in domo occiso non statim Curiæ homicidium denunciat: talis enim taciturnitas etiam de se sola facit indicium ad torturam, vt dixi *suprà, n.* 96. *& seq.* 100

AMPLIA III. Vt † iste domesticus possit torqueri super homicidio domi commisso, non olùm tanquam principalis propter præsumptionem, quæ contra ipsum vrget, vt dixi *supra, n.* 98. sed etiam potest torqueri, tanquam testis verisimiliter informatus, Foller. *d. verbo, Capiat informationem, d. n.* 36. *& seq.* 101

Et † hoc per regulam quòd domi existentes præsumuntur scire facta domestica, de qua *in lege finali, C. de sicar. & in lege, in adulterij qu. C. de adulter. in lege consensu, C. de repud.* cum aliis adductis in proposito per Brun. *de indic. & tort. secunda parte, quæst. quarta, numero decimoquarto*: vbi in terminis firmat hanc conclusionem, dixi *infrà, quæst. septuagesimanona, numero* 39. 102

AMPLIANDO Rursus † præcedentem tertiam ampliationem, aduerte quòd licèt forsan, vt modò in sequentibus limitationibus explicabo, possit dubitari, quando dominus domus torquetur, tanquam principalis, an debeat concurrere illius mala fama, seu aliqua præsumptio, nihilominus, quando torquetur, tanquam testis verisimiliter informatus, prout sunt termini propositæ ampliationis, indistinctè credo quòd possit ei tortura inferri etiam alio non concurrente adminiculo, quia sufficit, quòd sit verisimiliter informatus de veritate, & quòd eam recuset dicere, prout infrà declarabo in materia torturæ testium *in seq. tit. de opposito. contra testes, q. 69. n.* 39. 103

LIMITA I. Huius † octaui indicij conclusionem, vt procedat, dummodo dominus domus, ac alij domi habitantes sint malæ famæ & consueti similia committere, secus si sint bonæ famæ, & non soliti delinquere: nam tunc non possunt torqueri ex hoc solùm, quòd mortuus in eorum domo reperiatur, vt per Blanch. *in practica criminali, in fine, in quarta parte defensionis, n. decimotertio*, vbi expressè dicit, quòd hoc indicium tollitur probando, quòd dominus domus est bonæ vitæ, Ioa. Mar. Monticell. *regula crimina. 9. n.* 2. vbi pariter dicit, quòd conclusio firmata *suprà, n.* 98. non procedit, quando dominus domus non fuisset solitus similia committere, vel non esset malæ vitæ, & ibi plures adducit concordantes Boss. *in tit. de ind. & considerat. ante tor. dicto numero quinquagesimo, versicu. Tamen possint omnes torqueri, iuncto versi. Intellige tamen*, vbi etiam dicit, quòd isto casu omnes domi existentes possunt torqueri, quando omnes sunt malæ famæ, aliàs ille solùm torquetur, qui malè audit, ex Salicet. & Dec. in locis per eum allegatis, faciunt pro hac limitatione Doctores infrà allegati *in sequent. indicio, num.* 121. Item faciunt scripta per Addentes ad Roman. *in lege prima, §. Hoc autem Senatusconsulto, & in §. si quis in villa, ff. ad Syll.* prout refert Natta *in consilo* 362 *n. tertio, libro secundo*, & per Carrer. *in distin. trigesimatertia, in dict. n. sexto, num. duodecimo, & decimoquarto*, & per August. *ad malefic. dict. verbo, quòd fama publica præceden. n. quinquagesimotertio.* † Vbi dicunt, quòd isto casu tortura est incipienda ab iis, qui sunt malæ famæ, & per Nouell. *in pract. in princ. n.* 108. vbi etiam, quòd tortura est incipienda à magis suspecto, & dixi aliquid *infra, q. 99. n.* 91. 104 105

Contra † hanc limitationem facit in primis, quod probaui *suprà, numero* 97. dum dixi oriri indicium ad torturam contra 106

contra dominum domus, in qua occiſi cadauer reperitur, ſi illud Curiæ non denunciauit, etiam quòd is fuerit homo bonæ famæ, item facit cõſideratio facta per Nattam *conſ. 362. n. 3. iuncto n. 6. verſ. Quantum verò, lib. 2.* quem in propoſito refert Franc. Perſonal. *in tract. de indic. & tort. n. 35. ver. Etſi vnus, iuncto n. 37. v. Et ratio diuerſitatis*, vbi retorquẽdo Doctores allegatos *ſupra, n. 105.* dicentes, quòd in contingenti caſu eſt incipienda tortura ab iis, qui ſunt malæ conditionis, & famæ, ergo dum hoc inquirunt iidem ipſi Doctores, tacitè etiam præſupponunt, quòd & in alios eſt continuanda, poſito quòd eſſent bonæ famæ. Quando enim, inquit Natta *in dict. num. 6. eodem verſ. Quantum verò*, reperitur cadauer occiſi in alicuius domo, tunc omnes poſſunt torqueri, quia ab vno eorum neceſſe eſt vt homicidium ſit commiſſum. Ergo ſi magis ſuſpecti, & malæ famæ homines torti in tortura perſtiterunt, nihil videtur eſſe, quod impedire debeat continuationem torturæ in alios, etiam quòd bonæ famæ ſint ad reperiendum delictum, quod ab vno illorum de neceſſitate commiſſum fuit.

107 Quid dicendum? † Articulus eſt certè dubius: & pro reſolutione diſtinguo ſic: ſi dominus domus torquetur non tanquam reus principalis, ſed tanquam teſtis verisimiliter informatus (quo caſu vt notum eſt, & dicam infrà in materia torturæ teſtium, *in tit. de oppoſ. contra teſtes*, tortura debet eſſe leuis, & moderata) & tunc crederem illum poſſe torqueri, etiam quòd non ſit malæ famæ, vt ſuprà iterum admonui, *num.* 103.

108 Si verò torquetur dominus domus, † tanquam reus principalis, & tunc ſi concurrat aliqua alia præſumptio, ſeu indicium, poterit vtique iſto caſu torqueri, etiam quòd, ſit bonæ famæ, quia loco malæ famæ ſubintrant alia adminicula, vt in terminis, & bene iudicio meo aduertit Boſſ. *in tit. de indic. & conſiderat. ante torturam, num. 50. in fine, verſ. Loquor quando ſolum.*

109 Quòd ſi nulla alia vrgeat præſumptio, † ſeu ſuſpicio contra dominum domus, & ſi fuerit bonæ famæ, & tunc conſideret Iudex, prout conſiderauit Natta *in dict. conſ. 362. numer. 6. verſicul. Quantum verò*, an homicidium domi commiſſum potuerit committi ab aliquo alio quàm à domino domus, & ibidem ſtantibus, an verò à nullo alio quàm à domeſticis: primo caſu crederem dominum domus non poſſe vllo pacto torqueri, niſi is fuerit malæ famæ, vel ſolitus ſimilia committere, ſecundùm opinionem relatorum ſuprà, *numer.* 104.

110 Secundo verò caſu, † quando ſcilicet Iudex videt, quòd ille mortuus domi repertus non potuit veriſimiliter ab alio occidi, quàm à domino domus, & aliis in domo habitantibus, & tunc etiam quòd iſti fuerint bonæ famæ, crederem eos poſſe tormentis ſubiici, iuxta conſiderationem Nattæ, de qua ſuprà.

111 Et † in propoſito memini me à genitore meo audiuiſſe caſum in Vrbe, aliàs cõtingentem, ſatis miſeratione dignum, de quodam famoſiſſimo fure vulgariter nuncupato *il Pretino de Luca*, qui vt de nocte furtum cõmitteret, abſcondiderat ſe in pallio, vt dicunt, ſeu foramine camini exiſtentis in camera cuiuſdam mercatoris nuncupati *Galeotti Geroni*, adueniente nocte fur ille ex camino egreſſus capſam pecuniarum aperire contendebat: audito rumore inſurrexit *Galeottus* ex cubili, vbi dormiens ſolus iacebat, & in furem irruit: ſed fur accepto paruo cultro exiſtente in quadam tabula illius cubiculi, Galeottum cum illo cultro vulnerauit, deinde ex eodem camino, in quo iam de die abſconditus remanſit, progrediẽs verſùs rectũ, & inde ex ſummitate camini egrediens, & per plura tecta in diuerſas domos pertranſiens, viam fugiendi nactus eſt, cùm à nemine in illo facinore perpetrando viſus fuerit, magiſter puerorum, & filiorum occiſi, qui erat *Spolitenus*, & qui fuit primus in audiendo tergiuerſationes domini ſui cum illo fure, ſtatim ad eiuſdem domini cubiculum ſe contulit cũ lumine, quod ad hunc effectum accenderat, & reperto, vt ſuprà, domino ſuo vulnerato, cœpit conclamare, & alios domeſticos conuocare, qui omnes videntes, quòd in ea camera, nemo alius aderat, niſi ille magiſter, ipſum de tali facto redarguere cœperunt, & illum in manus Curiæ tradiderunt: qui poſtmodum (vt ad propoſitum redeam) etiam quòd bonæ famæ vir eſſet, & non ſolitus talia committere, fuit tamen tortus: quia veriſimiliter Iudex non poterat præſumere ſuum dominum ab alio fuiſſe vulneratum, quàm ab ipſo, & tortus faſſus eſt ſe vulneraſſe dominum ſuum, quem reuera nõ vulnerauerat, prout compertum fuit illinc à plurib. annis (poſtquam infœlix magiſter fuit vltimo ſupplicio affectus) dum ille famoſiſſimus fur pro aliis delictis carceratus debitas luit pœnas: & hæc omnia in ſuis examinibus ſpõte reuelauit. Aduertat ergo Iudex multum bene in hoc, quando aliquis mortuus reperitur in aliqua domo, vt ſcilicet bene perſpiciat, an ille potuerit occidi ab aliis, quàm à domino domus, an verò ſecus: quia in primo caſu (quicquid ſecus ſit in ſecundo) non poteſt inferri tortura domino domus, niſi is fuerit malæ famæ, vel ſolitus ſimilia committere.

Nec † obſtent deducta per nos *ſuprà, n. 97.* quia ibi vltra 112
quòd fuit repertus mortuus in domo, dominus domus etiam tacuit, & fuit negligens in reuelando Curiæ, & ſic concurrit duplex indicium, vt admonui, *d. num. 97.* At hîc loquimur, quando non adeſt niſi indicium, quòd mortuus fuerit in alicuius domo repertus. Nec etiam obſtet auctoritas Rom. & Nattæ cum allegatis, & inductis per eum *in d. conſ. 362. num. 3.* quos retuli *ſupra, num. 106.* & qui tacitè ſentire videntur, etiam homines bonæ famæ poſſe ex propoſito indicio torqueri.

† Quia † vel eorum opinio eſt falſa, aliter intellecta, quàm 113
ſuprà declaraui, vel ſaltem intelligi debet, quando perſonæ torquendæ, etſi non ſint infames, ſunt tamen viles & abiectæ, cùm textus ille, ſuper quo ſe fundat Rom. loquatur in ſeruis, prout etiam aduertit idem Natta *d. conſ. 362. n. 6. verſ. Præterea illud dictum Roman. poteſt intelligi.* Sequitur Franc. Perſonal. *de indic. & tort. d. n. 37. in fine, verſ. Vel ſaltem ſerui torquebuntur.*

LIMITA II. Dicti † octaui indicij concluſionem tunc de- 114
mum procedere, quando concurrit aliqua alia præſumptio, aliter non poterit deuenire ad torturam ex hoc ſolo indicio, quod remotum eſt, arg. eorum, quæ notant Docto. præcipuè Bart. *in l. fin. ff. de q.* & præſertim Marſil. ibi, *n. 4.* & alibi ſuprà dixi, ſic nempe ex hac ratione motus hanc poſuit limitationem Menoch. *de arbit. q. lib. 2. caſu 270. n. 22.* & faciunt in ſimili, quæ de mortuo reperto ante domum alicuius dicam *infra, in ſeq. indicio, n. 123.*

Contra † hanc limitationem faciunt omnes Doctores alle- 115
gati *ſuprà, nu. 99.* qui dum dicunt ex hoc indicio dominum domus torqueri poſſe, tacitè etiam ſentire videntur non requiri aliud indicium.

Pro concordia dic, † vt dixi in præcedenti limitatione: ſi 116
dominus domus torquetur non tanquam reus principalis, ſed tanquam teſtis veriſimiliter informatus, & tunc non requiritur aliud indicium, ſufficit veriſimilis ſcientia, & quòd recuſet dicere veritatem, vt in ſimili admonui *ſupra, n. 103.* Si verò torquetur, non tanquam teſtis, ſed tanquam reus principalis, & is fuerit malæ famæ, tunc omnes * conſentiunt quòd * 117
abſque alio adminiculo poſſit torqueri, vt etiam dixi *ſuprà, n. 104.* Si autem reus fuerit bonæ famæ, & tunc pariter etiam alio non concurrente poterit torqueri, quando Iudex ex loci qualitate dignouerit, quòd illud homicidium non poterat in ea domo ab aliis committi, quàm à domino domus, vel ab habitantibus in ea, cùm tunc ſatis dicatur concurrere aliud, videlicet qualitas loci, per ea quæ poſui *ſuprà, n. 106.* & 109. At iis omnibus ceſſantibus, dominúſque domus inquiratur non tanquam teſtis, ſed tanquam principalis, ſit bonæ famæ, & facile etiam eſſe poteſt, quòd ad illud perpetrandum homicidium etiam non domi habitantes interuenerint, & tunc iuxta Menochij ſententiam aliquid aliud concurrere debere veriſſimum credo. Aduerte bene ad hæc Lector, quia non alibi ſic bene explicata reperies.

LIMITA III. ex hoc indicio, † vt poſſit dominus domus 117
torqueri, quando is tempore patrati homicidij fuerit domi, vel ſaltem non appareat, quòd fuerit extra domum, quòd ſi probetur illum in domo tunc non fuiſſe, non vtique poterit torqueri, nec tanquam teſtis, nec tanquã reus. † Data enim 118
ignorantia delicti, quæ ex abſentia præſumitur, *leg. Tres fratres, ff. de pactis, l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & poſth. l. planè, ff. de excuſat. tut.* cum aliis relatis per Menoc. *de arbit. q. lib. 2. caſu 186. num. 16.* excluditur veriſimilis ſcientia, quæ facit teſtem torquere, ideo etiam excludi debet tortura. Rurſus pro-

bato, quòd reus tempore homicidij non erat in loco homicidij, dicitur probata negatiua homicidij, *l.optimam*, cum ibi notatis per Bald.& alios, *Cod.de contrah.empt.* Idcirco non solùm non est locus tort uræ, sed absolutioni: sic nempe in terminis video declarantem Brun. *in pract.de indic.& tort.part. 2.quæst.4.n.14.in medio*, qui & in idem allegat text. *in l.1.§. hoc autem Senatusconsultum.ff.ad Syllan.* qui bene hanc limitationem probare videtur, nec dissentit Foller. *d.verb.Capiat informationem, n.36.vers.Nisi probetur.*

119 LIMITA IIII. Vt† hoc indicium sic vt suprà declaratum, licèt sufficiat ad torturam, non tamen sufficit ad condemnatio-
* nem, & in hoc omnes* conueniunt, & in specie sic voluerunt Ang. *de malefic. in verbo, Quòd fama publica præceden. n.53.vers.Ludouicus autem*, Bolognin. *in addit.io.ad Guid.de Suzzar.de indicio, & tort.n.39.* Blanch. *de indicio, ad l.fin.ff. de quæst.n.299.* Foller. *in pract.crim.verbo, Item quòd suffocauit vxorem, n.10.in princ.*

120 NONVM indicium† sumitur, quando mortuus reperitur in via, & prope domum alicuius: dominus enim illius domus, penes quam mortuus reperitur, potest torqueri, non aliter, ac si in eius domo repertus fuisset, vt in præcedenti indicio, sic nempe etiam de mortuo reperto iuxta alicuius domum, post Bartolum, *in l.ædiles, de via public.* post alios quos allegant antiquiores, voluerunt Paris de Put. *in tract. de syndic. in verbo, tortus, capit. 3. Mandauit rex, n.14.* Ang. *de malefic. in verbo, Quòd fama public. præceden. n.51.* Ludou. Bolognin. ad Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. & tort. n.39.* Nouell. *in tract. ad defensam, rubr. an indicia pro reo danda sint, n.65. & in practica criminali, post principium, n.102. vers. Propinquitas occisi*, Carrer. *in practica crimin. in 2. tract. de indic. & tort. §. Decimumtertium indicium, n.2.* Blanch. *de indic. ad l.fin.ff. de quæst. n.298. & in pract. crim. in fine, in 4. parte defensionis, n.13.* Foller. *in pract. crim. in verbo, Item quòd suffocauit vxorem, n.11. & in verbo, Capiat informationem, n.32. ver. Et si fortasse quæratur, & n.35. vers. Verùm si contigerit*, Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tort. n.51. in princ.* Ioan. Mar. Monticell. *reg. crim. 9. n.3.* Menoch. *de arbit. quæst. lib. 2. casu 394. n.55. & in tract. de præsumpt. lib. 1. quæstione 89. n.92.* ex
* quibus sine dubio dici potest, ita* communiter à Doctoribus receptum esse.

121 LIMITA I. Huius † noni indicij conclusionem, vt procedat, dùmodo dominus illius domus sit homo malæ famæ, vel solitus similia committere, aliàs secus, vt per Parid. de Put. *in tract. de syndic. in verbo, tortus, cap. 3. Mandauit rex, n.14. ante medium*, vbi quòd hoc indicium multùm coadiuuat qualitas personarum, & magis expressè firmarunt Ang. *de malef. in dicto verbo, Quòd fama publ. præced. n.51.* & ibi Aug. *in addit. n.52. vers. Fateor tamen*, Ludou. Bolognin. *in addit.* ad Guid. de Suzzar. *de indic. & tort. num.39.* Rom. *in l.1.§. si quis in villa, n.4. ff. ad Syllan.* vbi quia hoc indicium procedit contra consuetum facere homicidium; aliàs secus. Nouell. *in tract. ad defensam, in rubr. an indicia pro reo danda sint, dict. n.65. & seqq.* vbi plurib. similibus comprobat hanc limitationem, *& in pract. crim. in princ. n.102. fol. mihi 55.* Carrer. *in d. 13. indicio, n.2. & num.5.* Foller. *dict. verbo, Capiat informationem, n.35. & n.39. in fin.* Blanch. *de indic. ad l.fin.ff. de quæst. n.298. in princ. vers. Hoc autem puto verum*, Boss. *in tit. de indicio, & considerat. ante tort. n.51. vers. Intelligo etiam*, vbi pariter declarat, dummodo dominus domus fuerit persona apta ad committendum illud maleficium, aliter secus, Ioan. Mar. Monticell. *reg. crim. nona, nu.2.* & faciunt in simili tradita *suprà, in præcedenti indicio, n.104.*

122 SVBLIMITA Hanc † primam limitationem non procedere, quando loco malæ famæ concurreret cum hoc indicio aliquod aliud indicium: nam tunc dominus domus, etiam quòd sit bonæ famæ, poterit torqueri, vt per Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tort. n.50. in fine*, & in simili dixi *suprà, num.108.*

123 LIMITA II. Vt † hoc solum indicium cùm remotum sit, de se solum non faciat indicium ad torturã: ideo sine aliqua alia concurrente suspicione, vel præsumptione, non potest dominus domus ex eo solo torqueri, sicuti post Rom. quem allegat *in l.2. ff. ad Syllan.* declarauit idem Paris de Put. vbi supra, *vers. tortus, cap. tertio, Mandauit ex, n.14. vers. Sed Ludouicus*, Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, Quòd fama publ. nu. 52.* vbi propterea dicit, quòd satis durum sibi videtur ex hoc solo indicio reum posse tormentis subiici, tum quia corpus mortuum non probat concludens testimonium, in quo loco cædes facta sit, cùm possit esse, quòd vno loco quis occidatur, & postea in alium locum cadauer conducatur, vt per Bald. *in l.tertia, §.primo, col.1. ff. de off. præfect. vigil.* & per Alber. de Rosate *in secunda parte statutorum, quæst. 170. incip. Talis quæstio disputata fuit per dict. Richardum*; tum etiã quia per hoc sequeretur, quòd ex vno indicio remoto à facto, quis posset torqueri contra doctrinam Bartol. *in l.fin. ff. de quæst.* quare, inquit ibi Aug. aliis concurrentibus poterit isto casu dominus domus torqueri, aliter secus, & hoc idem voluerunt Blanch. *de indic. ad l.fin.ff. de quæst. n.298. vers. Aduerte, & vers. Et istud eò magis putarem*, vbi pro adminiculo considerat inimicitiam, vel minas, Carrer. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §.13. indicium, num.2. & num.10. ver. Solus autem locus*, Boss. *dict. titul. de indic. & considerat. ante tort. numer.51. versic. Sed hoc intellige*, vbi considerat, quòd aliàs esset in potestate inimici occidere suum inimicum in vno loco, & postea illius corpus in alium locum transportando, culpam in vicinos innocentes coniicere, & faciunt pro hac limitatione ea, quæ in fortioribus terminis dixi *suprà, numer.114.*

Et † isto casu si concurrit mala fama rei, sufficiet pro ad- 124
miniculo, vt dixi *supra, n.121. iuncto n.104. & 116.*

LIMITA III. Vt † huius noni indicij conclusio non proce- 125
dat, quando dominus domus nullam habebat inimicitiam cũ occiso, nec vlla appareat causa, quare ipsum occidere voluerit: nam, vt paulò infrà dicam, cessante causa delicti, cessat etiam omnis delicti præsumptio, secundùm Bartol. *inter cons. crim. diuers. cons.8.n.8. vol.1. fol. & inter eadem cons.* Foller. *cons.138. num.13. eodem vol. & in pract. crim. in verbo, Item quod sororem venenauit. n.19. & in verbo, Capiat informationem, nu.45.* ideo in proposito, cessante causa ob quam possit Iudex præsumere, quòd ille dominus domus occiderit illum, qui penes eius domum mortuus reperitur, cessat etiam omne indicium inde resultans, vt in terminis voluit Blanch. *in pract. crim. in fine, in 4. parte defensionis, n.13.* vbi expressè dixit, hoc indicium tolli probando, quòd dominus domus nullam habebat inimicitiam cum occiso.

LIMITA IIII. † Vt † tunc demum oriatur indicium ex ca- 126
dauere reperto iuxta domum alicuius, quando illud cadauer reperitur multùm contiguum illi domui, aliàs non. Ita declarat post Parid. de Put. quem allegat Boss. *in tit. de ind. & considerat. ant tort. n.51. ver. Intelligo tamen.* Sed certè etiam isto casu propter vicinitatem resultat, qualequale indicium, de quo mox dicam in sequenti indicio.

DECIMVM indicium † resultat ex vicinitate: regula enim 127
iuris est, quòd homicidium, damnum, furtum, & generaliter delictum si nescitur à quo commissum fuerit, præsumitur cõmissum à vicinis, argument. text. *in l. dominus horreorum. ff. loca.* Bart. *in l. si quis ita testamento §. fin. de fun. instruct.* Paris de Put. *in tract. de Syndic. verbo, Tortus, cap. 3. Mandauit rex, lib. 3.* vbi etiam, quòd hoc indicium sumit vires à lege diuina, *Deut. c.21.* Ias. *in l. si quando, n.40. & seqq. Cod. vnde vi, & in l. in actionibus, n.40. colum. pen. ff. de in litem iurand.* Carrer. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §.13. indicium. n.3. vers. Nam vicinitas*, Brun. *de indic. prima parte, n.2. q.3.* Blanch. *in simili tract. de indic. ad l. fin. de quæst. nu.413.* Mars. *in pract. §. diligenter, n.97. in princ.* Boss. *in tit. de furt. n.64.* cum aliis relatis per Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. casu 222. n.5. & casu 394. n.54. & in tract. de præsumpt. li. 1. q.89. n.89. iuncto n.94. & 95. & lib. 5. præsumpt. 31. n.18.* Mascard. *de prob. lib. 2. concluf. 867. n.23. & concl. 831. n.13.* Bertazz. *cons. 320. n.3.* qui om-
nes* communiter dicunt, ex hac præsumptione oriri indiciũ * etiam ad torturam, & faciunt quæ inter indicia furti ponam *infrà, lib. 4. q...* de eo, qui solitus est conuersari in domo, vbi furtum factum est.

AMPLIA I. Huius † decimi indicij conclusionem, vt pos- 128
sit vicinus torqueri non solùm tanquam reus principalis propter præsumptionem delicti, quam habet contra se ex vicinitate resultantem, sed etiam potest torqueri tanquam testis verisimiliter informatus per regulam, quòd facta in vicinia vicinus † scire præsumitur, de qua *in l. si vicinis, Cod. de* 129
nupt. & in l. octaui. ff. vnde cogn. & in terminis per hanc rationem hanc

nem hanc firmauit ampliationē Brun. *de indic.& tort.part.1. quæst.3.n.2.in fin.* vbi testatur propterea quòd quando committuntur maleficia occultè, Officiales consueuerunt mittere pro vicinis, qui verisimiliter sciunt veritatem, quod & idem repetiit *in secunda parte,quæst.4.num.14.in fin.versic. Item si in maleficium*, vbi quòd si maleficium factum est in vicinia, torquētur vicini, quia præsumuntur scire veritatem dicti delicti, Foller. *in pract.crim.in verbo,Capiat informationem,n.31. versic. Et si fortasse quæratur,fol.22.* & ita omnes criminalistas obseruare testatur Vulpell. *cons.65.num.1.* & faciūt quæ in simili dixi suprà de homicidio domi commisso, *num.101. & seq.* & vide *infrà,in tract.de testib.quæst.79.num.40.*

130 Sed aduerte,quòd istà ampliatio recipit omnes illas restrictiones, quas admittit regula illa, quòd vicinus præsumatur scire facta vicini, de quibus per Duen. *regul.125.* Nouel. *regul.237.* Mascard. *de probat.lib.3.conclus.1406.* Menoch. *de præsumpt.lib.6.præsumpt....*

131 LIMITA I. Huius † decimi indicij cōclusionem, vt procedat,quādo vicinus erat homo malæ famæ,vel solitus similia committere,secus si sit bonæ famę:nam tunc ex hoc solo indicio,nisi alia concurrant; torqueri non potest, secundùm Marsil. *in pract.§.diligenter,num.97.* vbi alios adducit concordātes, quos & alios refert Brun. *de ind.& tort.part.1.quæst.3. num.3. versf. Prædicta tamen tempera.* vbi in hoc plurimùm esse attendendam qualitatem personarum arbitratur Blanch. *de indic.ad l.fin.ff.de quæst.num.413.* Carrer. *in pract.crim. n 2.tract.de indic.& tort.§.13.indicium,num.10. versf.Solus autem locus*, Foller. *d.verbo,Capiat informationem,n.35.* Vulpell. *dicto consil.65.num.2.& 3.* vbi quòd iure cautum non reperitur,quòd ex sola vicinitate torturę locus esse possit,nisi alia cōcurrant,vel nisi reus in eadem specie mali sit malæ famæ, vt per Iason. *in dict.l.actionibus, col.pen.num.40.ff.de iureiur.* & per Boss. *in tit.de furt.num.64.* Nec obstet,inquit Vulpellius ibi,text. *in l.dominus horreorum,ff.loca.* cum ibi notatis per Bartol.Bald.& reliquos,quia text.ille loquitur in seruo,& sic in persona vili,& abiecta. Item seruus ille habebat notitiam domus commissi furti, & in ea versabatur, & sic plura concurrebant,vnde non inferendum,quando non adest nisi sola vicinitas, vt ibi per eum. Addo pro hac etiam limitatione Menoch. *de præsumpt.lib.1.quæst.89.nu.89.& lib.5 præsumpt. 31.num.22.* Mascard. *de probat.conclus.831.num.14.lib.2.* & faciunt Doctores allegati in præcedentibus indiciis, *suprà, num.104.114.121.& seqq.*

132 LIMITA II. Vt † conclusio non procedat,quando fuerit probatum, quòd ille occisus habebat inimicitiam extra viciniam:nam tunc præsumitur contra inimicum, & non contra vicinū:sicut post Innocen.& Carrer. *in pract.crim.in 2.tract. de indic.& tort.§.13.indicium,num.3.* quos allegat,affirmauit Menoch. *de præsumpt.lib.1.d.q.89.num.93.*

133 VNDECIMVM indicium † oritur contra eum,qui tempore maleficij,vel incōtinenti post,inuentus est in loco maleficij,secundùm Parid.de Put. *in tract.de syndic.verbo,tortura,cap.2.incip.si quis inuentus,nu.1.* vbi quòd hoc est violentum argumentum per text. *in l.1.§.quid ergo,& §.hoc autem, & §.eodem,ff.ad Syllan.* quod & idem voluerūt Abb. *in c.cum non ab homine,nu.19.extra de iudic.* Blanch. *de indic.ad l.fin. ff.de quæstio.n.295.296.& 300.* vbi post Bartol.Ang. *de malefic.* & alios quos allegat, apertè dicit, quòd ex hoc indicio tanquam propinquo potest reus torqueri, præsertim si penes mortuum repertus fuerit armatus cum cultello, Nouell. *in pract.crim.in princ.num.107.* Carrer. *in pract.crim.in 2.tract. de indic.& tort.in 13.indicio,nu.11.in princip.* vbi de eo,qui visus fuit firmatus cum ense in loco maleficij, *& in 35.indicio,per totum*, vbi quòd deprehēsus in delicto,siue sit laïcus, siue clericus,potest torqueri,Foller. *in pract.crimin.in verbo, Dentur capitula,quòd suffocauit vxorem,num.12.* Menoch. *de præsumpt.lib.1.quæst.89.num.100.iuncto num.134.*

134 AMPLIA Hoc † indicium procedere non solùm quando quis est inuentus in loco maleficij, sed etiam quando in loco propinquo ipsi maleficio, secundùm Parid.de Put. *vbi suprà, d.c.2.n.1.versf. Si autem reperiatur*, argum.text. *in l.addles, in princ.ff.de via publ.l.pen.§.1.ff.de flum.l.fin.§.si quis,ff.de muner.& honor.& l.si locus,§.cùm viam,ff.quemadm.seruit.amit. & §.item si putator*, ibi, *prope viam, Inst.ad l.Aquil. & c.si ciuitas,de sent.excomm.in 6.* quibus iuribus probatur paria esse,

quid fieri in vno loco, vel in alio illi propinquo, quod & idem affirmarunt Blanch. *de indic.ad l.fin.ff.de quæst.nu.301. in princip.* Carre. *in pract.crim.in d.13.indicio,n.13.* Menoch. *de præsumpt.lib.1.d.q.89.num.134.in fin.*

LIMITA Præcedentē ampliationem,† vt procedat,quādo 135
quis inuenitur in loco multùm propinquo, & quasi cōtiguo loco maleficij,secus si in remoto, vel non ita propinquo,aut contiguo, arg.text. *in c.1.de consecr.Eccles.in 6.* † Et tamen 136
etiam repertus in loco propinquo non habet cōtra se tantam præsumptionem, ac si fuisset repertus in loco ipso maleficij, sed tantùm pro vicinitatis,& distantiæ quantitate, arg.text. *in l.3.§.1.ff.de ambi.& l.pro locus,C.de ann.& tribut.lib.10.& l. penult. Cod.de suscep.& arcar.eo.li.* per quæ iura sic expressè declarat Paris de Put. *verb.tortur.c.2.Si quis est inuentus,n.1. versf.Quod est verum*, sequitur Blanch. *de indi.post d.n.301.*

LIMITA modò † huius vndecimi indicij propositam con- 137
clusionem, vt sola inuentio in loco maleficij de se non faciat contra inuentum indicium ad torturam, nisi vltra inuentionem concurrat etiam insolita armorum delatio, prout de armato inuento loquuntur ferè Doctores omnes suprà citati, *n.133.* vel si fuerit homo malæ famæ,& solitus similia committere,aut aliquod aliud indicium concurrat: tunc enim,vt præmittitur, oritur indicium ad torturam, aliter oritur solùm quædam præsumptio sufficiens ad capturam, vel ad inquisitionem, non autem ad torquendum, vt per Blanch. *de indic. d.nu.301. versf.indicium hoc*, Carrer. *in pract.crim.in 2.tract. de indic.& tort.in 13.indicio,num.11.iuncto n.13.* Menoch. *de præsumpt.lib.1.d.q.89.nu.100.* & faciunt pro hac limitatione, quæ in simili dixi *infrà,num.142.*

DVODECIMVM oritur † indicium contra eum,qui ante 138
delictum patratum visus fuit pertranssire, & deambulare in ea via,& loco,in quo fuit postea cōmissum maleficium,putà homicidium:nam si ignoretur occisor,præsumitur, quòd ille occiderit,secundùm Bart. *in l.fin.n.3.ad fin.ff.de quæst.* Salic. *in l.fin.nu.9.in fin.versf.Et visus fuit illo sero,C.eod.* Paris de Put. *in tract.de synd.in verbo,tortus,cap.3. Mandauit rex,n.13.in fin.versf.Sicut si quis fuit visus,& in verbo,Tortura,cap.5.Viso de indiciis inhabitatis,ante n.1.versf.Vel si quis visus fuit*, Nouell. *in pract.crim.in princ.num.59.& in tract.ad defensam.in rubr. An indicia pro reo danda sint,n.63.* Fran.Cason. *de indic. tract.3.c.2.n.2.& 3.* Blāc. *de indic.ad l.fin.ff.de q.n.70.& seq.* Aym. *cons.115.nu.5.* Boss. *in tit.de indic.& consider.ante tort. n.51.versf.Et idem tenet*, vbi quòd Doctores *in cap.3.loco,extra de probat.* communiter* sequuntur doctrinam Bart. *in d.l. fin.ff.de quæst* Mascard. *de probat.lib.1.concl.131.n.45.* *

Et † non solùm contra sic transeuntem oritur indiciū ho- 139
micidij, si occisor ignoretur, sed si appareat illum occidisse, præsumitur quòd deliberatè,& præcogitatè occiderit, vt per Nouell.Cason.& Blanchum in locis præcitatis.

AMPLIA Huius † duodecimi indicij conclusionem,vt & 140
idem sit in eo,qui frequētat locum,& viam,in quo quis occisus fuit, seu aliud maleficium patratum extitit: nam quòd ille sic frequentans occiderit, præsumendum est, sicuti post Rayner. *in l.iusto errore,ff.de vsucap.* communiter* scripserūt * ibi Doctores omnes, ac præsertim Ang.de Petrus. *in versic.in textu, Publicè interfuit,&c.* & Imol. *n.4.* Paris de Put. *de synd. in verbo,tortura,cap.2.incip.Si quis est inuentus,n.1.versic. Et dixit Bart.* Rom. *in d.l.1.§.si quis in villa,n.5.ff.ad Syllan.* Ang. *de malef.in verbo,Fama publica,n.50.* & ibi August. *in addit.* Blanch. *de indic.ad l.fin.de quæst.n.72.& seqq.vsque ad n.76.* Carrer. *in pract.crim.in 2.tract.de indic.& tort.nu.13.& 26. indi....num.1.* Nouell. *in pract.crim in princ.n.60.& nu.102.* & in forma inquisitionis contra fures, *num.10.& in rubr.de modo,& forma citandi reos,nu.26.* Foller. *in pract.crim.verbo, Capiat informationem,num.39.* Franc.Cason. *de indic.tract 4. cap.9.* Ludou.Bologn.in addit.ad Guid.de Suzzar. *in tract.de indic.n.39.* Marsil. *sing.378.sub n.4.* Menoch. *de arbitr.q.lib.2. casu 261.n.44.de præsumpt.lib.1.quæst.89.sub nu.89.& 126.* Mascard. *de probat.lib.1.conclu.98.num.15.& lib.2.concl.838. n.10* ex quibus sine dubio potest dici,hanc ampliationē communiter* esse à Doctoribus receptam,prout de communi te- *
statur Boss. *in tit.de indic.n.51.versf.Et idem tenet.*

Et aduerte,† quòd hæc conclusio procedit,nedum quan- 141
do non apparet de occisione, vt contra illum de homicidio faciat,vt dixi,indicium,sed etiam si de occisione apparet,quia

tunc pariter faciet indicium de præcogitatione, & deliberatione, vt per Blanch. Nouell. Cason. & Menoch. *in locis præcitatis*, & dixi in simili *suprà num.* 139.

142 LIMITA I. Huius † duodecimi indicij cõclusionem sicut suprà ampliatam, vt procedat, quando transiens, seu frequentans viam, in qua homicidium, seu aliud delictum commissum est, fuerit persona malæ conditionis, & famæ, vel solitus similia committere, secus si sit bonæ famæ: nam tunc transitus, & frequentatio loci non facit contra ipsum sufficiens indicium ad torturam, nisi aliquid aliud concurrat, secundùm Imol. *in dict. l. iusto errore, num.* 5. *versic. Maximè si talia consueuerit facere, iunct. versic. Tu potes dicere, ff. de vsucap.* quem in proposito sequuti sunt, Blanch. *de indic. ad l. fin. ff. de quæst. num.* 71. *in fin. iunct. num.* 76. Angel. *de malef. dict. verbo, Quod fama publica præceden. num.* 50. *versic. Intellige tamen*, & ibi August. *in addit. versic. Fateor tamen*, Rom. *in dd. l.* 1. §. *si quis in villa, num.* 4. *&* 5. *ff. ad Syllan.* Nouell. *in tract. ad defensam, in rubr. an indicia pro reo danda sint, nu.* 63. *in fin. & in pract. crimin. in princip. num.* 59. Carrer. *in pract. crimin. in* 2. *tract. de indic. & tort. in* 13. *indicio, num.* 1. *& num.* 5. *& in* 26. *indicio, num.* 1. *versic. Dum tamen sit homo, &c. & num.* 2. *versic. Limita*, vt per Imolam, Ludou. Bolognin. *in addit. ad Guid. de Suzzar. in tract. de indic. nu.* 39. *versic. Tamen intellige*, Foller. *dict. verbo, Capiat informationem, num.* 39. *in fin.* Mascard. *de probat. lib.* 1. *concluf.* 98. *num.* 15. *& num.* 31. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 126. *& seqq.* Ex quibus sine dubio * etiam dici potest, hanc limitationem esse communiter * à Doctoribus receptam.

143 LIMITA II. Vt † eadẽ conclusio procedat in eo, qui non est solitus frequentare, ac transire per illam viam, vbi maleficium est cõmissum: sic enim de insolito transitu, & frequen- * tatione loquuntur communiter * Doctores allegati *suprà, num.* 138. Vnde secus in eo, qui solitus est illac transire, vel tũc temporis habuerat aliquam iustam causam sic transeundi, & frequentandi illam viam. Sic enim in specie hanc materiam declarant Imol. *in dict. l. iusto, per n.* 4. ibi, *vel qui consueuerat per stratam transire, ff. de vsucap.* Blanch. *de indic. ad l. fin. ff. de quæst. post dict. n.* 76. Nouell. *in tract. ad defensam, in rubr. an indicia pro reo danda sint, post num.* 63. *versic. Tu tamen dic*, vbi propterea infert, hoc indicium tolli si reus probauerit, vel consuetudinem transeundi, & frequẽtandi illam viam, vel quòd volens accedere ad domum suam, Ecclesiam, plateam, aut similem locum, non poterat aliunde transire quàm per illam viam, Carrer. *in pract. crim. in secundo tract. de indi. & tort. in* 13. *indicio, num.* 24. vbi etiam in idem allegat Ioan. de Amic. *in cons.* 7. Mascard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 98. *num.* 15. *iuncto num.* 31. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 89. *num.* 127. & * pariter hæc limitatio est * communis.

144 DECIMVMTERTIVM indicium † oritur ex causa delicti: nam qui causam delinquẽdi habuit, is nempe deliquisse præsumitur, secundùm Franc. Cason. *de indic. tract.* 2. *capit.* 1. *num.* 2. *& cap.* 3. *num.* 1. 2. 6. *&* 7. vbi magistraliter loquendo dicit, quòd in causis criminalibus duæ insunt circumstantiæ, quis scilicet fecerit, & quamobrem fecerit: si enim quis fuerit interfectus, & ignoratur à quo, is præsumetur interfecisse, qui interficiendi causam habuit, & sic quando delinquens ignoratur, Iudex illum per causas quæret, quia causæ non solùm indicant propositum, sed etiam reum, vt ibi per Cason.

145 Causæ autem, † quibus quis ad delinquendum moueatur, quæ sint, si scire volueris, videas per eundem Cason. *vbi suprà, tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. *& sequentib.* vbi primò declarat, quid in proposito sit causa: deinde quotuplex sit causa. Circa primum dicit, quòd causa propriè dicitur id, ex quo, vel propter quod aliquid fit. Circa secundum pariter, & in proposito dicit causam esse duplicem, vnam impulsiuam, aliam verò ratiocinatiuam. Impulsiua causa est ea, quæ sine aliqua cogitatione per quandam animi effectionem hominem ad delinquendum hortatur, vt amor, iracundia, ægritudo, violentia, & cætera similia, in quibus animus ita videtur affectus, vt rem perspicere cum cura, & consilio non potuerit, hominémque ad delinquendum impellit potiùs quodam impetu, quàm cogitatione. Ratiocinatiua autem causa, inquit Casonus, ibi, est diligens, & considerata delinquendi cogitatio, vt si propter amicitiam, propter vindictam, propter odium, propter spem, propter dolorem, propter metum, propter gloriam, propter honorem, propter dominationem, propter commodum, propter pecuniam, propter incommodum, propter lucrum, propter libidinem, & iis similia, de quibus etiam videre poteris eundem Cason. *dict. tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *& sequent. & cap.* 3. *num.* 3. Foller. *inter consil. criminal. diuers. consil.* 138. *num.* 13. *lib.* 1. *in folio, & in pract. crimin. in verbo, Capiat informationem, nu.* 45. Blanch. *de indic. ad l. fin. ff. de quæst. n.* 255. *& seq.* vbi & ipse etiam bene loquitur in materia.

AMPLIA I. Huius † 13. indicij conclusionem, vt procedat etiam nulla existente causa, dummodo tamen delinquens putasset causam adesse, vtputà, credebat Caius per mortem Titij succedere in illius hæreditate, mortuo Titio præsumptio est contra Caium, qui de tali successione sperabat, etiam quòd re vera de iure nõ potuisset succedere, vel quia alius aderat proximior, vel ob aliam causam, vt per Franc. Cason. *de indic. dict. tract.* 2. *cap* 3. *num.* 3. *vers. Nihil tamen refert*, vbi inquit, nihil refert non fuisse, aut incommodi, dummodo ostendi possit, inquisito ita visum esse. Iudex enim animaduertit quo animo, quid quisque faciat, non autem quo euentu vtatur, *l.* 1. §. *si quis instrumenta, C. de Lati. libert. tollen.* cum aliis ibi per eum allegatis. 146

AMPLIA II. Vt † & multò magis hoc indicium procedat, quando inquisitus de sui natura est inclinatus in illam causam, propter quam deliquisse imputatur, vtputà in causa amoris, si probetur eum esse luxuriosum, & libidinosum: in causa honoris, si probetur eum ambitiosum: in causa odij, si probetur eum vindicatiuum: in causa pecuniæ, si probetur eum auarum, & iis similia, tunc, inquam, hoc indicium tantò magis operabitur, vt per Cason. *de indic. dict. tract.* 2. *eodem cap.* 3. *num.* 11. 147

AMPLIA III. Vt † & hoc indicium magis afficiat, quando apparet neminem aliam habuisse causam delinquendi, vt per Franc. Cason. *de indic. dict. tract.* 2. *cap.* 3. *num.* 5. † Et facit, quia quando nemo alius imputatur de delicto, quàm ille, qui est inquisitus de eo, aut carceratus, augentur indicia contra ipsum reum, vel carceratum, vt per Socin. *consil.* 54. *circa finem, lib.* 3. Bald. *consil.* 427. *num.* 5. *in vlt. volum.* quem refert, & sequitur Bonacos. *in commun. opin. criminal. part.* 2. *versicul. Indicia debent præcedere, in fine, folio mihi* 36. *col.* 1. *in princ.* 148 149

AMPLIA IV. Vt † sicut causa delicti existente præsumitur delictum contra aliquem: ita pariter cessante in aliquo causa delicti, cesset etiam omnis delicti præsumptio, vt voluit Bart. *inter consil. crimin. diuers. consil.* 8. *num.* 8 *lib.* 1. *in fol.* vbi, quòd hæc ampliatio est fundata in naturali ratione, quam sufficit pro ratione allegare, *leg. cùm ratio, ff. de bonis damn.* & post Bartol. hoc idem voluerunt Foller. *inter eadem cons. consil.* 138. *n.* 13. vbi quòd nunquam quis præsumitur delinquere, nisi ex causa honoris, vindictæ, aut libidinis explendæ, ex Castren. quem allegat *in l. fluminum,* §. *fin. ff. de damno infecto, & in l. altius, ff. de seruit.* idem Foller. *in pract. crim. in verbo, Item quòd sororem venenauit, post num.* 19. Grammat. *consil.* 42. *num.* 10. *in fin.* Franc. Cason. *de indic. tract.* 1. *cap.* 9. *num.* 2. Bertazzol *cons.* 556. *num.* 20. *& sequentib. lib.* 2. & quidem hæc præsumptio pro innocentia rei est fortissima, dixi suprà, *quæst.* 50. *num.* 13. & faciunt quæ posui *in tituł. de temperan. quæst.* 189. *num.* 45. vbi probaui doli præsumptionem cessare, quando nulla potest excogitari causa quòd quis dolum commiserit. 150

LIMITA I. Hoc 13. indic. † quia causæ delicti ad hoc, vt probent, debent esse probatæ in processu in specie, non autem in genere, & testes deponentes in genere, non autem in specie super dictis causis nõ probant, ad notata per Doct. *in cap. cùm oporteat, de accusa.* in specie sic voluit Fran. Cason. *indic. tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. *&* 6. & faciunt, quæ in simili de inimicitia dixi *suprà, quæst.* 49. *num.* 127. 151

LIMITA II. Quia ad hoc † vt causæ delicti faciant contra reum indicium, debent esse graues, & non leues, vt per Fran. Cason. *vbi supr. de indic. tract.* 2. *c.* 3. *n.* 8. *& seq.* vbi dixit, quòd quando quæritur quis occiderit grauiores requiruntur causæ, quàm quando quæritur, an ex proposito occiderit. Ratio diuersitatis est, quia primo casu nemo præsumitur ex leui causa hominem occidere. Secundo autem casu, quando constat, quòd occidit, leuior sufficit causa ad indicandum pro- 152

positum,

positum, quia lex propter effectum malum sequutum, omne malum præsumit de homicida, *l. qui cædem, C. de sica.* addo pro hac eadem limitatione Blanch. *de indic. ad l. fin. ff. de quæst. n.* 130. Bertaz. *cons.* 556. *num.* 22. *lib.* 2. Masc. *de prob. li.* 2. *concl.* 904. *n.* 21. vbi quòd causæ huiusmodi debent esse verisimiles, & faciunt quæ in simili de inimicitia leui & non graui dixi *supr. hoc eod. tit. q.* 49. *n.* 101.

153 LIMITA III. Quia ex hoc solo † indicio, tanquam remoto, nisi reus fuerit malæ famæ, aut illius loco quid aliud concurrat, etiam quòd causa sit grauis, non potest deueniri ad torturam, ex iis quæ de inimicitia dixi *supra, d. quæst.* 49. *num.* 102.

154 DECIMVMQVARTVM indicium, †& illud quidem ad torturam sufficiens oritur contra eum in cuius aspectu occisi cadauer sanguinem emittit secundùm Parid de Put. *in tract. de syndi. in ver. tertius, c.* 3. *incip. Mandauit rex, ad finem, n.* 29. *vers. Si occisus exhibeatur*, vbi refert Ang. *in tit. de homic.* testantem ita contigisse in quodam Ægyptiaco & ita etiã ipse testatur Romæ contigisse tempore quo fuit occisus Cardinalis sancti Marci, & propterea talis sanguinis emissio, quæ secundùm eum miraculo ac diuinæ reuelationi tribuenda est, faciet magnum indicium sumptum, tum ab experientia quæ est rerum magistra. *caput. cum sit, de elect. in 6. clemen. prima, de ætate & qualit.* tum etiam à communiter accidentibus, *l. neque natales, C. de probat. cap. sl Iudæos, extra de indic.* cũ aliis per eum allegatis, & post Paridem de hoc idem affirmarunt Marsil. *in pract. §. diligenter, n.* 181. *ad finem, ver. Et memini me alias*, vbi pariter testatur, ita aliàs contigisse tempore quo erat Gubernator Ciuitatis Albinganæ, Boër. *decis.* 166. *num. primo*, vbi pariter dicit, quòd hoc erit indicium magnum, & reprehendit Marsil. vbi suprà allegatum, qui noluit adhiberi fidem tali indicio, *dict. num.* 181 *ad finem*, affirmátque in Burdegalensi Curia vidisse processum per quem apparebat puerum à matre interfectum octo diebus post (matre eum inspiciente) sanguinem ex naribus emisisse, & etiam in alio processu alium mortuum duobus post mensibus exhumatum sanguinem ex plagis (homicida super eum transeunte) emisisse, & hæc contingere asserit ex Petro de Apono *in suo commentar. super problemat. Aristot. in septima parte, problemat.* 6. *columna secunda, versiculo, Deinde sic dicente: Aut quia ex vulnere recenter interfectum iam constricto sanguine fluxus sanguinis demum si ab interfectoris præsentia ex eo, quòd accedit ex motu impresso ab interfectore ad interfectum virtute suæ fortis imaginationis & furia: dicunt enim impressisse eum spiritus inimicitiæ succensos in interfectum tempore interfectionis, qui ad præsentiam interfectoris moueantur ex interfecto suo ad interfectorem suum, vnde exierunt, propter quod causatur motus in corpore interfecti, & vulnera sic sanguinem emittunt.*

Hæc ibi Boërius, Blanch. *de indic. ad l. si. ff. de quæst. numer.* 408. vbi dixit, quòd hoc est magnum indicium, & quòd ita * se habet communis* hominũ sermo, quòd videlicet per præsentiam occisoris cadauer emittat sanguinem, & quòd ista sanguinis emissio non prouenit ob incantationem, seu sortilegium, sed est quoddam à natura insitum, de quo ratio reddi non potest, Carrer. *in pract. in 2. tract. de indiciis, & tortur. in 27. indicio, num.* 2. vbi quod est verum indicium, & quod ita aliàs expertus fuit, Nouell. *in pract. crim. in prin. num. nonagesimoquarto. fol. mihi quinquagesimotertio*, vbi quòd ita aliàs vidit in quodam cadauere, dum esset Iudex maleficiorum Tarni, idem Nouell. *regul.* 184. *incip. Sanguis interfecti*, vbi etiam quòd hoc euenit in Ciuitate Venetiarum, dum esset assessor Clarissimi D. Federici Raynerij, *anno* 1531. & idem quoque accidisse in multis Italiæ locis, Ant. Gomez. *variarum resol. tomo tertio, c. decimotertio, rub. de tort. reorum, numero decimoquinto*, vbi dixit, quòd hoc indicium est sufficiens, vt reus torqueatur, & capiatur, secundùm Nicolaum Florentinum *sermo. quinto, tract. primo, capit. sexto*, qui testatur, quòd suo tẽpore sanguis emanauit in præsentia interfectoris, & ex hoc fuit captus, & tortus, & confessus est delictum, & diffinitiuè condemnatus, idem etiam voluisse affirmat Conciliatorem *in sectione, seu partic. 7. problemat. 6.* dicentem hoc idem contigisse Venetiis tempore suo, & adducentem ad id rationes naturales, & philosophicas, vel hoc prouenire ex motu, & voluntate diuinæ iustitiæ, & demum idem Gomez. in loco præcitato testatur suis temporibus idem contigisse in oppido Ledesma, anno 1546. & vidisse processum originaliter, in quo quidam mutus, & frater eius in itinere publico quendã interfecerant causa deprædandi, & torti confessi sunt, & ad pœnam mortis condemnati, antequam morti traderentur, positis coram occiso ex eius cadauere sanguis effluxit, Menoch. *de arbit. quæst. lib. 2. casu* 170. *n.* 16. & 17. vbi quòd hoc indicium est credibile & proximũ, & qua ratione id eueniat, optimè explicat Hieronym. Maggius *lib.* 3. *Miscell. capitul. quinto*, quem etiam refert & sequitur idem Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q.* 89. *n.* 128. addit & idem Mascar. *de prob. lib. 2. concl.* 867. *n.* 24. Bertaz. *cons.* 320. *n.* 6. *lib.* 2. & ibi Claud. *in addit. littera A*, vbi doctè admodum more suo loquens ex Lęuino Lemnio (quem allegat) *in lib. 2. de occult. natu. miracul. c. septimo*, huius rei rationem inuestigans, affirmat facinorosum, ac patrati sceleris reum antipathia quadam, hoc est, dissensione, tacitáque discordia ex confosso cadauere sanguinem elicere posse.

Et † inde etiam quandoque contigisse, vt amici occisi, ac 155
etiam òccisores conspecto occisi cadauere, ex subita consternatione sanguinem ex naribus emittant. *Quia facultates naturales, ac mentem vehementer concuti, ac percelli contingat, humoresque non consistere, sed vltrò citróque commeare, qua perturbatione efficitur, vt ex continenti intuitu sanguis vel inuitus scaturire incipiat.* Hæc ibi Claudius ex Læuino Lemnio vbi suprà, ex quibus hanc conclusionem satis communiter* à * Doctoribus receptam esse dici potest.

LIMITANDO præmissa aduerte, †quòd licèt ex præcita- 156
tis Doctoribus aliqui dicentes, hoc indicium esse magnum, verum, verisimile, credibile ac proximum, tacitè etiam sentire videantur, & aliqui expresè affirment illud esse sufficiens ad torturam: veritas tamen est, quòd de se solum ad torturam minime sufficiat, secundùm Anton. Gomez. qui ita in practica fore seruandum consuluit *in d. c. 11. de tortura reorum, n.* 15. *ver. Sed salua meliori iudicio*, vbi huius limitationis triplicem reddit rationem. Primò, quia hoc indicium est nobis incertissimũ, & ex causis nobis incognitis & valde remotis prouenions. Secundò, quia tortura est actus grauissimi præiudicij. Ideo stante incertitudine prædicta sanctius est nocentem impunitũ relinquere, quàm innocentem condemnare, *l. absentem ff. de pœnis*. Tertiò, quia licèt indicia sint arbitraria, debent tamen nobis esse certa ex aliqua extrinseca & cognita præsumptione: sed istud indicium nullo iure, vel causa, quæ iuridicè concludat nobis constat: ergo non valet, nec ex eo reus venit torquendus, vt ibi per Ant. Gomez. & ante eum hoc idem etiam fuisse videtur de mente Marsil. *in pract. §. diligenter, d. n.* 181. *in fi.* vbi propterea dicit, in cõtingenti casu se non præstitisse fidem huic indicio, quod nullibi in iure probatur, sed aliis superuenientibus indiciis, illum reum postea capi fecit, & ei tortura illata confessus est, vnde fama concurrente, minis, inimicitia, aut alio adminiculo, tunc inquam oriri in proposito indicium ad torturam, dixit Nouel. *in pract. crim. in prin. n.* 64. *& reg.* 184. *in fi.* refert Masc. *de prob. concl.* 867. *n.* 24 *in fi. li.* 2. Nec dissentit Claud. ad Bertaz. *d. cons.* 320. *in addit. littera A, in fi. ver. Crederem tamen.* vbi magistraliter dixit, quòd licèt Iudex istis effectib. tanquam naturalib. fidere debeat: debet etiam in proposito naturæ vicissitudinem ac mutabilitatem, causarúmque, & casuum incertitudinem ac varietatem agnoscere, & sic tacitè sentit, nonsemper huic indicio esse dandam fidem. vnde si Iudex essem, cum Ant. Gom. vbi suprà, nunquam ex hoc solo indicio reum ponerem in tortura. Et quòd hoc indicium non sufficiat ad torquendum, sed tantummodo ad inquirendum: dummodo etiam sanguis in cadauere emittatur infra septem horas post mortem occisi, & non aliàs defendit Franc. Cason. *in tract. de indic. & tort. in præmissis, c.* 3. *rub. de sanguine profluente, n.* 1 *& seqq.*

DECIMVMQVINTVM Indicium † oritur ex acclama- 157
tione aut vociferatione: si enim mulier, aut alius in aliqua domo auditus fuit clamare, seu auxilium implorare, nascitur indicium, quòd is vim patiatur de vulnere, de percussione, de stupro, aut quid simile ex iis quæ post alios quos allegant, scripserunt in proposito Blanch. *de indic. ad l. fin. ff. de quæst. n.* 290. Carrer. *in pract. crim. in 2. tract. de ind. & tort. in 22. indic. in pract. & in fine. & rursus in* 32. *indicio*, Nouel. *in pra. cri. in prin. n.* 111. *fol. mihi* 63. Petrasan. *sing. octauo. n.* 3. Marc. Mant. *sing.* 4. *Vnusquisque fi, post n.* 13. *ver. Quia si puella est inuenta plorans,*

plorans.Masc.*de prob.lib.*1.*concl.*15.*n.*1.*& lib.*2.*concl.*830.*nu.* 13.*in fine*, & ante istos sic etiam scripsit Bal. *in l.*1.§.*potuisse*, per illum tex.*ff.ad Syllan.*

158 AMPLIA Huius † decimiquinti indicij conclusionem, vt multò magis procedat,si acclamante,& vociferante eo, qui vim patitur, visus sit aliquis exire, & fugere ex ea domo, in qua audiuntur acclamationes & vociferationes huiusmodi, nam tunc augetur indicium contra illum sic exeuntem & fugientem,vt per Carrer.vbi *supra*,*in d.*22.*indicio*, Blanc. *dicto n.*290.Nouel.*dicto n.*111.*& in rub.de modo & forma citandi reos num.*25.*fol.mihi* 87.Masc.*de probat.lib.*1.*a.concl.*23.*nu-*

159 *mero* 2.Menoc. *de præsump.libro primo*, *quæstio.*89.*num.*119. †Imò secundùm Carrer.& Mascard.in locis præcitatis,ex ista fuga,iuncta acclamatione,inducitur probatio contra fugientem,quod non credo verum.

160 LIMITANDO Hoc †decimumquintum indicium aduertas, quòd sola acclamatio, seu vociferatio vim passi probat violentiam,& sic delictum,seu illius corpus,per ea quæ in simili de furto,& illius corpore dixi in *primo libro*,*quæstione secunda*,*num.*17.sed non probat delinquentem. Me magis declaro sic:Inquiritur Titius de stupro in Meuiam, probantur acclamationes & vociferationes Meuiæ, tempore quo prætenditur stuprata, Ergo Titius est indiciatus ad torturam ex his acclamationibus & vociferationibus? certè non, quia illæ non inferunt delinquentem, sed delictum: & ideo si iudex vult tractare de tortura Titij, debet inquirere contra ipsum particularem indicia, putà fugam, vt suprà in præcedenti ampliatione, aut quid simile, & hæc non habent difficultatem,licèt à Doctoribus non fuerint considerata.

161 LIMITA II. Vt † cùm hoc indicium sit remotum à delicto, vt de se patet:ideo sicut alia indicia remota,probandum est per duos testes, vt in specie voluerunt glos. *in l.fin. C. famil.erciscũ.& in l.fin.in fine*,*in verbo excepto*,*C.de caduc.tollen. & in Authen.de testam.imper. in princ.* Pertrasanc. *dicto sing. octauo*,*ad finem*,*vers.& ad probandum*, Alexand. *cons.*71. *col. fina.libro quarto*,*& cons.*41.*ad finem*,*libro tertio*, Aym. *cons. secundo*,*num.nono*,*& seqq.*quos in proposito referendo sequitur Mascard.*de probat.li.*1.*d.concl.*22.*n.*1.*& libro* 2.*con.*830. *num.*14.

162 SVLIMITA Hanc † secundam limitationem,quia acclamatio probatur per duos testes, etiam quòd acclamantem non viderint;dummodo tamen illius notam vocem habeant, iuxta illud *Exod.ca.*22.*& cap.decimooctauo*.Iudi.ibi, *Agnoscetis vocem adolescentis*,& li.1.Regum,*c.*27.*circa finem*,ibi, *Cognouit Saul vocem Dauid*,& Gen.*c.*27.ibi, *vox quidem Iacob est*,& ex nostris ita scripserunt,gl.*in l.*2.§.*idem Labeo*,*il primo. in verbo*,*Audiuerunt*,*ff.de aqua pluuia arcen.*Bal.*in l.Conuẽticulam*, *C. de Episc. & clericis*.cum aliis relatis per Masc. *d. concl.*22.*n.*1.*vers.Amplia etiam*,*& num.*2. vbi etiam declarat optimè, quomodo in casu nostro testes debeant deponere & reddere concludentem rationem eorum depositionis,de qua re latiùs dicam *infra in sequent.titul. de oppos. contra testes*, *in materia testis de auditu.*

163 DECIMVMSEXTVM indicium †oritur ex præparatione armorum,equorum,pecuniæ, seu alterius rei vel instrumenti ad delinquendum inferentis,per ea quæ in proposito scripserunt,Franc Cason.*de indic.& tortu.tract.*3.*c.*4.*nu.*1.Blanc.*de indic.ad l.fi.ff.de quæstio.n.*67.*& sequentib.*vbi etiam quòd ex talibus præparamentis constito de occisore præsumitur,quòd is ex proposito,& deliberatè occiderit,per text.quem allegat, *in l.*1.§.*vi possidere*,ibi,*qui in hoc ipsum optatus & præparatus venit*,*ff.de vi & vi arma.*Meno. *de præsump.lib.*1.*q.*89.*n.*120. *iuncto nu.*122. vbi particulariter de præparante arma,de quo etiam aliquid dixi *suprà*,*hac ead.q.n.*75.*& seqq.*

164 LIMITA Hoc †indicium,quia cùm sit remotum, non faciet de se solùm sufficientem præsumptionem ad torturam, ideo alia requirentur adminicula,vt sæpius dixi.

165 DECIMVMSEPTIMVM oritur †indiciũ ex mala physiognomia,& malo nomine,sicut post Brun. quem allegat, voluit Mas.*in pra.*§.*expedita*,*n.*51.*& seq.*vbi refert nomina quorũdã qui vocabãtur, *Faraboſco*,*Tarabusco*,*Spezzacroce*,*Pizzaguerra*,*Mezzofra*,*Falameschia*,*Scaramella*, & similia. Vbi n.sùt plures torquendi incipiendum est ab iis qui habent hęc nomina processus,cùm tale turpe nomen faciat indicium iniquitatis,secundùm Ioan.Andr. *in* .*cùm in contemplatione*, *de reg.iur.*per tex.*in l.facta*,& ibi gl.§.*si verò nominis*, *ff.ad Trebel.*per quem tex. probatur,quòd semper propterea debemus procurare pulchrũ nomẽ. Et sicut bona physiognomia prodest reo,ita econtrà & mala nocet, quia præsumi quem procliuẽ ad scelera,vt ibidem per Marsi. *& in l.prin.n.*4.*ff.de qu.* prout etiam alia similia scripta reperiuntur apud Bald. *in l.nõ ignorat*,*n.*12.*C.qui accus.non poss.& in l.*1.*n.*5.*C.quor.appel.nõ recip.*Ioan.And.Card.& Imo.*in c.*1.*de depos.* Felin. *in proœmio Decret.n.*32.Gram.*cons.*40.*n.*12.Ripa *in rub.ff.soluto matrim.n.*8.Paris.*cons.*29.*n.*25.*li.*3 Carrer.*in pra.cri.in* 2.*trac.de indic.& tort.in* 29.*indic.*Nouel.*in pra.cri.in prin.n.*81.*& seq. & in tr.ad defensam*, *in rub.an indicia pro reo danda sint*, *nu.* 108.*& seqq. Blanch.de indi.ad l.fi.ff.de quæst.n.*405. Petrasan. *sing.*75 Menoc.*de præsum.li.*1.*q.*89.*n.*130.*& seqq.*

166 LIMITA Hanc †17.indicij conclusionem,quia malum nomen & mala physiognomia faciunt præsumere quem delinquentem in genere, sicuti loquutus est Bal. qui originaliter in proposito allegatur,*in d.l.*2.*nu.*5. *C.quor.appel.* sed non faciunt indicium super delicto, de quo quis specialiter inquiritur,nisi concurrente aliquo alio indicio in specie illius delicti. Sic enim materiam hanc reperio declaratá apud Carrer. *in dicto* 29.*indic.n.*3.*in fine*,Nouel.*in d.n.*81.*&* 82.Blanch.*de indic.n.*405.*&* 406.& per eundem Nouell.*in tr.ad defensam*, *in rubr.an indicia pro reo danda sint*,*n.*109.Menoc.*de præsum. li.*1.*d.q.*89.*n.*130.*&seq.*&sine dubio,sicut hęc declaratio est* * communiter recepta,ita etiam est verissima:quia ninnis absurdum esset, quòd ex solo nomine, vel mala physiognomia, quis posset tormentis subiici.

167 DECIMVMOCTAVVM indicium †oritur ex denunciatione Officialis,putà Syndici, Antiani, Saltuarij,vel, vt hodie vocant, Massarij ad delicta denunciandum deputati, secundùm Carrer.qui allegat concordantes *in prac.cri. in* 2.*tra.de indic.& tortu.in* 39.*indicio.*

168 Sed contrarium,†quòd ex huiusmodi denunciatione non oriatur indicium,scripsit Marsi. *in pra.*§.*principium*, *n.*20. Pro solutione distinguendi sunt tres casus: in primo tractabo,an ex denunciatione huius Officialis oriatur indicium ad inquirendum:in secundo,an oriatur indicium ad torturam: in tertio,an oriatur plena delicti probatio.

169 REGVLA I.sit †in primo casu,quòd denunciatio Officialis sufficit,*num.*8.*vers.si verò Officialis*, *ff.de custod. & exhibi. reorum*,Salic.*in l.ea quidem*,*num.*23.*iuncto n.*26.*C.de accusat.* Angel.*de malef.in verbo necnon ad denunciationem*, *n.*14.*ver. si verò non mittitur*, Marsi.*in pra.in forma inquisitionis contra fures*,*post n.*32.*ver. sed benefacit præsumptionem ad inquirendum*, Cępo.*cons.cri.*39.*num.*38.*vers.Sed ego teneo*, Blanch. *in pra.cri.in verbo*,*His præmissis.num.*130.*& in tract.de indic. & tort.l.fin.ff.de quæstio.n.*396.Natta.*cons.*550.*nu.*9.*vers. Si verò Officialis mittitur*,*lib.*3.Boss.*in tit.de denunciatio.n.*2.*vers.Cæterum sit tantum*,vbi testatur de communi * opinione, & eum * refert Clar.*in pra.*§.*fina.q.*7.*ver.Habes igitur*,*in princ.* Masc. *de prob.lib.*1.*conclu.*506.*n.*6.*iuncto n.*11.Menoc.*de præsump. lib.*1.*q.*88.*n.*28.*in fine.*

170 AMPLIA Hanc † primam regulam, vt procedat non solùm quando denunciator deponit de visu (quo casu sine dubio non solùm facit indicium ad inquirendum, sed etiam ad torturam quia habetur loco testis, vt mox dicam in secunda regula)verùm etiam si deponat de auditu aut relatu aliorum: sic enim ex præcitatis Doctoribus hanc materiam ampliando,declarant Barto.Salicet.Angel.Boss. & Natta *in locis præallegatis.*

171 LIMITA I.Eandem primam regulam,†quòd faciat denũciatio Officialis indicium ad inquirendũ non specialiter,hoc est ad citandum,seu monendum reum, ac de illum in contumacia condemnandum,iuxta ea quæ nos plenè scripsimus *in* 1.*li.ti.de inquisit.q.*11.hoc enim est maximi præiudicij,sed tãtùmad inquirendum generaliter,hoc est ad assumendum informationes,ac indicia contra personam denunciatam,secũdùm veram ac practicatam opinionem, de qua testatur Clar. *in pract.*§.*fi.d.q.*7. *in fi.principij*, *& in vers.Habes igitur*, *post principium illius versiculi*,*& infra ibi*,*aut non deponit*,*&c.*

172 LIMITA II. Dictam † primam regulam procedere in denũcia Officialis,& sic personæ publicæ,& ad id deputatæ,seu eus in denuncia alicuius priuatæ personæ,nec ad id deputatę, quia primo casu,vt & infrà dicam *in* 3.*regula*,denũciatór recipitur

tipitur in teſtem: Secundo autem habetur loco accuſatoris, & ſic non admittitur in teſtem, *capit. 1. 4. q. 3. capit. forus*, §. *in omni, de verborum ſigni.* & ſic tantùm probat quantùm accuſator, vt per Nouell. *in pract. cri. in dict. forma inquiſitionis contra fures, poſt numerũ 32. ad finem, verſic. Sed denuncia data per particularem perſonam folio mihi 125.* Boſſ. *in tit. de denunciat. numero ſecundo, verſi. Et ſequitur etiam effectus iuris*, Rolan. *conſi. 98. n. 36. volum. 4.* Maſcard *de probat. lib. 1. concl. 506. n. 1.* vbi generaliter dixit, quod dẽnuncianti non eſt credendum, niſi denunciationis veritatem probet, ex Caſtren. Cor. & Aym. allegatis per eum ibi, *iuncto num. 12.* vbi etiam dixit, quòd in foro ſeculari vel eccleſiaſtico ob delicta denunciatores in teſtes non recipiuntur, ex Roland. in loco præcitato. Verùm ad præmiſſa vide omnino *deciſio. Triuiſ. 29. libro ſecundo*, vbi arguit ad partes, an denunciator criminis in teſtem recipiatur, & poſtea concludit, quòd quando non agitur ad vindictam, ſed ad correctionem & emendationem, & in crimine hæreſis admittitur pro teſte denunciator, & ita pluries apud eum fuiſſe ſeruatum teſtatur.

173 REGVLA II. ſit in ſecundo caſu, † quòd denunciatio Officialis, licet vt ſuprà faciat indicium ad inquirendum: non tamen facit indicium ad torturam, ſicut poſt alios quos allegat in ſpecie de tortura, voluit Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 605. n. 4.*

174 LIMITA I. Hanc ſecundam regulam, †vt procedat, quando Officialis deponit, vel de auditu, vel relatu, aut de fama: tunc enim verum eſt, quòd non facit niſi leuem quandam ſuſpicionem vix ad inquirendum generaliter ſufficientem, vt ſuprà admonui, *n. 69. & ſequentibus*, & in ſpecie affirmarunt Bart. *in l. eius, n. 8. in fine, de cuſtod. & exhib.* Salic. *in l. ea quidem, n. 26. C. de accuſ.* Nouell. *in pract. cri. in forma inquiſi. contra fures, n. 32. verſ. Si verò de fama*, Boſſ. *in tit. de denunciat. n. 2. verſ. cæterùm ſi tantùm.*

175 Vnde ſecus ſi immediatè †& de viſu, de ipſo maleficio deponat, quia tunc facit indicium ad torturam, ſicut alius teſtis, vt per Nouell. *dict. num. 31.* Boſſ. *d. num. 2. verſic. Et omnino*, vbi teſtatur de *communi opinione, Clar. *in pract. §. fi. q. 7. v. Habes igitur*, ibi, *Aut verò fit per ſyndicum, &c.* vbi amplius, quòd ita ſeruat communis practica.

176 Immò † poteſt Officialis denuncians facta denunciatione recipi & examinari per Iudicem tanquam teſtis, quod quando verum ſit, omiſſis aliorum antiquorum authoritatibus, videre poteris per Ang. *de maleſi. in verbo, Necnon ad denuunciationem, n. 21.* & ibi Auguſt. *in add.* Boſſ. *in dicto titulo de denunciat. numero ſecundo verſic. ſecundo caſu*, Stephan. Lambert. *in tractatu de contractibus eorum, &c.* gloſ. 11. *n. 80. 84. & 85.* Maſcar. *de probat. libro primo, concl. 506. n. 9. 10. & 12. verſ. contrarium tamen.*

177 LIMITA II. Eandem † ſecundam regulam non procedere, quando cum dicto Officialis denunciantis concurreret fama, aut aliquod aliud indicium, quia tunc poſſet facere indicium ad torturam, vt per Marſi. *in practic. crimin. §. principium, n. 21.* & eſt de mente Nouell. *in practica in forma inquiſit. contra fures, dicto num. 32.* Meno *de præſumpt. libro primo, quæſtio. 89. num. 140.* Maſcar. *de probat. lib. 1. concl. 506. num. 5.* & dixi *ſupra hoc eodem tit. q. 47. n. 21.* vbi alios adducit concordantes.

178 REGVLA tertia † ſit in tertio caſu, quòd Officiali denuncianti non creditur, quoad plenam probationem in grauibus delictis, ſecundùm Barto. *in l. Diuus, numero octauo, verſ. In contrariũ videtur, tex. iuncto ver. Breuer quantùm ad propoſitum*, vbi in id adducit tex. *in d. l. Diuus, in princ. in ſecundo reſponſo, & in l. prima, C. de decur. lib. 12. & in l. ea quidem, C. de accuſat.* Salic. *in l. ea quidẽ, n. 23.* Gand. *in rub. quom. de maleſi. cognoſ. per denunciat. poſt numerum quartum, verſi. Tamẽ de iure eſt ſecus, iuncto ver. contra videtur, & verſ. ad quæ plerique*: quibus in locis dixit, quòd quicquid de conſuetudine ſecundùm veritatem locorum ſeruetur: de iure veritas eſt, quòd denunciationi Officialis non eſt credendum quoad condemnationem, tum quia vox vnius, vox nullius, *l. licèt, C. de teſtibus*, tum etiam quia in criminibus ad condemnandum probationes debent eſſe luce meridiana clariores, *l. fin. C. de prob.* cum aliis allegatis ibi per eum, quẽ etiam referendo ſequitur Ang. *de male. in dicto verbo, Necnon ad denunciationẽ. n. 14.* & ibi Auguſt. *in add. poſtn. 15. vſque ad verſi. Et contrà, verſic. vnde pro concordia*, Marſil. *in tract. crimin. §. principium, n. 20.* Nouell. *in pract. cri. in forma inquiſit. contra fures, num. 32. poſt medium*, vbi ex Bald. quem allegat. *in conſ. 34. n. 7. in fine*, abſolutè tenet Officiali non eſſe credendum, vt ex eius dicto ſequatur condemnatio contra reum, Boſſ. *in dicto titul. de denunciat. numero decimo, in fine*, Blanc. *de ind. & tortur. ad l. fin. ff. de quæſtio. n. 396. in fine*, Natta *conſilio 550. numero nono.* Maſcard. *de probat. libro primo, concl. 506. numero vndecimo*, & ſine dubio hæc regula eſt veriſſima, & * communis, non obſtantibus iuribus, * & rationibus adductis, Bart. *in d. l. Diuus, n. 8. in princ.* & per Gandin. *d. n. 4. ver. Et eorum denunciationi creditur, & primò videtur quòd ſic.*

AMPLIA I. Hanc tertiam regulam, †vt ex dicto Officialis denunciantis non ſolùm non probetur delinquens, ſed etiam non probetur delictum, & illius corpus, ſicut in ſpecie adnotarunt Marſi. *in pract. §. principium num. 19.* Maſcard. *de probat. libro primo, concl. 506. num. ſeptimo & octauo*, & facit, quia vt dixi *in primo lib. in tit. de inquiſit. q. 2. n. 6.* corpus delicti probandum eſt per concludentes & veras probationes, & ſic non ſufficit dictum denunciatoris, ex quo, vt dixi, non oritur perfecta probatio. 179

LIMITA I. Eandem † tertiam regulam, vt procedat, prout loquitur in grauibus delictis, vnde ſecus in leuibus. vt putà in Officiali referente, & denunciante ſe inueniſſe laudantes, aut portantes arma, quia tunc ei creditur, etiam quoad plenam probationem, ſecundum Barto. *in l. Diuus, numero octauo, verſicul. Quædam ſunt maleficia non grauia, ff. de cuſtod. & exhibi. reorum.* per text. quem allegat *in l. prima, §. quies, ff. de offic. prætor.* Salic. *in l. ea quidem, n. vigeſimoquinto, C. de accuſat.* Angel. *de maleſic. in verbo, Necnon ad denunciationem, n. decimoquarto, verſicul. Si verò delicta non ſunt grauia* Marſi. *in pract. §. principium, num. vigeſimo, verſic. Niſi in leuibus*, Boſſ. *in tit. de denunciat. n. decimo, in fine, verſic. Tutius tamen eſt*, plenè Natta *dicto conſilio 550. n. 9. & ſequentibus, lib. 3.* Maſc *de probation. lib. 1. concluſio. 26. n. 9.* Hector Æmil. *in tractatu de teſtibus, verbo, accuſator, n. 18. folio 27. parte 1.* & faciunt in ſimili quæ de teſte birroario dicam *infra in ſeq. tit. de oppoſitio. contra teſtes, q. 56. in 11. artic. ampliatione 3. & limit. 2.* & dixi etiam aliquid *q. 60. n. 74.* 180

Et † aduerte ad id, quod dicitur, quòd credatur Officiali ſuper delatione armorum, vt intelligatur quando pœna delationis armorum eſt leuis, prout præſupponunt Doctores prædicti: at ſi pœna eſſet grauis, prout hodie habemus Bullas, & bannimenta punientia deferentes pugiones, & archibuſetta vltimo ſupplicio & confiſcatione bonorum, & tunc illi minimè credendum eſſet, præſertim ad condemnationem ac etiam præſertim ſi eſſet birroarius, & ſic infamis, prout etiam dicemus *infrà, in ſequenti tit. in materia teſtis birroarij*, & hoc non habet difficultatem in iure, quia delicta grauia & leuia iudicantur ex grauitate & leuitate pœnæ, vt in ſpecie adnotauit Natta *d. conſ. 550. num. 9. in fi. dixi in 1. lib. tit. de delict. q. 18. n. 83.* & ita aliàs ſeruaui in practica. 181

LIMITA II. Vt † hæc eadem tertia regula non procedat, quando aliqua lege municipali caueretur eſſe credendum denunciationi Officialis: nam tũc talem legem eſſe ſeruandam, voluerunt Bald. *in l. prima, n. 2. verſ. Quærit hîc, C. ſi. aduerſ. libertat. & in l. ſi tutor, num. 2. & ſequen. ff. de peric. tuto. & in l. 1. n. 2. & ſeq. verſi. Sed pone ſtatutum dicit, C. de iureiur.* Rom. *in l. qui bona, §. quidam, n. quarto, ff. de damno infecto*, Angel. *de maleſic. in verbo, Necnon ad denunciationem, n. 15.* quos in propoſito refert, & ſequitur Maſc. *de proba. lib. 1. concl. 506. n. 13. & ſeqq.* vbi hanc limitationem declarat, & ſublimitat duobus modis. 182

Primò, †vt non per hoc prohibeatur quis probare contrarium, argument. text. *in l. 2. §. ſi abſens*, iuncta glo. *ſuper verbo, vel iudicio, verſicul. Niſi aduerſarius contrarium*, & ibi Caſtrenſ. *n. 8. & ſeq. ff. ſi ex noxali cauſ. aga.* Ariminenſ. *vbi ſupra, ad Angel. de maleſic. num. decimoſexto*, & eſt * communis, * vt per Roma. *in conſilio 102. ſuper eo quod, numero tertio, verſ. vlt.* iſta fuit communis opinio, vbi Mandoſ. *in add. litera E.* concordantes allegat. 183

Secundò, † vt eadem concluſio procedat in leuibus delictis, ſecus in grauibus, vt Bar. Angel. Roma. & Nat. in locis ibi per eum allegatis iunctis iis quæ poſui *ſuprà, n. 180.* 184

LIMITA

185 LIMITA III. Vt † Officiali denúncianti non credatur, quando eius officium tantùm consistit in denunciando, secus si etiam consistat in inquirendo & cognoscendo, quia tunc illi creditur, vt per Gandin. *in rubric. quom. de malefic. cognosc. per denunciat. n. quarto, ad finem, versicul. Aut officium talium Officialium*, quem in proposito refert, & sequitur Aug. ad Angel. *de malefic. in dicto verbo, Necnon ad denunciationem, n. 15. in fine, ver. Aut officium horum non consistit*, vbi referēdo dicūt quòd quoties Officiales vadūt cum Notario, vel Iudex vadit cum familia discurrendo ciuitatem de nocte, videātque & inueniat aggressores arma portantes, seu alios delinquentes, & malefactores, potest, istos comdemnare, nulla alia prędente probatione, quia tale factum dicitur esse Iudici notorium, & de eo dicitur constare, non vt priuato, sed vt Iudici, argumēt. tex. *in l. si irruptione, §. fi. fin. regū. & l. illicitas, §. veritas, ff. de off. præsid.* & satis dicitur isto casu, de crimine cōstare, cùm illud subiiciatur oculis Iudicis more iudiciario inquirentis, & oculorum inspectio euidentissima probatio est, *l. lex quæ tutores, C. administrat. tut.* Nec obstet, quòd regulariter Officiali non sit credendum, quia hoc intelligitur, quando Officialis officium solum in denunciando, secus si etiam in inquirendo consistat, argumen. *l. 1. §. quies. ff. de offi. præfect. Vrbis. l. magis puto. §. ne tamen, ff. de rebus eorum*, sequitur Natta *d. cons. 550. n. 12.* Bost. *in tit. de denunciat. n. 3. & sequentib.* vbi quòd ista Gandini decisio est terribilis, & latè disputat de illius veritate, & materia, & tandē ibi, *n. 10. vers. Tutius tamen est*, concludit, †quòd illa procedit in delictis leuibus, secus in grauibus, quòd & voluit etiam Clar. *in pract. §. fi. quæst. 7. vers. Habes igitur*, ibi, *Bene verum est, &c.* & infrà ibi, *Sed hoc intellige, &c.* & dixi *infra, in sequen. tit. de oppos. contra test. in qu. 56. in 11. artic. in materia testis birroary, in 2. principali limitatione.* 186

Et † hæc dicta sufficiant in indicio denūciationis Officialis, ad quam materiam, cum omnibus aliis suis quæstionibus (cū hîc solum, quæ ad indiciorum & torturæ materiam spectant tractare voluerim) remitto lectorē ad Bart. & Doctores, *in l. eius, ff. de custod. & exhib. reorum*, item Doctores, ac præcipuè Sali. *in l. ea quidē, n. 13. & sequentib. C. de accus.* Ang. *de malef. in verbo, Necnon ad denunciationē, per totū*, & ibi Aug. *in add.*. Gand. *in tit. quom. de malef. cognosca. per denuncia. per totū*, Bos. *in tit. de denunciat.* Clar. *in pract. §. fi. q. 7.* & post hæc secundò impressa Sigismun. Scaccia. *de indic. caus. ciuil. & c. li. 1. c. 54. 55. 56. 71. & 72.* vbi latissimè. Laus Deo Opt. Max. 187

Finis Tituli de Indicijs, & Tortura.

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS

RERVM, VERBORVM, AC SENTENTIARVM,

Quæ in hoc secundo Tomo Primæ Partis Praxis, & Theoricæ Criminalis continentur.

A

ABBAS potest carcerare Monachum absque eo, quòd dicatur committere crimen priuati carceris,q.27.n.28. pag.7.

Absolutio non conceditur in capitalibus, nisi reo constituto in carceribus, q.33. n.68. pag. 121

Acclamatio,aut vociferatio alicuius auxilium implorantis facit indicium, quòd is vim patiatur de vulnere, de percussione, de stupro,aut quid simile,quæstione 52.num.157. pag. 375

Acclamatio facit indicium contra eum, qui visus est fugere ex ea domo,in qua audiuntur acclamationes, ibidem,numero 158. p.376

Acclamatio iuncta fugæ,non solùm facit indicium, sed probationem contra fugientem, quod an verum sit, ibidem num.159. ead.

Acclamatio sola probat violentiam, & sic corpus delicti,sed non probat delinquentem,ibid. n.160. ead.

Acclamatio ad hoc vt faciat indicium,debet probari per duos testes,ibid.n.161. ead.

Acclamatio potest probari per testes, etiam quod acclamantem non viderint, dummodo tamen illius vocem notam habeant, ibid.n.162. ead.

Accusator,& testis quis esse non potest in vna,& eadem causa,q.46.n.95. p.290.

Accusatio an, & quando faciat indicium contra accusatum, & de materia vide infrà,verbo,*Querelanti.*

Actione ciuili intentata per partem, non potest eadem pars conuolare ad actionem criminalem,q.42.n.32. p.246.

Nisi saltem finito iudicio ciuili, d.n.32. ead.

Adminiculum aliud est vehemens,aliud est non vehemens, q.36.n.213. p.164

Adminiculum non vehemens est aliqualis confirmatio rei probabilis, ibid.n.214. ead.

Adminicula licèt de se non probent, imperfectam tamen probationem iuuant,ibid.n.216. ead.

Adminiculum vehemens est suppletio defectus probationis per se solum non operans,sed bene cum aliis,ibid.n.215. ead.

Adminicula vehementia in totum supplent defectum probationis, ibid.n.217 ead.

Adminiculum,indicium, & circumstantia idem sunt,ibid. n. 268. p.267.

Adminiculum,& coniectura idem sunt,ibid.n.275. p.168

Adminicula etiam leuia,& minima sunt probanda per duos testes,q.37.n.15. p.172

Adminicula delicti non probãtur per testes inhabiles etiam in atrocissimis,ibid. n.32. p.174

Adminicula coadiuuantia principale indicium, an debeant esse leuia,vel vrgentia,an plura,& de materia,q.43.n.156. & seqq.p.268. & q.46.n.36. p.286

Administrator omnis si tempore reddendæ rationis administrationis aufugiat, iuratur contra ipsum in litem,q.48.n. 79. p.33

Adulterium probatur per iuramentum adulteri, q.43.n.79. p.259 Sed contrà,n.83.p.260.Vbi declaratur materia.

Adulterium non probatur per confessionem adulterantis, vel adulteratæ,q.43.n.87.Sed an talis confessio faciat indicium ad torturam dico quòd sic,iunctis adminiculis,aliter secus,n.88.cætera ad hanc materiam vide n.87.& seq. vsque ad n.89. ead.

Aduocati non possunt de iure torqueri,q.41.n.37.& seqq.p. 236.etiam quòd non sint Aduocati collegiati, & cum dignitate,n.40.pag.237.licèt alij contrà,n.43.ead.cætera ad materiam,vide infrà,verbo, *Doctor.*

Aduocatus,seu procurator dicitur aduersarius,& inimicus illius,contra quem aduocat,& procurat,q.49.n.73.p.338. Contrà,n.74.Dic quòd est inimicus, sed non capitalis,n. 75. p.339

Affectata causa & affectatum impedimentum non prodest affectanti,q.34.n.82. p.135

Affectus in delictis non punitur eadem pœna, effectu non sequuto,q.30.n.31. p.59

Affectus in delictis in sola cogitatione consistens,& ad extraneum actum non perductus,nullatenus punitur,q. 28.n. 5. p.25

Affectus de iure communi punitur eadem pœna, etiam non sequuto effectu,q.37.n.129.p.185.Secus de generali consuetudine,n.130. ead.

Alimenta non sunt deneganda, nec impedienda ei, qui ad Ecclesiam confugit,q.28.n.6. p.26

Aliquatenus dictio importat idem quod nullatenus, & nullo modo,q.45.n.13. p.277

Alius,alia,aliud,est relatiua & præsentatiua eiusdem qualitatis,q.43.n.160. p.268

Alloquutio secreta inducit præsumptionem mandati, & tractatus,ibid.n.176. p.269

Alternatiuæ dictiones stant copulatiuè,quando sunt probatę à lege vel statuto, & quando præsertim subiecta materia ita patitur,q.30.n.169. p.75

Amicitia est bonum:ideo ex ea non debet præsumi malum, q.43.n.172. p.269

Amicitia est idem velle, & idem nolle in licitis,& honestis, ibid. ead.

Amicitia cum malis hominibus non est amicitia: sed dolus, fraus, & conspiratio,ibid.n.174. ead.

Animus deliberatus occidendi,an præsumatur ex minis præcedentibus,q.50.n.2.& seq. p.344.

Antecedenti denegato, censetur etiam denegatum consequens,& econtrà,q.39.n.138. p.344

Antiquum tempus in materia probationis dicitur centum annorum & non minus,q.47.n.112.p.106. Vbi de communi. Contrà quòd sit 40. aut 50. annorum vel minus centum annorum, num.113.& seq.vbi de magis seruata opinio

opinione. ead.
Antiquum tempus in materia probationis, quale dicatur,remittitur arbitrio Iudicis,ibid.n.116. ead.
Antiquum tempus non est minus centum annorum,quando agitur de graui præiudicio,secus si de leui, ibid.n. 120.p. 307.Sed quòd indistinctè etiam sit minus centum annorum,n.122. ead.
Antiquum tempus quoad plusquam semiplenam probationem inducitur etiam minori tempore centum annorum, ibid.n.121. ead.
Appellare licet à decreto torturæ,q.38.n.10.p.195.Amplia 1. vt appellatione interposita sint ligatæ manus Iudicis volentis reum torquere,& ante inhibitionem,n.11.& 12.p. 196.Amplia secundò,vt nec pendente tempore ad appellandum Iudex possit aliquid innouare,num.13.& 14.ead. Amplia tertiò,vt etiam à comminata tortura licitum sit appellare,n.15.Amplia quartò,multò magis de iure canonico,num.16.Amplia quintò,vt confessio extorta pendente appellatione à decreto torturæ sit nulla ipso iure,num.17. Amplia sextò, vt etiam accusatori, & fisco sit licitum appellare à decreto de non torquendo,n.18.& 19.Sed contrarium est verius,n.20.ead.Limita primò,quando Iudex facit decretum torturæ secretè,& reo existente sub tondulo,quia tunc torquetur etiam quòd appellet, n.21.p.197. Sed contrà,n.22.Limita secundò,quando appellatio esset calumniosa,& iniusta, quia tunc Iudex non obstante appellatione potest ad torturam deuenire,n.23.& seq.Et appellatio dicetur calumniosa & friuola,quando in decreto torturæ specificantur indicia legitima,& non purgata per torturam, n.28. Sublimita hanc secundam limitationem, dummodo appellatio sit euidenter calumniosa,secus si in dubio,quia in dubio debet ei Iudex deferre, n.30.ead.& n.31.& 32. p.198
Appellatione pendente ab interlocutoria non prohibetur Iudex in causa ad vlteriora procedere , antequam sit inhibitum, q.38.n.11.p.196. Fallit quando interlocutoria continet damnum irreparabile , quia tunc etiam sine inhibitione,per simplicem appellationem sunt ligatæ manus Iudicis,n. 12. ead.
Appellandi tempore pendente nihil est innouandum , ibid. n.14. ead.
Appellatio ab interlocutoria admittitur de iure canonico, ib. n.16. ead.
Appellatio ab interlocutoria,quæ respicit merita causæ , admittitur de iure,ibid.n.19. ead.
Appellatio friuola,& calumniosa reiicienda est per Iudicem, & ea non obstante , potest in causa ad vlteriora procedere,ibid.23.& seqq.p. 197. quod intellige,quando de calumnia euidenter apparet , secus si simus in dubio, n.31. p. 198.
Appellatio quæ dicatur friuola,& calumniosa remittitur arbitrio Iudicis,ibid.n.27. p.197.
Appellationi an sit deferendum , Iudex à quo cognoscit , an autem appellatio sit legitima , & admittenda néene , cognoscit Iudex ad quem,ibid.n.29. ead.
Appellatio datur à denegatis defensionibus,& copiis indiciorum,q.39.n.72. p.217
Appellans à pecuniaria condemnatione relaxatur sub fideiussoribus ex carcere, in quo detinebatur in prima instantia, q 33.n.20.& seqq.& quid vigore Bullæ , n.23. ead.
Appellatio interposita à carcerato regulariter non operatur illius relaxationem,ibid.n.21.Declara,vt n.22.
Appellationis Iudex exequitur suam sententiam, & non Iudex à quo,quando prima sententia intimatur, confirmatur,vel reformatur,q.34.n.115.p.140.secus si pronuncietur super desertione,n.119. ead.
Appellare non potest confessus,q.33.n.27. p.116.
Arbiter seu arbitrator potest dare fidem famæ,ac aliis imperfectis probationibus,q 47.n.137.& seq. p.308
Arbitrio alicuius quando quid committitur , intelligitur de arbitrio boni viri,q 37.n.196.& seq. p.192
Arbitrium boni viri,quomodo intelligatur,ibid.num. 198. p.193.
Arbitrio Iudicis quando quid committitur à lege,vel ab homine, Iudex debet suum arbitrium regulare à iure & ab æquitate,ibid.n.194. p.192.
Arbitro asserenti iniquum protulisse laudum ob pecuniam, quam corruptus accepit, non creditur in præiudiciũ eius, ad cuius fauorem laudum datum fuit,q.46.n.77. p.289.
Argumentum dicitur quasi argutè inuentum, q.36.nu. 199. p.164.
Argumentum dicitur leue indicium, ibid.n.200. ead.
Argumentum est propositio ex aliquibus existentibus resultans ad propositum ostendendum,vel concludendum,ibi. n.201. ead.
Argumentum est plurium collatio ad vnam conclusionem, ibid. ead.
Argumentum est rei dubiæ ostensio in gradu materiæ subiectæ possibili,ibid.n. 202. ead.
Argumentum est ratio,quæ rei dubiæ fidem facit,ibid.num. 203. ead.
Argumentum est probabile inuentum ad faciendum fidem, ibid. n.204. ead.
Argumentum est oratio , per ea quæ certa sunt fidem dubiis afferens,ibid.n.205. ead.
Argumentum est inuentum ex aliquo genere rem aliquam, aut probabiliter ostendens , aut necessariò demonstrans, ibid. n.206. ead.
Argumentum aliud est necessarium,aliud autem probabile, ibid.n.207. ead.
Argumentũ est minus,quàm præsumptio,ibid.n.260.p.167.
Argumentum est minus,quàm suspicio,ibid.n.261. ead.
Argumentum à signo quomodo differat,ibid.n.262. ead.
Argumentum,& indicium,idem est,& de materia,ibid.num. 267. ead.
Argumentum,& præsumptio idem sunt,ibid.n.271. p.168.
Argumentum,& suspicio idem sunt,ibid.n.276. ead.
Argumentum accipitur pro quacunque probationis specie, ibid.n. 277. ead.
Armorum vsus à iure prohibitus est, q.52.n.70. p.367.
Armorum delatio facit indicium,ibid.n.69. ead.
Armorum delatio facit indicium præcogitationis,ibid. num. 71. ead.
Armorum delatio multò magis facit indicium, si fuerint insolita,& apta ad occidendum , vtputà si fuerint arma hastata,archibusium,& similia,ibid.n.72. p.368
Arma euaginata deferẽs animum offendendi habere præsumitur,& ex hoc solùm oritur indicium ad torturam,ibid. n.73. ead.
Arma alicuius si fuerint reperta penes cadauer occisi, faciunt indicium contra illorum dominum,ibid.n.74. ead.
Arma acuens,poliens,præparans,de illis experientiam faciẽs, aut quid simile, sequuto homicidio habet contra se indicium ad torturam,ibid.n.75. ead.
Armorum exercitium in scrimia facit indicium contra se sic exercentem,ibid.n.76. ead.
Arma alicuius si reperiantur ad mensuram vulneris , faciunt indicium contra dominum armorum , ibid.n.77. declara, vt n.78. ead.
Armorum delatio non facit indicium contra eum qui illa defert propter aliquam iustam causam,vtputà,quia miles,vel Præsidis iussu,ibid.n.79 vel propter veteres inimicitias,n. 81.vel ex alia causa,de qua statur Iudicis arbitrio,num.80. ead.
Armorum delatio non facit indicium contra eum,qui est solitus illa deferre , ibid.n.82. ead.
Armorum delatio non facit indicium contra illa deferentem de licentia superioris,ibid.n.83. ead.
Armorum delatio sine alio indicio sola,& non adminiculata non facit indicium ad torturam,ibid.n.84. ead.
Armorum præparatio facit indicium homicidij, & præcogitationis,ibid.n.163.p.376. Declara, vt n.164. ead.
Armatus in Ecclesia potest ibi capi,q 28.n.64.p.3. sed contrà,n.60. p.34.
Armorum vsus prohibitus est de iure communi , ibid.n. 65. p.35.
Arrestari] an quis possit per alium Iudicem pro alio delicto, quã pro eo,pro quo detinetur vide infrà,verbo,*Carceratus.*
Arrestari non potest pro debito ciuili,detentus pro causa criminali,q.27.n.155. p.23.

Arrestari non potest debitor pro alio debito, nisi præcedente mandato contra ipsum relaxato, seruatis seruandis, ibid. num.156. ead.
Arrestari non potest in die feriato aliquis, etiam quòd sit suspectus de fuga,ibid.num.108. pag.17
Arrestari non potest cituliter, aut criminaliter, qui indebitè captus est,ibid.n.152.p.22.sed contrà,n.155. pag.23
Arrestari potest captus pro vno debito, pro alio debito vel delicto,ibid.num.154. ead.
Arrestari potest pro alio delicto is, qui pro vno delicto captus est,eo num.154. ead.
Ars omnis ab elementorum cognitione incipere debet,q.36. num.3. pag.157
Artificialis probatio quæ sit, & quæ inartificialis. Vide infrà, verbo, *Probatio.*
Assassinus confugiens ad Ecclesiam potest ab ea inuitus extrahi,q.28.n.26.p.29. Amplia etiam effectu non sequuto, item amplia in fautoribus & receptatoribus,n.27. p.30
Assassinus prætensus torqueri non potest non legitimis præcedentibus indiciis,q.37.num.80.& seq. pag.180
Assassinij specialia non habent locum,nisi vbi iam constat de assassinio,ibid.num 81. ead.
Assassinus mandatarius potest absque alio torqueri ad indicandum mandantem,ibid.num.154 pag.187. etiam quòd non sit persona vilis,num.155. pag.188
Assassinus an possit torqueri sine aliis indiciis ad habendum alia assassinia,ibid.num.168.171.172.& seq. p.190
Assassino non denegantur defensiones,q 39.n.46. p.215
Assassinus non potest suis defensionibus renunciare, ibid. num.64.vbi declaratur. pag.216
Assassinus interrogatur,& torquetur de mandatoribus,& sociis,q.43.num.65. pag.258
Assassinus mandatarius facit indicium ad torturam contra mandantem,q.44.n.18.pag.273. Intellige, iunctis adminiculis,secus sine,num.19. ead.
Assecuratus sub saluo conductu, nec directè, nec indirectè molestari debet,q.29.num.3. pag.39
Assertio vulnerati existentis in articulo mortis facit indicium ad torturam contra vulnerantem, q.46.n.1. & seq. vsque ad num.7.pag.282. Contrarium est verius,& magis receptum, d.num.7. & seq.vsque ad n.17.ead. & pag.283. & 284.vbi ponuntur rationes,& respondetur contrariis.
Assertio vulnerati existentis in articulo mortis non facit iudicium ad torturam contra vulnerantem, etiam quòd is aliàs fuerit vilis,& abiecta persona,ibid.num.8. pag.283
Asserens se ab altero offensum, & vulneratum dicitur testis in causa propria, & eo ipso quòd ita asserit, facit se inimicum illius,quem inculpat,ibid.num.12. ead.
Assertio vulnerati contra vulnerantem etiam constituti in articulo mortis facit aliqualem præsumptionem, ibid.n.17. pag.284. Sed hæc reputatur in iure vilis,& leuis præsumptio,ibid.num.14. pag.285
Assertio vulnerati existentis in articulo mortis sufficit ad capturam,ibid.num.18.19.& 20.ead. Vbi secus in assertione alterius querelantis.
Assertio vulnerati existentis in articulo mortis sufficit ad inquirendum,q.46.n.21.ead.etiam ad inquirendum specialiter,num.22.Contrà,num.23. Aliqui distinguunt,quòd si vulneratus conualuit, eius assertio non sufficit ad formandam, ac transmittendam inquisitionem, sed solùm ad assumendas informationes.Si verò non conualuit,sufficiat etiam ad formandum ac transmittendum inquisitionem saltem de consuetudine, num.24 & seq ead. Veritas est, quòd siue vulneratus conualeat, siue non, nunquam eius assertio sufficiat ad formandum, & transmittendum inquisitionem, sed tantummodo ad assumendum informationem,num.26.& seq.ead.& 285.Vbi respondetur contrariis. Sed si cum assertione vulnerati concurrat fuga vulnerantis, tunc talis assertio sufficiet etiam ad formandam inquisitionem,& ista est bona practica.
Assertio vulnerati existentis in articulo mortis facit indicium ad torturam,si concurrant alia adminicula, ibid.num.35. pag.286. Secus,sine adminiculis,num.52.pag.287. Sed ista adminicula non esse debent leuia, sed vrgentia, n.36. pag.286
Assertio vulnerati facit indicium ad torturam si vulnus non poterat per alios testes probari secundùm vnam opinionem,ibid.num.37.& seq. Sed contraria opinio est verior, n.41.& seq.ead. Et multò minus facit indicium, si delictum potest per alios testes probari,n.53. pag.287
Assertio vulnerati existentis in articulo mortis,facit indicium ad torturam,si est iurata,ibid.num.44.pag 286. Sed contrarium est verius,n.43.ead. multò minus facit indicium, si iuramentum non interuenit,num.50. pag.287
Assertioni vulnerati existentis in articulo mortis non creditur, etiam quòd susceperit sacrosanctam Eucharistiam, ibid.n.46. p.286. assertio vulnerati existentis in articulo mortis si is fuerit probatæ vitæ, facit indicium ad torturam,ibid.n.47.Sed contrarium est verius,n.48. ead.
Assertioni vulnerati non existentis in sano intellectu minimè credendum est,ibid.n.49. pag.287
Assertio vulnerati, qui iam conualuit,nullum facit indicium contra vulnerantem,ibid.n.54. ead.
Assertio vulnerati etiam existentis in articulo mortis, nunquam facit plenam probationem sufficientem ad condemnandum,ibid.num.55. ead.
Assertio socij criminis existentis in patibulo, & dicentis se falsò socium inculpasse, an tollat inculpationem, & de materia,ibid.num.68.& seq.pag.288.Et vide infrà verbo, *Exculpatio.*
Assertioni Iudicis dicentis se pecunia corruptum iniquam protulisse sententiam, an credatur in præiudicium eius, in cuius fauorem sententia data est,ibid.n.76.& seq. p.289. Et vide infrà in verbo, *Iudici asserenti.*
Assertio vulnerati,seu alterius offensi,aut damnum passi non existentis in articulo mortis, an faciat indicium ad torturam,ibid.n.92.vsque ad n.102. pag.290. Vide latiùs infrà,verbo, *Querelanti.*
Assertio offensi non existentis in articulo mortis minimè facit indicium ad torturam contra offendentem,ibi.n.92.ea.
Assessores non possunt torqueri reos,q 38.n.109. p.207

B

Bannimenta contra non reuelantes fures, seu alios delinquentes,valent,q.51.num.19 pag.351.Sed quæ pœna possit illis imponi,n.20. ead.
Bannimenta Præsidum contra non obuiantes delictis valent, & tenent,ibid.num.56. pag.353
Bannitus contumax si compareat absque aliis indiciis potest torqueri,q.37.n.161. pag.189
Bannitus famosus potest torqueri ad habendum delicta in genere etiam sine indiciis, secus, si non sit famosus, ibid. num.168 iuncto num.171.& seq. pag.190
Bannitus,qui potest impunè occidi,potest impunè vulnerari, verberari,derobari, ac alia quauis iniuria affici, quæst 27. num.34. pag.8
Banniti capitaliter non possunt extrahi ab Ecclesia, declara, vt in q.28.n.47. pag.32
Banniendus de proximo habetur pro bannito,q.34.num.55. pag.132
Bannitum occidens non punitur,etiam quòd occisus habuisset saluum conductum non publicatum,ibid.n.74. p.134
Bannitus, an & quando acquirat hæreditatem sibi delatam post bannum in præiudicium fisci, an verò illam acquirant venientes ab intestato in eiusdem fisci præiudicium, quæst.27.num.139.& seqq. pag.21
Bannitus potest impunè retineri in carcere priuato, ibid. num.33. pag.8
Bannitis non est seruandus saluus conductus illis concessus, quæst.29.sub num.4.pag.39. sed contrà, sub num.5.ead. cætera ad materiam,vide infrà,verbo,*Saluus conductus*,in discursu.
Bannitis an possit Iudex dare saluum conductum, & quando.Vide infrà,verbo,*Iudex regulariter non potest dare saluum conductum,&c.* & seqq.
Beneficium cessionis bonorum,vide infrà,verbo,*Cessionis beneficium*,& seq.
Bellum quando dicatur iustum,& quando iniustum,remissiuè,quæst 35 num.23. pag.149

Birroarij & exequutores carcerantes mulierem, quando puniantur, quæſt.27.num.47. pag.9
Birroarij poſſunt frangere oſtia & feneſtras pro capiendo malefactorem, ſecus pro capiendo debitorem, ibid.n.93. & ſeq. pag.14
Birroarius, qui denunciat debitori mandatum de capiendo quod habet in manibus ad hoc vt fugiat, tenetur creditori ad intereſſe, & aliàs punitur, vt in q.32.num.17.& ſeq. pag.101
Birroarius negligens in capiendo malefactorem, punitur pœna extra ordinem, ibid.num.20. ead.
Birroarius, qui notificat delinquenti mandatum, quod habet in manibus de ipſum capiendo, ad hoc vt fugiat, punitur & arbitrariè iuxta qualitatem facti, & aliquando etiam capitaliter, ibid.num.19. & num.21. ead.
Birroariis reſiſtens & acclamando ad arma, concitans pupillum ad rumorem ſeu franchiſias inuocando vigore Bullæ punitur vti reus læſæ maieſtatis, q.32.n.23.ead. ſed de iure communi punitur pœna pecuniaria, n.25. pag.102
Birroariis reſiſtens punitur pœna arbitraria, ibid.num.24. & ſeqq. Vbi num.28.ead.quòd talis pœna arbitraria poterit extendi vſque ad mortem incluſiuè.
Birroariis reſiſtens ponendo manum ad gulam, punitur amputatione manus, vel aliàs Iudicis arbitrio, ibid.num.24. ead.
Birroariis reſiſtens euaginando enſem, ſeu aliàs cum armis, grauiter punitur & corporaliter, ibid.num.27. ead.
Birroariis volentibus iniuſtè aliquem capere licitum eſt reſiſtere, ibid.num.29. ead.
Birroariis iniuſtè volẽtibus aliquẽ capere, ſeu aliam exequutionem facere, licitum eſt reſiſtere etiam acclamando & inuocando amicos, vicinos & coniunctos, ibid. num.30. ead.
Birroarij non poſſunt aliquem capere ſine Iudicis mandato in ſcriptis, quod capiendo oſtendere tenentur, ibid.nu.31. & aliter faciendo illis poteſt impunè reſiſti, num. 32. & ſeq. ead.
Birroariis non eſt licitum reſiſtere, etiam quòd velint aliquem capere ſine Iudicis mandato in aliquibus caſibus, de quibus ibid.num.34.& ſeqq. pag.103
Birroarij poſſunt aliquos capere ſine Iudicis mandato in nonnullis caſibus, de quibus eo.num. ead.
Birroarij debent portare inſignia birroariorum, aliàs ipſis poteſt impunè reſiſti, ibid.num.37. ead.
Birroarij poſſunt occidere eum quem ducunt ad ſupplicium, ſi timent ne ab aliquo eripiatur ex eorum manibus, ibid. num.38. ead.
Birroarij poſſunt percutere, vulnerare, ac etiam occidere capiendum, ſi capturæ reſiſtat & non permittat ſe capi, ibid. num.39. ead.
Birroarij poſſunt vulnerare & occidere reſiſtentem ſe capi, etiam ſine moderamine inculpatæ tutelæ, num.40. ſed contrà, num.41.& ſeq. ead.
Birroarij non poſſunt vulnerare, aut occidere reſiſtentem, niſi is telo, & cum armis ſe defendat, ibid.num.42. ead.
Birroarij poſſunt vulnerare & occidere capiendum fugientem, ibid.n.43.ead.contrà, n.44.& ſeq. pag.104
Birroarij poſſunt vulnerare, aut occidere reſiſtentem, quando captura eſt iniuſta, ibid.num.46.Declara, vt in n.47. ead.
Birroarij non poſſunt capiendum reſiſtentem vulnerare, aut occidere, quando captura eſt iniuſta, ibid.num.46.& 47. ead.
Birroarij non poſſunt capiendum reſiſtentem vulnerare, aut occidere, quando aliter ipſum capere poſſunt, ibid.nu.48. ead.
Birroarij non poſſunt vulnerare, aut occidere reſiſtentem ſe capi, niſi de hoc habeant à Iudice ſpeciale mandatum, ibi. num.49.& 50. ſed contrà, quòd imò etiam id poſſint ſine mandato, num.51.& ſeq. vbi declaratur. ead.
Birroarij non poſſunt occidere eum quem ducunt ad ſupplicium, etiam quòd timeant ne ex eorum manibus eripiatur, niſi de hoc habeant à Iudice ſpeciale mandatum, n.50. & 52. ead.
Birroarij non poſſunt impunè vulnerare & occidere capiendum pro debito ciuili, vel etiam pro delicto non capitali, etiam quòd reſiſtat ſe capi, & defendat ſe telo, ibid.n.54. & 55.ſed contrarium eſt verius, num.56.pag.105.Vbi declaratur.
Birroarij non poſſunt vulnerare & occidere reſiſtentem, & ſe telo defendentem, quando periculum eſt vt ſequantur ſcandala, ibid.num.57.& ſeq. ead.
Birroarij debent ſe abſtinere, quantùm poſſunt, à vulnerando & occidendo reſiſtentem, quia ex hoc facilè populus concitatur ad tumultum, ibid.num.57.& ſeqq. ead.
Birroariis etiam iniuſtè exequentibus reſiſti non debet, quando eſt timor ne tumultus ſequatur, vel ſcandalum, ibid. num.58. ead.
Birroarij debent probare reſiſtentiam, quam aſſerunt ſibi factam à capiendo, aliàs non excuſantur, ſi aſſertum reſiſtentem vulnerent, aut occidant, ibid. num.59. & ſeq. ead.
Birroarij non poſſunt captum malè tractare, illum iniuriis aut percuſſionibus afficiendo, & ſi hæc faciunt, puniuntur grauiſſimè, ibid.num.61. ead.
Birroarij & executores, an poſſint capere confugientem ad Eccleſiam. Vide infrà, verbo, *Confugiens ad Eccleſiam*, per totum.
Birroarios & exequutores iuſtitiæ impedientes in eorum officij libera exequutione puniuntur vigore Bullæ tanquam rei læſæ maieſtatis, ibid.num.65. pag.106
Birroariis aſſerentibus ſibi ab aliquo factam eſſe reſiſtentiam, vim illatam, aut quid ſimile, an & quando credatur, & de materia, vide infrà, verbo, *Nuncio, aut Birroario*, & ſeqq.
Blaſphemiæ criminis reo non dantur defenſiones, quæſt.39. num.102. pag.221
Blaſphemantes non gaudent immunitate templorum, q.28. num.67. pag.35
Bonitas, & bona fama non præſumitur, quando quis eam allegat pro fundamento ſuæ intentionis, quæſt.47.num. 290.pag.321.contrà, num.291. & ſeq. Declara, vt in num.294. & ſeq. ead.
Bonus in dubio quis præſumitur potiùs quàm malus, ibid. num.277. pag.320
Bonus præſumitur is, qui natus eſt ex bona patria, & natione, & è contrà, ibid.num.278. ead.
Bonus præſumitur is, qui natus eſt ex bonis parentibus, & è contrà, ibid. num.279. ead.
Bonus præſumitur is, qui eſt nobilis, & diues, ibid.num.281. ead.
Bonus non præſumitur, qui eſt vilis, & pauper, ibid. num. 280. ead.
Bonus præſumitur is, qui bene educatus eſt, ibid.num.282. il primo. ead.
Bonus non ſolùm quis præſumitur, ſed etiam bonæ æſtimationis, & famæ, ibid.num.282.il ſecondo. ead.
Bonus præſumitur etiam quòd adſit in contrarium aliqua ſceleris præſumptio, ibid.num.283.& ſeq.ead. Sed contrà, num.285. pag.321
Bonus quis præſumitur etiam verba impropriando, ibid. num.286. ead.
Bonus, & bonæ famæ licèt quis præſumitur, non tamen præſumitur optimæ famæ, ibid.num.287. ead.
Bonus quis non præſumitur, vbi agitur de præiudicio tertij, ibid.num.288. Declara, vt in num.289. ead.
Bonus, & bonæ famæ quis non præſumitur, quando qualitas bonitatis, & bonæ famæ requiritur à ſtatuto, ibid. nu.294. & ſeq. ead.
Bonus & bonæ famæ quis non præſumitur, quando præſumptio bonitatis noceret ei, pro quo præſumitur, ibid. num.296.contrà, num.297. ead.
Bonus non præſumitur is, qui aliàs fuit malus, ibid.num.298. ead.
Bonus quis non præſumitur fauore animæ, ibid.num.299. pag.322
Bonus non præſumitur is, qui dat operam rei illicitæ, & prohibitæ, ibid.num.300. ead.
Bullæ loquentes de tertio eximente captum ex manibus familiæ, procedunt etiam in ſe ipſum eximente, & birroariis reſiſtente, q.32.num.23.verſ. Quæ quidem Bullæ, p.401.

Cadauere

C

CAdauere reperto in alicuius domo, oritur præsumptio contra dominum domus, quòd ipse occiderit, q. 52. n. 98. p. 370

Amplia primò vt hæc sola præsumptio sufficiat ad torturam, n. 99. Amplia secundò, vt multò magis quando talis dominus fuerit negligens in denunciando Curiæ tale cadauer, n. 100. iuncto nu. 96. & 97. Amplia tertiò, vt isto casu possit torqueri, & tanquam reus, & tanquam testis verisimiliter informatus, n. 101. & seq. ead.

Limita primò, quando dominus domus esset vir malæ famæ, secus si bonæ famæ, & quando non est solitus delinquere : nam tunc non potest ex hoc solo indicio torqueri, n. 104. & 105. contrà, n. 106. ead. Distingue, vt n. 107. & seq. p. 371. Limita secundò, dummodo concurrat aliquod aliud indicium, aliter secus, n. 114. ead.

Contrà, n. 115. Distingue, vt n. 116 Limita tertiò, quãdo dominus domus tempore patrati homicidij probatur quòd non erat domi n. 117. & 118. ead. Limita quartò, licèt hoc indicium sufficiat ad torturam, nõ tamen sufficit ad condemnationem, n. 119. p. 372

Cadauere reperto in via, potest torqueri dominus illius domus, penes quam dictum cadauer reperitur, ibid. n. 120. Limita primò, dummodo is fuerit malæ famæ, & solitus similia committere, aliàs secus, n. 121. Sublimita hanc limitationẽ quãdo aliquid aliud cõcurret: nam tunc dominus domus potest torqueri, etiam quòd non sit bonæ famæ, n. 122. Limita secundò, vt hoc solum indicium tanquã remotum non sufficiat ad torturam, nisi alia concurrant, ibid. n. 123. & 124. Limita tertiò, quando nulla apparet causa, ex qua dominus domus moueri potuerit ad illum occidendum n. 125. Limita quartò quando tale cadauer reperitur multùm contiguum tali domui, aliter secus, nu. 126. ead.

Cadauer occisi si sanguinem emittat ante conspectum alicuius, facit indicium contra illum, ibid. n. 154. p. 375

Et idem quando cadauer conspiciens contra sanguinẽ emittat, n. 155. Sed an re vera hoc solum indicium sufficiat ad torturam, vide n. 156. ead.

Cadauer occisi si sanguinem emittat coram aliquo, facit contra eum indicium, quòd occiderit, q. 36. n. 61. p. 159

Calumniosis exceptionibus, & appellationibus Iudex obuiare debet, q. 38. n. 25. p. 197

Calumniosa defensio non est reo concedenda, q. 39. n. 105. p. 221. declara, vt n. 106. ead.

Capitaneus tenetur obuiare delictis committendis per eius milites, q. 51. n. 48. p. 353

Capturæ materiam supple infrà, verbo, *Carcer*, & verbo, *Carceratio*, & verbo *Carcerari*.

Captura iniusta ratione iurisdictionis & incompetentiæ Iudicis, q. 27. n. 4. p. 3

Captus à Iudice incompetenti potest remitti ad Iudicem competentem, ibid. n. n. 5. ead.

Captura dicitur iniusta ratione causæ, ibid. n. 16. p. 8

Captura non pro omni causa decerni debet, ibid. n. 37. ead.

Captura non debet concedi, vbi agitur de pœna pecuniaria, ibid. n. 38. sed contrà, n. 39. ead.

Captura dicitur etiam iniusta ratione personæ, ibi. n. 40. ead.

Captura dicitur iniusta ratione loci, vbi quis capitur, ibid. nu. 88. p. 14

Captus in loco, in quo capi non poterat, relaxandus est, ibid. n. 84. ead.

Capi quis nõ potest in domo propria pro debito ciuili, quod quando verum sit, remissiuè, ibid. n. 91. ead.

Capi etiam potest quis in domo propria, quando capitur pro delicto, ibid. n. 92. ead.

Captura dicitur indebita ratione temporis, ibid. numer. 105. p. 16.

Captura dicitur iniusta ratione ordinis non seruati, ibid. nu. 111. p. 17

Capi nemo potest, legitimis non præcedentibus indiciis, ibid. n. 112. ead.

Capi nemo potest, nisi priùs examinentur testes super indiciis ab accusatore subministratis, ibid. n. 113. ead.

Captura non conceditur, legitimis indiciis non præcedentibus, etiam in crimine læsæ maiestatis, ibid. n. 114. ead.

Captura decerni potest ex leuibus indiciis, dummodo sint talia, quæ ad inquirendum sufficiant, ibid. n. 117. ead.

Captura conceditur ex sola præcedenti suspicione, ibid. nu. 118. p. 18

Capi nemo potest, nisi præcedente diffamatione, ibid. n. 119. ead.

Captura decerni potest ex sola querela partis de generali cõsuetudine, ibid. n. 120. sed contrà, n. 122. ead. Declara, vt in n. 121. & 126. ead. & p. 19

Captura conceditur ex qualibet informatione, ibid. n. 123. p. 18. quod intellige, quando delictum est graue, secus si leue, quia tunc non sufficit aliqualis informatio, sed requiruntur alia indicia, ibid. n. 124. ead.

Captura decernitur etiam sine indiciis, aut informationibus præcedentibus, quando reus est suspectus de fuga, ibid. n. 125. p. 19

Capturæ materia est Iudicis arbitraria, ibid. n. 126. Declara, quòd non per arbitrarium debet esse liberum sed regulatum, vt in n. 127. & 133. ead. & p. 2

Captura indistinctè non conceditur, nisi præcedat probabilis suspicio, etiam in leuibus delictis, ibid. n. 122. vers. Aduertas, p. 18.

Captura conceditur ex dicto vulnerati existentis in periculo mortis, ibid. n. 129. p. 19

Captura nunquam conceditur ex informatione extraiudiciali, ibid. num. 130. p. 20. Nisi tribus concurrentibus, scilicet enomitate delicti, suspicione fugæ, & quòd statim per capturam indicia rediganturin actis, n. 131. ead.

Captura nunquam debet concedi ex relatione exploratorum, ibid. n. 132. ead.

Captura continet in se iniuriam personalem & præiudicium irretractabile, ibid. n. 135. ead. intellige, si fiat à priuata persona, secus si à Magistratu, n. 138. p. 21

Captus de facto, de facto etiam est relaxandus sine impensa, ibid. n. 146. ead.

Captus non potest dicere de nullitate capturæ, si fuit relaxatus cum cautione de se repræsentando, ibidem, num. 150 p. 22.

Captus indebitè non potest arrestari tam ciuiliter, quàm criminaliter, ibid. n. 152. ead. Sed contrà, n. 153. p. 23

Captus pro vno debito, potest arrestari pro alio debito, vel delicto, ibid. n. 150. p. 22

Captus pro vno delicto, potest arrestari pro alio delicto, ibid. n. 154. p. 23

Captus à curia, si per Ecclesiam transeundo ducitur ad carceres, vel ad furcas, non gaudet immunitate Ecclesiæ, q. 28. n. 69. p. 35

Captus indebitè non dicitur relaxatus, si post relaxationem iterum capitur, q. 29. n. 11. p. 40

Captus de mandato Iudicis non habentis iurisdictionem, dicitur nulliter captus, & impunè potest fracto carcere aufugere, q. 30. n. 135. p. 72

Captus ordine iuris non seruato, potest impunè fracto carcere aufugere, ibid. n. 136. & 137. Vbi infertur ad captum, non legitimis præcedentibus indiciis, & n. 138. ead. vbi infertur ad captum non constito de corpore delicti.

Captura non debet concedi, nisi præcedant indicia, secundùm veriorem & communiorem opinionem, de qua in q. 27. n. 116. p. 17. licèt alij contrà, n. 115. ead.

Captus malè, bene detinetur, si post capturam superueniat probatio, q. 27. n. 151. p. 22

Captum ex manibus familiæ eximens, an, & quando, & qua pœna teneatur, vide infrà, verbo, *Eximens*, & suprà, verbo, *Birroarij* per totum.

Carcer est mala mansio, q. 27. n. 1. p. 3

Carcer est locus horribilis & immundus, ibid. n. 2. ead.

Carcer est sepultura viuorum, consumptio bonorum, consolatio inimicorum, & experientia amicorum, ibid. num. 3. ead.

Carcerationis materiam supple suprà, verbo, *Captura*.

Carcerari aliquem procurans de mandato Iudicis incompetentis, amittit causam, ibid. n. 4. ead.

Carcerare non potest qui non habet merum imperium, ibid. num. 6.

num.6, p.4
Carcerare non possunt Rectores vniuersitatis & Consules mercatorum, ibid. ead.
Carcerare nemo potest aliquem sua propria authoritate, sine Iudicis mandato, & sic carcerando committit priuatum carcerem, ibid.n.8. ead.
Carceris priuati pœna est vltimi supplicij, ibid.n.9. ead.
Carcerem priuatum exercens, dicitur committere crimen læsæ maiestatis, ibid. ead.
Carcerem priuatum exercens, tenetur ad damna & interesse, ibid.n.10. ead.
Carcerans debitorem propria authoritate admittit debitum, ibid. ead.
Carcer priuatus dicitur committi, etiam quòd quis non retineatur in carcere, sed in agro, in via, in domo, in ciuitate, in camera, cum hominum custodia, in vinculis, in compedib. in latumiis, seu alio quocunque modo detentus ad sui libitum recedere non possit, ibid.n.11. ead.& p.5
Carcer priuatus committitur etiam à birroariis, qui captum priuato loco retinent, ibid.n.15. p.5
Carceris priuati pœna multò magis habet locum in torquente detentum in priuato carcere, ibid.n.18. ead.
Carceri priuato nemo se obligare potest, etiam cum iuramento, aut pœna, ibid.n.20. ead.
Carcer priuatus non committitur, si infra 20. horas captus Iudici præsentetur, ibid.n.22.p.6.Declara, quando captura est licita, secus si illicita, n.22. ead.
Carcerare aliquem sine Iudicis mandato in pluribus casibus licet, etiam quòd captura stat à priuata persona, de quib. ibid.n.23. Dummodo postquam capti fuerint, ante 20. horas Iudici præsententur, aliàs secus, n.24. ead.
Carcer priuatus non dicitur commissus, quando pater carcerat filium, ibid.n.25. p.7
Carcer priuatus non dicitur commissus, quando dominus carcerat seruum suum, ibid.n.27. ead.
Carcer priuatus non dicitur commissus, quando monachus carceratur per Abbatem, ibid.n.28. ead.
Carcer priuatus non dicitur commissus, quando parentes, seu consanguinei carcerant consanguineum furiosum, ibid.n.29. ead.
Carcer priuatus non committitur in eum, qui rogat creditorem suum, vt eum detineat domi suæ carceratum, ne ab aliis creditoribus arrestetur, ibid.n.30. ead.
Carcerem priuatum non committit is, qui libidinis causa meretricem clausam detinet, ibid.n.31. ead.
Carcer priuatus non committitur, quando locus, in quo quis detinetur, est fragilis, & ex eo detentus facilè aufugere potest, ibid. n.32. ead.
Carceris priuati pœna non habet locum in eum, qui in carcere retinet bannitum, ibid.n.33. p.8
Carceris priuati pœna de facto non imponitur mortis, sed alia mitior, ibid.n.35. ead.
Carcerari regulariter possunt omnes personæ, nisi expressè reperiantur à iure prohibitæ, ibid.41. p.9
Carcer dicitur iniustus ratione loci, in quo captus detinetur, ibid.n.95. p.15
Carcer non ad pœnam, sed ad custodiam inuentus est, ib.ead.
Carcer non debet esse obscurus, & teter, sed clarus, & luminatus, ibid. n.96. ead.
Carcer subterraneus, vel aliàs in quo carceratus infra paucos dies moriatur, est prohibitus à iure, ibid.n.97. ead.
Carceratus non debet detineri regulariter in compedibus aut ferris, ibid.n.98. ead.
Carceratorum custodiæ qualitas in totum est remissa Iudicis arbitrio, ibid.n.99. ead.
Carceratus detinetur in compedibus & ferris, si crimen est graue, & persona sit vilis & suspecta, ibid.n.100. ead.
Carceratus non tenetur in compedibus, & ferris, nisi sit vel confessus, vel conuictus, vel valde suspectus, ibid.n.101. 16
Carceratus non tenetur in compedibus & ferris, si locus carceris est tutus, & bene munitus, ibid.n.102. ead.
Carceratos, dum in secretis carceribus permanent, alloquentes, & illis mittentes bulettinos, possunt torqueri tanquã verisimiliter informati de delicto, q.31.n.109. p.91
Carceratus, quando tenetur in compedibus & ferris, debet taliter teneri, vt desit cruciatio & dolor, q.27.num.103. p.16.
Carcer aliquando datur ad pœnam commissi delicti, & quãdo datur pro pœna, potest esse obscurus & teter, & etiam quòd in illo infrà paucos dies carceratus moriatur, ibid.n.104. ead.
Carcerari nemo debet in die feriata pro debito ciuili, ibid.n.106. ead.
Carcerari etiam in die feriato potest quis pro delicto graui, ibid n.109.p.17.secus pro leui, n.111.vbi declaratur.ead.
Carceratus ex facto carcere fugiens, & in Ecclesiam se recipiens non potest in ea capi, q.28.n.42. p.31
Carceratus egrediens carceres de licentia custodis cum iuramento de redeundo, & ad Ecclesiam confugiens, non potest in ea capi, ibid.n.43. ead.
Carcerari nemo potest in domo Cardinalium, quod an verum sit, & de materia, ibid.n.48. p.32
Carcerũ effractores quomodo puniantur, iura ciuilia diuersimodè statuerunt, & plures reperiuntur Doctorum opiniones, q.30.n.1.p.55 Prima enim fuit opinio, quòd talis pœna sit capitalis, n.2. Secunda est opinio, quòd non sit mortis naturalis, n.3. Tertia est opinio, quòd non sit mortis naturalis, sed ciuilis, n.4.& seqq.ead. Quarta est opinio, quòd effractores carcerum habeantur pro confessis, & puniantur eadem pœna delicti, pro quo detinebantur, n.7.p.56. Quinta est opinio, quòd non sit pœna confessati criminis, sed ordinaria, n.8.& seqq. Sexta est opinio, quòd effractores carcerum, vel rectiùs custodiantur, vel acriùs torqueantur super delicto, vel publicè funis ictu percutiantur, n.11.& 12.ead.& p.57. Septima est opinio, quòd habeantur pro confessis, sed quòd mitiùs puniantur, n.13. p.57. Sed hæc opinio reprobatur, nu.14.& seqq. Octaua est opinio, quòd pœna effractoris carcerum, est pœna capitis, fuga non sequuta: fuga autem sequuta est pœna criminis, pro qua fugiens erat carceratus.n.20. Nona est opinio eorum, qui dixerunt, effractores carcerum puniri pœna confessati criminis, ac etiam pœna capitis, nu.21.ead. Veritas est, quòd siue fuga sit sequuta, siue non, effractores carcerum puniantur pœna arbitraria, n.22.& sequentibus, vsque ad num.36.p.58.& 59. Vbi bene declaratur materia.
Carcerum effractores aliquando acriùs torquentur super principali delicto pro quo detinentur, ibid.n.23.& 36.p.58. vbi quòd si in tortura persistunt, non puniuntur alia pœna.
Carceres frangens sed præuentus à curia, si nõ potuit aufugere, punitur pœna arbitraria, ibid.num.25 & seqq. vsque ad numerum 34 ead.& pag.59. vbi respondetur contrariis.
Carceres frangens non habetur pro confesso, nec punitur tanquam effractor, fuga non sequuta, ibid.n.27.p.58. sed contrà, n.28.& 29.& 32.ead.& p.59. Declara, vt in n.30. 31.& 32. p.59
Carcerum effractores puniuntur etiam quòd innocentes sint de delicto, pro quo detinentur, ibid.n.35. licèt contrà, nu. 39. Et pœna isto casu est arbitraria, num.36. Item est vniformis, cum effractore nocente & delinquente, n.38. licèt contrà, n.37. ead.
Carcerum effractor si aufugiat, potest etiam absens in contumaciam condemnari. ibid.n.40.& 41.ead. & g.60. licèt alij contrà, n.42. Sed in quam pœnam possit sic absens in contumaciam condemnari, n.43. p.60
Carceribus fractis aufugiens si denuo capiatur, potest absque alio condemnari, ibid.n.41.p.59.vbi etiam contrà. Declara.vt n.42.& seqq. p.60
Carcerum effractor si aufugerit, non potest absens in contumaciam condemnari, nisi præcedentibus solitis citationibus & terminis, ibid.num.45. licèt alij contrà, numer.44. ead.
Carceres publici dicuntur non solùm, qui habent ordinarios custodes, sed etiam cameram, & palatium loco carceris à Iudice assignatum, ibid num.47.p.61. sed contrà, nu.48. ead.
Carceratus dicitur omnis ille, qui ad sui libitum de aliquo loco dice

co discedere non potest, prout ille, qui in aliquo loco detinetur sub præcepto vel arresto, ibid.n.52. cad sed contrà,n.54. p.62
Carceratus dicitur ille, qui dedit fideiussorem de non discedendo ex aliqua ciuitate, vel ex alio loco, ibid.n.57. sed contrà,n.58. cad.
Carceratus dicitur ille, qui relaxatus ex carceribus permanet sub fideiussione de se repræsentando, ibid.numer.80. p.65
Carcerum effractor dicitur etiam is, qui fractis vinculis vel compedibus aufugit ex ostio aperto sine muri, aut ostij fractura, ibid.n.81. cad.
Carcerum muros transcendens cum fune, vel alio modo, & fugiens, punitur tanquam effractor carcerum, etiam quòd sine fractura aufugerit, ibid.n.83. cad.
Carceratus iniustè potest impunè fracto carcere aufugere, ibid.n.120.p.70.nec tenetur ad aliquid etiam in foro conscientiæ, si vt iniustam mortis condemnationem aufugiat, carceres frangat, n.121. cad.
Carceratus iniustè peccat, si cùm potest aufugere, non aufugiat, ibid.n.122. & non solùm non fugiendo peccat, sed criminaliter punitur, n.123. cad.
Carceratus iniustè, si vt se à carceribus liberaret, promisit medio iuramento redire, potest non redire, etiam sine peccati ac periurij labe, ibid.n.124.p.71.imò redeundo peccat, num.125. sed hæc intellige procedere, vbi carceratus redeundo incurreret periculum vitæ, aliter secus, nu. 126.& 127.sed contra istam declarationem, numer.128. cad.
Carceratus iniustè si aliter ex carcere euadere non valet, potest impunè etiam custodes occidere, ibid.n.129.sed contrà, num.130.ead. Declara, vt possit sic impunè occidere duobus concurrentibus. Primò, quod notoriè constet de iniustitia carcerationis. Secundò, quòd carceratus sit in euidenti periculo mortis, & quòd aliter illud euadere non potest, nisi custodes offendendo, aliter secus, vt in n.131. & seqq. p.72
Carceratus iniustè, potest impunè fracto carcere aufugere, quando is fuit nulliter & non ritè carceratus: secus si ritè, licèt innocens sit, ibid. num.134.sed quot modis quis dicatur nulliter & non ritè carceratus, numer.135.& seqq. cad.
Carcerato impunè ex carceribus aufugere licet, quando videt se falsò accusatum, Iudicémq; esse participem huius falsæ accusationis, ibid.n.139. cad.
Carceratus malè tractatus in carcere, & timens sæuitiam Iudicis minantis, potest impunè fracto carcere aufugere, ibid.n.140.141 & 142.ead.& p.73.vbi etiam si malè tractetur à custodibus carcerum.
Carceratio præsumitur iusta & valida, nisi de iniustitia & nullitate ex actis appareat, ibidem numer.143.& sequent. p.73
Carceratum aufugisse ex ostio aperto, in dubio non præsumitur, ideo apertura ostij per fugientem probanda est, ibid.n.161. p.74
Carcerati si ex carcere omnes aufugerint, vno excepto, qui propter corporis debilitatem non potuit aufugere, quid præsumendum contra istum, quia non aufugit, ibid.num. 201. p.78
Carceratum alloquens in secretis detentum bona fide & de rebus non spectantibus ad causam non punitur, quæst.31. n.106. p.91. sed quid si alloquatur, seu scribat de rebus spectantibus ad causam, in præiudicium fisci: die pariter quòd non punitur de iure communi, nisi in contrarium adsit aliqua specialis prohibito pœnata, num.107.& seqq. cad.
Carceratus rem habens cum muliere carcerata, quomodo puniatur, ibid.n.118.120.122. & 123. p.92
Carceratus carnaliter cognoscens vxorem vel ancillam custodis carcerum, quomodo puniatur, ibid.n.119.121. & 123. cad.
Carceratus relaxatur fideiussoribus, quando delictum est leue,& pœna pecuniaria, q.33.n.1. p.113
Carceratus quando relaxatur sub fideiussore, fideiussio debet esse de stando in certo loco, & inde non recedendo, ibid. n.3. Sed quando sufficiat fideiussio de repræsentando, vel de iudicatum soluendo, n.4.& 5. cad.
Carceratus si non habet fideiussores, & loco fideiussorum offerat pignora, relaxandus est, aliàs Iudex tenetur, ibi.n.6. cad.
Carceratus si confessus est delictum, de quo inquiritur, non relaxatur cum fideiussione, ibid.n.9. p.114
Carceratus non relaxatur fideiussoribus etiam in pecuniariis pœnis quando est iam condemnatus, ibid.n.19. p.115
Carceratus non relaxatur sub fideiussore, quando Iudex est in calculo ferendæ sententiæ ibid.n.25. cad.
Carceratus non relaxatur sub fideiussore, quando ipse distulit dare talem fideiussorem vsque ad sententiam, ibi.n.25. cad.
Carceratus in crimine falsi, an, & quando fideiussoribus relaxetur, ibid.n.30.& seqq. p.116
Carceratus non relaxatur fideiussorib. quando iam ex carcere aliàs aufugisset, ib.n.34.p.117. Declara, vt in n.35.cad.
Carceratus non relaxatur fideiussoribus, quando est repertus in flagranti crimine, vtputà cum delatione armorum, vel aliàs delictum est notorium, ibid.n.36.& seq. licèt aliqui ibi.relati, d.n.37.contrarium dixerint. cad.
Carceratus non relaxatur sub fideiussoribus, quando est indiciatus ad torturam, siue pœna sit corporalis, siue pecuniaria, ibid.n.38.& 39. cad.
Carceratus si non habet fideiussorem, detinetur in carcere, ibid.n.40. cad.
Carceratus non habens fideiussorem, an & quando admittatur ad iuratoriam cautionem, ibid.n.43.& seq. cad.
Carceratus non relaxatur fideiussoribus, quando delictum est graue,& agitur de pœna corporali, ibid.n.48. licèt aliqui contrà, n.50. p.118
Carceratus non relaxatur fideiussoribus, quando pœna est corporalis in defectum pecuniariæ, ibid.n.51.ead. Amplia quòd isto casu non admittitur fideiussor de soluendo, n.52. p.119. Vbi etiam, an admittatur depositum in pecunia numerata. Limita, quando statutum mandaret quem corporaliter puniri in casu, in quo pœnam pecuniariam non soluerit, sed in casu, in quo illam non possit soluere, quia tunc dato idoneo fideiussore relaxatur, n.53. cad.
Carceratus non relaxatur fideiussoribus, quando pœna est arbitraria, ibid.n.54. cad.
Carceratus non relaxatur fideiussoribus, quando agitur de pœna exilij, ibid.n.55. cad.
Carceratus non relaxatur sub fideiussoribus, quando agitur de pœna infamiæ, ibid.n.56. cad.
Carceratus non relaxatur sub fideiussore, quando agitur de pœna fustigationis, ibid.n.57. cad.
Carceratus potest relaxari fideiussoribus, quando est in casu absolutionis, & Iudici constat de eius innocentia, ib.n.65. p.120.sine fideiussoribus, nec etiam isto casu relaxatur, ibid.n.66. cad.
Carceratus non relaxatur fideiussoribus, etiam quòd in processu non adsint contra eum indicia, si tamen illa Iudex habere sperat, ibid.n.67. p.121
Carceratus nunquam relaxatur fideiussoribus, nisi finito processu, ibid.n.70. cad.
Carceratus an sit fideiussoribus relaxandus, nécne, Iudicis arbitrio remittitur ibid.n.71. Hoc tamen arbitrium non est absolutum & liberum, sed regulatum, & ex iusta causa, n.72.& 73.ead. Vbi etiam quòd Iudex causam hanc debet exprimere in decreto relaxationis, aliàs tenetur.
Carceratus relaxatur fideiussoribus, etiam quòd agatur de pœna corporali, quando sic cauetur aliquo statuto, constitutione, vel consuetudine, ibid.n.74.& seq. cad.
Carceratus relaxatur fideiussoribus, etiam quòd de pœna corporali agatur, quando fideiussores obligant se vt custodes, ibid.n.76. p.122
Carcerati quomodo relaxentur in diebus Paschatis, & Natalis Domini, ibid.n.77. cad.
Carceratus tam pro debito ciuili, quàm pro causa criminali, quomodo relaxetur sub prætextu infirmitatis, ibid. n.78. cad.
Carceratus si relaxandus est sub fideiussore, debet intelligi de fideiussore idoneo, ibi n.79. cad.

Carceratio est iustum impedimentum non comparendi,q. 34.n.87. p.135
Carcerati contractus minimè valet,q.35.num.1.p.147.licèt contrà,n.2. ead.
Carcerati contractus est nullus ipso iure,ibid.numer.3,& 4. ead.
Carcerati contractus non valet,etiam quòd sit extractus extra carceres,sed cum custodia militum,ibid.n.5.ead.Amplia etiam quòd dicatur in instrumento, quòd positus in libertate contraxit,n.6. p.148
Carcerati contractus non valet, etiam quòd in eo dicatur, quòd non vi,aut metu,sed sponte contrahit, ibid.n.13.& seqq. ead.
Carcerati solutio facta suo creditori carceráti minimè valet, ibid n.19.quod intellige,si carceratio erat iniusta, secus si iusta n.29. ead.
Carcerati contractus factus in carcere priuato,nec etiam valet,ibid.n.21.& seqq ead. Vbi etiam de talea promissa à captiuis in bello,vel à latronibus.
Carcerati contractus non valet,etiam quòd quis detineatur domi sibi assignatæ loco carceris,ibid.n.20. ead.
Carcerati contractus sicut non valet, ita etiam nec valet fideiussio facta pro ipso carcerato, ibidem num.24.& seq. p.149
Carcerati contractus sicut non valet, ita nec valet factus ab eo,qui timebat carcerari,ibid.n.26.& seq. ead.
Carcerati contractus non valet, quando carceratio est iniusta,ibi.n.28. Vbi etiam quãdo dicatur quis iniustè carceratus:secus si carceratio sit iusta,n.29. ead.
Carcerati contractus non valet, quando est celebratus cum ipso carcerante, & ad ipsius commodum, ibidem, num. 31. secus si est celebratus cum alio tertio, numer. 32. ead.
Carcerati contractus celebratus cum tertio participe carcerationis,nec etiam valet,ibid.n.33. ead.
Carcerati contractus factus cum tertio ad instantiam carcerantis,qui dedit causam illi contractui,minimè,valet,ibid. n.34. p.150
Carcerati contractus factus ad sui vtilitatem, valet & tenet, ibid.n.35. ead.
Carcerati contractus, promissio seu obligatio facta ad fauorem alicuius pro ipsius carcerati liberatione, valet & tenet,etiam quòd quis sit carceratus in carcere iniusto,ibid. n.36. ead.
Carcerati fideiussor, qui pro carcerati liberatione aliquid soluit,potest solutum repetere, & debet indemnis releuari ab ipso carcerato,ibid.numer.36.& seq.Vbi hoc declaratur.
Carcerati contractus validatur per consequentem ratificationem ibid.num.38.ead.Declara,nisi duret eadem causa metus tempore ratificationis, quia tunc ratificatio nihil operatur, n.39. ead.
Carcerati contractus cum altero carcerato valet & tenet, ibid.n.40. ead.
Carceratus potest facere testamentum,ibid.n.41.p.151. Declara,vt in n.42.& seq. ead.
Carcerati contractus valet de consuetudine, ibid.n.44. Declara, vt in n.45. ead.
Carceratus relaxatur etiam quòd simus in dubio, an innocens sit,q.53.n.69. p.121
Carcerandi potestatem non habet Iudex delegatus,nisi eum qui de fuga suspectus sit,q 27.n.7. p.4
Carceris priuati crimen habet speciale,vt Iudices negligentes punire huius criminis reos, eadem pœna puniantur, ibid.n.16. p.5
Carcerari an & quando possit mulier pro causa ciuili, vel criminali, vide infrà,verbo,*Mulier*,per plures versiculos, in discursu.
Carcerari an & quando possit clericus pro causa ciuili vel criminali,vide infrà,verbo,*Clericus*,in discursu.
Carcerari an & quando possit Doctor pro causa ciuili vel criminali,vide infrà,verbo, *Doctor*,in discursu.
Carcerari an & quando possit infirmus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus,ibid.n.87.
Carcerari etiam in die feriato potest debitor suspectus de fuga,ibid.n.107. non tamen potest tali die arrestari,num. 108
Carcerare si faciat aliquem Iudex indebitè,quomodo puniatur,vide infrà,verb. *Iudex indebitè aliquem carcerans*, & seqq.
Carcerum effractoris materiam supple infrà, in verbo, *Fugiens ex carcere* in discursu.
Carcerum effractor an dicatur qui ex camera,vel palatio loco carceris assignato aufugit,vide infrà,verbo,*Fugiens ex camera*,& seqq.
Carcerum effractor habetur pro confesso,non præsumptiuè, sed fictè,q.1c.n.14. p.57
Carcerum effractor an dicatur ille qui frangit arrestum, vel præceptum pœnatum de non discedendo ex aliquo loco, vide infrà,verbo. *Frangens arrestum*.
Carceris effracti pœna tenentur fideiussores de tuto carcere, si reus pro quo promiserunt, aufugit, quia sic promittendo censentur promisisse,non vt fideiussores simplices, sed vt custodes,ibid.n.64. p.63
Carceris effractoris pœna habet locum etiam in debitore ex causa ciuili fugiente fractis carceribus,ibid.num.81.pag. 65
Carceratum ex carcere eximens,quando puniatur.Et de materia vide infrà,verbo,*Eximens carceratum* per totum.
Carceres frangens & carceratum inde eximens, quando puniatur vide infrà, verbo, *Eximens carceratum*, & seqq.
Carcerum effractorum fautores,instigatores, consultores,& auxiliatores puniuntur de iure communi,sicut puniuntur effractores ipsi, sed vigore Bullæ puniuntur pœna mortis tanquam rei læsæ maiestatis,ibid.n.97.p.67.sed quomodo puniatur receptans eum qui fracto carcere aufugit, n.98. & sequentibus. ead.
Carcerum effractorem & inde fugientem receptans tenetur eadem pœna,qua tenebatur is carcerum effractor, ibid.n. 98.sed vtiùs dic,quòd punitur pœna arbitraria, n.99. Et hæc pœna arbitraria erit mitior, si receptans erat consanguineus receptantis,n.99.& seqq. ead.
Carcerum effractor Clericus deponendus est, & data perseuerantia in enormitatibus, curiæ seculari traditur, ibid.n. 119. p.70
Carcerum effractor non dicitur,qui ex carcere iniusto aufugit,& de materia,,ibid.n.120.& seqq. ead.
Carceres frangere potest impunè captus ordine iuris non seruato, ibidem numero 136.& 137.pag.72.vbi infertur ad captum non legitimis præcedentibus indiciis, & numero 138.ead.vbi de capto, non constito de corpore delicti.
Carceres frangere potest impunè captus de mandato Iudicis non habentis iurisdictionem, ibid.n.135. ead.
Carceratus iniustè si aufugiat, an fideiussor de tuto carcere teneatur,ibid.n.147. p.73
Carcerum effractor non dicitur, qui aufugit ex eo quòd videt se falsò accusatum,Iudicémque esse falsæ accusationis participem,ibid.n.130. p.72
Carcerum effractor non dicitur, qui aufugit malè tractatus in carcere,timétque sæuitiam Iudicis minantis ibid.num. 140.141.& 142.ead.& p.75. Vbi idem si malè tractetur à custodibus.
Carcerum effractor an dicatur, qui inde aufugit animo reuertendi,& de materia vide infrà,verbo, *Fugiens ex carcere animo reuertendi*.
Carcerum effractor non dicitur,quando quis aufugit ex ostio aperto,& de materia, ibid.n.160.& 161. p.74.
Carcerum effractoris pœna non habet locum, nisi fuga sit facta cum fractura,quod quando verum sit,& de materia vide infrà,verb.*Fugiens ex carcere*.
Carcerum effractoris pœna non habet locum, nisi vltra fracturam interuenerit etiam conspiratio ibid.n.166.sed cõtrà,n.167. verùm prima opinio verior est,n.168. & seqq. p.75.Vbi respondetur contrariis,& declaratur.
Carcerum effractor non dicitur qui inde aufugiens ad superiorem confugit,& de materia,ibid.n.171.& seqq.ead.& dixi infrà,verbo,*Fugiens ex carcere*.
Carcerum effractor non dicitur,qui inde egreditur de licentia cũsto

tia custodis, ibidem, numero 176. pagina 76. & isto casu nec tenetur etiam fideiussor de carcere, numero 177. & sequent. eadem. Declara, vt in numero 182. 183. & 184. ead. & p. 77

Carcerum effractor non dicitur, qui inde aufugit propter aliquod periculum, putà aquæ, ignis, ruinæ, vel quid simile fugiens, & de materia dixi infrà, verbo, *Fugiens ex carcere propter timorem.*

Carcerum effractor non dicitur, qui inde aufugit tempore sedis vacantis summi Pontificis, ibidem, numero 189. ead.

Carceres frangere & inde aufugere licet mulieri ad euitandam libidinis vim sibi à custode, vel ab altero illatam, ibi. n. 190.

Carcerum effractor habetur pro confesso, quando erat detentus pro inquisitione speciali, secus si pro generali, ibid. n. 191. semper tamen pœna arbitraria, etiam quòd inquisitio sit sepecialis, n. 192. ead.

Carceratorum fugere volentium conspirationem reuelans impunitate delicti, pro quo detinebatur, gaudere debet, etiam quòd conspirationis particeps fuerit, ibid. n. 193. & sequentibus. p. 78

Carceratus hæreticus si ex carcerea afugiat, an habeatur pro confesso, & de materia vide infrà, verbo, Hæreticus fugiens ex carcere.

Carcerum effractor non punitur pœna mortis, nisi fuerit illata vis custodiæ, & de materia, ibid. numero 202. & sequentibus. p. 89

Carcerum effractor habetur pro confesso, quando sciuit causam illius delicti, pro quo detinebatur: secus si ignorauit, ibid. n. 205. ead.

Carcerum effractor non habetur pro confesso quoad qualitates delicti pro quo detinebatur, ibid. n. 206. ead.

Carcerum custos an & quando teneatur ex fuga carcerati, & de materia, vide infrà, verbo, *Custos carcerum*, per totum.

Carceratus si relaxetur per custodem carcerum sine Iudicis mandato, quomodo puniatur custos, & de materia, vide infrà, verbo, *Custos relaxans carceratum*, & seqq.

Carceratus rem habens cum meretrice in carcere, punitur, & de materia, quæstione 31. numero 113. 116. 118. & sequentibus, p. 92

Carceratus clericus relaxatur fideiussoribus, quando pœna est pecuniaria, quæstione 33. numero 2. p. 113. & quid si pœna est corporalis, & de materia, vide infrà, verbo, *Clericus relaxatur fideiussoribus.*

Carceratum relaxandum sub fideiussione si Iudex non relaxat, conuenitur in syndicatu actione iniuriarum, ibid. n. 7. Declara, vt n. 8. p. 114

Carceratus debitor fisci, quando debitum est liquidum, non relaxatur sub fideiussione de soluendo, sed debet soluere, ibi. numero 10. eadem. Et quid de aliis debitoribus, an & quando sint relaxandi sub fideiussione: an verò sit necessaria solutio, vide infrà, verbo, *Debitor carceratus*, & sequentibus.

Carceratus appellans à pecuniaria condemnatione relaxatur sub fideiussoribus ex carcere, in quo detinebatur in prima instantia, ibid. n. 20. & sequenti, pag. 115. & quid vigore Bullæ, n. 23. ead.

Carceratus appellans à condemnatione corporali, non relaxatur ex carcere, etiam quòd offerat fideiussores: & signatura isto casu nunquam signat supplicationem appellationis, nisi oratore in carceribus constituto, vel sine præiudicio exequutionis, ibid. n. 34. p. 117

Carcerati testes, & torquendi vt dicant veritatem, non relaxantur fideiussoribus, ibi. n. 39. p. 117

Carcerata mulier si fideiussorem non habet, an & quando relaxetur sub iuratoria cautione, ibidem, numer. 45. & sequentibus. p. 118

Carceratus nobilis relaxatur fideiussoribus, etiam quòd agatur de pœna corporali, ibid. numero 60. & seqq. pag. 120 intellige si Iudex illum inocentem viderit, aliter secus, n. 63. & seqq. ead.

Carceratus si relaxatur sub non idoneo fideiussore, potest iterum carcerari, & non per hoc est liberatus fideiussor, ibidem, numero 82. pag. 123. & quomodo teneatur isto casu Iudex vel Notarius, quando relaxatur carceratus sub non idoneo fideiussore, vide ibidem, numero 8. & seqq. ead.

Carceratus relaxatus sub fideiussore de repræsentando, si se non repræsentat, an & quando teneatur fideiussor, & de materia vide infrà, verbo, *Fideiussor*, in discursu, per plures versiculos, carcerati contractus non firmatur iuramento, q 35. num. 7. & seq. pag. 148. debet tamen peti absolutio, n. 12. ead.

Carcerati confessio dicitur metu facta, ibidem, num. 16 sed contrà, n. 17. concorda, quia prima opinio procedit in ciuilibus, secunda autem in criminalibus, n. 18.

Cardinalium Palatia habent priuilegium, vt in illis nemo capi possit: quod an verum sit, vide in quæstione 28. num. 48. p. 32

Caupones an, & quando torqueantur sine indiciis ob furtum in caupona factum, q. 37. n. 158. & seq. p. 188

Causa delicti cessante, cessat etiam omnis præsumptio delicti q. 50. n. 31. p. 347. & q. 52. n. 150. p. 374

Causam delicti qui habuit, is nempe deliquisse præsumitur, q. 52. n. 144. ead.

Causæ delicti quæ dicantur, & in quibus consistant, ibidem, n. 145. ead.

Causa delicti facit indicium; etiam quòd ea non adsit, dummodo delinquens putauerit illam adesse, ibidem, numero 146. ead.

Causa delicti multò magis facit indicium contra eum, qui est inclinatus ad illam causam, ibid. n. 147. ead.

Causa delicti multò magis facit indicium, quando nemo alius est imputatus de illo delicto, ibidem, numero 148 & seq. ead.

Causa delicti cessante, cessat etiam delicti præsumptio, ibid. n. 150. ead.

Causa delicti ad hoc, vt faciat indicium, debet esse plenè probata, & in specie, ibid n. 151. ead.

Causa delicti ad hoc vt faciat indicium, debet esse grauis & non leuis, aliàs, vt ibid. n. 152. ead.

Causa delicti tanquam indicium remotum de se sola non facit indicium ad torturam, ideo alia concurrere debent, ibid. n. 153. p. 375

Causa iusta excusat à pœna conuentionali, sed non iniusta, q. 30 n. 175. p. 76

Cautio de non offendendo non facit cessare malum animum nocendi, q. 49. n. 123. p. 342. Sed bene minuit potentiam delinquendi, n. 125. Et an ex ea probata dicatur inimicitia, n. 122. & 124. ead.

Cautionem de non offendendo rumpens punitur Iudicis arbitrio, q. 29. n. 14. 16. p. 40. & 41

Cautionem iuratoriam præstare potest Doctor, si fideiussorem non inuenit, q. 27. n. 79. p. 13

Cautionem iuratoriam dare potest in ciuilibus, qui fideiussorem non habet, q. 33. num. 43. idem in criminalibus, n. 44. idem in muliere, n. 45. sed de consuetudine contrarium seruatur in criminalibus, tam in viro, quàm in muliere, n. 46. Declara vt in n. 47. p. 118

Cessante vna ratione ex duabus in quibus dispositio fundata est, non cessat ipsa dispositio, q. 28. n. 65. p. 35

Cessionis beneficium non tenetur subire clericus, sed admittitur ad iuratoriam cautionem de soluendo suis creditoribus, cùm ad pinguiorem fortunam deuenerit, q. 27. n. 66. p. 12

Cætera ad materiam vide infrà, verbo, *Clericus*, in discursu.

Charitas ordinata incipit à seipso, q. 43. n. 15. p. 252

Circumstantias, indicium, & adminicula idem sunt, q. 36. n. 268.

Citatio non requiritur vbi quis citatus actui non potuisset contradicere, q. 39. n. 104. p. 221

Cicatricem in faciem alicui inferens, dicitur graue delictum committere, & grauiter puniẽdus est, & materia, ibi. n. 97. & seq.

Citatus ad locum non tutum, & vbi est timor mortis, comparere non tenetur, q. 34. n 51. p. 131

Ciuitas & alij inferiores, qui habent potestatem condendi

statuta,habent etiam facultatem concedendi saluos conductus,q.29.n.106. p.52
Clericus non conuenitur, nisi in quant um facere potest, q. 27.n.65. p.12
Clericus non tenetur cedere bonis, sed admittitur ad iuratoriam cautionem de soluendo suis creditoribus, cùm ad pinguiorem fortunam deuenerit,ibi.n. 66. ead.
Clericus non potest carcerari pro debito ciuili, ibidem, nu. 67. ead.
Clerico debitori sequestrantur fructus beneficij, & illorum reseruata ipsi portione ne egeant consignando creditoribus vsque ad integralem satisfactionem, ibid.n.68. ead.
Clericus potest carcerari pro debito ciuili, quando vel iuratit soluere,vel habet contra se tres sententias conformes, sed an hoc verum sit, ibid.n.70. ead.
Clericus in forma cameræ obligatus potest capi,carcerari,& detineri,ibid.n.70. ead.
Clericus pro debito ciuili capitur, si de fuga suspectus est, ibi.n.71. p.13
Clericus pro debito descendente ex delicto potest carcerari, ibid.n.72. ead.
Clericus pro delictis & in criminalibus carceratur, ibid. nu. 73.& seqq. ead.
Clericus pro delicto non potest carcerati, nisi priùs constet de illius corpore, ibi.n.74. ead.
Clerici non sic faciliter sunt carcerandi,sicut laici,ibid. num. 73. ead.
Clerici carcerantur, etiam quod de crimine agatur ciuiliter, ibid.n.75. ead.
Clerici non carcerantur in criminalibus, nisi de fuga suspecti sint,quod an verum,ibid.n.76. ead.
Clerici confugientes ad Ecclesiam, non possunt extrahi à Iudice Ecclesiastico,q.27.n.7. p.26
Clerici non gaudent immunitate Ecclesiæ, sed ab ea extrahi possunt, si committunt delicta digna degradatione & traditione curiæ seculari,ibid.n.28. p.30
Clericum percutiens, sacrilegium committit, ibidem, num, 29. ead.
Clericum excommunicatum percutiens, incidit in pœnam canonis,si quis suadente diabolo,17.q.4.ibi.n.40. p.31
Clericus carcerum effractor & inde fugiens, deponendus est,& data perseuerantia in enormitatibus, curiæ seculari tradendus est,q.30.n.119. p.70
Clericus carceratus relaxatur fideiussoribus, quando pœna est pecuniaria,q.33.n.2. p.113
Clericus non relaxatur fideiussoribus,quando pœna est corporalis de iure ciuili.Item nec relaxatur,quando agitur de aliquo delicto enormi,quod mereatur pœnam depositionis,vel detrusionis in carcerem perpetuum, aut in monasterium,ibi.n.58.& seqq. p.119.& 120
Clerici,& sacerdotes possunt torqueri regulariter,q.41.n.2. contrà,n.5.
Clerici possunt torqueri in crimine læsæ maiestatis, veneni, sepulchri violati,& aliis atrocibus delictis,ibi.n.30.
Clerici an possint torqueri in alios,vti testes, remissiuè,ibid. num.4.
Clerici possunt torqueri si sunt diffamati de delicto, de quo inquiruntur, sicut alij infames, aliter secus, etiam quòd contra eos mille præcederent indicia,ibi.n.6.Sed contrarium seruatur in pract.n.7.
Clericus non torquetur, nisi indicia contra eum laborantia sint grauiora,& virgentiora illis,quæ requiruntur in laicis, ibid n.8.& seq.
Clerici quando torquentur sunt leuiùs torquendi quàm laici,ibid.n.11.Sed contrarium est verius,n.12.& seq.
Clericorum delicta sunt grauiora,& punibiliora, quàm delicta laicorum,ibi.n.13.
Clerici non possunt torqueri à laicis etiam de mandato Episcopi,ibi.n.14. Sed contrarium seruatur de consuetudine, num.15.
Clericum insultatum vnusquisque defendere tenetur ab offensore & percussore,q.51.n.33. p.352
Clericus tenetur reuelare delicta committenda contra alios clericos,& multò magis contra Episcopum,ibidem,num. 59. p.353
Cogitatio sola ad actum externum nõ producta, nullatenus punitur,q.28.n.3. p.25
Coitus cum meretrice est impunibilis extra carceres, sed in carcere punibilis,q.31.n.113. sed econtrà, n.116.118. & seqq.Declara,vt in n.120.& seq. p.92
Commentariensis non liberatur propter culpam substituti illum exhibendo,ibid.n.31. p.86
Concessio vno censetur concessum omne aliud per quod deuenitur ad illud vnum, q.27.n.94. p.14
Condemnatus ad mortem,si ad sacerdotem portantem sacratissimam Eucharistiam confugiat,non potest ab eo euelli, & liberandus est,q.28.n.45. p.32
Conditio significatur per dictionem,*si*, quæst.38.numer.26 p.159
Conditionem importat dictio,*si*,q.46.n.3. p.282
Conditione deficiente,deficit etiam conditionalis dispositio, ibid. ead.
Conditionalis oratio, nihil ponit in esse ante conditionis euentum,q.50.n.33. p.347
Conditione deficiente,deficit etiam conditionalis dispositio, vbi n.34. ead.
Confessio non facit rem notoriam, quando contra eam aliquid coloratè opponitur, ibid.n.32. sed quid si actu nihil opponatur, an sufficiat potentia opponendi ad excludendum notorium, n.33.
Confessio non facit rem notoriam quando est incidenter facta,vel metu tormentorum,vel extra iudicium, vel in figura iudicij, vel absente parte, vel in iudicio summario, aut nullo,ibid.n.34.
Confessio ex fractura carcerum resultans, non dicitur præsumpta,sed ficta,q.30.n.14. p.571
Confessio ficta differt à confessione præsumpta, ibid. n.15. ead.
Confessio ficta à lege habet vim confessionis veræ & iudicialis, ibid.n.16. ead.
Confessus potest in pœnam ordinariam condemnari, ibid. n.17. ead.
Confessio ficta inducit non præsumptam,sed liquidissimam probationem, ibid.n.18. ead.
Confessio iudicialis sufficit ad condemnandum, q 33.n.16. p.214
Confessio extraiudicialis non sufficit ad condemnandum, ibid.n.16. ead.
Confessus non appellat vigore Bullæ,ibid.n.23. p.115
Confessio facta in carcere,dicitur metu facta, q.35.num.16. p.148.contrà,n.17. concorda,quia prima opinio procedit in ciuilibus,secunda autem in criminalibus,ibid.n.18.ead.
Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam, q.37. n.48. p.176
Confessio facta metu tormentorum est nulla, sicut facta in tortura non præcedentibus indiciis, ibid.n.96.97.& 104. p.181.& 182
Confessio dicitur facta metu tormentorum, si reus inducitur ad torturam,vel ibi ligatur,vel spoliatur,ibid.n.97. Contrarium, n.98.p.181. Prima opinio est magis communis, n.104. p.182
Confessio non dicitur facta metu tormentorum propter solas minas de torquendo,ibid.n.98.& n.102.p.181.& 182. Licèt aliqui contrà,num.97.p.181. Declara,vt num.103. p.182
Confessio dicitur facta metu tormentorum, etiam quòd sit facta in leui tortura,ibid.num.97.contrà,num.99.p.181. Prima opinio est magis communis,declara tamen, n.105. p.182
Confessio extorta non legitimis præcedentibus indiciis, est nulla, & inualida, etiam quòd sit millies ratificata, ibid. n.110. p.185
Confessus vnum furtum seu delictum,an possit, & quando, & quomodo sine indiciis torqueri ad habendum alia delicta in genere,ibid.n.166.& seq. p.189
Confessio extorta per Iudicem pendente appellatione à decreto torturæ,est nulla ipso iure, & inefficax ad condemnandum,q.38.n.17. p.196
Confessio extorta in repetitione tormentorum, quæ repeti non debebat,confitenti non nocet,ibid.n.78. p.202

Confessus si nolit suam confessionem ratificare, potest, vt ratificet, torqueri. Quando hoc verum sit, & de materia, vide ibidem, n.91.& sequenti, p.204.& 205.& dixi infrà in verbo, *Torqueri potest reus.*

Confessio quando allegatur erronea, debet admitti illam reuocans ad probandum errorem, eique debet concedi terminus ad id, & interim supersederi, ibi.n.100.101.& 102. p.206.

Confessionem reuocans tanquam erroneam auditur, si pro reuocatione adsint aliqua, ibid.n.101. ead.

Confesso, & conuicto adhuc ante condemnationem dandus est terminus ad se defendendum, q. 39.n.32.& 34. licèt aliqui contrà, n.33. p.213.& 214

Confesso, & conuicto, & non petenti indistinctè dandus est terminus ad se defendendum, ibid.n.35. & n. 40. Licèt Bossius non indistinctè, sed aliquando hoc verum dixerit, vt n.36.& seq.

Confessio muti, & surdi à natura non sufficit ad ipsum condemnandum, q.41.n.90. p.240

Confessio illius, qui de iure torqueri non debebat, nihil nocet confitenti, etiam quòd sit ratificata, ibid.n.95 p.241

Confessio est maior probatio omnibus aliis, quæstione 34. n.19. p.128

Confessio inuerisimilis non sufficit ad condemnandum, ibi. n.21. ead.

Confessio extorta à reo, contra quem sola fama vrgebat, non valet, nec confitenti nocet, etiam quòd fuerit ratificata, q. 47.n.8. p.297

Confessio emanata denegatis defensionibus, & copiis indiciorum nulla prorsus, & inualida est, q.39.num.84. pag. 218.

Confessio dubia interpretatur in fauorem confitentis, q.50. n.20. p.245

Confessionem sacramentalem, an, & quando Sacerdos possit reuelare, & de materia vide infra, verbo, *Sacerdos.*

Confessio sacramentalis & eius celatio est de iure diuino, q. 51.n.94. p.357

Confugiens ad Ecclesiam non potest de ea inuitus extrahi, q.27.n.90. p.14

Confugiens ad Ecclesiam non potest inuitus ab ea extrahi, q.28.n.1. p.24

Confugiens ad Ecclesiam debet teneri in bona custodia, donec cognitum fuerit, an gaudeat immunitate Ecclesiæ, nécne, ibid.n.10. p.26

Confugiens ad sacram Eucharistiam capi non potest, ibi.n. 11. ead.

Confugiens ad circuitum Ecclesiæ, videlicet per 40. passus circumcirca Ecclesiam matricem, & per 30. passus circa alias Ecclesias, capi non potest. Sed an hoc seruetur de consuetudine, ibid.n.12.& seq. p.27

Confugiens ad cœmeterium, claustrum, scalas, seu ostium Ecclesiæ, tutus nec extrahi potest, ibi.n.15. ead.

Confugiens ad Ecclesiam capi in ea non potest, etiam pro graui delicto, ibidem, num.15.ead. secus pro grauissimo, n.26. p.29

Confugiens ad palatium Episcopi capi non potest in eo, ibi. n.38. p.31

Confugientes ad statuas Principis, non possunt capi, & carcerari, ibi.n.49. p.32

Confugiens ad Ecclesiam de cõsuetudine, potest in ea capi, non obstante immunitatis priuilegio, ibi n.73 p.36. Sed hæc consuetudo fuit sublata per Concilium Tridentinùm, n.74. ead.

Confugientem ad Ecclesiam si quis inuitum extrahat punitur pœna mortis, ex crimine læsæ maiestatis, ibi n.2 & 5. p.25. vbi etiam quòd committit sacrilegium, sed quid si non sit sequutus effectus n.3.& 4. ead.

Confugientis ad Ecclesiam materia regulatur secundùm ius canonicum, & secundùm ius ciuile, ibi.n.6. ead.

Confugientes clerici ad Ecclesiam, non possunt extrahi à Iudice Ecclesiastico, ibi.n.7. pa.26

Confugientes clerici ad Ecclesiam, non gaudent illius immunitate, qui commiserunt delicta digna degradatione & traditione curiæ sæculari, ibi.n.8. ead.

Confugienti ad Ecclesiam non sunt deneganda, nec impendienda alimenta, ibi.n.9. ead.

Confugientes ad Ecclesiam non gaudent illius immunitate, si sint raptores virginum & adulteri de iure ciuili, ibi.n. 17 p.28. sed quid de iure canonico, n.18.& seqq.& quid de inferente vim alicui mulieri, n.20. ead.

Confugiens sacrilegus ad Ecclesiam, non gaudet illius immunitate, ibi.n.21. ead.

Confugiens homicida ad Ecclesiam, non potest ab ea extrahi, ibi.n.22. fallit in homicidio deliberato, n.23. Item fallit & multò magis in homicidio per insidias proditorie commisso, n.24. p.29

Confugiens ad Ecclesiam non gaudet illius immunitate, si proditoriè vulnerauerit aut occiderit, ibidem, num. 27. pag.30.

Confugiens assassinus ad Ecclesiam, potest ab ea extrahi, ibidem, num. 26.p. 29. Amplia etiam effectu non sequuto. Item amplia in fautoribus & receptatoribus assassini, ibi. n.27. p.30

Confugiens ad Ecclesiam clericum vulnerans, vel occidens, non gaudet illius immunitate, ibi.n.28. ead.

Confugiens debitor ex causa ciuili ad Ecclesiam, gaudet illius immunitate, ibid.num. 30. etiam quòd debitum sit publicum, num.31. ac etiam quòd quis sit de fuga suspectus, numer.32. non sic in mercatore fallito, numero 33. ead.

Confugiens ad Ecclesiam non consecratam, vel consecratam, sed interdictam, adhuc gaudet illius immunitate, ibi. n.35, ead.

Confugiens ad hospitale, tutus est ac si ad Ecclesiam confugisset, ibi.n.36.& seqq. p.31

Confugiens excommunicatus ad Ecclesiam, non potest in ea capi, ibi. n.39. ead.

Confugiens ad Ecclesiam, tutus est, etiam quòd in eam ingressus fuerit, dum à birroarijs insequeretur, ibi.num.41. ead.

Confugiens ad Ecclesiam, tutus est, etiam quòd ex fracto carcere fugiens illuc se receperit, ibid.numero 42. amplia, etiam quòd egressus carceres de licentia custodis iurauerit ad illos redire, numero 43. ead. Declara in numero 46. p.35.

Confugiens ad Ecclesiam, non potest in ea capi, etiam quòd se exemerit ex manibus familiæ, ibidem, numero 44. ead.

Confugiens ad sacerdotem portantem sacratissimam Eucharistiam, non potest ab eo euelli, sed liberandus est, etiam quòd is condemnatus ad mortem iret ad supplicium, ib.n. 47. ead.

Confugiens ad Ecclesiam, tutus est, etiam quòd sit capitaliter bannitus, ibi. ead.

Confugiens ad palatia Cardinalium, an possit inde inuitus extrahi, ibi.n.49. ead.

Confugiens ad Ecclesiam, non gaudet illius immunitate, si sit latro publicus, & nocturnus agrorum depopulator, ibi. num. 50.ead. Amplia etiam in simplici fure, num.51. pag. 33.vbi de materia. Amplia multò magis in furantibus in Ecclesia, numero 57. pag.34. Sed quid furentur extra Ecclesiam, & furta in Ecclesiam asportent, numero 58. ead.

Confugiens ad Ecclesiam non gaudet illius immunitate, si in Ecclesia deliquit, ibidem, numero 52. pag.33. Amplia, etiam quòd non interuenerit homicidium, aut membri mutilatio, numero 53.ead. Amplia etiam quòd deliquerit non ex proposito, nec sub spe & fiducia immunitatis, numero 54.ead. Amplia etiam in delinquente prope Ecclesiam, numero 56. pagina 34. Amplia etiam quòd deliquerit in alia Ecclesia, numero 59.& 60 ead. & quid de emittente sagittam, seu sclopetũ ex loco profano in Ecclesiam, an dicatur delinquere in Ecclesia, numero 61.ead.& quid si delictum est leue, numero 63 pag.65. quo Iudice puniendus sit delinquens in Ecclesia, n. sexagesimosecundo. ead.

Confugiens ad Ecclesiam armatus, potest in ea capi, ibid.n. 74 sed contrà n.66. ead.

Confugiens ad Ecclesiam blasphemans, non gaudet illius immunitate, ibi n.67. ead.

Confugientes Iudæi, hæretici, apostatæ aliique infideles, non gaudent immunitate illius, ibid. n. 68. ead.
Confugiens ad Ecclesiam, non est tutus ille qui per Ecclesiam transeundo ducitur ad carceres, vel ad furcas, ibid. n. 69. ead.
Confugiens ad Ecclesiam destructam, non gaudet illius immunitate ibid. n. 70. p. 36
Confugiens ad oratorium alicuius fraternitatis, non gaudet immunitate Ecclesiarum, ibid. n. 71. ead.
Confugiens ad Ecclesiam, non est tutus, si sit reus criminis læsæ maiestatis, ibid. ead.
Confugientem ad Ecclesiam potest Iudex secularis in casu à iure permisso extrahere, etiam sine Episcopali licentia, ibi. n. 75. ead. licèt aliqui contrà, n. 76. p. 37
Confugiens ad Ecclesiam, & inde extractus, per Iudicem secularem potest corporali pœna puniri, ibid. n. 77. ead.
Coniectura pluribus modis diffinitur seu describitur, in q. 36. n. 152. & seq. p. 162
Coniectura est exceptio, seu reputatio veri ex aliquo alio sic verisimiliter ordinato, ibid. n. 152. ead.
Coniectura est opinio veri ex signo probabili deducta, ibi. n. 153. ead.
Coniectura non à necessariis, sed à probabilibus oritur, ibid. n. 153. ead.
Coniectura est de re dubia, ibid. n. 153. ead.
Coniectura est verisimilitudo quædam probabilis animum inducens ad aliquid opinandum, ibi. n. 153. ead.
Coniectura est rationabilis argumentatio à verisimilitudine fidem faciens, non autem necessariò concludens, ibid. n. 153. ead.
Coniectura est rei latentis indicium per rationes, signa, & tempora sumptum, ibi. n. 154. ead.
Coniectura est rationabile vestigium latentis veritatis, vnde nascitur opinio sapientis, ibi. n. 155. ead.
Coniectura est vera sapientum opinio, ibi. n. 156. ead.
Coniecturæ tres etymologiæ ponũtur, ibi. n. 157. & seq. ead.
Coniectura dicitur quasi connexura, seu colligatura, ibdi n. 157. ead.
Coniectura dicitur à coniectu, i. directione quadam rationis ad veritatem, ibi. n. 158. ead.
Coniectura dicitur à coniecto, coniectas, frequentatiuo, quod idem est quod existimo vel diuino, 159. p. 163
Coniectura alia est hominis, alia iuris tantùm, alia autem iuris, & de iure, ibi. n. 160. ead.
Coniectura hominis est ea, quæ in iure non est expressa, sed Iudicis arbitrio remittitur, ibi. n. 161. ead.
Coniectura iuris est ea, quæ ab ipsa lege inuenta, & approbata est, ibid. n. 162. ead.
Coniectura iuris, & de iure, est dispositio legis aliquid præsumentis, & super præsumpto tanquam sibi comperto statuentis, ibi. n. 163. ead.
Coniectura alia leuis, alia grauis, seu vehemens, & alia violenta, ibi. n. 164. ead.
Coniectura leuis, quæ sit, remissiuè, ibi. n. 165. ead.
Coniectura vehemens quæ sit, ibi. n. 166. ead.
Coniectura violenta est ea, quæ habet persuadendi necessitatem, ibi. n. 167. ead.
Coniectura alia est temeraria, & alia est probabilis, ibid. n. 168. ead.
Coniectura temeraria est ea, quæ ratione caret, & longè à verisimili distat, ibi. n. 179. ead.
Coniectura probabilis est ea, quæ à verisimili deducitur, & in ratione fundatur, ibi. n. 170. ead.
Coniectura est minùs quàm semiplena probatio, ibi. n. 255. & seq. vbi declaratur. p. 167
Coniecturæ plures faciunt semiplenam probationem, & quando faciant euidentissimam probationem, ibid. n. 255. & sequenti. ead.
Coniectura est minùs quàm præsumptio, ibi. n. 257. ead.
Coniectura & præsumptio differunt effectu, ibi, num. 258. & 259. ead.
Coniectura & indicium sunt synonyma, & de materia, ibi. n. 266. ead.
Coniectura, & præsumptio idem sunt, ibi. n. 273. p. 168
Coniuncti, & consanguinei tenentur defendere suos coniunctos & consanguineos insultatos vsque ad quartum gradum, q. 51. n. 34. & 35. p. 352
Conspiratio, & coniuratio probatur per socios criminis, qu. 43. n. 61. & seq. p. 257.
Conspiratio, & coniuratio quid sit, ibid. n. 62. ead.
Constitutio spontanea, est maximum innocentiæ signum, q. 48. n. 51. Amplia etiam quòd citatus compareat, num. 52. Amplia secundò, etiam quòd sciens se quæri à birroariis non fugiat, & permittat se capi, n. 53. Amplia, quia spontanea constitutio tollit omnia indicia contra reum existentia, n. 54. Declara, vt in n. 55.
Consuetudo torquendi reos ex processu informatiuo, denegata copia indiciorum non valet, q. 39. n. 29. & licèt in pluribus locis adsit hæc consuetudo, n. 30. illa tamen non procedit, nisi in notoriis, & contra insignes latrones, & alios, vt n. 31. & ibi etiam plura in hoc de præeminentia magnæ Curiæ Vicariæ. p. 213
Consuetudo non inducitur in Vrbe Roma, nisi fuerit consensu Apostolico confirmata. q. 45. n. 27. p. 278
Consuetudo probatur per famam, quæstione quadragesimaseptima, n. 127. p. 306
Consules mercatorum, & Rectores vniuersitatis, non habent carcerandi facultatem, q. 27. n. 6. p. 4
Contractus factus in carcere, non firmatur iuramento, q. 35. n. 7. & seqq. debet tamen peti absolutio, n. 12. p. 148
Contractus principalis, quando est nullus, non validatur per clausulas in illo contractu appositas, ibidem, numero 15. ead.
Contractus factus in carcere, an & quando valeat, & de materia dixi suprà, verbo, *Carcerati contractus*, & seqq.
Conuersatio cum malis hominibus facit indicium delicti, q. 52. n. 83. & p. 368. & 369. Et hoc indicium videtur sufficere ad torturam, num. 87. Sed contrarium est verius, n. 88. p 369
Conuersatio cum delinquente facit indicium participationis delicti contra ipsum conuersantem, ibidem, numero 89. & 90. ead.
Conuersatio cum delinquente tunc demum facit indicium, si fuerit stricta, & continuata, aliter secus, ibidem, num. 91. ead.
Conuersatio cum malis hominibus de se sola non facit indicium ad torturam, sed iunctis aliis sic, ibi n. 92. ead.
Conuictus legitimè æquiparatur confesso, quæstione 33. n. 12. p. 114
Copia indiciorum, an, & quando, & quomodo sit reo concedenda antequam ponatur ad torturam, & de materia vide infrà, verbo, *Defensio*, & verbo, *Indiciorum copia*.
Copia indiciorum, an, & quando sit concedenda testi, antequam contra ipsum ad torturam deueniatur, vide infrà, verbo, *Indiciorum copia*.
Corruptus testis an faciat indicium contra corrumpentem, vide infrà, verbo, *Testis corruptus*.
Corruptio an probetur per testes corruptos. Vide infrà, verbo, *Testis corruptus*.
Creditor faciens carcerare suum debitorem de mandato Iudicis incompetentis, amittit debitum, quæstione 27. nu. 4. p. 3.
Credulitas iusta excusat à dolo & pœna, quæst. 30. n. 178. & 179. p. 16
Credulus dici non potest, qui viro fide digno crediderit, ibi. n. 179. ead.
Credens viro fide digno non excusatur in præiudicium tertij, q. 31. n. 147. p. 95
Criminosus à testimonio repellitur, q. 43. n. 112. p. 262. sellit in criminoso emendato, n. 117. p. 263
Criminosum quem esse non probatur per famam, q. 47. nu. 316.
Crimen hæresis, &c. supple infrà verbo, *Hæresis*.
Crimen sodomiæ, &c. supple infrà verbo, *Sodomia*.
Crimen læsæ Maiestatis regulariter committitur per scientem & non reuelantem tractatum cõtra Principem, q. 51. n. 69. p. 354. & ista opinio est magis cõmunis, n. 71. Amp. vt non reuelans isto casu puniatur eadẽ pœna mortis, qua punitur principalis delinquens, n. 72. ead. contrà, num. 72. pag. 355. Resolue, vt nu. 74. Limita, vt quis non teneatur reuelare

reuelare tractatum contra Principem, nisi quando illum probare potest,aliàs secus,n.75.licèt multi tenuerint contrà,n. 76. ead. Sublimita hanc primam limitationem, vt isto casu licèt quis non teneatur reuelare per viam iudicialis accusationis, bene tamen tenetur per viam extraiudicialis monitionis, num.77.pag.456,sublimita secundò, quia non reuelans, quod probari non potest, punitur aliqua pœna, sed non tanta, quanta puniretur si potuisset probare, & non reuelasset,n.78. Limita secundò,in non subdito,qui non tenetur reuelare conspirationem,factam contra non suum Principem,num.79.& seq. Limita tertiò,in vxore,quæ non tenetur reuelare conspirationem factam à marito contra suum Principem, & è contrà,num.81. Limita quartò,in patre, qui non tenetur reuelare tractatum factum à filio suo contra Principem, num.82.contrà,num.83.resolue,vt in num.84 85.86.eadem. Limita 5.in non reuelante tractatum factum contra Principem inferiorem,n.87.contrà,nu.88. Distingue, vt num.89. Limita sextò,vt non reuelans nunquam puniatur pœna mortis, nisi quando tractatus,& conspiratio fiat in maximum damnum ipsius Principis, putà, contra eius personam, vel statum,aliàs secus,nu 90. Limita septimò,seu potius declara, quia è contra reuelans talem tractatum factum contra Principem habet præmium, & est immunis à pœna,si fuerit particeps criminis, vt num.91. p.357

Crimen læsæ Maiestatis non committitur per non subditum, ibid.n. 80. p.356

Culpa lata non punitur pœna corporali,quæst.31.n.11.p 83

Culpa lata potest puniri ciuiliter,videlicet ad damna & interesse,ibid.n.16. ead.

Culpa in dubio non præsumitur, quia quilibet præsumitur diligens,& non negligens, ibid.n.18. ead.

Custos carceris regulariter ex fuga carcerati punitur eadem pœna,qua puniendus fugiens carceratus,ibid.n.2.& n.4. vbi respondetur contrariis. p.82.

Custos carceris punitur arbitrio Iudicis ex fuga carcerati,secundùm aliquos relatos,ibid.n.3.sed horum opinio refutatur,n.4. ead.

Custodem carceris puniri pœna mortis ex fuga carcerati, dixerunt aliqui,ibid.n.5. ead.

Custos carceris tunc demum punitur pœna mortis ex fuga carcerati,quando carceratus erat detentus pro crimine capitali,aliàs secus,ibid.n.6. ead.

Custos si dolo & pretio corruptus carceratum diuiserit,punitur pœna mortis indistinctè etiam quòd fugiens non esset pro causa capitali detentus secundùm relatos,ibid.n.7. sed contrarium est verius,quia non punitur pœna mortis custos pretio corruptus dimittens carceratum,nisi in casu, in quo ille carceratus merebatur pœnam mortis, aliàs secus,ibid.n.8.& 9. ead.

Custos carcerum punitur exculpa lata corporaliter & capitaliter,etiam quòd fuerit in dolo,ibid.n.10. & seq. ead.& p.83

Custos carcerum tenetur etiam de leuissima culpa,ibid.nu. 14.sed contrà, n.15. Dic quòd etiam de leuissima culpa non punitur grauiter,sed leuiter tantùm ad damna & interesse,n.16.& 17. p.83

Custos carcerũ præsumitur diligens,& nõ negligẽs,quando probauit in aliis officiis custodiæ fuisse diligentem,ibid.n. 21.& 22. ead.

Custodis negligentia probata, nisi prodest contraria probatio,quòd aliàs fuerit diligens,ibid.n.22.& seqq. ead.

Custos carcerum dicitur in culpa,quando carceratus aufugit per ostium apertum,ibid.n.26. p.84.

Custos carceris non dicitur in culpa, quando tenet ostium carceris clausum iuxta solitum,ibid.n.22. p.93

Custodis culpa & negligentia in dubio,quòd carceratus aufugerit præsumendum,ibid.n.19. & 20. ead.

Custos carcerũ non tenetur,quando carceratus aufugit ostio aperto grimaldello vel clauibus adulterinis: & quomodo istud probetur,vel præsumatur, ibid.n.28.& seqq. vsque ad n.33. ead.

Custos non tenetur ex fuga carcerati,si illum tenebat in vinculis,ibidem, numer.34. & econtrà tenetur,si in vinculis non tenebat,num.35.dummodo qualitas criminis & personæ vinculorum acerbitatem expostularet, aliàs secus, n.36. ead.

Custos debet tenere duos famulos pro custodia carcerum, alias dicitur in culpa,ibid.n.37. p.85

Custos præsumitur in culpa,si carcerati aufugiant de die,ibi. n 38. ead.

Custos tenetur carceratos de nocte in arctiores carceres coniicere,aliàs si aufugiant,dicitur in culpa, ibi.n.39.ead.

Custos dicitur negligens,si de die vel de nocte deserit carceres,absque eo quòd ibi coadiutorem relinquat, ibidem, n 40.& 41. ead.

Custos potest de nocte relinquere carceres, & ire ad dormiendum in suam propriam domum extra dictos carceres,si ita alij custodes facere solebant,ibid.n.42. ead.

Custos non tenetur ex fuga carceratorum sequuta de nocte, dum ipse somno grauatus dormiebat, si antequam iret dormitum fecerat diligentiam,ibi.n.43. ead.

Custos præsumitur in culpa & negligentia,quando carceratus reperitur in carcere mortuus,ibi.n.44. ead.

Custos tenetur non solùm probare intetitum, sed etiam casum interitus, quando ad custodiam est obligatus ratione officij publici,vel priuati, ibid. ead.

Custos carcerum vt non teneatur de morte carcerati, ponitur cautela,ibi. ead.

Custos antequam captum carceret,debet ipsum excutere & perquirere, an habeat aliquod ferrum,vel quid simile occultum,alias dicitur in culpa,ibid.in fine. ead.

Custos non tenetur de morte carcerati, quando re vera talis mors sequuta est sine eius culpa,n.45.& seq..ead.& p.86

Custodis culpa, an carceratus se ipsum interfecerit, vel laqueo se suspenderit,Iudicis arbitrio remittitur, ibidem, n. 46.& seqq. p.86

Custos carcerum non tenetur de morte carcerati, qui seipsum interfecit in carcere publico: secus si se interfecit in carcere secreto,quia tunc contra custodem præsumitur, ibid.num.47. ead.

Custos non debet permittere,vt carcerati in secretis carceribus teneant cultellos,vel quid simile,ex quo possit sequi mors,ibid.48. ead.

Custos carcerum tenetur de culpa sui substituti,ibidem, nu. 49.& seq. ead.

Custos carcerum non tenetur de culpa sui substituti, qui tempore substitutionis erat reputatus diligens & sagax, ibid.n.55. ead.

Custos carcerum non tenetur pro suo substituto,quando eo loci non aderat copia aliorum magis sagacium,vel quando ex loci consuetudine solerent substitui diligentiores, ibid. n.56. ead.

Custos carcerum non tenetur de culpa substituti electi à Iudice,vel ab alio superiore,ibid.n.57. p.87

Custos carcerum,quando tenetur ex culpa sui substituti,non potest pro alterius culpa corporaliter puniri, sed tantùm priuatur officio custodiæ,quod an verum sit, & quando, ibid.n.58.& seqq.vsque ad n.62. ead.

Custos negligens in custodia carceratorum, priuatur officio custodiæ, etiam quòd carcerati non aufugerint, ibidem n.60. ead.

Custos tenetur ex fuga carcerati, etiam quòd is sponte reuertatur, vel vi reducatur,ibid.n.62.sed contrà, n.63. distingue,vt in n.64.& seqq. ead.

Custos carceris, cuius culpa carceratus pro causa criminali aufugit, si deinde is reuertatur, vel vi ad carceres reducatur,punitur criminaliter non ordinaria pœna, sed mitiùs, ibid.n.69. ead.

Custos carceris,si eius culpa aufugiat carceratus pro debito ciuili,etiam quòd is reuertatur,vel vi ad carceres reducatur,punitur criminaliter de commissa culpa & negligentia, ibid.n.70.Sed non tenetur creditori ad aliquam solutionem debiti,n.71. ead.

Custos tenetur de fuga carcerati,etiam quòd dederit fideiussores de tuto carcere,ibidem,num.72. declara, vt in nu. 73. ead.

Custos carcerum tenetur creditori ad damna & interesse,& sic ad solutionem debiti, si debitor carceratus aufugiat, ibid.

ibid.n.74.sed contrà,n.75.ead. Prima opinio est communis,& ratione fulcita,n.76. pag 89
Custos carcerum dicitur depositarius personarum,ibid. ead.
Custos carceris non potest allegare carceratum, qui aufugit, non esse debitorem,ibid.n.77.sed contrà,n.78.concorda, vt in num.79. ead.
Custos carcerum ex fuga debitoris carcerati, vltra debiti solutionem,punitur etiam criminaliter aliqua pœna, & qua, ibid.n.80.& seqq. ead.
Custos carcerum, quando soluit debitum creditori ex fuga debitoris carcerati potest facere sibi cedere actiones contra eundem debitorem & fideiussores,ibid.n.84. ead.
Custos carcerum tenetur in omni casu ex fuga carcerati, in quo tenetur eximens carceratum,quia valet argumentum de vno ad alium,ibid.n.81. ead.
Custos non tenetur ex fuga debitoris carcerati soluere creditori, nisi in subsidium facta excussione, quòd ille debitor non esset soluendo, ibid. num.85.& seq. contrà, num.87. ead.
Custos carceris,quando teneatur ex fuga debitoris carcerati, qui erat paratus cedere bonis,& quem notorium erat non esse soluendo,ibid.n.90. ead.
Custos relaxans carceratum sine Iudicis mandato in scriptis, tenetur non aliter ac si carceratus aufugisset,ibid.num.91. ead. & si relaxatus erat detentus pro debito ciuili, tenetur ciuiliter ad damna & interesse, ac etiam extra ordinem criminaliter punitur, si verò erat detentus pro causa criminali, punitur eadem pœna,qua erat puniendus ille, qui fuit relaxatus,ibid.num.92. pag.90
Custos non potest relaxare debitorem carceratum sine Iudicis mandato, etiam creditore consentiente, & satisfacto, ibid.num 93. ead.
Custos an possit sine mandato relaxare carceratum nondum annotatum in libro carceratorum,ibid.n 94 ead.
Custos tenetur de ferro,veneno, fame,ac omni eo quod infertur in carcerem,ex quo potest sequi mors vel fuga,ibi. num.95. vbi quòd isto casu vel officio priuatur, vel aliàs Iudicis arbitrio punitur. ead.
Custos non tenetur, de eo quod immittitur in carcerem, quando non est in culpa,ibid.n.96. ead.
Custos carcerum non dicitur in culpa, quando ferrum fuit in carcerem immissum infra planellos, intra zoccolos,aut simili modo proditoriè & per insidias, ibidem, num.97. ead.
Custos carceris non dicitur in culpa, quando funis, ferrum, aut quid simile fuit immissum per fenestras carceris,respicientes in viam publicam,ibid.n.98. ead.
Custos non dicitur in culpa de immissis in carcerem, quando fecit solitam diligentiam & perquisitionem, ibid.n.99. secus, si non fecit solitam diligentiam & perquisitionem, num. 100. ead.
Custos non tenetur de eo, quod defertur carcerato, quando stat in publicis carceribus,ibid.n.101. ead.
Custos tenetur frangere panem,inspicere ferculum, euacuare vas vino plenum, quod mittitur carcerato, ibid.n.102. pag.91.sed hoc intellige,quando carceratus stat in carceribus secretis, secus si in publicis, num.103. vbi etiam quòd omissio huius exquisitæ diligentiæ non inducit nisi leuissimam culpam. ead.
Custos tenetur & punitur de negligentia, si permittit aliquem alloqui, seu transmittere literas, aut nuncium carcerato detento in carceribus secretis, ibid.numer.104. & num.105. Vbi, quomodo punitur si ipse dolo & pretio corruptus talia permittit & facit:ibi habes tenorem Bullæ Pij V. ead.
Custodes carcerum si carceratus aufugiat, possunt torqueri, vt modum fugæ indicent,ibid.n.110.& seq.Vbi declaratur,quo modo hoc procedat. ead.
Custos pecuniarum potest torqueri vt indicet furem, quod quando verum sit, ibid.num.111.ead.& q.37.num.156. & 160. pag.188
Custos carcerum, si rem habeat carnaliter cum aliqua muliere carcerata,quomodo puniatur? & quid si per vim? & quid si illa mulier erat meretrix? q.31.n.112.& seqq.vsq; ad n.124. pag.91.& 92
Custodes carcerum possunt condemnari à Iudice, sola facti veritate inspecta, summariè & de plano, nec à Iudicis condemnatione possunt appellare, ibidem, numer.224. pag.92. ead.
Custos non punitur capitaliter, nec eadem pœna, qua erat puniendus carceratus, qui aufugit, nisi fuerit in dolo,vel in lata culpa:sin fuerit in leuiori culpa, leuiùs punitur pro modo culpæ,ibid.num.125.ead. ead.
Custos carcerum non tenetur de fuga carcerati, si adhibuit in custodia carcerum diligentiam quam debuit, ibidem, num.126. pag.93
Custos carcerum,an fuerit diligens,vel negligens, remittitur arbitrio Iudicis,ibid.num.130. vbi etiam, ex quibus Iudex possit suum arbitrium regulare. ead.
Custos carceris non tenetur de fuga carceratorum, si illis custodiendis solitam diligentiam, putà illos retinendo in loco, in quo alij similes carcerati retineri solebant, q.31. n.131.& 133.vbi quòd isto casu excusatur in totum,etiam à pœna extraordinaria. ead.
Custos tenetur,si carceratos tenuit loco non solito, ibidem, num.132. ead.
Custos non tenetur de fuga carcerati, de qua verisimiliter non poterat suspicari,ibid.num.134.& seqq. vbi ponuntur exempla. ead.
Custos non tenetur,si carceratus ex alia turri,& ex eius fenestra in terram se proiecisset ac præcipitem dedisset, indéq; vel aufugit vel obiit,ibid.num.135 quod intellige,si in ea turri erat solitum similes carceratos retinere, aliàs secus, num.136.& seq. pag.94
Custos potest in latioribus carceribus tenere carceratum pro paruo debito,siue sit nobilis, siue ignobilis, & si idem aufugiat,non tenetur:& quale dicatur in proposito paruum, vel magnum debitum,ibid.n.138. ead.
Custos potest retinere in latioribus carceribus captos pro leui delicto, & non tenetur, si inde aufugiant, ibidem, num.142. ead.
Custos potest in latioribus carceribus teneri de proximò liberandis, secus de proximò condemnandis, & non tenetur,si inde tales de proximo liberandi aufugerint,ibidem, num.143 & seqq. ead.
Custos non tenetur ex fuga carcerati nobilis & integræ famæ, quem in latioribus carceribus retinebat, ibid.n.145. sed contrà,n.146.& seq.vbi declaratur. pag.95
Custos potest senes & infirmos retinere in latioribus carcebus,iuuenes autem & robustos debet strictiùs custodire,& quando de eorum fuga teneatur,ibid.n.148. ead.
Custos carcerum non tenetur de fuga carcerati sequuta sine culpa custodis,sed casu,ibid.n.149.& seqq. ead.
Custos non tenetur de fuga carcerati sequuta propter homicidium,vel ruinam carcerum,ibid.n.150. ead.
Custos non tenetur de fuga carcerati,qui nulliter & non ritè fuit captus,ibid.n.152.ead. Amplia.etiam quòd isto casu fuerit in dolo, ibid. num.153. sed contra ampliationem, num.154. pag 96
Custos si pretio corruptus facit aufugere carceratum,acriùs punitur, quàm si sine pretio id fecisset, ibid numer. 156. ead.
Custos tenetur de fuga carcerati, etiam quòd esset innocens, dummodo fuerit ritè carceratus,ibid.n.158. ead.
Custos non tenetur de fuga carcerati facta proditoriè & per insidias,quæ ab ipso custode non poterat præuideri, ibid. num.159. ead.
Custos non tenetur ex fuga carcerati, qui muliebri vestitu indutus ipsum decepit, & carceres egressus est, ibidem, num 160. ead.
Custos non tenetur de fuga carcerati si cum eo aufugit alter custos,ibid.num.161. declara procedere, quando custos, qui aufugit, erat deputatus à superiore, secus si ab ipso commentariense,ibid.num.162.ead. sed contrà,quòd immò semper excusetur principalis custos isto casu, etiam quòd aliter custos fugiens cum carcerato fuerit ab ipso deputatus,n.164.vbi declaratur. pag.97
Custos carcerum non tenetur, quando carceratus aufugit facto muro, ibid.n.165. ead.
Custos non tenetur de violentia,cui resistere non poterat,ibi, num.

n.166.& seqq. vbi ponuntur exempla:fallit duobus modis. Primò,quando custos expresse se obligasset etiam ad casum violentiæ,n.168.fallit secundò,quando culpa præcessisset casum violentiæ, vt in n. 169.vbi ponitur exemplum huius fallentiæ. ead.
Custos non tenetur , quando carceres franguntur à populo tempore sedis vacantis , ibid.167. ead.
Custos tenetur etiam de casu,quando culpa præcedit casum, ibid.n. 169. ead.
Custos tenetur , si posuit carceratum in aliquo loco contra mandatum Iudicis,ibid.n.170. ead.
Custos non tenetur ex fuga carcerati,quem posuit in aliquo loco de mandato Iudicis ibid.n.171. ead.
Custos carcerum an possit tenere carceratos in domo , & compedibus,vide infrà,verbo,*Carceratus*,in discursu.
Custodis carceratorum qualitas in totum est remissa Iudicis arbitrio,quæst.27.n.99. p.15
Custodes occidere licet carcerato iniustè, si aliter ex carcere aufugere non potest,quæst.30.n.129.sed contrà , n.130. p.71. declara , vt possit sic impunè custos occidi duobus concurrentibus. Primò , quòd notoriè constet de iniustitia carcerationis. Secundò, quòd carceratus sit in euidenti periculo mortis : & quòd aliter illud euadere non posset,nisi custodes offendendo,aliter secus,n.131.& seq. p.72
Custos carcerum,&c.fuga carcerati ex carcere,in dubio,an præsumatur facta ex ostio aperto incuria custodis, an verò potiùs cum aliquo grimaldello,vel cum clauibus adulterinis , quæstio.31. num.28.& seqq. vsque ad num.34. p.84
Custos carcerum,an fuerit negligens , vel diligens, probatur per peritos,ibid.n.30. ead.
Custos carcerum non liberatur propter culpam sui substituti,illum exhibendo, ibid.n.51. p.86
Custos pater tenetur pro filio custode carcerum, ibid.n.52. ead.
Custos carcerum tenetur de culpa suæ vxoris,quam in custodia carcerum in sui loco reliquit,ibid.n.52. ead.
Custos carcerum tenetur de facto & culpa sui socij concustodis,ibid.n.53. fallit quando socij inter se custodias diuiserunt,n.54. ead.
Custos carcerum,hoc est,principalis dominus carcerum, an & qua pœna teneatur ex culpa commentariensis sui , cui carcerum custodiam locauit, ibid.nu.61.vbi etiam an teneatur ex culpa custodum substitutorum. p.87
Custodis diligentia probatur per testes familiares & domesticos,ibid.n.127. & seqq. p.93
Custos rerum furto subtractarum,potest absque aliis indiciis torqueri ad indicandum furem,de quo verisimiliter notitiam habuit,aliàs secus , quæst.37.n.156.Fallit in custode non vili,& bonæ famæ , qui ex hoc nullatenus torqueri poterit,n.160. p.188
Custos alicuius ciuitatis,vel loci potest torqueri ad indicandum furem,si in eo loco,in quo custodiam tenebat , fuit factum furtum,& de materia,ibid.n.157.fallit in custode bonæ famæ,n.160. ead.

D

DAmnum semper præsumitur datum à vicinis , quod quando verum sit,vide in q.52.n.127. & seq.p.372.
Debitorem sibi quis non potest propria authoritate constituere,quæst.46.n.11. p.283
Debitor suspectus de fuga , potest etiam capi in die feriato, q.27.n.107. p.16
Debitor non potest arrestari in die feriato,etiam quòd sit suspectus de fuga,ibid n. 108. p.17
Debitor pauper in carceribus est alendus à creditore,aliàs relaxatur,ibid.n. 149. p.22
Debitor malè captus,bene detinetur,si post capturam superueniat debiti probatio,ibid. n.151. ead.
Debitor ex causa ciuili gaudet immunitate Ecclesiæ, qu.28. n.30.etiam quòd debitum sit publicum,n.31. p.30
Debitor suspectus de fuga,non potest capi in Ecclesia, ibid. n.32. ead.
Debitor habens saluum conductum, seu dilationem,tenetur satisdare,q.29 n.27.creditore petente,aliàs secus,n.29.& ista satisdatio debet esse cum fideiussore , n. eod. nisi ob paupertatem debitor fideiussorem non inueniat,quia tunc sufficit iuratoria cautio,n.30. p.43
Debitor detentus in aliquo loco cum fideiussione de inde nõ discedendo sub pœna debiti,si inde aufugiat,tenetur fideiussor,etiam quòd idem debitor post fugam fuerit captus, q.30.n.74.p.64. Vbi declaratur materia.
Debitor suspectus de fuga iurare non potest pro paruo debito,q.31.n.140. p.94
Debitor fisci, quando debitum est liquidum , non relaxatur sub fideiussione de soluendo,sed debet soluere,q.53.n.10. p.114
Debitor carceratus relaxatur,non fideiussore , sed solutione, ibid.n.26. p.116
Debitor carceratus de æquitate relaxatur, cum fideiussione, licèt non sic cum fideiussione de iudicio sisti,ibi.n.28.ead.
Debitor carceratus tanquã suspectus de fuga, relaxatur cum fideiussione de se repræsentando, ibi.n.29. ead.
Debitori saluus conductus concessus,an, & quando seruandus sit , & de materia vide infrà,verbo, Saluus conductus etiam debitori concessus.& seqq.
Decipere aliquem sub fide publica,turpissimum est,q.28.n.5. p.25
Decoctores aufugientes , possunt ex hac sola fuga torqueri ad hoc,vt indicent pecunias,quas dicũt sibi subtractas,q. 48.n.18.declara,vt in n.19.
Decuriones, eorúmque filij ac nepotes torqueri nõ possunt, q.41.n.57. p.238
Decurionum loco hodie successerunt priores ciuitatis,consiliarij,seu antiani,ibid.n.58. ead.
Decuriones nostri temporis torqueri non possunt,ibid.n.58. & seq. ead.
Decurionum parentes nec etiam torqueri possunt , ibi.n.60. ead.
Decurio,qualitas fuit,etiam quòd hodie non sit decurio,torqueri non potest,ibid n.61. ead.
Decuriones castrorum,& oppidorum possunt torqueri,ibid. n.62. ead.
Decuriones possunt torqueri pro delictis commissis ante decurionatum,ibid.n.63. p.238
Decuriones possunt torqueri pro delictis commissis in decurionatus officio,ibid.n.64. ead.
Decuriones possunt torqueri in crimine falsi,ibid.n.65. ead.
Decuriones possunt torqueri si sint infames,ibid.n 66. ead.
Decuriones de consuetudine possunt torqueri,ibid.num.67. Sed quod talis consuetudo non valeat,num.68.resolue,vt n.69. ead.
Defendere insultatum , & pro insultati defensione se in rixa interponere,nemo tenetur, q.51.n.4. contrà,n.5. sed prima opinio est magis communis. p.350
Defendere insultatum an , & quando quis teneatur , & de materia vide infrà,in verb.*Obuiare*,& in verb.*Reuelare*.
Defendendo parentes,& dominos insultatos,si filij aut serui insultantem occidant,immunes sunt ab omni pœna,q.51. n.38. p.352
Defendere insultatum , etiam insultantem occidendo vnusquisque potest,etsi extraneus sit,ibid.num.58.
Defensiones an, & quando sint concedendæ,& quando reo antequam ponatur ad torturam , vel condemnetur , vltra infrà posita,vide etiam infrà,*Indiciorum copia*,in discursu.
Defensiones sunt omnino dandæ reo,antequam ponatur ad torturam,q.39.n.1. p.209
Defensione,seu termino ad defendendum reo concesso, Iudex non potest ad vlteriora procedere , ibid. n.7.8. nisi in tribus casibus,primò , vt tumultus in populo sedetur,n.9. secundò,quando Iudex reuocasset dilationem concessam, n.10. tertiò , quando in concessione dilationis reseruasset sibi Iudex potestatem reuocandi illam,n.11. p.211
Defensiones,& indiciorum copiæ non possunt denegari etiã à Iudice habente liberum arbitrium,ac potestatem procedendi sine iuris ordine & solemnitate , aut sola facti veritate inspecta , ibidem, num.15. & seq.ead. &num.143. p.224

Defensiones & indiciorum copiæ non possunt denegari à statuto,ibid.n.25. bene tamen potest statutum defendendi modum, formam & solemnitates à iure positiuo inductas tollere,& alterare,n.36. p.212.& 213
Defensiones,& indiciorum copiæ,an possint à Principe reo denegari,vide infrà,verb.*Princeps* in discursu.
Defensionis terminus potest restringi à statuto, qu.39.n.27. p 203
Defensiones nec etiam à consuetudine tolli possunt, ibid.n. 29. In pluribus tamen locis adest consuetudo torquendi reos denegatis defensionibus,n.30. Talis tamen consuetudo non procedit,& non habet locum, nisi contra insignes latrones.Item non procedit in delicto non notorio, vel contra hominem bonæ famæ,& aliàs,vt n.31.Vbi etiam de præeminentia magnæ Curiæ Vicariæ. ead.
Defensionis terminus est concedendus reo, etiam confesso, & conuicto antequam condemnetur,ibid n.32.cad.Et licèt aliqui contrà, num.33 prima tamen opinio est verior, & communis,n.34.Sed quid si non petantur,n.35.&seq. p.214.
Defensiones, & indiciorum copiæ non denegantur etiam in atrocissimis,ibid.num.41.& 43.Licèt alij contra,num.42. ead.
Defensiones non denegantur in crimine hæresis, & læsæ maiest.ibid.n.44.45. p.215
Defensiones, & indiciorum copiæ non denegantur inquisito de assassinio,ibid.n.46. ead.
Defensiones & indiciorum copiæ nec etiam excommunicato denegari possunt,ibid.n.49. ead.
Defensiones nec etiam diabolo,si esset in iudicio,possunt denegari,ibid.n.50. ead.
Defensionibus suis, an, & quando reus renunciare possit, ibid.n.51.& seq.vsque ad n.68.ead.ad 217. Et dixi latiùs infrà,in verbo,*Renunciare*, per plures versiculos.
Defensiones,& indiciorum copiæ non denegantur etiam in delictis occultis,ibid.n.41.in fi. p.214
Defensiones reo non denegantur,etiam si timor subornationis adsit,ibid.num.68.Sed contrà,num.69. declara,n.70. p.217
Defensiones,& copiæ indiciorum non possunt reo denegari,etiam quòd Iudex procedat ex officio,& per inquisitionem,ibid.n.71. ead.
Defensiones si reo per Iudicem denegantur,datur à tali denegatione appellatio,ibid.n.72. ead.
Defensiones si reo per Iudicem denegantur,Iudex ipse tenetur in syndicatu,& punitur,vt ibid.n.73. ead.
Defensionis qualitas non est per reum exprimenda, ad hoc vt ponatur ad largam cum termino ad se defendendum, siue interrogetur de hoc à Iudice,siue non,& siue reus peritus sit,siue non,ibid.n.74. & seq. vbi respondetur contrariis. ead.
Defensiones reo denegantur, quando per ipsum proposita defensio est talis,vt probata non releuet, ibid.nu.78. Sed contrarium videtur verius, n.79. ead.& p.218.
Defensiones suas reus potest facere quocumque tempore,& in qualibet parte iudicij,ibid.n.80. p.218
Defensiones suas reus potest facere non solùm in termino sibi assignato, ibid.n.81. Sed etiam post terminum, d.n. 81.& 82.Imò etiam nullo sibi dato termino, dicto n.82. in fine. ead.
Defensiones suas potest reus facere etiam post sententiam,& quomodo hoc intelligatur,ibid.n.83. ead.
Defensionibus denegatis,omnia inde sequuta prorsus nulla, & inualida sunt,ibid.n.84. ead.
Defensiones & indiciorum copiæ', an sint concedendæ reo non petenti,ibid.n.90.& seq vsque ad n.102.à p.219.ad 221
Defensiones & indiciorum copiæ non dantur in crimine blasphemiæ,ibid.n.102. p.221
Defensiones reo non conceduntur,quando certum est nullam ei competere defensionem,ibid.n.103.& seq. Vbi n. 106.declaratur,quando dicatur nullam competere defensionem. ead.
Defensiones reo non conceduntur, quando per calumniam petuntur,ibid.n.103.Sed quando dicatur per calumniam petita defensio,n.106. ead.
Defensiones,& copiæ indiciorum denegantur latronibus,& furibus insignib. ibid.n.107. ead. quod procedit, quando notoriè constat eos esse tales, secus si tantummodo sunt inquisiti,vel imputati,n.109. p.222
Defensiones denegantur distrobatoribus stratarum,incendiariis,violatoribus, & raptoribus publicè infamatis, ibid.n. 108. p.221
Defensiones, & indiciorum copiæ denegantur in crimine sodomiæ,ibid.n.110.sed contrarium est,verius,num.112. p.222.
Defensiones licèt non possint per Iudicem tolli,bene tamen potest defensionis modum restringere, ibid.n.112.Vt putà prohibendo ne reus aliquem alloquatur,nisi in præsentia Iudicis,aut fiscalis,n.113. vel statuere certum terminũ ad se defendendum cum clausula,plus, & minus arbitrio Iudicis,n.114.Vel etiam iubere, vt loco copiarum ostendantur originalia,n.115. ead.
Defensiones,& copiæ indiciorum, an sint concedendæ antequam torqueatur testis. Vide infrà, verbo, *Indiciorum copiæ*.
Defensiones non solùm reo sunt concedendæ, & copiæ indiciorum cum termino, sed etiam Iudex debet disputare causam cum Aduocatis, & clarissimis viris, ibid. n.119. quod non habet locum quando torquetur testis, quia tunc non disputatur causa cum Aduocatis, numero 121. ead.
Defensio cùm sit de iure naturali nunquam censetur sublata per quamcunque dispositionem,ibid.n.112.& n.153.cad. & p.225
Defensio potest tolli ex aliqua probabili causa, ibid.nu.141 144. p.224
Defensio est fauorabilior quàm offensio,quæst.43.num.14. p.252
Defensio probatur per famam, quæst.47. num.134. & seq. p 308
Defensio probatur per præsumptiones, & coniecturas,ibid. n.134 & seq. ead.
Delegatus non habet potestatem carcerandi, nisi suspectum de fuga,quæst.27.n.7. p.4
Delinquens in Ecclesia nõ gaudet illius immunitate, quæst. 28.n.52.etiam quòd interueniret homicidium, aut membri mutilatio,n.53. p.33
Delinquens in Ecclesia,etiam non ex proposito, nec sub spe & fiducia immunitatis,potest in ea capi,ibid.n.54. cad.
Delinquens prope Ecclesiam, vel sub fiducia immunitatis, potest capi in ipsa Ecclesia,ibid.n.56. p.34
Delinquens in vna Ecclesia,potest capi etiam in alia, in qua non deliquit. ibid.n.59. ead.
Delinquens in Ecclesia, an possit capi pro aliis delictis extra Ecclesiam commissis,ibid.n.60. ead.
Delinquens in Ecclesia,à quo Iudice puniendus, ibid.n.62. ead.
Delinquens in Ecclesia, non perdit illius immunitatem, quando delictum est leue,ibid.n 63. p.35
Delinquens si ad Ecclesiam confugiat, an & quando potest inuitus extrahi ab ea,vide suprà, verb. *Confugiens*,per totum.
Delicti præsumptio exclusiua, tollit inclusiuam, q.31.n.22 p.83
Delicta occulta, & difficilis probationis quæ sint,ponuntur plura exempla, in q.37.n.150. p.187
Delicta non debent remanere impunita,q.46.n.40. p.286
Delicti præsumptio exclusiua est fortior inclusiua,quæst.47. n.284. p.320
Delictum quando dicatur incontinenti, vel ex interuallo sequutum q.50.n.16.& 17
Delictum prohibere,& illud reuelare, an & quando quis teneatur,vide infrà,ver.*Obuiare*,& ver.*Reuelare*.
Delicti causa cessante,cessat & delicti præsumptio, & econtrà,& de materia vide suprà ver.*Causa delicti*.
Delinquens, aut quid illicitum committens, puniendus est, etiam quòd ex illo illicito sequatur bonum,q.37.nu.116. p.184
Delinquens mitiùs punitur,si toto tẽpore vitæ suæ fuit aliàs homo

homo bonæ vitæ, & famæ, & aliud delictum non commisit,q.47.num.185. pag.312
Denunciatoris syndici dictum iunctum cum fama,facit indicium ad torturam,ibid.num.21. pag.298
Denunciare si quis neglexerit delictum domi suæ commissum, redditur suspectus, etiam quòd is fuerit vir bonæ famæ,q.52.n.96 & 97.
Denunciatio Officialis, puta syndici, antiani, sanctuarij, & massarij facit indicium,ibid.num.167. contrà, num.168. resolue,vt in versic.sequentibus.
Denunciatio Officialis sufficit ad inquirendum, ibid.n.169. Amplia etiam quòd deponat non de visu, sed de auditu, fama ac relatu, num.170. Limita primò, quia facit indicium ad inquirendum generaliter, & sic ad assumen.informationes super delicto denunciato, non autem ad inquirendum specialiter,num.171.
Denunciatio delicti facta per aliquam priuatam personam, nullum facit indicium,quo isto casu denunciatus habetur loco accusatoris,ibid.num.172
Denunciatio Officialis non facit indicium ad torturam, ibid. n.173.Limita primò,si cõcurreret fama,aut aliquod aliud indicium,num.177.Limita 2.si Officialis deponeret de visu,quia tunc probat sicut alius testis.num.174.& seq.
Denuncians Officialis, facta denunciatione,an possit examinari,vt testis,ibid.num.178
Denunciatio Officialis non facit plenam probationem regulariter,ibid.num.178
Denunciatio Officialis, an probet plenè corpus delicti, ibid. num.179
Denunciationi Officialis creditur plenè in leuibus delictis, vt putà quando dicit se inuenisse ludentes, aut portantes arma, ibid.n.180. Sed si pœna delationis armorum esset grauis,tunc nec etiam creditur isto casu,num.181.
Denunciationi Officialis creditur plenè, quando ita mandat statutum,seu alia constitutio ibid.num.182. limita primò, vt hoc procedat in leuibus, secus in grauibus, num.184. Limita secundò,quia non per hoc quis prohibetur probare contrarium,num.183
Denunciationi Officialis plenè creditur, quando is fuit deputatus non solùm ad denunciandum,sed etiam ad inquirendum,& cognoscendum,quod quando verum sit,& de materia,ibid.num.185.& seq.
Denunciationis Officialis materia tractatur per Doctores remissiuè allegatos,ibid.num.187
Denuncians debitori,vt fugiat,quia creditor vult eum facere capere,tenetur creditori ad solutionem debiti,q.3 .n.15. pag.101
Depositarius non tenetur de casu fortuito, quæst.31.n.151. pag.95
Depositum negans committit furtum, & potest torqueri, quæst.42.num.33. pag 246
Diabolo nec etiam sunt denegandæ defensiones, si esset in iudicio,q.39.n.50.& n.142. pag.215.& pag 224
Dictio,*semper*,significat idem quod omni tempore, & omni casu,ibid num.101. pag.211
Dictio, *aliquatenus*, quid importet,vide suprà, ver.*aliquatenus*,dictio.
Dictio,*si*,importat conditionem,quæst.46.num.3. p.282
Dictio,*semper*,pluribus modis accipitur,de quibus,quæst.29. num.70. pag.47
Dictiones alternatiuæ stant copulatiuè,quando sunt prolatæ à lege vel statuto, & quando præsertim subiecta materia ita patitur,quæst.30.num.169. pag.75
Dictiones,*nullius momenti*,&c.important nullitatem ipso iure,quæst.35.num.4. pag.147
Difficilis vbi est probatio, recipitur ea, quæ haberi potest, quæst.46.num.38. pag.286
Difficultas excusat à pœna in conuentionalibus & extra iudicium : secus in iudicialibus & prætoriis, quæst.34.n.19. pag.128
Difficultas superueniens excusat à mora & pœna, & etiam non superueniens in obligationibus facit, ibid.num.43. pag.131
Difficultas quomodo excusetur à mora, vide infrà, verb.*Impedimentum*.
Diffinitiones rerum in legali scientia parum vtilitatis afferunt,quæst.36 num.10. pag.157
Digitus, an veniat appellatione membri, vide infrà, verbo, *Membri appellatione*.
Dignitas personæ, an excuset à tortura, vide infrà, verbo, *Torqueri non potest*.
Dilatio quarta an,& quando concedenda sit,quæst.39.n.5.6. pag 211
Dilatione pendente nihil est innouandum,ibid.num.7.8.fallit in tribus casibus,num.9.& seq. ead.
Diligentia custodis probatur per familiares & domesticos ipsius custodis,quæst.31.num.127.& seqq. pag.93
Disciplina omnis, omnísque doctrina à vocabulorum cognitione incipere debet,quæst.36.num.1. pag.157
Doctor pro debito ciuili carcerari non potest,q.27.num.77. pag 13
Amplia etiam in vxore & filiis ipsius doctoris,n.78. ead.
Doctor pro debito ciuili admittitur ad iuratoriam cautionem,ibid.num.79. ead.
Doctor si indebitè carceratur à Iudice, Iudex tenetur,& punitur,vt ibid.num.80. ead.
Doctor non potest carcerari pro debito etiam stante statuto,quod quilibet possit personaliter capi & carcerari, non obstante quocunque priuilegio,ibid.num.81.& seq. ead.
Doctori priuilegia competunt, nedum Doctoribus actu legentibus,sed aliis etiam,ibid.num.83. ead.
Doctor pro debito carcerari non potest etiam quòd tali priuilegio renunciauerit,ibid.num.84. pag.15
Doctores obligati in forma cameræ carcerantur pro debito ciuili ibid.num.85. ead.
Doctores autem de consuetudine carcerantur pro debito, etiam quando non sint in forma cameræ obligati,ibid. ead.
Doctor in criminalibus carceratur, si crimen sit graue, secus si leue,ibid.num.86. ead.
Doctori testanti de consuetudine non creditur, nisi de locis, in quibus versatus est,secus in aliis,q.28.n 13. pag.27
Doctrina omnis, & omnis disciplina rectè à vocabulorum cognitione incipit,quæst.36.n.1. pag.157
Doctori testanti de consuetudine non creditur, nisi de consuetudine loci,in qua versatus est,q.37.n.160. pag 190
Doctores in facto proprio minùs sciunt, & magis decipiuntur quàm alij, ideo illis etiam non petentibus dandæ sunt copiæ indiciorum,q.39.n 96.& n.99. pag 220
Doctores torqueri de iure non possunt,q.41.num.37.& seq. pag.236
Doctores gaudent priuilegiis militum,ibid.n.38. ead.
Doctores quasi radij solis appellantur, & alia ad laudem Doctorum,ibid.num.39. ead.
Doctores etiam actu non legentes, gaudent priuilegiis Doctorum,& non possunt torqueri ibid.n.40.etiam quòd alij contrà,n.43. p.337
Doctores, & Aduocati non possunt torqueri, etiam finito aduocationis officio in memoriam pristinæ dignitatis, ibid.n.41. ead.
Doctores etiam imperiti gaudent priuilegiis Doctorum, & non possunt torqueri,ibid.n.42. ead.
Doctores quando torquentur, sunt degradandi, & priuandi doctorali dignitate,ibid.n.44 Sed contrarium seruatur de consuetudine,n.45. ead.
Doctores non possunt torqueri, nisi vltra indicia sint etiam de delicto infamati,ibid.n.46. Sed verius est,diffamationem non requiri,bene autem requiri indicia vrgentiora,& grauiora,n.47.& seq. ead.
Doctor non præsumitur delinquere,ibid.n.48. ead.
Doctor delinquens in officio,an possit de iure torqueri,nécne,quando dicatur delinquere in officio,ibid.n.49.& seq. ead.
Doctores delinquendo grauiùs puniendi sunt, quàm alij, ibid.n.53. ead.
Doctores de facto,& de consuetudine torquentur,ibid.n.54. & 56.licèt aliqui relati,nu.55. dixerint hanc consuetudinem de iure non valere. p.238
Doctores torquentur in criminibus enormibus, & exceptis, ibid.n.56.in fine. ead.
Doctoribus testantibus de consuetudine non creditur, nisi de

de consuetudine locorum, in quibus versati sunt, q.45. num.18. pag 227
Doctoratus probatur per famam,q.47.n.102. pag.305
Doctorandus non est examinandus, si per publicam vocem, & famam habetur pro perito,& idoneo,ibid.n.104. ead.
Dolus, aut culpa an præsumatur in Iudice errante in iure, quæst.37.num.121. pag.184
Dolus in dubio non præsumitur,quæst.37.num.133. p.186
Dolus, aut culpa non præsumitur in Iudice torquente reum cum legitimis præcedentibus indiciis,ibid.n.136. ead.
Dolus, vel culpa, an & quando præsumatur, seu quomodo probetur in Iudice,qui aliquem torsit,& in tortura tortus decessit. Vide inf. ver. *Index*,in discursu.
Dolus in Iudice non probatur, nisi euidentibus coniecturis, q.37.n.146.& seq. pag.187
Dolus præsumitur ex fuga,q.48.n.2. pag.324
Dolus præsumitur ex mendacio,q.52.n.3. pag.361
Dolus nisi interuenerit in delictis, nemo puniri potest corporaliter,q.31.num.12. pag.82
Dolus suus nemini patrocinari debet,ibid.num.155. p.96
Dominus carcerum an & qua pœna teneatur ex culpa commentariensis, cui carcerum custodiam locauit, ibid.n.61. pag 87
Vbi etiam an teneatur ex culpa custodum substitutorum.
Dominus potest carcerare suum seruum, & non tenetur pœna priuati carceris,q.27.n.27. pag.7
Dominus membrorum suorum nemo est: vide infrà,verbo, *Membrorum suorum*.
Dominium an probetur per famam, q.47.num.107.& seq. vbi etiam de materia. pag.305
Dominus an, & quando teneatur obuiare delictis suorum seruorum, & famulorum, q 51.num.40.& seq. pag.352. & 353
Dominus debet succurrere damnis subditorum, ibid. n.42. pag.353
Domi commissa scire præsumuntur domestici, q.52. n.102. pag.370
Domus sua vnicuique tutissimum refugium, ideo in ea nemo capi potest pro debito ciuili, q.27. num.91.& seqq. secus pro delicto,num.92. pag.14
Dubitatio est principium inuestigationis conditionis,& fidei, q.36.num.197. pag.164
Dubitare quando propriè dicatur Iudex, quando suspicari,& quando opinari,ibid.num.198. ead.
Dubitata, & indubitata, quæ indicia sint, vide infrà, verb. *Indicium*.
Dux belli tenetur obuiare delicto committendo per eius milites,q 51.num.48. pag.353
Duces,Marchiones, & Comites, qui habent merum & mixtum imperium, omnimodo in iurisdictionem & perpetuam administrationem, habent suam potestatem concedendi saluos conductus,q.29.n.105.& n.109. p.52

E

ECclesia etiam non consecrata gaudet sua immunitate, q.28.n.35 pag.30.de materia,vide sup.ver. *Confugiens*.
Ecclesia interdicta gaudet sua immunitate,ibid.ead. de materia,vide suprà,ver. *Confugiens*.
Ecclesia destructa non gaudet sua immunitate,ibid.num.60. pag.34
Ecclesiæ immunitatis priuilegium in fauorem cõfugientium ad ipsam,an & quando habeat locum,& de materia, vide suprà,verbo, *Confugiens ad Ecclesiam per totum*.
Effractoris carcerum pœnam & materiam supple suprà, ver. *Carcerum effractor*,in discursu,& infrà,verbo, Fugiens ex carcere,pariter in discursu.
Electio mala est in culpa,q.31.num.50. pag 86
Elementorum cognitio, simul ac vocabulorum,& terminorum in omni doctrina, & disciplina præcedere debet, q 36.num.1.2.& 3. pag.157
Ensis alicuius si reperiatur sanguine madefactus, oritur contra dominum indicium vulneris,& homicidij,q.52.n.56. pag.356. Limita,nisi probetur,quòd dictus dominus ensem alteri accommodauerit, amiserit, seu aliquo alio modo ad alienas manus peruenerit, aut quia sanguis aliunde fuit causatus,vel quòd non est de recenti, sed de antiquo ante commissum delictum, his enim casibus non oritur aliquod indicium,num.57.& 58. pag.367
Episcopus an possit de iure torqueri,& de materia,quæst.41. num.92. pag.240
Equites an possint torqueri,ibid.num.33.& 34. pag.236
Error iuris in Iudice an arguat dolum,vel culpam,quæst.37. num.121. pag.184
Error confessionis probatur per probabilia argumenta & coniecturas,quæst.43.num.20. pag.253
Exceptiones calumniosæ sunt reiiciendæ per Iudicem,etiam ex officio,parte non petente,q.38.n.25. pag.197
Excipiens non dicitur fateri aliquid de intentione aduersarij, q.43.n.33. pag.254
Excommunicato non sunt denegandæ defensiones, q.39. num.49. pag.215
Excommunicatio probatur per famam, vbi agitur in foro animæ,& non de præiudicio tertij:secus vbi agitur de repellendo quem à iudicio tanquam excommunicatum, & de materia,q.47.n.70.& seq. pag.302
Excommunicatus confugiens ad Ecclesiam non potest in ea capi,quæst.28.num.39. pag.31
Exculpatio socij criminis non prodest inquisito inculpato, q.43.n.10. Contrà,n.11.vbi præsertim in delictis occultis, & difficilis probationis, & ista vltima opinio est verior,declarata tamen, vt in num.12.& seq. vbi respondetur contrariis. pag.251.& 252
Exculpatio socij criminis non prodest exculpato, quando ille est inductus in testem ab inquisito, secus si ex Iudicis officio examinatus de se confessus, alios exculpet, quia tunc exculpatio prodest,ibid.num.12.& 13. pag.252
Exculpatio socij criminis non prodest inquisito exculpato, quando de eius delicto constat per plenas probationes, ibid.num.17.& seq. ead.
Exculpatio socij criminis tollit indicia aliàs contra exculpatum existentia,vt torqueri minimè possit,ibid.n.18. ead.
Exculpatio offensi tollit indicia, ita vt inquisitus non possit ampliùs torqueri,ibid.18. ead.
Exculpatio sociorum criminis denotat errorem confessionis ipsius rei,si contrarium fassus est, & stante exculpatione, non potest ex sua confessione ampliùs condemnari, ibid. num.19.& seq. nisi exculpatio sit procurata, & suspecta. num.23. pag.253
Exculpatio illius qui se inculpat ad alium inculpandum,non valet,& de materia,ibid num.23. ead.
Exculpatio mandatarij, an prosit mandanti, q.44.num.23. pag.274
Exculpatio socij criminis facta in mortis articulo, & in patibulo de eo, quem priùs inculpauerat,asserentis propterea se falsum dixisse, prodest exculpato taliter, vt non possit torqueri quæst.56.n.68.& 69. licèt aliqui contrà,vt in d. num.69. pag.288
Exculpatio facta per socium criminis asserentis se falsò inculpasse socium, maximè prodest exculpato, quando est facta,vel in confortatorio,vel in tempore, quo is confessus fuit peccata sua sacerdoti,& sanctissimam sumpsit Eucharistiam,ibid.num.70. ead.
Exculpatio socij criminis de eo, quem priùs inculpauerat, maximè prodest exculpato,quando est geminata, ibidem, num.71. ead.
Exculpatio socij criminis facta in mortis articulo,& asserentis se falsò inculpasse aliquem,tollit inculpationem prædictam,si ea erat sola,& nuda, secus si pro inculpatione alia concurrebant adminicula,ibid.n.72. ead.
Verum dic quòd isto casu exculpatio tollit inculpationem etiam adminiculatam, si adminicula erant leuia, & de se non sufficientia ad torturam; secus si grauia, & vrgentia, num.73. ead.
Exculpatio socij criminis de eo, quem priùs inculpauerat, nihil prodest exculpato, quando est facta in carcere extraiudicialiter, & extra punctum mortis, ibid.num.74. pag.289
Exculpatio vulnerati existentis præcipuè in articulo mortis, in tantum prodest exculpato, vt ibi aliàs esset torquen

torquendus, ampliùs torqueri non possit, ibid.num. 104. licèt aliqui contrà,n.105. p.291
Exculpatio vulnerati, & offensi prodest exculpato, etiam quòd sit tacita,& implicita.Et quæ dicatur exculpatio explicita,& quæ implicita,ibi.n.106. ead.
Exculpatio prodest exculpato, etiam quòd exculpans priùs inculpassetibi.n.108.declara, vt in n.109. ead.
Exculpatio non prodest exculpato,quando de delicto plenè constat,ibid.num.110.& seq.& numero 115.ead.& pag. 292.
Exculpatio offensi, & vulnerati, non tollit indicia vrgentia, ibid.num.113.contrà, num.114. & 115. Pro resolutione dic, quòd exculpatio tollit indicia vrgentia ad torturam, non autem vrgentissima,& plusquam sufficientia, ibidem n.116. p.292
Exculpatio offensi si est verisimilis, & adminiculata aliis coniecturis,tollit indicia quantumuis grauissima, & vrgentissima,ibi.n.117. ead.
Exculpatio an sit verisimilis nécne, & an attendenda, vel non,remittitur Iudicis arbitrio,ibi.n.n.117. ead.
Exculpatio offensi maximè attenditur, quando per eam exculpans amittit pœnam conuentionalem sibi applicatam ob pacem vel cautionem ruptam,ibid.n.119. ead.
Exequutores & iustitiæ ministros impedientes in eorum officio & libera exequutione, puniuntur vigore Bullæ,vt rei læsæ maiest.q.32.n.5. p.100
Exequutores possunt frangere ostium & fenestras pro capiendo malefactore, secus pro capiendo debitore, q. 27.n. 93.& seqq. p.14
Exequutoribus & ministris iustitiæ resistere, an & quando liceat,& de materia vide suprà ver.*Birroarij*,per totum,& ver. Iudici & eius Officialibus resistendum non est, & seqq.
Exequutorum & satellitum materiam vide suprà, verbo, *Birroarij*,per totum.
Eximens se demanibus familiæ,& ad Ecclesiam confugiens, non potest in ea capi,q.25.n.44. p.32
Eximens carceratum ex carcere,punitur eadem pœna, qua puniendus erat carceratus exemptus,quæst.30.numer.92. sed verius dic,quòd isto casu pœna est arbitraria,num.93. & seqq. & vigore Bullæ in statu ecclesiastico, est pœna mortis,n.96.in fine. p.66.& 67
Eximens ex carcere confessum,conuictum, vel condemnatum, punitur tanquam reus læsæ maiestatis etiam de iure communi, ibi.n.101.& n.105. Vbi propterea quòd talis eximens punitur pœna mortis. p.67 & 68
Eximens carceratum ex carcere,ad hoc vt pœna læsæ maiest.teneatur, requiritur quòd exemptus non solùm esset confessus,conuictus,aut condemnatus,vt suprà,sed etiam quòd esset detentus pro crimine capitali:aliàs non tenetur tali pœna, ibi.n. 102. imò requiritur quòd crimen, pro quo detinebatur exemptus,esset pariter læsæ maiest. vt in num. 103. vbi tamen verius dicitur, quòd sufficiat quem esse detentum pro quocunque crimine,dummodo sit capitale. p.68
Eximens carceratum ex carcere, non tenetur pœna læsæ maiestatis, nisi exemptus fuisset carceratus de mandato alicuius Iudicis supremi Principis,aliàs secus, ibid.n.104. ead.
Eximens carceratum ex carcere, actu non perfecto & consummato,non tenetur læsæ maiest.pœna, ibid.num.106. vbi tamen secus vigore Bullæ. ead.
Eximentes carceratum ex carcere, quomodo puniantur in statu Ecclesiastico vigore constitutionis Pontificum,ibid. n.107. ead.
Eximens debitorem carceratum ex carcere, tenetur creditori ad solutionem debiti,sicut tenebatur ipse debitor, ibid.n. 107.& seqq.vbi alia ad materiam. ead.
Eximens debitorem carceratum ex carcere, tenetur creditori ad solutionem debiti, pro quo detinebatur,etiam quòd is verè debitor non esset,ibid.num.109 ead. quod intellige,dummodo idem debitor esset iurè captus, secus si nulliter,n.110. p.69
Eximens debitorem ex carcere,tenetur creditori ad solutionem debiti, etiam quòd ipse debitor fuerit iterum captus, ibid.n.111. ead.
Eximens debitorem ex carcere,vltra quod tenetur creditori, vt suprà,ad solutionem debiti,punitur etiam aliqua pœna pecuniaria criminaliter, ibid n.112. sed vigore Bullæ punitur pœna læsæ maiest.d n.112. ead.
Eximens ex carcere iniustè detentum,non punitur,si carceratio non erat ritè facta, secus si ritè carceratus quis fuit, licèt innocens esset,ibid.n.113.& seqq. vbi sic respondetur contrariis. ead.
Eximens ex carcere detentum pro causa criminali, punitur etiam quòd exemptus ad carceres reuertatur,vel reducatur,q.31.n.64.& seqq. p.87
Eximens detentum pro debito ciuili, punitur criminaliter, etiam quòd exemptus ad carceres reuertatur, vel reducatur, ibid.n.67. sed an teneatur ciuiliter creditori ad solutionem debiti,n.68.vbi quòd sic,secundùm communem, licèt contrarium videatur æquius. p.88
Eximens captum ex manibus familiæ,punitur in omni casu, in quo punitur eximens carceratum ex carcere,quia valet argumentum de vno ad alium,q.32.n.3. p.99
Eximens captum ex manibus familiæ, tenetur pœna legis Iuliæ maiestatis,ibid.n.2.& 3. vbi respondetur contrariis, ead.
Eximens captum ex manibus exequutorum, aut ne capiatur impediens, aut idem occultans, vel commoditatem euadendi præbens, punitur vigore Bullæ,vt ibid.num.5. p.100
Eximens ex manibus familiæ debitorem captum vigore Bullæ Sanctiss.D.N.Sixti V.punitur vt reus læsæ maiest.ibid. nu.6. sed de iure communi punitur pœna extraordinaria, n 7. ead.
Eximens debitorem ex manibus familiæ tenetur creditori ad solutionem debiti,ibid n 8.9.& 10 ead.
Eximens captum ex manibus iustitiæ tenetur ac si pro eo omni casu fideiussisset,ibid.n 9. ead.
Eximens debitorem ex manibus familiæ, tenetur ad debitū, etiam quòd ereptus debitor non sit,ibid.n.11. sed contrà, n.12.concorda,vt in n.13. p.101
Eximens debitorem indebitè captum ex manibus familiæ, non tenetur in aliquo suo creditori, ibid.n 12. præsertim quando captura est facta iuris ordine non seruato vel notoriè constat illum non esse debitorem, ibid.n.13. ead.
Eximens debitorem ex manibus curiæ tenetur ad delictum, etiam quòd ereptus postea ad carceres reducatur,ib.n.14. ead.
Eximens se ex manibus exequutorum,punitur extra ordinem Iudicis arbitrio,iuxta qualitatem violentiæ & quandoque etiam ad mortem de iure communi,ibid.num.24.& seqq. ead.& seq.
Eximens se è manu birroariorum, sine armorum violentia, punitur ac si carcere aufugisset & mitiùs, ibid. num. 26. p.102
Eximens se è manu exequutorum volentium aliquem iniustè capere,non punitur,ibid.n.19. ead.
Eximens captum sine mandato Iudicis ex manibus familiæ, puniri non potest,ibid n.33. p.103
Eximens captum ex manibus familiæ,qui non sit confessus, aut condemnatus.varij varia dixerunt, vt ibid.n.62. videtur quòd sit puniendus eadem pœna, qua puniri debeat ereptus,vt in n.63.sed verius dic esse pœnam arbitrariam de iure communi,n.94. sed vigore Bullæ est mortis,etiam quòd ereptus non sit confessus,aut condemnatus, n.65. p.105
Eximens ex manibus familiæ iniustè captum,vel eum qui iniustè damnatus mittitur ad supplicium, nullatenus punitur,ibidem,num.66.& num.67. ead. vbi ampliat, etiam in clericis eximentibus, & numero 69. licèt aliqui contrarium dixerint,vt in numero 68. Declara,vt numer.78. p.107
Eximens ex manibus familiæ capiendum de mandato Iudicis,qui iurisdictionem non habeat,non punitur,ibid.n.70. ead.
Eximens de manibus familiæ eum qui vigore alicuius constitutionis,vel de iure communi capi non debeat,non punitur,ibid n.71. ead.

Eximens clericum ex manibus curiæ secularis, non punitur, ibid.n.72. ead.
Eximens captum à priuatis personis minimè punitur, ibid. num.73. fallit, nisi illæ priuatæ personæ habuissent à Iudice licentiam capiendi, n 74. & seq. item fallit, quando captus esset latro,transfuga, hostis publicus, vel capitaliter bannitus qui potest à quolibet impunè occidi,nam tunc nec licet hos eripere ex manibus priuatorum, n.76. vbi declaratur. ead.
Eximens eum ex manibus birroariorum, qui ad supplicium ducitur,pendente appellatione,minimè punitur,ibi.n.77. ead.
Eximens ex manibus familiæ etiam indebitè captum punitur,quando non constat notoriè de iustitia capturæ, ibid. n.78. ead.
Eximens captum ex manibus familiæ, non punitur pœna ordinaria, nisi effectu sequuto,de iure communi, ibid.n. 84.sed vigore Bullæ contrarium seruatur in Vrbe, & statu ecclesiastico, ibid n.85. p.108
Eximens se ex manibus satellitum, & illis resistens, vigore Bullæ punitur vt reus Læsæ maiestatis,ibid. n.22. p.101
Eximat si mulier mutatis vestibus suum virum ex carcere, illum induendo suis muliebrib.vestibus,excusatur à pœna ordinaria,& mitiùs punitur,q.30.n.118. p.170
Eximere an dicatur ex manibus familiæ, & quomodo teneatur denuncians debitori vt fugiat, quia creditor volebat eũ capi facere,q.32.n.15.& quid de occultatione suæ domi recipiente debitorem ne capiatur ab exequutoribus an teneatur ad interesse creditori,n.16. p.101
Eximens vxor virum suum captum ex manibus familiæ,mitiùs punitur,ibi.n.79. p.198
Extrahens inuitum ab Ecclesia,punitur pœna mortis, & crimine læsæ maiestatis q.28. n. 2. & 5.sed quid si non sit sequutus effectus,n.3.& 4.p.25.26. cætera ad materiam vide suprà verbo,*Confugiens.*

F

FAlsitas præsumitur commissa ab eo,ac de eius mandato, de cuius commodo,& vtilitate agitur,quæst.45.n.38. p.279
Falsi pœna est arbitraria, & sic aliquando corporalis, & aliquando pecuniaria,q.33.n.33. p.116
Fama est indicium remotum,q 47.n.6. p.297
Fama est res fallax,mendax,perniciosa, transmissa vt plurimum ab iis qui nocere cupiunt, eique propterea credendum non est,ibid.n.7.& seq. ead.
Fama mala in genere iuncto alio adminiculo,facit indicium ad torturam,q.37.n.66. p.168
Fama suppletur per alia indicia, & loco indiciorum succedit fama q.41.n.10. p.234
Fama quid & quotuplex sit, & in quo differat à rumore, à communi opinione, à notorio,à publico,à manifesto, & similibus q.42.n.2. p.244
Fama tam in ciuilibus quàm in criminalibus non facit plenam probationem regulariter,q 47.n.3. p.296
Fama regulariter non facit indicium ad torturam, ibidem, num.4.6.& seq.ead.& 297.Vbi de magis communi, & magis seruata opinione,licèt alij contrarium dixerint,ibid. n.5. p.297
Fama facit indicium ad torturam in delictis occultis, & difficilis probationis,ibid.n.11.declara dummodo sit legitimè probata, ac habeat ortum ex aliqua verisimili causa & ratione,aliter secus,n.12. p.298
Fama orta incontinenti post delictum,facit indicium ad torturam ibi.n.13.Sed contrarium est verius,n.14. ead.
Fama de iure canonico facit indicium ad torturam, ibi.n.15. Sed contrarium,n.16. ead.
Fama iuncta cum aliis indiciis,& coniecturis, facit indicium ad torturam,ibid.n.17. ead.
Fama iuncta cum inimicitia facit indicium ad torturam,ibid. n.18. ead.
Fama iuncta cum fuga facit indicium ad torturam,ibi.n.19. ead.
Fama iunctis minis facit indicium ad torturam,ibi.n.20.ead.
Fama iuncto dicto syndici facit indicium ad torturam, ibid. n.21. ead.
Fama delicti in specie, iuncta mala fama in genere, facit indicium ad torturam, ibid.num. 22. Dummodo tamen in actis constet de mala fama,aliter secus, num.24. Et quæ in proposito dicantur personæ viles,& malæ famæ, n.23. ead.
Fama,quæ habuit ortum à personis honestis, & fide dignis, facit indicium ad torturam, ibid.numer.25. Sed contrarium verius, numero 26.& 27. Vbi declaratur materia, p.299.
Fama vehemens non facit indicium ad torturam, nisi fuerit orta à personis honestis, & fide dignis, ibid. & num.31. ead.
Fama vehemens regulariter facit indicium ad torturam, ibi. n.28. ead.
Fama quando dicatur vehemens remittitur arbitrio Iudicis, ibid.n.29.Sed quomodo Iudex debet regulare suum arbitrium,n.30.& seq. ead.
Fama non dicitur vehemens,nec facit indicium ad torturam, etiam quòd fuerit probata per plures, & plures testes, quia testium numerus non inducit vehementiam famæ, ibid.n.32. ead.
Fama an dicatur vehemens, vel non,attenduntur causæ, & coniecturæ ex quibus orta est,iuxta qualitatem dictarum causarum,vnde originem habet, facit, & non facit indicium ad torturam,ibid.n.33. ead.
Fama orta ex grauibus causis, & coniecturis facit indicium ad torturam:secus si ex leuibus ibid.n.33. ead.
Fama non facit indicium ad torturam,si causæ,& coniecturæ,vnde originem habet, vel non probentur, vel appareant falsæ,ibid.n.34. ead.
Fama vehemens propriè dicitur ea, quæ ab aliis indiciis, & coniecturis coadiuuatur,ibid.n.35. p.300
Fama nunquam facit indicium ad torturam, nisi habeat requisita,de quibus remissiuè,ibid.n.36. ead.
Fama facit indicium ad inquirendum, ibid. num. 37. etiam quòd testes non dicant se audiuisse à maiori parte populi, ibid.n.38. ead.
Fama facit indicium ad capturam,ibid.n.39. ead.
Fama sufficit ad inquirendum specialiter, & sic ad formandum,& transmittendum inquisitionem, ibid n.40. ead. Sed contrarium est verius, num.42.& seq.vbi declaratur materia. ead.
Fama non facit indicium ad inquirendum, nisi ortum habuerit à personis honestis,ac fide dignis,ibid nu.44. ead. Contrà, n. 45. Sed prima opinio est verior, declarata tamen,ibid.n.46.& seq. ead.
Fama licet non plenè probet, tamen coadiuuat alias probationes,ibid.n.50. ead.
Fama transfert onus probandi contrarium in aduersarium, ibid.num.51.Sed contrarium est verius, vt in num.35.& seq. p.301
Fama facit regulariter semiplenam probationem, ibid.n.54. Contrà,n.55.Tertia est opinio, quòd remittatur arbitrio Iudicis,n.56.Reprobatur hæc tertia opinio,n.57.resolue, vt in n.58. ead.
Fama facit semiplenam probationem, dummodo sit orta ex verisimilibus coniecturis,aliàs secus, & an istæ coniecturæ ex quibus fama orta est,sint verisimiles nécne,remittitur arbitrio Iudicis,ibid.n.58. ead.
Fama in criminalibus non facit semiplenam probationem, ibid.n.59. ead.
Fama non facit semiplenam probationem, quando de crimine agitur per viam exceptionis, ibid.n.60. Idem si de crimine agatur ciuiliter,n.61.& 63,licèt aliqui relati, ibid.n. 62.contrarium dixerint. p.302
Fama non facit semiplenam probationem in causa ciuili ardua,ibid.n.64. ead.
Fama non facit semiplenam probationem, vbi agitur de dissoluendo matrimonio,ibid.n.65. ead.
Fama non facit semiplenam probationem in causis, in quibus non defertur iuramentum in supplementum plenæ probationis,ibid.n.66. ead.
Fama non sufficit ad deferendum iuramentum in supplementum,

plementum,ibid.n.67.& seq. ead.
Fama an probet excommunicationem,ibid.num.70. & seq. ead.
Fama iuncta cum vno teste de visu, facit plenam probationem,ibid.n.73.& seq.licèt aliqui ibi contrà dixerint & n. 76.vbi idem,si vnus testis depónit de visu,& fama,& alter de fama tantùm. ead.& p.305
Fama coniuncta cum pluribus testib.de auditu plenè probat, secus coniuncta cum vno tantùm teste de auditu, ibid.n. 77.& seq. p.303
Fama iuncta cum vno teste de visu, non facit plenam probationem in pluribus casibus,de quibus remissiuè, ibid.n. 79. ead.
Fama iuncta cum vno teste non facit plenam probationem in criminalibus,ibid.n.80. Limita vt procedat quoad pœnam corporalem,seus quoad pecuniariam,num.81.Limita secundò,quando cum fama adessent alia indicia,& coniecturæ, quia tunc plenè probat etiam in criminalibus,n. 82.sed hæc vltima limitatio declaratur,ibid.n.82.& seqq. ead.
Fama iuncta cum aliis indiciis, adminiculis vel coniecturis, plenè probat in ciuilibus,ibid.n.86. Contrà,n.87.Distingue,vt in n.88. p.304.
Fama nunquam coniungitur cum alia probatione,nisi ea fuerit plenè probata,& per testes idoneos,ibid.n.89.& seqq. ead.
Fama in iis, quæ sunt difficilis probationis,probat bene iunctis aliquibus adminiculis, ibid.n.91. & 92. Vbi isto casu saltem transfert onus probandi contrarium in aduersarium. ead.
Fama probat valorem rei,ibid.n.93. ead.
Famat probat interesse, ibid.n.91. ead.
Fama an probet filiationem,ibid.n.94.& seqq. ead.
Fama an probet mortem,ibid.n.97. & seqq. ead.
Fama an probet nobilitatem,virtutem, doctrinam,doctoratum,vel aliam hominis qualitatem, ibid.nu.101.& seqq. p.305.
Fama probat in causis leuibus, & modici præiudicij, ibid.n. 105. ead.
Fama probat in antiquis,ibid.n.106.licèt aliqui contrà,num. 107.ead. Et quale in proposito dicatur tempus antiquum, n.112.& seqq. p.306
Fama probat in antiquis dominium non solùm de præterito, sed etiam de præsenti ibid.n.108. p.305
Fama probat in factis notoriis antiquis, ibid.num.109.pag. 306.
Fama probat in factis in loco longinquo, ibid.n.110. ead.
Fama probat confines in antiquis, ibid.n.111. ead.
Fama inducit plenam probationem in casibus, in quibus lex ob publicum fauorem præfert opinioni veritatem,ibid.n. 123. p.307
Fama probat communem vsum loquendi,ibid.n.125. ead.
Fama probat malam fidem,ibid n.126. ead.
Fama probat consuetudinem,ibid n.127. ead.
Fama plenè probat in materia peccati, ibid.n.128. ead.
Fama an probet possessionem in remedio canonis, reintegrandæ qu.1.ibid.n.129.& seq. ead.
Fama an probet ius patronatus,ibid. n.133. ead.
Fama an probet defensionem, dic quòd sic, ibid.n.134. & seq. p.308.
Fama probat distantiam de vno loco ad alium, ibid. n.136. ead.
Fama probat coram arbitratore,ibid.n.137.& seq.vbi declaratur. ead.
Fama probat pactum de retrouendendo, ibid. numer.139. ead.
Fama sola non probat quem vsurarium,sed bene iuncta cum adminiculis,ibid.n.140.& seq. ead.
Fama probat impedimentum matrimonij,ibid.n.143. ead.
Fama plenè probat, quando statutum sic mandat, sed quomodo hoc statutum intelligatur,& de materia,ibid.num. 144. ead.
Fama non probat, nisi fuerit orta ex aliqua verisimili causa, vel coniectura, ibid.n.153.ead. Limita si habuerit ortum à personis fide dignis, quia tunc non est necesse, quòd præcedat aliqua verisimilitudo,ibid.n.154. Declaratur limitatio,n.156. p.309
Fama debet habere ortum à personis honestis,& fide dignis, alias si à maleuolis,& inimicis oriatur,nihil probat,n.156. ibid. Limita, si habuit ortum ab aliqua verisimili causa, quia tunc probat,etiam quòd sit orta à personis vitiosis, n. 157.& seq. Declaratur limitatio,vt in n.159. ead.
Fama de aliqua re turpi, potest habere originem à turpibus personis,pone exemplum,vt ibid. n.161. p.310
Fama potest etiam habere originem à mulieribus, quando agitur de re spectante ad mulieres,ibid. ead.
Fama in dubio præsumitur orta à personis fide dignis, nisi contrarium probetur. Quod quando verum sit,ibid.num. 162. ead.
Fama debet esse vniformis, & non varia, ad hoc vt probet, ibid.n.163. ead.
Famæ testimonium facilè prosternitur,ibi.n.164.nec est deterior testis quàm fama,d.n.164. ead.
Fama nihil probat,nisi fuerit solida,inconcussa,crescens,non leuis,non vaga,non contraria, nec in aliquo labefactata, ibid.n.164. ead.
Fama posterior tollit priorem,ibid.n. 165. fallit vt in n.166. ead.
Fama vna,si alteri sit contraria,attenditur illa quæ digniorib. testib.comprobata est quæ ex verisimilioribus causis, & coniecturis originem habuit,ibid.n.167. ead.
Fama vna tollit aliam,negatiua tollit affirmatiuam, & fama non delicti,tollit famam, delicti,ibid.n.168. ead.
Fama vna tollit aliam, etiam quòd sit in diuersis locis, quod quando verum sit,ibid.n.170. ead.
Fama negatiua dicitur probata per testes, qui interrogati de fama respondent se nihil scire, ibid.n.170. ead.
Fama orta post litem motá nihil probat ibid.n.172.Sed quid in dubio præsumatur,n.173.& seqq. p.311
Fama orta post inquisitionem,accusationem, vel carcerationem nihil probat,ibid.176. Limita nisi causa, vnde fama oritur,superuenerit pòst,quia tunc probat etiam post accusationem,inquisitionem carcerationem,n.178. ead.
Fama orta ex interuallo post delictum,nihil probat, ibid.nu. 177.declara,vt n.178. ead.
Fama extra locum delicti non probat in loco delicti,& quãdo ad famæ probationem requiratur locus,ibid. nu.179. ead.
Fama procurata non probat tam in ciuilibus,quàm in criminalib.ibid.n.180. ead.
Fama bona in genere, tollit indicium malæ famæ pariter in genere,ibid.n.181.& seq. ead.
Fama bona in specie, multò magis tollit malam famam in genere,ibid.n.184. p.312.
Fama bona facit,vt reus mitiùs puniatur,ibid n.185. ead.
Fama bona tollit delicti præsumptionem,ibid.n.186. ead.
Fama bona tollit indicia ad torturam sufficientia, ita vt probata bona fama,reus non possit ampliùs torqueri, ibid.n. 186.sed vide in seqq.versiculis. ead.
Fama bona in genere,non tollit indicia specialia, ibid.n.187. ead.
Famæ bonæ probatio,est leuis defensio, ibid.n.188. ead.
Fama bona tollit indicia leuia,& non grauia,ibid. num.189. ead.
Fama bona tollit indicia,si sumus in dubio, aliter secus,ibid. n.190. ead.
Fama bona non tollit,sed debilitat indicia,ibid.n.191. ead.
Fama bona non facit,vt reus indiciatus nullatenus torqueatur,ibid.n.192. ead.
Fama bona in genere non tollit malam famam in specie, ibid.n.193.ead.contrà,n.195.p.313.Dic quòd bona fama in genere non tollit penitus malam famam in specie, sed tantùm debilitat,n.197.Vel verius dic, quòd etiam tollit, si non est adminiculata,secus si adminiculata, num.198. ead.
Fama mala in genere inquisiti, facit contra ipsum inquisitum malam præsumptionem super delicto de quo inquiritur, ibid.n.199. ead.
Fama mala quandoque operatur condemnationem in pœnam exilij,vel triremium in tribus casibus, de quibus,ibid.

numer.200.& seq.Sed declara, vt ibid. ead.
Fama mala facit præsumptionem delicti,dummodo sit in eodem genere mali,aliàs secus,ibid.n.204. ead.
Fama mala in genere de se sola non sufficit ad torturam sed iunctis aliis sic,ibid. n.205. ead.
Fama mala an faciat indicium ad torturam contra personam vilem,& abiectam , & quid in delicto difficilis probationis,ibid.n.206. ead.
Fama est difficilis probationis , ideo vix vnquam bene probata reperitur,ibid.n.207. p.314
Fama an,& quando probetur per testes,quomodo testes debent super fama deponere,& quæ requirantur ad probationem famæ.Vide infrà verbo,*Testes super fama deponentes*.& seqq.
Fama probatur per duos testes,q.47.n.208. p.314.
Fama debet probari per testes omni exceptione maiores, quod quando verum sit,ibid.n.210.& seq. ead.
Fama ad hoc,vt dicatur probata, testes super ea deponentes debent exprimere causas vnde orta est, ibid.n.216. ead.
Declara,vt in n.217.& 218. p.315
Fama non censetur probata per testes, qui affirmatiuè deponunt super vltimo articulo generali de publica voce , & fama, nisi specialiter deponant super quolibet articulo, ibid.n.228. ead.
Fama an , & quando dicatur probata per testes , non nominantes eos , à quibus fama orta est. Vide in tract de test. verbo,*Fama,Testes super fama deponentes*, & seq.
Fama an dicatur probata per testes , qui dicant se ita publicè audiuisse dici:an verò sit necesse quòd dicant audiuisse à maiori parte populi, & de materia vide in tract. de testib. in ver.*Fama*,& in ver.*Testes non probant famam*, & seq.
Fama probatur per testes singulares,q.47.n.365. Licèt aliqui contrà, n.266. p.319
Fama probata per decem testes , dicitur bene probata,etiam quòd si infirmiter probatur,ibid.n.267. Licèt aliqui contrà,n.268 Limita primò, vt non per hoc talis fama sic infirmiter probata sufficiat ad torturam,nu. 269. Limita secundò,dummodo concurrat habilitas testium,n.270. Limita tertiò,dummodo non sit minor numerus decem testium,n.271. ead.
Fama probatur per scripturas, vtputà per literas bonorum virorum,ibid.n.272. ead.
Fama probatur per instrumenta,& priuilegia antiqua,ibid.n.273. Limita primò,dummodo instrumenta,& priuilegia sint plura num.274. Limita secundò,dummodo habeant originem à diuersis personis,secus si ab eisdem num.275. ead.
Fama an sit bene probata , multùm remittitur arbitrio Iudicis,num.276. pag.320
Fama bona , an sic præsumatur potiùs, quàm mala,& econtrà. Vide suprà,ver.*Bonus in dubio*,& seq.
Fama bona,vel mala in genere requirit ad eius probationem omnia ea,quæ requiruntur ad probationem famæ in specie,q.47.n.301. pag.322
Fama bona,vel mala in genere probatur per testes, ibidem, num.302.& sufficiunt duo testes,num.303. ead.
Fama hominis bona, vel mala in genere an probetur per testes singulares,ibid.num.304.& 305. ead.
Fama hominis in genere probatur per testes amicos , & inhabiles,ibid.n.306.& 307. ead.
Fama hominis bona vel mala in genere ad hoc , vt dicatur probata,necesse est,vt testes reddant rationem sui dicti. & causas bonæ,vel malæ famæ ibid n.308. & an sit sufficiés ratio si testis dicat , Ita scio,quia sum vicinus.num.310.& quid si dixerit,Ita scio,quia ita sum expertus,n.312. ead.
Fama bona,vel mala non probatur per testes, nisi nominent eos , à quibus dici audiuerint illum esse bonæ , vel malæ famæ,ibid num.314. ead.
Fama bona, vel mala in genere non probatur per testes, nisi dicant se audiuisse à maiori parte populi illum esse bonæ, vel malæ,ibid.num.315.ead. Ideo non sufficit dicere, ita audiuisse ab omnibus cognoscentibus eum , num.318. pag.323
Fama non probat quem criminosum,ibid.n.316. ead.
Fama bona , vel mala hominis in genere non probatur per testes,qui dicant ita extare vocem apud populum,ibid.n.317. ead.
Fama bona , vel mala alicuius hominis in genere potest per Iudicem percipi ex informatione extraiudiciali,ibid.num.319. ead.
Fama bona,vel mala alicuius non probatur per testes nisi deponant de loco talis famæ , sed de quo loco debeant deponere,vide ibid.n.320. ead.
Famulus si aufugiat à domino sine eius licentia, præsumitur subtraxisse omnes res , quæ non reperiuntur in domo ipsius domini,& talis fuga isto casu facit contra ipsum plenam probationem , q.48.n.70. Limita vt hoc procedat, quando agitur ciuiliter,secus si criminaliter, n.71. Tunc enim quando criminaliter agitur , non inducit contra ipsum plenam probationem , sed tantùm facit præsumptionem quandam , num.72. Quæ quidem præsumptio non sufficit ad condemnandum,sed ad torquendum num.73. iunctis tamen aliis,de quibus,num.74.& 75.& non aliàs, p.330
Famuli fuga nullam facit contra ipsum probationem in casibus remissiuè positis,ibid.n.76. ead.
Famulus de domo expulsus dicitur inimicus expellentis , q. 49.n.81.sed non capitalis, n.82. p.359
Famuli , & alij de familia tenentur defendere eorum dominum insultatum,q.51.n.27. p.352
Fautores,instigatores,consultores & auxiliatores effractorib. carcerum, puniuntur pœna mortis,tanquam rei læsæ maiestatis,q.50.n.97. p.67
Feriato die , an & quando quis carcerari possit , vide suprà, verbo *Carcerari nemo debet in die feriato*, & seqq.
Feudatarij , & Barones an possint concedere saluos conductus,q.29.n.110. p.52
Fictio tantum operatur in casu ficto , quantum veritas in casu vero,q 30.n.15. p.57
Fictio non multis modis diffinitur,de quibus in quæst.36.n. 135.& seqq. p.162
Fictio est in re certa contrarij veritas pro veritate assumptio, ibid. ead.
Fictio est in re certa eius, quod est possibile contra veritatem,pro veritate à iure facta assumptio , ibid.126. & seq. ead.
Fictio non cadit super impossibile , ibid n.137. ead.
Fictio est indubitatæ falsitatis pro veritate assumptio in casu possibili , & ex iusta causa ad inducendum aliquem iuris effectum,æquitati naturali non repugnantem,ibid.n.138. ead.
Fictio est falsitas pro veritate accepta ex specialissima , & iustissima causa à iure expressa, ibid n.139. ead.
Fictio est contra naturalem veritatem terminorum super eo quod quandoque fuit possibile,& non verum, ibid.num. 140. ead.
Fictio est in re certa ad vtrumlibet possibile in contrarium veritatis legis authoritate pro veritate accepta,ibid.n.141. ead.
Fictio est iuris dispositio, per quam non verum,possibile tamen esse verum,pro vero accipitur,ibid.n.142. ead.
Fictio est contra veritatem rei,quæ fuit,vel est possibilis à iure ex bono,& æquo pro veritate assumptio.ibid.num.143. ead.
Fictio est legis aduersus veritatem in re possibili ex iusta causa dispositio,ibid.n.144. ead.
Fictio alia est inductiua,alia priuatiua,& alia translatiua,ibid. n.145. ead.
Fictio inductiua est , quando lex finxit esse id quod non est, ibid n.146. ead.
Fictio priuatiua est , quando lex finxit id quod est, non esse, ibid.n.147. ead.
Fictio translatiua est quando lex finxit id quod est vno modo,esse alio modo,ibid.148. ead.
Fictio inductiua est in re certa non existente possibili pro veritate à iure facta assumptio,ibid.n.149. ead.
Fictio priuatiua est in re existente possibili non existere , pro non existente à iure facta assumptio , ibidem,numer.150. ead.
Fictio translatiua est in re certa vno modo existente pro non existente,

existente,alio modo possibili à iure facta assumptio, ibid. num.151. ead.
Fictio cadit super re certa, & non vera, præsumptio autem cadit super re dubia, & quæ potest esse vera,& non vera, ibid.num.244. pag.166
Fictio directò non admittit probationem in contrarium,ibid. num.245. ead.
Fictio non admittit in contrarium confessionem partis, ibid. num.249. ead.
Fictio per indirectum admittit probationem in contrarium, ibid.num 50. ead.
Fictio, & præsumptio, in quibus differant, ibid.num.243. & seq. ead.
Fictio an, & quando cum præsumptione concurrere possit remissiuè,ibid num.243. ead.
Fictio quibus verbis denotetur, & quibus præsumptio, ibid. num 243. ead.
Fidem fallere turpe est,q 29.n.5. pag 39
Fidem publicam non seruare,turpe est,ibid. ead.
Fides etiam hosti seruanda est, ibid.n.8. siue detur à publica persona,siue etiam à priuata. ead.
Fides data hosti, à priuato seruanda non est, ibid.num.100. sed contrà,num.101. pag.51
Fideiussor de repræsentando reum toties quoties, sub pœna, non tenetur ad pœnam, si reus semel repræsentatus ex carcere aufugerit, quod quando verum sit, vide in q.30. num.62. pag.63
Fideiussores de tuto carcere qui promiserunt,non vt fideiussores simplices, sed vt custodes, tenentur ex fuga rei eadem pœna, qua tenebatur ipse reus aufugiens, ibidem, num.64. ead.
Fideiussor non potest obligare se in duriorem causam, quàm principalis,ibid.num.66. ead.
Fideiussoris obligatio nihil valet, quando principalis contractus est nullus,ibid.num.69. ead.
Fideiussor de tuto carcere an teneatur, si is pro quo promisit & aufugit erat indebitè carceratus, ibidem, num.147. pag.73
Fideiussor de tuto carcere an teneatur, si is pro quo fideiussit,aufugit,& deinde reuersus est,ibid.n.152. ead.
Fideiussor,qui promisit quòd reus non discedat ex aliquo loco sine Iudicis licentia, minimè tenetur ad pœnam conuentam, quando is, pro quo promisit, discessit de licentia custodis, ibid.n.177.& seqq. Hoc limita duobus modis. Primò, vt non habeat locum,quando non solùm fuisset fideiussor, sed quando reum sub sua custodia recepisset, num.182.& sequent.pag.76.& 77. Secundò pariter non habet locum, quando fuit promissum,quòd non discedet sine licentia in scriptis, quia tunc custodis licentia non excusat,num.184. pag.77
Fideiussor, qui carceratum sub sua custodia recepit, tenetur ad plus quàm si promisisset simpliciter de non discedendo ex aliquo loco,ibid.n.182.& seq. pag 76.& 77
Fideiussor debet præstari in loco iudicij, & non extra, q.33. num.41.declara,vt num.42. pag.117
Fideiussorem non habens admittitur ad iuratoriam cautionem in ciuilibus,ibid.num.43.Idem in criminalibus,n.44. Idem in muliere, num.45. Sed de consuetudine contrarium seruatur in criminalibus, tam in viro, quàm in muliere,num.46.declara,vt in num.47. pag.118
Fideiussor non potest se pro alio obligare ad pœnam corporalem,ibid.num.49. ead.
Fideiussor potest se ad pœnam corporalem obligare,quando sic se obligat aliquo statuto,constitutione,vel consuetudine permittente,ibid.num.75. pag.121
Fideiussor de repræsentando carceratum,punitur etiam corporaliter, quando obligauit se vt custos, ibid.num.76. pag.122
Fideiussor idoneus dicitur ille, qui tantum habet in bonis, quantum valet causa,ibid.num.79. ead.
Fideiussor immobilia possidens, dicitur idoneus, ibidem, num.80. ead.
Fideiussor non possidens immobilia, non dicitur idoneus, ibid. ead.
Fideiussor possidens apothecam, vel bona mobilia, quæ de facili asportari non possunt, vel nomina debitorum,dicitur idoneus fideiussor,ibid.n.81. ead.
Fideiussorem approbans,tenetur de suo, si fideiussor non est idoneus,ibid n.87. p.123
Fideiussor de repræsentando,si non repræsentat reum,quem promisit, tenetur ad pœnam in fideiussione expressam, q 34.n.1.& 2. p.126
Fideiussio de repræsentando aliquem sub certa & determinata pœna valet, etiam quòd agatur de delicto, pro quo venit infligenda pœna corporalis,ibid.n.2. ead.
Fideiussor de repræsentando, si in fideiussione non est expressa certa pœna, punitur pœna pecuniaria Iudicis arbitrio,si reum,quem promisit,non repræsentauit, ibid.n.3. ead.
Fideiussor non repræsentans reum,quem promisit repræsentare,punitur eadem pœna pecuniaria,qua puniendus erat reus non repræsentatus,ibid.n.4. ead.
Fideiussor de repræsentando punitur secundùm consuetudinem loci, si reum quem promisit,non repræsentat, ibid. ead.
Fideiussor de repræsentando,tenetur etiã ad interesse partis vltra pœnam,quando reum,quem promisit repræsentare, non repræsentauit,quod an verum sit, & quando,ibi.n.3. & seqq. ead.
Fideiussor,qui suscepit in se carcerati custodiam,punitur corporaliter,si illum non repræsentat,ibidem,numero 8. pag. 127
Fideiussor qui dolo desiit reum exhibere, vt promiserat,punitur corporaliter,& extra ordinem Iudicis arbitrio, ibid. n.9. ead.
Fideiussor non repræsentans reum sicut promiserat, potest per Iudicem mulctari,etiam vltra modũ, de quo in l.eos, C.de modo mulcta ibid.n.10. ead.
Fideiussor de repræsentando in casu non repræsentationis, potest se obligare ad pœnam etiam excedentem modum, de quo in l.eos,C.de modo mulcta,ibid.n.11. ead.
Fideiussoria obligatio transit ad hæredes, ibid.n.12.præsertim si sit pœnata,n.14 & præsertim si notarius etiam hæredes expresè obligauit,n.15. ead.
Fideiussoria obligatio pro maleficio, mortuo fideiussore expirat,nec transit ad hæredes,ibid.n.13.Declara,vt in n.14. & 15. ead.
Fideiussor de repræsentando, non excusatur à pœna, etiam quòd probet se fecisse omnem diligentiam,& non potuisse reum repræsentare,ibid.n.16.& seq. ead.
Fideiussor non dicitur repræsentare reum,nisi illum legitimè repræsentauerit,& quando repręsentatio dicatur legitima, ibid.n.20.& seqq. p.128
Fideiussor dicitur repræsentare reum,quando illum corporaliter & præsentialiter exhibet,n.21. ead.
Fideiussor non dicitur repræsentare reum legitimè,nisi illum intra carceres repræsentet,ibid.n.22. ead.
Fideiussor si minùs legitimè reum repræsentauerit,adhuc est liberatus, si Iudex illam repræsentationem pro legitima acceptauerit,tenetur tamen de isto Iudex,ibid.numer.23. ead.
Fideiussiones de repræsentando,quomodo hodie concipiantur,ibid n.14. ead.
Fideiussori competunt exceptiones, quæ competunt principali, ibid. n.25. fallit in causis criminalibus,in quibus requiritur præsentia personæ n.27. At in pecuniariis,& non corporalibus pœnis,in quibus reus per procuratorem auditur,fideiussori competunt exceptiones principalis,etiam quòd simus in causa criminali,n.28. ead.
Fideiussor de iudicio sisti,si non potest reum, quem promisit in iudicio sistere,potest tamen iudicium in se suscipere & experiri eaſdem exceptiones,quæ competebant principali, ibid num.25.& 26. Declara, vt num.27.& sequent. ead.
Fideiussor de repræsentando si non repræsentat, conuenitur ad pœnam Iudicis officio, & cõtra ipsum proceditur exequutiuè,ibid.n.29.& 30. ead.
Fideiussor non tenetur repræsentare reum, quem promisit, nisi pro ea causa,pro qua promisit, ibid.numer 31.ead.& Iudici asserenti se reum velle ex antiqua causa non creditur,

tur,niſi iurauerit,num.32. fallit ſi fideiuſſor expreſsè promiſerit repræſentare etiam ex noua cauſa, quia tunc ex quacunque cauſa repræſentare tenetur,n.33. p.129

Fideiuſſor de repræſentando, non tenetur reo principali mortuo, ibid.n.34. fallit primò,ſi reus mortuus fuerit dolo & culpa fideiuſſoris,n.35. fallit ſecundò, ſi reus obierit per moram fideiuſſoris, n.36. fallit tertiò in fideiuſſore quantitatis, putà de ſoluendo condemnationem & iudicatum, nam & is tenetur etiam mortuo principali, num.37. ead.

Fideiuſſor de repræſentando, liberatur per mutationem ſtatus rei principalis,vtputà quando de laico euadat clericus, & ſic mutat forum,ibid.n.38. ead.

Fideiuſſor non tenetur repræſentare reum,quem promiſit,ſi is fuerit bannitus,& condemnatus,ibid.n.39.& ſeqq. vbi plures adducuntur rationes,& quid ſi ſit ſolùm accuſatus, vide in ſeq. verſic.

Fideiuſſor de repræſentando,non tenetur repræſentare eum, qui pro nouo delicto eſt accuſatus vel inquiſitus, etiam quòd non ſit condemnatus,ibid.n.54.& ſeqq ſed contrà, num.59.pag.132.reſolue,vt in num.62.& ſeqq. pag.133. Et quid ſi reus fuit citatus vel bannitus primo banno purgabili, non tamen condemnatus, vide ibid.n.57.& n.58. 60.61.& 69. pag 132.& 133

Fideiuſſor de repræſentando, non tenetur repræſentare de proximo banniendum ibid.num.55. pag.132

Fideiuſſor de repræſentando, non tenetur repræſentare reum, qui nouum commiſit delictum, quando iſtud eſt notorium,ibid.num.56. ead.

Fideiuſſor non tenetur repræſentare reum,quando nulla ſuperuenerunt contra eum indicia, nec Iudex habet iuſtam cauſam illum reuocandi,ibid.num.63.& ſeqq. pag.133

Fideiuſſor in plus teneri non poteſt, quàm teneatur principalis,ibid.num.65. ead.

Fideiuſſio de aliquem repræſentando toties quoties, intelligitur ſecundùm naturam iudicij, hoc eſt, toties quoties opus fuerit,ibid.num.66. ead.

Fideiuſſio de repræſentando, expirat ſtatim atque reus ampliùs moleſtari non poteſt pro cauſa, pro qua fuit præſtita fideiuſſio,ibid.num.67. ead.

Fideiuſſor de repræſentando, non tenetur repræſentare illum, qui eſt in cauſa innocentiæ, & qui repræſentatus eſſet abſoluendus,ibid.num.68. ead.

Fideiuſſor non tenetur repræſentare reum condemnatum pro alio delicto etiam commiſſo ante præſtitam fideiuſſionem,ibid.num.70. licèt aliqui contrarium dixerint, vt ibid. ead.

Fideiuſſor de repræſentando,non tenetur repræſentare reum bannitum & condemnatum, etiam ſi ei offeratur ſaluus conductus, ibid.n.71.& ſeqq. licèt alij contrà,n.75. ead. & 134

Fideiuſſor de repræſentando,non tenetur repræſentare reum bannitum & condemnatum, etiam quòd ille ſit bannitus & condemnatus ab alio Iudice,ibid.num.76.quod declara, niſi eſſemus ſub diuerſis Principibus, ita quòd bannitus ab vno Iudice, poſſet tutè venire & ſtare coram alio Iudice,vbi fuit præſtita fideiuſſio.n.77. ead.

Fideiuſſor de repræſentando, tenetur repræſentare reum bannitum & condemnatum, quando ante bannum & condemnationem fuit requiſitus ad repræſentandum, & non repræſentans fuit conſtitutus in mora, ibid num.78. & 79 ead.Declara,vt in num.80. pag.135

Fideiuſſor de repræſentando,non liberatur propter bannum, vel condemnationem rei principalis affectatam & procuratam,ibid.num.81.& ſeq. ead.

Fideiuſſor non liberatur à repræſentatione rei, quem repræſentare promiſerat, etiam quòd is fuerit bannitus & condemnatus, quando bannum & condemnatio proceſſerit ex eadem cauſa & delicto, pro quo fuit præſtita fideiuſſio,ibid.num.83. licèt alij contrà,num.85.ſed hoc declara, niſi vltra bannum & condemnationem fuiſſent etiam confiſcata bona ipſius rei, quia tunc liberatur fideiuſſor ſequuto banno etiam pro eadem cauſa,num.84. ead.

Fideiuſſor de repræſentando nõ tenetur repræſentare,quando reus eſſet carceratus ab alio Iudice, ibid.num.86. ead. declara, niſi carceratio eſſet procurata & affectata, n.88. pag.136

Fideiuſſor de repræſentando reum inquiſitum pro vulnere, non tenetur illum repræſentare morte vulnerati ſequuta, ibid.num.89.& ſeq. Vbi etiam quid in fideiuſſore de ſoluendo iudicatum in cauſa vulneris. Declara, niſi vulnus fuiſſet lethale, vel niſi inquiſitio expreſsè loqueretur etiam de morte: vel niſi nulla præceſſiſſet inquiſitio aut accuſatio, nam iis tribus caſibus fideiuſſor de vulnere tenetur,etiam in caſu mortis,num.91. ead.

Fideiuſſor de repræſentando, liberatur quando reus per Iudicem captus eſt pro cauſa, pro qua fuit fideiuſſum,ibid. num.92. etiam quòd poſt capturam aufugiſſet, num.93. fallit in fideiuſſore de repræſentando toties quoties, qui non liberatur, etiam quòd reus captus pro eadem cauſa aufugiat, num.94.ead. Sed contrarium eſt verius, vt in num.95.& ſeqq. præſertim quando aufugerit culpa & facto Iudicis, vel alia concurrant pro fideiuſſore, num.97. pag.137

Fideiuſſor de repræſentando non liberatur, quando reus captus pro diuerſa cauſa, pro qua fuit fideiuſſum,aufugerit,ibid.num.98. ead.

Fideiuſſor de repræſentando, liberatur quando reo capto etiam pro diuerſa cauſa proteſtatur coram Iudice, quòd illum intendit habere pro repræſentato, ibid.num.99. & ſeq. Sed contrarium videtur verius, vt in num.101.ead. præſertim, quando eſt promiſſum repræſentare toties quoties,num.102. pag.138

Fideiuſſor poteſt repræſentare reum etiam non requiſitus à Iudice,ibid.num.100.ſed contrà,num.101.pag.137.præſertim ſi promiſit repræſentare toties quoties, num.102. pag.138

Fideiuſſio de repræſentando, ſemper regulanda eſt ab æquitate ſicut aliæ iudiciales, & prætoriæ ſtipulationes, ibid. num 97. pag.137

Fideiuſſor de repræſentando reum toties quoties, non liberatur per proteſtationem, quòd reum captum pro alia cauſa intendit habere pro repræſentato, ibid.num.102. pag.138

Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & de repræſentando, non tenetur repræſentare poſt ſententiam,ibid.n.103. Amplia primò, etiam in criminalibus,num.104. licèt alij contrà, n.105. Amplia ſecundò idem eſſe in fideiuſſore de ſtando iuri,ac de parendo mandatis Iudicis, num.106. limita in fideiuſſore de repræſentando toties quoties, vel quandocunque, num.108.ead. vbi de communi, licèt alij contrà, n.109. pag.139

Fideiuſſor de iudicio ſiſti,ac de iudicatum ſoluendo, non tenetur in cauſa appellationis,ibid.num.110.& ſeq. ead.

Amplia primò,ſiue prima ſententia ſit abſolutoria,ſiue etiam condemnatoria,num.113.& ſeqq.Amplia ſecundò,etiam quòd in fideiuſſione non ſit expreſſum nomen Iudicis, num.116.licèt aliqui contrà,num.117. limita primò, niſi expreſsè ſit dictum,fideiuſſorem teneri per quemcunque Iudicem fuerit iudicatum,num.111. limita ſecundò, niſi fideiuſſor promiſiſſet ſiſtere toties quoties,num.112.limita tertiò, niſi Iudex appellationis pronunciauerit in cauſa deſerta,num.118. pag.140

Fideiuſſor de iudicio ſiſti, non tenetur perempta inſtantia, ibid.num.120. Amplia primò, tam in ciuilibus,quàm in criminalibus,num.121. Amplia ſecundò,etiam perempta inſtantia ſtatutaria, num.122.ead. Amplia etiam tertiò in fideiuſſione iurata,num.123. limita, niſi ſit promiſſum repræſentare toties quoties, quia tunc etiam perempta inſtantia tenetur repræſentare,num.124. pag.141

Fideiuſſor de repræſentando, non tenetur repræſentare niſi fuerit requiſitus, etiam quòd promiſerit repræſentare certo tempore,ibid.num.125.& ſeqq.ſed contrà,num.129. & ſeqq.reſolue,vt in num.133.& ſeq. ead.& ſeq.

Fideiuſſor de repræſentando,poteſt moram purgare,ibidem, n.135.Amplia primò etiam poſt cõdemnationem,n.136. Amplia ſecundò, etiam interueniente iuramento, n.137. & ſeqq. vbi reſpondetur contrariis,limita primò,in pluribus caſibus,de quibus remiſſiuè, num.142. limita ſecundò,quando mora eſſet geminata,num.143. pag.142

Fideiussor de repræsentando reum, habet semestre, de quo in l. sancimus, C. de fideiussor, ibidem, n. 145. ead. limita primò, dummodo sit promissum repræsentare infrà sex menses: secus si infra minus tempus, quia tunc non datur nisi tantundem tempus, quantum in fideiussione fuit præfixum, num. 146. limita secundò, quando fuit promissum repræsentare sine temporis adiectione, quia tunc datur tempus arbitrio Iudicis, num. 147. & seqq. vbi de materia, limita tertiò, quando est promissum repræsentare toties quoties, & ad omnem Iudicis voluntatem, num. 149. & 152. limita quartò, nisi sit renunciatum dispositioni dict. l. sancimus, num. 150. & 151. vbi tamen quòd talis renunciatio debet esse expressa, & non sufficit tacita, & numer. 152. vbi etiam quòd per iuramentum non dicitur renunciatum dictæ leg. sancimus, pag. 143.

Fideiussori citato ad repræsentandum reum absentem, debet dari tempus ad illum perquirendum, & certiorandum Iudicis arbitrio, iuxta facti & personarum qualitatem, ac loci distantiam, ibid. num. 147. & n. 148. Vbi quòd ab isto arbitrio non datur appellatio, sed recursus ad Principem. ead.

Fideiussor de repræsentando simpliciter, per vnicam repræsentationem est liberatus, ibid. n. 153. limita pluribus modis, vt infrà in seqq. versiculis. ead.

Fideiussor de iudicio sisti, non liberatur per vnicam repræsentationem, quia tenetur pluries, & quoties opus fuerit, repræsentare vsque ad sententiam, ibi. num. 154. & seqq. ead.

Fideiussor de iudicio sisti, in quo differat à fideiussore de repræsentando, ibi. num. 155. ead. tenetur pluries repræsentare, nec liberatur per vnicam repræsentationem, n. 156. p. 144.

Fideiussor de repræsentando reum quandocunque, vel quotiescunque, tenetur pluries repræsentare, etiam in infinitum, ibi. n. 158.

Fideiussor de repræsentando semel, rursus, vel semel & iterum, liberatur per binam repræsentationem, ibid. n. 158. ead.

Fideiussor de repræsentando pluries, vel pluribus vicibus, non tenetur nisi bis repræsentare, ibid. n. 159. si verò promisit repræsentare pluries & pluries, tenetur vsque ad quatuor vices, & non vltra, n. 160. ead.

Fideiussor de repræsentando reum toties quoties, tenetur in infinitum repræsentare, ibi. n. 161. & seqq. sed contrà, quòd imò per binam repræsentationem liberatur, n. 163. Distingue, vt in n. 164. sed verius dic, quòd prima opinio est verior indistinctè, vt in n. 165. ead.

Fideiussor de repræsentando ad omnem Iudicis voluntatem, per binam repræsentationem non censetur liberatus, ibidem, n. 162. ead.

Fideiussor de repræsentando non tenetur ad pœnam conuentam, quando reus aufugit propter minas & metum illatum à Iudice, ibi. n. 166. p. 145

Fideiussor de repræsentando, non censetur liberatus, si Iudex de facto mittat satellites ad reum capiendum, & ipse aufugiat, ibid. n. n. 169. & seq. ead.

Fideiussor de repræsentando an teneatur quando reus aufugit, ex eo quòd sibi denunciatum fuit à Iudice satellite, quòd erat carcerandus, & quòd propterea aufugeret, vide ibidem, n. 167. & seq. ead.

Fideiussor de repræsentando reum in vno loco non tenetur repræsentare in alio, ibi. n. 171. ead.

Fideiussorem dare promittens, tenetur illum dare in loco in quo fuit facta promissio, ibi. ead.

Fideiussor, qui promisit repræsentare coram vno Iudice, seu tribunali, non tenetur repræsentare coram alio, ibi num. 173. p. 146. Ideo finito officio Iudicis, coram quo fuit fideiussum, censetur etiam finita fideiussio, num. 172. pag. 145. etiam quòd sit iurata, n. 174. sed hæc procedunt in fideiussione præstita coram Iudice delegato, num. 175. vel etiam coram ordinario sub nomine proprio ipsius Iudicis, num. 176. secus si sub nomine officij, vel dignitatis, n. 177. Item secus si mandato Cameræ Apostolicæ, n. 178. Sed quid si cum nomine dignitatis sit etiam adiectum nomen proprium ipsius Iudicis. n. 179. p. 146

Fideiussor non tenetur ad pœnam conuentam ob non repræsentationem rei, quando bona eiusdem rei sunt fisco incorporata, ibi. n. 183. ead.

Fideiussor non tenetur repræsentare reum, qui fuerat indebitè captus, ibid. n. 180. sed contrarium verius, præsertim quando fuit promissum repræsentare, non obstante quacunque exceptione, n. 181. ead.

Fideiussorem de repræsentando, in dubio non teneri ad soluendum pœnam conuentam iudicandum est, ibi. n. 182. ead.

Fideiussio non tenet, vbi principalis contractus nullus est, q. 35. n. 25. p. 149

Fideiussorem de repræsentando si quis dederit, non potest dicere capturam nullam, q 27. n. 150. p. 22

Fideiussor debitoris carcerati de tuto carcere sub pœna debiti, si debitor aufugiat, tenetur ad debitum, etiam quòd idem debitor post fugam fuerit captus, q. 30. n. 74 p. 64. vbi declaratur materia.

Fideiussoribus, an, & quando relaxetur carceratus, & quando non, vide suprà, verbo, *Carceratus*, in discursu.

Fideiussores non habens, & loco fideiussorum pignora offerens audiendus est, q. 33. n. 6. p. 113

Fides mala probatur per famam, q. 47. n. 126. p. 307

Filius, seruus, & subditus tenentur reuelare delictum committendum in patrem, vel dominum, & illi obuiare quantùm possunt, q. 51. n. 26. Amplia etiam in famulis, seruitoribus, & aliis familiaribus, qui etiam tenentur defendere suum dominum, n. 27. Amplia secundò, etiam in filio naturali, & emancipato, qui adhuc tenetur defendere suum patrem, n. 28. & 29. Amplia tertiò, etiam in filio spirituali, num. 30. & 31. Amplia quartò, etiam in fratre, qui non reuelando tractatum, & delictum committendum in suum fratrem punitur, vt in num. 32. & 33. Amplia quintò, etiam in coniunctis vsque ad quartum gradum, n. 34. & 35. Amplia sextò, etiam in vxore, quæ tenetur reuelare tractatum factum contra maritum, & econtrà, n. 36. & 37. p. 352

Filiatio probatur per famam, quæst. 47. num. 94. Contrà, n. 95. prima opinio est magis communis, num. 96. Saltem quoad transferendum onus probandi contrarium in aduersarium, vt ibid. p. 304

Fiscus habet priuilegium, vt quando agitur de inueniendis rebus fiscalibus, tortura inferri possit, etiam quòd simus in causa ciuili pecuniaria, q. 42. n. 40. Declara, vt in num. 42. p. 247

Frangens carcerem, & ex illo fugiens, capitaliter punitur, q. 27. n. 12 pag. 5. vide suprà, verbo, *Carcerum effractor*, in discursu.

Frangens & fugiens de carcere priuato, nullatenus punitur, ibi. n. 13. ead.

Frangens arrestum, vel præceptum pœnatum de non discedendo ex aliquo loco dato sine custodia, punitur tanquam effractor carcerum pœna ordinaria, q. 30. n. 51. & 52. sed contrà, quòd non punitur pœna ordinaria, vel mitiùs, n. 53. & n. 54. p. 61

Frangens carceres non punitur pœna mortis, nisi fuerit illata vis custodi, & quid si vis nulla fuerit illata custodi, declaratur materia, ibid n. 202. 203. p. 79. vide suprà, verbo, *Carcerum effractor*.

Frangentis carceres pœnam & materiam supple suprà, verbo, *Carcerum effractor*, in discursu, infrà, vers. *Fugiens ex carcere*, in discursu.

Frater non reuelando tractatum contra suum fratrem, punitur pœna relegationis, q. 51. n. 30. & hoc amplia in omnibus transuersalibus vsque ad quartum gradum, n. 34. pag. 352

Frequentatio loci, in quo fuit commissum delictum, facit indicium contra frequentantem, q. 51. n. 140. Declara, vt in n. 142. & 143. p. 373

Frustra quæritur, & expectatur illud, cuius euentus nihil operatur, q. 41. n. 91. p. 240

Fugiens ex carcere iniusto non tenetur, etiam quòd custodes occiderit. si aliter euadere non poterat, q. 27. n. 14. p. 5. vide suprà ver. *Carceratus*, & ver. *Carcerum effractor*.

UNIVERSIDAD DE GRANADA BIBLIOTECA

Fugiens ex Camera, vel Palatio, loco carceris assignato, punitur ac si aufugisset ex carceribus publicis, & clausis, q. 30.n.46.47.licèt contrà,n.48. p.60.& 61
Fugiens ex Camera, vel loco pro carcere assignato, cum fractura, punitur pœna ordinaria, vt carcerum effractor, si verò fugiat sine fractura,mitiùs punitur, ibid.num.50. ead.
Fugiens ex domo,vel loco,in quo quis detinebatur sub pœnata fideiussione de illinc non discedendo,nulli dubium, quòd pœna in fideiussione contenta commissa est, ibi. n. 55.& seqq. p.62
Fugiens ex loco,in quo detinebatur sub fideiussione,tenetur ad pœnam conuentam,etiam quòd aufugerit culpa custodis,ibidem,n.60. ead.
Fugiens ex carcere iniusto non tenetur ad pœnam conuentionalem, nec ipse, nec eius fideiussor, qui promisit de tuto carcere,ibid.n.61. & seqq. vsque ad n.70. vbi bene respondetur contrariis, à p.62.ad 64
Fugiens ex carcere iniusto non tenetur redire, etiam quòd redire promiserit & iurauerit,ibid.n.66. p.63
Fugiens ex loco sibi assignato pro tuto carcere an teneatur ad pœnam conuentionalem ipse,vel eius fideiussor,si post fugam sponte reuertatur,dic quòd non, ibi.n.70.& seqq. sed contrà,n.75.& seqq.distingue,vt in n.77. p.64
Fuga purgatur per spontaneam reuersionem, & fugisse non dicitur,qui animo reuertendi discessit,ibi. num.70.& 71. ead.
Fugere tentans ex carcere,licèt non aufugerit, strictiùs custoditur, & in arctiores carceres detruditur, ibidem,pag. 65.
Fuga ex carcere, etiam quòd non sit sequuta,facit indicium ad torturam contra fugientem,vel fugere volentem,ibid. n.85.Limita primò, dummodo carcer esset iustus; secus si iniustus,n.86.ead. Limita secundò, nisi discesserit animo reuertendi,& reuersus fuerit,quia tunc fuga non facit indicium ad torturam, n.87.vnde secus si aufugerit animo non reuertendi: nam tunc fuga facit indicium etiam stante reuersione. p.66
Fugiens ex carcere peccat, & tenetur in foro conscientiæ, ibi.n.89.licèt alij contrà,n.90. ead.
Fugiens ex carcere animo reuertendi, & reuertens non dicitur carcerum effractor,nec punitur,ibidem, num.148.& n.150. p.73
Amplia, idem esse in fugiente non solùm ex carcere publico, sed etiam in fugiente ex aliquo loco sibi pro carcere assignato, n.149. & seqq. Limita primò, quia fugiens ex carcere, licèt non puniatur pœna ordinaria, punitur tamen pœna extraordinaria, n.151. Limita secundò, quia animus reuertendi non præsumitur, nisi probetur, & sic non sufficit sola reuersio, nisi etiam probetur talis animus,num.154.ead. Animus autem reuertendi quomodo probetur,num.155.Limita tertiò,quando fugiens ex carcere citò reuersus est:secus si diu absens postea reuertatur, quia tunc reuersio non prodest, n.156.pag.64.Limita quartò, quia sola reuersio non sufficit, nisi etiam allegetur aliqua colorata causa, ex qua quis motus fuerit ad discedendum,numero 157.vt puta si diceret se ex carcere discessisse ex causa religionis pro audienda Missa,pro confitendis peccatis,pro adimplendo voto,& similia, n.158. p.74.
Fugere non dicitur,qui animum reuertendi habet, ibi.num. 150. p.73
Fugiens ex carcere non punitur tanquam carcerum effractor,nisi fuga sit cum fractura,ibid.n.162. p.74
Fractura enim est illa quæ aggrauat delictum,n.163. p.75. Imò nisi fractura sit perfecta, pœna fracti carceris non habet locum,numero 164.sed contrà,numero 165.veritas est,quòd sine fractura,vel cum fractura, sed non perfecta, mitiùs punitur fugiens, vel fugere tentans, quàm sine fractura vel cum fractura non perfecta,d.n.165.ver. Quid dicendum? ead.
Fugiens ex carcere, & ad superiorem confugiens non punitur,ibi.n.171. ead.
Quod & habet locũ etiam in fugiente ex domo,vel ex palatio sibi pro carcere assignato,n.172.Limita primò,nisi expressè promiserit nõ discedere,etiam sub prætextu reuertendi ad superiorem: nã tunc non excusatur ex eo quòd ad superiorem confugit, numero 173. Limita secundò, quando sine causa,vel cum causa, sed iniusta, ex carceribus discessisset,nam tunc punitur,etiam quòd ad superiorem confugerit,n.174. p.76
Fugiens ex carcere de licentia custodis,non punitur,ibidem, n.176. ead.
Item isto casu nec tenetur fideiussor, qui promisit pro eo, n. 177.& seqq.Declara,vt in n.182.183.& 184.ead & seq.
Fugiens ex carcere propter timorem aquæ, vel alterius periculi,non punitur,ibi.n.185.Limita primò, dummodo iste timor sit verisimilis,& probabilis,aliàs secus, n.186.pag. 77
Limita secundò dummodo cessante periculo redeat ad carceres,aliàs secus,n.187.sed contrà,n.188. ead.
Fugiens ex carcere tempore sedis vacantis summi Pontificis,non punitur de effracto carcere,ibid.n.189. ead.
Fugiens ex carcere habetur pro confesso, quando erat detentus pro inquisitione speciali: secus si pro generali,ibi. n.191. ead.
Semper tamen punitur pœna arbitraria,etiam quòd inquisitio sit specialis,n.192. ead.
Fugiens ex carcere habetur pro confesso,quando sciuit causam illius delicti, pro quo detinebatur, secus si ignorauit, ibid.n.205. p.79
Fugiens ex carcere non habetur pro confesso, quoad qualitates delicti,pro quo detinebatur,n.206. ead.
Fuga carcerati ex carcere in dubio an præsumatur facta ex ostio aperto incuria custodis, an verò potiùs cum aliquo grimaldello,vel cum clauibus adulterinis,q.31.nu.28.& seqq.vsque ad n.34. p.84
Fuga iuncta cũ facit indicium ad torturam, quæstione 47. n.19. p.298
Fuga facit contra fugientem præsumptionem non leuem, q.48.n.1. p.324
Fuga facit præsumere dolum in fugiente,ibi.n.2. ead.
Fuga sola facit indicium ad torturam,ibidem, num.3.& seq. Contrà,n.5.& seq. ead.
Fuga facit semiplenam probationem,ibi.n.4.Contrà,n.6.ead.
Fuga facit indicium etiam contra præparantem se ad fugam, etsi non fugerit,ibi.n.9. p.325
Fuga facit indicium etiam in latitante,ibi.n.9. ead.
Fuga iuncta cum contumacia & bannó facit indicium ad torturam,ibi.n.10. ead.
Fuga per loca inuia, & insolita tantò magis facit indicium, ibid.n.11. ead.
Fugatus cum clamore populi potest sine aliis indiciis torqueri,ibid.n.12.Dummodo talis clamor habeat originem à probabili causa,aliter secus,n.13. ead.
Fuga ex manibus familiæ, an faciat indicium ad torturam,n. 14.& seqq.Vbi bene declaratur materia. ead.
Fuga facit indicium ad inquirendum specialiter, ibidem, n. 20. ead.
Fuga socij criminis facit indicium ad torturam contra socium,ibidem,n.21.ead. Contrà,n.22.Distingue, vt sola non faciat indicium, secus iunctis aliis, n.23.Vel distingue, vt in delictis indiuiduis faciat indicium, secus in diuiduis,n.24.Sed verius est, quòd nunquam fuga socij facit indicium ad torturam contra socium, n.25. Sed bene facit aliquam suspicionem, quæ iuncta cum aliis aliquid operatur,n.26. p.326
Fuga vnius testis non nocet,ibi.n.22. ead.
Fuga non facit indicium post porrectam accusationem, aut formatam inquisitionem,ibi.n.vigesimo septimo.Amplia, vt sufficiat probabilis & iustus timor futuræ inquisitionis, vel accusationis,n.28 ead.
Amplia secundò, quòd statur arbitrio Iudicis, an iste timor sit iustus & probabilis,néene, numero 29. Amplià tertiò, vt nec fuga faciat indicium post assumptas informationes, & formatum processum, etiam quòd non sit formata inquisitio,vel porrecta accusatio, n.30.Amplia quartò, vt idem sit,si quis fugerit post comminatã accusationem, n.31.ea.Amplia quintò,vt nec fuga faciat indicium in eo, qui timet carcerari de facto, n.32. Limita 1.in causis non capita

capitalibus,vt fuga faciat indicium, etiam post accusationem,vel inquisitionem num.33. pag.327
Limita secundò quando esset adminiculata aliqua alia coniectura,num.34. Sed hoc limita,vt in num.35. ead.
Fuga non facit indicium,quando quis aufugit ex aliqua probabili causa, putà propter metum inimicorum,quia sit solitus ire ad nundinas,aut quid simile,ibid.num.36.ead. & sic non omnis causa excusat,sed tantùm iusta,& probabilis,arbitrio Iudicis,num.46. pag 328
Fugæ indicium purgatur iuramento fugientis, ibid.num.37. & seqq. pag 327. Contrà, num.40. & seqq.resolue, vt num.44.& seqq. pag.328
Fuga purgatur per confessionem extraiudicialem fugientis, ibidem,num.38. pag.327
Fuga, seu discessus in dubio potiùs præsumitur ex aliqua iusta causa,quàm ob conscientiam patrati criminis, ibidem, num.39. Contrà,num.43. pag.328
Fuga non facit indicium in eo, qui se absentat propter sæuitiam Iudicis,ibid.num.47. ead.
Fugæ indicium purgatur per spontaneam reuersionem,ibid. num.48. Amplia primò,etiam in eo,qui aufugit ex manibus familiæ,num.49.ead.Amplia secundò,etiam quòd citò non reuertatur,num.50. pag.329
Fuga non facit indicium contra hominem bonæ famæ, ibid. num.56. ead.
Fuga non facit indicium in eo,qui vadit ad superiorem, ibid. num.57. ead.
Fuga sola non facit indicium ad torturam, adminiculata autem sic,ibid.num.58. ead.
Fuga ad hoc,vt faciat indicium, debet plenè & concludenter probari,ibid.num.59. ead.
Fuga regulariter non facit plenam probationem contra fugientem,ibid.num.60.Sed an hoc possit facere statutum, vide num.61.& seqq. ead.
Fuga plenè probat, quando illa obiicitur tanquam delictum de per se,pone exemplum in milite desertore, ibid num. 65. pag.330
Fuga plenè probat in casu, in quo de iure sola suspicio sufficit,ibid.num.68. ead.
Fuga plenè probat iuncta cum aliis indiciis & coniecturis, ibid.num.67.declara,vt in num.69. ead.
Fuga iuncta cum vno teste de visu plenè probat, ibid.num. 68.declara,vt num.69. ead.
Fuga famuli,an & quando faciat contra ipsum indicium,vel probationem. Vide suprà,verbo,*Famulus*.
Fuga Officialis tempore syndicatus, quam faciat probationem contra ipsum Officialem fugientem. Vide infrà,verbo,*Officialis*.
Fugiens ex fracto carcere, pœnam & materiam supple supr. verb.*Carcerum effractor*,per totum,&c.
Furiosus potest carcerari per consanguineos, & tamen consanguinei non committunt priuatum carcerem,quæst.27. num.19. pag.7
Fures an capi possint in Ecclesiis,q.28.num.51. pag.33
Furantes in Ecclesia,capiuntur in Ecclesia,ibid.n.57. pag 34
Fur non excusatur, sed non punitur, etiam quòd velit rem furatam domino restituere,q.31.num.66. pag.87
Furti indicium oritur contra eum, qui solus fuit in loco, vbi res est abstracta,q.63.num.63. pag.159
Furata res si penes aliquem reperiatur, facit indicium contra ipsum,q.38.num.48. pag.199
Furto facto in hospitio, torquentur domestici & famuli hospitis,q.37.num.158. pag.188
Quod intellige,si sint viles & malæ famæ,aliter secus num. 160. ead.
Furto facto in domo, torquentur domestici & soliti conuersari in ea domo,ibid. num.159. Intellige, si sint viles, & non bonæ famæ,secus si bonæ famæ,num.160. ead.
Fur,qui confessus est vnum furtum, potest sine aliis indiciis torqueri ad habendum alia furta, ibid.num.163. & seqq. & nu.168.Sed contrà,n.165.Declara,vt prima opinio sit vera,si fur sit insignis & diffamatus,aliter secus,n.167. & nu.171 ead.& 190. Declara secundò,quia hæc procedunt de cõsuetudine, sed de iure communi,fur non potest nec interrogari, nec torqueri de aliis furtis sine aliis indiciis, nu.169. Declara tertiò,quia tortura debet esse moderata, n.173.Declara quartò,quia si sequatur cõfessio non sufficit ad condemnandum, sed ad inchoandum nouum processum,n.166.Quid vigore Bullæ Pauli III.n.172. p.190
Furi insigni denegantur defensiones,q.39.n.107. Declara,vt num.109. pag.221
Furto facto in hospitio, vel in aliqua domo torquentur domestici, & familiares, denegatis defensionibus, & copiis indiciorum,n.151.Sed contrà,n.152.& seq. pag.225
Fur insignis,& famosus non dicitur,contra quem testes examinati deponunt quòd sit talis,nisi etiam constet de furtis & criminibus in specie,ibi.num.64.in fin.pag.216. iuncto num.109.pariter in fin. pag.222
Fur non potest de consociis interrogari, q.43. n.43. contrà, num.44. pag.255
Et hæc vltima opinio est verior in fure insigni & diffamato, & aliàs,vt in num.45. nunquam tamen dictum socij criminis in crimine furti facit indicium rd torturam, nisi adminiculatum,num.46. ead.
Fures,latrones, seu alios malefactores,& delinquentes reuelare,an,& quando quis teneatur, quæstio.51.num.13. & sequentibus,vsque ad n.23. pag.351.& 352
Furtum præsumitur factum à vicinis, quod quando verum sit,vide in q.52.n.127.& seqq. pag.372

G

GLadius sanguine aspersus, an faciat contra illius dominum indicium ad torturam, q.52.num.56. & seqq, p.366.367
Gladius alicuius si penes occisi cadauer reperiatur,facit indicium contra illius dominum,ibid.n.74. pag.368
Gladius repertus ad mensuram vulneris, facit indicium contra illius dominum,ibi n.77.Declara vt in n.78. ead.
Gubernator Vrbis, ac eius Iudices criminales non habent facultatem torquendi sine indiciis non legitimis,q.37.n.73. pag.179
Gubernatores ciuitatum durante Magistratu torqueri non possunt,quæst.41.num.73. pag.239

H

HÆres tenetur vindicare mortem defuncti quamprimum poterit,alias priuatur hæreditate, q.31.n.129. & seq. pag.141
Hæres accusando eum, quem defunctus inculpauit, excusatur à calumnia, q.46.n.9. pag.283
Hæretico inquisito non denegantur defensiones,q.39.n.44. pag.215
Hæreticis an sit seruandus saluus conductus,q.29 n.9. p.39
Hæreticus fugiens ex carcere, habetur pro confesso, q.30. num.195. pag.78
Sed contrà,nu.196. Declara,vt in n.197.ista tamen fuga est sufficiens indicium ad mouendum & requirendum ipsum sub pœna confessati criminis, vt compareat, & eo non comparente,potest condemnari,num.18. sed quid de illo hæretico, qui pro pœna & pœnitentia est damnatus ad carceres, & si inde fugiat,quomodo puniatur, vide n.199. & num.200. ead.
Homicida ad Ecclesiam confugiens, non potest ab ea extrahi,q.28.n.21. pag.28
Fallit in homicidio deliberato,n.23.ead. item fallit in homicidio per insidias & proditorio,n.24. pag.29
Homicidium à pluribus in rixa cõmissum, præsumitur commissum ab inimico,& isto casu sola inimicitia facit contra ipsum indicium ad torturam,q.49.n.108. pag.341
Homicidium an præsumatur deliberatè commissum ex præcedentibus minis,q.50.n.5.& seqq. pag.344
Homicidium præsumitur deliberatè commissum ab eo, qui antea visus fuit transire,deambulare & frequentare locum commissi homicidij,q.52.n.139.& 141. pag.373
Hospitalia gaudent immunitate Ecclesiarum,q.28.n.35.p.30
Hospitalia constructa cum authoritate Episcopi, habent omnia priuilegia Ecclesiæ,ibid,n.37. pag.31
Hospitis familia,an & quando torqueatur,facto furto in hospitio, q.37.n.158.& seqq. pag.188

I

IActationes,seu minæ per modum iactationis probatæ, an, & quãdo faciant indiciũ ad torturam. Vide infrà,verbo, *Minæ*,

Minæ,per totum in discursu,& q.50.n.5.& seqq. p.344
Ignorantia præsumitur ex absentia,q.52.num.118. pag.172
Illustrissimi & clarissimi viri torqueri non possunt, quæst.41. num.70.pag.239 & quid de aliis nobilibus,vide infrà,verbo, *Nobilis*.
Illustres personæ in causa criminali non coguntur dare fideiussorem, sed creditur eorum iuratoriæ obligationi, q.33. num.62. pag.120
Contrarium seruatur de consuetudine,præsertim vbi agitur de graui delicto,& Iudex procedit ex officio, ibidem, num.64. ead.
Immunitas Ecclesiæ etiam datur illi,qui insequutus à birroariis,& fugiens in Ecclesiam se recepit,q.28.n.41. p.31
Immunitas Ecclesiæ inducta in fauorem confugientium ad ipsam, an, & quando habeat locum, & de materia,vide supr.verbo, *Confugiens ad Ecclesiam*,per totum.
Impeditus facto Iudicis non incidit in moram, q.34. nu.46. & seq. pag.131
Impeditus facto aduersarij,nõ incidit in morã, ibi.n.46. ead.
Impedimentum iustum oritur ex carceratione, ibid.num.87. pag.135
Imperatori asserenti se ab aliquo spoliatum non creditur, q.46.num.102. pag.290
Inclusio vnius quãdo sit exclusio alterius,q.46.n.107. p.291
Incontinenti fieri quid dicatur, Iudicis arbitrio remittitur, q.50.num.16 & 17. pag.345
Inculpatio offensi existentis in articulo mortis,an faciat contra inculpatum indicium ad torturam. Vide suprà,verbo, *Assertio vulnerati*, & quid de exculpatione, vide suprà, verbo, *Exculpatio*.
Indefinita oratio æquipollet vniuersali,q.42.n.2. p.243
Indicium ad torturam an oriatur ex cõsuetudine delinquendi,& ex eo quòd malus semel semper præsumatur malus, &c. sup.verbo, *Consuetudo delinquendi*, & infrà, verbo, *Malus semel*.
Indicium ad torturam, an oriatur ex mala fama, vide suprà, verbo, *Fama mala*,in discursu,& verbo, *Consuetudo delinquendi*,in discursu,& verbo,*Malus semel*,in discursu.
Indicium ad torturam an oriatur ex fuga,ex carcere,vide suprà,verbo *Fuga ex carcere*.
Indicium est signum alicuius maleficij, vel alterius rei, de qua agitur,q.36.num.27. pag.157
Indicium est coniectura ex probabilibus, & non necessariis orta, à quibus potest abesse veritas, sed non verisimilitudo,ibid num.28. ead.
Indicium est comprehensio veritatis rei tacitæ pro expressa, ibid.post num.29. pag.158
Indicium est probabilis suspicio ex probabilitate coniecturæ consurgens,ibid.post num.29. ead.
Indicia aliquando cogunt Iudicis conscientiam ad iudicandum secundùm ea,ibid.num.28. pag.157
Indicium est præsumptio minima hominis boni, seu dictans argumentum à specie probationis,ibid.num.29. pag.158
Indicia accipiuntur pro quibusdam circumstantiis verisimilibus,& probabilibus,ibid.num.28.in fin. ead.
Indicium dicitur ab indicando,ibid.num.30. ead.
Indicium est demonstratorium adminiculum ad veritatem indicandum,ibid.num.31.& 32. ead.
Indicium est præsumptio fortiter mouens animum Iudicis ad aliquid credendum,vel non,ibid.num.33. ead.
Indicium strictè sumptum, est signum informans animum Iudicis ad suspicandum ibid.num.34. ead.
Indiciorum plures distinctiones recensentur, ibid. num.35. & seqq. ead.
Indicium aliud est indubitatum & plenum,aliud verò dubitatum & semiplenum,ibid.num.35. ead.
Indicium indubitatum,& plenum est illud,quod arctat mentem Iudicis, ita vt omnino credat, nec possit in contrarium inclinari,ibid.num.36. ead.
Indicium indubitatum, & plenum est demonstratio rei per signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam in proprio existente quiescit, & plus inuestigare non curat, ibid num.37. ead.
Indicium semiplenum & indubitatum est præsumptio fortiter mouens animum ad aliquid credendum, vel discredendum,ibid.num.38. ead.
Indiciorum indubitatorum exempla plura,remissiuè,ibidem, num.39 ead. ead.
Indicium indubitatum dicitur illud,quod à lege approbatum est,ibid.num.40. ead.
Indicium indubitatum resultat ex pluribus dubitatis indiciis, ibid.num.41. ead.
Indicia indubitata sufficiunt ad torquendum,ibid.n.42. ead.
Indicia indubitata an sufficiant ad condemnandum,remissiuè, num.43. ead.
Indicium aliud proximum,aliud remotum,ibid.n.44. ead.
Indicium proximum dicitur, quo posito ponitur criminis effectus,ibid.num.45. ead.
Indicium proximum dicitur illud, quod tangit negotium, post numerum 45. ead.
Indicium proximum dicitur illud,quod respicit veritatem rei immediatè per sensum visus,vel auditus,ibid.n.46. ead.
Indicium remotum est illud, quod non respicit immediatè veritatem rei,sed circumstantias,ibid.num.47. ead.
Indicium remotum est illud,quod non tangit negotium,ibidem,num.48. ead.
Indicia alia leuia,alia grauia,alia grauissima,ibid.n.49. ead.
Indicium aliud est simplex, aliud vrgens, & aliud indubitatum, ibid.num.50. pag.159
Indicia leuia sufficiunt ad capturam,& ad inquirendum,ibid. num.51. ead.
Indicia grauia sufficiunt ad transmittendum inquisitionem, & ad torquendum,ibid.num.52. ead.
Indicia grauissima sufficiunt ad condemnandum, ibidem, num.53. ead.
Indicium leue est illud, quod frequenter, & facilè contingit abesse,ibid.num.54. ead.
Indicium graue est illud,quod frequenter,& facilè contingit adesse,ibid.num.55. ead.
Indicia grauissima sunt ea quæ frequentissimè, & facillimè contingunt adesse,ibid.num.56. ead.
Indicia, quæ oriuntur ex confessione rei sunt grauiora aliis, ibid.num.57. ead.
Indicia alia sunt necessaria, alia credibilia, seu verisimilia,alia verò non repugnantia,ibid.num.58. ead.
Indicium necessarium quod dicatur,ibid.num.59. ead.
Indicium necessarium sufficit non solùm ad torquendum, sed etiam ad condemnandum,ibid.num.59. ead.
Indicium credibile, seu verisimile quod dicatur, ibidem, num.60. ead.
Indicium credibile, seu verisimile sufficit ad torquendum, sed non ad condemnandum,ibid.num.60. ead.
Indicium non repugnans dicitur leue, & præsumptiuum indicium,ibid.num.62. ead.
Indicium non repugnans quod dicatur,ibid. ead.
Indicium non repugnans de se solum, & sine adminiculis, non sufficit ad torturam,ibid. ead.
Indicium furti oritur contra eum qui solus fuit in loco, vbi res subtracta est,ibid.num.63. ead.
Indicium oritur contra eos, qui versantur in domo, vbi est commissum homicidium,ibid num.64. ead.
Indicia alia sunt facti,alia sunt iuris,alia iuris tantùm,alia hominis,& alia iuris,& de iure,num.65. ead.
Indicium facti dirigit Iudicem in viam præsumptionis, ibid. num.66. ead.
Indicium iuris dirigit Iudicem aliquãdo in viam quæstionis, & aliquando in viam condemnationis,ibid.num.66. ead.
Indicium maximum oritur contra illum, qui visus est exire cum gladio nudo,& sanguinolento ex domo,vbi quis occisus fuit,ibid.num.217. pag.164
Indicium est minus, quàm semiplena probatio, & ad torturam potest deueniri,etiam quòd non adsit semiplena probatio,ibid num.218 ead. Sed contrà,n.219.220.& 221. Distingue,vt num.222. Reprobatur distinctio,num.223. Ideo tene secundam opinionem confirmatam, num.224. & seqq.vsque ad num.277. à pag.165 ad 168
Indicium ad torturam oritur ex iis quæ in ciuilibus faciunt semiplenam probationem,ibid.n.227. Et contrà ea,quæ in ciuilibus non faciunt semiplenam probationem, in criminalibus non faciunt indiciũ ad torturam,n.221 pag.165

Indicium ad torturam an oriatur ex dicto vnius testis de visu, vide infrà, verbo, *Testis vnus de visu.*

Indicia ad torquendum, licèt sint Iudici arbitraria, illa tamen non possunt esse minùs quàm semiplena probatio, quæst. 36. n. 232. p. 166

Indicium est minus quàm præsumptio, ibid. n. 236. Contrà, n. 237. Distingue, quòd prima opinio procedit in præsumptione iuris. Secunda autem in præsumptione hominis. Vel quòd prima opinio procedat in indicio leui, secunda autem in indicio graui. ead.

Indicium est quoddam intellectuale veritatis eliciendæ ex aliqua singulari circumstantia, ibid. n. 238. ead.

Indicium differt à suspicione, quia ex indiciis oritur suspicio, ibid n. 240. ead.

Indicium, argumentum, præsumptio, suspicio, & reliqua similia nomina inter se confunduntur, vnumque pro alio ponitur, ibid. n. 263. p. 167

Indicium quandoque in iure appellatur præsumptio, ibid. n. 264. ead.

Indicium & suspicio, vnum pro alio ponitur, ibid. n. 265. ead.

Indicium & coniectura sunt synonyma, & de materia, ibid. n. 266. ead.

Indicium, & argumentum idem sunt, & de materia, ibid. n. 267. ead.

Indicium, adminiculum, & circumstantia idem sunt, ibid. nu. 268. ead.

Indicium, & signum, idem sunt, ibid. n. 269. ead.

Indicium in iure quandoque accipitur pro probatione, ibid. n. 270. p. 168

Indicia legitima nisi præcedant, tortura inferri non potest, q. 37. n. 2. & seq. p. 171. &c. & de materia dixi infrà, verbo, *Tortura.*

Indicia ad torturam debent esse verisimilia, probabilia, non leuia aut perfunctoria, sed grauia, vrgẽtia, certa, clara, immò & luce, vt aiunt, meridiana clariora, in tantùm, vt Iudex sit non solùm quasi certus de delinquente, sed vt nihil aliud sibi desit, quàm eiusdem delinquẽtis confessio, ibid. n. 3. & seqq. ead.

Indicia ad torquendum debent esse non dubia, non æquiuoca, & quæ multipliciter interpretari possunt, sed concludentia, & ad delictum inferentia, ibid. n. 6. & seqq. ead.

Indicia non possunt sumi ex iis, quæ ex accidenti contingere solent, ibid. n. 7. ead.

Indicium ad torturam non potest sumi ex actu bono, ibid. n. 8. ead.

Indicium ad torturam non potest sumi ex verbis dubiis, & obscuris, ibid. n 9. ead.

Indicia ad torquendum debent esse proxima delicto, nec sufficiunt remota, ib. n. 10 ead. Sed contrà, n. 11. & seq. p. 172

Indicia remota debent probari per duos testes, ibid. n. 13. & sequentib. Vbi ampliat etiam in crimine hæresis, & n. 15. Vbi ampliat etiam in quolibet leui, & minimo indicio seu adminiculo, & n. 16. ead. vbi ampliat, etiam quòd vnus testis sit omni exceptione maior, & n. 17. p. 173. vbi ampliat etiam in crimine læsæ maiestatis. ead.

Indicia remota sunt probãda per duos testes omni exceptione maiores, ibid. n. 18 & sequentibus, vbi referuntur & reiiciuntur contraria. Amplia etiam in atrocissimis, n. 19. 20. & sequentibus. Quid si deponunt verisimilia, n. 21. Quid si sint plures testes, n. 22. ead.

Indicia remota probantur per testes inhabiles quoad inquirendum, ibid. n. 26. ead.

Indicia ad torturam an probentur per testes singulares. Vide ibid. n. 33. & seqq. vbi latè de materia. p. 174

Indicium proximum probatur per vnum testem, ibid. n 41. contrà n. 40. Distingue proconcordia, vt in n. 42. p. 175

Indicium proximum duobus modis à Doctoribus consideratur, ibid. n. 42. ead.

Indicia ad torquendum debent esse plura, & vnicum nõ sufficit, ibid. n. 43. ead. Sed contrà, n. 44. declara, vt num. 45. p. 176

Indicium vnicum remotum sufficit ad torturam, aliis concurrentibus adminiculis, ibid. n. 45. ead.

Indicium vnicum quando sufficit ad torturam, quando est valde proximum delicto, vel valde inferens delictum, vt in exemplis positis, ibid. n. 46. & seqq. ead.

Indicium oritur ex re furata penes aliquem reperta, ibid. n. 48. ead.

Indicia an plura requirantur ad hoc, vt reus possit torqueri, & an vnium sufficiat, erit Iudici arbitrarium, ibid. numer. 49. ead.

Indicium oritur indubitatum ex eo quòd ex duobus rixantibus, & inuicem admenantibus, vnus reperiatur vulneratus vel occisus: etiam quòd testes non deponant se vidisse vulnerare, ibid. n. 50 Immò ex hoc solo indicio poterit deueniri ad condemnationem, nedum ad torturam, numer. 51. Contrà, numer. 52. Distingue vt numer. 53. ead.

Indicium ad torturam, an, & quando oriatur ex dicto vnius testis de visu, vide in quæst. 37. n. 54. & sequentibus, vsque ad num. 71. ead. & seqq. Et dixi in repertorio test. verbo, *Vnus*, versi. testis vnus, & sequentibus.

Indicia leuiora ad torquendum sufficiunt in delictis occultis, & difficilis probationis, ibid. n. 150. & 153 licèt aliqui dixerint, quòd imò nulla requirantur indicia, vt ibid. n. 151. & aliqui, quòd immò legitima & certa requirantur indicia, vt ibid. n. 152. p. 187

Indicia an debeant præcedere, quando maritus occidit vxorem, ibid. n. 162. p. 189

Indicia ad torturam sunt Iudici arbitraria, ibid. n. 192. p. 192. contrà, n. 200. p. 193. Retenta prima opinione illam limita, dummodo Iudicis arbitrium sit à iure & ab æquitate regulatum, n. 193. & seqq. Item dummodo arbitretur vt bonus vir, n. 194. & seqq. & in mitiorem partem, n. 195. p. 192

Indicia ad torquendum debent esse à iure approbata, ibid. n. 199. p. 193

Indicia ad torquendum debent esse talia, vt de iure subsistant, ibid. n. 199. ead.

Indicia ad inquirendum, licèt sint arbitraria, debent tamen esse à iure approbatà, ibid n. 201. ead.

Indiciorum copiæ, & defensiones cum termino sunt reo concedendæ, antequam torturæ subiiciatur, q. 38. numero 1. p. 195.

Indicia purgantur per contraria indicia, & quid, si verum indicium est grauius altero, vel æquale, ibid. n. 100. & seqq. p. 206.

Indiciorum copiæ an, & quando sint concedendæ, vel denegandæ reo, vide vltra infrascripta suprà, in verbo, *Defensio*, in discursu.

Indiciorum copia est danda reo, antequam ad torturam contra ipsum deueniatur, q. 39. n. 117. p. 222

Indiciorum copia est danda reo cũ termino, & non sine termino, ibid. n. tertio, & n. 118. immò non vna, sed tres dilationes dandæ sunt, & aliquando quarta, num. quarto, & seqq. p. 210. & 222.

Indiciorum copia quandoque reo decernitur cum termino trium dierum ad faciendum defensiones, cum adiecta clausula, & plus, & minus, arbitrio Iudicis, ibid. num. 12. p. 211.

Indiciorum copia quando conceditur, reus ponendus est ad largam cum potestate alloquendi procuratores & aduocatos, & alios, ibidem, num. 13. Quando tamen Iudex mandat reum non poni ad largam, sed ei solùm concedit potestatem alloquendi procuratorem, & aduocatum in præsentia Iudicis, fiscalis, vel notarij, numer. 14. ead.

Indiciorum copia non potest denegari, etiam reo existẽti sub tondulo, ibid. sub n. 2. p. 210

Indiciorum copiæ & defensiones sunt reo concedendæ vigore Bullarum Pontificum, ibid. n. 2. ead.

Indiciorum copiæ non denegantur in atrocissimis, ib. n. 41. & 43. licèt alij contrà, n. quadragesimosecundo, & n. 124. p. 214. & 223.

Indiciorum copiæ & defensiones non denegantur in crimine hæresis, & læsæ maiestatis, ibid. numer. 44. & 45. p. 215.

Indiciorum copiæ non sunt denegandæ inquisito, etiã quod aliàs sit malæ conditionis, famæ, criminosus, vel de simili delicto condemnatus, ibid. n. 47. & 48. Vbi de communi,

& ſeruata opinione, ead. Licèt aliqui ibidem relati contrarium dixerint, n. 146. p. 224
Indiciorum copiæ ſunt reo concedendæ cũ expreſſione nominum ipſorum teſtium, ibid. n. 85. p. 218. Limita quando inquiſitus eſt potens, & eſt periculum ne offendantur teſtes examinati, n. 86. Sed contrà, n. 87. Limita ſecundò in crimine hæreſis, n. 88. Sed contrà, n. 89. p. 219
Indiciorum copiæ, & defenſiones non dantur per Iudicem reo non petenti, ibid. n. 90. Sed contrà, quòd immò etiam non petenti, dari debeant, n. 91. ead. Diſtingue, vt prima opinio procedat in reo iuriſperito & ſagace. Secunda autẽ in ruſtico, muliere, minore, ſeu aliàs ignaro, & idiota, nu. 92. & 93. Sed contra diſtinctionem, n. 94. & ſequentibus. Dic quòd ſecunda opinio eſt verior, & indiſtinctè tenenda etiam in reo iuriſperito, & prudente, n. 96. & ſequentibus, vſque ad n. 102. p. 220. 221
Indiciorum copias & defenſiones, ſi ſtatutum dari mãdet eas petentibus, quando tacitè videatur illas denegare non petentibus, ibid. n. 93. & n. 100. & ſeq. p. 220
Indiciorum copiæ non petentibus decernendæ ſunt vigore Bullarum ſum. Pontificum, ibid. n. 99. & ſeqq. ead.
Indiciorum copia eſt concedenda teſti, antequã contra ipſum deueniatur ad torturam : & etiam quòd torqueatur tanquã varius, vacillans, mẽdax, aut veriſimiliter informatus, ib. n. 116. & ſeqq. vſque ad n. 147. à p. 222. vſque ad 224. Prima opinio eſt verior, & magis obſeruata, n. 147. p. 224
Indiciorum copia non eſt deneganda teſti torquendo, licèt bene poſſit denegari diſputatio cum aduocatis, ibid. n. 121. p. 222.
Indiciorum copia eſt danda teſti torquendo, quando conuincitur de mendacio, vel de præſumpta ſcientia aliunde, quàm ex ſua confeſſione, ibid. n. 148. p. 224
Indiciorum copia eſt danda teſti torquendo, ſi torquetur tanquam ſeruus infamis, criminoſus, vel ſocius criminis, ibid. n. 149. & ſeqq. vbi declaratur materia. p. 325
Indiciorum copiæ dantur teſti quoad alios, & principali quoad ſe, n. 150. ſub tertia ſublimitat. Vbi & idem ſi quis re vera reus ſit, & per Iudicem malitioſum examinetur, vt teſtis. ead.
Indiciorum copia an ſit concedenda, quando torquentur familiares, & domeſtici pro furto facto in domo, vel in hoſpitio, ibid. n. 151. & ſeqq. ead.
Indiciorum copiæ non dantur, niſi publicato proceſſu tam reo, quàm accuſatori, quandoque tamen oſtenduntur originalia accuſatori ex cauſa vt poſſit ſubminiſtrare indicia, n. 154. ead.
Indiciorum copia quando traditur reo carcerato, ſunt delenda nomina complicum, ibid. n. 155. & ſeqq. Fallit, quando ex tali delatione diminuitur reo facultas ſe defendendi, n. 157. p. 226
Indiciorum copiæ ſunt dandæ expenſis rei petentis, ibid. nu. 158. Sed ſi reus ſit pauper, debent ei gratis dari, n. 159 ead.
Indiciorum copia, an & quando poſſit reo denegari ante repetitionem torturæ, ibid. n. 160. & ſeqq. vbi ponitur concluſio negatiua cum quatuor limitationibus. ead.
Indicium purgatur per torturam, ibid. n. 165. p. 227. Sed an purgentur indicia indubitata, & plenæ probationes, & de materia, vidę infrà, verbo, *Tortura*.
Indicium ad torturam, an, & quando, & quale oriatur ex dicto ſocij criminis, & de tota materia, vide infrà, verbo, *Socius criminis*.
Indicium an oriatur ex ſecreta alloquutione, quæſtion. 43. n. 175. p. 269
Indicium ad torturam, an, & quando reſultet ex dicto mandatarij contra mandantem, dixi in quæſt. 44. per totam, vide infrà, verbo, *Mandatarius*. p. 272
Indicium ad torturam an reſultet ex dicto teſtis corrupti contra corrumpentem. Vide in repert. teſt. ſub ver. *Corruptus*, verbo, *Teſtis corruptus*.
Indicium ad torturam an oriatur ex aſſertione vulnerati exiſtentis in articulo mortis, vide ſuprà, verbo, Aſſertio vulnerati.
Indicium ad torturam, vel ad inquirendum, an oriatur ex fama, & de materia, vide ſuprà verbo, *Fama*.
Indiciũ an, & quale reſultet ex fuga, vide ſuprà, verbo, *Fuga*,
Indicium inimicitiæ an ſit ſufficiens ad torturam, vide infrà, verbo, *Inimicitia*.
Indicium ad torturam, an, & quando reſultet ex minis præcedentibus, vide infrà, verbo, *Minæ* per totum.
Indicium oritur contra eum, qui cùm poſſit manifeſto facinori obuiare deſinet, q. 51. n. 1. Verùm hoc indicium de ſe ſolum non ſufficiet ad torturam, n. 2. p. 349
Indicium ad torturæ materiam pertractantes Doctores referuntur, in q. 52. n. 1.
Indicium an, quale, & quando reſultet ex mendacio, vide infrà, verbo, *Mendacium* per totum, in diſcurſu.
Indicium an, quale, & quando reſultet ex variatione rei, vide infrà, verbo, *Variatio*, per totum, in diſcurſu.
Indicium an, quale, & quando oriatur contra reũ, qui reſpondet vacillando, dubitando, pallendo, tremendo, trepidando, & ſimilia faciendo, vide infrà, verbo, *Vacillatio*, per totum, in diſcurſu.
Indicium oritur ad torturam contra eum, qui viſus eſt exire pallidus, & cum gladio ſanguinolento ex domo, in qua poſtea repertus fuit aliquis occiſus q. 52. n. 50. p. 366
Immò hoc indicium ſufficit non ſolùm ad torturam, ſed etiã ad condemnationem, n. 51, 53. & 54. Licèt aliqui relati, n. 52. contrarium dixerint. Amplia primò, vt procedat etiam quòd mortuus reperiatur non in domo, ſed in alio loco, putà agro, vel via publica, ex qua ille ſic cũ gladio ſanguinolento fugiens viſus eſt, n. 55. Amplia ſecundò, vt immò quis poſſit torqueri ſolùm ex eo quòd illius gladius fuerit repertus ſanguine madefactus, n. 56. ead. Declara, vt n 57. & 58. Amplia tertiò, vt multò magis poſſit ex hoc indicio deueniri ad condemnationem, quando concurrit inimicitia, minæ, aut aliquod aliud adminiculum, n. 59 & 61. Licèt contrarium voluerint relati in n. 60 quibus reſpondetur, in n. 62. Limita primò, quando gladius non eſſet ſanguinolentus, quia tunc non poteſt ſequi condemnatio, etiam quòd ex loco, vbi reperitur mortuus, fuerit viſus quis exire cum gladio euaginato, n 62. Limita ſecũdò, quia hoc indicium ad hoc, vt operetur tam quoad torturam, quàm quoad cõdemnationem, neceſſe eſt, vt concludenter probetur per duos teſtes, n 63. Limita tertiò, dummodo illa domus, ex qua quis viſus eſt exire, non habeat niſi vnum oſtium, & vnum aditum. aliter ſecus n. 64 Limita quartò, vt iſto caſu nunquam poſſit imponi niſi pœna extraordinaria, n. 65. & 66. Sed an iſta pœna poſſit eſſe ſolùm pecuniaria, an verò & corporalis, n. 67. Limita quintò, quia licèt Iudex poſſit ex hoc indicio deuenire ad condemnationem, non tamen cogitur, n. 68. p. 367
Indicium an, quale, & quando oriatur contra dominum enſis, aut gladij, qui reperitur ſanguine aſperſus & madefactus, ibid. n. 56. & ſeq. p. 366. & 367
Indicium an, & quale oriatur ex delatione armorum, ibid. n. 69. & ſequentibus. ead. & dixi ſuprà, verbo, *Armorum delatio*, per totum.
Indicium oritur contra eum, cuius gladius repertus fuerit penes cadauer occiſi, ibid. n. 74. p. 368
Indicium an, & quale oriatur ex mala conuerſatione & cum malis hominibus, vide ſuprà, verbo, *Conuerſatio*, per totum, in diſcurſu.
Indicium oritur contra eum, qui commiſſo delicto, vadit ad curiam ad perquirendum, & ſollicitandum, vt in eo procedatur, cùm tamen hoc perquirere & ſollicitare ad ipſum non ſpectaret, ibid. n. 93. Amplia etiam in eo, qui primus curiæ denunciat malefactorem, cùm tamen denunciare non tenetur, n. 94 Limita primò, quia hoc ſolum indicium non eſt ſufficiens ad torturam, ſed iunctis aliis ſic, n. 95. p. 369
Indiciũ oritur contra eum qui non denunciat, vel tardus eſt in denunciando cadauer in domo ſua repertũ, ib. n. 96. ead. Etiã quòd dominus domi fuerit bonæ famæ, n. 97. p. 370
Indicium an oriatur contra eum, in cuius domo reperitur occiſi cadauer, ibid. n. 98. & ſeqq. ead.
Indicium ad torturam an oriatur contra vicinos, ſi ante eorũ domum reperiatur occiſi cadauer, vide ſuprà, verbo, *Cadauere reperto in via*.
Indicium ex vicinitate quando oriatur contra vicinos loco commiſſi delicti, vide infrà, verbo, *Vicini*.

Indicium an,& quale oriatur contra eum,qui inuentus est in loco maleficij,& de materia,ibid.n.133.& seq. p.373
Indicium an, & quale oriatur contra eum, qui visus est pertransire,deambulare, vel frequentare per locum commissi delicti,ibid.num.137.& seq. ead.
Indicia augentur, quando nemo alius est imputatus de delicto,ibid.num.149. pag.374
Indicium ad torturam an , & quando oriatur ex cadauere sanguinem emittente in conspectu alicuius , ibid.n.154. & seqq. pag.375
Indicium an,& quando resultet ex acclamatione,seu vociferatione illius,qui vim patitur,ibid.n.157.& seqq. ead.
Indicium an , & quale oriatur ex præparatione armorum, equorum,pecuniæ,& similium,ibid.n.163.& 164. p.376
Indicium an , & quale oriatur ex malo nomine , vel ex mala physionomia,ibid.num.165.& seq. ead.
Indicium an, & quando oriatur ex denunciatione Officialis, ibid.num.167.& seqq.ead. Et vide supr.verbo, *Denunciatio Officialis*,per totum.
Indubitata,vel dubitata indicia quæ sint,& de materia , vide suprà,verbo, *Indicium*.
Infamis à testimonio repellitur,quæst.43.num.113. p.262. Vide infrà,verbo,*Testis infamis*.
Infamia hominis quomodo probetur,vltrà infrascripta , vide suprà,verbo,*Fama*,in discursu.
Infamia hominis probatur per duos homines , q.47.n.302. & 303. pag.322.
Infamia hominis probatur per testes singulares , ibid. n.304 Dummodo tamen sint contestes in qualitate infamiæ irrogatæ,aliter secus,num.305. ead.
Infamia hominis non probatur per testes , nisi non interrogati reddant rationem sui dicti,ibid.num.308. ead.
Immò debent dilucidè explicare factum,ex quo infamia resultat,num.309. ead.
Infamia hominis an probetur per testes , qui dixerint hoc scio,quia sum vicinus,ibid.n.311. Et quid si dixerint, hoc scio,quia ita expertus sum, num.312. Et quid si dixerint, quia viderunt hominis familiaritatem vitari,n.313. ead.
Inferiores à Principe non possunt concedere saluos conductus,quæst.29.n.102. sed contrarium est verius,n.104.& 108.& seqq.licèt aliqui distinxerint,vt in n.107. pag.52
Inferior à Principe potest concedere saluos conductus ad tempus,secus in perpetuum,ibid.num.92. pag.50
Infirmus an,& quãdo possit carcerari tam in ciuilibus, quàm in criminalibus,q.27.num.87. pag.14
Infirmi,valetudinarij, & aliquo membro debilitati, non possunt torqueri,q.41.n.93. pag.240.& 241
Infirmitas est quædam tortura spiritualis , tutior , & certior quàm ea quæ per fidiculas,& cruciatum corporis infertur, quæst.46.num.6. pag.282
Ingerens se curiæ redditur suspectus,q.52.n.23. p.363
Iniuriarum pœna est arbitraria,q.27.n.139. pag.21
Iniurians tenetur iniuriato ad æstimationem iniuriæ , ibid. num.140. ead.
Iniuriarum actio continet in se damna & interesse , ibidem, num.143. ead.
Iniuria facta vni , censetur facta omnibus illius coniunctis, quæst.49.num.32. Limita, vt censeatur facta coniunctis vsque ad quartum gradum,non vltra , n.35. contrà,n.36. Dic remitti arbitrio Iudicis num 37. pag.336
Iniuriarum remissio per quos actus tacitè facta dicatur remissiuè,ibid num.113. pag 341
Inimicitia capitalis quæ dicatur , Iudicis arbitrio relinquitur, ibid.num.47. pag.337
Inimicitia alia est capitalis,& alia nõ capitalis,ibid.n.1. p.334
Inimicitia capitalis contrahitur ex lite omnium , vel maioris partis bonorum ibid.num.2. ead.
Inimicitia oritur ex lite super magna pecuniarum quantitate,ibid.num.3.& seqq. ead.
Inimicitia capitalis oritur ,etiam quòd lis sit super vna re,quæ tamen sit melior inter bona litigantium,ibid.num.4. ead.
Inimicitia ex lite,durat etiam finita lite, ibid.num.6. & seqq. Sed in hoc multum tribuitur Iudicis arbitrio. num.9. ead.
Inimicitia capitalis non oritur ex lite omnium bonorum, quando sumus in possessorio,ibid.num.10.ead. Sed contrà,num.12. pag.335
Inimicitia ex lite omnium bonorum non contrahitur quando agitur de aliquo incidenti , quod non tollit , sed diminuit veritatem negotij principalis,ibid.n.11. pag.334
Inimicitia capitalis non oritur ex lite alicuius rei paruæ,& leuis,ibid.num.13.& sequentib.pag.335. Et ibi etiam,quæ in proposito dicatur parua res.
Inimicitia capitalis oritur ex ablatione , & spoliatione bonorum,ac etiam alicuius rei particularis,ibi.n.16.& sequent. Licèt aliqui ibi relati contrarium dixerint. Limita, vt inimicitia contrahatur respectu spoliati , non autem respectu spoliantis.n.19.Sed contrà,n.20. ead.
Inimicitia capitalis oritur cum eo . qui detinet meam terram, ibid.num.18. ead.
Inimicitia capitalis contrahitur ex causa matrimoniali , ibid. num.21. ead.
Inimicitia capitalis contrahitur ex causa filiationis , vel ex causa monachationis,ibid.n.22. ead.
Inimicitia capitalis oritur ex causa , in qua intentatur aliqua actio famosa,ibid.n.22. ead.
Inimicitia capitalis contrahitur ex causa , in qua mouetur q. status,ibid.n.23. ead.
Inimicitia capitalis oritur ex lite & accusatione criminali, ibid.num.24. Amplia,tam respectu accusati, quàm accusatoris,n.25.Amplia secundò,etiam quòd accusatio sit super crimine non capitali, num.26. Amplia tertiò , etiam quòd de crimine agatur ciuiliter,dummodo sit tale, quòd infamiam irroget,num.27. ead.
Inimicitia capitalis oritur ex eo , quòd quis alium detinet in carcere. Amplia etiam quòd carceratio sit iusta. Amplia secundò,& multò magis,si vltra carcerationem interuenit tortura, ibid.n.28. pag.336
Inimicitia capitalis oritur ex offensione meorum consanguineorum,ibid num 31. ead.
Inimicitia capitalis non oritur ex offensione coniunctorum, nisi infra quartum gradum, ibid.n.35. Contrà,n.36. Die remitti Iudicis arbitrio,n.37. ead.
Inimicitia capitalis oritur ex verbis iniuriosis , ibid.num.38. licèt aliqui contrà,n.44. Amplia primò,etiam quòd iniuria fiat absenti,n.39. Amplia secundò,in iniuria illata per scripturam,n.40. Amplia tertiò,in eo,qui alteri dat mentitam, n.42. Amplia quartò,idem in eo,qui de altero seminat malam famam,n.43.Limita primò,dummodo verba iniuriosa sint atrocia,aliàs secus, num.41.ead. Limita secundò , dummodo iniuria reuocetur , aliàs secus, n.45. Limita tertiò,in persona nobili , secus in vili , dicto n.45. Limita quartò , quia & in hoc multum tribuitur arbitrio Iudicis num.46. pag 337
Inimicitia capitalis ex minis de occidendo,ibi.n.47. Amplia etiam quòd minans nõ sit solitus minas exequi,n.48.ead.
Inimicitia præsumitur ex non alloquutione , & ex non salutatione illius,quem quis alloqui,& salutare solitus est,ibi. num.54. Non tamen ex hoc præsumitur capitalis inimicitia,num.56. ead.
Inimicitia capitalis oritur ex vulnere seu alia offensione personali,ibid.n.29.Et multò magis in vulnere in facie,n.30. pag.336
Inimicitia an oriatur ex aduocatione, quam facit Aduocatus contra aliquem,ibid.n.73.& seqq. pag.338
Inimicitia oritur ex testimonio prolato in causa criminali, ibid.n.76. Et ex parte eius , contra quem testis deposuit indistinctè oritur inimicitia,etiam quòd testis coactus deposuerit. Verùm ex parte ipsius testis inimicitia non oritur,nisi sponte deposuerit,n.77. pag.339
Inimicitia oritur ex inobedientia, ibid.num.78. Sed non capitalis,num.79. ead.
Inimicitia oritur ex diuortio,ibid.n.80. ead.
Inimicitia oritur ex expulsione de domo,ibid.n.81. Sed non capitalis,n.82. ead.
Inimicitia oritur ex retentione vxoris alienæ , ibid. num.83. & n.84.ead. Vbi etiam idem ex retentione sororis,seu alterius consanguineæ.
Inimicitia contrahitur ex adulterio commisso cum vxore alterius,ibid.n.85. ead.
Inimicus an sit , & an sit inimicitia capitalis,vel non , Iudicis arbitrio

arbitrio remittitur,ibid.num.86.ead. Et hoc procedit,tam quoad repellendum teſtem vti inimicum, quàm ad faciendum indicium ad torturam,num.87. pag.340
Inimicitia facit non modicam præſumptionem delicti contra inimicum,ibid.num.88. ead.
Inimicitia ſola facit indicium ad torturam,ibid.num.89.contrà,num.102. pag.341
Inimicitia facit indicium, etiam quòd proceſſerit facto & culpa offenſi, ibid.num.90. Licèt aliqui Doctores relati, num.91.contrarium dixerint. pag.340
Inimicitia facit etiam quòd inimicus alia vice per prius offenderit,ibid.num.92.Declara,vt num.93. ead.
Inimicitia facit indicium etiam contra eum,qui cauſas inimicitiæ habet, etiam quòd publicè ſe inimicum non profiteatur,ibid.num.94.& 95. Declara,dummodo cauſæ inimicitiæ ſint notæ offendentis,aliter ſecus,num.96. ead.
Inimicitia facit præſumere homicidium deliberatè cõmiſſum, ibid.n.97. Licèt alij contrà,n.98.Ampha etiam quod non ſit capitalis,n.99.Sed contrarium verius,n.100. ead.
Inimicitia facit indicium ad torturam, ſi ſit capitalis aliter ſecus,ibid.num.101. pag.341
Inimicitia non facit indicium ad torturam, niſi fuerit adminiculata,ibid.n.102. Et quæ ſint iſta adminicula,n.103.& ſufficiunt debilia adminicula,num.104. ead.
Inimicitia iuncta conſuetudine delinquendi, vel fama, vel minis,facit indicium ad torturam,ibid.num.103. ead.
Inimicitia ſola ſufficit ad inquirendum generaliter.Sed an ad inquirẽdum ſpecialiter,& ſic quoad formandum & transmittendum inquiſitionem,vide ibid.n.105.& ſeq. ead.
Inimicitia ſola facit indicium ad torturam in delictis occultis,& difficilis probationis,ibid.num.107. ead.
Inimicitia non facit indicium, quando eſt ſequuta pax & reconciliatio non de recenti,ibid.num.109.ead. Secus ſi de recenti,num.110. quando dicatur reconciliatio de recenti,vel de antiquo,num.111. pag.342
Inimicitia non facit indiciũ ad torturam contra eum,qui poſt receptam offenſam confeſſus eſt Sacerdoti ſua peccata,& ſacratiſſimam ſumpſit Euchariſtiam,ibid.num.113. ead.
Inimicitia non facit indicium,quando offenſus habebat plures inimicos,ibid.num.114. Tunc enim attenditur inimicitia grauior, & ea quæ eſt adminiculata pluribus indiciis, num.115.Item attenditur inimicitia recentior,num.116. Item ea quæ prouenit ex atrociori iniuria,& quam quis ad animum reuocauit,num.117. Et in his plurimùm verſatur Iudicis arbitrium,num.118. ead.
Inimicitia non facit indicium,quando conſtat de interfectore,ibid.num.119. ead.
Inimicitia non facit indicium in delictis, quæ ſolùm cõmittuntur ad commodum delinquentis,ibid.num.120. ead.
Inimicitia non facit indicium,quando inter inimicum, & offenſum reperitur præſtita cautio de non offendendo,ibid. num.121.& ſeq. ead.
Inimicitia non probatur ex cautione de non offendendo, ibid.num.122. Contrà,num.124. ead.
Inimicitia non præſumitur,ideo probanda,ibid.n.126. ead.
Inimicitia debet probari in ſpecie, & non in genere, ideo teſtes non probant ſuper inimicitia deponentes, niſi etiam deponant de cauſis inimicitiæ,ibid.num.127.Declara parte opponente,aliàs ſecus,num.128. ibid.
Inimicitia debet eſſe euidens & manifeſta ad hoc vt operetur,ibid.n.129.Contrà,n.130.Concorda,vt n.131.
Inimicitia probatur coniecturis,ibid.num.130.
Inimicus teſtis non admittitur etiam cum tortura, quæſt.46. num.100. pag.290
Inimicitia iuncta cum fama facit indicium ad torturam, quæſt.47.num.8. pag.297
Inimicus conſanguinei mei dicitur meus inimicus,quæſt.49. num.33. pag.336
Inimici mei conſanguineus dicitur meus inimicus,ibid.n.34. ead.
Inimicus dicitur is,qui dicit ſe aliquem non diligere,ibidem, num.49.non tamen eſt capitalis inimicus,n.52. pag.337
Inimicus dicitur is, qui dicit ſe eſſe alterius inimicum, ibid. n.50.Non tamen dicitur capitalis inimicus,n.52. ead.
Inimicus dicitur is, non ſolùm qui actu nocet, ſed etiam qui noceret,ſi poſſet,ibid.n.51.Declara,vt n.52. ead.
Inimicus capitalis dicitur is, qui alterius vitæ inſidias parauit,ibid.num.53. ead.
Inimicus præſumitur ille, quem in Eccleſia, dum datur pax, non deoſculatur,ibid.num.55. Non tamen ex hoc præſumitur capitalis inimicitia,num.56. ead.
Inimici mei amici,familiares,habitantes,conuerſantes,adhærentes, ſequaces, confœderati, & ſimiles dicuntur etiam mei inimici,ibid.num.57.& 58.ead. Declara,dummodo amicitia & conuerſatio ſit ſtricta, & continua, aliàs ſecus, num.59. Declara ſecundò, dummodo ſit de præſenti,ſecus ſi ſolùm fuit de præterito,num.60.Declara tertiò,quia in omnem euentum tales perſonæ non dicuntur mei inimici capitales,num.61. pag.338
Inimicus meus dicitur is,qui iuuat inimicum,ibid. num.57. pag.337
Inimicus meus non dicitur Iudex, qui contra me iudicauit, ibid.num.62.& pluribus ſeqq.pag.338. vide infrà,in verbo,*Iudex,qui contra me iudicauit*.
Inimicus an quis ſit,& an ſit inimicitia capitalis,vel non,Iudicis arbitrio remittitur,ibid.q.46.num.86. Et hoc procedit, tam quoad repellendum teſtem vti inimicum, quàm ad faciendum indicium ad torturam,num.77. pag.339
Inimicus occiſi ſi inter plures vulnerantes reperiatur,is præſumitur occiſor, & poteſt ex hac inimicitia torqueri, ibid. num.108. pag.341
Inimicus dicitur non ſolùm is, qui odium in mente habet, ſed etiam qui inimitiæ cauſam habet, etiam ſine mentis odio,ibid.num.95. pag.340
Innocentia præſumitur in reo, qui alacriter, & ſine trepidatione reſponder,q.52.num.44.
Inquiſitio an poſſit formari etiam ex dicto teſtium inhabilium,quæſt.37.num.26. pag.175
Inquiſitio an poſſit formari ex aſſertione vulnerati exiſtentis in articulo mortis,vide in q.46.num.21.& ſeqq. vſque ad num.35. pag.284.& ſeqq.
Inquiſitio non poteſt formari ex leuibus indiciis,ſed ex grauibus & vrgentibus,ibid.num.26. pag.284
Inquirere nihil aliud eſt quàm informationes aſſumere, ibid. num.31. pag.285
Inquiſitus pro pluribus delictis,poteſt pro vno comparere,& pro aliis petere ſaluum conductum,quæſt.29.n.86. p.50
Intereſſe probatur per famam,q.47.num.91. pag.304
Interpellatio non requiritur, vbi in contractu eſt appoſita dies & pœna,quia dies interpellat pro homine, quæſt.34. num.131. pag.141
Interpellatio non requiritur in promiſſionibus iuratis, ibid. num.132. ead.
Interrogatoriorum copia non eſt danda parti,quæ teſtes ad examinandum inducit,q.39.num.136. pag.223
Inuentus in loco maleficij, habet contra ſe indicium, quòd maleficium commiſerit,q.52.n.133. Amplia vt idem ſit,ſi inuentus fuerit in loco propinquo ipſi maleficio, n.134. Limita in eo,qui inuentus eſt non in loco propinquo,ſed in remoto ab ipſo maleficio,n.135. Et tamen iſto caſu oritur aliqua præſumptio, licèt non tanta,quanta oriretur ſi fuiſſet repertus in loco propinquo,n.136. Limita ſecũdò, vt ex hoc ſolùm,quòd quis fuerit inuẽtus in loco maleficij, nõ poſſit torqueri niſi cõcurrant alia,de quib.n.137.p.373
Iudæi,hæretici,apoſtatæ, aliíque infideles, non gaudent immunitate Eccleſiæ,q.28 n.68. pag.12
Iudæorum ſocietas, niſi intrinſeca ſit, non eſt interdicta, quæſt.29.num.48. pag.44
Iudex ex ſola negligentia etiam capitaliter punitur,quæſt.27. num.17. pag.5
Iudex indebitè carcerans mulierem capitaliter punitur, ibid. num.45. pag.9
Iudex indebitè carcerans mulierem, de iure nouiſſimo, non punitur capitaliter,ſed aliàs,ibid.num.46. ead.
Iudices negligentes punire reos culpabiles in crimine priuati carceris,eadem pœna puniuntur ibid.num.16. pag.5
Iudex in criminalibus poteſt quandocunq; incipere à captura, etiam ſine indiciis, ibid.num.115. ſed contrarium eſt verius,& communius,num.116. pag.17
Iudex, qui aliquem indebitè facit carcerari, tenetur in ſyndicatu

dicatu & punitur,ibid.n.134. pag.20
Iudex,qui aliquem non carcerat,tenetur actione iniuriarum, ibid.n.136.sed contrà,quòd teneatur actione ex maleficio ad pœnam arbitrariam,n.137.& seqq. ead.& 25
Iudex indebitè aliquem carcerans, tenetur etiam carcerato ad damna & interesse,ibid.n.142. pag.21
Iudex per calumniam faciens aliquem carcerari, tenetur ad similitudinẽ supplicij,ibi.n.144.Declara,vt in n.145. ead.
Iudex non relaxans relaxandum,punitur,ibid.n.147. ead.
Iudex relaxans non relaxandum punitur & tenetur, vt ibid. num.148. pag.22
Iudex secularis, in casu à iure permisso potest etiam sine Episcopi licentia extrahere reum ex Ecclesia, q.28.n.75. licèt aliqui contrà,num.76. pag.36.& 37
Iudex potest concedere debitoribus securitatem ad tempus, & ex causa,aliter secus,q.29.n.21. pag.41
Iudex regulariter non potest dare saluum conductum, ibid. n.79.& 80. pag.48.& 49
Iudex potest dare saluum conductum bannito,quando citatus vult comparere ad se defendendum,ibi.n 81. sed contrà,n.83.& 84.vbi quòd de consuetudine Iudices nec isto casu concedunt saluos conductus, sed vbi talis cõsuetudo nõ viget,verior est opinio,quòd isto casu Iudices possunt concedere saluos conductus,n.84.p.49. immò tenetur illum concedere,aliter vocatus non tenetur cõparere,n.85. & seqq. pag.50
Iudex ex causa potest cõcedere saluum conductum bannitis, & quæ sit iusta causa illum concedendi,ibid.n.82. p.49
Iudex non cogitur dare saluum conductum bannito, quãdo vult comparere ad se defendendum pro delicto, pro quo potest mittere procuratorem,ibid.n.87. pag.50
Iudex potest dare saluum conductum bannito à se, vel à suo antecessore;secus si à superiore,ibid n.88. ead.
Iudex non potest dare saluum conductum bannito ex causa in crimine læsæ maiestatis,ibid.n.89. ead.
Iudex potest cõcedere saluos conductus ad tempus, secus in perpetuum,ibi.n.90.& vsque ad quod tempus,n.93. ead.
Iudex non debet concedere saluum conductum bannito vel inquisito,quando illum de facili potest capere & carcerare,ibid.n.94. ead.
Iudicem iniquè agentem & occidere volentem, impunè occidere licet,q.30.n.132. pag.72
Iudex regulariter habet præsumptionem pro se, ibid.n.144. intellige quoad iustitiam, non quoad ordinem processus, num.145. pag.73
Iudex in quibus casibus possit mãdare birroariis, vt aliquem capiant viuum,aut mortuum,q.32.n.53. pag.104
Iudex potest dare licentiam priuatis personis capiendi malefactorem,quod quando verum sit,ibid.n.74. pag.107
Iudici & eius Officialibus resistendum non est,ibid.num.86. pag.108
Iudici resistens & eius curiæ,punitur pœna arbitraria de iure communi,sed vigore Bullæ incurrit crimen læsæ maiestatis,ibid num.87. ead.
Iudicis iurisdictionem turbans, illi iniuriam facit,& criminaliter punitur,ibid.n.7. pag.100
Iudici & eius Officialibus iniustè exequentibus resisti potest, ibid.n.88.& seqq.& n.92.licèt aliqui relati,n 91. contrarium dixerint. pag.108.& 109
Iudex dicitur minister Dei,ibid n.89. pag.109
Iudex si iniustitiam facit,non dicitur Iudex, sed minister diaboli,ibid.num.90. ead.
Iudici, & eius Officialibus iniustè exequentibus indistinctè resisti potest, quando dubitat an damnum sit irretractabile,nécne,ibid.num.94.Item amplia,quando est necessaria appellatio, num.95. tertiò amplia etiam quòd sit dubium, an Iudex iustè agat,nécne,n.96. ead.
Iudici procedenti iuris ordine non seruato,resisti potest,ibid. num.97.& seqq. ead.
Iudici & eius Officialibus resisti potest, quando volunt exequi sententiam nullam,ibid.n.100. ead.
Iudici & eius exequutoribus excedentibus modũ in exequutione resisti potest,ibi.n.101.sed quando hoc verũ sit vide distinctionẽ,de qua n.102.& seqq.vsque ad n.107. p.110
Iudici & eius Officialibus non excedẽtibus in eorum officio resisti minimè potest,ibid.n.103. ead.
Iudici & eius Officialibus vbi licitu est resistere,intelligendũ est de resistentia legitima,nõ autẽ effrænata,ib.n.106.ead.
Iudici contra instantiam aliquid præcipienti obediendum est,ibid.n.105. ead.
Iudici procedẽti sine iurisdictione,& circa non commissa,& sic extra suum officiũ impunè resisti potest,ib.n.107. ead.
Iudici volenti exequi suam sententiã post appellationẽ interpositam impunè resisti potest,ib.n.108.Amplia,etiã quòd non sit certum appellationẽ tenere,n.109. Amplia, etiam quòd non constet notoriè de grauamine illato,n.110.ead.
Iudex deferens appellationi,& suam sententiam exequi volens non obstante appellatione, punitur de iure ciuili in triginta pondo auri,de iure autem canonico arbitrio Iudicis,si causa ciuilis sit,ib.n.111.si verò causa sit criminalis, de iure ciuili deportatur,de iure autẽ canonico deponitur, n.112. sed quid si non obstante appellatione faciat aliquẽ decapitare,quomodo punietur, dic eadẽ pœna mortis n. 114.si dolosè & iniustè hoc fecerit,aliàs mitiùs punietur, n.115. p.111
Iudex non deferens appellationi in casu, in quo deferre tenebatur,non punitur,vt suprà,si post nõ delationem nihil attentauit,ibid.n.113. ead.
Iudici procedenti extraiudicialiter,& tanquam priuatus, impunè resisti potest,ibid.n.116. ead.
Iudici procedenti sine causæ cognitione, impunè resisti potest,n. 117. ead.
Iudici iniustè exequenti resisti potest,quando notoriè constat de iniustitia exequutionis, aliter secus si sumus in dubio, ibid.n.118. Declara,vt in n.120. ead.
Iudici exequenti sententiam notoriè iniustam,vel nullã,impunè resisti potest, etiam quòd non fuerit ab ea appellatum,ibid n.119. ead.
Iudici etiam iniustè exequenti resisti non potest,quando alia via ciuiliter & sine armis succurri potest,viputà appellando,ibid.n.121.p.112.vbi hoc limitatur duobus modis.
Iudex nõ relaxans carceratum sine fideiussore,in casu,in quo de iure relaxare tenetur,conuenitur in syndicatu actione iniuriarum,q.33.n.7.Declara,vt n.8. p.114
Iudex, qui relaxat carceratum sub non idoneo fideiussore, potest iterum illum carcerare, & non per hoc est liberatus fideiussor non idoneus,ibid.n.82. p.123
Iudex relaxans carceratum sub non idoneo fideiussore,tenetur de suo in syndicatu,ibid.n.83. ead.
Iudex non tenetur, si relaxauit carceratum cum fideiussore minùs idoneo, quando ille fideiussor fuit approbatus ab aliquo idoneo,ibid.n.85.& seqq. ead.
Iudex non tenetur relaxãdo carceratum sub fideiussore non idoneo, quando habuit informationes ex scriptis, quòd erat idoneus,ibid.num.86. ead.
Iudicis præceptum impossibile nullum est,q.34.n.50. p.131
Iudex,qui non faciendo aliquid infra certum tempus, punitur in aliqua pœna, illam pœnam non incurrit,nisi fuerit requisitus,ibid.num.127. pag.141
Iudex indebitè aliquem torquens punitur pœna mortis, q.27.num.19. pag.5
Iudex,ex quibus indiciis possit decernere capturam rei, vide suprà,verbo,*Capi* & verb.*Captura*,in discursu.
Iudicis Officium nascitur ex omni contractu iudiciario,ideo tunc Iudex semper agere potest etiam ꝓnemine petente, q.34.num.30. pag.128
Iudex non debet inchoare à tortura,q.37.num.2. pag.171
Iudex etiam habens liberum arbitrium non potest torquere reum non legitimis præcedentibus indiciis, ibid.num.71. & sequentibus, vbi infertur ad Iudices Domini Gubernatoris Vrbis. pag.178
Iudex qui torquet reum sine legitimis indiciis, non excusatur,etiam quòd id faciat Principis mandato,ibid.num.74. Sed contrà,n.75.& seqq. Prima opinio est verior, n.77. & seqq. pag.179
Iudex Principi obediens excusatur,ibid.num.76.Intellige in leuioribus,non in atrocibus,in quibus non excusatur saltem à pœna extraordinaria,ibid num.78. ead.
Iudex in atrocissimis potest iura trãsgredi,ibid.n.86. Contrà, n.83.Data prima opinione,illa limitatur primò vt nõ proceda-

cedat nisi Principe consulto,num.84. Limita secundò,vt procedat quando constat de delicto;secus vbi solùm quis imputatur,& sic in puniendo, non autem in procedendo, num.90.Licèt alij contrà,num.87.Limita tertiò,vt solum habeat locum in maioribus Magistratibus, non autem in minoribus,num.91. pag.180

Iudex sicut non potest sine indiciis torquere, ita etiam nec terrere,nec leuiter torquere, ibid.n.96 97. Contrà,n.98. 99.p.181.& 197. Pro resolutione dicas,quòd Iudex, qui non potest torquere, potest verbaliter terrere hominem sagacem,& assuefactum carceri,secus personam vilem,& timidam,n.101.& 102. Sed nō potest facere reum ligari, spoliari, vel duci ad locū torturæ;& multò minus eleuari, vel torqueri,nisi saltem in processu adsint legitima indicia ad terrendū,vel leuiter torquendum,n.104.& 105. p.182

Iudex, qui indebitè aliquem torquet, punitur & tenetur in syndicatu,ibid.n.111. pag.183

Iudex, qui dolo, & sine indiciis reum in tortura morientem torquet,punitur pœna capitis,ibid.n.112.& seq. ead.

Iudex, qui indebitè repetit in tortura reum, si in ea tortura decedat pœna capitis punitur,ibid.n.113. ead.

Iudex qui indebitè reum torquet, punitur etiam quòd ipse reus fateatur delictum, pro quo torquetur, ibid. n.115. & seqq. pag.184

Iudex indebitè torquens testes,punitur ac si indebitè torqueret reum,ibid.num.114. pag.183

Iudici indebitè reum torquenti impunè resisti potest, ibid. num.118. pag.184

Iudex,qui aliquē indebitè torsit,si occidatur à torto, occidēs non punitur pœna mortis,sed alia mitiori,ibi.n.118. ead.

Iudex indebitè torquens reum, punitur, etiam quòd fuerit protestatus de morte sequuta,ibid.n.119. ead.

Iudex,qui non dolo,sed culpa,& per imperitiam aliquem indebitè torquet,non punitur pœna mortis,sed alia mitiori, etiam quòd is tortus in tormentis obierit, ibid. n.120. & n.121. Vbi quòd in dubio in Iudice præsumatur isto casu potiùs culpa,& imperitia,quàm dolus. ead.

Iudex errans in iure, an præsumatur in culpa, vel in dolo, ibid. n.121. ead.

Iudex,qui indebitè reum torsit excedendo in tortura aliquibus existentibus indiciis,sed non sufficientibus,non tenetur pœna mortis,etiam quòd tortus in tormentis decesserit,sed alia mitiori,Iudicis arbitrio,ibid.num.122.nisi dolo malo excesserit, quia tunc punitur pœna mortis, etiam quòd aliqua adessent indicia,n.123. pag.185

Iudex indebitè torquens aliquem non punitur pœna mortis, sed alia mitiori,quando tortus non decessit,sed purà fuerit aliquo membro debilitatus, ibid.num.124.& 125. Vbi etiam quòd propter debilitationem tenetur ad damna & interesse. Contrà,num.125. Concorda,vt n.127.Sed prima opinio seruatur de consuetudine,n.118.& seq. ead.

Iudex, qui legitimis præcedentibus indiciis aliquem torsit, nulla pœna punitur, si casu is tortus obierit in tormentis, ibid.n.131. ead.

Iudex in dubio non præsumitur, nec in dolo, nec in culpa, nec in excessu, quando reum torsit, ideo contrarium dicenti incumbit onus probandi,ibid.n.132.& seqq. p.186

Iudex & Officialis semper habet præsumptionem pro se, ibi. num.134. ead.

Iudicis dolus,culpa,seu excessus in tortura inflicta reo,an & quando,& ex quibus præsumatur,seu probetur,& de materia,ibid n.135. & seq.ead. vbi propterea formantur decem conclusiones.

Iudex non præsumitur in culpa, nec in dolo, quando reum torsit cum legitimis præcedentibus indiciis,ibi.n.136.ead.

Iudex non tenetur, si torturæ funiculus frangatur, & tortus in terram cadens moriatur,ibid.n.143. ead.

Iudex non dicitur in culpa,nec in dolo,si reum torsit in loco solito per ministros solitos,& modo consueto, ibi.n.137. Secus si modum solitum non seruauit,n.138. ead.

Iudex non tenetur de morte rei torti, qui post torturam illatam recusauit sumere medicamenta ipsi à medicis submistrata,ibid.num.139. ead.

Iudex, qui de facto ad torturam deuenit, præsumitur in dolo,ibid.num.144. ead.

Iudex debet esse præsens torturæ, & aliàs dicitur in culpa, si tortus ex aliquo accidēti deficiat & moriatur,ibi.n.145. ea.

Iudicis dolus probatur coniecturis, sed euidentibus, ibid num.146.& sequentib. pag.187

Iudex,qui non torquet eum,quem de iure torquere tenebatur,tenetur in syndicatu,& punitur,vt ibi n.148. ead.

Iudex non tenetur de indebita tortura, quando tortus fatetur se legitimè fuisse tortum,ibid.n.149. ead.

Iudex potest recusari, & allegari suspectus etiam in criminalibus,ibid.n.190. pag.192

Iudex semper debet suum arbitrium inclinare in mitiorem partem,ibid.n.195. ead.

Iudex non potest reum torquere, nisi priùs pronunciet illum torquendum,quæst.38.num.7. Et licèt aliàs sit fatuus Iudex exprimendo causam in sententia, n.8. in decreto autem torturæ debet exprimere causam,n.9 Et an à tali decreto detur appellatio,n.10.& seqq. pag.195

Iudex potest & debet ex officio calumniis obuiare, ibi.n.95. pag 205

Iudex habens liberum arbitrium & absolutum, non potest reo denegare defensiones, & copias indiciorum,& alia ad materiam,q.39.num.15.& seq.pag.211.& n.143. p.224.

Iudex denegans defensiones & copias indiciorum, tenetur in syndicatu ad damna, & interesse, & punitur, vt ibid. n.73 p.217

Iudex tenetur ex officio quærere innocentiam rei, etiam post sententiam,& quomodo hoc intelligatur,ibi.n.83. p.218

Iudex torquens personas de iure torqueri prohibitas, punitur pœna capitis secundùm vnam opinionem,q.41.n.96 Vel pœna pecuniaria cum infamia secundùm aliam opinionem,n.97. Vel pœna arbitraria,secundùm veriorem opinionem,n.98. pag.241

Iudici torquenti personas à iure torqueri prohibitas, impunè resisti potest,ibid.n.99. ead.

Iudex nō prohibetur ex officio & criminaliter inquirere, etiā quòd pars inceperit agere ciuiliter,q.42.n.42. pag.247

Iudici asserenti iniquam protulisse sententiam ob pecuniam quam accepit, non creditur in præiudicium eius ad cuius fauorem sententia lata fuit,quæst.46.n.76.Amplia primò, etiam in arbitro,n.77.Amplia secundò,etiam quòd Iudex ita asserat pronunciasse,absque eo quòd dicat ob id pecuniam accepisse,ibid.num.80.& sequentib. Licèt alij contrà,n.78.& 79 pag.289. Limitationes vide in seqq. versiculis.

Iudici creditur aliquid asserenti super iniustitia suæ sententiæ, ibid.n.79. Limita primò,vt non credatur in præiudicium partis num.83. Limita secundò,vt credatur, dummodo alleget aliquem probabilem errorem suæ pronunciationis,aliter secus,dicto n.83. ead.

Iudici asserenti ob pecuniam iniustam protulisse sententiam creditur, quando contra sententiam vrget iuris præsumptio,ibid.n.84. ead.

Iudici asserenti ob pecuniam iniquam protulisse sententiam, creditur, quando cum tali assertione concurrit fama, rumor,seu aliqua alia coniectura,ibid.n.84. ead.

Iudici asserenti se pecunia corruptum iniustam protulisse sententiam,creditur in præiudicium ipsius Iudicis sic asserentis,ibid.n.86. pag.290

Iudicis assertio, quòd ob pecuniam iniquè pronunciauerit, facit præsumptionem contra corrumpentem, ibid. n.85. Vbi etiam an talis præsumptio sufficiat ad inquirendum, ibid.num.85. ead.

Iudices duo si asserant ob pecuniam iniquè pronunciasse,creditur eorum assertioni, ibid.n.87.& 88. Sed contrà,n.89. & seqq. ead.

Iudicibus,si plures sint,creditur attestantibus de gestis coram eis,ibid.n.88 Contrà,n.90. ead.

Iudex,qui per sordes,& pecunia corruptus,iudicauit,infamis est,& punitur extra ordinem Iudicis arbitrio, etiam vsque ad mortem,ibid n.91. ead.

Iudex potest se extraiudicialiter informare de bona,vel mala fama alicuius,q.47.n.320. pag.323

Iudex qui contra me iudicauit, dicitur meus inimicus,q.49. n.62.p.338. Sed quia hoc non semper verum est,ideo ad declarationem vide in seqq. versiculis.

Iudex pendente iudicio super causa ciuili, non efficitur inimicus litigantium,ibi n.63. ead.
Iudex pendente proces su, & iudicio super causa criminali mota ad fisci,vel acc usatoris instantiam, non dicitur inimicus,nec aduersarii reis inquisiti,ibid.n.64.Secus si procedatur ex officio ne mine instante n.65. ead.
Iudex in causa ciuili,par ua,& modici momenti post sententiam latam non dicitur inimicus eius, contra quem pronunciauit, ibidem,n.66. ead.
At si causa sit magni præiudicij, & pars quæ reportauit sententiam contra, appellauit,contrahitur inimicitia inter Iudicem, & appellantem, n.68. Secus si appellauit, numero 67. ead.
Iudex post sententiam latam in causa criminali, si sententia contineat pœnam pecuniariam paruam, non efficitur inimicus condemnati, secus si contineat pœnam pecuniariam magnam,ibid.n.69. ead.
Iudex condemnando reum ad mortem, efficitur ex tali condemnatione inimicus condemnati, antequam morti tradatur,ibid n.70.Si verò condemnatus morti tradatur, remanet inimicitia cum propinquis condemnati ad mortem,n.71. ead.
Iudex in omni casu,in quo ex sententia per ipsum lata efficitur inimicus condemnati, non tamen efficitur inimicus capitalis,quia officij necessitas ipsum excusat,ibi.n.72.ead.
Iudex debet multùm temperare sententiam suam, quando reum condemnat ex præsumptiua probatione, quæstione 52.n.66. p.367.
Iuramentum in litem datur creditori contra illum, qui suum debitorem carceratum ex carcere extraxit,q.30 n. 170.p. 68.vbi alia ad materiam.
Iuramentum firmat contractus inualidos,q.35.n. 7.sed non inualidos ipso iure n.8. p.148.
Iuramentum firmat contractum metu celebratum, ibid. n.9. sed contrà,n.10.distingue,vt de iure ciuili nõ firmet,secus de iure canonico,ideo absolutio petenda est,ibi.n.12.ead.
Iuramentum firmat contractum inualidum ob defectum statutariarum solemnitatum,ibi. numer. 17. & amplia,etiam quòd statutum loquatur in personam,n.18.limita,si statutum præsumit contractum dolosum, quia tunc iuramentum non firmat,n.19.& 20.vbi declaratur ead.
Iuramentum impedit moræ purgationem, q.30.n.73. p. 64.
Iuramentum calumniæ, etiam in criminalibus à reo præstandum est,q. 37.n.177. p.190
Iuramentum est de iure diuino,q.45.n.19. & ex contrauentione iuramenti quis efficitur Deo infidelis, dicto n.19.p. 277.
Iuramentum in supplementum non defertur ex semiplena probatione resultante ex fama,q.47.n.67.& sequentibus, p.302.
Iuramentum in supplementum, in quibus casibus non deferatur,ibi.n.69. ead.
Iuramento non diuimuntur criminalia,q.48.n.42.p. 318.
Iuratur in litem contra Officialem fugientem ab officio tempore syndicatus,ibi.n.78.Amplia,& limita, vt num.79.& seqq. p.331.
Iuratur in litem contra administratorem, qui tempore reddendæ rationis administrationis aufugit,ibi. ead.
Ius pattonatus probatur per famam, iuncta possessione præsentandi,q.47.n.133. p.307.
Ius canonicum seruatur,& non ciuile,in immunitatibus Ecclesiarum,q.28.n.6. p.25
Ius diuinum non potest tolli,mutari, aut contra illud à Principe dispensari,ibidem,n.17.potest tamen ex necessaria & legitima causa distingui,limitari & declarari,ibidem,n.23. p.28.
Ius quod oritur ex persona propria, potentius est, quàm illud,quod oritur ex persona aliena,q.128. p.225.

L

LÆsæ maiestatis crimen,&c.supple sup.verbo,*Crimen,læsæ maiestatis*.
Læsæ maiestatis crimen an committatur, & quando per non reuelantem conspirationem, & tractatum contra Principem,& de materia,q.51.n.69.& seqq. vsque ad n.92. pa. 354.vsque ad 357.
Latro publicus & fur.an gaudeat immunitate Ecclesiæ, vide suprà,verbo,*Confugiens ad Ecclesiam*.
Latrones possunt sine indiciis torqueri ad habendum alia latrocinia,q.37.n.167.p.189.declara,vt n.172.& sequentibus. p.190.
Latro famosus potest suis defensionibus renunciare, q.39.n. 63.vbi declaratur. p.216.
Latroni insigni & furi insigni non dantur defensiones,& copiæ indiciorum,ibi.n.107.p.221.Declara, dummodo notoriè constet eos esse tales,aliter secus,n.109. p.222.
Latro famosus non dicitur, contra quem testes deponunt, quòd est talis,nisi etiam constet de eius latrociniis, & criminibus in specie ibi.in fine. ead.
Latrones,& grassatores viarum possunt de consociis interrogari,& torqueri,q.43.n.64. p.257.
Leno facit indicium contra socium criminis,ibi.n.102.p.261.
Leuia delicta quæ dicantur,& quæ grauia, vel atrocia, vide supra,verbo,*Delictum*.
Leuia grauia,& grauissima indicia,quæ sint,vide suprà, verbo,*Indicium*.
Leuis præsumptio,coniectura,vel suspicio, quæ dicatur, quæ vehemens,& quæ violenta.Vide infrà,verbo,*Præsumptio*. Et suprà,verbo,*Coniectura*.Et infrà,verbo,*Suspicio*.
Libelli famosi pœna est capitalis regulariter,q.42. n. 11. Aliquando tamen non est capitalis,exemplum ponitur,n. 12. p.244.
Ligatura torturæ. Vide infrà,verbo,*Torturæ ligatura*.

M

MAgistratus dignitas excusat à tortura q 41 n.37.p.236.
Malefici,& mathematici interrogantur, & torquentur de consociis,q.43.n.67. p.258.
Mala fides probatur per famam,q.47.n.126. p.307.
Mala fama in genere,quid operetur, & generaliter de materia malæ famæ.Vide suprà,verbo,*Fama mala*.
Mala fama tam in genere,quàm in specie, quomodo probetur.Vide suprà,verbo,*Fama*.
Mala conuersatio, an, & quando faciat indicium ad torturam.Vide suprà,verbo,*Conuersatio*, per totum,in discursu.
Malum nomen seu mala physiognomia an faciant indicium ad torturam,q.52.n.165.& seqq. p.376.
Mandatarius assassinus potest absque aliis indiciis torqueri ad indicandum mandantem, q.37.n.154.p.187. etiam quòd sit persona vilis,n.155. p.185.
Mandatarius potest interrogari, & torqueri de mandante.q. 43.n.110.in fi. p.262.
Mandatarius in quo casu possit interrogari de mandante, q. 44.n.1. p.272.
Mandatarij dictum regulariter non facit indicium contra mandantem ad torturam,ibi.n.2. & seqq. vbi respondetur contrariis. ead.
Mandatarij dictum in crimine læsæ maiestatis facit indicium contra mandantem, si concurrit aliqua alia præsumptio, aliàs secus ibi n.5. ead.
Mandatarij si plures sint,etiam si inculpent mandantem, faciunt indicium ad torturam contra inculpatum, ibi.n.7.& 8. Contrà n.9.Dic quòd prima opinio est vera in casu, in quo mandatarius potuit interrogari de mandante. Secunda autem opinio procedit in casu,in quo non potuit interrogari,n.9.& 10. p.273.
Mandatarij dictum facit indicium ad torturam in omni casu, in quo illud indicium facit nominato socij criminis, & econtrà, & sic valet argumentum tam affirmatiuè, quàm negatiuè,de socio criminis ad mandatarium, ibi.n.8. & n. 24. ead & p.274.
Mandatarij si plures sint, & in eorum dicto singulares, non faciunt indicium ad torturam contra mandantem, etiam quòd plures sint, ibidem, numero 10. pag. 273.
Mandatarij dictum facit indicium ad torturam iunctis adminiculis,putà inimicitia, familiaritate, receptione post delictum

lictum, mendaciis, secreta alloquutione, & venditione bonorum ante delictum, ibi.n.11. 12. Vbi etiam quòd in criminibus exceptis adminicula, sufficiunt leuiora, quàm in non exceptis. ead.
Mandatarij dictum nec etiam cum adminiculis facit indicium ad torturam in casu, in quo non poterat de mandante interrogari, ibi.n.13. ead.
Mandatarij dictum iunctum cum vno teste de auditu mandati facit indicium ad torturam contra mandantem, ibid. n.14. ead.
Mandatarij dictum facit indicium ad torturam, si mandatarius non acceptauit mandatum, ibi.n.15. Contrarium est verius, n.16. maximè si mandatarius diu stetit ad reuelandum mandatum n.17. ead.
Mandatarij dictum facit indicium ad torturam contra mandantem in crimine assassinij, ibi.n.18. Intellige cum adminiculis, secus sine, n.19. ead.
Mandatarij dictum licèt non sufficiat ad torturam, sufficit tamen ad instructionem, ibi.n.20. ead.
Mandatarij dictum facit contra mandantem indicium ad inquirendum, ibi.n.21. Sed an ad formandam & transmittendam inquisitionem, n.22. p.274.
Mandatario dicenti se occidisse ex propria causa, & inimicitia, & non de mandato alterius, creditur, nisi resistant aliquæ aliæ coniecturæ, ibi.n.23, ead.
Mandatarij dictum non facit indicium ad torturam, si is sit aliàs infamis, & criminosus, ibi.n.25. ead. ead.
Mandatarij dictum non facit indicium ad torturam, si is sit varius, vel periurus, ibi.n.26. ead.
Mandatarij dictum non facit indicium ad torturam, si emanauit ad iudicis suggestionem, ibi.n. ead.
Mandatarij dictum non facit indicium ad torturam, nisi fuerit in tortura confirmatum, ibi.n.28. ead.
Mandatarij dictum extortum per immoderatam torturam, non facit indicium contra mandantem, ibi.n.29. ead.
Mandatum præsumitur ex secreta alloquutione, & homicidio incontinenti sequuto, q.43.n.176. p.269.
Mandatum præsumitur contra dominum, patrem, qui cùm possent obuiare, desinunt delictis filiorum, & seruorum, q.51.n.43. p.353.
Maritus tenetur de culpa suæ vxoris, quam in custodia carcerum loco sui reliquit q.31.n.52. p.86.
Maritus potest carcerare vxorem, & non tenetur pœna priuati carceris, q.27.n.26. p.7.
Maritus si occidat vxorem, an possit torqueri sine indiciis, q.37.n.26. p.173.
Mater non conuenitur in plus, quam facere possit, etiam quòd renunciauerit omni legum auxilio, q.27 n.63.p.12.
Matrimonij impedimentum probatur per famam, quæst. 47. n.143. p.308
Medicorum relationi standum, an tortus obierit ob immoderatam torturam, nécne q.37.n.141. p.186
Membrorum suorum nemo est dominus, ideo nemo obligare se potest ad pœnam corporalem, licèt bene possit se obligare sub pœna confessati criminis, amissionis gratiæ, & exilij, q.33.n.49. p.118
Mendacium facit maximam præsumptionem contra reum, q.52.n.2. p.361
Mendacium facit præsumere dolum, ibi.n.3. ead.
Mendacium facit indicium ad torturam, secundùm opinionem eorum, qui referuntur, ibid.n.4. ead. Sed quòd immò non sit sufficiens ad torturam, n.6. Et ista secunda opinio hodie est magis communis, n.8. p.362
Mendacium sine dubio facit indicium ad inquirendum, ibi. n.5. ead.
Mendacium facit indicium ad torturam, si ita Iudici visum fuerit, ibi.n.7. Sed hæc opinio confutatur, n.9. ead.
Mendacium facit indicium ad torturam, iuncto aliquo alio. adminiculo, secus si sine adminiculo, ibi.n.10. ead.
Mendacium vt faciat indicium ad torturam, debet esse circa qualitates, & circumstantias substantiales ipsius delicti, hoc est, pertinentes, & inferentes ad delictum, aliàs secus, ibi. n.11. vbi exemplificatur, & n.12. vbi ampliatur hæc conclusio. ead.
Mendacium debet probari per duos testes, vel per ipsius rei propriam confessionem, ibid.n.13. ead.
Mendacium non facit indicium ad torturam, quando consistit circa id, quoad si reus confessus esset, sibi non præiudicasset, ibid.14.& 15. ead.p.363.
Mendacium non facit indicium ad torturam, quando reus habet pro se aliquod indicium innocentiæ, ibi.n.16. ead.
Mendacium non facit indicium ad torturam contra virum bonæ conditionis, & famæ ibi. n.17. ead.
Mendacium commissum sine dolo, non est punibile, nec est delictum, nec turpitudo, ibi.n.35. p.365
Mercatores falliti possunt torqueri vt indicent pecunias ipsis datas, quas negant habere, & dicunt perdidisse, q.42. n.35. p.247
Mercatores falliti & fugientes possunt torqueri, vt indicent pecunias quas dicunt sibi subtractas ab institoribus, q.48. n.18. declara vt n.19. p.325
Mercatores falliti possunt capi in Ecclesia, q.28.n.33. p.30
Meretrix maritata non potest carcerari, nec pro causa criminali, nec pro causa ciuili, q.27.n.56.p.10. sed contrà, n.57. concorda, & declara, vt in n.58. p.11.
Meretricem clausam detinens libidinis causa in aliqua domo non dicitur committere priuatum carcerem, ibi.n.51.p.7.
Meretrix mulier regulariter carcerari potest tam pro causa criminali, quàm pro ciuili, ibi.n.55. p.10.
Meretricem quam esse probatur per eos, qui cum ea concubuerunt, q.43.n.80.81.& 84. p.259.
Metus non purgatur per clausulam, sponte, &c. in contractu appositam, q.35.n.14.& seq. p.148
Metus suspicio æquiparatur ipsi metui, ibi.n.27. p.149
Metus purgatur per subsequentem ratificationem, ibi.n.38. fallit, nisi staret eadem causa metus, n.39. p.150.
Miles de iure torqueri non potest, q.41.n.30. p.236.
Milites nostri temporis possunt torqueri, ibi.n.31. & 34. licèt alij contrà, n.32.& 33. ead.
Milites priuati possunt torqueri, secus capitanei, vel equites, ibi.n.33. Sed contrà, quòd etiam capitanei, & equites torqueantur, n.34. ead.
Milites possunt torqueri de consuetudine, ibid.num. 35. Licèt aliqui dixerint hanc consuetudinem non valere, n.36 ead.
Miliaria de vno loco ad alium probantur per famam, q.47. n.136. p.308
Minæ iunctæ cum fama faciunt indicium ad torturam, ibid. 20. p.298
Minæ faciunt regulariter indicium ad torturam, q.50.n.primo. p.343
Minæ præcedentes faciunt, vt homicidium subsequutum præsumatur deliberatè commissum, ibi.n.2. Amplia primò, etiam si minæ fuerint prolatæ per modum iactationis, n.3. Amplia secundò, etiam quòd minans non sit solitus minas exequi, n.4. p.344.
Minæ per modum iactationis prolatæ faciunt indicium ad torturam, ibi.n.5, Contrà n.6. Distingue, vt prima opinio procedat, si iactans sit persona potens, malæ vitæ, & solita minas exequi. Secunda autem opinio procedit, quando iactans est persona vilis, timida, loquax, & non solita exequi minas, n.7. ead.
Minarum aliqua exempla, ibi.n.8. ead.
Minæ etiam tacitæ, & generales faciunt indicium ad torturam, ibidem. ead.
Minæ faciunt, & non faciunt indicium ad torturam, iuxta qualitatem personæ, ibi.n.9. ead.
Minæ faciunt indicium ad torturam, si minans sit solitus minas exequi, aliter secus, ibi.n.9. ead. Contrà, n.10. Distingue, vt prima opinio procedat, quando minæ non sunt adminiculatæ. Secunda autem opinio procedat, quando cùminis concurrit aliqua præsumptio, quia tunc non est necesse, quòd minans sit solitus minas exequi, numero 11. p.345.
Minæ non faciunt indicium ad torturam, quando offensus habet alium inimicum, quàm minantem, ibi.n.12. ead.
Minæ an faciant indicium ad torturam, Iudicis arbitrio remittitur, ibi.n.13. ead.
Minæ faciunt indicium ad torturam, si delictum incontinenti, vel paulò post minas illatas sequatur, ibi.n.14. Secus si ex inter

ex interuallo,n.15. Et quando delictum dicatur incontinenti,vel ex interuallo sequutum,n.16.& 17. ead.
Minæ ad hoc vt faciant indicium ad torturam, debent esse certæ,& vniuocæ,secus si dubiæ,& æquiuocæ, ibid.n.18. & seqq.ead.Vbi de materia.
Minans si dixerit se velle vindictam facere, intelligitur de vindicta iuris, non autem facti, ibid.n.18.& 20. Contrà, num.21.ead.declara,vt num.22. pag.346
Minæ non faciunt indicium ad torturam, nisi sint speciales, ibid.n.23 contrà,n.24. ead.
Minæ non faciunt indicium ad torturam, nisi delictum sequutum sit illud idem in specie, & in quantitate, quod fuit comminatum,secus si diuersum,maius,aut minus,ibi. n.23.Declara,vt num.24.25.& 26. ead.
Minæ de occidendo faciunt indicium sequuto vulnere, & non homicidio,ibid num.26. ead.
Minæ de vulnerando faciunt indicium ad torturam,sequuto homicidio,ibid.num.26. ead.
Minæ prolatæ per iracundiam non faciunt indicium ad torturam,ibid.num.27. ead.
Minæ si fuerint reuocatæ,nec etiam faciunt indicium ad torturam,ibid.num.28. ead.
Minæ non faciunt indicium ad torturam, nisi fuerint adminiculatæ aliqua alia præsumptione,ibid num 29.Declara, nisi minans fuerit solitus minas exequi, quia tunc non est necesse,quòd concurrat alia præsumptio,n.30. ead.
Minæ non faciunt indicium ad torturam, nisi præexistente causa offensionis,& delicti,ibi.n.31. pag.347
Minæ conditionales non faciunt indicium ad torturam, nisi purificata conditione in minis contenta, ibid. num.32.& seq. ead.
Minæ etiam iuncta consuetudine illas exequendi,non sufficiunt ad condemnandum, fallit si concurrat etiam inimicitia & delictum incontinenti sequutum, quia omnibus his simul iunctis potest sequi condemnatio,ibi.n.36.Contrà n.37.Declara,vt n.38 & 39. ead.
Minæ sunt probandæ per duos testes aliter non faciunt indicium ad torturam,ibi.n 40.& an probentur per testes singulares,num.41.& seq. ead.
Minæ probatæ per vnum testem faciunt indicium ad inquirendum generaliter, & sic ad assumendum informationes super delicto,seu ad inquirendum specialiter, & sic ad informandam,& transmittendam inquisitionem, n.44.ead.
Minor quatuordecim annorum torqueri non potest, q.41. num.16. pag.234
Minor quatuordecim annorum,licèt non possit torqueri, bene tamen potest terreri,ferula cædi, aut alio tormenti leuioris genere torqueri,ibi.n.17. ead.
Minores quatuordecim annorum hodie torquentur tormento sibillorum, ibi.n.18. pag.235
Minores non solùm non possunt in tortura eleuari, sed nec etiam ligari,ibi.n.19. ead.
Minor si sit infans,non potest nec torqueri,nec terreri, ibid. num.20. ead.
Minor viginti annorum, & maior quatuordecim, potest torqueri,ibi.num.21. ead.
Minor potest torqueri, quando à statuto habilitatus est ad testificandum,ibi.n.22.Declara,vt n.23. ead.
Minores quatuordecim annorum, an, & quando torqueantur in criminibus exceptis,q.41.n.101.& seq. p.242
Mixtum à fauorabiliori regulatur,q.39.n.150.sub 3.sublimitatione. ead.
Mixtum regulatur ab eo,quod est magis cõforme iuri communi,ibi.sub tertia sublimitatione. ead.
Monachus tenetur reuelare delicta committenda in suum Abbatem,q.51.n.60. p.353
Moræ purgatio impeditur per iuramentum, quæst.30.n.73. pag.64
Mora non committitur per eum, qui facto aduersarij impeditus est implere,q.34.n.46. pag. 31
Mora non committitur sine interpellatione, ibid. num.120. pag.141
Moræ purgatio impeditur per iuramentum, ibid. num.139. pag.142
Moræ purgatio semper admittitur de æquitate canonica, ibid.n.140. Amplia non solùm in foro poli, sed etiam in foro fori,ac etiam in terris non ecclesiasticis,n.141.limita pluribus modis remissiuè,vt in num.142.limita 2. quando mora est geminata,n.143.& 144. ead.
Mors ciuilis æquiparatur naturali,vbi est idem effectus,& eadem ratio,ibi.n.49. pag.131
Morti proximus,vel moribundus,non præsumitur immemor salutis æternæ,nec præsumitur mentiri, q.43.n.28. fallit, quia non per hoc præsumitur semper dicere verum, nec præsumitur S Ioannes Baptista,n.29.Item fallit,vbi agitur de præiudicio tertij,n.30. pag.253.254
Mortis in articulo constituti inculpatio, an faciat contra inculpatum indicium ad torturam.Vide suprà,verbo, *Assertio vulnerati*, & quid de exculpatione, vide suprà, verbo, *Exculpatio*.
Mortis in articulo constitutus non præsumitur mentiri, nec præsumitur immemor salutis æternæ,& alia similia videas in q.46.n.4.5.& 6. pag.282
Moriens omnis, licèt non præsumatur S.Ioannes Euangelista, maior tamen morientium pars nititur ab hoc seculo migrare sine onere conscientiæ,ibi.n.5. ead.
Mortis in articulo constitutus non dicitur esse in sano intellectu, æquiparatur mortuo, non dicitur nec viuus, nec mortuus,& alia similia,ibi.n.13. pag.283
Mortis in articulo constitutus non præsumitur mentiri, & eius assertioni est valde credendum in ipsius asserentis præiudicium, non autem in præiudicium tertij, ibidem, num.16. pag.284
Mors probatur per famam,quæst.47.num.97.pag.304.dummodo habeat ortum ab aliqua veritimili causa, & coniectura,aliàs secus,num 98. Item dummodo agatur de modico,secus si de graui,n.99. Declara aliis modis,vt remissiuè num.100. pag.305
Mortuus si in carcere aliquis reperiatur,an præsumatur obisse culpa custodis,& de materia. vide suprà,verbo, *Custos*, in discursu.
Mulier non potest personaliter duci in iudicium, q.27.n.48 pag.9
Mulier non potest personaliter duci in iudicium,etiam quòd causa sine illius præsentia expediri non possit, ibid n.49. ead.
Mulier si voluerit,non prohibetur personaliter comparere in iudicio,ibi.n 50. ead.
Mulier pro testimonio ferendo, in causa criminali potest cogi ad personaliter comparendum in iudicio,ibi.n.51. ead.
Mulier pro grauissimo crimine non carceratur,sed in monasterio includitur,ibi.n.52. p.10
Mulier de consuetudine in delicto grauissimo indistinctè carceratur,ibi.n 53.Declara,vt in n.54. ead.
Mulierum carceratio remittitur Iudicis arbitrio,inspecta qualitate delicti,personarum & indiciorum,ibi.n.54. ead.
Mulier meretrix potest carcerari regulariter tam pro causa criminali,quàm ciuili,ibi.n.55. ead.
Mulieres nunquam possunt carcerari insimul cum viris, ibi. num.59. pag.11
Mulier non potest carcerari pro debito descendente ex delicto,ibi.num.60. ead.
Mulier potest carcerari pro malè administrata tutela, ibid. num.61 ead.sed contrà,n.62.& seqq. pag.12
Mulier suspecta de fuga an possit carcerari,n.64. ead.
Mulier,quæ mutatis vestibus virum ex carcere extrahit,illum induendo suis muliebribus vestibus,excusatur à pœna ordinaria,& mitiùs punitur,q.30.n.118. pag.70
Mulier, vt libidinis vim sibi à custode, vel ab altero illatam euitaret,si ex carcere aufugerit, non tenetur, ibid.n.190. pag 77.
Mulier carcerata, si fideiussorem non habeat, an relaxetur sub iuratoria cautione, quæstione 33.numer.45.& seqq. pag 118
Mulier pro debito ciuili carcerari non potest quæst.27.n.42. pag.9
Mulier pro debito fiscali nec etiam carcerari potest, ibidem, num.43. ead.
Mulier nec carcerari etiam potest pro causa criminali, ibid. num.44. ead.

Mulier si indebitè carceratur à Iudice, Iudex capitaliter punitur, ibi.n.45.declara, vt n.46. ead.
Mulier si indebitè carceretur, birroarij illam capientes, quomodo puniantur, ibi.n.47. ead.
Mulier meretrix maritata non potest carcerari, nec pro causa criminali, nec pro causa ciuili, ibi.n.56.pag.10.sed contrà, n.57.concorda & declara, vt in n.58. pag.11
Mulier prægnans torqueri non potest, quæst.41.num.78. pag.240
Mulier etiam per quadraginta dies post partum torqueri non potest, ibid.num.79. ead.
Mulier etiam post partum, non potest torqueri, si puerum lactat, ibi.n.80.& seq. ead.
Mulier prægnans non potest torqueri, etiam quòd sit prægnans ex adulterio, ibi.n.82. ead.
Mulier grauida per decem, aut viginti dies, non potest torqueri, ibid.num.83. ead.
Mulier prægnans nec etiam potest terreri, ibi.n.84. ead.
Mulier an sit prægnans, nécne, statur iudicio medicorum, & obstetricum, de materia, ibi.n.85.& seq. ead.
Mulier prægnans, si in tortura abortum faciat, Iudex non tenetur si medicus eam non prægnantem dixit, ibi.n.87.ead.
Mutus, & surdus à natura, an, & quando torqueri possit, ibid. num.89.& seqq. ead.
Mutus, & surdus non potest condemnari ex sua confessione, nisi testibus conuincatur, ibid.num.90. ead.

N

NAtura ab elementis incipit, ita & ars exordiri debet, q.36.num.3. pag.157
Necessarium indicium quid sit, & de materia, vide suprà, verbo, *Indicium*.
Necessaria præsumptio quæ dicatur, & quæ credibilis, seu verisimilis. Vide infrà, verbo, *Præsumptio*.
Negans depositum committit furtum, & potest torqueri, quæstione quadragesima secunda, n.33. pag.246
Nobilis & diues carceratus relaxatur fideiussoribus, etiam quòd pœna sit corporalis, q.33.num.60.& seqq. intellige, si Iudex illum innocentem viderit, aliàs secus, num.63. & seqq. pag.120
Nobili carcerando potest dari palatium, seu camera loco carceris cum militum custodia, ibid.n.61. ead.
Nobiles in causa criminali non coguntur dare fideiussorem, sed relaxantur sub eorum iuratoria cautione, ibidem, nu. 62. contrarium seruatur de consuetudine, præsertim vbi agitur de graui delicto, & Iudex procedit ex officio, numero 64. ead.
Nobiles torqueri non possunt, quæst.41.num.74. p.239
Nobiles de consuetudine torquentur, ibidem, numero 75. & seq. ead.
Nobiles ad hoc, vt torqueantur, requiruntur indicia grauiora, & vrgentiora, ibid, num.77. pag.240
Nobilitas probatur per famam, quæstione 47.numer.161. pag.305.
Nobilis, & diues præsumitur bonus, & non malus, & econtrà, ibid.num.283.& seq. pag.521
Nonnen malum facit indicium, q.52.n.165. Limita, quia facit indicium super delicto in genere, non autem super delicto, de quo quis specialiter inquiritur, n.166. p.376
Notarius recipiens fideiussores non idoneos tenetur de suo, q.13.n.88.fallit primò, si recepit de mandato Iudicis, n.90. fallit secundò, quando principalis est multùm diues, n.91. fallit tertiò, quando recepisset de consensu partis expresso vel tacito, n.92. fallit quartò quando erat soluendo tempore fideiussionis, licèt ex pòst fuerit effectus non soluendo, num.93.vbi de materia. pag.123
Notarius recipiens fideiussorem non idoneum de mandato Iudicis, non tenetur, ibi.n.84.& 90. ead.
Notario creditur super qualitate & quantitate torturæ reo illatæ, q.37.num.140. pag.186
Notario dicenti etiam in articulo mortis se falsum fabricasse instrumentum, non creditur in præiudicium partis, q.46. num.75. pag.289
Nuntio, aut birroario referenti captum sibi ab aliquo fuisse ereptum, vel aliàs in exequutione impeditum, non creditur q.32.n.80. pag.108
Nuntio vel birroario asserenti sibi vim factam, vel iniuriam illatam in actu citationis, aut exequutionis, non creditur, nisi ad inquirendum & ad capturam, ibid.n.82. ead.
Nuntio vel birroario asserenti se verberatum vel iniuriatum in actu citationis & exequutionis non creditur, ibidem, num.81. ead.
Nuntio & birroario asserenti super resistentia, vel iniuriis sibi illatis creditur, quoad faciendum indicium ad torturam, quando eius depositio est adminiculata cum aliqua alia coniectura, ibid.83. ead.
Nutrices non possunt torqueri, quæst.41.num.80.& sequen. pag.240.

O

OBligatus ad custodiam ratione officij publici, vel priuati, tenetur probare culpam abfuisse, aliàs contra ipsum præsumitur q.31 n.19. pag.83
Obligatus ad custodiam ratione officij publici, vel priuati, tenetur probare culpam abfuisse, aliàs contra ipsum præsumitur, ibid.
Obligare se nemo potest ad pœnam corporalem, sed quando verum sit, & de materia, vide in quæst.33.n.49. pag.118. & num.75. pag.121
Obligatio omnis intelligitur & habet in se tacitam cõditionem, rebus stantibus, & nihil de nouo superueniente, q.34.n.42. pag.131
Obligatio omnis etiam iurata non trahitur ad ea, quæ si promittens fuit in specie interrogatus, minimè se obligasset, ibid.num.43. ead.
Obligatio omnis intelligitur si superueniat iusta causa contraueniendi, ibid.n.52. ead.
Obliuio tam in reo principali, quàm in teste, an, & quando, & ex quibus præsumatur, q.37.n.186. pag.191
Obstetricum depositioni an & quando standum sit, q.41. num.87. pag.240
Obuiare & resistere illis, qui offendunt Officialem alicuius ciuitatis, tenentur ciues illius ciuitatis, & non resistendo nec obuiando, quomodo puniantur, & de materia, vide infrà, verbo, *Vniuersitas non obuians*, & seq.
Obuiare delicto, an & quando quis teneatur, vltra hîc posita, vide infrà, verbo, *Reuelare*, per totum.
Obuiare delicto si quis desinat, cùm possit, facit se suspectum de participatione dicti delicti q.51.n.1. Verùm hæc suspicio de se sola non sufficit ad torturam, n.2. pag.349
Obuiare delicto, & illud prohibere nemo tenetur, etiã quòd quis commodè & sine periculo possit, ibi.n.4.Contrà, n.5. Sed prima opinio est magis communis, n.6. pag.350
Obuiare delicto nemo tenetur, etiam quòd id possit exequi solùm clamando, ibid.n.8. ead.
Obuiare delicto nec etiam de iure canonico quis tenetur, & hæc est communis opinio, ibid.n.9.& 10.Licèt aliqui contrarium dixerint, n.11. ead.
Obuiare delicto per clericos, vel alios suos subditos committendo tenetur prælatus, ibid.n.10.& 49. ead.& 353
Obuiare delicto si quis desinat dolo, tenetur, & punitur de iure canonico, ibid.n.10. pag.350
Obuiare delicto, & ob illud reuelare quis tenetur in foro conscientiæ ibid.num.23. Limita vt teneatur quis reuelare in foro conscientiæ delicta committenda, non autem commissa, num.24. Limita secundò, etsi quis non reuelauerit delictum committendum, non per hoc tenetur parti in foro conscientiæ ad refectionem damnorum & interesse. pag.351
Obuiare delictis committendis per seruos, filios, & famulos, an, & quando teneantur domini, & parentes, ibid.nu.40. & seqq. pag.352
Obuiare semper quis tenetur delicto, quod quis committit ad vindictam obuiare debeatis, ibid.n.46. pag.353
Obuiare quis tenetur ratione sui officij in pluribus casibus, de quibus, ibid.n.47.& seqq. ead.
Obuiare tenetur Dux belli delicto committendo per eius milites, ibid.num.48. ead.

Obuiare delictis committentis an teneatur vniuersitas, ibid. n.51. ead.
Obuiare delicto committendo in clericum vnusquisque tenetur, ibid.n.53. ead.
Obuiare delictis atrocibus vnusquisque tenetur, ibid. n.54. Sed contrà,n.55. ead.
Obuiare delictis licèt quis nõ teneatur,potest tamen,si vult, ibid. n.57. ead.
Obuiare delicto nunquam quis tenetur,quando non potest illi obuiare sine periculo suæ vitæ, ibid.n.64. Et in dubio præsumitur impotentia potiùs, quàm potentia, num.65. p.354.
Occidens Iudicem, qui occidentem indebitè torserat, non pœna mortis,sed alia mitiori puniendus est, quæst.37.n. 118. p.184
Occidens seu vulnerans clericum non gaudet immunitate templorum,quæst. 28.n.28. p.30
Occultãtè se domi recipiens debitorem ne capiatur ab exequutoribus,an teneatur creditori ad interesse, quæst. 32. n.16. p.101
Offendens habentem saluum conductum,incurrit crimẽ læsæ maiestatis,quæst.29.n.12.Declara,vt in n.13.& seqq. vsque ad n 20.
Offendens habentem saluum conductum,non punitur pœna mortis, nisi morte sequuta,morte autem non sequuta, punitur Iudicis arbitrio,ibid.n.12.sed contrà,n.14.Declara vt in n.15.& seqq. p.40
Offendens seu occidens cõsanguineum meum dicitur meus inimicus, q.49.n.31. p.336
Offensi dictum existentis in articulo mortis,an faciat contra offendentem indicium ad torturam, vide suprà, verbo, *Assertio vulnerati.* Et quid de exculpatione offensi, vide suprà,verbo,*Exculpatio.*
Offensi querela,seu accusatio,an faciat indicium ad torturam contra querelatum,seu accusatum,vide infrà,verbo,*Querelanti*, & seqq.
Officiali creditur in spectantibus ad eius officium,quæst.30. n.180. p.176
Officiali asserenti se aliquid facere de mandato superioris creditur,quando superior non est absens,ibid.n. 181.ead.
Officialis de commissis in officio non tenetur parti læsæ ad interesse,nisi in subsidium,q.31.n.86. p.89
Officialis delinquens in officio priuatur officio, quæst.32.n. 18. p.101
Officialis non in dignitate constitutus, sed vilis,nullam habet pro se præsumptionem,ideo in dubio eidem tanquam excedenti suo officio resisti potest,ibid.num.104.& 120. p.110.& 111.
Officialis non tenetur repræsentare in syndicatu suum famulum, si ante syndicatum illum banniuit,vel condemnauit pro aliquo delicto, q.34.n.53. p.131
Officialis alicuius ciuitatis si offendatur,tenentur ciues illum defendere, & non defendendo puniuntur,& de materia, vide infrà,verbo,*Vniuersitas non obuians.*
Officialibus resistere,an,& quando liceat,& quando non,& de materia,vide suprà,verbo,*Birroarij*.& verbo,*Iudici & eius officialibus*,& in discursu.& verbo,*Eximens*,pariter in discursu.
Officiales, seu gubernatores ciuitatum durante Magistratu torqueri non possunt,q.41.n.73. p.239.
Officialis si tempore syndicatus à suo officio fugiat,talis fuga facit contra ipsum semiplenam probationem, q.48.n.77. p.330
Officialis si aufugiat ab officio tempore syndicatus, querelæ contra ipsum datæ, probantur iuramento querelantium, ibid.n.78. p.331
Officialis si tempore syndicatus aufugiat ab officio, proceditur contra ipsum ex non scripto,& sine ordine iudiciario, ibid.n.80. ead.
Officialis fugiens ab officio tempore syndicatus habetur pro confesso,ibid.n.81.& 82.vbi respondetur contrariis Limita hoc procedere,dummodo ciuiliter agatur ad restitutionẽ,secus si criminaliter ad pœnam. Nam tunc officialis sic fugiens non habetur pro confesso, n.83. & seqq. ead. vbi declaratur materia.
Officialis si tempore syndicatus fugiat, citatur, & monetur ad comparendum,& defendendum à querelis datis,& eo non comparente, condemnatur etiam quòd sit absens, ibid.n.84. ead.
Officialis fuga à syndicatu, facit contra ipsum indicium ad torturam, ibid.n.85. ead.
Officialis fugiens durãte officio, dicitur reus læsæ maiestatis, ibid. n.86. Amplia etiam quòd fugiat, finito officio tempore syndicatus,n.87. Contrà,n.88. Limita, quia non est crimen læsæ maiestatis in primo capite, sed in secundo,& punitur pœna pecuniaria,n.89. p.332
Officialis si aufugiat ab officio propter domini, vel alterius tyrannidem,nullatenus punitur,ibid.n.90. ead.
Officialis potest recedere à loco officij post finitum tempus syndicatus,ibid.n.91. ead.
Officialis si post fugam ab officio tempore syndicatus illuc reuertatur,vel remissus, aut reductus fuerit, fuga præcedens purgatur,nec defertur querelantibus iuramentum in litem,ibid.n.92.& 93. ead.
Officialis si tempore syndicatus videat syndicatores inimicos,& ob id timeat ab eis grauari,potest à loco syndicatus recedere,& ad superiorem confugere,& aliàs, vt ibid nu. 94. ead.
Officiales,& potestates terrarum si vident rixantes, & ad arma ruentes,debent mittere eorum curiam ad obuiandum illi delicto,aliàs denuntur ab officio,q.51.n.50.Limita, vt d.n.50. p.153
Officialem insultatum defendere, omnes astantes tenentur, ibid n.52. ead.
Officialis denunciatio,an,& quale faciat indicium contra denunciantem,ibid n.167.& seqq p.376.& vide suprà,*Denunciatio Officialis.* per totum.
Officium Iudicis nascitur ex omni contractu iudiciario,ideo tunc Iudex semper agere potest,etiam nemine petente, q. 34.n.30. p.12
Opinio æquior semper est tenenda,q.27.n.116. p.17
Opinio communis non attenditur,quando conuincitur falsa aliqua inconuincibili ratione,q. 30 n.10. p.56
Opinio est idem quod vehemens seu verisimilis suspicio, q. 36.n.193. p.164
Opinio est animi motus cum hæsitatione aliquid eligentis, ibid.n.194. ead.
Opinio est ratiocinatio de re dubia, ibid.n.195. ead.
Opinio est adhæsio vnius partis cum formidine alterius, ibi. post n. 195. ead.
Oratio indefinita æquipollet vniuersali,quæst.42. numer. 2. p.243.
Oratoria non gaudent immunitate Ecclesiarum,quæst.28.n. 70. p.36
Ordinata ad vnum finem debent regulari secundùm naturam illius finis,quæst.42.n.18. p.245
Ordo propositæ q.47. n.1. p.293
Ostium apertum si carceratus inueniat,& inde aufugiat,non dicitur effractor carcerum,& de materia, quæst.30.n.160. & 161. p.74

P

PActum de retrouendendo probatur per famam, quæst. 47.n.139. p 308.
Paria sunt, quem esse confessum, vel legitimè conuictum, quæst. 33.n.12. p.114
Parricidium committitur etiam à filio naturali, vel emancipato q 51.n.29. p.352
Parricidium committitur etiã à filio spirituali,ibid n. 31.ead.
Parricidium committitur etiam inter transuersales vsque ad quartum gradum,ibid.n.33.& 35. ead.
Parricidium committitur etiam inter coniuges,ib.n.37. ead.
Partus suppositus probatur per socios,& participes criminis, quando agitur ciuiliter,& contra tertium, secus si criminaliter,q 43 n.103.& 104. p.261
Pater tenetur pro filio custode carcerum, q.31.n.52. p.86
Pater potest carcerare filium, & non tenetur pœna priuati carceris,q.27.n.25. p.7
Pater & dominus tenentur obuiare delictis committendis

per eorum filios, & seruos,q.51.n.40. p.352. Amplia, vt dominus teneatur obuiare etiam delictis famulorum non existentium sub dominica potestate,n.41. Limita, dummodo filij,& serui delinquant ad vindictam patris,& domini,aliter secus,numer.44.Sed contrà,numer.45.& seq. p.353.

Pater non tenetur reuelare Principi tractatum, quem filius contra ipsum facit,ibid.n.82. Contrà,n.83. Distingue,vt n.84.& seqq. p.356

Pax, & remissio prodest in præiudicium remittentis, & pacem facientis,non autem in præiudicium fisci, quæst.46. n.112. p.292

Pax & iniuriarum remissio,per quos actus facta dicatur, remissiuè,in q.49.n.112. & seq. p.342

Pecunia est secundus sanguis hominis, ibid.n.5. p.334

Pœna vltimi,nouissimi & amarissimi supplicij,est pœna mortis naturalis,secus pœna supplicij simpliciter, quæst.30.n. 5. p.55

Pœna,quando non est à iure determinata,Iudicis arbitrio remissa censetur,ibid.n.9. p.56

Pœna conuentionalis adiecta prætoriæ stipulationi, ratione contemptus,& ex certa scientia promissa exigi potest,etiam quòd exigentis non interfit,ibid.n.56. p.62

Pœna conuentionalis in prætoriis stipulationibus exigi non potest non dato interesse fisci, ibid.n.72. fallit,vbi pœna est appositа,ne Iudicis authoritas contemnatur, num.73. p.64.

Pœna conuentionalis simpliciter adiecta exigitur etiam vltra id quod interest, nisi appareat quòd expressè adiecta sit ratione interesse,ibid. n.75. ead.

Pœna conuentionalis promissa cum iuramento,exigitur etiã vltra interesse propter vim ipsius iuramenti,ibid.n.76.ead.

Pœna effractoris carcerum habet locum etiam in debitore ex causa ciuili fugiente carceribus fractis, ibid.numer.81. p.65.

Pœna effracti carceris non habet locum,nisi vltra fracturam interuenerit etiam conspiratio,ibid.n.166.sed contrà,numer.167. sed prima opinio est verior, vt in num. 168.& seqq. vbi respondetur contrariis, & declaratur materia. p.75.

Pœna sine morà non committitur,q.34.n.44. p.131

Pœna in factis negatiuis non incurritur,nisi præcedente monitione,ibid.n.128.sed contrà,num.130.Vbi quòd sufficit esse lapsum tantum tempus, in quo illud factum potuerit explicari,etiam quòd monitio non intercesserit. p.141

Pœnam priuati carceris & materiam, supple suprà, verbo, *Carcer priuatiũ*,in discursu.

Pœna conuentionalis non incurritur propter causam iustam, secus propter iniustam,q.30.n.175. p.76

Pœna omnis corporalis,quamuis minima,est maior qualibet pœna pecuniaria,quamuis magna,q.42.num.15.Declara hoc procedere in personis nobilibus, secus in vilibus, & abiectis,n.22. p.245

Pœna libelli famosi quandoque est capitalis, & quandoque non capitalis,ibid.n.11.& 12. p.244.& 245

Percutiens clericum,quando puniatur,vide infrà,verbo,*Clericum percutiens*, & seqq.

Peritia alicuius probatur per famam, quæst.47. numer.103. p.305.

Peritis in arte standum est,quando carceratus aufugit ex carcere,q.31.n.30. p.84

Periurus à testificando repellitur,quæst.43.n.183.Ideo non facit indicium nec ad torturam, nec ad inquirendum,nu. 180.& 181.Sed an sufficiat ad sumendum informationem super delicto,& quid de consuetudine seruetur,vide ibid. n.184. p.180

Periurium non tollitur per torturam, quæstion.45.num. 23. p.277

Periurus à testimonio repellitur, nec illa prorsus facit fidem, ibid.n.5. p.275

Physionomia mala facit indicium,q.52.n.165.Declara,vt in n.166. p.370

Plena probatio quæ sit,in quibus differat à semiplena probatione,& de materia,vide infrà,in verbo, *Probatio*.

Pluralis numerus in duobus verificatur,q.47.n.147. p.308.

Præceptum Iudicis impossibile nullum est,q.34.n.50.p.131

Præeminentia magnæ curiæ Vicariæ torquendi reos,ex processu informatiuo, & denegata copia indiciorum nõ procedit,nisi in delictis notoriis,& cõtra insignes latrones & aliàs, vt in q.39 n.13.p.213. Vbi generaliter de materia.

Prælatus tenetur obuiare delicto committendo per eius subditos,q.51.n.10.& 49. p.350.& 353

Præparatio equorum,pecuniæ, seu alterius rei, aut instrumenti ad delinquendum inferentis,facit indicium delicti, & præcogitationis,q.52.num.163.Declara,vt num.164. p.376.

Præsumptiones à iure approbatæ sufficiunt ad condemnandum reum in pœnam ordinariam,q.30.n.19. p.57

Præsumptio exclusiua delicti tollit inclusiuam, quæst.31.n. 22. p.83

Præsumptio, quæ habet pro se iuris præsumptionem, semper præferenda est probationi,quæ non habet talem præsumptionem,ibi.n.25. p.84

Præsumptio specialis præfertur generali,ibid.n.24. ead.

Præsumptio multis modis diffinitur,seu describitur, de quibus in q.36.n.67.& seqq. p.159

Præsumptio est conceptus in mente causatus ab aliqua probabili coniectura,ibi.n.67. ead.

Præsumptio nascitur ex coniectura,ibi.n.68. ead.

Præsumptio est cognitio veritatis ex circũstantiis resultans, ibid.n.69. ead.

Præsumptio augetur,& minuitur ex circumstantiis, ibidem, n.70. ead.

Præsumptio & suspicio in animo Iudicis,vel alterius,causata ex variis argumentis,coniecturis,vel indiciis, ibid.n. 71. ead.

Præsumptio est coniectura seu diuinatio,in rebus dubiis collecta ex argumentis, vel indiciis per circumstantias frequenter euenientibus,ibi.n.72. ead.

Præsumptio est ratiocinatio à verisimili sumpta, ibid.num. 73. ead.

Præsumptio veritati accedit,& verisimilitudo appellatur,ibi. n.74. ead.

Præsumptionis natura est abhorrere ab irrationabili,& inuerisimili,ibid.n.76. ead.

Præsumptio est rei dubiæ rationabilis coniectura à lege approbata ad aliquid in animo figendum,ibi.n.76. ead.

Præsumptio aliud non est,quàm veritas verisimilis, & non certa,ibid.n.77. ead.

Præsumptio est motus animi, per quem cogimur apparentiam sequi,donec contrarium probetur,ibi.n.78. ead.

Præsumptio est coniecturalis probatio,ibi.n.79. ead.

Præsumptio est verisimilitudo veritatis necessariò non astringens,ibid.n.80. ead.

Præsumptio est alicuius facti dubij, ex quodã indicio, aut plena, aut semiplena probatio,ibid.n.81. ead.

Præsumptio est argumentum ad credendum vnum factum surgens ex probatione alterius,ibid.n.82. ead.

Præsumptionis etymologia,n.83. ead.

Præsumere verbum,habet plures significationes, de quibus remissiuè,ibid.n.84. ead.

Præsumptio alia est iuris tantùm,alia hominis,& alia iuris,& de iure,ibid.n.85. ead.

Præsumptio iuris est similitudo quædam sufficiens ad rem dubiam,de qua creduntur credenda,ibid.n.86. p.160

Præsumptio iuris est probabilis coniectura ex certo signo prouenies,quæ alio non adducto pro veritate habetur, ibid.n.87. ead.

Præsumptio iuris est,quando lex aliquid præsumit, & vlterius non procedit super præsumptione aliquid statuendo, ibid.n.88. ead.

Præsumptio iuris est cum aliquibus positis verisimiliter, atque probabiliter,non autem necessariò sequitur quòd intendimus,ibid.n.89. ead.

Præsumptio iuris est applicatio animi legislatoris ad verisimile,onus probandi transferens,ibid.n.90. ead.

Præsumptio iuris est animi applicatio ad alteram partium, ibid.n.91. ead.

Præsumptionis iuris plura exempla remissiuè, ibi.n.92. ead.

Præsumptio hominis est quidam conceptus causatus in mẽ-

te ab aliqua probabili coniectura,ibid.n.93. ead.
Præsumptio hominis est suspicio causata in animo Iudicis, vel alterius ex variis coniecturis,argumentis, vel indiciis, ibid.n.94. ead.
Præsumptio hominis an sit , quando ius aliquid de homine præsumit,ibid.n.95.& seqq. ead.
Præsumptio hominis est ea,quæ in iure expressa,& approbata non est,ibid.n.96. & seqq ead. Vbi respondetur contrariis.
Præsumptio hominis Iudicis arbitrio remissa est ,' quia in ea non potest dari certa doctrina,cùm nascatur ex variis causis,ibid.n.98. ead.
Præsumptionis hominis plura exempla remissiuè, ibid.sub n. 99. ead.
Præsumptio hominis quoad effectum quandoque æquiparatur præsumptioni iuris,ibid. sub n.99. ead.
Præsumptiò iuris & de iure,est status à iure promulgatus ex indubia coniectura, ibid.n.100.
Præsumptio iuris, & de iure est dispositio legis aliquid præsumens,& super præsumpto tanquam sibi comperto statuentis,ibid. n.101. ead.
Præsumptio iuris, & de iure dicitur , quando lex super præsumpto firmat pedes,& statuit ibid.n.102. ead.
Præsumptio iuris,& de iure,quare sic dicatur , ibid.nu.103. ead.
Præsumptionis iuris,& de iure plura exempla remissiuè,ibid. n.104. ead.
Præsumptio iuris,& de iure,est fidei certitudo non ab euidétia rei, non à ratione ducta , sed ab authoritate credibili, ibid.n.105. ead.
Præsumptio iuris,& de iure , est applicatio animi legislatoris ad verisimile,confirmata sanctione,ibid.n.106. ead.
Præsumptio iuris,& de iure, est ea,quæ in lege scripta est,& ita ab ea sancitum,ne contrarium probari possit, ibid.nu. 107. ead.
Præsumptio iuris, & de iure , potest etiam induci à statuto, ibid.n.108. ead.
Præsumptio iuris,& de iure,ad hoc,vt inducta dicatur , non est necesse quòd lex prohibeat admitti probationem in contrarium,ibid.n.109. p.161
Præsumptio alia leuis,alia vehemens, & alia violenta,ibid.n. 110. ead.
Præsumptio leuis est inclinatio quædam animi boni viri ad eligendum alterum extremorum , ex intellectu proueniens,& coniectura nobili,ibid.n.111. ead.
Præsumptio leuis est ea, in qua parua adest coniectura mali, & magna boni , multáque signa boni,& parua mali,ibid. n.112. ead.
Præsumptio vehemens est applicatio animi boni viri ad valde verisimile,ibid.n.113. ead.
Præsumptio violenta est ea,ex qua animus iudicantis in contrarium persuaderi non potest, nec eius intellectus in oppositam conscientiam verti, ibid.n.114. ead.
Præsumptio violenta vehemens etiam appellatur,ibid.n.115. ead.
Præsumptio violenta dicitur , quando omnis coniectura apparet mali,nulla autem boni,& sic omnia signa sunt mali, & nulla boni,ibid.n.116. ead.
Præsumptio alia est temeraria,alia est probabilis, ibid.n.118. ead.
Præsumptio temeraria est ea,quæ oritur ex leui causa,& coniectura,vel ex vilibus personis, ibid.nu.119.120. & 122. ead.
Præsumptio probabilis est ea,quæ oritur à grauibus personis, & ex graui causa,vel coniectura,ibid n.120. & 121.ead.
Præsumptio probabilis dicitur etiam ratione loci,vel temporis.ibid.n.121. ead.
Præsumptio temeraria est,quando omnia signa sunt boni,& nulla mali,ibid.n.123. ead.
Præsumptio probabilis est,quando multa sunt signa mali, & parua boni,ibid.n.124. ead.
Præsumptio alia est naturæ , alia autem non naturæ, sed ab humanis principiis sumpta,ibid n.125. ead.
Præsumptio ab humanis principiis sumpta,est ea, quæ nascitur ab indiciis , & coniecturis , humana lege , & ratione probatis, ibid.n.126. Exemplum,vt n.127. ead.
Præsumptio naturæ est ea , quæ non ab humana ratione,seu coniectura ducitur,sed à naturali, ibid n.128. ead.
Præsumptionis naturæ exempla ponuntur, ibid.n.129. ead.
Præsumptio alia necessaria,alia credibilis, seu verisimilis , & alia non repugnans,ibid n.130. ead.
Præsumptio necessaria dicitur,cùm aliquibus positis,necessariò sequitur quod intendimus, ibid.n.131. ead.
Præsumptio necessaria dicitur præsumptio iuris,& de iure,& præsumptio naturæ,ibid. ead.
Præsumptio verisimilis , seu credibilis est ea , cùm aliquibus positis verisimiliter, & probabiliter , non autem necessariò,sequitur quod intendimus ibid.n.132. ead.
Præsumptio non repugnans quæ dicatur, ibid.n.133. ead.
Præsumptio iuris,an dicatur dispositio hominis, vel legis,ibi. n.134. p.162
Præsumptiones plures coniunguntur ad effectum torturæ infligendæ, ibid.n.134. Item ad effectum puniendi pœna extraordinaria,& pecuniaria,licèt secus corporali,& ordinaria,n.235. p.166
Præsumptio est probatio non probata,indicia verò sunt probatio probata, ibid.n.236. ead.
Præsumptio est cognitio ex circunstantiis resultans , ibid.n. 238. ead.
Præsumptio est minus,quàm probatio,ibid.n.241. ead.
Præsumptio est minus,quàm semiplena probatio,ibid.num. 242. ead.
Præsumptio & fictio in quibus differant inter se,ibid.n.243. & seqq. ead.
Præsumptio siue iuris , siue hominis, admittit probationem in contrarium,ibid n.246. ead.
Præsumptio iuris , & de iure , non admittit probationem in contrarium,ibid.n.247. ead.
Præsumptio iuris , & de iure , admittit in contrarium partis confessionem, ibid.n.248. ead.
Præsumptio an , & quando cum fictione concurrere possit, ibid.n.243. ead.
Præsumptio quibus verbis denotetur,& quibus fictio,n.243. vbi remissiuè. ead.
Præsumptio est plus quàm suspicio , ibid.num.251. & seqq. ead.
Præsumptio oritur ex pluribus suspicionibus,n. 252. ead.
Præsumptio inducitur ex grauioribus indiciis,quàm suspicio, ibid.n.254. p.167
Præsumptio & coniectura differunt in effectu,ibid.n.258 & 259. ead.
Præsumptio nascitur ex coniecturis, ibid.n.258. ead.
Præsumptio,& argumentum,in quibus differant,ibid.n.260. ead.
Præsumptio appellatur in iure quandoque indicium, ibid.n. 264. ead.
Præsumptio & argumentum idem sunt,ibid.n.271. p.168
Præsumptio,& suspicio idem sunt , ibid.n.272. ead.
Præsumptio,& coniectura,idem sunt, ibid.273. ead.
Præsumptio vna tollit aliam,q.38.n.111. p.207
Præsumptio exclusiua delicti, est præferenda inclusiuæ,ibid. n.112. ead.
Præsumptiones,& indicia,etiam indubitata non sufficiunt ad condemnandum reum in pœnam ordinariam,q.40.n.15. p.230
Præsumptionem habens contra se,debet contrarium probare per dilucidiores,& clariores probationes,q.41.num.9. p.233.
Præsumptio iuris transfert onus probandi contrarium in aduersarium,q.47.n.52. p.301
Præsumptio iuris non solùm releuat ab onere probandi , sed etiam dicitur liquidissima probatio,ibid.292.Fallit,quando probatio est requisita specialiter à statuto,numer.295. p.321
Præsumptiones etiam violentæ non sufficiunt in criminalibus ad condemnādum,q.50.n.37.Fallit in delictis de nocte commissis seu aliàs occultis , & difficilis probationis, n.38. Et nihilominus ex præsumptionibus nunquam deuenitur ad condemnationem,nisi in pœnam extraordinariam,n.39. p.347

Præsumptio probata non sufficit ad condemnandum quem in pœnam ordinariam, q.52.n.66. p.367
Præsumptio immemorabilis, quanto tempore inducatur, q. 47.n.11.&.& seq. p.306
Princeps non debet eum, qui in suis literis confidit, decipere, q.29.n.5. p.39
Princeps solus dat saluos conductus, & non alius, ibid.n.20. p.49.
Princeps non potest facere, vt quis torqueatur sine legitimis indiciis, q.37.n.74.& seqq. p.179
Principis iussus an excuset Iudicem,& in quibus, vide suprà, verbo, *Index*.
Princeps, nec etiam de absoluta potestate potest reo defensiones denegare, q.39.n.18.& n.123.pag.212.& 223. Et quando princeps mandat aliquem torqueri denegata defensione, eius mandatū intelligendū est de defensione ciuili, non autem naturali, n.19. Item de defensione friuola, & leui, non de substantiali, n.20. Et licèt contrà, n.21. verior tamen est prima opinio, n.22. p.112
Princeps licèt non possit tollere defensionem, quæ est de iure naturali, bene tamen potest tollere ipsius formam, & quoad exceptiones inductas à iure ciuili positiuo, ibid.n. 23. ead.
Princeps potest ex iusta causa defensiones tollere, sed quæ proposita dicatur iusta causa, ibid.n. 24. ead.
Principi asserenti se offensum à suo vassallo non creditur, q. 46.n.102. p.290
Priores ciuitatis, consiliarij, seu Antiani, an, & quando torqueri possint, & de materia, vide suprà, verbo, *Decuriones*.
Priuati carceris materiam vide suprà, verbo, *Carceris priuati*, per plures versiculos.
Priuilegia in corpore iuris clausa nunquam censentur sublata per generalem derogationem priuilegiorum, quæst.27. n.82. p.13
Probatio & præsumptio specialis præfertur præsumptioni & probationi generali, q.31.n.24. p.84
Probabilis præsumptio, vel coniectura quæ dicatur, & quæ temeraria, vide suprà, verbo, *præsumptio*, & verbo, *coniectura*.
Probabile quid dicatur, q.36.n.171. p.163
Probatio pluribus modis à Doctoribus diffinitur, seu describitur, ibid.n.4. & seqq. p.156. Vbi referuntur diffinitiones.
Probatio est rei dubiæ per argumenta ostensio, ibid.num.5. ead.
Probatio est extrinseca demonstratio rei dubiæ per modos à iure statutos, ibid. n.6. ead.
Probatio est rei dubiæ per testes, vel instrumenta, & plerumque per indicia, & præsumptiones ostensio, ibid.n.7. ead.
Probatio est fides veri legitimis modis, & temporibus facta cognitori causæ, ibid.n.8. ead.
Probatio est ostensio rei dubiæ per legitimos modos Iudici facienda in causis apud ipsum Iudicem controuersis, ibid. n.9. ead.
Probationum plures distinctiones referuntur, ibid.nu.11. & seqq. Alij enim dixerunt esse quinque probationum species, n.12. Alij duodecim, n.13. Alij sex, num.14. & n.18. ead.
Alij nouem, n.15. Alij decem, n.16. Alij septem, n.17. ead.
Probatio alia est plena, alia semiplena, ibid n.19. ead.
Probatio plena est illa, quæ tantam fidem facit, quantùm ad finiendum controuersiam sufficit, ibid.n.20. ead.
Probatio semiplena est ea, per quam rei gestæ fides aliqua fit Iudici, sed non tanta, vt iure eam debeat sequi in sententia, ibid.n.21. ead.
Probatio semiplena inducitur quatuor modis, nempe per depositionem vnius testis de visu, per comparationem literarum, per scripturam priuatam, & per præsumptionem non vrgentem, ibid.n.22. ead.
Probatio alia est vera, alia præsumptiua, ibid.n.24. ead.
Probatio alia est inartificialis, alia artificialis, ibid. n.24. ead.
Probatio inartificialis est ea, in qua nominatim sine hominis arte reperitur quod intendimus, ibid.n.25. ead.
Probatio artificialis est ea, quæ tota in arte consistit, & versatur, ibid.n.26. ead.
Probatio alia euidentissima, alia euidens, & alia minùs euidens, ibid.n.23. ead.
Probatio euidentissima est ea, quæ fit per priuilegia, vel per instrumenta indubitata, ibid.n.23. ead.
Probatio minùs euidens est ea, quæ fit per testes, vel per facti euidentiam, ibid.n.23. ead.
Probatio minùs euidens est ea, quæ fit per hominis coniecturas, ibid. num.23. ead.
Probatio semiplena in criminalibus, an inducatur ex semiplena probatione in ciuilibus, ibid.n.227. & sequentibus. p.165.
Probatio semiplena nunquam inducitur ex argumentis, & coniecturis, ibid.num.233. Sed contrà, num.234.& seqq. p.166
Probatio, quæ oritur ex coniecturis, dicitur euidentissima, ibid. n.256. p.167
Probatio vbi est difficilis, recipitur ea, quæ haberi potest, q. 46.n.38. p.286
Procurator an dicatur aduersarius, & inimicus illius, contra quem procurat, q.49.n.73.& seqq. p.338.& 339
Prohibito vno, censentur omnia prohibita, per quæ deuenitur ad illud vnum, q.39.n.138. p.224
Prohibitum vna via, non debet permitti per indirectum alia via, q.42.num.17. p.245
Prohibito vno censetur prohibitum omne illud, per quod denenitur ad illud vnum, q.47.n.42. p.300
Prohibere delictum an, & quando quis teneatur, vide suprà, verbo, *Obuiare*, & infrà, verbo, *Reuelare*.
Promittens factum alienum, non excusatur faciendo suum posse, q.34.n.16. sed contrà, n.17. p.127
Promissio omnis intelligitur, & habet in se tacitam conditionem, rebus sic stantibus, & nihil de nouo superueniente, ibid.n.42. p.131
Promissio omnis etiam iurata non trahitur ad ea, ad quæ si promittens fuisset in specie interrogatus, minimè se obligasset, ibid. n.43. ead.
Promissio omnis intelligitur, nisi superueniat iusta causa contraueniendi, ibid.n.52.
Proximè banniendus habetur pro bannito, ibid.num.55.pag. 132
Publicus latro, & nocturnus agrorum depopulator, non gaudent immunitate ecclesiastica, quæstion.28. numer.50. p.32.
Punibile non est omne id, quod illicitum est, quia pœna non habet locum, nisi in casu à iure expresso, quæst.31.n.108. p.91

Q

QValitas allegata per reum in sua confessione, est probanda, aliàs condemnabitur non obstante confessione qualificata, q.32.n.60. p.105
Querela partis sufficit ad capturam de generali consuetudine, q.27.nu.120. sed contrà, n.122. Declara, vt in n.121. p.18.
Cætera ad materiam vide suprà, verbo, *Capi*, & verbo, *Captura*, in discursu.
Querelans aliquem de vulnere, aut offensione dicitur testis in causa propria, & ei non creditur, quia ex tali querela facit se inimicum querelanti, quæst.46.n.12. p.283
Querelanti, seu accusatori contra querelatum, seu accusatum minimè creditur, ibid.n.93 & seqq. p.290
Querelantis inculpatio, nec etiam ad inquirendum facit indicium, ibid.n.96. ead.
Querelantis inculpatio nec etiam ad capturam sufficit, ibid. n.97. ead.
Querelanti non creditur, etiam quòd sit examinatus vt testis, ibid n.90. ead.
Querelanti, & accusatori non creditur, etiam quòd eius dictum fuerit confirmatum in tortura, ibid.n.99. ead.
Querelans, & accusator si offerat se velle stare cum reo in tortura non est acceptanda talis oblatio, ibid. num. 101. ead.
Querelanti, seu accusatori non creditur, etiam quòd princeps sit, ibid.n.102. ead.

Querela porrecta diu post delictum commissum præsumitur calumniosa, ibid.n.103. ead.

R

RAptæ confessio,& inculpatio,an faciat indicium contra rapientem,q.43.n.80.94.& 99. p.259.260.& 261
Raptores virginum & adulteri confugientes ad Ecclesiam, possunt ab ea extrahi de iure ciuili,q.28.n.17. sed quid de iure canonico,n.19.& seqq. pag.28
Ratificare si nolit reus confessionem factam, potest ad id cogi per torturam,quando hoc verum sit,& de materia,vide in q.38.n.19.& seqq.pag.196.& infrà,verbo,*Torqueri potest reus.*
Ratificatio non requiritur in tortura testis, quæst.39.n.139. pag.224
Ratio naturalis habet vim legis,ibid.n.126. pag.223
Ratione vna cessante ex duabus rationibus, in quibus dispositio fundata est,non cessat ipsa dispositio,quæst.28.n.55. pag.33
Receptatores delinquentium puniuntur eadem pœna, qua sunt puniendi delinquentes receptati, q.30.num.95. sed verius dic, pœnam esse arbitrariam, sub num.94 & 96. pag.66.& 67
Receptans eum, qui fracto carcere aufugit, tenetur eadem pœna,qua tenebatur is carcerum effractor, ibid.num.98. sed verius dic,quòd punitur pœna arbitraria,n.99. & hæc pœna arbitraria erit mitior, si receptatus erat consanguineus,d.n.99.& seq. pag 67
Receptans bannitum,seu alium delinquentem, mitiùs punitur,si receptans erat consanguineus receptantis,ibid.n.99. & seqq. ead.
Receptans & occultans domi suæ debitorem, ne capiatur ab exequutoribus, an teneatur ad interesse creditori, q.32. num.16. pag.101.
Regulam iuris habens pro se, dicitur habere intentionem fundatam,q.39.n.120. pag.222
Relaxatus sub cautione de repræsentando & fugiens habetur pro confesso,quæst.30.n.78.sed contrarium est verius, num.79.& seq. Pag 65
Relaxatus ex carcere sub promissione & iuramento de redeundo, non potest non redire sine peccati labe & periurio,ibid.n.91. Pag 66
Relaxatus sub cautione de se repræsentando, non potest dicere de nullitate capturæ,q.27.n.150. pag.22
Relaxari an & quando debeat carceratus cum fideiussoribus, & quando non, & de materia vide suprà, verbo, *Carceratus.*
Remota indicia quæ dicantur, & quæ proxima, dixi suprà, verbo, *Indicium.*
Renunciare reus non potest defensionibus suis, q.39.n.51. Sed contrà,n.52.& 53. Vbi præsertim in enormibus. Prima tamen opinio est verior,& communior,n.54.Vbi ampliatur etiam quòd in renunciatione interuenerit iuramentum. pag.215
Renunciare potest reus suis defensionibus, adiecta causa, quia scilicet scit nullam sibi competere defensionem,ibid. n.55. Sed contrà,n.56.vbi quòd malè faciunt Iudices iudicantes reos ad sic renunciandum. ead.
Renuncians suis defensionibus potest suam renunciationem reuocare,& sic potest illum pœnitere,& se defendere,ibid. num.57. pag.216
Renunciare potest reus suis defensionibus, quando constat eum nullas habere defensiones, secus si constat contrarium,videlicet quòd defensiones habeat:sed quid si sumus in dubio,ibid.n.58.59.& 60. ead.
Renunciare potest reus suis defensionibus, quando est repertus in flagranti crimine, vel delictum est notorium, ibid.num.61. ead.
Renunciare potest suis defensionibus reus confessus, ibid. num.52. ead.
Renunciare potest suis defensionibus latro famosus, vel assassinus, quando iam constat eos esse tales secus si solùm sint inquisiti,vel imputati de hoc,ibid.n.63.& 64. ead.
Renunciare potest quis suis defensionibus,vbi non agitur de pœna corporali,ibid.num.65.& 66.ead.Vbi etiam quid si agatur de pœna infamiæ.
Renunciare non potest reus suis defensionibus introductis à iure naturali,vel gentium, secus defensionibus, quæ sunt de apicibus iuris,vel statutorum,ibid.n.67. pag.217
Repetitio torturæ, an, & quando, & quomodo dari debeat, vide infrà,verbo, *Tortura.*
Res parua quot modis dicatur,q.49.n.14. pag.355
Resistere non dicitur,qui non deuenit ad manualem actum, quæst.32.n.45. pag.104
Resistere an,& quando liceat Iudici, & eius Officialibus, ac exequutoribus, vide suprà,verb.*Birroary*, in discursu, & verb.*Iudici & eius Officialibus.*
Resisti potest Iudici torquenti illum,qui de iure torqueri non debebat.q.41.n.99. pag.141
Responsio subsequens declarat qualitatem præcedentis interrogationis,q.40.n.24. pag.251
Reuelans carceratorum conspirationem de frangendo carceres gaudet impunitate delicti, pro quo detinebatur: ac etiam conspirationis, si in ea particeps fuit, q.30.n.193. & seq. pag.78
Reuelanti sub spe impunitatis sibi debitæ à iure,vel promissæ à Iudice,nihil creditur contra nominatos,qnæst.43.num. 192. pag.271
Reuelare delictum,an,& quando quis teneatur, & de materia vltra hîc posita,vide suprà,verb.*Obuiare*, per totum, in discursu.
Reuelare delictum nemo tenetur,q.51.n.7. pag.350
Reuelare fures, malefactores, seu alios delinquentes nemo tenetur,ibid.n.12. Limita primò, vt procedat de iure ciuili secus de iure canonico,n.13. Sed contrà,n.14.Limita secundò,vt quis teneatur reuelare furem, & delinquẽtem priuato, seu Iudici ad instantiam priuati inquirentis secus Iudici procedenti ex officio, num.15. pag.351. Sed contrà,num.16. Limita tertiò, quia latrones quis reuelare tenetur,num.17. Sed contrà,num.18. Limita quartò,quia valent bannimenta contra non reuelantes delicta, n.19. Sed quæ pœna possit imponi in his bannimentis, n.20. Sublimita omnes supradictas limitationes non procedere, quando quis sciuisset furtum,& delictum ab eodem fure, & delinquente, qui hoc sibi in confidentiam reuelasset, nam tunc non tenetur quis amicum prodere, num.21. Sed contrà,num.22. ead.
Reuelare delictum committendum in patrem, seu dominum, an, & quando teneatur filius, seruus, vel subditus, ibid.n.26.& seqq. ead & 352
Reuelare delicta quis tenetur in crimine parricidij, ibid. num.39. pag.352
Reuelare tractatum factum contra Episcopum, & Abbatem tenentur Clerici,& Monachi, ibidem, numer.59.& 60. pag.353
Reuelare delicta vbi quis tenetur intelligitur, dummodo constet de illius scientia,aliter secus, cùm in dubio ignorantia præsumatur, ibid.n.61.ead. Et non sufficit simplex scientia,sed debet esse verisimilis,& probabilis,n.62. Sed quid,si quis delictum audiuerit ab vno tantùm, an teneatur illud reuelare,cùm scientia non sit certa, vide in d.nu. 62.& seqq. pag.354
Reuelare vbi quis tenetur delictum committendum, & non reuelat,non punitur,nisi sequuto delicto, aliàs secus, ibid. num.66. ead.
Reuelare delictum vbi quis tenetur, non tamen tenetur reuelare personam delinquentis,ibid.n.67. ead.
Reuelare delictum, & illi obuiare vbi quis tenetur, non obuiando & non reuelando non punitur pœna ordinaria principalis delinquentis, sed alia mitiori extra ordinem,& Iudicis arbitrio,ibid.n.68. ead.
Reuelare an,& quãdo quis teneatur tractatum factum contra Principem, & non reuelando, an,& qua pœna puniatur,& de materia, ibid.n.69. & sequentib.vsque ad n.92. à pag.354.ad 357.
Reuelare an,& quãdo quis teneatur illud crimen, quod probari non potest,ibid.n.75.& seqq. pag.355
Reuelare confessionem an, & quando possit Sacerdos, vide infrà,verbo, *Sacerdos.*

Reuertendi animum habens fugere non dicitur,& de materia,quæst.30.num.50.& seqq. pag 61
Rei criminis læsæ maiestatis non gaudent immunitate ecclesiastica,q.28.n.72. pag 13
Reus ab Ecclesia extractus per Iudicem secularem, potest corporali pœna puniri,ibid.n.77. ead.
Reus in capitalibus nunquam absoluitur, nisi ipso constituto in carceribus,q.33.n.68. pag.121
Reus sub fideiussore relaxatus non potest ampliùs molestari,nisi nouis superuenientibus indiciis,q.34.n.64. p.133
Reus an, & quando teneatur respondere positionibus pro parte accusatoris in actis productis,q.37.n.176. p.190
Reus non respondens,vel non præcisè respondens Iudici interroganti, potest torqueri ad habendum respõsionem affirmatiuam vel negatiuam,ibid.n.177.& seq.ead. Amplia primò, vt si in tortura fateatur delictum, potest ex hac confessione condemnari, n.178. Amplia secundò, vt ad respondendum reo non sit concedenda dilatio ad deliberandum,n.179 Declara ampliationem,vt n.180. Amplia tertiò, etiam in reo non præcisè respondente super circumstantiis ipsius delicti substãtialibus, nedum super ipso principali delicto,num.182. pag.191
Licèt alij contrà,num.181. Limita primò,dummodo contra reum non præcisè respondentem adsint aliqua indicia, aliter secus,n.183. ead.
Limita secundò, dummodo constet de corpore delicti, aliter secus,n.184.Limita tertiò,quando reus habet pro se verisimilem obliuionis præsumptionem, n.185. Limita quartò,quia tortura debet esse moderata,n.187. Limita quintò, quando reus haberet aliquam legitimam causam non respondendi,n.188.& seqq. Vbi etiam quæ in proposito dicantur legitimæ causæ,ead. Limita sextò in causis pecuniariis, & in delictis leuibus, in quibus reus pro habenda responsione affirmatiua, vel negatiua non torquetur, sed vel mulctatur,vel habetur pro confessio,n.191. p.192
Reus an,& quando possit de consociis & complicibus interrogari, & quando interrogatus faciat indicium ad torturam,& de materia,vide infrà,verbo,*Socius criminis*.
Reus est fauorabilior,quàm fiscus,q.23.n.14. p.252
Reus qui in tortura varia dicit, potest ob talem variationem sæpius torqueri q.52.num.25.Declara,dummodo tortura fuerit illata legitimis præcedentibus indiciis, aliàs secus, num.26. pag.364
Rumpens cautionem de non offendendo,punitur Iudicis arbitrio,q.29.n.14.& 16. pag 40.& 41

S

SAcerdotes & presbyteri, quando torqueri possint, vide suprà,verbo,*Clericus*.
Sacerdos reuelans confessionem deponitur, & detruditur in monasterium,q 51.n.95. pag.357
Sacerdoti reuelanti confessionem non creditur in præiudicium cõfitentis in iudicio,aut extra,& talis reuelatio nullum facit indicium,aut probationem,ibid.n.96. ead.
Sacerdoti facta confessio, non probat contra confitentem, etiam quòd ea probetur per testes, qui audiuerunt dictam confessionem tempore,quo confitens confitebatur Sacerdoti peccata sua,ibid.n.97. ead.
Sacerdoti facta confessio, nec etiam probat in causa matrimoniali,ibid.n.98. ead.
Sacerdos non potest reuelare delicta commissa per confitentem, etiam quòd atrocissima sint, vtputà læsæ maiestatis, diuinæ vel humanæ,ibid.n.99.& seq. ead.
Sacerdos non potest cogi, etiam de mandato Papæ,ad reuelandum confessionem,ibid.n.101. ead.
Sacerdos examinatus medio iuramento super iis, quæ sibi confitens dixit, potest sine periurij, & alicuius pœnæ incursu respondere se nihil scire, & est ratio, quia id quod scit,vt Deus scit,& non vt homo,ibid.n.102. pag.358
Sacerdos potest reuelare delicta committenda per confitentem,ibid.n.103 Contrà,n.104.Distingue,vt prima opinio procedat, quando confitentem non pœniteat,& dicat se non posse resistere tentationi, & quòd delictum exequetur.Secunda autem opinio procedit,quando cõfitens pœnitens promittit Sacerdoti se nolle ampliùs illud delictum committere,& propterea pœnitentiam recipit,n.105.ead.
Sacerdos potest reuelare delicta committenda per confitentem, quando de illis habuit notitiam aliunde quàm ex confessione, ibid.n.106. Debet tamen Sacerdos probare talem notitiam aliunde,n.107. Et illam non probans punitur,vt in num.108. ead.
Sacerdos potest reuelare delicta, quæ erant committẽda per confitentem etiam pœnitentem,quando in tractatu interuenerunt alij complices,qui possunt delictũ exequi etiam sine confitente,ibid.n.109. ead.
Sacerdos in casu,in quo potest reuelare delicta committenda per confitentem, non tamen debet reuelare delinquentes,& illorum nomina,ibid.n.110. ead.
Sacerdos potest reuelare confessionem de licentia confitentis, ibid.n.111.ead. Et creditur sacerdoti asserenti se habuisse talem licentiam à confitente,n.112. dummodo tamen ipse Sacerdos sit bonæ famæ,item quòd medio iuramento hoc asserat, & quòd confitens non contradicat, num.113. pag.359
Sacerdos potest reuelare sibi dicta non actu confessionis sacramentalis,sed sub sigillo confessionis,ibid.n.114. Declara,vt num.115. ead.
Sacrilegi non gaudent immunitate templorum, q.28.n.21. pag.28
Sacrilegium cõmittit,qui clericum percutit,ibid.n.29. p.30
Sagittam emittens, seu sclopum ex loco profano in ecclesiam,potest in ipsa Ecclesia capi,ibid.n.61. pag.35
Saluus conductus omnibus seruandus est, q.29.n.1.& seqq. p.38.sed contrà,n.4. pag.39
Saluus cõductus perpetuus etiam seruari debet,ibi.n.2. ead.
Saluus conductus in pluribus non fuit seruatus,ibi.n.4. ead.
Saluus conductus etiam hosti concessus seruandus est, ibid. num.6. ead.
Saluus conductus non est seruandus bannitis, ibid. sub n.4. sed contrà,sub n.5. ead.
Saluus conductus seruandus non est reo criminis læsæ maiestatis,ibid. ead.
Saluus conductus taliter seruandus est,vt qui de eius validitate dubitat,crimen sacrilegij cõmittat,ibi.n.3.in fin. ead.
Saluus conductus concedi potest etiam in casu, in quo gratia fieri non potest,ibid.n.10. ead.
Saluamguardiam infringens, quomodo puniatur, ibid.n.15. & seq.vbi declaratur materia. pag.40
Saluus conductus etiam debitori concessus, seruandus est, ibid.n.20.& seqq. pag.41
Saluus conductus debitori concessus, non extenditur ad debita iurata,ibid.n.22. ead.
Saluus conductus debitori concessus, non extenditur ad debitum ex causa delicti,ibid.n.23. pag.42
Saluus conductus concessus debitori, non extenditur ad debita fiscalia,ibid.n.24. ead.
Saluus conductus concessus debitori,non extenditur ad eius fideiussorem,ibid.n.25. declara,vt in n.26. ead.
Saluus conductus debitori concessus,non facta mentione de alio saluo conductu, seu dilatione habita,non valet,ibid. num.31. pag.43
Saluus conductus debitori concessus lite pendente cum creditore,est subreptitius,& non seruatur,ibid.n.33. ead.
Saluus conductus subreptitius debitoribus concessus seruatur in Vrbe, licèt bene ad Principem recurratur pro eius reuocatione,ibid n.32. ead.
Saluus conductus debitori concessus,non trahitur ad delicta priuilegiata,ibid.n.34. ead.
Saluus conductus debitori concessus non trahitur ad debitum ex causa locationis & conductionis,ibid.n.35. ead.
Saluus conductus debitori concessus non trahitur ad debitum ecclesiasticum,ibid.n.36. ead.
Saluus conductus debitori concessus non trahitur ad debitum pupillare,sed contrà,ibid.n.37. ead.
Saluus conductus debitori concessus non trahitur ad debita facta de recenti,& in fraudem,ibid.n.38. ead.
Saluus conductus fauorabiliter & latè interpretandus est, ibid. n.39. & seq. maximè si sit concessus liber & plenus saluus conductus,n.40. ead.

Saluus conductus recipit interpretationem à petitione,ibid. n.41. p.44
Saluus conductus recipit interpretationem à coniecturata mente concedentis, ibid.n.42. ead.
Saluus conductus recipit interpretationem à declaratione concedentis,ibid.n.43. ead.
Saluus conductus recipit interpretationem à declaratione eius,cui conceditur,n.44. ead.
Saluus conductus recipit interpretationem à poteſtate concedentis,ibid.n.45. ead.
Saluus conductus verba quando ſunt clara, tunc non recipit aliquam interpretationem contra lecturam verborum, ibid.n.46. ead.
Saluus conductus pro ſe & ſociis, comprehendit etiam Iudæos,ibid.n.47. ead.
Saluus conductus pro ſe & ſociis,non comprehendit ſocium hæreticum,ſeu alium infidelem, ibid.n.49. ead.
Saluus conductus pro ſe & ſociis,eſt ſeruandus,etiam quòd illi ſocij vadant ſine principali, ibid.n.50. ead.
Saluus conductus vni conceſſus,extenditur etiam ad eius familiam,ibid.n.51. ead.
Saluus conductus vni conceſſus,extenditur ad vxorem ead. n.52. p.45
Saluus conductus conceſſus extenditur etiam ad delicta occulta,de quibus quis condemnatus non fuit,ibid.n.57. verſ.& quando. ead.
Saluus conductus datus pro eundo,cenſetur etiam datus pro redeundo,ibid.n.53.niſi ex ſubiecta materia aliud ſuadeatur,n.54. ead.
Saluus conductus conceſſus pro eundo,prodeſt etiam quando quis domi permanet ſe itineri accingendo, n.55. ead.
Saluus conductus non eſt ſeruandus ei,qui dolo illud impetrauit,ibid.n.56. ead.
Saluus conductus trahitur etiam ad delicta non expreſſa, ſi minora ſint expreſſis, ibid.n.57. ead.
Saluus conductus non trahitur ad delictum, vel ad debita futura, ibid.n.58. ead.
Saluus conductus non eſt ſeruandus ei,qui poſt ſaluum cõductum noua commiſit delicta, ibid.n.59. & 60.ead.declara,niſi ex cauſa prouocatus delinquat, n.61. p.46
Saluus conductus non prodeſt ei, qui concedentem offendit,vel offenſionis cauſam dat, ibid.n.60. p.45.
Saluus conductus non obſeruatur ſuperueniente noua cauſa,ibid.n.62.& ſeq.declara,vt in n.64. p.46
Saluus conductus poteſt reuocari ex cauſa publicæ vtilitatis,ibid.n.64 declara vt in n.64. ead.
Saluus conductus non obſeruatur ei,qui promiſſa non adimpleuit,ibid.n.65. p.47
Saluus conductus pro ſe & ſociis, non extenditur ad ſocios caſu ſe aſſociantes in itinere cum aſſecuraro, ib.n.66. ead.
Saluus conductus eundi & redeundi, non intelligitur datus, niſi pro vna vice,ibid.n.67. Amplia, etiam quod in eo ſit appoſita dictio,*ſemper*,num.68. Sed contra,nu.70.& 71. ead.
Vbi reſpondetur contrariis,limita ſi ſit dictum,toties quoties, quia tunc intelligitur de pluribus vicibus,n.69. Limita in ſaluo conductu cõceſſo ad certum tempus, vel ad certum negotium, quia intelligitur de pluribus vicibus, durante dicto tempore,vel negotio,n.72. ead.
Saluus conductus ad beneplacitum conceſſus,expirat morte concedentis,vel eius iuriſdictione finita, ibid.n.73. fallit, niſi in eo ſit dictum,quòd duret,donec fuerit reuocatum, quia tunc requiritur expreſſa reuocatio,nec expirat morte,aut iuriſdictione finita,n.74. p.48
Saluus conductus expirat ceſſante cauſa, propter quam fuit conceſſus, ibid.n.75. & ſeq. intellige vt expiret non ipſo iure,ſed opus ſit reuocatione,n.77. ead.
Saluus conductus debitori conceſſus ob paupertatem,ceſſat durante paupertate,ibi.n.76. ead.
Saluus conductus conditionalis, conditione non purificata ceſſat,ibid.n.78. ead.
Saluus conductus etiam quòd dari non debuerit,datus tamé ſeruari debet,ibid.n.95.& n.96.licèt aliqui contrarium dixerint,n.96. p.50
Saluus conductus non eſt ſeruandus,ſi eſt datus contra ſtatuti prohibitionem, ibid.n.79. ead.
Saluus conductus datus à non habente iuriſdictionem illum concedendi,ſeruandus non eſt,ibid.n.98.& ſeqq. ead.
Saluus conductus datus ab Aduocato fiſci,ſeruandus non eſt, ibid n.99. ead.
Saluus conductus poteſt concedi etiam ab inferioribus à Principe, ſi in inueſtitura habent iura imperij, ibidem, numero 104. p.52.
Saluus conductus à quo concedi poſſit, vide diſtinctionem Nelli, in tract. de bannit.de quo ibid.n.108. ead.
Salui conductus materia latè tractatur per Magalott.in tract. de ſecurita.& ſaluo conductu,ibid.n 111. ead.
Saluo conductui nemo credere tenetur,quando agitur de periculo vitæ,q.34.n.72.& ſeqq. p.134
Saluus conductus eſt fragilis cautela, ideo ei non eſt confidendum,ibid.n.73. ead.
Saluum conductum habens,nec directè,nec indirectè moleſtari debet,q.29.n.3. p.39
Saluus conductus an ſit ſeruandus hæreticis,ibidem,num.9. ead.
Saluum conductum habentem qui offendit, incurrit in crimen læſæ maieſtatis,ibid.n.12.Non tamen punitur pœna mortis,niſi morte ſequuta;morte autem non ſequuta,punitur Iudicis arbitrio,n.13. ſed contrà,n.14.declara,vt n. 15.& ſeqq. p.40
Saluum conductum debitoribus concedere poteſt Iudex ad tempus & ex cauſa,aliter ſecus,ibid.n.21. p.21
Saluum conductum ſeu dilationem ſi habeat debitor, an teneatur ſatiſdare de ſoluendo, vide ſuprà, verbo, *Debitor habens ſaluum conductum.*
Saluus conductus. an, & quando poſſit dari à Iudice, vide ſuprà,verbo,*Iudex regulariter non poteſt dare ſaluum conductum*,&c. & ſeq.
Saluum conductum Princeps ſolus concedit,& non alius,q. 29.n.80. p.49
Saluum conductum petere poteſt pro aliis delictis ille, qui citatus pro vno delicto, vult comparere,ibid.n.86. p.50
Saluus conductus ad tempus poteſt concedi à locum tenente Principis,ſecus in perpetuum,ibid.n.91. ead.
Saluus conductus non poteſt concedi ab inferioribus à Principe,ibid.n.202.ſed contrarium eſt verius,n.104.& num. 108.& ſequent.licèt aliqui diſtinxerint, vt in num. 107. p.52
Saluus conductus poteſt cõcedi à quolibet Senatu & à quolibet populo, & à qualibet ciuitate habente facultatem ardua explicandi, ibid.n.103. ead.
Saluus conductus poteſt concedi à Ducibus,Marchionibus, & Comitibus habentibus merum & mixtum imperium, omnimodum, iuriſdictionem & perpetuã adminiſtrationem,ibid.n.105.& n.109. ead.
Saluus conductus poteſt concedi à ciuitate,& aliis inferioribus habentibus poteſtatem condendi ſtatuta,ibid.n.106. ead.
Saluus conductus an poſſit concedi à feudatariis & Baronibus,ibid.n.110. ead.
Saluus conductus ad tempus poteſt concedi ab inferiore à Principe,ſecus in perpetuum ibid.n 92. p.50
Sanguis profluens ex cadauere occiſi coram aliquo facit contra ipſum indicium q. 36. n. 61. p.159
Sanguis ſecundus hominis eſt pecunia,q.49.num.quinto, p.334
Sanguis profluẽs ex cadauere occiſi ante conſpectum alicuius,an faciat contra ipſum indicium ad torturam, q.52.n. 154.& ſeqq. p.375
Scientia præſumitur eorum,quæ publicè fiunt, & dicuntur, q.47.n.171. p.311
Scire quis ſemper præſumitur facta illius,cum quo conuerſatur,q.52.n.90. p.369
Scire facta domus præſumuntur domeſtici, ibid. num.102. p.370
Secreto carceres ſi quis adeat,& carceratũ alloquatur,quomodo puniatur,& quando teneatur iſto caſu cuſtos,& de materia vide ſuprà,verbo,*Carceratum alloquens*. & ſeq.& verbo,*Cuſtos tenetur & punitur*, &c.
Securitatis conceſſæ à Principe materiam,vide ſuprà, verbo,

Semiplena probatio quæ sit,& quot modis inducatur, vide suprà,verbo,*Probatio.*
Semiplena probatio, vide supra, verbo, *Probatio semiplena.*
Semper,dictio,significat idem quod omni tempore,& omni casu,q.39.n.101. p.220
Semper,aduerbium,pluribus modis accipitur,de quibus in q. 29.n.70. p.47
Senatus quilibet,quilibet populus, & quælibet ciuitas,quæ ardua explicandi potestatem habet,etiam facultatem concedendi saluos conductus habet, ibid.n.103. p.52
Senes non possunt torqueri,q.41.n.24. Limita, dummodo sit decrepitus,aliàs secus,n.25. Licèt contrà,n.26. Sublimita, quia etiam non decrepitus non torquetur,quando est debilis,& imbecillis naturæ,n.27,quod totum remittitur arbitrio Iudicis,n.28.Sed vtcunque sit,semper senes, etiam non decrepiti,leuiter torquentur,d.n.25.& d.n.27. p.235.
Senes licèt non possint torqueri,bene tamen possunt terreri, & leuiter torqueri,ibid.n.29.ead.Vbi tamen quod hodie tutius est decrepitos nec etiam leuiter torquere.
Senes an,& quando torqueantur in criminibus exceptis,ibi. n.10.& seqq. p.234
Sententia non debet continere causam, & fatuus est Iudex, qui in sententia causam exprimit,q.3.n.8.fallit in decreto torturæ, n.9. p.195
Sequestrum tollitur satisdatione. Declara, vt in q.33.n.27. p.116.
Seruus potest carcerari à domino, & dominus non tenetur de priuato carcere,q.27.n.28. p.7
Seruus nec etiam torqueri potest, non legitimis præcedentibus indiciis,q.37.n.106.præterquam in nonnullis casibus specialibus, n.107. in quibus adhuc indicia requiruntur, sed leuiora,n.108. p.182
Serui regulariter possunt torqueri,q.41.n.1.Vbi idem de liberis,& statuliberis. p.233
Serui an, & quando possint torqueri in caput domini, seu aliorum,ibid.n.94. p.241
Serui possunt torqueri etiam in causa ciuili pecuniaria,q.42. n.29. p.240
Serui de se confessi delictum possunt de consociis interrogari,fautoribus,& mandatoribus, q.43.n.120. p.263
Serui faciliùs torquentur,quàm liberi homines, q.40.n.15. p.230
Serui, & famuli, an, & quando teneantur defendere suum dominum insultatum,& reuelare delictum contra ipsum committendum,q.51.n.26. & 27. p.351.& 352
Signum est res præter speciem,quam ingerit sensibus aliquid faciens ex se cognitionem venire, q.36.n.208. p.164
Signum aliud est necessarium, & aliud non necessarium, ibid.n.210. ead.
Signum aliud est naturale,& aliud non naturale,ibid.n.211. ead.
Signum naturale,& non naturale, quod sit,ibid.212. ead.
Signum,& argumentum quomodo inter se differant,ibid.n. 262. p.167
Signum,& indicium idem sunt,ibid.n.269. ead.
Signum,nota,vestigium,& coniectura,idem sunt,ibid.num. 274. p.168
Syndici dictum,iunctum cum fama,facit indicium ad torturam,q.47.n.21. p.298
Syndici,seu alterius Officialis denunciatio,an,& quale faciat indicium cõtra denunciatum,q.52.n.167.& seqq p.376. Et vide suprà verbo,*Denunciatio*,per totum.
Socius vnus custos carcerum tenetur in solidum ex culpa alterius custodis,q.31.n.53. p.86
Socius vnus custos carcerum non tenetur pro altero,quando inter se diuiserunt custodias, ibid.n.54. ead.
Socij criminis duo faciunt indicium ad torturam,etiam quòd sint singulares,q.37.n.35. p.174
Socius criminis in casibus,in quibus potest de cõsociis interrogari,in illis facit semper indicium ad torturam,& econtrà in casibus, in quibus non potest interrogari,non facit indicium,q.43.n.1.& 2. p.250
Socius criminis regulariter de consociis interrogari non potest,ibid.n.3. ead.
Socius criminis regulariter non facit contra nominatum indicium ad torturam, ibid.n.4. ead.
Socius criminis etiam examinatus,vt testis, non facit indiciũ ad torturam,ibid.n.5.Et quid si est examinatus, tanquam principalis quoad se,& testis quoad alios. Vide ibid.n.6. pag.251. Sed an isto casu faciat qualemqualem præsumptionem,n.7. vbi alia ad materiam. ead.
Socius criminis regulariter in criminalibus non recipitur in testem,& receptus non probat,ibid.n.8. ead.
Socius criminis non admittitur,etiam quòd veniat, vt accusator,ibid.n.9. ead.
Socij criminis exculpatio,an,& quando,& quomodo prosit exculpato. Vide suprà,verbo,*Exculpatio.*
Socius criminis sicut non probat contra socium,nec facit indicium, ita nec probat pro socio istum exculpando,quod quando verum sit, ibid.n.10.& seqq.vsque ad numerum 24. à p.251.ad 253
Socius criminis non facit indicium ad torturam,etiam quòd aliàs esset vir bonæ famæ,dignitatis,& æstimationis,ibid. n.24. p.253
Socius criminis non facit indicium ad torturam,etiam quòd sit clericus,ibid.n.24. ead.
Socius criminis nõ facit indicium ad torturam, etiam contra hominem malæ famæ in genere, ibid.n.25.contrà,n.26. Prima opinio procedit in criminalibus non exceptis: secunda autem in exceptis, n.27. ead.
Socius criminis non facit indicium ad torturam,etiam quòd perseuerauerit vsque ad mortem in suo dicto,ibid.n.28.& seqq. ead.
Socius & particeps criminis,dicitur etiam ratione connexitatis delictorum,vt ibid. n.31. p.254
Socius criminis facit indicium ad torturam,quando inquisitus in exceptionibus illum simpliciter dicit socium, quod quando verum sit & de materia,ibid n.32. & seq. ead.
Socij criminis duo aut plures non faciunt indicium ad torturam,ibid.n.34.& 36.præsertim si sint singulares, num.55. Contrà,quòd immò faciunt indicium ad torturam n.37. & 38.Vbi ampliat etiam quòd sint singulares. Dic quòd faciunt indicium ad torturam in casibus exceptis, in quibus potest quis de complicibus interrogari. Secus in non exceptis, & in quibus non potest de consociis interrogari,n.41.& 42. p.255
Socij criminis nunquam inducunt plenam probationem,nec vnquam reum conueniunt ad effectum,vt possit condẽnari,etiam in exceptis,ibid.n.39.& 40. p.254.& 255
Socius criminis an possit interrogari de consociis in crimine furti: & interrogatus an faciat indicium ad torturam, & quando,ibid.n.43. & seqq. ead.
Socius criminis, nec etiam in crimine falsi potest de consociis interrogari,ibid.n.47.& 48.ead. Declara,vt in nu.49. p.256.
Socius criminis non interrogatur de complicibus etiam in crimine homicidij,ibid.nu.50. Declara,nisi adsint indicia tractatus,n.51.Irem declara,nisi adsint indicia, quòd homicidium commissum sit cum pluribus, n.52. ead.
Socius criminis non admittitur in testem in crimine simoniç, quando criminaliter agitur,ibid.n.53. Licèt alij contrà,n. 55 Si verò agitur ciuiliter,admittitur particeps sceleris,& non muneris,secus particeps sceleris, & muneris,d.n.53. Item admittitur contra eum qui fecit simoniam,secus contra tertium,n.54. Item admittitur contra diffamatum, secus contra non diffamatum, d.n.54. ead.
Socius criminis facit indicium ad torturam in casibus exceptis,& in quibus potuit de consociis interrogari, ibid.numer.56.& 57.ead. Vbi etiam remissiuè qui sint isti casus excepti.
Socius criminis admittitur ad testificandum in crimine læsæ maiestatis,ibid.n.59.& 60.p.257.vbi quod admittitur tam ad inculpandum,quàm ad exculpandum.
Socius criminis admittitur in testem in crimine hæresis,ibid. n.58. p.256
Socij criminis admittuntur tam in conspiratione, & coniuratione contra Principem,quàm contra alium priuatum, ibid.n.61.& seq. p.257

Socius criminis admittitur ad testificandum in crimine falsæ monetæ,ibi.n.63. ead.
Socius criminis interrogatur, & torquetur de consociis in crimine latrocinij,ibi.n.64. ead.
Socius criminis admittitur in crimine assassinij, ibid. num. 65. p.258
Socius criminis admittitur in crimine sacrilegij, ibid.numer. 66. ead.
Socius criminis interrogatur, & torquetur in crimine maleficij,& mathesis,ibi.n.67. ead.
Socius criminis admittitur in delictis occultis, & vbi veritas aliter haberi non potest,ibid.num. 68.ead. Vbi ponuntur exempla.Contra, numer.73.Limita primam opinionem, dummodo delictum sit tale, vt soleat cum pluribus committi,aliter secus,num.74.Limita secundò dummodo veritas haberi non possit actu, vel habitu, & alij testes non interuenerint, ac interuenire non potuerint, aliter secus, n.77. p.259
Socius criminis si in delicto difficilis probationis aliquem nominat sponte,& non interrogatur, an talis nominatio faciat indicium ad torturam,ibid.num.74.in fine, vbi remissiuè. ead.
Socij criminis in casu difficilis probationis sunt testes omni exceptione maiores,ibidem, n.69.p.258. Sed contrà, n. 75.p.259. & hoc verius.
Socij criminis in delictis occultis admittuntur etiam ad plenam probationem, ibi.num.74. Sed contrà, numero 75. ead.
Socius criminis in delicto occulto, & difficilis probationis facit indicium ad torturam, etiam sine adminiculis, ibid. n.70.p.258.Contrà,n.75. p.259
Socius criminis, concurrentibus adminiculis, & præsumptionibus,sufficit ad condemnandum in casu difficilis probationis, ibid.n.72. Declara in pœnam extraordinariam, secus in ordinariam, & dummodo præsumptiones sint plures,& vrgentes,aliàs secus,n.76. ead.
Socius criminis in crimine adulterij potest de consociis interrogari, & facit contra nominatos indicium ad torturam,ead.num.78.& seqq.Contrarium enim, num.82.& seqq.ead.vbi respondetur contrariis. Pro resolutione dic quòd adulter potest de consociis,hoc est, lenonibus, & mediatoribus, interrogari, vbi adsunt indicia, quòd in adultero tales personæ interuenerint, & isto casu iunctis adminiculis, facit contra eos indicium ad torturam,aliter secus,n.85. p.260
Socius criminis facit indicium in crimine adulterij contra adulterantem, vel adulteratam,iunctis adminiculis,secus sine adminiculis,.ibi.n.88. ead.
Socius criminis an faciat indicium in crimine sodomiæ,vide in verbo, *Sodomitati confessio*,& seqq.
Socius criminis an faciat indicium ad torturam in crimine stupri, vide suprà, *Stupratæ confessio*.
Socius criminis admittitur in testem in causa lenocinij, ibid. n.102. p.261
Socij criminis an admittantur in testes in crimine suppositi partus,ibid.n.103.& seq. ead.
Socius potest de consociis interrogari in delictis, quæ committuntur ad commodum delinquentis:secus in iis, quæ in alterius odium, & offensam, ibid. n.105. Sed hæc distinctio reprobatur,n.106. ead.
Socius criminis de consociis interrogatur in delictis, quæ regulariter & de sui natura solent cum pluribus committi,ibidem, num.107.109. vbi respondetur contrariis, p.262
Socius criminis interrogatur de consociis, etiam quòd delictum de sui natura non soleat cum pluribus committi, dummodo adsint indicia: quod alij in eo interuenerint, ibid.n.110. ead.
Socius criminis admittitur in testem, etiam quoad plenam probationem,quando agitur ciuiliter,ibid.n.111. contrà, n.112.113.& 114.ead.& pag. 263.Dic quòd admittitur non quoad plenam probationem, sed tantùm quoad præsumptionem, num. 115. Vel melius dic,quòd etiam admittitur quoad plenam probationem, si sit emendatus de crimine,aliàs secus,n.116.& sequenti. p.263
Socius criminis potest de consociis interrogari, quando proceditur ex officio,& per viam inquisitionis,ibi.n.118.Sed contrarium verius,n.119. ead.
Socius criminis potest de consociis interrogari, si est seruilis conditionis,ibi.n.120. ead.
Socius criminis an. & quando possit admitti in testem à statuto,& aliàs ad materiam huius statuti.ibid.numero 121. & seq. ead.
Socius criminis hodie de generali consuetudine interrogatur in omni casu de consociis,& indistinctè facit indicium ad torturam,ibid.num.123.eadem.Sed contrà,num.124. p.264.
Socij criminis nominatio facit indicium ad inquirendum, ibid.n.125. Contrà, n.126.Dic,quòd cum adminiculis indistinctè facit indicium etiam in non exceptis,n.127.& 128. Vbi etiam isto casu quale debeat esse adminiculum. Item ad assumendas informationes pariter indistinctè facit indicium etiam in non exceptis, n.129.ead. Ad formandam verò, vel ad transmittendam inquisitionem facit indicium in exceptis, secus in exceptis, numero 130. p.265
Socius criminis interrogatus de consociis potest torqueri, si recusat eos nominare,quando adest contra eum præsumptio scientiæ,aliàs secus,ibi.n.131. ead.
Socius criminis debet interrogari de consociis in genere,non autem in specie de aliqua certa persona,nisi adsint specialia, & manifesta indicia contra illam certam personam, ibid.n.132.& 133. ead.
Socius criminis non facit indicium ad torturam, nisi suum dictum condemnauerit in tortura ibi.n 134.& seq. Licèt alij contra,d.n.134 in fi.ead. Nec sufficit quòd deponat statim depositus à tortura, prout aliqui voluerunt relati, n.136.Immò tortura debet esse specialis,vt n.137. Sufficit tamen leuis tortura,vt ibi.n.139. p.266
Socius criminis facit indicium ad inquirendum,etiam quòd non deposuerit in tortura, ibi.n.135. ead.
Socius criminis non facit indicium, nisi depositionem suam in tortura emanatam sponte ratificet,ibidem,numer.138. ead.
Socius criminis non facit indicium, nisi deponat ad faciem nominati,ibi.n.140. ead.
Socius criminis non facit indicium, nisi eius dictum fuerit tormento speciali firmatum,ibid.num.141.Sufficit tamen hoc iuramentum quandocunque interuenire vel ante,vel post torturam,n.142. Vel melius dicas in hoc attendendam esse & consuetudinem,num.143. Et apud nos sufficit generale iuramentum de veritate dicenda, & aliàs, vt in n.144. ead.
Socij criminis nominatio licèt non faciat indicium ad torturam,bene tamen facit aliquam præsumptionem,ib.n.146. p.267
Socij criminis dictum iunctis adminiculis, facit indicium ad torturam in criminibus exceptis,ibid.n.145.in non exceptis autem non facit indicium, etiam iunctis adminiculis, n.152. & seq. ead.
Socij criminis dictum, nec etiam in exceptis facit indicium ad torturam,non concurrentibus adminiculis,ibid.n.147. & seqq.Sed contrà,num.154.Prima tamen opinio defenditur,nu.155.ead. Amplia,etiam quòd deposuerit in tortura,n.148.ead. Amplia etiam in latrocinio,n.149. Amplia etiam in crimine hæresis, & læsæ maiestatis,nu.150. Amplia etiam in assassinio,n.151.Sed qualia debeant esse ista adminicula seu indicia, Doctores diuersimodè locuti sunt, vt in num.156.ead. Dic, quòd adminicula debent esse plura,& vnum non sufficit,num.157. Item dic,quòd sufficiunt indicia ita legitima sicut ea,quæ regulariter torturam præcedere debent, num.158. Item dic, quòd debent esse indicia propinqua,& non remota,numero 159. p.268.
Socij criminis dictum, iuncto testimonio de auditu, facit indicium ad torturam, ibidem, numero 16. & sequent. ead.
Socij criminis dictũ iuncto alio teste de visu fide digno sufficit ad condemnãdum,ibi.n.165.Si verò testis non sit fide dignus,tunc non sufficit nec etiam ad torquendũ,n.166.

Sed verius est, nunquam dictum socij criminis, etiam iunctum cum alio teste de visu fide digno, sufficere ad condemnandum, sed bene ad torquendū grauius, n.167. ead.
Socij criminis dictum, iuncta inimicitia, facit indicium ad torturam, ibid.n.168. ead.
Socij criminis dictum, iuncta fama, facit indicium ad torturam, ibid.n.169. ead.
Socij criminis dictum, iuncta fuga, facit indicium ad torturam, ibi.n.170. ead.
Socij criminis dictum iuncta conuersatione, & amicitia cum nominato, facit contra ipsum indicium ad torturam, ibid. num.171. Contrà, n.172. Declara, vt num.174. & seq. p.269.
Socij criminis dictum, iunctum cum secreta alloquutione, facit indicium ad torturam, ibid.n.175. ead.
Socius criminis infamis, criminosus, & qui patiatur plures defectus, vt putà quòd sit vilis, abiectus, pauper, minor, lusor, vel alias inhabilis, nec etiam in exceptis facit indicium ad torturam, immò nec ad inquirendum, etiam in casu in quo veritas aliter haberi non potest, etiam in crimine læsæ maiestatis, etiam cum tortura, etiam quòd infamia aliunde probetur, quàm per sententiam ac confessionem ipsius rei, ac etiam quòd defectus sint tantùm duo, ibi.n.178. ead.
Socius criminis inimicus, nec etiam in exceptis facit indicium ad torturam, ibid.n.179. p.270
Socij criminis nominatio, nec etiam in exceptis facit indicium ad torturam, nisi sit verisimilis, ibi.n.177. p.269
Socius criminis periurus etiam in casibus exceptis non facit indicium ad torturam, ibi.n.182.& 183. Amplia quòd nec etiam ad inquirendum, nu.181. Amplia etiam in crimine conspirationis, numero 182. Fallit quoad assumendum informationes super delicto, numero 184. fallit de consuetudine, d.numero 184. Vbi tamen contrarium creditur verius. ead.
Socius criminis, qui primò negauit, & postea fassus est, non facit nec etiam in exceptis indicium ad torturam, ibid. n. 185. immò nec ad inquirendum, n.186. ead.
Socius criminis nec etiam in exceptis facit indicium contra nominatum, qui sit bonæ conditionis, & famæ, ibi.n.187. Sed contrarium, ibid n.188. ead.
Socij criminis nominatio sponte facta, nec etiam in exceptis facit indicium ad torturam, ibi.n.189. ead. Declara, vt nu. 190. Sed an sufficiat ad inquirendum, vide ibi.n.191. pag. 271.
Socius criminis reuelans sponte propter impunitatem sibi promissam à Iudice, vel etiam debitam à lege, prout in casu criminis læsæ maiestatis, nullum facit indicium contra nominatum, ibi n. 192. ead.
Socij criminis nominatio non facit indicium ad torturam, quando emanauit in tortura non legitimè data, ibi.n. 193.& seq. ead.
Socij criminis nominatio nunquam admittitur, nisi in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, ibi. 195. Vbi quod contrarium verius. ead.
Socij criminis mandatarij dictum, an, & quando faciat indicium contra mandantem, vide suprà, verbo, *Mandatarij dictum*, & seqq.
Socius criminis non facit contra nominatum indicium ad torturam, q.45.n.3. p.275
Socius criminis si in articulo mortis inculpatum exculpet, asserens se falsum deposuisse, an talis exculpatio prosit inculpato, q.46.n.68.& seqq. p.288
Sodomitæ denegantur defensiones, q.39.n.110. Sed contrarium est verius, n.111. p.222
Sodomitati confessio facit indicium ad torturam contra sodomitātem, q.43.n.89. Contrà, n.93.p.260. Dic quòd facit indicium cum adminiculis, secus sine adminiculis, n. 99. p.261
Sodomitati confessio facit indicium ad torturam, etiam quòd sodomitatus sit minor, ibi.n.91.p.260. Contrà, n.95. Distingue, vt n 99. p.261
Sodomitatus per vim nō est socius criminis, nec punitur, & facit indicium ad torturam, ibi.n.92.p.260. Contrà, quòd non facit indiciū, n.96.& quòd non præsumatur, nisi probetur, n.97. Et quòd ius probetur, vel excludatur per circumstantias, n.98. p.261
Sodomiam passus, non potest de lenonibus, & mediatoribus interrogari, nisi de illis adsint indicia, ibi.n. 100. ead.
Sodomiam passus ab vno non potest interrogari de aliis, de quib.non adsunt indicia, ibi. ead.
Sodomitati confessio nunquam facit indicium ad torturam, nisi ea fuerit confirmata in tortura, ibi.num.101.ead. Vbi etiam idem in sodomitato per vim.
Sollicitans in curia id quod sollicitare non debet, redditur suspectus de delicto, quando hoc verum sit, & de materia, q.52.n.93.& seqq. p.369
Specialia non sunt multiplicanda, nec trahenda in consequentiam, q.34.n.32. p.116
Specialia continentur sub generalibus verè, & propriè, q.50. n.24.in fine. p.346
Statutum, quòd mulier, vel minor non possit contrahere sine certa solemnitate, an habeat locum in contractu iurato, vide suprà, verbo, *Iuramentum firmat contractum.*
Statutū nō potest tollere reo defensiones, q.39.n.25.p.212.
Statutum potest tollere formam defensionis inductam iure ciuili, & positiuo, ibi.n.26. p.213
Statutum potest restringere terminos, & dilationes reo ad defendendum concedendas, ibi.n.27. ead.
Statutum derogans defensionibus reorum est strictè intelligendum, & vt minùs lædat ius commune, quàm sit possibile, ibi.n.28. ead.
Statutum mandans debere dari copias indiciorum & defensiones petentibus, an tacitè videatur denegare illas non petentibus, ibi.n.93.100.& seqq. p.220
Statutum potest facere, vt socius criminis admittatur in testem, item quòd possit de consociis interrogari, q.43.n. 121.& 122. p. 263. Vbi tamen quòd hoc statutum non intelligetur de eo socio criminis, qui patiatur plures defectus, & alia ad materiam huius statuti, ibi videas.
Statutum Episcopi, quòd vt supra probetur per vnum testem de delicto immediatè deponentem, ac per duos de fama non valet, q.47.n.142. p.308
Statutum quòd fama plenè probet tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, ibi.n.144. Limita primò, vt hoc statutum sit strictissimè intelligendum, n.145. Limita secundò, vt non extendatur ad causas criminales, nisi expressè dicatur, n. 146. Limita tertiò, vt in criminalib. vigore statuti fama probet delictum principale, nō autem adminicula, n.147. Limita quartò, dummodo fama sit legitima, & legitimè probata, aliàs secus, n.148. Limita 5. dūmodo fama ortū habeat ab aliqua verisimili causa, & coniectura, aliàs secus, n.146. Limita 6. dummodo sit probata per duos testes, & vnus solus non faciat semiplenam probationem, n.150. Limita 7. dummodo testes probantes famam sint omni exceptione maiores, aliàs secus, n.151. Limita 8. quia hoc statutum factum generaliter in omnibus causis non valet, sed tantùm in certis casibus, & ex causa, 152. ead.
Statutum non potest facere, vt fuga inducat plenam delicti probationem, q 48. num. 61. Limita nisi statutum fuerit introductum cum aliqua rationabili causa, num. 62. item limita, nisi delicta contra fugientem essent manifesta, & capitalia, num.64.pag.329. Item & tertiò limita, quando vltra fugam concurreret contumacia iudicialis, quia tunc valet statutum, quòd contumax habeatur pro confesso, n. 64. p.330
Stupratæ confessio facit indicium ad torturam contra stuprantem q.43.n.90. Contrà, n.94.pag.260. Distingue, vt n.99. p.261
Stuprum, & violentia, an, & quomodo probetur per acclamationem, & vociferationem mulieris vim patientis, qu. 52.n.157.& seqq. p.373
Subornationis timor quando adsit, an, & quomodo reo sunt concedendæ defensiones, quæst. 39. num. 68. 69. 70. p.217
Surdus, & mutus à natura an, & quando torqueri possit, q. 41.n.89.& seqq. p.240
Suspendēs si in furca existens asserat se aliquem falsò inculpasse, an talis exculpatio prosit exculpato, & an tollat præcedentem inculpationem, vide suprà, verbo, *Exculpatio.*

Suſpicio eſt aliqualis animi applicatio ad aliquid cum vehementi titubatione,q.36.n.172. pag.163
Suſpicio eſt motus quidam mentis ad aliquid cum vehementi titubatione,ibid.n.173. ead.
Suſpicio eſt animi paſſio aliquid firmiter non eligentis, ibid. n.174. ead.
Suſpicio dicitur leue indicium, quia oritur ex leui indicio,& argumento,ibid.n.175. ead.
Suſpicio eſt opinio mali ex leuibus indiciis procedens, ibid. n.176. ead.
Suſpicio licèt probanda ſit ex leuibus ſignis, iſta tamẽ ſigna ſunt concludenter probanda,ibid.n.177. ead.
Suſpicio alia eſt leuis,vel temeraria,alia vehemens, ſeu veriſimilis,alia autem violenta,ibid.num.178. ead.
Suſpicio leuis, & temeraria eſt quædam animi paſſio cum præciſa extremorum ignorantia,ibid.n.179. ead.
Suſpicio leuis, & temeraria oritur ex aliquo leui admodum indicio,& cum dubitatione,ibid.n.180.& 184.& 187. ead.
Suſpicio vehemens, ſeu veriſimilis eſt animi motus cum hæſitatione aliquid eligentis, oritúrque non ex leuibus, & cum aliquali,ſeu modica dubitatione, ibid.num.181.182. & 185. ead.
Suſpicio violenta oritur ex vrgentibus & grauibus indiciis, & abſque vlla dubitatione Iudicis, ibid.num.183.186. & 189. ead.
Suſpicio leuis,eſt ea,quę oritur ex rarò contingentibus,ibid. num.190 pag.164
Suſpicio vehemens eſt ea, quæ oritur ex frequenter contingentibus, ibid.n.191. ead.
Suſpicio violenta eſt ea, quæ oritur ex ſemper contingentibus,ibid.n.192. ead.
Suſpicio differt ab indiciis, quia ex indiciis oritur ſuſpicio, ibid.num.240. pag.166
Suſpicio eſt minus quàm præſumptio,ibi.n.251.& ſeqq ead.
Suſpiciones plures faciunt vnam præſumptionem, ibidem, num.252. ead.
Suſpicio tantùm homini conuenit, præſumptio autem homini,& legi,ibid.n.253. pag.167
Suſpicio inducitur ex leuioribus indiciis, quàm præſumptio, ibid.num.254. ead.
Suſpicio,& argumentum differunt,ibid.n.261. ead.
Suſpicio,& indicium, vnum pro altero ponitur, ibid.n.265. ead.
Suſpicio,& præſumptio idem ſunt, ibid.n.272. pag.168
Suſpicio,& argumentum,idem ſunt,num.276. ead.

T

TAciturnitas delicti inducit indicium contra tacentem, quæſt.52.n.96.& n.97. pag.369.& 370. vbi ponitur exemplum.
Talea promiſſa per captiuum non debetur, quando bellum eſt iniuſtum, ſecus ſi iuſtum,& de materia,q.35.num.22. & ſeqq. pag.149
Temeraria præſumptio,coniectura,vel ſuſpicio,quæ dicatur, & quæ probabilis,vide ſuprà,verbo,*Præſumptio*,& verbo, *Coniectura*,& verbo,*Suſpicio*.
Tempus immemorabile, vel excedẽs hominum memoriam, non eſt minus centum annorum,q.46.num.118.Contrà, num.119. pag.306
Tempus vbi fundamentum intentionis, illud debet præcisè probari,ibid.n.173. pag.311
Termini ſunt priùs intelligendi antequam aliquid determinetur,q.36.n.2. pag.157
Terminus ad deliberandum reo non conceditur in criminalibus, an ſcilicet inquiſitioni velit reſpondere affirmatiuè, vel negatiuè, q.37.n.179. pag.191
Termino ad probandum dato, & elapſo, poteſt reus facere ſuas defenſiones,q.39.n.81.& ſeqq. pag.218
Terror torturæ, vide infrà, verbo, *Torturæ terror*, & verbo, *Torturæ leuis*,& ſuprà,verbo, *Iudex ſicut non poteſt*.
Teſtes domeſtici & familiares regulariter non admittuntur ad teſtificandum,q.31.n.127. pag 93
Teſtes domeſtici admittuntur ad probandum facta domus, ibid.num.129. ead.
Teſtes carcerati & torquendi,vt dicant veritatem, non relaxantur fideiuſſoribus,q.33.n.59. pag.117
Teſtes domeſtici probant qualitatem, & quantitatem torturæ,q.37.n.142. pag.186
Teſtis corruptus,& falſus non poteſt interrogari de corrumpente,q 43.n.47.& 48.p.255.ſed contrà,n.49.p.256.vbi declaratur materia.
Teſti corruptum ſe aſſerenti, ac dicenti ſe falſum depoſuiſſe de mandato alterius non creditur, nec eius dictum ſufficit ad torturam,q.45.num.1.& ſeqq. vbi redduntur rationes. Contrà n.6.& 7.p.275. prima opinio eſt verior,& cõmunior,quam à contrariis defende,vt n.8.& ſeqq. pag.276.
Teſtis corruptus probat contra corrumpentem,ſi is fuerit inductus ab eo,in cuius præiudicium corruptus erat, q.46. n.6.p.282. Limita primò,vt probet ſi fuerit corruptus ad non deponendum, & non depoſuerit, ſecus ſi ad falſum deponendum, & illud depoſuerit,n.8. Limita ſecundò,vt probet in ciuilibus, ſecus in cauſa principali, de qua agitur,non autem,vt probet corruptionem,n.10. p.283
Teſtis corruptus poteſt de corrumpente interrogari triplici ratione,de qua in q.45.n.7. pag.276
Teſtis aſſerentis ſe corruptum depoſitio:nec etiam facit indicium ad inquirendum,ibi.n.12.& ſeq.licèt alij cõtrà.n.14. Limita primò, vt licèt non ſufficiat ad inquirendum ſpecialiter, bene tamen ſufficit ad inquirendum generaliter, & ſic ad aſſumendum informationes,n.15. Limita ſecundò, quia de conſuetudine contrarium ſeruatur, vt ſcilicet ſufficiat ad inquirendum,num.16. ſed an hæc ſecunda limitatio ſit vera,vide num.17.& ſeqq. pag.277
Teſtis corrupti aſſertio contra corrumpentem. nec etiam facit indicium ad capturam, ibid.num.20. contrà, num.21. ead.
Teſtis corrupti depoſitio non facit indicium contra corrumpentem,etiam quòd in tortura emanauerit, ibid.num.22. & ſeq. ead.
Teſtes corrupti,etiam quòd ſint plures, non faciũt indicium ad torturam cõtra corrumpentem,ibid.num.24.ead. contrarium tamen ſeruatur de conſuetudine, & in practica, n.25.& ſeqq.vbi de materia. pag.278
Teſtis corruptus facit indicium ad torturam contra corrumpentem,ſi ſolùm tentatus corruptionem non acceptauit, ibid.n.29. idem ſi acceptauit, ſed pœnitẽtia ductus noluit falſum deponere,n.30 contrarium verius,n.31. ead.
Teſtis corruptus ad non deponendum probat corruptionem contra corrumpentem, ibidem,num.32. contrà, num.33 pag.279
Teſtis corrupti aſſertio facit indicium ad torturam contra corrumpentem, ſi concurrat aliqua alia præſumptio, ſeu adminiculum, ibid.n.34. & ita ſeruatur de conſuetudine, licèt de iure forſan contrarium verius ſit,d.n.34. ead.
Teſtis corruptus facit indicium ad torturam contra ſubornantem, quando fuit productus, & tranſmiſſus ad examinandum ab eodem ſubornante, quod an verum ſit, & quando,ibid.n.35.& ſeqq. ead.
Teſtis corruptus facit indicium contra corrumpentem,quod an verum ſit,& quando non,ibid.n.38. ead.
Teſtes corrupti an faciant indicium ad torturam contra hominem bonæ famæ, ibid.n.48. pag.280
Teſtes corrupti quando ſunt varij,vel aliàs periuri,nec etiam in caſibus exceptis faciunt indicium ad torturam,ibi.n.41. licèt alij contrà,n.42. ead.
Teſtes corrupti non faciunt indicium ſi ſint ſingulares, ibid. n.43.contrà,n.44.diſtingue,vt n.45. ead.
Teſtes corrupti non faciunt indicium ad torturam in caſibus, in quibus nec ſocij criminis faciant tale indicium, quia valet argumentum de ſocio criminis ad teſtem corruptum,ibid.n.46. ead.
Teſtes corrupti ſi ſint aliunde criminoſi,& infames,vel alios patiantur defectus, minimè faciunt indicium ad torturam,ibid.n.47. ead.
Teſti torquendo an, & quando ſit concedenda copia indiciorum,vide ſuprà,verbo,*Indiciorum copia*.
Theſauri cauſa eſt criminalis, & in ea poteſt deueniri ad torturam, quod quando verum ſit, q 42.num.40. & ſeqq. pag. 247

Titubatio, & trepidatio rei in respondendo Iudici interroganti, an, & quando faciat contra ipsum indicium ad torturam, vide infrà, verbo, *Vacillatio*, per totum in discursu.
Tormentum, ex quo carnes rei scinduntur, damnabile est, q.58.n.56.& n.58. pag.200
Tormentis insolitis Iudex vti non debet, etiam in atrocissimis, ibid n.57. ead.
Tormentorum multa genera remissiuè, ibid.n.60. ead.
Tormentum funis est approbatum à iure communi, & à consuetudine, ibid.n.61.& seqq. ead.
Tormentum funis infert maiorem dolorem cum corda subtili, quàm cum corda grossa, ibid.n.62. ead.
Tormentum stanghettæ est etiam in vsu, & quando inferri soleat, ibid.n.67. pag.201
Tormentum sibillorum est in vsu in pueris, in mulieribus, & in leuibus delictis, ibi.n.68. ead.
Tormentum ignis erat ante inuentum tormentum vigiliæ multum in vsu in atrocissimis, sed hodie non sic est in vsu, ibid.n.69. ead.
Tormentum vigiliæ erat etiam cognitum tempore Marsilij, sed inferebatur non eo modo, quo hodie infertur, ibid. n.70.& 71. ead.
Tormentum quando, per quantum tempus, & in quibus delictis inferri debeat, ibid.n.71. ead.
Torqueri quis potest ex indubitatis indiciis, q.36.n.42. Sed an possit ex illis condemnari remissiuè, n.43. p.158
Torqueri an possit reus ex probatione non semiplena, dixi suprà, verbo, *Indicium est minus quàm semiplena probatio*, & seq.
Torqueri an possit reus, & quando ex dicto vnius testis de visu, vide suprà, verbo, *Testis vnus de visu*.
Tortura inferri non potest non legitimis præcedentibus indiciis, q.37.n.1.& seqq. pag.170
Tortura non debet esse principium causæ, quia à tortura inchoandum non est, ibid.n.2. pag.171
Tortura vt possit inferri, qualia debent esse indicia, vide sup. verbo, *Indicia*, in discursu.
Tortura tractat de soluto hominis, ibid.n.3. ead.
Torqueri an quis possit ex vnico indicio, & quando plura requirantur, de materia, ibid.n.43.& seqq. pag.175
Tortura non potest inferri non legitimis præcedentibus indiciis, nec etiam à Iudice habente liberum arbitrium, q.37. n.71.72.& 74.p.178.& 179. Vbi inde infertur ad Iudices criminales Reuerendissimi D.Gubernatoris Vrbis.
Tortura, nec etiam de Principis mandato potest inferri, non legitimis præcedentibus indiciis, & si inferatur, an Iudex puniatur, ibid.n.74.& seqq. pag.179
Tortura nec in atrocissimis potest dari non legitimis præcedentibus indiciis, ibid.n.79.& seqq. ead. Contrà, num.85. & seqq. Prima opinio est verior declarata, vt num.88.& seq. pag.180
Tortura sine legitimis indiciis non infertur, nec etiam in crimine assassinij, ibid. n.80.& seqq. ead.
Tortura sine indiciis legitimis inferri non potest in criminibus exceptis, ibid.n.82. ead.
Tortura debet esse grauior in delictis atrocibus, quàm quæ in leuibus, ibid.num.89. ead.
Tortura nec etiam in crimine læsæ maiestatis inferri potest sine legitimis præcedentibus indiciis, ibid.n.92.& seq. ead. Contrà, n.94. Declara, vt n.95.p.181. vt videlicet leuiora requirantur indicia, quando agitur de tractatu, vel conspiratione contra Principem.
Tortura sine legitimis indiciis inferri non potest in proditione patriæ, ibid.num 93. pag 180
Tortura leuis, vel etiam territio, an possit per Iudicem inferri sine indiciis, vide suprà, verbo, *Iudex*.
Tortura leuis non dicitur tortura, ibid.n.100. Contrà, n.104. ad fin. pag.182.& de materia num.96.& seq. pag.181
Tortura sine indiciis legitimis inferri non potest, etiam quòd per eam sedaretur scandalum in populo, ibid.num.105. in fin. pag.182
Torqueri an, & quando possit seruus non præcedentibus indiciis, & de materia, ibid num.106.& seqq. ead.
Tortura non potest infligi non præcedentibus indiciis, etiam de consensu rei, ibid.num.109. ead.
Torturam si Iudex alicui indebitè inferat, quomodo puniatur. Dixi suprà verbo, *Iudex*.
Torturæ quæ qualis, & quanta fuerit illata, Notarij relationi statur, quæst.37.num.140. pag 186
Tortura quæ qualis, & quanta fuerit reo illata, probatur per testes domesticos, ibid.n.142. ead.
Torturæ funiculus si frangatur, & tortus in terram cadens moriatur, Iudex non tenetur, ibid.num.143. ead.
Tortura in delictis occultis, & difficilis probationis, an infligatur ex leuioribus indiciis, ibid.n.150.& seqq. p.187
Torqueri potest sine aliis indiciis mandatarius ad indicandum mandantem, n.154.ead. etiam quòd non sit persona vilis, num.155. pag.188
Torqueri sine indiciis quando possint custodes rerum furatarum ad indicandum fures, ibid n.156.& seqq. ead.
Tortura bannito infligitur ex solo banno, etiam aliis non existentibus indiciis, ibid.num.161. pag.189
Tortura an sine indiciis infligatur in vxoricidio, ibi.n.162. ea.
Torqueri an possit sine indiciis fur, seu alius delinquens, qui fassus est vnum furtum, seu delictum, ad habendum alia furta, seu delicta in genere, & de materia, ibid.num.166. & seq. ead.
Tortura non potest dari reo tanquam cadaueri, ibi.n.175.p.5
Tortura ad habendum alia delicta in genere, debet esse moderata, ibid.num.173.& seqq. ead.
Tortura ad habendum complices, debet esse moderata, ibid. num.174. ead.
Torqueri an, & quando possit reus vel non respondens, vel non præcisè respondens, vide suprà, verbo, *Reus*.
Tortura regulariter inferri potest, vbi præcedunt indicia, q.38.n.1. pag.194
Tortura inferri non potest, quando non constat de corpore delicti, ibid.n.2. ead.
Tortura inferri non potest, denegatis defensionibus, ibid. num.3. pag.195
Tortura datur in subsidium, quando veritas aliter haberi non potest, ibid.n.4. ead.
Torqueri non debet is qui non confessus, vel conuictus est, ibid.n.4. ead.
Torqueri non possunt plures personæ enumeratæ, ibid.n.5. ead.
Tortura in omni casu infligitur, & in qua causa infligatur, ibid.n.6. ead.
Tortura non potest inferri, nisi priùs pronuncietur reum fore torquendum, ibid.n.7.& in ista pronuncia debet exprimi causa, n.8.& 9. & an detur appellatio ab eadem pronuncia, n.10.& seqq. ead.
Tortura non debet inferri, quando reus comedit, vel bibit, sed debent expectari nouem, vel decem horæ, ibid.n.32. pag. 198
Tortura est in Iudicis arbitrio, per quantum tempus, & quomodo inferri debeat, iuxta delicti, indiciorum, & personarum qualitatem, ibid.n.33.& n.52.p.198.& 199. Sed quo modo Iudex debeat hoc suum arbitrium regulare, n.34.& seqq. vsque ad n.55. ibid.& ibi videas de materia.
Torturæ gradus quot sint, & quando debeat inferri tortura secundùm vnum gradum, & quando secundùm alium, ibid.n.34.& seqq. vsque ad n.52. à p.198.ad 199
Tortura alia leuis, alia grauis, & alia grauissima, & quæ dicatur tortura leuis, quæ grauis, & quæ grauissima, ibid.n.35. pag.198
Tortura an, & quando, & quo casu possit infligi cum ictibus funis, & cum squassis, & de materia, ibid.n.43.& n.47.& seq. vsque ad n.52. pag.199
Tortura, an & quando, & quo casu possit inferri cum ferris, cõpedibus, vel cum alio pondere, ibid.n.49.& 50.& n.51. vbi etiam quando cum aqua frigida in dorso. ead.
Torturæ ligatura quando est multùm stricta, & atrox, vel cum taxallis, æquiparatur ipsi torturæ, ibid.n.36. p.198
Torturæ ligatura cum stringa torta, & voluta damnatur, ibi. n.37. ead.
Torquendus reus non debet teneri cum ligatis manibus per spatium temporis ante torturam, ibid.n.38. ead.
Torturæ terror per spoliationem & conductionem ad locum tormentorum potest per Iudicem inferri, quando indicia sunt

sunt leuia,ibid.n.41.Item quando reus est persona timida,& delicata,secus si robusta,& versuta, n.32. p.199.
Torturæ terror an propriè dicatur tortura,ibid.n.43. ead.
Torturæ terror,vide suprà,verbo,*Iudex sicut non potest.*
Torqueri leuiter quando possit reus,ibid.n.44.& seqq. & n. 49. ead.
Tortura debet moderatè inferri,ibid.n53. ead.
Tortura quando possit inferri per spatium vnius horæ,quando plus,& quando minus,ibid.n.54. ead.
Tortura non debet dari cum insolito torquendi genere, ibi. n.55.& seq. pag.200
Torquere reum propriis manibus non conuenit Iudicis dignitati,ibid.n.59. ead.
Tortura solet etiam dari vna tantùm manu ligata , ibidem, n.63. p.201
Tortura solet dari cum aqua frigida in dorso in atrocissimis, sed hodie apud nos non est in vsu , ibid.n.64. ead.
Tortura solet dari cum baculo intra pedes. quando reus videtur illam parui facere,& sumus in atrocissimis , ibid.n. 65. ead.
Tortura infert magnum dolorem,quando in medio tormẽti Iudex mandat reum deponi,& refrigerari,ibi.n.66.ead.
Tortura olim dabatur habita consideratione ad quantitatem ictuum,hodie autem infertur habita consideratione temporis,ibid.n.54.vers.Vnum tamen. p.200
Tortura regulariter repeti non potest,nouis non superuenientibus indiciis,ibid.n.72.& seq.Amplia etiam in atrocissimis,n.73.p.201.Licèt alij contrarium faciant,& malè,n. 74.& seq. p.202
Torturam repetunt assessores indistinctè etiam sine nouis indiciis,ibi.n. 74.Sed malè faciunt,n.75. ead.
Tortura non repetitur ex nouis indiciis,nisi illa sint euidentiora primis,ibidem,num.76.ac etiam diuersi generis, n. 77. ead.
Tortura potest repeti etiam sine nouis indiciis , quando prima indicia erant multùm vrgentia, & multùm manifesta, ibid.n. 79. Et licèt aliqui contrà , num.80. Prima tamen opinio est tenenda , declarata tamen , vt in numero 81. p.203.
Tortura est repetenda reo debili , & non robusto , ibidem n.82. ead.
Tortura potest repeti reo , qui prima vice fuit leuiter tortus, ibi.n.82.& 85.licèt aliqui contra,n.84. ead.& 204.
Torturæ repetitio remittitur arbitrio Iudicis,ibidem, nu.86. & seq.tale tamen arbitrium debet esse regulatum à iure, item debet intelligi de arbitrio boni viri , & in dubio in mitiorem partem pro non repetitione,numero 88. & sequent. p.204
Tortura potest repeti sine dubio ex nouis superuenientibus indiciis.ibi.n.90. ead.
Torqueri potest reus,qui in tortura fassus est,& deinde non vult suam confessionem ratificare,ibidem,nu.91.ea.Et si tortus adhuc persistit in non ratificando,non denuo torquendus est,sed relaxandus, num.92.& 93. Nisi indicia prima non fuissent bene purgata per primam torturam, quia tunc etiam quòd in non ratificando persistat per vnam vicem in repetitione,potest tamen iterum torqueri propter prima indicia non purgata, num.94. Non autem extra ordinem puniri,vt voluit Afflictus relatus , numero 95. p.205
Si verò reus in repetitione iterum fateatur,sed postea iterum ductus ad ratificãdum,iterum negat,tunc potest alia vice, & sic tertiò torqueri , sed vltra tertiam vicem nunquam, num.96.& 98.Licèt quandoque etiam, sed rarò in quarta vice,secundùm relatos,n.97.Et quandoque etiam quando prima indicia non erant multùm vrgentia , non torquetur nisi in secunda vice,vt in n.99 ead.Sed quid si reus,quando non vult ratificare suam confessionem, & dicit illam erroneam,offertque se probaturum errorem,num debeat ad id admitti,sibique propterea dari terminum ad docendum de errore.Dic quòd sic,n.100.& seq. p.206
Tortura non est repetenda eodem die,sed in diuersis, & separatis diebus,ibid n.103. ead.
Torturam quando Iudex vult repetere, Iudex debet protestari & interloqui,vt ibid n. 104. ead.
Tortura non est repetenda vltra trinam vicem, ibi.n. 105. Immò non vltra binam,n.106. ead.
Tortura non debet inferri in diebus feriatis in honorem Dei,nisi in atrocioribus,& capitalibus delictis,ibidem,n. 10,.& seq. ead.p.207
Torturam inferre non possunt Iudices, qui non habent merum imperium , ibi n.109 vbi infertur ad Locumtenentem Potestatis & Assessorem. ead.
Tortura an,& quando inferri possit,denegata copia indiciorum,vide suprà verbo,*Indiciorum copia*,& verbo, *Defẽsio.*
Torturæ testium materia, vide in Repert.testium,ver.*Testis*, in tract. de testibus.
Torturæ tanta vis est,vt in ea persistens puram veritatem dixisse præsumatur,q.40.n.1. p.227
Tortura purgantur indicia, ibid.n.2. ead.
Tortura remedium subsidiarium est, ideo non datur, nisi in casu in quo veritas aliter haberi non potest,ibidem, num. 3. ead.
Tortura non debet dari reo conuicto , & vbi adsunt probationes,ibi.n.4 p.228.Et Iudex aliter faciendo,punitur, & tenetur in syndicatu,n.5. ead.
Tortura purgantur indicia indubitata , immò etiam & plenæ probationes.ibi.n.6.Contrarium,n.7.ead.Sed prima opinio est magis communis, & magis obseruata , numero 8. p.229.
Tortura potest dari reo conuicto ad hoc , vt confessus non possit appellare,ibi.n 9 Sed contrà n.10. ead.
Tortura purgat indicia indubitata , & plenas probationes ad pœnam ordinariam ,secus quoad extraordinariam, ibid.n.11.ead.& 12. Vbi etiam quòd hæc pœna extraordinaria potest esse corporalis,& triremium , sed hoc vltimum de pœna corporali declara , vt procedat, quando torquetur reus conuictus ex plenis probationibus secus si solùm sit grauatus præsumptionibus etiam vrgentissimis, n.13.& seqq. p.230
Tortura non purgat indicia , quando datur non super delicto,de quo quis est confessus, vel conuictus , sed ad habendum alia delicta,ibid.n.16. ead.
Tortura non purgat indicia,quando datur pro habenda vlteriori veritate qualitatem aggrauantium,ibid.n.17.& 21. Vbi de materia.
Tortura non purgat indicia , quando datur ad habendum complices,mandatores,fautores,receptatores,& alios participes,ibid.n.18.
Tortura non purgat probationes , quando datur sine præiudicio probatorum & confessatorum, ibid.n.19. ead.
Tortura purgat indicia , etiam data cum protestatione sine præiudicio probatorum , quando protestatio est contraria facto.& reus est interrogatus super principali delicto,ibidem,numero 20.ead.Et quando dicatur reus interrogatus super principali delicto,& de materia,vide ibid.n. 22.23. 24.& 25. p.231
Tortura non potest dari reo super qualitatibus, & complicibus, & nisi in casu in quo adsint indicia qualitatum , & complicium, ibid.n.26. ead.
Tortura ad habendum complices,& qualitates, & alia delicta,debet esse moderata,& leuis,ibid.n.27. ead.
Tortura non potest dari ad habendum complices , nisi reus de principali delicto sit vel confessus , vel conuictus , vel condemnatus,ibid.n.28. ead.
Tortura omnibus personis inferri potest,siue masculis , siue fœminis,siue liberis,siue seruis , siue libertis , siue statuliberis,nisi expressè prohibiti reperiantur , quæstione 41. n.1. p.233
Torqueri an,& quando possint clerici,& de materia , vide suprà,verbo,*Clericus.*
Torqueri an,& quando possit minor.& de materia,vide suprà,verbo,*Minor.*
Torqueri an, & quando possit senex,& de materia,vide suprà,verbo *Senex.*
Torqueri an,& quando possint milites , & de materia, vide suprà,verbo,*Miles.*
Torqueri an,& quando possint Doctores,& de materia, vide suprà,verbo,*Doctores.*
Torqueri possunt omnes Officiales, etiã in magna dignitate

positi,si in eorum officio delinquant,q.41.n.50.Quod an verum sit,n.51.& seq. p.237
Torqueri quando possint Decuriones,Priores,consiliarij,seu antiani,& de materia,vide suprà,verbo, *Decuriones*.
Torqueri non potest positus in aliqua dignitate,ibi.n.70.nec vt reus, nec vt testis,n.72 p.239
Torqueri potest positus in dignitate inferiori,ibi.n.71. ead.
Torqueri non possunt existentes in Magistratu,durante Magistratu,ibi.n.73. ead.
Torqueri an possint nobiles viri,vide suprà,verbo,*Nobilis*.
Torqueri an possit mulier prægnans,vide suprà,ver.*Mulier*.
Torqueri an,& quando possit mutus,& surdus à natura,q.41.n.89.& seqq. p.249
Torqueri an,& quando possit Episcopus, ibi.n 92. ead.
Torqueri an possint infirmi, valetudinarij, & similes personæ,& de materia,ibi.n.93. ead.
Tortura si inferatur à Iudice alicui personæ,quæ de iure torqueri non poterat, quando puniatur Iudex, vide suprà, ver.*Iudex torquens*.
Torqueri qui non possunt,possunt tamen torqueri in criminibus exceptis,hæresis,lęsæ maiestatis,simoniæ,falsæ proditionis,barattariæ,veneficij,maleficij,mathematicis, homicidij,alicuius magnæ,vel sacræ personæ, priuati carceris, & aliis,de quibus ibidem,n.100.p.241.Declara hanc conclusionem procedere in iis, qui non possunt torqueri propter priuilegium personæ, & dignitatis : secus si non possunt torqueri propter ætatem,vel debilitatem, nam ij nec in exceptis criminibus torquentur,n. 101. Contrà,n. 102.Declara,vt n.103. p.242
Torqueri qui de iure non possunt, possunt tamen terreri, ibi.n.104 immò etiam possunt leuiter torqueri, n.105. Hæc conclusio procedit indistinctè in territione verbali, n.106.ea. Sed in territione reali,prohibitus torqueri propter ætatem, debilitatem, ac infirmitatem potest terreri etiam realiter, n.107. Secus in prohibito torqueri ratione alterius, n.108. Vel propter priuilegium, ac dignitatem personæ,num.109. p.243
Torqueri qui non possunt,possunt tamen Principe consulto, ibid.n.110. ead.
Torqueri vbi quis non potest, vel propter ætatem,debilitatem,infirmitatem,aut priuilegiũ personæ, poterit ratione indiciorum non purgatorum condemnari in pœnam extraordinariam, ibid.n.111. ead.
Tortura regulariter in omnibus causis, & criminibus inferri potest, in quibus à iure expressè contrarium prohibitum non reperitur,q.42.n.1. ead.
Tortura infertur in criminibus capitalibus, & atrocioribus, in quibus agitur de pœna corporali, ibidem, numero 3. p.244.
Tortura infertur vbi agitur de pœna corporali, etiam quòd illa pœna corporalis efficiatur pecuniaria ex aliqua causa excusante delictum,n.4. ead.
Tortura potest inferri in crimine blasphemiæ, ibidem, numero 5. ead.
Tortura non infertur in delictis leuibus,ibi.n.6. n.7. & n.8. ea.Vbi exemplificantur multa delicta leuia,in quibus non potest deueniri ad torturam. Contrarium, quòd etiam in leuibus delictis sit locus torturæ saltem leui, & moderatę,n.19.& 20.Sed prima opinio est verior, & communior indistinctè,n.23.& 25. p.245
Tortura in leuibus delictis potest dari personis vilibus,& abiectis,secus autem nobilibus,& honestæ conditionis, ibi. n.21.& 22.sed contrarium,quòd nec etiam viles personæ possunt torqueri in leuibus delictis,n.24. ead.
Tortura non potest inferri in criminibus, in quibus venit solùm imponenda pœna pecuniaria, ibi.n.9.14.& seqq.p. 244.& 245. Vbi redduntur plures rationes huius conclu.
Tortura non infertur,vbi agitur de pœna pecuniaria, etiam quòd illa efficeretur corporalis propter reiterationem delictorum,ibi.n.10. p.244
Tortura non infertur in crimine libelli famosi, quando pro eo non venit imponenda nisi pœna pecuniaria,ibidem n. 11.& seqq. ead.& 245
Tortura est grauissima pœna,& grauior quàm vtriusque membri abscissio,ibi.n.14. p.245
Tortura non potest dari in causa ciuili pecuniaria, ibi.n.26. & 27. ead.
Tortura ad hoc vt inferri possit, attendi debet principium causæ,de qua agitur,ibid.n.27. ead.
Tortura non potest inferri in causa damni dati, ibidem, n. 28. p.246
Tortura etiam in causa ciuili pecuniaria potest inferri in seruos,ibi.n.29. ead.
Tortura potest inferri quando de crimine ciuiliter agitur.ibi. n.30.Contrarium est verius,n.31.& seqq. ead.
Tortura potest inferri in causa ciuili pecuniaria habente crimen annexum,ibid.n.33.Declara primò, dummodo agatur criminaliter,secus si ciuiliter, n.34. Declara secundò, dũmodo crim.annexũ sit graue,secus si leue,d.n.34.p.247
Tortura an,& quando possit inferri in causa vsurarum,ibid. n.36.& seqq. ead.
Tortura an infligatur, quando agitur de inueniendis rebus ad fiscum spectantibus, ibidem, numero 40. Declara,vt n.42. ead.
Tortura an,& quando inferri possit in causa thesauri, ibid. n.41.& seq. ead.
Tortura potest inferri pro interesse ciuili,etiam contra eum, qui de delicto habuit gratiam à Principe, vel se cõposuit cum fisco,& Præside,ibid.n.43. ead.
Tortura an,& quando possit inferri ex dicto socij criminis, & de materia,vide suprà,verbo,*Socius criminis*.
Tortura habet à iure præsumptionem veritatis,q.43.numer. 15. p.252
Tortura fallax est, nec semper credendum reo confesso in tortura,quia aliqui adeò sunt impatientes, vt potiùs mori, mentiri de se,& aliis velint, quàm tormentorum cruciatus,& dolores sufferre,ibid.n.22. p.253
Tortura purgat periurium,& infamiam in ciuilibus,non autem in criminalibus,q.45.n.23. p.277
Torqueri potest reus sæpe,& sæpius,si in tortura modò dicit vnum,& modò dicit aliud,quæst.52.n.26.Declara, vt n. 26. p.364
Torquens aliquem in priuato carcere pœna priuati carceris punitur,q.27.n.18. p.5
Torqueat si Iudex aliquem indebitè, punitur pœna capitis, ibi.n.19. ead.
Torqueri potest etiam sine indiciis custos pecuniarum,vt furem indicet,quod quando verum sit,quæst.31.num.111. p.91.
Tractatus probatur per socios,& participes criminis,q.43 n. 68.in discursu. p.258
Transitus & deambulatio per locum commissi delicti facit indicium contra sic transeuntem,& deambulantem,q.52. n.138.& seq.p.373.Declara,vt n.142.& seq. p.374
Tutor carnaliter cognoscens pupillam, deportatur cum publicatione bonorum,q.31.n.115. p.92
Tutrix mulier potest carcerari pro malè administrata tutela,q.27.n.61.p.11.contrà,n.62.& seq. p.12

V

Vacillatio, & titubatio rei in quo differat à variatione, q.52.n.39. p.365
Vacillare quando quis propriè dicatur,ibidem. ead.
Vacillatio,titubatio,trepidatio,tremor,timor,pallor, & iis similia signa,faciunt contra reum indicium ad torturam, ibi.n.40.& n.41.Vbi idem de declinatione oculorum versus terram, & n.42.vbi idem de erubescentia, & mutatione coloris, & numero 43. Vbi præmissorum redditur ratio. ead.
Vacillatio, titubatio,& trepidatio facit indicium ad torturam iuncta variatione,aliter secus,ibid.n.45. ead.
Vacillatio, & titubatio rei, an faciat indicium ad torturam, remittitur arbitrio Iudicis,ibid.n.46. ead.
Vacillatio,titubatio,trepidatio, aut quid simile est indicium fallax,& debile,ibid.n.47. ead.
Vacillatio,titubatio, & trepidatio iuncta cum aliquo alio indicio,vel præsumptione,facit indicium ad torturam,aliter secus ibid.n.48. p.366
Vacillatio, titubatio, & trepidatio rei debet per Notarium de man

de mandato Iudicis in processu describi, aliter non nocet. ibid.n.49. ead.
Valor rei probatur per famam, quæstione 47. numero 93. p.304.
Variatio nunquam datur sine mendacio, sed bene datur quandoque mendacium sine variatione, quæst.52.num. 18. p.364
Variatio rei facit sufficiens indicium ad torturam, ibi.n. 19. Sed contrarium, quòd immò non faciat indicium ad torturam,n.20. p.363.
Variatio facit indicium ad torturam, si ita Iudici visum fuerit, ibi.n.21. Vbi etiam quid isto casu Iudex debeat considerare, & numero 22. Vbi de materia huius conclusionis. ead.
Variatio sine dubio facit indicium ad inquirendum, ibidem, n.24. ead.
Variatio facit indicium ad torturam, etiam quòd illa emanauerit in tortura, ibi.n.25. ead.
Variatio facit indicium ad torturam, etiam quòd emanauerit post torturam, ibidem, numero 27. Sed contrà, numero 28. p.364
Variatio tunc demum facit indicium ad torturam, quando cum ea concurrit aliquod aliud indicium, vel adminiculum, aliter secus, n.29. licèt contrà, n.30. ead.
Variatio facit indicium ad torturam, quando respicit delictum, vel illius qualitates, & circumstantias substantiales, & ad delictum inferentes, & pertinentes, aliter secus ibi. n.31. ead.
Variatio ad hoc, vt faciat indicium, debet esse circa ipsum delictum, & non circa illius qualitates, & circumstantias, ibi,n.32. Declara, vt n.33. ead.
Variatio non nocet, quando reus se corrigeret, ac variasset propter obliuionem, vel aliam probabilem causam, ibid. n.34. ead.
Variatio non nocet, quando consistit in iis, quæ requirunt defensionem rei, ibi.n.36. contrà, n.37. & 38. p.365. vbi de materia.
Vehemens præsumptio, coniectura, vel suspicio quæ dicatur, quæ leuis, & quæ violenta, vide suprà, verbo, *Præsumptio*, & suprà verbo, *Coniectura*, & verbo, *Suspicio*.
Verba nullius momenti important nullitatem ipso iure, q. 35.n.4. p.147.
Vicegerens Principis, seu Locumtenens potest concedere saluum conductum ad tempus, secus in perpetuum, q.29, n.93. p.50
Vicini an possit torqueri cadauere reperto ante eorum domum, vide suprà, verbo, *Cadauere reperto in via*.
Vicini habent contra se indicium, quòd commiserint delictum in vicinia patratum, q.52.n.127. p.372
Vicini possunt torqueri super delicto commisso in vicinia, tanquam testes verisimiliter informati, ibi.128. & seq ead. Declara, vt n.130. p.373
Vicinus præsumitur scire facta vicini, ibi.n. 129. Limita remissiuè, vt n.130. ead.
Vicini non possunt torqueri propter delictum commissum in vicinia, nisi fuerint homines malæ famæ, vel soliti similia committere, & alia, vt ibi.n.131. ead.
Vicini non possunt torqueri, si probatur quòd occisus in vicinia habebat inimicitias extra vicinian, ibidem, num. 132. ead.
Vigiliæ tormẽtum an, & quando, & quomodo dari debeat, q 38.n.71. p.201
Violenta præsumptio, coniectura, vel suspicio, quæ dicatur, quæ leuis, & quæ vehemens, vide supra, verbo, *Coniectura*, & verbo, *Suspicio*.
Virtus probatur per famam, q.47.n.101. p.305
Visus exire pallidus, & cum gladio sanguinolento ex domo, in qua fuit repertus mortuus, an possit ex hoc solo indicio torqueri, seu etiam condemnari, quæstione 52. num. 56. & seqq. p.365. & 366
Vniuersitas an teneatur obuiare delicto committendo per suos ciues, q.51.n.51. p.353
Violans immunitatem Ecclesiæ committit sacrilegium, q.28. n.2. in fine. p.25
Vim mulieri committens gaudet immunitate Ecclesiæ, ibid. n.20. p.28
Vocabulorum cognitio in omni disciplina. & doctrina præcedere debet, q.36.n.1. q.167
Voces vanæ populi non sunt exaudiendæ, quæstione 47.n. 8. p.297
Vsurarum causa, licèt ciuilis sit, tamẽ in ea habet locum tortura, quæstione 42.num. 36. Declara primò, vt procedat hæc conclusio in vsurario manifesto, secus in non manifesto, numero 37. Sed an declaratio sit vera, num. 38. Declara secundo, dummodo agatur criminaliter, secus si ciuiliter, n.39. p.247
Vsura est omni iure prohibita, & criminaliter punitur extra ordinem Iudicis arbitrio, ibi.n.38. ead.
Vsurarium quem esse probatur per famam iunctam cum adminiculis, quæstione 47.n 140. & seq. Et quid de statuto Episcopi volente vsuram probari per famam, ibidem, n. 142. p.108
Vsus communis loquendi probatur per famam, ibid. num. 124. p.307
Vsus communis loquendi quomodo probetur per testes, ibi.n.125. ead.
Vtilis reipublicæ, an, & quando torqueri possit, quæst. 41. n.88. p.240
Vulnerati existentis in articulo mortis assertio an faciat indicium ad torturam contra vulnerãtem, vide suprà, verbo, *Assertio vulnerati*.
Vulnerati exculpatio an, & quãdo prosit exculpato, vide suprà, verbo, *Exculpatio*.
Vulnera reperta ad mensuram armorum alicuius, faciunt indicium contra dominum illorum armorum, q.52.n. 78. Declara, vt n.78. p.368.
Vulnerans proditoriè animo occidendi, non gaudet immunitate templorum, q.28.n.25. p.29.
Vxor eximens ex manibus curiæ maritum captum & capitaliter condemnatum, mitiùs punitur, q.32.n.79. p.108
Vxor tenetur reuelare tractatum factum contra maritum, & econtrà, q.51.n.36. & 37. p.352
Vxor non tenetur reuelare delicta per maritum perpetranda, & econtrà, ibi.n.81. p.357

FINIS.

m clamábant alter ad álte-
ſanctus, ſanctus, Dóminus
Plena eſt omnis terra glóſunt qui teſtimónium dant
Verbum, & Spíritus ſanınum ſunt. Sanctus. Glória

Lectio ix.

créverint, nihil mordax, ni-
, nihil vitâle demónſtrant:
dum marcidúmque & mol-
ólera & in herbas, quæ citò
uunt. Hæc autem prædicá-
videbâtur in princípio, cùm
edéntis, vel in toto mundo
exúrgit in ólera, ſed creſcit
ut vólucres cæli (quas vel
tium, vel fortitúdines, Dei
pátas, ſentîre debêmus) vé-
nt in ramis ejus. Ramos puto
oris, quæ de grano ſinâpis
natum eſſe diverſitátes, in
ctârum vólucrum unaquæ-

dâmus. 10.
edictus, Antiphona.
um cælôrum grano ſinâpis,
n eſt ómnibus ſemínibus:
éverit, majus eſt ómnibus

Oratio.

ſumus, omnípotens Deus:
rationabília meditántes, quæ
, & dictis exequâmur, &
ninum.
nificat, Antiphona.
m cælôrum ferménto, quod
ier abſcóndit in farínæ ſatis
rmentâtum eſt totum.

SECUNDA.

íſtola ad Hebræos.
o j. *Cap.* 3.
tres ſancti, vocatiônis cæ-
rtícipes, conſiderâte Apó-
& Pontíficem confeſſiônis
qui fidéns ei
ei qui fecit il-
Móyſes in
ómni domo ejus.
glóriæ iſte præ Móyſe di-

℣. Et perfeciſti eis qui ſperant in te Dómine, in conſpéctu filiôrum hóminum. Quam abſcondíſti.

Lectio ij.

ET Móyſes quidem fidêlis erat in tota domo ejus tamquam fámulus, in teſtimónium eôrum quæ dicénda erant: Chriſtus verò tamquam filius in domo ſua: quæ domus ſumus nos, ſi fidúciam & glóriam ſpei uſque ad finem firmam retineâmus. Quaprópter ſicut dicit Spíritus ſanctus: Hódie ſi vocem ejus audiéritis. nolîte obdurâre corda veſtra, ſicut in exacerbatiône ſecúndùm diem tentatiônis in deſérto.

℟. Adjûtor meus eſto Deus:* Ne derelínquas me. ℣. Neque deſpícias me Deus ſalutâris meus. Ne derelínquas.

Lectio iij.

VIdête fratres, ne fortè ſit in áliquo veſtrûm cor malum incredulitâtis, diſcedéndi à Deo vivo: ſed adhortámini voſmetípſos per ſíngulos dies, donec Hódie cognominâtur, ut non obdurêtur quis ex vobis fallácia peccáti. Partícipes enim Chriſti efféćti ſumus: ſi tamen inítium ſubſtántiæ ejus uſque ad finem firmum retineâmus. Dum dícitur: Hódie ſi vocem ejus audiéritis, nolîte obdurâre corda veſtra, quemádmodum in illa exacerbatiône. Quidam enim audiéntes exacerbavérunt, ſed non univérſi qui profécti ſunt ex Ægypto per Móyſen.

℟. Benedîcam Dóminum in omni témpore: * Semper laus ejus in ore meo. ℣. In Dómino laudábitur ánima mea, áudiant manſuéti, & læténtur. Semper. Glória Patri. Semper.

FERIA TERTIA.

De Epíſtola ad Hebræos.

Lectio j. *Cap.* 4.

TImeâmus ergo, ne fortè relícta pollicitatiône introëúndi in réquiem ejus, exiſtimêtur áliquis ex vobis deéſſe. Etenim & nobis nuntiâtum eſt, quemádmodum & illis. Sed non prófuit illis ſermo audîtus, non admíxtus fidei ex iis quæ audiérunt. Ingrediêmur enim in ré-

pláceat tibi, ut erípias me: Dómine ad adjuvándum me festína. Quóniam.

Lectio ij.

DIxit enim in quodam loco de die séptima sic: Et requiêvit Deus die séptima ab ómnibus opéribus suis. Et in isto rursum: Si introíbunt in réquiem meam. Quóniam ergo súpereſt introíre quosdam in illam, & ij, quibus prióribus annuntiâtum est, non introiérunt propter incredulitâtem: íterùm términat diem quemdam, Hódie, in David dicéndo, post tantum témporis, sicut suprà dictum est: Hódie si vocem ejus audiéritis, nolíte obdurâre corda vestra.

℟. Státuit Dóminus supra petram pedes meos, & diréxit gressus meos Deus: * Et misit in os meum cánticum novum. ℣. Exaudîvit preces meas: & edúxit me de lacu misériæ. Et misit.

Lectio iij.

NAm si eis Jesus réquiem præstitísset, numquam de ália loquerêtur, posthac, die. Itaque relínquitur sabbatísmus pópulo Dei. Qui enim ingréssus est in réquiem ejus; étiam ipse requiêvit ab opéribus suis, sicut à suis Deus. Festinêmus ergo íngredi in illam réquiem: ut ne in idípsum quis íncidat incredulitâtis exémplum. Vivus est enim sermo Dei, & éfficax, & penetrabílior omni gládio ancípiti: & pertíngens usque ad divisiônem ánimæ ac spíritus, compâgum quoque ac medullârum, & discrêtor cogitatiônum & intentiônum cordis.

℟. Ego dixi, Dómine miserêre mei: * Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. ℣. Ab ómnibus iniquitátibus meis éripe me Dómine. Sana. Glória Patri. Sana.

FERIA QUARTA.

De Epístola ad Hebræos.

Lectio j. *Cap.* 6.

QUaprópter intermitténtes inchoatiônis Christi sermônem, ad perfectiôra ferâmur, non rursum jaciéntes fundaméntum pœniténtiæ ab opéribus mórtuis, & fidei ad Deum, baptísmatum doctrínæ, impositiônis quoque

Lectio ij.

IMpossíbile est enim, eos qui sem illumináti, gustavérunt étiam cæléste, & partícipes facti sunt Spíri cti, gustavérunt nihilóminus bon verbum, virtutésque sæculi ventúr lápsi sunt; rursus renovári a pœnit rursum crucifigéntes sibi etípsis Dei, & osténtui habéntes.

℟. Parâtum cor meum Deu, parât meum: * Cantâbo, & psalm im dic mino. ℣. Exúrge glória mea exúrge rium & cíthara, exúrgam dilu ulò. G

Lectio iij.

TErra enim sæpè veni tem bibens imbrem, & gé rans h opportûnam illis, à quibus litur; benedictiônem à Deo. Próf ns aut nas ac tríbulos, réproba est & mal próxima: cujus consummátion com nem. Confidimus autem de bis, d simi, meliôra, & viciniôra sa ti: tam lóquimur. Non enim injústu Deus, u viscâtur óperis vestri, & dilectiônis, ostendístis in nómine ipsîus qui mi stis sanctis, & ministrâtis.

℟. Adjûtor meus tibi psalla, quia suscéptor meus es: * Deus m s, mise dia mea. Vers. Lætâbor & exultâbo i psallam nómini tuo Altíssim Deus. ria Patri. Deus.

FERIA QUINTA

De Epístola ad Hebræos.

Lectio j. *Cp.* 7.

HIc enim Melchísedech, rex Sal sacérdos Dei summi, qui obv Abrahæ regréſſo à cæde regum benedíxit ei: cui & décimas ómnium sit Abraham: primùm quidem qui in pretâtur rex justítiæ: deinde autem & Salem, quod est, rex pacis, sine patre, matre, sine genealogía, neque inítium rum, neque finem vitæ habens, assimilâ autem Fílio Dei, manet sacérdos in pétuum. qui fidêli

℟. Deus in te Móyses in fúndar in ætérnum: in justi tua líb

Lectio ij.

FIde Henoch translâtus est ne vidêret mortem, & non inveniebâtur, quia tránstulit illum Deus: ante translatiônem enim testimónium hábuit placuísse Deo. Sine fide autem impossíbile est placêre Deo. Crédere enim opórtet accedéntem ad Deum quia est,& inquiréntibus se remunerâtor sit. Fide Noë, respónso accépto de ijs, quæ adhuc non videbántur, métuens aptâvit arcam in salûtem domus suæ, per quam damnâvit mundum: & justítiæ, quæ per fidem est, heres est institûtus.

℟. Misericórdia tua Dómine magna est super me: * Et liberásti ánimam meam ex inférno inferióri. ℣. In die tribulatiônis meæ clamávi ad te,quia exaudísti me.Et liberásti.

Lectio iij.

FIde qui vocâtur Abraham obedîvit in locum exîre, quem acceptûrus erat in hereditâtem: & éxiit, nésciens quò iret. Fide demorâtus est in terra repromissiônis, tamquam in aliéna, in cásulis habitándo cum Isaac & Jacob coherédibus repromissiônis ejúsdem. Expectâbat enim fundaménta habéntem civitâtem: cujus ártifex & cónditor Deus.

℟. Factus est mihi Dóminus in refúgium: * Et Deus meus in auxílium spei meæ. ℣. Erípuit me de inimícis meis fortíssimis, & factus est Dóminus protéctor meus. Et Deus. Glória Patri. Et Deus.

SABBATO.

De Epístola ad Hebræos.

Lectio j. *Cap.* 13.

CHáritas fraternitâtis máneat in vobis. Et hospitalitâtem nolîte oblivíscI: per hanc enim latuérunt quidam, Angelis hospítio recéptis. Mementôte vinctôrum, tamquam simul vincti; & laborántium, tamquam & ipsi in córpore morántes. Honorábile connúbium in ómnibus, & thorus immaculâtus. Fornicatóres enim & adúlteros judicâbit Deus.

℟. Ne perdíderis me cum iniquitátibus meis: * Neque in finem irâtus reserves mala